



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



DILVCIDATIONVM
EVANGELICARVM

Pars altera;

CONTINENS EXPOSITIONEM
libri quarti Enchiridij Evangeliorum.

AVCTORE
VINCENTIO REGIO E SOCIETATE
IESV. THEOLOGO.

PERMISSV SUPERIORVM.



COLONIAE AGRIPPINAE
Sumptibus Bernardi Gualtheri.

ANNO M. DC. XV.

Cum gratia & privilegio S. Caesareae Maiestatis.



DILVCIDATIONVM
EVANGELICARVM

Pars altera;

CONTINENS EXPOSITIONEM
libri quarti Enchiridij Evangeliorum.

AVCTORE
VINCENTIO REGIO E SOCIETATE
IESV. THEOLOGO.

PERMISSV SUPERIORVM.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.

ANNO M. DC. XV.

Cum gratia & privilegio S. Caesareae Maiestatis.

AUCTOR CHRISTIANO

LECTORI.



N tibi Christiane Lector nostrarum altera Dilucidationum pars, quæ ea, quæ Christus Dominus à secundo ad tertium gessit Pascha comprehendit; ducit autem initium ab illius Paralytici historia, quæ ad probaticam piscinam tot annos expectantem aquæ motum, Dominus sanitati restituit, ad eam usque disputationem, quam apud Capharnaitas de Venerabili Sacramento habuit. Nemo verò miretur velim, si mole libri dissentiant. quippe cum ea nobis maximè librorum arriserit distributio, qua singulis libris, singuli ferè vitæ Christi anni, vel singula Ioannis Paschata comprehenderentur. Cumque vnus annus multò magis de Christi rebus meminerit quàm alius, ideò vnum præ alio librū magis etiam excreuisse oportuit. Præter itaque primum librum, qui Christi habet infantiam, alter Christi gesta trigesimum agentis annum complectitur, hoc est, à Baptismo ad nuptias usque, in quo quidem nullam inuenio Paschatis factam esse mentionem ab Euangelistis. Tertio deindè libro, quæ à Domino gesta primo Paschate, paulò post nuptias celebrato, habentur. (Eo enim incipit numerus per Paschata, quem Ioannes sequitur) ad secundum usque Pascha.

A secundo itaque Paschate Ioannis huic libro quarto initium fecimus, quo secunda continetur harum Dilucidationum pars ad tertium usque Paschatis tempus, vnde quintum librum Dei Opt. M. Matrisque eius integerrimæ auxilio auspicabimur. Si quid verò ex hoc nostro qualicumque labore Lectori utilitatis redundabit, totum Deo, Deiparæque Sanctissimæ acceptum ferimus, quibus profectò tantus labor paratur, & dicatur, quorum uti freti ac tuti auxilio, præsidioque primam partem, ita & hanc secundam edimus, iisdemque mox dantibus, & partes alias adijcere excogitamus, quod ut faustè, feliciterque fiat, te magnoperè quæso Lector Deum, Beatamque roges Virginem hoc suum sibi datum munus agnoscant, ut quidquid vel tibi, vel ceteris sacrarum rerum studiosis proderimus, eiusdem Dei Sanctissimæque Parentis gloriæ, & honori acceptum referatur.

(:·)

T Y P O G R A P H V S L E C T O R I S A L V T E M.



SACRARVM Interpretem litterarum, praesertim quas Dominus Iesus suo sanguine consignauit Christiane ac proinde Antice, unum illud oportet spectare, ut unumquemque inueniat; id verò quoniam omnibus praestare per se minime valet, propterea quod nisi doctioribus, quibusque per se ad huiusmodi opera patere non debet, satis sibi consultum putauit Auctor hic noster, si quis viris, & verbis Dei concionatoribus prodesset in primis, deinde per hos uniuersis. Et verò hi quando vitam, actionesque seruatoris nostri habent ante oculos in his libris explicatas, atque ut in tabula expressas, habent etiam quod oculis mentis proponant ad meditando uti liter, cogitandumque. Quamquam ut meditatio commodior, ac fructuosior sit, Enchiridion dabitur, quatuor Euangelia vno continentis textu completens, cum breui quadam explanatione.

Est & alius in his libris fructus, quem in alios derivare Concionatorum est munus, etenim in ijs cum res quinque desiderantur; Primum ut nouerint operum Christi eiusque vitam seriem, Euangeliorumque concordem nexum, & quo quidque anno, ordineque contigerit. Deinde ne sensus litterarum, difficultatesque ignorent, quae non raro incidunt in Sacris libris.

Postea ut quaestiones etiam illas, quae agitantur in scholis apprimè calleat, ut nodum ipsum ex sese aliquando intricatum, extricet ad captum vulgi & populi dilucidè, & breuiter, rem tamen totam ne ieiuna aut fastidij plena videatur, Patrum, scripturaeque, auctoritate condidit, exemplis comparationibusque concinnet. Ad hac autem peragenda eruditione est opus, quae erat quarta res concionatori pernecessaria. Postremo locuples ut sit oportet earum rerum, quae moribus per virtutem confirmandis, ac vitiorum moribus ex animo profligandis faciunt, ex Sanctorum Patrum, sacraeque scripturae hortis decerpit.

Quae cum ita sent, sanè non mediocriter admirari debes, atque amare Auctorem ipsum, qui nihil ex ijs praeterit quae recensimus, quin verò omnia numero peragit. primum per octo libros Dilucidationum totidem Enchiridij libris respondentes historia Euangelica per ordinem temporum, annorumque accuratè distribuitur, ratioque dictorum immittitur, fusius in Enchiridio tractata. Secundo loco verborum, sententiarumque, vis patet scholis iustis, & commentariorum instar comprehensa. Hic non pauca sapè ad mores, nonnulla ad alias difficultates facientia tanguntur, quibus tamen post habitis neque sententia haberi poterat.

A scholis ad Theorias fit gradus, quae illic apponuntur, ubi existimatur operis pretium. In his quadam interdum ardua in scholis, atque occulta in Theologia aperuntur opportunè, & dilucidè, adhibita luce Patrum, sacrae scripturae, exemplorumque splendore.

Theorias excipiunt Digressiones; harum duplex genus. Vnum rarum illud quidem, sed eruditione referendum, solida atque obere, quae tanquam Aegyptio, sed tamen aureo, argenteoque ornata par est exornetur scriptura, & haec simplici nomenclatura Digressiones vocat. Altera Digressiones morales appellantur, unde haurire commodum est, quae sancti, vetustique scriptores in unumquodque genus moris, virtutisque, docuerint, ut cum alios doceres nihil familiariter attingendo, sed uniuersè omnia perstringendo, ut osè inutiliterque doceas.

Hac, ut praefatus sum, omnia Scriptor noster studiosissime praestat, cuius quidem ego cum ingenium, virtutemque, sum semper veneratus, tum maxime in hoc opere diligentiam atque doctrinam; adeò nihil sibi parcendum putauit, quo minus omnia moueret unde aliquid Lectori proficeret, solida, ac vera sapientia Magister non leuis atque umbratilis. Ita non dedignatur, si quid boni alius scriptor etiam humilis aut recens dat, accipere, & de unoquoque cum praefatione honoris loquitur, aut honorifice sentit. Quae in scribente dotes sunt optima. Nihil dico de operis quasi quadam coronide, Digressionibus scilicet illis ad singula anni Euangelia, cum ad ea, quae in diebus Dominicis, ac iesunio maximo publicè recitantur in Ecclesia, tum

ad illa quae sanctorum celebritati singulatim applicantur, nihil de inscriptis panè alijs totius sacrae paginae locis sparsim illustratis; quae uniuersa copiosus index subsequitur, vno veluti aspectu proponens quidquid est in

omni genere argumenti opportunum Concionatori, cuius usus in primis atque commodus hic liber prodit,
ut proficiat.

I N D E X
C A P I T V M Q V A R T I L I B R I
E V A N G E L I C A R V M D I L V C I D A T I O N V M.

CAP. Dilucid.

CAP. Euang.

1. **A**scendit Ierosolymam circa Pascha Dominus, & sanato in Sabbato homine, qui laborauerat triginta & octo annos, disputat cum Iudæis D. 5
2. Phariseos ab confricatas à discipulis spicas in Sabbato offensos confutat Dominus A.12.B.3
3. Phariseos ob sanatam in Sabbato manum aridam rursus confutat A.12.B.3.C.6
4. Christus in mote nouam legem insinuat, Præcepta, consilia, & nouæ legis perfectiones veteribus præfert. A.5
5. De inani gloria loquitur, modum orandi docet, & ieiunandi, & sollicitudinem rerum temporalium prohibet A.6
6. Docet non esse temerè iudicandum vel docendum, oratione opus esse, & operibus nõ falsis & mendacibus, sed iuxta sanctorum verba ambulandum & operandum A.7
7. Vt Christus legem latam in monte confirmaret, in descensu montis leprosum mundaui A.8.B.1.C.5
8. Eliguntur Apostoli, docentur Beatitudines, quibus subduntur plurima consilia & præcepta Euangelica per quosdam similitudines B.3.C.6

9. Centurionis puerum à paralyti curat A.8.C.7
10. Viduæ filium iuxta Naim suscitatur, Ioannis discipulos, quos è carcere ad eum miserat, erudit, & Iudæos illius verbis insultantes confutat A.11.C.7
11. A peccatrice pedes vnctus, Simonem murmurantem ex proposito illi parabola confutat C.7
12. Dæmoniaca cæcum & mutum, miracibus multis sanat, & murmurantes Phariseos, & signum de cælo petentes arguit, & qui filij Dei sint, mater & fratres, ostendit A.12.B.3.C.11.&8
13. Parabola seminantis A.13.B.4.C.8
14. Parabolæ zizaniorum, seminis crescentis, grani sinapis & fermenti A.13.B.4
15. Explicatio parabolæ zizaniorum, thesaurus absconditus, negotiator, & sagena missa in mare A.13
16. Docet in Nazareth A.13.B.6.C.4
17. Mittuntur ad prædicandum Apostoli A.9.&10.B.6.C.8.&9
18. Audit Herodes de Iesu A.14.B.6.C.9
19. Quinque panibus pascuntur quinque millia hominum A.14.B.6.C.9.D.6
20. Nauis in medio mari A.14.B.6.D.6
21. Panis de cælo D.6

INDEX COMPLECTENS CAPITA SINGVLORVM EVANGELISTARVM, QUAE IN HAC QVARTA PARTE seu libro exponuntur.

CAP. D. MATTH.

CAP. MATTH. Cap.lib.

5. **C**hristus in monte nouam legem insinuat, præcepta, consilia, & noua legis perfectiones veteribus præfert 4
6. De inani gloria loquitur, modum orandi & ieiunandi docet, sollicitudinem rerum temporalium prohibet 5
7. Docet non esse temerè indicandum, oratione opus esse, & operibus non falsis & c. 6
8. Leprosum in descensu montis sanat 7
9. Centurionis puerum à paralyti curat 9
10. Mittuntur ad prædicandum Apostoli 17
11. Viduæ filium iuxta Naim suscitatur, Ioannis discipulos erudit Iudæos, illius verbis insultantes confutat 10
12. Phariseos, ob confricatas in Sabbato spicas à discipulis offensos confutat Dominus 2
- Phariseos ob sanatam in Sabbato manum rursus confutat 3
- Dæmoniaca cæcum, surdum & mutum sanat, Phariseos murmurantes, & signum de cælo petentes arguit. Qui filij Dei sint, mater & fratres docet 12
13. Parabola seminantis 13
- Zizaniorum, seminis crescentis, grani sinapis, & fermenti 14
- Explicatio parabolæ zizaniorum, Thesaurus absconditus, negotiator, sagena missa in mare 15
- Docet in Nazareth 16
14. Audit Herodes de Iesu 18
- Quinque panibus pascuntur quinque millia hominum 19
- Nauis in medio mari 20

CAP. D. MARCI.

CAP. MARC. Cap.lib.

1. In descensu montis leprosum sanat 7
2. Ob confricatas spicas Phariseos offensos confutat 2

3. Sanat manum aridam, & Phariseos confutat 3
- Eliguntur Apostoli 8
- Murmurantes Phariseos arguit, Qui sint mater, fratres, & sorores docet 12
4. Parabola seminantis 13
- Parabola sinapis 14
6. Docet in Nazareth 16
- Mittuntur ad prædicandum Apostoli 17
- Audit Herodes de Iesu 18
- Quinque panibus pascuntur 5000. hominum 19
- Nauis in medio mari 20

CAP. D. LUCÆ.

CAP. LVC. Cap.lib.

4. Docet in Nazareth 16
5. Sanat leprosum 7
6. Sanat manum aridam, & Phariseos confutat 3
- Eliguntur Apostoli, docentur Beatitudines 8
7. Centurionis seruum à paralyti curat 9
- Viduæ filium in Naim suscitatur, Ioannis discipulos erudit, & Ioannem laudat 10
- A peccatrice pedes vnctus, Simonem proposita parabola confutat 11
8. Qui sint mater, fratres, & sorores ostendit 12
- Parabola seminantis 13
9. Mittuntur ad prædicandum Apostoli 17
- Audit Herodes de Iesu 18
- Quinque panibus pascuntur 5000. hominum 19

CAP. D. IOANNIS.

CAP. IOANN. Cap.lib.

5. Ascendit Ierosolymam circa Pascha dominus, & sanato in Sabbato homine, qui laborauerat triginta octo annos, disputat cum Iudæis 1
6. Quinque panibus pascuntur 5000. hominum 19
- Nauis in medio mari 20
- Panem de cælo promittit, & de Sacramento Eucharistia proluxè disputat. 21.

F I N I S.



DILVCIDATIONVM EVANGELICARVM LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

ASCENDIT IEROSOLYMA M CIRCA PASCHA DOMINVS, ET SA- nato in Sabbato homine, qui labo- rauerat triginta & octo an- nos, disputat cum Iudæis.

D. S. I.

V. I.



OST hac erat dies festus Iudæorum, & ascendit IESVS Hierosolymam.

2. Est autem Hierosolymis Probatia pi- scina, qua cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus ha- bens.

3. In his iacebat multitudo magna lan- guentium, cæcorum, claudorum, a- ridorum, expectantium aqua mo- tum.

4. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam. Et mo- uebatur aqua, & qui prior descendis- set in piscinam post motionem aqua, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.

5. Erat autem quidam homo ibi. triginta & octo annos habens, in infirmitate sua.

6. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?

7. Respon- dit ei languidus: Domine homi- nem non habeo, ut cum turbata fue- rit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego: alius ante me descen- dit.

A 8. Dicit ei Iesus: Surge tolle grabatum tuum & ambula.

9. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo.

10. Dicebant ergò Iudæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

11. Respondit eis: qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

12. Interrogauerunt ergò eum: quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatū tuum, & ambula?

13. Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco.

14. Postea inuenit eum Iesus in tem- plo. Ecce sanus factus es: iam noli pec- care, ne deterius tibi aliquid constin- gat.

15. Abijt ille homo, & nunciauit Iu- dæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sa- num.

16. Propterea persequabantur Iudæi Ie- sum, quia hac faciebat in Sabba- tho.

C 17. Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modo operatur, & ego ope- ror.

18. Propterea ergò magis querebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat Sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, aequalem se fa- ciens Deo. Respondens itaque Iesus, & dixit eis:

19. Amen amen dico vobis: non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quacun- que enim ille fecerit, hac similiter & Filius facit.

20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & ma- iora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.

- 21. Sicut enim Pater suscitatur mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult vivificat.
- 22. Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.
- 23. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit Filium.
- 24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum Dei audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit, sed transit a morte ad vitam.
- 25. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei; & qui audierint vivunt.
- 26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.
- 27. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.
- 28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei.
- 29. Et procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.
- 30. Non possum ego a me ipso facere quicquam, sicut audio, iudico. Et iudicium meum iustum est, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.
- 31. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.
- 32. Alius est, qui testimonium perhibet de me: & scio, quia verum est testimonium, quod perhibet de me.
- 33. Vos misistis ad Ioannem, & testimoniam perhibuit veritati.
- 34. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hoc dico, ut vos salvi sitis.
- 35. Ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.
- 36. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: opera enim, qua dedit mihi Pater, ut perficiam ea: ipsa opera qua ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.
- 37. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis:
- 38. Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huius vos non creditis.
- 39. Scrutamini scripturas, quia vos pu-

- tatis in his vitam aeternam habere: & illa sunt, qua testimonium perhibent de me.
- 40. Et non vultis venire ad me, ut vitam aeternam habeatis.
- 41. Claritatem ab hominibus non accipio.
- 42. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.
- 43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis.
- 44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis? & gloriam, qua a solo Deo est non queritis?
- 45. Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.
- 46. Si autem crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.
- 47. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis creditis?

SCHOLIA.



STENDEMVS Theor. i. caput hoc quintum Ioan. debere collocari statim post sanatos duos caecos, & daemniacum, de quibus lib. 3. cap. 19. & Matth. 9. 27. Postea sequentur conficatio

spicarum, mox manus arida sanitati restituta, sermo in Monte, electio duodecim Apostolorum, cum alijs quibusdam, parabolæ, & post illas ingressus in civitatem Nazareth, missio, &c. vide Theor. i.

Quare quæ hoc cap. scribit Ioan. non proxime consequuta sunt miraculum filij Reguli a Domino sanitati restituti, de quo sub finem 4. cap. egerat Ioan. Quod constat legenti ea quæ lib. 3. Enchiridij, seu de rebus Euang. a nobis commemorata sunt a cap. 6. post sanitatem filij Reguli usque ad c. t. l. 4.

Itaque hæc intercesserunt: carcer Ioan. Baptistæ Matth. 14. 3. Marc. 6. 17. Luc. 3. 10. accessus ad Capharnaüm Matth. 4. 12. prædicatio in Galilæa Matth. 4. 17. Marc. 1. 14. cum vocatione Petri, & Andrea, & filiorum Zebedæi Matth. 4. 18. Marc. 1. 16. liberatio cuiusdam daemniaci Marci 1. 21. Lucæ 4. 31. curatio focrus Simonis Matt. 8. 14. Marc. 1. 29. Luc. 4. 38. circuitus Galilææ, cum egressu in desertum Matth. 4. 23. Marc. 1. 35. Luc. 4. 42. captura piscium Luc. 5. 1. reprehensio trium volentium Christum ipsum sequi Matt. 8. 18. Luc. 9. 57. sedatio tempestatis discipulis in mari periclitantibus, Matth. 8. 23. Marc. 4. 35. Lucæ 8. 23. liberatio duorum daemniacorum in regione Gerasænorum Matth. 8. 28. Marc. 5. 1. Lucæ 8. 27. Curatio Paralytici per tegulas demissi, Matthæi 9. 1. Marc. 2. 1. Luc. 5. 17. & 8. 40. vocatio Matthæi ad Apostolatam, & disceptatio Christi cum Phariseis & cum discipulis Ioannis de ieiunio Matth. 9. 9. Marc. 2. 13. Luc. 5. 27. resuscitatio filij Archifynagogi & obiter sanatio Emorrhœisæ Matt. 9. 8. Marc. 5. 21. Luc. 8. 41. illuminatio duorum caecorum & daemniaci liberatio Matt. 9. 27.

I.
2.
3.

4. Cum ergo hæc omnia silentio præterierit Io-
tãquam ab alijs Euangelistis enarrata, quæ mi-
nimum intercesserunt inter historiam reguli, &
languidi ad probaticam piscinam, sit, vt verba illa
Post hac] non significant id, quod hic narratur
proximè contigisse post illud miraculum filij re-
guli narratum sub finem cap. 4. ab Euangelista, sed
inducant id, quod posteriori loco narratur, hoc
est, s. cap. euenisse post narratum id, quod in supe-
riori cap. fuerat scriptum.

5. *Erat dies festus Iudeorum*] Ita hoc scribit Ioan.
vt videatur reddere rationem, quamobrem Do-
minus Iesus Hierosolymam ascenderit. Solebant
enim omnes mares Exod. 23. 14. 15. Deutero-
nom. 16. 16. ad templum venire ter præcepto le-
gis in singulos annos, Paschatis, Penteco-
stes, & Scenopœgiæ festo, quod ineunte hye-
me celebrabatur. Cæterum quod ex his festis fue-
rit Ioan. non expressit: nos Pascha arbitramur, vi-
de Theod. 2.

6. *Ascendit Iesus Hierosolymam*] Erat Iudæa
ratione Galilææ eminentior, idè ascendere
dicebantur, qui de Galilæa eo se confere-
bant.

7. 2. *Est autem Hierosolymis Probatica Piscina*]
In primis hic variam lectionem considerare o-
porteret: Græcè enim Chryso. Cyrill, & alij viden-
tur legisse *προβατικὴν κολυμβήθρα*. Probatica pisci-
nã, licet in eorum contextu græco sit altera
lectio.

Cæterum omnes codices græci, inquit Maldon.
quos equidem viderim, vno excepto Romano
Theophylacto legunt *ἡ δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῆ
προβατικῆν κολυμβήθρα*, est autem Hierosolymis in
probatica, vel ad probaticam, vel iuxta probaticam
piscina: omnia enim ista significare potest ἐπὶ. Sed
licet hi habeant in textu in probatica, vel ad proba-
ticam; in commentariò tamen sumunt vocem,
probatica, vt epithetum piscinæ, quam ita dictam
esse putat Theophyl. quod illuc oues ad sacrifici-
um cogereantur.

8. Reijcienda verò omninò lectio eorum, qui per
datium legunt coniunctè sic, *ἡ δὲ ἐν τοῖς ἱεροσολύ-
μοις ἐπὶ τῆ προβατικῆν κολυμβήθρα*, ita vt etiam pi-
scina sit datium casus: erat Hierosolymis in probatica
piscina, sc. locus, qui hebraicè dicitur, &c. dura ni-
mis, & violenta est hæc lectio, igitur si legamus in
probatica aliquid necessariò subintelligendum: est
enim nomen adiectiuum; cui substantiuum ali-
quod applicandum; quare aliqui subintelligunt;
platea, q. d. est Hierosolymis in foro vel platea pe-
cuaria; piscinã quædam, quidam malunt subintel-
ligi portam; erat enim porta dicta gregis, q. d. est in
pecuaria, sc. porta, seu est iuxta portam gregis, pi-
scina, &c.

9. Si verò legamus, vt potius legendum videtur
cum Hierony. Chryso. Theophyl. Cyrill. Beda, &
alijs, & cum lectione vulgata codicis Sixtiani:
est autem Hierosolymis probatica piscina, nihil sub-
intelligendum; tunc enim probatica, id est, pecua-
ria, seu ouina à voce *προβατον*, quæ ouem significat;
epitheton erit piscinæ: quia erat iuxta illam por-
tam, per quam solam greges introducebantur: &
idè gregis, vel probatica est dicta; licet alijs pla-
ceat dictam piscinam pecuariam ab hostijs, & oui-
bus ibi ablui solitis. Denique vt rouis modo lega-
mus, idem est sensus.

10. *Piscinã*] Piscina hebraicè dicitur *Berechach* à
vèrbo *Barach*, quod genu, vel sermonem flectè-
re ad aliquem significat, siue alloqui cum genucu-
latione, vt fit in salutationibus, gratulationibus;
precationibus, ac similibus: sic in Psalmo nona-
gesimo quarto, *Venite adoremus, & procidamus, &
ploremus ante Dominum qui fecit nos*: quem lo-

Mares quot
et quibus
dieb Hiero-
solymã adire
tenebantur.

προβατικὴ
κολυμβή-
θρα.

ἡ δὲ ἐν τοῖς
ἱεροσολύ-
μοις ἐπὶ τῆ
προβατικῆν
κολυμβή-
θρα.

A

B

G

D

cum sic vertit Forsterus in Dictionar. *Venite pro-
sternamus nos, & caruemus, geniculum coram Deo
factore nostro*. significat etiam hæc vox benedicere,
Genel. 24. 34. & 35. Numer. 23. 11. Ex hoc verbo
deducitur nomen *Berechab*, piscinam signifi-
cans, quam sic dictam arbitramur nonnulli ob
aqua potius placidè stagnantis, quam quod in
ea genu remigio natetur. Quam vocem propter
ea 70. interpretes *κολυμβήθρα* reddunt, hoc est *na-
tatoria*.

Decipiuntur autem qui apud Rabi Duid; af-
firmant: piscinam pro fonte vsurpari. at veritas,
inquit, est, quod est aqua congregata, aut collecta.
Quare etiam verissimum arbitror, quod Forci-
rus Isaiz 7. scribit, piscinam sic dictam Hebræis
ab aquarum multitudine & copia: copiam enim
interdum *benedictionem* vocat Hebraismus. quam
vocis vim vna cum supra explicata, innuere vo-
luisse videtur Nahum Propheta 1. 8. *& Ninive
quasi piscina aquarum aqua eius*. Describit enim
antequam Ninives felicitatem ciuium multitu-
dine refert, vt aquis solet esse piscina, vbi om-
nes tranquille degebant, sicut stagnantes aquæ:
at nunc, inquit, ipsi verò sugerunt: *state, state, &
non est qui reuertatur*, in quod effusam aquarum
multitudinem imitatus est; quæ sua sponte fluen-
tes nulla ratione, aut vi retrorsum conuerti, aut
fisti possunt; vt obseruat Villalpandus tomo 3.
p. 189.

Que cognominatur Hebraicè Bethesda] Hanc
lectionem vulgatæ amplexatus videtur Cyrill.
Chryso. Euthym. eamque retinendam arbitramur,
licet Hieronym. cum Iansen. & Neoteritis, Be-
thesda legat cum græcis; *ἡ ἐν τῷ ἱεροσολύμοις ἑβ-
θηδα*. Toletus *Bethesda* componi putat ab He-
bræa voce, *Beth*, quæ *domum* significat, ac dein-
de cuiuscunque rei receptaculum; & *Esed*, quæ
effusionem denorat, quasi dicas, *domum effusionis*.
vel propter effluentes in eam pluuias aquas; vel
propter effusam è templo, eoque deductas per ca-
nales: nam scribit Aristas in historia de sua legatione
in Iudæam, fuisse in templo Hierosolymitano
magnum & perennem fontem: & sub terra
circum ipsum templum per quinque stadia fa-
isse magnã & amplã aquarum receptacula; in
quæ omnis aqua templi & sanguis victimarum
defluens; per subterraneos deinde meatus extra
urbem eijceretur, tanta copia, & impetu; vt in-
gentis sonitum fluminis subterlabentis referret,
quod confirmat id, quod Cornelius Tacitus de
eodem templo scriptum reliquit lib. 5. histor. *pe-
rennis*, inquit, *in eo fons; cauatusq; sub terra monti-
bus, piscina, ac cisterna colligendis, ac seruandis im-
bribus facta*. Sic ergo dici potuit hæc piscina; *domus
effusionis*. Nisi malis etiam addere aquas in eam-
dem receptas, & effusas per aqueductum regis,
quod notandum in digressionè erit.

Porro *Bethsaida* iuxta aliquorum sententiam
deducitur à Chaldaica voce, *Chesda*, quæ miseri-
cordiam significat, quasi dicas, *Bethchesda*, *domus
misericordie*, propter assiduam in sanandis ægro-
tis misericordiam. Vel iuxta Euthym. sententiam;
qui domum piscationis vult significare; à voce
fortassis *Tsaid*, quæ piscationem significat; ex qua
componi putat vocem *Bethsaida*; quæ Sancti Pe-
tri patria erat; sed verosimilius est, si dicamus cum
eodem Toletto, eandem omninò vocem esse; *Be-
thesda*, atque, *Bethsaida*, deductam à voce *Esed*, ef-
fusionem significante. Ita vt si scribatur per *isadè*,
significet domum piscationis, vel venationis; èt-
que patria Petri. Si verò scribatur per *samech*,
dem significat quod domus effusionis sicut *Be-
thesda*. Nec mirum non eodem modo, jisdem-
que caracteribus scribi *Bethesda*, & *Bethsaidam*.

Forster.

Piscinã ve-
de dicta.

11.

12.

ἡ ἐν τῷ ἱερο-
σολύμοις ἑβ-
θηδα.

Fons in tem-
plo.

13.

licet idem sint hic; nam cum alieno idiomate propria alicuius linguae nomina efferuntur, literas saepe demi, alias assumi, aut mutari contingit, ut idiomati alieno accommodentur. Sed a pecoribus esse deductam, malim hanc vocem, & quod optimè mihi videtur obseruasse Villalpan. tom. 3. p. 101. non temerè Euangelistam graecum nomen, *probatica*, hebraico *Bethesda*, coniunxisse; sunt enim eiusdem significationis cum nominibus portæ gregis, fori pecuarij, & nouæ ciuitatis *Bethesda* olim dictæ, teste Egesippo lib. 2. de excidio: porta enim gregis dicebatur hebraicè *Sagar Hasson*, porta gregis, vel pecoris. Quod si *Beth Hasson* componas, & latinæ accomodes pronuntiationi, facillè inuenies vocem *Bethhadam*, vel *Bethesdam*, & si graecis accomodes, facillè etiam inuenies vocem *Bethexan*, aut *Bezethan*: simulque intelliges has omnes non diuersas esse voces, sed quasi eiusdem varias pro linguarum varietate, pronuntiationes; nec ab his dissimilis est vox, *Bethsaida*, nam indiuisa diphthongo, a quam nescio quis diuiderit, fit *Bethsada*. Quibus fit, ut credibile videri debeat, portam, forum, piscinam, immò verò totam illam ciuitatem à pecoribus denominatam, quoniam tota pecorum vsibus ferè, quæ immolabantur in templo, deseruiebat. Rectè ergò vocem, *probatica*, Euangelista iunxit cum hebræa ad eandem significationem alludens. Quod si Iosephus libro 2. de bello cap. 24. Bezetam, vel Bethetam in Cænopolim, hoc est, nouam ciuitatem conuertendam dixit, deduxit secundam vocis partem à radice *Iasad*, quam si foeminino mōre termines, *Iasda*, leges, ex prima voce *Beth*, quæ licet domum significet, ad vrbes transfertur, iharumque nominibus præponitur, ut Bethauen, Bethphogor, Bethsames; & ex altera voce compones, *Bethesda*, vel quiescente, ut aiunt peiod, *Bethsada*, & affini sono *Bezeta*.

Porro *iasad* fundare significat: fundamentum autem initium est ædificij, ideoque interdum idem est fundare, ac incipere, ut 3. Regum 6. 1. dicitur: *in anno quarto ædificari cepit domus Domino*, quod explicatur v. 17. rursum sic; *anno quarto fundata est domus Domini*. Quare cum vox *Bethesda* in domum domum foundationis conuerti possit, vel domum denuò fundatam, sensum expressisse videtur Iosephus, cum nouam ciuitatem eam appellauit. Et quidem si pari ratione piscinæ illius, quæ *Bethesda* dicebatur, nomen interpreteris à *Iasad* deducendo illud, fundamenti piscinam, merito eam vocabis; nam iuxta historiam, fundamenti templi adiacebat: vel fundatam piscinam dices, quod non minori apparatu, quam sumptu à Salomone pro vsu templi fundata fuerit. Quod si mysterium exquiras, quam plurimi ex Patribus, ac doctoribus Ecclesiasticis testantur, ea piscina, ac sanitas, quæ in ea reddebatur infirmis, Baptismi sacramentum, atque eius mirabilem virtutem expressam fuisse, quod Christianæ vitæ fundamentum merito appelles. Sed de hac re satis.

Quinque porticus habens] In primis obseruat Perer. Iuxta res in illa piscina fuisse admodum mirabiles, quod sanabat quoslibet morbos; quod subito sanabat, quod non sanabat nisi vnum ex tot ægrotis; quod non sanabat nisi eum, qui ante alios omnes descenderat in aquam piscinæ; quod eam vim sanandi non semper habebat: sed eo dumtaxat tempore, quo aqua eius piscinæ agitata & turbata erat. Denique quod illa commotio, & turbatio fiebat ab Angelo secundum tempus è caelo in eam piscinam descendente.

Iterum obserua, quod quinque porticus ha-

A buisse dicatur, credendum id factum esse propter miracula, quæ ibi fieri solebant, locumque proinde eum circum fuisse muro, ne pecora & iumenta possent accedere, & aut turbare, aut profanare aquam, quæ sancta habebatur, tantum abest, ut ibi aquarentur, aut ut victimarum intestina lauarentur, saltem ab eo tempore, quo miraculum patrari coepit; sunt autem factæ quinque circum porticus, quibus homines ingredi possent, & vbi ægroti expectantes motum aquæ, considerent.

Sciendum tertio, quod Anabaptistæ historiam hanc non recipiunt, tum quia huius piscinæ quinque porticus habentis, nulla in veteri testamento fiat mentio: tum quia Iosephus Hebraicarum antiquitatum diligens indagator, nihil de ea scribat. Sed non mirum, quod non fiat eius mentio in scriptura veteri, quia credibile est non habuisse statim ab initio memorabile aliquid. Hoc enim miraculum, de quo hic Ioan. probabilè est circa Christi tempora & incarnationem incœpisse, ad Baptismi gratiam indicandam, desisse verò post passionem eiusdem, quo scilicet tempore omnium legalium virtus extincta est, simulque quinque illas porticus, verosimile est circa ea tempora extructas. Quamuis piscina ipsa potuit in veteri testamento esse commemorata sub nomine earum piscinarum, quas plures legimus Salomonem extruxisse, auctore etiam Iosepho. Sed illud nullo modo ferendum, quod Iosephum isti audeant Ioanni præferre, quid enim refert si apud Iosephum non legam, lego apud Ioan. tanto omnium consensu etiam hac in parte receptum: præsertim cum Iosephus rerum Christianarum non fuerit amator, ut multa proinde consilio obticuisse videatur, quæ in Christi laudem cedere poterant. Quamquam satis esset dicere, multa alia omisisse Iosephum, præsertim quæ ante eius ortum desierant, cuiusmodi virtus illius piscinæ erat, quæ post passionem Christi cessauerat, aliquot scilicet annis, ante ortum Iosephi, qui natus est Caligula imperante Romæ.

3. *In his iacebat multitudo magna languentium, &c.*]

Constat hinc verum esse, quod superius dixi propter ægrotos has porticus esse constructas. *Languentium*] languentes vocat, quos vulgè febricitantes dicimus: *Aridus* verò vocat, contractos, vel quod aliquam corporis partem haberent aridam, quomodo Marthæi duodecimo dicitur, homo quidam habuisse manum aridam, & quomodo arida fuit manus Ieroboam, 3. Reg. 3. 4. quamquam Erasmus in paraphra. pro *aridorum*, ponat *mancorum*; græcè *ἄρῆς*, significare videtur etiam mancum, hoc est eum qui manum habet eneruatam, estque veluti manu carens: est enim *mancus*, quasi *manu carens*. Sed non dubium, nostram interpretem multò verius vertisse. Hi enim verè hic manci dicuntur, qui exarüere membrum, siue quod sint contracti, siue quod saltem aliquam corporis partem, siue manum, siue alium contractum, stupidam, vel aridam habeant, virtute scilicet destitutam, licet illis membrum illud non desit.

4. *Angelus autem Domini*] *Domini* græcè non habetur, sicut nec *autem*: sed loco eius, *enim*, γὰρ, quasi dicat Ioan. idè ibi iacebat multitudo languentium, quia Angelus descendebat, &c. quisque verò primus esse contendebat. Angelum hunc cõiungunt quidam Raphaelem fuisse: nam *Raphael* idem est quod *medicina Dei*, quasi hic Angelus faciendis miraculis, ad medicinam & sanitatem hominum spectantibus, sit dicatus.

Piscina circumstanti.

17. Eius historia contra Anabaptistas quosdam de causa.

Origo eius & finis.

18.

19.

14. Emulare & incipere a-liquando idè sunt.

15. Sex mirabilia in ista piscina.

16.

20. Piscine motus an certo tempore fieret, & an semel in anno.

Secundum tempus] Idem est, ac non semper, sed certo & determinato tempore à Deo, verum incognito tamè hominibus: non enim ea vis sanandi perpetua erat: rectè enim hom. 35. significat Chrylost. horam certam non fuisse huius motus aquæ, nec diem, nec tempus certum fuisse. nam si fuisset certum tempus, non mansissent ibi ægroti tanto tempore, sed pròpe illud tempus venissent. Quod si fuisset Pascha, vt quidam volunt Perè. etiam, & Barradius, siue Pentecostes, vt Cyril. l. 2. in Ioan. c. 125, nominasset profecto Ioan. itaque præstat cum Chrylost. homil. 35. in Ioan. cum Euthymio, cum Magistro historiz Scholasticæ c. 81. credere tempus hoc hominibus incertum fuisse, & incognitum, quare, quod græcè est *ἡ ἡμέρα ἡ ἐπιπέμνη*, & noster interpres vertit *secundum tempus*; Euangelium Syriacum habet, *aliquando*.

21.

Porro an semel tantum in anno solitus fuerit Angelus descendere in piscinam, & mouere aquam dubium est: credibilius aliquoties in anno id fieri solitum fuisse, præsertim in solemnioribus festis, & idèd cum tempus hoc, de quo hic loquitur Io: fuerit dies festus paschatis, quod celebratur per octo dies, non mirum si magna erat multitudo ægrotorum in his porticibus. Quod verò non semel id fieret citatum etiam Syriacum Euangelium insinuat. Ita sentiunt Euthym. & quidam alij.

22.

Angelus piscinam mouens figura Spiritus sancti sanantis animam per aquas baptismi.

Et mouebatur aqua] Motus aquæ, signum quoddam erat descensus Angeli & virtutis in aquis iam existentis ad sanandum, quod videtur Cyril. idem docuisse l. 2. c. 125, in Ioan. non quod motus ille sanitatem faceret, sed quod Angelus diuina virtute per aquas illas tanquam per quoddam diuinæ virtutis instrumentum sanaret: quare rectè Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto cap. 7. dicit Angelum; hunc per aquas has sanantem figurant extitisse Spiritus S. per aquas Baptismi animæ sanitatem conferentis.

23.

Piscine ad sanandū virtus impressa.

Et sic intelligendus est D. Thom. & Theophyl. fortassis cum D. Chrylost. licet insinuent inditam fuisse piscinæ ab Angelo virtutem quandam sanandi, dum illam turbabat; cum tamen Angeli nullum effectum naturalem præstare possint immediate, imprimendo qualitatem aliquam, sed si quid faciunt simile per causas naturales applicatas efficiunt; causæ autem naturali tribui non potest virtus hæc sanandi, si ergò vera sunt quæ dicunt isti doctores, modo dicto exponendi sunt.

24.

Et qui prior] cur qui prior ingrediebatur sanaretur; cur etiam vnus dumtaxat, in Theoriam reijcitur, sicut & cur sanitas post commotam, & agitatam aquam tribueretur.

Post motionem aquæ] Non significat inquit Perer. cessante iam, & finita motione aquæ, paulò enim supra dictum est, ægrotos expectasse motum aquæ, vt descenderent in piscinam, & paulò post scriptum est, Paralyticum dixisse, *hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam*; illud igitur, *post motionem aquæ* idem planè significat, atque si dictum fuisset, postquam cœpta erat fieri motio, & turbatio aquæ, hæc ille ad rem verè.

25.

5. Erat autem quidam homo] terrenus, mortalis, qui nihil magnificum ex vili, ac terrena sua origine concipere potest, aut debet, vt proinde rectè dixerit David Psalm. 9. *non apponat vltra magnificare se homo super terram*, id est, terreus, & mortalis: hoc enim innuit illud, *super terram*. hoc etiam exigit vox Hebraica (*enos*) à radice (*anas*) quod est desperatè, aut perditè dolere & infirmari; sic Ierem. 30. 12. *insanabilis fractura tua, & insanabilis dolor tuus*. Heb. *desperatus*. inde homo dicitur *enos*, semper dolens, semper ægrotans, desperatè do-

A

lens, insanabilis: qua de re vt se ad mortem compararet, monitus est, cum audiuit: *morte morieris*, id est, certò stat tibi moriendum esse, & *militia est vita hominù*. Heb. *enos*, nempe cum morte, cum pericul. s, cum ærumnis, cum malis immedicabilibus militamus; iterum, quod de phthisi laborante dici solet, cum folijs cadet, & cum foeno siccabitur, ita de homine dictum est Psalm. 102. 15. *homo sicut fenum dies eius*.

B

Triginta & octo] Non dicit Ioan. ibi tot annos illum fuisse, sed ægrotasse tantum tempus. August. hic, inquit, numerus ad languorem pertinet: quadragenarius enim numerus nobis in quadam perfectione commendatur. Lex enim in decem præceptis data prædicanda erat per totum mundum; qui quatuor partibus commendatur, vnde denarius per quatuor multiplicatus ad quadragenariu venit; vel sic dicamus (& eodem redit) Euangelium per quod impletur lex, quatuor libris habetur; si ergò in quadragenario legis perfectio, & hæc non impletur nisi in gemino præcepto charitatis (charitas enim est plenitudo legis) mirum non est languere eum, qui quadraginta minus duo habebat. Christus itaque duo quædam iubendo, quod minus erat impleuit, in duobus enim Domini iussis, nempe: *Tolle grabatum tuum, & ambula*. duo præcepta charitatis significata sunt, Dei dilectio prior in ordine præcipiendi; proximi autem prior ordine faciendi.

C

Dicit ergò ei, *tolle grabatum*, q. d. cum esses languidus; portabat te proximus tuus, sanus factus, porta proximum tuum. Dicit etiam ambula scilicet ad Dominum Deum tuu: porta eum cum quo ambulas, vt ad eum peruenias, cum quo manere desideras. sic collegit hæc ex Aug. tract. 17. in Io. Emman. in Euang. l. 6. c. 5.

D

Pererius verò si obseruat disp. 8. n. 33. duo illi numero triginta octo annorum decrant anni ad explendum quadragesimum annum, qui numerus completus est, & summam malorum, & vt loqui solet scriptura, completam hominis malitiam, & perditionem insinuat: qui duo anni si æquè adfuissent, incurabilis fuisset eius morbus, & talis planè desperata. ista verò duo, quæ decrant, equidem interpretor, nolle sanari; & desperare sanitatem: vel morte corporis præueniri, & ad æternam Dei reprobationem pertinere. Hæc ille.

In infirmitate sua] Quis fuerit morbus, quo ægrotus iste laborabat, incertum, Chrylost. & Euthym. cœcum videntur facere: nam propterea per tot annos in turbatam aquam se conijcere non potuisse. Cyprianus lib. 4. epist. 7. hunc languidum *climicum* appellat à κλιμα. id est lecto, quia in lecto apud piscinam iacebat, sed neque illi, neque iste reuera aliud certo dicunt, quam quod paralyticus fuerit, quod sensit Iren. lib. 2. cap. 42. Ambros. lib. 4. de fide cap. 3. & Hilarius lib. 7. de Trin. quod indè facile est colligere, quod in grabato dicitur per tot annos decubuisse membrorum impotens.

Neque verò idem est noster hic cum illo paralytico, de quo Matt. 9. & l. 3. harum dilucidationu c. 16. quod tamen placuisse videtur Leontio, Chryso. & Euthy. sed immeritò, vt ex ipso historiarum contextu intelligere est.

6. Hunc cum vidisset Iesus iacentem] Indicant hæc miseratione commotum Christum erga illu: hoc enim insinuat vox, *iacentem*, idèd in illum oculos coniecisse tamquam in eum, qui diuturno morbo laborabat, & auxilio destitutus iacebat. Non quod casu id factum sit; nihil enim, nisi diuino consilio faciebat Christus, quamuis in quibusdam interdum ita se gereret, ac si casu ea faceret, quo hominem se ostenderet. cum verò subditur:

26.

Languidus iste quos quid desig-

27.

28.

29

30.

31. Christi benignitas & misericordia.

Et cognouisset quia iam multum tempus haberet] eodem modo accipiendum : ita enim se gessit, ac si tum primum cognouisset. quamquam fortassis magis ad Io. mentem possemus aliter & hæc accipere, vt indicet Io. Christum sine indice per se ipsum morbi diuturnitatem cognouisse, & idèd flexum maiore erga illum, quàm alios, misericordia, præsertim quod homine careret.

Multum tempus] id est, diu fuisse morbo vortatum.

30. Vis sanus fieri] Glof. accendit ad amorem sanitatis, de qua iam desperabat : quo simul significatur vt Deum arbitrio hominis libero in conferenda salute; nemo enim nisi libens, & volens iustificatur, vnde August. sermon. decimoquinto de verbis Apost. inquit; *qui fecit te sine te, non iustificat te sine te : ergo fecit nescientem, iustificat volentem: tamen ipse iustificat, ne sit iustitia tua, ne redeas ad damna, &c. inuenire in illo non habens iustitiam tuam, &c.*

Chrysoft non statim, inquit, sanat, sed primùm familiarem sibi facit per interrogationem futura fidei faciens viam, &c. non expectat verò fidem, vt in alijs, qui eius virtutem agnouerant : hic enim nondum eum nouerat manifestè què esset. Interrogat etiam, quod idem Chrysoft. insinuat, vt ostendat istius patientiam, qui nihil turbatus manifestè respondit. vnde intelligere licet, cur alijs dimissis adhuc veneris.

33. Non dixit autem Christus, *vis vt te sanem?* quia nondum de Christo tantam habebat opinionem & notitiam, simulque modestiæ causa.

Habent quod hinc discant, qui hominum salutem curant, & querunt, non expectandum illis esse, vt homines sese offerant, salutemq. querant, sed excitandos esse rogandosque, vt sani fieri velint.

34. Interrogatio Christi vmbra catechismi Christiiani.

34. Obseruat Perer. disp. 8. n. 36. istam Christi interrogationem velut vmbra fuisse catechismi Christiani, nam velle sanum fieri, duo continet, odium nempe infirmitatis, & desiderium sanitatis : similiter in eo, qui ad Christum conuertitur, præteritorum peccatorum detestatio, atque odium, & bonæ vitæ semper in posterum agendæ desiderium, atque propositum necessaria sint. quamquam hoc ipsum, quod est velle fieri bonum, & iustum, non est à nobis, sine speciali auxilio Dei, vt docet Paul. Philip. 2. 13. *Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate.*

35. 7. Domine hominem non habeo] Ille alius inquit Barrad. paralyticus Matth. 9. quatuor homines habuit; hic hominem non habebat, à quo in piscinam mitteretur. Sed Deum habuit & hominem, à quo absque piscinæ ope sanaretur. Videtur. inquit Chryso. ita respondisse, quia fortè putabat Christum vtilem fore, ad mittendum eum in aquam; nec intellexisse ostendit, quod Christus significauerat, vellet ne ab ipso sanus fieri: arbitratus interrogasse Christum, an in piscina sicut alij sanus fieri vellet.

36. Languidi huius mansuetudo & patientia.

36. Siste hic mihi lector parumper, & huius paralytici mansuetudinem intuere, non quemquam accusat, non illis conuiciatur, qui ipsum præuenientes, sanitatis fructum ei præripiebant, tantum miseriam suam candidè exponit. Simul etiam aduerte numquam satis laudandam patientiam: diu enim expectans, & toties expectatione sua frustratus, nihil per impatientiam loquitur. Considera longanimitatem & fiduciam : nam pluribus annis frustra expectata sanitate, non desperabat tamen ad eam aliquando venire, vt meritò de eo affirmare possis, quod Paul. Rom. 4. de Abraham scripsit: *contra spem, in spem credidit.* quibus sic vt cesset admiratio; quamobrem ad hunc po-

A eius Christus curandum deflexerit, quàm ad alios.

Sed textum adhuc magis expendamus : aduertit Tole. nouisse languidum hunc, quod non interrogarat Christum an sanari vellet, quod de eius voluntate dubitaret : ob id non dixit, *volo Domine*, sed ad Christi mentem responderet, intellexit enim ex Christi interrogatione duo, primùm, quod causam postulasset, cur nondum sanus esset effectus, diu eo loci desectens, ibique perdurans, & respondit causam esse, quia hominem non haberet; alterum, quod intellexit, obseruauitque in Christi interrogatione, mira quædam fuit Christi commiseratio, qua suis malis cõdolere videbatur, & propterea Dominum appellat, & multis miseriam, atque solitudinem suam aperit, vt Christum, quem tantum hominem cogitabat, inducat ad ferendam sibi opem omni auxilio destituito, vt Cyril. notat lib. 2. cap. 125. concepisse nimirum languidum spem, Christum in ea re futurum vtilem, quod etiam superius ex Chryso. annotauimus.

B

Piè adnotat Pine. Job. c. 12. v. 4. n. 2. in ea verba Job *inuocabit Deum, & exaudiet eum*: pulcrum vnicum amicitie exemplum ac perfugium proponit in tanta humanæ amicitie perfidia : succedit enim Deus, qui verè amicus est, hominum infidelitati. Rectè ergò Dauid Psal. 24. 16. sic diuinam opem implorabat, *quia vnicus & pauper sum ego*: adest ille solitario, pauperi, & præsidio destituito, atque eius in primis cura tangitur, cuius neminem cura tangit. Quid? etiam ipsa ligna campi que nullius curæ mandata sunt, & aliorum præsidio destituta, curæ Deo sunt, & quasi suo iure Deum inuocent, ita illis adest cultor Deus suoque etiam nomine solitarias arbores insignit, Psal. 103. 16. *Saturabuntur ligna Dei.* sic ex Hebræo fonte Hieron. neque id eiusmodi plantis male cedit: has enim arbores Dei, & fortiores & proceriores, & ad aspectum lætiores, ad vmbas etiam commodiores; Denique vsibus humanæ vitæ pluribus commodiores, quàm arbores hominum, id est, curæ hominum & præsidio relictas, inuenies. Quare eodem se modo sponsa Cant. 2. 1. gloriatur sola se Dei benignitate, non humana industria, vel cæli affluentia excoli, cum se *florem campi, & lilium conuallium* nominat. quàm igitur sapienter Dauid sentiebat Psal. 72. 28. cum expertus caneret : *michi adharere Deo bonum est.* Hinc duo discere possumus, & gaudendum nobis esse, dum hominum præsidio destituimur, quia Deo derelictus est pauper, & orphanus ille erit adiutor. Alterum est cauendum esse, nisi iusti simplicitatem derideamus, & auxilio destitutis insultemus, nam *qui deridetur ab amico suo, inuocabit Deum*, Hebr. Eloah, id est, iudicem, q. d. ad illius tribunal prouocabit, & exaudiet eum, Job. 12. ver. 4.

D

Dum venio enim ego] Hinc patet huic languido vires non omninò defuisse : dicit enim, dum ego venio, ergo sine homine poterat venire, licèt non posset alios præuenire. Tale quid est hominis arbitrium peccato infectum : neque enim omninò extinctum, aut ita imminutum est, vt nullum bonum & honestum opus facere sine gratia queat.

Potest enim etiam post peccatum, bonum aliquid mortale efficere, vt docet Orig. tract. 35. in Marth. verùm nequit tale aliquid efficere, quo possit ad salutem, spiritualemque sanctatem peruenire, nisi Dei auxilio adiutum, & Diuina gratia sanante; sicut nec languidus ille motu illo suo sanitatem consequi potuit.

37.

38.

Deus vnicus & certans refugium derelictorum.

Ligna campi alijs arboribus vtiliora cur?

39.

Languidus hic liberi arbitrij imago.

40. Piscina v-
trum gradus
babueris.

Alius ante me descendit] Gradus igitur, inquit Barrad. in piscina erant per omnes partes, si profunda erat, per quos ægroti in aquam descenderent, quamquam potest sumi *descendit*, vt idem sit, quod, *ingreditur*, si profunda non erat piscina.

8. *Surge tolle, &c.*] Augustin. notat tria dixisse; *surge*, quod fuit operatio sanitatis, & *tolle grabatum tuum*, & *ambula*, quæ duo sano imperauit.

41. Languidus
cur grabatū
tollere inf-
sus.

Præterea aduertit Chryso. duo quædam hic: primum hæc iussisse Christum, vt credibile fieret miraculum, nec putarent homines fictitium, minimeque solitum esse id, quod factum erat: nisi enim firmissimè, verissimeque compacta fuissent membra, lectum ferre non posset. Rectè quidem, nam propterea non, *abi domum*, sed *ambula*, dictum est, vt alij obseruant, vt vegeto esse corpore declararet, propterea, inquam, tollere, id est, gestare lectum mandit. Alterum Chryso. dictum est, non spreuisse languidum imperium Christi, nec derisisse, quod cum Angelus descendens, & aquam turbans vnum solum sanaret. Christus qui homo esset, solo verbo speraret, plus se posse Angelis: quin etiam audisse, nec fuisse incredulum.

42. Christum mi-
racula sua
patet fieri vo-
luis.

Solebat, inquit Maldo. post miracula sua Christus quippiam agere, vnde patet fieri, vt constat Matth. 1. 20. & 15. 37. cum fragmenta iussit colligi; item curatum leprosum ad sacerdotem misit Matth. 8. 4. Luc. 5. 14. puellæ etiam mortuæ, & ad vitam reuocatz iussit cibum dari, Marc. 5. 43. & Io. 2. 8. iussit architriclino ferre aquam in vinum conuersam. Alteri item paralytico iussit gestare lectum, & domum abire. Matth. 9. 6.

43.

Obseruat etiam Cyrill. ostendisse se hic Christum plusquam hominem esse, dum imperando, non orando sanauit.

44.

Hæc verò, quæ sequuntur ad mores pertinent, primum qui sanitatem recepit, audiuit, *tolle grabatum tuum & ambula*, quo docemur, quod cum ad Deum nos, & ad meliorem frugem recepimus, illicd sanos nos esse; sed reliquum esse, vt optimum alijs præbeamus exemplum; quo alijs constet, sanos nos esse effectos, quod tamen fiet, si lectum sustulerimus, hoc est, mandatorum Dei iugum libenter, & alacriter portauerimus. Iugum enim sunt mandata Dei, sicut & lectus; illud, quia cohibent, & onerant, hic, quia quietem afferunt, vtrumque dictum à Christo, Matth. 11. *Tollite iugum meum super vos, &c.* & mox, *& inuenietis requiem animabus vestris.* verè lectus mandata Dei sunt, in quo tranquillè quisque, ac periuicundè mortis tempore conquiescet. Huc facit illud Bernard. in Psal. 90. sermon. 15. *Onerat, inquit, nos Deus cum exonerat, onerat beneficio, cum exonerat peccato.* Vnde sit pulso peccato, & iugum nobis imponi à Deo; & quietis lectum sterni, ac parari, conscientiz scilicet tranquillitatem & pacem.

Mandata
Dei lecto f-
milia &
quomodo.

45. Grabatum
quid.

Grabatum] Grabatum lectuli genus erat, vel lecticæ, vbi languidi, & paralytici decumbant, & licet Græcè per duplex, b, scribatur *γράββατος*, Martialis tamen per simplex, b, scripsit:

46. Grabato pec-
catorum desi-
gnatur.

Sed si nec focus est, mundi nec sponda grabati. Notat D. Thom. Ioan. 5. grabato peccatum significari: vt enim iacet molliter ægrotus in eo, ita peccator in molli aliqua oblectatione peccati, ceu in lecto cubat. Porro tunc lectus in humeros imponitur, cum peccati onus, id est, satisfactio assumitur. Nam pro mensura peccati, erit & plagarum modus, Deut. 25.

47.

9. *Et statim*] Indicat magnitudinem miraculi,

A

& quod statim sanitati sit restitutus, & quod grabatum sustulerit, & quod ambulauerit. Reperit verò ob id Ioan. eadem verba quibus Christus præceperat, vt nullum irritum fuisse indicet, q. d. dictum, factum.

Duo porro verba illa Christi, *Surge, tolle, &c.* & efficacitatem innuunt quædam ad sanandū, quam ostendit vox, *statim sanus factus est*, & obedientiz promptitudinem exposcunt. complectebantur enim verba Christi præceptum, quo iubebat languido surgere, grabatum tollere, & ambulare, idè ostendit Io. illum promptè obedisse, ac surgentem illicd, grabatum sustulisse, & ambulasse. Nec veritus est languidus, vt obseruat Tolet. Iudæorum calumnias, nec se legem transgredi arbitratus est, sabbato dum portat onus: ad fuisse diuinam virtutem sibi credidit, tam repentina, ac subit. animaduersa in se mutatione, putauitque se Christo præcipiente, tanto sc. viro securum.

B

Erat autem sabbatum] hoc est, Iudæorum quies: non enim significat Io. diem illum sabbatum fuisse, & si reuera sabbatum erat, sed ea die fuisse sabbatum celebratum, quienuisseque Iudæos, ac sabbatizasse eo die, alioqui clarè dixisset, *erat autem dies ille sabbathi*, vel sabbatum, non autem, erat autem in die illo sabbatum. hoc autem dixit, vt gradum faceret ad narrandam Iudæorū calumniam contra Christum.

10. *Dicebant ergo*] Hæc vox sequelam quandam notat ex præcedente sententia deductam, q. d. Sabbatum erat, & propterea Iudæi dicebant accusantes languidum, sabbatum est, non licet, &c.

Augustin. non calumniabantur, inquit, Christum, quia sanum fecerat sabbato: posset enim responderi, & iumentum in puteum cadens posse inde extrahi die sabbati: sed quod portaretur grabatum die sabbati. Dicunt autem, *non licet tibi tollere*, id est, gestare grabatum, non autem *non licet tibi ambulare*, licebat enim ad duo millia pedum conficere, vel circiter, vt in Actis Apostolorum docuimus cap. 1. vers. 12. ex Hierony. epist. 151. ad Alga. qu. 10. vbi etiam diximus tantumdem distasse montem Oliueti ab Ierusalem; quod spatium breuius est quatuor stadijs, lege Riberam l. 5. de templo c. 1.

C

11. *Qui me*] August. sic rationem conficit; *quare non acciperem iusionem, à quo acceperam sanitatem*, tractat. 17. in Ioan. q. d. à quo tantum accipi beneficium. debui eius seruare præceptum. Reiiicit Tolet. hanc expositionem anno. 8. quia, inquit, propter beneficium, non est omittendum præceptum. Sed mihi videtur ratio August. optima, per beneficium enim sanitatis intelligit August. sanitatem diuinam virtute collatam. Itaque ratio hæc est: quamuis onus portare non liceat in sabbato, si tamen diuina virtute id præcipiatur licebit, nec quidquam fiet contra legem: at ego q. d. languidus ex tanto miraculo tam repentè parato sat benè intelligo diuinam virtute mihi hoc beneficium esse collatum, atque aded merito, iureque optimo credere debeo, diuino etiam iussu mihi mandari, quicquid per eum, à quo hoc beneficij accepi, præcipitur; nihil igitur contra legem à me factum esse arbitror. Fateor tamen non putasse languidum Christum esse *δύναμις*, quamuis crederet diuinam virtute sanitatem restituisse.

Laudat Chryso. hominem hunc, quod admonitus noluerit sarcinam deponere, quasi sibi persuadens ad verbum faciendum esse, quicquid Christus præcepisset, nec deterreri ab ea mente

48.

49.

50.

Languidus
conf. mi.

51.

poruit à reprehensoribus, quibus tamen facere satis studuit.

12. Interrogauerunt ergo eum, quis est ille homo?] Notanda iterum venit particula, ergo, quæ ex præcedentibus sequentia inferri notat. Dixerat languidus, qui me sanum fecit, ille &c. propterea ergo interrogarunt, quis est ille homo?

Chryso. aduertit malignè ita interrogasse, ac proinde non dixisse, quis est qui te fecit sanum; sed hoc dicunt, quod videbatur transgressio, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum.

Secundùm Maldon. minabundi videntur interrogasse sic: ac si dicerent, quisquis ille fuerit, si hoc præcepit, violatorem legis esse, ac propterea nominari oportere, vt quæsitus, & apprehensus pœnas det. Et vide etiam, i rogo eorum inuidiam, per contemptum enim videntur dixisse, ille homo; nam paralyticus non ausus est dicere, homo ille, qui me, &c. sed honorificentius, qui me sanum fecit: at Iudæi tamquam vnum de plebe nõ nisi hominem vocant. Denique odio in Christum non zelo legis motos, hæc dixisse satis indicant, dum non in languidum inuehantur, qui tamen sabbato onus gestabat, non illum reprehendunt, quod obedi- rit, non sarcinam vt deponat monent, nec vt ab incepto desistat, sed in eum qui curauerat toti feruntur.

13. Nesciebat quis esset] Sunt qui putent Christum cum miraculum istud fecit, corporis habitum, & figuram mutasse, sicut cum Magdalenzæ hortulani specie visus est, Ioan. 20. 15. & euntibus in Emmas formâ peregrini, Luc. 24. 18. hoc autem colligere sibi videntur ex his verbis sequentibus.

Iesus enim declinauit à turba constituta in loco] Redditur enim causa cur nesciret ille homo quis esset Iesus, vide u. 55.

Iansen. c. 36. sciendum, inquit, græca non habere præpositionem, a, declinauit à turba, sed ἐκ τῆς ὄχλου ἦν ἐν τῷ τόπῳ, hoc est, declinauit cum turba, vel eo quod turba esset in illo loco, quamquam genitiuus ὄχλου regi possit è verbo ratione præpositiõnis; sed tunc additus fuisset articulus; & est perfectior sensus, nimirum si absit præpositio, & sit genitiuus absolutus. Si enim declinauit è turba, ergo turba miraculum vidit, vt non esset opus à languido sciscitari, quis esset, qui eum sanum fecisset. Ergo vt nostra lectio habeat sensum græcæ lectiõnis, præpositio, a, exponatur per, propter, vt sit sensus: Iesus declinauit ab ægro sanato propter turbam, in loco existentem vicino. sic Ianse. Sed planus sensus est, declinasse Iesum à turba, seu propter turbam, vel, quod idem est, turba existente in eodem loco. hæc enim est causa, cur nescierit turba Christum, quia ille factò miraculo statim à loco illo, in quo erat multitudo se subduxit, nec tempus concessit, vt agnosci posset, nec refert, quod græcè non habeatur præpositio, a, est enim idem sensus.

Verum in eo quod subdit, nõ est audiendus Ianse. dicit enim ἐκ τῆς ὄχλου, esse vocem ambiguam. Potest enim esse à verbo ἐκτίνω, & significat declinare, aut à verbo ἐπιτείνω, & significat peregrinum esse; quomodo si hic accipiatur, sensus erit: idèd nesciebat languidus quis esset, quia Iesus fecerat se veluti alienum, & peregrinum, vt neque à languido, neq; à turba agnosceretur. Qui certè sensus ob id videri potest conuenientior, quod postea languidus iste, mox Iesum quis esset agnouerit, cum ei loquutus fuisset in templo: cur enim prius secum in porticu loquentem non agnouisset? signum est ergo peregrina apparuisse forma; sed hæc Ianse. & quorundam opinatio nullo modo quadrat, subiunctis verbis: nam quis sensus esset, fecisse se pere-

grinum turba manente eodem loco. Responderi potest, quia à turba cognosci noluit, quæ ibi erat. Sed hoc satis peregrinum est, & alienum à Christo, qui miraculis edendis cognosci volebat, ac teneri, & laudari nõlebat, idque præsertim, vt nobis exemplum fugiendæ gloriolæ tribueret.

Et ob id etiam nunc diuertit; vel certè ne comprehenderetur quod id sabbato fecisset. Primum docent Chryso. & Theophyl. hoc Cyril. Addit & Chryso. vt eo absente, testimonium languidi sine suspitione esset, & ne plus accenderetur hostium furor si præsens esset. Solet enim eius, cui inuidetur præsentia, inuidentium animos accendere.

Cum ergo dixit interpres, declinauit à turba constituta in loco, id est, existente in eodem loco, vbi miraculum patratum fuerat, duo significauit, & quod à turba declinauit, & cur, quia scilicet ibi erat, & teneri ab ea, & popularem auram videri captare noluit, & ob alias causas. Quare non mirum, si interrogarunt, quis est ille homo qui dixit, &c. verosimile namque est à Christo solo relictis alicubi discipulis interrogatum languidum intra piscinæ porticum, ac sine testibus cum paralytico priuatim eum esse loquutum, aliud agentibus ijs, qui præsentibus aderant, vt aduertere vix potuerint. Itaque hi, qui interrogarunt, quis est homo ille, miraculo non interfuerant, vel certè non aduertebant, præsertim cum factò miraculo confestim se subduxerit inde Christus.

Languidus verò, etsi de facie noscere poterat Christum non nouerat de nomine: neque enim erat tam notus vulgò Christus tunc in Iudæa, vt quocunque irèt cognosceretur, & pauca illa miracula, quæ Christus fecerat Ierosolymis superiori die Paschæ. Io. c. 2. 13. non viderat languidus, qui in piscina iacebat.

14. Postea inuenit eum] Non adhibere Iudæi studium, & diligentiam, vt quis auctor esset miraculi inuenirent, quia malebant miraculi auctorem, quem Christum opinabantur, ignotum esse, quàm transgressiõnis accusare, cuius eum non sperabant posse conuincere, vt notat Tolet. ad not. 9. at Dominus non permisit se latere, qui per miraculum populorum fidem augere cupiebat, seque à falsis eorum criminationibus defendere, ne populus deceptus aliter sentiret de eo quàm par esset.

Iterum obserua more humano loquutum hic Iðan. dum de Christo ait, inuenit eum, &c. alioqui consilio, non casu inuenisse credendus est, & vt miraculum prædicaretur, & vt instrueretur languidus.

Scribit Chryso. curatum hunc hominem non ad nundinas secessisse, nec se voluptati tradidisse, verum in templo conuersatum, quod maxime religionis est signum. Et rectè monet Glos. quod qui vult ad visionem Dei peruenire, fugere habet turbam suorum affectuum, & malorum hominum, & templum adire intertæ orationis, cæcus in turba positus Iesum non agnouit, agnouit in templo.

Cæterum optimi medici partes obit Christus, neque enim solùm sanitati restituit ægrotantem, sed etiam ea præscribit, quibus in posterum in sanitate perduret. Prescribit autem quæ sequuntur.

Ecee sanus factus es] Monet primùm acceptæ gratiæ sit memor, eamque illi in memoriam reuocat, q. d. diuturno morbo admirandum in modum liberatus es, vide ne eius rei memoria deleatur, atque ita te sanitatem recuperasse memineris, vt nisi tibi ipsi attendas in ægritudinem relabi possis. Cautior igitur esto in posterum, & vide non

Iudæorum inuidia, & contemptus in Christum.

Christus an figuram corporis mutauerit coram hoc languido.

ἐκ τῆς ὄχλου ἦν ἐν τῷ τόπῳ.

55.

16.

17.

18.

19.

60. Affectuum inordinatum turba fugienda.

61.

tuo labore, non tuis expensis, non tuo merito ad pristinam valetudinem rediisse: hæc namque omnia, verba ista significant; ecce sanus factus es. hoc ergo est primum quod præscribit.

Iam noli peccare] Deinde eundem admonet, ne in peccata relabatur, ob quæ in morbum illum inciderat, quo multos annos implicitus iacuerat. Dum ergo morbi causam aperit, vult illam cautionem dinceps reddere. græcè *ἄνωγει*, ponitur loco, iam, id est, nē posthac.

62. Non mihi fit credibile per seuerasse istū in peccato per totum hoc languoris tempus, quod tamē video Toletō placuisse, nec sine probabilitate: potuit tamen ob præterita peccata tantū longo morbo puniri, quamuis interim peccatis illis abstineret, saltem ad aliquot annos.

63. Hic interim ostendit Christus Deū se esse, dum abditissimam morbi causam aperit.

Ne deterius tibi aliquid cōtingat] Postremō præscribit, & hoc sanitati conseruandę perutile, dum aliquid timoris addens, vt à peccatis abstinere faciat; Monet benè videat, ne deteriora patiat, si se in officio non contineat, & præteritas maculas non emendet, sed repetat.

64. Morborum origo peccati

Ex histria moribus vitia deducere est. Primū morbos ob peccata sæpè à Deo immitti, vide Tolet. anno. 10. Deinde post receptam sanitatem, etiam animæ, & post baptismum peccare posse hominem contra ac Iouinian. fenfit: lege Cyprianū lib. 3. aduersus Iudæos. Denique, & illud hinc conficitur clarissimè, grauius peccari post acceptam sanitatis gratiam, cum corporis, tum animæ, si quis iterum peccet ob adiunctum ingratitude vitium. 2. Pet. 2. 21. *Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti*; hos comparat cani reuerso ad suum vomitum: & sui lotæ in volutabro luti: lege Bernard. sermon. 3. in Cant. & Basil. lib. moral. Reg. 11. c. 2. & Cyprian. lib. de discip. & habitu virginum.

65. Porro quia non dictum est, *noli peccare, quia non sanaberis, sed ne deterius, &c.* Colligit Pacianus epist. 3. contra Nouatianos, non esse negandam poenitentibus veniam.

66. Tria sapienti indigna vici

Hæc verba altius imprimenda sunt cordi, vbi qui mentis sanitatem assequutus est per poenitentiam piscinam. Ecclesiast. 26. 25. scribitur: *In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus.* (hæc duo sunt, quæ dolorem sapienti afferebant; viri bellatoris inopia, qui debet necessarijs abundare; & viri sapientis contemptus, cui magnū par est deferre honorem: subiecit tertium) *& qui transgreditur à iustitiæ ad peccatum* (hoc est enim, quod indignationem maximum excitat, de quo ait) *Deus parauit eum ad romphæam*, id est, supplicium æternum, & hoc est, *ne deterius tibi aliquid contingat*, vt & Lyranus exposuit.

67. Languidi gaudiō.

Abijt ille homo] Abijt, inquit Cyrill. vt medicum ostenderet, si quis fortè illorū sanitate indignisset. vel abijt, vt Chryso. ait, vt tamquam gratias auctorem beneficij profiteretur.

Quia Iesus esset qui fecit eum sanum] Idem Chryso. hom. 37. animaduertit non dixisse languidum, quia Iesus esset, qui portare iusserat onus, quod quæsierat Iudæi, sed qui se sanum fecerat, vt vel hinc intelligas, non malo eum animo de Christo Iudæis renunciaisse.

68. ἡγήθησαν αὐτὸν ἀποκτείναντες.

16. *Propterea persequerantur*] græcè additur *ἡγήθησαν αὐτὸν ἀποκτείναντες*, id est, & querebant eum interimere. quibus declaratur, quo pacto eum persequerentur: neque enim dumtaxat verbis, sed rebus & factis. Dum verò dicitur propterea, indica-

A ri videtur color, & prætextus, quo Christum persequerantur, verè enim inuidia potius agebantur, sed eam zelo obseruationis sabbati operiebant; quâquam Cyril. dicit, significasse hic Io. verè quidem Iudæos ob hanc causam persequutos fuisse Christum, verum interim indicare voluisse, quàm petperâ, & stultè id facerent, dum ob sabbati violationē, quod reuera minimè violabat, immò spiritaliter obseruandū docebat, eū persequeretur.

Quia hæc faciebat] dum hæc dicit insinuat alia Christum itidem miracula in sabbato fecisse ante hæc, quæ ab alijs Euangelistis narrantur, & si fortè non omnia. An verò Christus transgressus fuerit edendis miraculis sabbatum. ad Theor. reijcimus.

17. *Iesus autem respondit*] vel respondisse dicitur pro loquutum fuisse, aut, loqui inceperit: est enim hebraismus: vel Iudæi ea de re aliquid dixerant Christo, quod Io. tacuit; puta quod Deus requieuit die septimo, vel certè eorum cogitationibus occurrit hoc responso.

Pater meus vsque modò operatur, & ego operor] Aduertit Chryso. quod cum Christus discipulos excusat, ob violatum sabbatum à Iudæis accusatos, David conseruum eorum in medium affert, Matth. 12. 3. 4. 5. Cum autem de seipso erat accusatio ad patrem confugit, quia illi homines erant, ipse Deus. Notandum verò quandoque se excusare vt Deum sicut hic; quandoque vt hominem Lucæ 14. vtrumque enim credi volebat.

Vocat ergo patrem suum peculiari quadam ratione, seque eadem dicit cum illo agere, seu perinde ac illum operari. Vnde rectè confecerunt Iudæi se æqualem dixisse patri. *Ecce*, inquit Aug. *intelligunt Iudæi, quod non intelligunt Arriani*; cum præsertim significet hic Christus ita se à patre esse, vt ab eo sicut substantiam, ita potentiam habeat; vt nihil alienum ab eo facere possit, deniq; vt nihil ille agat, quod non & ipse: sicut Io. v. 18. sequenti significat: neq; enim ea sunt verba Iudæorum, sed Euangelistæ ex sua sententiâ affirmantis, verè Christi mentem eam fuisse, quâ nec Iudæi ignorarunt, nimirum dicere se æqualem patri filium esse.

Itaque Christi hoc loco responsum, primam continet rationem sic: *Quia pater meus semper operatur, ego etiã operor*, seu propterea operor. sequela ponitur n. 73. Et hæc intelligentia causalem continet sensum, vel potius per similitudinem: quem admodum pater meus semper operatur, ego etiam operor, nã nec ille sine me, nec ego sine illo quicquam possumus facere.

Est verò hebraismus; nam particula, &, comparisonem interdum significat. Vel tertio, quousq; pater meus operatur, & ego similiter operer necesse est. Vel denique quicquid pater meus operatur, & ego operor, atque aded quod ego facio, pater facit; & hoc insinuat v. 19. Hinc sequitur, ergo non est quod me accusetis, sicut nec patrem accusare potestis. Ita Christus calumnias Iudæorum depellit ipsum criminantium, quod in sabbato operaretur.

Textus hic Io. non obscure ostendit omnem, etiam voluntatis, tamen liberam actionem, immediatè pendere à Deo. dum enim Christus ait: *pater meus vsque modò operatur*, exponunt Patres, quos plures hic recenset Card. Tolet. ab eo vsque die, quo Deus mundum creauit, numquam operari desisse, tum res creatas conseruando, tum cum eis alias producendo. Et sanè est eadem ratio de dependentia in conseruatione; atque in operatione, quod ita esse qua ex parte effectus, qua ex parte causæ docet Franc. Suar. lib. 1. de aux. cap. 4. initio. Vbi etiã ostendit Deum in quolibet effectū immediatè inmediate virtutis, & suppositi influere; lege item Aug. 17. in Io. explicantem, quomodo

69.

70.

71.

72. Arriani stupidiōres Iudæi.

73.

74.

modo

modo Deus quieverit die septimo, & usque modo operetur, & latius lib. 4. Genes. ad lit. & lib. 5. cap. 14.

75.

75. *Vsq[ue] modo*] *ως αχρις*, vel significat quoties, & & quodcumque operatur, vel idem est, quod *semper*, sine termino, etiam die Sabbati, quare non est omnino necesse exponere, *vsque modo*, id est, vsque ad hanc diem sabbati ex Cyrill. lib. 2. c. 133. quasi esset ea dies Sabbatum, qua hæc differebat Christus, id enim incertum est; vel etiam vim eam habere potest, adiuncta particula, &, vt significet quicquid perpetuo & quodcumque operatur, & ego operor.

18. *Propterea ergo magis*, &c.] significant hæc, quæsiuissse Iudæos eum interficere: verum noua hæc oblata causa, quod se Deo æquaret ad interficiendum magis accensos, inflammatosque fuisse. hoc enim innunt illa, *propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere*, quasi prius quæsiissent. vox verò, *ergo*, infert ex præcedenti sententia illationem: præcessit enim hæc sententia; *pater meus operatur vsque modo*, &c. quam expressius posuit v. 8 dum ait: *quia patrem suum dicebat Deum*, & ne quis arbitraretur per adoptionem patrem suum vocasse Deum, subiicit dixisse se habere Deum patrem sibi æqualem. Hinc ergo infert: *Propterea ergo magis*, &c.

76.

76. *Sed & patrem suum dicebat Deum*] Dices quomodo Iudæi ex proximæ commemoratis Domini verbis intellexerunt ipsum facere Deum patrem suum, & se æqualem Deo? Respondet bene Perer. n. 49. quia vocauerat Deum patrem suum proprium; quia dixerat se similiter quolibet tempore operari, vt ipsum Deum, quia dixerat se operari simpliciter, id autem est, omnia, sicut pater operatur. Et fanè hoc Iudæi rectè intellexerunt: si enim in hoc errassent, aut Christus errorem correxisset, aut Euangelia indicasset, sicut cum Ioan. 2. dixit Dominus Iudæis. *Soluite templum hoc*, &c. & cum monuit discipulos, vt cauerent à fermento Phariseorum, continud Euangelistæ reiecerunt falsam eorum verborum intelligentiam. Sic hoc loco facere oportebat, ne putaretur Christus Diuinitatis honorem affectasse.

77.

77. *Respondit itaque Iesus*] Fortè aliquid dixerant Iudæi, quo exprobrabant illi, æqualem se facere Deo, quodque Sabbatum solueret. hoc enim significat illud, *itaque*, q. d. & Sabbati violationem; & cum Deo æqualitatem obiciebant; propter quæ duo interficere quærebant illum: quod si non verbis, saltem animo duo illa conceperant: vtrique ergo obiectioni respondet Christus v. sequenti. Fortè tamen verosimilius est ore nihil expressisse, de æqualitate saltem, sed animo tamen cogitasse, quod se æqualem Deo faceret, alioquin id non tacuisset Ioan.

78.

Trifariam de Christo loqui possunt.

19. *Non potest filius*] quæ sequuntur spinosa valde sunt, & sublimia, & ideo diligentius expendenda. Obserua in primis trifariam de Christo nos loqui posse: primum qua Deus est, ratione dumtaxat diuinæ naturæ: deinde vt homo est, ratione tantum humanitatis, puta, cum loquitur de potestate quadam humana ad iudicandum, ad suscitandum, ad sciendum, & alijs donis humanis diuinitus illi concessis. Denique, vt est hic homo, id est, quatenus; persona quædam est habens humanam naturam, cui naturæ iuncta Deitas est, ratione cuius vnionis accepit illa humanitas, quæ competunt Dei filio ratione diuinitatis, vt est potestas ad iudicandum diuina, infinita scientia, & id genus alia. Iam verò quæ hic scribuntur, exponenda ferè sunt de Christo hoc tertio modo sumpto in his Scholijs, quamuis in Theo. aliam expositionem prosequemur fortassis probabiliorem,

A quam hic non ponimus, ne plus æquo longiora sint Scholia.

Est igitur hæc verborum sententia, vt ostendere velit hic Christus, primum, & quidem potissimum se Sabbatum non soluere, deinde sequentibus verbis, *quicumque enim ille fecerit*, &c. clarius & expressius æqualitatem confirmat, quamuis & ista ex prioribus etiam verbis colligatur. Ait ergo, nihil ego facio, quod non faciat pater meus, à quo etiam accipio, quicquid ego filius facio: si ergo me violari Sabbati accusatis, etiam in patrem hæc redundabit calumnia, & vt violatorem Sabbati eum accusatis oportet. Dixi respondere hic ad obiectionem de Sabbato; & quidem potissimum: nam ex eo quod dicit nihil se facere posse, nisi quod viderit patrem facientem, non ita clarè confici potest, quod æqualis sit Deo: quando ad æqualitatem opus fuerat nõ hoc tantum, sed etiam omnia quæ pater facit, videre, & facere, quod sequentibus verbis declarat.

B

Porro cum hic dicitur non posse filium à se facere quidquam: non significat illud, *à se*, ipsum solum sine alio, hoc est, sine faciente patre, facere: nam neque etiam hoc modo pater solus quidquam facit, sed præter hoc significat facere posse nihil, nisi illud, quod facit simul pater, ita vt simul etiam pater faciat, & à patre habeat illud ipsum, quod est facere: est enim vna eademque patris, filijque operatio, sed eam filius habet à patre.

79.

Quare merito Hilar. 7. de Trin. scribit; his Christum confirmare, immò verò & augere, quæ dixerat ver. 17. quasi dicit non solum quod facio, facit pater; sed non possum aliud facere, quam quod pater facit, à quo & accipio quod facio.

C

Quid quod etiam hinc intelligimus Christum esse Deum; omnis enim creatura potest aliquid facere, quod non potest Deus. Est enim impossibile Deum mentiri. *si enim hoc portet*, inquit August. 22. de ciuit. c. 25. & 26. contra Faust. c. 5. *non esset omnipotens*, si ergo Christus de seipso affirmat nihil posse se facere, nisi quod pater facit, esse creatura non poterit.

80.

Christi diuinitas astruitur.

Adhuc obseruanda est particula, *nisi quod*, hæcque enim habet vim exceptionis, *sed nisi*, loco, *sed tantum*, positum est.

81.

Sed cur, inquit, dictum est, *nisi quod viderit facientem*, an non satis fuerat dixisse, nisi quod pater facit? Respondet Maldon. voluisse ita se patri natura coniunctum ostendere, vt tamen distinctum esse significaret. Coniunctum distendit cum dicit, se facere non posse, nisi quod facit pater, distinctum, cum dicit, *nisi*, id est; sed tantum, quod viderit patrem facientem. alium enim esse qui videtur, alium, qui videt necesse est. deinde conuenienter filio loqui voluit; cuius est non prære, sed sequi patrem, & ob id nunquam de patre dictum legitimus, non posse eum quidquam facere, nisi quod viderit filium facientem; quamuis re quidem vera dici potuerit; inquit idem auctor.

Christus natura patri coniunctus, & quomodo.

D

Sed verior, & planior horum verborum sententia, vt mea fert opinio, est; vt multa asseramus his verbis significari, quibus dicitur; *nisi quod viderit patrem facientem*. Primum quidem excluditur solitudo, nam; neque sine patre facit filius; & hoc demonstrat vox, *facientem*, q. d. facit quod pater facit.

82.

Ad hæc, verbum, *viderit*, notat, quod faciat id quod videt patrem facientem, quia nimirum ab eo accipit vt faciendi virtutem, ita & operationem. Hic namque dicendi modus communicationem quandam significat operati. is quæ tribuatur ab

eo, quem

eo, quem quis facientem videt. sicut in humanis, is, quem alius operantem videns, imitatur, & refert, dici potest suo modo non eandem quidem numero operationem, seu operandi modum illi communicare, sed eadem tamen hæc specie per imitationem: ita filio Pater in diuinis dicitur eandem prorsus operationem, & virtutem communicare filio, qui illud ipsum facit, quod videt patrem facientem; non potest autem diuersa esse numero operatio vtriusque. quoniam igitur Filius, & cognoscit, & facit idem illud, quod Patrem facientem videt, ita vt operationem, sicut & virtutem cognoscendi, & faciendi illud idem, accipiat à patre, propterea dicitur facere, quod videt patrem facere: & hoc est à semetipso non facere, quod patri non competit. Tertio ne quis putaret diuersam esse patris, filijque actionem, nõ est dictum, quod videt patrem fecisse, sed facientem: & illud verbum, *quod*, innuit vnum, idemque opus simul fieri à Patre & Filio.

Ijs adde, tacite significari voce, *viderit*, Filium esse Verbum, & Sapientiam genitam Patris, & ided cognoscere omnia, quæcunque Patris sunt, & ob id dixit, non tantum facit, quæ Pater, sed *quæ viderit facientem*. Facit enim omnia, vt verbum Patris, omnia videns, & per quod Pater omnia facit. Postremò dicere *quod videt facientem* non obscure declarat, Filium Patris instrumentum non esse, cum cognoscat æquæ ea, quæ facit.

83. Sed illud non est hic silentio prætereundum, in his veris hæcisse Arrianos, quibus dicitur: *Filius non potest à se facere quicquam*, &c. Sic enim ea impij accipiebant quasi significare vellent Christus se Discipulum esse Patris. At ridiculè decipiuntur, numquid mundum non fecit Filius, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quod factum est: atqui non viderat ante Patrem mundum alium constructum, neque enim mundus alius est. Necessè est igitur affirmare sensum esse, Patrem, & Filium vnum & idem facere, neque posse res facere diuersas cum natura & voluntate idem sint, accipiatque Filius à Patre eandem prorsus, & cognitionem & actionem.

84. Cæterum & illud diligenter obseruandum est secundum Idacium, Augustinum, Ambrosium, quos citat Maldon. hic vers. 19. vocem illam, *facere*, non posse veram & propriam actionem significare: si quidem peregit filius multa, quæ nunquam eadem Patrem facientem vidit quando. n. vidit nascentem Patrem? quado humanam sumentem naturam? quando patientem? hæc tamen omnia Filius fecit. Non igitur Verbum *faciendi* externam significat actionem; sed consensum, sed voluntatem, vt sit hæc proindè sententia, Filium non posse facere quidquam, nisi quod Patrem velle intellexerit, rectè enim Pater facere dicitur, quod siue per se fieri vult, siue per alium.

Ad hoc, sunt qui dicant magis Scholasticè; Patrem non solum volendo, sed verè etiam agendo fecisse quidquid fecit Filius, fecisse tamen vt efficiemtem causam, non vt terminum. Filius natus est, Pater generauit, Filius naturam induit humanam, Pater dedit, ille mortuus est, hic eum tradidit, resurrexit ille, hic eum à mortuis excitauit. itaque in omnibus à Patre & Filio eadem actio edita est; sed propterea Filius, non Pater genitus, vel natus, vel incarnatus, vel mortuus, vel suscitatus esse dicitur, quia hæc nomina non actiones solum, verum actionem etiam terminos significant, qui Filio propter personæ distinctionem, quæ terminus est, non Patri conueniunt.

85. Sed in primis quod ex Idacio, Augustino, Ambrosio allatum est, non omninò mihi probatur. quamuis enim Christus vt homo nihil faceret,

A nisi quod sciret velle Patrem (sic enim Patres isti hunc locum exponunt de Christo, vt homo est) is tamen sensus in hunc textum non quadrat. nam dicendum potius fuisset, Filius non facit, nisi quod viderit Patrem volentem, cum tamen non ita scriptum sit à Ioanne, sed, *nisi quod viderit Patrem facientem*, vt non sola indicetur operationis Christi, cum Dei Patris voluntate, conformitas; sed in primis vnitas operationis: ita vt quod Filius facit, faciat etiam simul Pater, quod Filio conuenit ratione diuinitatis, siue simpliciter, siue vt vnita est humanitati in Christo.

86. Deinde venio ad id quod ex Scholasticis deductū est, & aio nõ satis id in huc textū quadrare. Nã verè & propriè non orabat Pater, non ieiunabat, non ambulabat, licet hæc omnia Christus faceret.

87. Quare planior sensus est, magisque germanus, vt hunc locum interpretemur, non de omnibus planè operibus, quæ Dei Filius, postquam hominem induit, effecit: sed de illis dumtaxat, quæ eidem Christo homini distribuuntur, ratione scilicet diuinitatis vnitæ sibi: id genus verò sunt opera, quæ *miraculosa* à Theologis vocantur; itè & opera Diuinæ virtutis: hæc ergo faciebat Filius, & verè ac propriè faciebat Pater, quia vna vtriusque virtus, sicut vna vtriusque essentia. De his, aduerte lector, dictum est, *non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem*: Propterea non est dictum, nihil facit, sed *nihil potest facere*, ad insinuandam videlicet vnus, indiuiduæque operationis necessitatem ex vna, & indiuidua natura proficiscentis. vt ergo difficillimi loci sententiam paucis complectar: sermo est hic, de operibus illis, quæ sunt diuinitatis, & tribuntur Christo homini ob vnionem diuinitatis cum eius humanitate. veniamus ad alia.

88. *Quæcumque enim, &c.*] vbi Iudæorum calumniam de violato Sabbato repulit; respondet nunc pro æqualitate clariùs, quæ licet in prioribus continetur verbis, non ita tamen clarè ostendebatur, vt dictum est, quamuis & hinc confirmetur prima etiam ratio, confutans violatum Sabbatum. Dictum fuerat paulò antè, nihil posse Filium facere, nisi quod viderit Patrem facientem: iam verò addit, omnia vniuersim, quæ facit Pater, facere similiter & Filium, igitur æqualis est Filius Patri in operatione, ergo & in natura. Nam profectò, si Filius non modò nihil potest facere, nisi quod videt Patrem facientem, & præterea omnia quæ ille facit, facit & ipse, nec tantum hoc, sed similiter facit, id est, eodem modo, pari nimirum, eademque potentia, scientia, voluntate, operatione, maiestate, ergo æqualis est illi.

89. Quatuor ergo ex hoc loco discimus; primùm significari quæcumque facit Filius, ea quoque fieri à Patre: vnde liquet, nihil Filium facere diuersum, nedum contrarium Patri, quod clariùs dicitur illis verbis: *Non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem*. Secundò illud etiam indicatur, quæcumque facit Pater, eadem omnia facere Filium; vt intelligatur, eadem esse in vtroque rerum effectrix potentia. Tertio hinc etiam elicimus Patrem, & Filium ad faciendâ opera nõ concurrere, vt causas inuicem subordinatas, vt Sol & homo concurrunt dum hominem generant: neq; vt causas partiales: neq; vt causam principalè, & causam instrumentale: neq; vt causas diuersi generis, prout ad naturales effectus conueniunt, materia, forma, finis, efficiēs: sed vt vnâ, eandemque causam, vnicumque principium, vna, eademque potentia, & scientia, & voluntate, eademque actione omnia facientem, conseruantem, gubernantem, quæ omnia voce illa, *similiter*, significantur: non enim idem est,

quod

83. Arrianorum error.

84. Faciendi Verbum quid significet.

85.

quod quoque, vel etiam, sed quod eodem modo

90.

Sed sciendum est dici Patrem, & Filium eodem modo operari, vt rectè nōtat Perer. nu. 14. non quidem ad se inuicē considerātos; Pater enim à se ipso potentiam habet operandi: Filius autem eam accepit à Patre; sed respectu ipsorum operum, quæ fiunt extra ab vtroque, dicuntur Pater, & Filius eodem modo operari: quia eadem ratione ad ea faciēda concurrunt.

91.

Addendum denique quartò ex hac propositione, nimirum omnia, quæ ille facit, facit similiter filius, inferri, siue seorsim sumantur illæ duæ voces, omnia, & similiter; siue simul, æqualitatem, & Deitatem: nam si omnia facit, quæ Pater, ergò non potuit esse factus à Patre, nec esse creatura: cum enim seipsum facere nequeat, si Pater illum fecisset, non omnia, quæ Pater facit, ipse fecisset, neque enim se Idem ex verbo *similiter*, deducitur. siue ergò seorsim sumatur alterum horum, siue simul, semper inferitur æqualitas atque Deitas. Ex quibus etiam calumnia violati Sabbati reuinditur, quomodo enim si & omnia, & similiter ac Pater operatur, ita vt nihil possit facere, nisi quod viderit Patrem facientem, violati Sabbati accusari poterit?

20. *Pater enim diligit Filium*] Quoniam obijcere quis poterat ipsum non omnia facere, quæ Pater, quasi non omnia, quæ Pater facit, videat; ostendit nunc id esse non posse, ita vt reddatur simul superioris sententiæ causa: nam *Pater diligit Filium*, & ided nihil ei occultat, sed ostendit omnia, sic ergò Filius omnia facit, quæ Pater facit.

August. intelligit Patrem demonstrare Filio, nihil esse aliud, quam Patrem gignere Filium, gignendo namque Filium, eandemque suam ipsius naturam communicando, simul cum natura, ac generatione notitiam, ac visionem tradidit omnium, tam præteritorum, ac præsentium, quam futurorum. Cyril. etiam non est alienus ab hac expositione, dum sic ait: *Pater Filio demonstrat, quæ facit, totum seipsum in natura filij quasi depingens, vt quæcumque in se habet ipse, in Filio ea demonstrat.* lege Augustin. tractat. 21. & Cyrill. lib. 2. cap. 327.

Sed illud hanc interpretationem destruere videtur, quod appareat hic velle Dominus assignare causam, ob quam Pater Filio omnia demonstrat; atqui dilectio filij, sicut non est causa generationis filij; ita nec causa est ob quam demonstrat omnia Pater Filio. Quomodo ergò demonstrare generare est? Ad hæc, si propter æternam generationem filij ex Patre dicitur Pater Filio demonstrare omnia, quomodo stant, quæ sequuntur, & *maiora his demonstrabit ei opera?* quasi nondum illa ei demonstrauerit? Ad primum horum respondet D. Thom. Io. 5. non debere illa verba, *Pater diligit Filium*, accipi, vt causam, ob quam Pater Filio omnia demonstrat, sed tantum vt signum, ex quo à posteriori homines, quibuscum loquebatur, colligerent Patrem omnia filio demonstrare, q. d. D. Thom. quod omnia Pater filio demonstrat, & ipsi suam naturam, & potestatem communicet, signum certissimum est eximia, ac singularis illa erga Filium dilectio. Ad secundum respondet August. quod hætenus quidem Dominus loquutus est secundum Diuinitatem à principio versus vicesimi, vsque ad illa, & *maiora*, &c. vnde incipi loqui de se, quatenus homo est; quomodo in tempore quædam prius demonstrat Pater Filio quæ prius non demonstrauerat.

93.

D. Thom. in hunc modum explicat: Patrem demonstrare filio omnia, quæ facit; significare hic, Deum manifestare alijs se omnia quæ fecit, facit, & facturus est, per filium fecisse, facere, & factu-

A

rum esse: & licet ostenderit multa se prius fecisse magna, & mira per filium: deinceps tamen demonstraturus erat maiora, quæ per filium facturus erat. Tunc enim demonstrare dicitur hoc modo, cum innotescunt. Iansenius aliter declarat: Patrem demonstrare omnia filio, esse, Patrem omnia facere, cognoscente ea filio, per cognitionem eius, nempe à Patre acceptam, quomodo non rectè diceretur filius omnia, quæ facit, demonstrare Patri.

B

Sed illud in hac expositione mihi displicet, quod August. *maiora ei demonstrabit*, de Christo vt homo est, exponat: cum enim hoc v. 20. rationem velit reddere Christus cur omnia demonstrat Filio Pater, videtur ratio hæc (siue signum, siue causa sit) vt rectè dicit August. de Christo Deo, de quo prius loquebatur, intelligi debere, ergo etiam ea, quæ sequuntur, & *maiora his*, &c. de eodem accipiēda sunt, quod tamen August. negat. D. Thomæ & Iansenij responsio non displicet, quare poterit hæc interpretatio admitti.

Poterit tamen altera esse non minus probabilis, ex his, quæ superius diximus, affirmantes sermonem hic esse de Christo homine ratione Diuinitatis vnitæ, magis etiam conformis: nimirum adeò dilexisse Deum Patrem humanitatem illam, vt eam Deitati vniuerit: hinc factum, vt ratione Deitatis vnitæ, dicatur omnia illi homini aperire, nihilque illi occultum esse velle eorum quæ facit, & ita dilectio videtur sumi posse tamquam causa, sicuti vniōis, ita, & demonstrationis omnium: nam ob vniōem, quæ Deitatis sunt, illi homini tribuuntur. Alteram expositionem de Christo vt homo est, in Theor. reijcimus, ne hic longi simus.

C

Et maiora his demonstrabit] Franciscus Suarez. tom. 2. 3. par. in q. 59. & in ar. 1. explicans hunc locum de Christo, vt homo est, sic scribit; *ostendit omnia illi homini quæ facit Pater, non solum speculative (vt sic dicam) sed etiam practice, dando ei virtutem ad faciēda opera illis similia, quæ ipse facit, & hoc est, quod subdit, & maiora his demonstrabit ei opera. Demonstrabit, inquit, non quantum ad cognitionem (nam etiam vt homo omnia sciebat à principio conceptionis) sed quantum ad executionem eorum, quæ in singulis temporibus operaturus erat, iuxta Patris voluntatem.* Hæc ille.

Verum non mihi videntur, in hunc textum conuenire hæc, si prosequi velimus, quam cœpimus interpretationem. nam de Diuinitate id dici non potest, nec consequenter de Christo, vt est homo ratione Diuinitatis, quod similia faciat, sed quod eadem facit opera cum Patre. Quod si dicas esse hæc accipiēda de Christo ratione humanitatis, iam recedemus ab ea expositione, quam cœpimus sequi, nimirum, esse hæc sermonem de Christo homine ratione vnitæ diuinitatis, vnde nascitur communicatio idiomatum. Vtrum autem possint hæc conuenire Christo, vt homo est, in Theo. tractabimus.

D

Quare vocem illam, *demonstrare*, quatuor sensus facere posse arbitror, qui omnes rectè etiam conueniunt Christo homini ratione vniōis Diuinitatis. Duos priores sensus paulò antè retuli n. 93. alterum ex D. Thom. alterum ex Iansie. Tertium ponunt Maldon. in versum 20. & Perer. disp. 13. nu. 57. vt verbum, *demonstrare*, non accipiatur pro *docere*, aut ostendere, sed pro *facere*, dare, impartiri, sensumque hunc esse. Pater dat Filio potestatem omnia faciēdi; aut Pater omnia opera sua cum Filio communicat, nec communicat modo, sed & communi cabit, quia potentia faciēdi, quæ est in Filio semper est à Patre.

Neque verò noua, vel insolens hæc significa-

tio

94

95.

96. *Demonstrandi verbum quid hic significet.*

47.

92. *Pater gignendo filium omnium notitiam ei tradidit.*

tio verbi ostendendi, vel demonstrandi videri debet, pro dare, vel exhibere vt Exod. 33. 19. *ego ostendam omne bonum tibi*, i. dabo ex Mal. hic, 1. Reg. 14. 12. *ascendite ad nos & ostendemus vobis rem*. i. faciemus. Pfal. 4. 6. *quis ostendet vobis bona?* & Pfal. 59. 5. *ostendisti populo tuo dura*; & Pfal. 70. 20. *quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas*, & Pfal. 84. *ostende nobis Domine misericordiam tuam*, quod statim declarat, & *salutare tuum da nobis*, Act. 9. 16. *ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati*. ostendam, inquit, non docendo, sed agendo. i. pericula illi obijciendo, & patientiæ gratiam largiendo, & 2. ad Timoth. 4. *Alexander Aetarius multa mala ostendit mihi*. Obseruat autem Rupert. paulò antè dixisse Christum *demonstrat*, non, *demonstravit*, quia quotidie cum illa sua opera communicat.

98. Quarta addi potest expositio, quam etiã Card. Tol. amplectitur an. 16. ad significandam videlicet æternitatem loquutum esse Christum Dominum per verbum futuri tēporis. cum enim æternitas omne tempus sub se claudat, hinc fit, vt æterna omnibus temporum differētijs explicari queant, prout ratio accommodatæ loquutionis postulat: quare dum præsentia exprimimus, æterna etiã tempore præsentia declaramus, dum de futuris agimus, vtimur futuro tempore in æternis explicandis, sicut & in præteritis, præterito, licet actus æternus sit supra omne tempus. sic consueuimus dicere Deus cognoscit nostras cogitationes, & de præteritis hominibus, quod cognouit eorum cogitationes, sicut de futuris, quod cognoscet. Hæc differētia non in Deo est, quia ab æterno semper & simul omnia cognoscit: sed cum hæc ipsa cognitio semper maneat, & præterito, præsentis, futuro temporis coexistat, fitq; interim supra tempus; varijs temporum differētijs exprimitur, pro vt exposcit varia de rebus loquutio.

Verum cum dicimus Deum cognoscere quidpiam, non inficiamur cognouisse, vel cogniturum esse; sicut nec cum affirmamus cogniturum, negamus nouisse, vel etiam nosse &c. Interdum etiam ad explicandam æterni actus permanentiam, fit vilemque, & inuariabilem perduratiōe vtimur tempore præsentis, vt cum dicimus Pater generat, vel diligit Filium: quod ita dictum est superiùs: *Pater demonstrat Filio, quæ facit*. Cum ergo August. tract. 19. inquit; *quando demonstrat? an quando facta sunt, an antequam fiant?* facilis est responsio, sicut Pater cognoscit, quæ facit, quando fiunt, & quando facta sunt, quin etiã antequam fiant, ita eodem modo Filio demonstrat.

Ad hanc porro perpetuitatem significandam rectè tempus præsentis accommodatur, proinde dicitur, *diligit filium*, potius, quàm *dilexit*, vel *diligit*, quia æterna, & continua dilectio perfectius præsentis tempore explicatur. Cum verò dictum est *non potest filius facere, nisi quod viderit Patrem facientem*, vtitur verbo futuri temporis, viderit; accommodat namque verbum æternitatis etiam ad res, de quibus item agit, putà futuris, seu faciendis; eadem ratione declaratur id, quod hic dicimus, *demonstrabit opera*.

100. Quod si miretur quis quomodo dicatur, *demonstrabit*, cum hoc futurum, præsentem ignoratiã indicare videatur. Respond. quia, iuxta hanc quartam expositionem, de futuris operibus sermo erat, idè, actum æternum futuro expressit, vt Ioan. 16. dicitur de Spiritu S. *quacumq; audiet, loquetur, & de meo accipiet*; cum tamen ab æterno audierit, & acceperit. Non ergo cogimur propter hæc verba cum Aug. tract. 21. hæc de Christo homine intelligere. Quid nonnè etiam si de homine Christo intelligas adhuc vrgebit difficultas? neque enim

A demonstrabit Pater aliquid illi, quod non prius demonstratum fuerit, cum initio assumptæ carnis omnia ei ostenderit Pater, quæ futura erant, quod benè animaduertit August. propterea ad mysticū Christi corpus confugit, ratione cuius arbitratur hæc verba dicta fuisse. Sed id videtur minimè quadrare verbis Christi, quare rectè cum Cyril. lib. 2. c. 138. de Christo homine quidem hæc exponimus, sed quantum ad ea, quæ ratione Diuinitatis vnitz, vel quod idem est vnionis hypostaticæ competūt, eodem planè sensu, quo superiora. *Vt vos miremini*] vt consecutionem, non finem significat.

21. *Sicut enim Pater*] Aug. & Beda arbitrantur hic exemplum eorum poni, quæ maiora sibi Patrè demonstraturum dixerat: nullum, inquit, dum mortuum suscitauerat: maiora ergò facturum indicat, quia tres postea mortuos ad vitam erat excitaturus. Sed hoc non videtur stare posse, cum his, quæ lib. 3. harum dilucidationum tom. 1. retulimus, & lib. item 3. enchiridij nostri c. 18. vnde filiam archisynagogi à Christo de morte ad vitam iam reuocatam fuisse, constat.

102. Quod si de resurrectione vniuersali loquamur, atque adeò de potestate ad iudicandum; dicamurque quod hic incipiat ostendere, quæ sint illa maiora, quæ significauerat demonstraturum Patrem, vniuersalem scil. mortuorum resurrectionem, & iudiciariam potestatem, optima erit expositio; hæc enim sunt illa maiora; placetq; magis hæc expositio, quàm altera Maldon. qui vt superioribus verbis, *maiora his demonstrabit*, docuit, allussisse Christum ad eam potestatem, quam in iudicio ostensurus est, qua nullam vnquam maiorem demonstrauit, & de qua statim loqui cepit. Ita ait, & hic, ad eadem potestatem alludens Christus, quia proprium est iudicis soluere, vel damnare (hoc enim Mald. est hic viuificare, vel occidere) proponit suscitationis. i. v. iuificationis exemplum. Itaque vult Mald. suscitare hic non ad sola modò corpora, sed ad animos etiã referri: idem ergò est dicere: *Filius quoscunque vult suscitât, & viuificat*, ac illud Apoc. c. 1. 18. habere clauas mortis, & inferni, & quod de Deo dicitur viuificare, & mortificare Deut. 32. 39. 1. Reg. 2. 6. Tob. 13. 2. Sapi. 16. 13. Sic Mald.

103. Cæterum arbitror potius de potestate suscitandi mortuos in vniuersum esse hoc loco ferendè: Mentem verò Christi esse ostendere, se habere potestatem ad suscitandos mortuos in fine mundi cum iudicandi potestate coniunctam. Propterea vt hoc efficiat, hic assumit habere se potestatem suscitandi homines in vniuersum, vt videl. ex hac illam tacitè intelligamus, qua ad mundi finem omnes suscitabit, iudicaturus orbem; nam si quos vult viuificat, ergò omnes viuificare potest, & ita declarat, quæ sint illa maiora, quæ Patrem dixerat demonstraturum; nec probo illud suscitare, hic, seu viuificare (quod idem est) ad animos extendi; sed in corporibus tantum accipi debere puto.

104. Illud non omittendum quinque modis sumi in Scripturis viuificare. primò est vitam dare ijs, qui nunquã eam habuerunt. Iob. 33. 4. *spiraculum omnipotentis viuificauit me*. secundò est eos qui prius viuebant, & functi sunt vita, ad vitã excitare. Rô. 4. *qui viuificat mortuos*. tertio est de morte naturali ad vitã beatam suscitare. Rom. 8. *viuificabit mortalia corpora vestra*. quartò est de morte spiritali peccati ad vitam gratiæ transferre. ad Gal. 3. *si data esset lex, quæ posset viuificare*. quinto pro in vita cõteruare. sic Iob. 36. 6. *non saluat impios*. & 70. *nõ viuificabit*. i. nõ subtrahet dignã morti, & æterno supplicio. Gen. 16. 19. *ex cunctis animantibus bina induces in arcam, vt viuant tecũ*. Heb. vt viuifices *ecam*; LXX. vt nutrias, Exod. 1. 17. *obstetrices conseruabant mares*, Heb. & Gr. viuificabant masculos. i.

99. Deum cognoscere quomodo intelligendum.

101.

102.

103.

104. Viuificare quinq; modis sumitur in Scripturis.

seruabant incolumes; Exod. 22. 18. *maleficos non patieris viuere*, Hebr. *non uiuificabis*. LXX, non finetis incolumes; hic secundo, o sumitur.

Est ergo hic sensus: quemadmodum Pater suscitatur. i. habet potestatem suscitandi mortuos: ita Filius, quos uult uiuificat, ac proinde cum mundi finis aduenit omnes suscitabit, ita eadem habet potestatem cum Patre: hanc porro potestatem uiuificandi quos uult, v. 22. probat se habere ex potestate iudicandi, vt mox dicemus.

Obseruanda sunt hic Chrysof. verba hom. 37. atq. *nihil potest se facere*, inquit, *si facit, quod uult*, contradicit, nam si quos uult uiuificat, potest se facere: uelle enim potestatis est. quod si non potest se ipse, iam quos uult non uiuificat. Illa ergo particula, *sicut Pater suscitatur mortuos*, indiscretam potestatem; illa autem, *quos uult*, propriam, æqualemque significat: Vide num. 106.

105

22. *Neque enim Pater iudicat*] Francif. Suar. in q. 59. 2. 1. sub finem cōment. in hunc sensum hæc interpretatur: *significat*, inquit, *potestatem suscitandi homines coniuncta esse cum potestate iudicandi, nam oportet iudicem, habere potestatem vocandi, & trahendi reos ad iudiciū: vocandi autem sunt per generalem resurrectionem*, hæc Suares; cui addo particulam, *enim*, cum dicitur, *neque enim Pater*, idem subindicare. refertur enim ad præcedentia hoc modo, sicut Pater habet potestatem suscitandi mortuos: sic & Filius. Probat deinde uersu sequenti potestatem habere suscitandi mortuos: *neque enim*, inquit, *Pater iudicat quemquam, sed omne iudiciū dedit Filio*, q. d. potestatem habet suscitandi, quia habet potestatem iudicandi oēs homines: ad quem autem spectat potestas iudicandi, spectat & suscitandi, seu uocandi ad vitam iudicandos. quare recta fuit interpretatio Suarij.

106.

Suscitare & uiuificare nihil differunt.

Neque illud hic in præteritis ponendū est; non esse statuenđū hoc loco inter *suscitare*, & *uiuificare* discrimen aliquod, quasi quod suscitandi sint oēs uiuificandi uerò sint, qui ad uitā sunt destinati: & ideo non dictū esse, *quos uult suscitatur*, quia oēs suscitare uolet, sed *quos uult uiuificatur*. Malo simpliciter *suscitare*, & *uiuificare* pro eodē sumere, itemq; pro resurrectione corporū. Addit autē, *quos uult*, ne intelligeres uiuificasse, sed suscitasse mortuos, sicut olim Prophetas: solius enim Dei est uiuificare quos uult, ac proinde sicut Pater, ita & ipse uiuificatur. Quare ad hunc locū satis accommodate Chryso. hom. 37. quod superius nu. 104. retuli, animaduertit illa, *quos uult*, æqualem Filij cum Patre potestatem non obscure significare, ac propterea etiā dixit *uiuificatur*, *suscitatur* in presenti, omne tēpus respiciens. Addit Tolet. adnot. 18. insinuari per hoc quod dicitur, *uiuificatur quos uult*, potestatem generalem omnes mortuos suscitandi: nemo enim suscitare potest mortuos, quos uult, nisi qui potestatem habet suscitandi omnes.

107.

Sed omne iudicium] omne, rectē uidetur ad personas referri debere q. d. omnium iudicium; dixerat enim neminē iudicare, ergo de personis loquitur.

23. *Vt omnes honorificent*] vt paulō post uersu 27. reddet causam sibi traditā à Patre potestatis iudicariæ, dum dicit: *quia filius hominis est*. Ita & hic alteram assignat scil. vt æquali honore Filium cum Patre prosequantur oēs, sanē vt eadem adoratione Filius adoretur cum Patre, & eadem coadoretur humanitas filio cōiuncta. Et quidem meritō hanc illi Pater potestatem tradidit: *quia factus est obediens usque ad mortē, mortem autem crucis*, eoq; descendit vt non homo uideretur, sed *seruus*, & *opprobriū hominū*. Vt ergo uiderēt homines in quem *transfixerunt*, & honorarent, & adorarent adoratione latræ tanquam Deum, hanc illi humanitati potestatem dedit, quatenus illi uiniuit diuini-

A tatem, quo factum est, vt datum sit huic homini, vt sit supremus iudex per cōmunicationem idiomatum, vt Cyrill. l. 2. c. 144. significat, vide Suar. in q. 59. ar. 2. 3. p. neq; enim data est hæc potestas humanitati, vt per eam Christo conueniat, falsum enim id esset. Hinc Paul. Philip. 2. 9. 10. 11. *propter quod & Deus exaltauit illum*, &c.

Qui misit illum] tacitam assignat causam quam obrem qui non honorat Filium, non honorat Patrem, nempe quia ipse misit illum. Missio duo inuit, processionem à Patre, & carnis assumptionē, & propterea nunquam leges scripturā à Filio missum Patrem. Huius autē terminus exterior, est ipsa carnis assumptio, neque satis est æterna processio ad missionem citra terminū. Perinde igitur est dicere: *qui misit illum*, ac, ita homo factus est, vt à Patre procedat ipsi consubstantialis, & homouosus: idcirco in carne adorandus est, & adorandus æquali cum Patre adoratione & honore cum æqualis à Patre procedat; quem cultū & honorē qui illi detrahit, detrahit Patri, tum quia etiā inter homines honor Filij censetur Patris; tum quia, qui hominē illum Christum tanquā Dei filiū non honorat, & accipit, hanc Patri irrogat iniuriam, quod ipsi dicenti, *hic est Filius meus dilectus in quo mihi cōplacuit*, ipsum audire; non credat. & hoc etiā, quia iniuria in legatum, in mittentem reddundat.

24. *Amen amen dico uobis quia qui uerbum*] Fides in Christū qualis esse debeat ad uitam duobus hic ferē uerbis explicat, primū illis; *qui audit uerbum meum*; est enim fides ex auditu: uerū hoc cōmune est credentibus, & non credentibus. Iterū illis; & *credit ei, qui misit me*. non dixit uerò *qui credit in me*: quia si sic loquutus fuisset, vt Chryf. hom. 38. & Euthy. obseruant, gloriari uisus esset. Præterea hic dicendū modus magis declarat fidē credentium in illū; qui enim credit ei, qui misit Christum credit in mittentem, & in missum, atq; ad eodē Trinitatis mysteriū proficitur. Ad hæc cum credat Christum esse missum, incarnationis mysteriū etiā admittit & recipit: quibus planē mysterijs maximē fides nostra cōtinetur: credimus namq; Christum esse uerum Dei filiū, & hominē propter nos factum. Neque tamen hinc excluditur charitas, uel eius opera. Loquitur enim Dominus de fundamēto ipso, atq; initio salutis, quod tunc nondum iactum fuerat: alioquin Ioan. 1. c. 3. 14. satis indicat dilectionem coniungendam fidei, dum ait: *translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus*, &c.

Et in iudicium non uenit, sed transiit] Aug. tract. 22. *ideo*, inquit, *non uenit in iudicium, qui credit in illum, quia ad extremū diem iudicij damnationē non subibit, sed de morte corporis ad uitā trāsibit aternā*.

Sunt autē diligenter obseruandæ duæ illæ uoces, *uenit*, & *transiit*; est enim *uenit* græcē presentis tēporis *ἔρχεται*, quod quia nunquā ponitur pro futuro; ita exponunt quidam hic, *uenit*, pro *ueniet*, pro *transiit* legunt quidam etiā *transibit*, uel *trāsit*, sed proculdubid *transiit* legendū est, vt nuper in correptis biblijs legimus: licet quidam adhuc ad indicandam rei certitudinē morē prophético præteritum pro futuro sumant. Est autē sensus, seruādo præteriti tēporis significationē; non uenit. i. non uerturū est in iudiciū. i. in condemnationē æternę mortis, vt ex Aug. diximus: sed iam ante iudicij tēpus trāsuiit à morte animæ, & à reatu æternę mortis, tam animæ, quā corporis ad certā spem, iusque possidendi æternam uitam. sic August. exponens hūc locum de morte etiā peccati ad uitam gratiæ.

Sed uerius uidetur expositio, vt sit sermo de morte corporis ad æternā uitā, q. d. homines deputatos iam esse, vt de morte corporis transeant ad æternā uitam, per certam quandā spem, iusq; illam possidendi, licet nondū obierint; quomodo intel-

108.
Missio duo inuit, & que.

109.
Fides quales esse debet.

110.

111.

ligen-

Si datus cre-
dentiū qua-
lit.

ligendus est, Ioan. 1. epist. c. 3. *nos scimus, quia trās-
lati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fra-
tres.* Adde quod status credentium est, vt de mor-
te ad vitam sint suscitandi. si verò, more propheti-
co, *transiit*, pro futuro, sicut & *venit*, positum est:
sensus erit non veniet in condemnationē; sed hinc
decedēs trāsibit de morte corporis ad æternā vitā.
Cæterum prior expositio legitima magis videtur.
125. *Venit hora & nunc est*] Confirmat quod dixit,
quod *qui audit verbū eius, & credit in eum, habet vi-
tam æternam, quia venit hora, &c.* vbi simul ostendit
quando fiet, vt vitam habeant æternam morti-
tui, qui crediderunt in eum; cum videl. ipse illos in
communi omnium resurrectione (de hac enim hic
loquitur) oēs suscitabit. Iterum, *venit*, præsentī tē-
pore *125.* pro vctura est, sicut prius, & sicut Mat.
17. 11. aut *venit*. i. aduētat, appropinquat, vt Io. 4. 25.

112. Sed cur dicit, & *nunc est*, cum nondum genera-
lis resurrectio aduenerit? Respondeo eodē modo
loqui Christum hoc loco, quo Ioan. c. 2. v. 18. dicit
enim nouissimam horā esse, vel quod, vt D. Petrus
ait 2. c. 3. 8. *vnus dies apud Dominum, sicut mille anni,
& mille anni sicut dies vnus;* vcl quod nouissimā ho-
ram vocet statum illum vltimū, post quem, in hac
vita ante finē mundi alius expectandus nō sit: sicut
illi expectabant, qui vel in lege naturæ, vel in lege
Mosis erāt: vbi verò Christus venit nil restat aliud,
quā iudiciū. Id ergo est quod dicit Ioā. *noūissima
hora est*, idemq; est hic, *venit hora, & nunc est*. Porro
horam Hebræorum more, tēpus quamuis longum,
modo oportunū appellat, quod græci dicūt *καίρον*.
Quare propter ista verba non cogimur admittere
id, quod habet Pere. n. 67. non pertinere hæc ad ge-
neralem resurrectionem mortuorum, eò quod di-
catur, *venit hora, & nunc est*, sicut nec ob id quod in-
definitē dicantur mortui audituri vocem filij Dei.
Idem enim valet vox, *mortui*, quod omnes, qui re-
perientur ad extremum iudicij diem.

113. *Vocem Filij Dei,*] Aut quia ipse per se mortuos
ad iudiciū vocaturus est; aut quia per Archangelū,
& tubam, vt ait Paul. 1. Thess. 4. 16. & 1. Corint. 15. 52.
Mat. 24. 31. id facturū est, de qua re in Theoria.

Qui audierint] Sicut qui hinc probent, nō esse hic
sermonē de generali resurrectione, cum significari
videatur his verbis, non esse oēs resurrecturos. Ve-
rūm hi ex hoc eodē loco refutantur: nam etiā si de
priuata intelligas resurrectione, quomodo illud
interpretaberis, non omnes, sed eos dumtaxat, qui
Christi vocem audierunt suscitandos esse? num vo-
cati sunt aliqui, qui non audierunt? Dices non om-
nes audisse, quia nō omnes vocauit. At is dicendi
modus insolēis est, & durus, itaq; nihil aliud signi-
ficare voluit per hæc verba Christus; quā vim, effi-
cacitatemq; vocis suæ, quæ tanta sit, vt quicumque
vocē eam audierit illico pareat, & ad iudiciū sus-
citus præsto sit. Noluit igitur quemquā excipere,
cum paulo post dicturus sit, oēs audituros esse eam
vocē, vt habes ver. 28. D. Aug. hunc v. etiā de spiri-
tuali animarū resurrectione intelligit tract. 22. &
lib. 10. Ciuit. c. 6. Sed melior est prior expositio.

114. 26. *Sicut enim Pater*] Reddit Christus causam,
cur qui audierint vocem Filij Dei viuent; quia *sic-
ut Pater habet vitam in semetipso, & ob id mortuos
suscitatur, ita etiā dedit Filio vitā habere in semetipso,*
idē poterit etiā mortuos suscitare. Euthy. quid sit
habere vitam in seipso optimē declarat videl. ad
modum fontis scaturire facere vitam. Est ergo sen-
sus; quemadmodum Pater omnis vitæ fons est, &
cui vult eam dat, cui vult aufert; ita filius omnis in
se vitæ fontem cōtinet, & cui vult eam vel dat, vel
aufert. Causa ergo prima vitæ, quæ alijs dat vitam,
& ipsa aliunde vitam non habet tanquam ab exter-
no principio, diuersaq; naturæ, estque proindē vi-
ta per essentiā & substantialiter, diciturq; habere

A vitam in semetipso. Sed quando, inquires, Pater,
Filio, vt vitam haberet in semetipso, dedit? Aug.
tract. 22. Chryl. hom. 33. & alij ad æternam genera-
tionē confugiunt, itaq; hæc conuenire Christo, vt
Deo, aiunt. Nos cum Cyril. lib. 2. e. 144. ratione hu-
manitatis exponemus, & vitā hāc humanitati de-
disse, affirmabimus, cum vt homo ille in vnā cum
Filio suo personā vniretur, effecit per incarnatio-
nem, seu cum dedit Filium suū vt humanitati vni-
retur; sicut enim tunc dedit illi homini, seu huma-
nitati esse Dei: ita dedit ei habere vitā in semetipso
ratione Diuini verbi habentis in semetipso vitā
naturaliter, quod ei tunc personaliter vnitum est:
quamobrem ea donatio fuit illi homini gratuita,
& per Dei gratiam ei facta, non naturalis. Nec ab
re huius rei meminit, nam ad iudiciariam potesta-
tem, mortuorumque suscitationem pertinet vitam
in semetipso habere. Aduerte aliud esse habere
vitam a semetipso, & aliud in semetipso in Diuinis.
Illud namq; proprium est Dei patris à nullo pro-
cedentis: hoc ex quo tribus personis conuenit.

B *Es potestatem dedit ei iudicium facere*] Particula,
& Gr. *καὶ* *χρῆσθαι* *πρωτῶν* etiam iudiciū facere duplicem
vim habere videtur: aut significat Patrem Filio nō
solum curandi paralytici, aliāq; id genus miracu-
la faciendi, vel suscitandi mortuos; sed etiā viuos,
& mortuos iudicandi potestātē dedisse. Vel certē
hanc habet vim, vt significet non solum Patrem
ipsum iudicandi potestatem habere, verum eam
etiam omnē in filium transtulisse, quia filius homi-
nis est. i. quia personam gerebat ad obeundū iudi-
cis officium accommodatū. Ex quibus patet totius
versus sententia. Quamuis illud quoque, & vim
causalis non incōmodē habere possit, vt sit loco,
quia. Dicere namq; possumus reddi rationem eius,
quod præcesserat, cur scil. Pater dederit ei habere
vitam in semetipso: quia videl. iudex est, & iudicis
est viuificare, quos vult. Hoc si de vita ad quam oēs
tam boni, quā mali vocandi sunt, intelligatur, sic
debet intelligi, velle oēs suscitare, ad quos neces-
saria est potestas ad suscitandum, viuificandumque
quos vult, alioquin non posset omnes suscitare: si
verò intelligatur de vita æterna, tūc eos vult sus-
citare, quos elegit, & in quibus merita digna inue-
nerit. Sed ad hoc etiam necessarium fuit potesta-
tem vt haberet suscitandi quos vellet, vel etiam
vniuersim omnes.

C *Quia Filius hominis est*] In primis rectē notant
quidam: *Filium hominis* hoc loco non significare
proprie Christū quod passim solet, sed generatim
hominem quāuis pro solo ponatur Christo, quia ip-
se de se solo loquebatur. hinc est, quod neque no-
men hominis, neque Filij græcē articulum habet.
Nota iterum; Chryl. hom. 38. hæc verba iungit cum
eo, quod proximē sequitur, *nolite mirari hoc: vt sit
sensus: ne videatur vobis incredibile, quod dixi de
potestate iudicādi: quia videtis me hominem esse,
pauperem, humilē, &c. nam nimirum ira sum Fi-
lius hominis, vt simul etiam filius Dei sim. Chry-
sost. sequuntur Theophy. & Euthym. Sed hoc mo-
do nihil hic aliud diceret Christus, quā quod su-
prā dixit, *Pater omne iudicium dedit Filio.* quanquā
Chryl. propter Pauli Sarnasateni hæresim ita
interpretatus est, qui hinc peruersē deducebat
Christum fuisse purum hominē, quasi esset sensus,
propterea nō potuisse à se habere Christum potes-
tātē iudicādi: sed necesse fuisse à Deo dari, quia
Christus erat tantū Filius hominis. Quod verò im-
pius hæreticus colligebat, tantū esse purum homi-
nem per inscitiam, ita colligebat: nam vt tantum
hinc inferatur hominē esse Christum, at esse simul
Deum ex multis alijs capitibus colligitur: imò &
ex hoc ipso loco: nam si homo hic, Deus non esset,
potestatem iudicādi nō acciperet; potestas enim*

115.
Pater quādo
dedit Filio
vitam ha-
bere.

116.

117.

118.

119.

hæc Dei est, & accepisse dicitur, vt homo, quia per humanitatem exerceda sensibiliter est. Cyrill. l. 1. c. 144: connectit hæc non tantum cum immediatis verbis, & dedit potestatem iudicium facere, sed etiã cum illis, dedit vitam habere in semetipso: nam vt homo per vnionem vtrunq; accepit, & vitam hæc, & potestatem. verum Aug. tract. 25. tantum cum illis, dedit potestatem iudicium facere, vtrunq; est probabile, hoc probabilius.

120. Est ergo sensus, quia iudex hominum, qui post resurrectione erunt corporei, & visibiles, debet esse visibilis, & sensibiliter profere sententiam: Pater aut, & Spiritus S. non habent naturam visibilem: Filius vero, & Deus est inuisibilis, simulque homo visibilis: propterea data est ei potestas iudicandi: quia filius hominis est. Adde, quod sicut Dei hinc commendatur misericordia in nos, quod per hominem hominibus salutem contulit: qua vel vna re deperditam naturam nostram restituit honorẽ, vt Dæmonis victor homo ipse diceretur, à quo prius prostratus fuerat; eodem modo iustitia Dei multum in eo commendatur, in eo quod homo iudicat hominẽ, & ille idem, qui vitam exposuit pro homine. Quis. n. neget iustẽ condemnari peccatores ab eo, qui suum pro illis sanguinem fudit? Postremo facit hoc ipsum ad iustitiam non modò Dei ostendendam, sed ad exaltationem quoque Christi vt videant reprobi in quem pupugerunt. i. cernant illum ipsum in ea hominis forma, in qua malẽ eum habuerunt.

121. 28. *Nolite mirari hoc* Aug. refert hæc ad id quod dixerat v. 27. & potestatem dedit ei, &c. q. d. ne miremini dixisse me datam mihi esse potestatem exercendi iudicij: nam maius quid est solo verbo omnes de morte ad vitam reuocare; quod tamen præstiturus sum, vt hoc versu declarat. Francif. Suar. in q. 5. a. 2. ait: sicut paulò superius ostendit Christus sibi esse datam potestatem viuificandi mortuos ex potestate iudicandi, quodammodo ex fine colligens medium: ita è contrariò hic suadet iudicandi potestatem ex potestate suscitandi mortuos, veluti colligens ex medio finem, aut ex vno opere supernaturali magis sensibili, valdeq; admirabili admirationem alterius excludens, & hoc est quod ait: nolite mirari hoc, &c.

122. Omnes homines resuscitandi, etiã ij qui non sunt sepulii.

In monumentis] Significatur à parte totum: omnes enim mortui, quamuis non sint in monumentis, suscitandi sunt; sed nimirum ex maiori parte totum intelligitur. De ijs, qui in matris vteris moriuntur, Catholicorum est sententia suscitandos quoq; esse, lege Aug. l. 22. de Ciuit. c. 13. & probatur, 1. Corinth. 15. sicut in Adam oēs moriuntur, ita in Christo oēs viuificabuntur: Iustinus qq. cõtra gent. resp. 13. scribit, eisdem ratione præditos suscitandos fore, & secundum Aug. eam corporis magnitudinẽ, quam, si vixissent, habituri erant, fore accepturos. Nyssen. in orat. de infant. præmaturẽ abreptis, probabilius iudicat nõ esse iudicio Dei sistendos: neq; enim id omninò certum est: sed longè probabilior est Aug. sententia l. 5. hypognof. & epist. 107. ad Vitalem, & alibi, quod ad iudiciũ venturi sint, & propter peccatũ, quod ab Adam contraxerunt, dånationis sententiã subituri. quãuis cõtra Aug. l. 5. cõt. Iulian. c. 8. sentientẽ eos torquẽdos, sicut & ceteros infantes sine baptismo excedẽtes: Greg. Nazian. in orat. in sancto Baptismate: & Nyssen. loc. cit. & cõmunis sententia sit non esse torquẽdos: nam hæc pœna ijs infligenda est, qui mala opera fecerunt. quod si in Euangelio non sit mentio nisi eorũ, qui vel ad vitam vocandi sunt, vel qui igne torquendi, id est, quia de ijs, qui credituri erant in eum, aut fidem eius non recepturi loquebatur Christus. quos vel allicere ad fidem, vel terrere voluit pœnis. vel dic quod de bonis, & malis operibus agebat.

123. Membra dispersa mortuorum.

Richar. d. 43. a 5. q. 3. in 4. affirmat singula corpora resurrectione eo loco vbi inuenta fuerint: quod

A si secundum diuersas partes per varia loca sint dispersa, vbi fuerit, vel præcipua pars, eò, Angelorum opera, adducentur reliquæ partes materiæ, atq; ibi fiet vnus cuiusq; resurrectio. Et idem est sensus eorum, qui censent quodlibet corpus ex suo sepulcro excitandum esse. Nomine namque *sepulcri* intelligant necesse est locum illum, in quo vnumquodq; corpus, vel materia eius tunc reperietur. Et hoc modo nomine *monumẽti* hic intelligere possumus eundem locum: sic, Ezech. 37. intelligi potest, *aperiam tumulos vestros & educã vos de sepulcribus vestris*.

B Itaque prius excitandi sunt per vniuersum mundum oēs, postea verò officio Angelorum cõgregabuntur in certũ iudicij locũ. Quod ita intelligendum existimat Suar. disp. 50. Sect. 7. post mediũ, vt reprobi quidẽ à Dæmonibus portadi sint, iusti verò virtute sua ferantur, quo eos custodes Angeli duxerint spontẽ sequẽtes illos, tanquã duces suos: reprobi verò vltra vires suas à Dæmonibus inuiti, coactiq; trahentur. Orig. lib. 28 in Isai. in ea verba cap. 6. *resurgent hi, qui in sepulcribus sunt*, vt est apud Pamphilum Apolo. pro Orig. dicit, per *sepulcrum* intelligendũ esse omnẽ locũ in quo vel integrum corpus humanũ, vel ex parte aliqua iacet, & ita de omnibus verũ esse potest, quod resurgent de sepulcribus. Illud tantũ addendũ verò similis esse ea corpora, quod omninò, vel maiori ex parte in aqua, vel in aere sũt, vel excitada esse super terrã adductis cineribus eo loci, vbi iudicij loc⁹ erit; vel vbi Deo placuerit.

29. *Et procedent*] Gr. εἰς πορεύσονται. prodibunt scilicet monumentis. In resurrectionem vitam] scilicet beatẽ. In resurrectionem iudicij] hoc est, damnationis. Aug. iudiciũ pro pœna posuit. Hæc verba duplicem nobis indicant resurrectionẽ; prima est vitæ, seu ad vitam: nec accipienda est vita naturalis: nam ita in omnẽ resurrectionẽ conuenit, esse reparationem vitæ, & ex istis verbis colligitur futurum esse cõmune omnibus bonis, & malis, vt ad vitam naturalẽ, seu corpoream excitentur: omnes. n. in monumentis erunt, & oēs audiẽt vocem Filij Dei auribus nimirũ corporis illam percipiẽdo, vt in Theo. dicam, & procedent. i. egredientur de monumentis, seu locis, in quibus reperientur, ita vt pedibus gradientur, vt notauit Hieron. epist. 61. ad Pammachium contra errores Io. Hierosol. dicens, audietur auribus, & procedent pedibus, vbi clarẽ significat vocem illã sensibile esse futurã. Cũ ergo dicuntur aliqui resurrecturi ad vitam, vel in resurrectionẽ vitam, de vita æterna sermo est, hoc est, de æterna beatitudine, in qua nihil est mortis, diciturq; etiã in scripturis resurrectio iustorũ eadem hæc resurrectio vitæ, de qua 2. Mach. 7. *tibi enim resurrectio ad vitam non erit*, nam resurrectio impiorum dicenda potius est resurrectio ad mortẽ, vt acutẽ scribit Aug. lib. 6. de Ciuit. c. 12. vita gehennæ, mors potius æterna dicenda est, quã vita, nulla quippẽ maior, & peior est mors, quã vbi non moritur mors. Altera verò est resurrectio iudicij. i. cõdemnationis. dixerat enim Christus, vt notat Chryf. hom. 38. *qui credit in me. i. fide viuã non venit in iudiciũ*, non quia iudicandus nõ sit: sed quia nõ est iudicandus, & dånandus. Eodẽ ergo modo dicuntur mali resurgere resurrectione iudicij sci. vt in iudicio condẽnetur. Porro *iudicij* vocabulũ varios habet significatus, sed præcipui sunt quinque. Primò & maximè propriè significat definitionẽ eius, quod est ius, seu iustũ & æquũ inter aliquos, cõnotando simul quãdam potestatem compellẽdi partes ad executionẽ eius iuris, quod definitũ est, si sit opus: Est aut hoc iudiciũ ipsa sententia iudicis. Deriuatur hæc vox à verbo, *iudico*, quod propriè significat ius dicere: sicut græcum *δικάζω*, vnde iudex nominatur *δικαστής* a *δικάζω*, quod est ius ex Arist. 5. Eth. c. 4. sic sumitur Ecclesiast. 18. 19. *ante iudicium para iustitiam tibi*.

morantur ab angelis congreganda.

124. Mortui resuscitati ab angelis ad locũ iudicij portandi.

Sepulcri nomine quid intelligatur.

125.

126. Iudicij vocabulũ multa significat.

Secundò per metaphoram trāslatum est ad significandum id, quod per sententiā iudicis iudicatum est, aut iudicandum, & præsertim condēnando, vt hoc loco Ioā. 5. *procedent, &c. qui mala egerunt in resurrectionē iudicij*, & 1. Cor. 12. *iudiciū sibi māducat, & bibit*, sumiturq; hoc modo, re iudicata, apud Cie. lib. 2. de Diuin. *Eheu, iudicauit iudicium inclytum Inter Dgas treū aliquis.*

Tertiò significat etiam per metaphoram quedā, quæ ad iudicis iudiciū aliquo modo attinet, vt tribunal ipsum, contentionē, partium, & totā actionem iudicalem. Vnde dicitur aliquis in iudicium vocari, & cōparere iud. cio, & aliud esse iudiciū seculare, aliud Ecclesiast. cap. quanto, extra de iudicij. quartò significat quamcunq; intellectus definitionē, & sententiā priuati etiā hominis. Et ita dicimus bene iudicare pertinere ad Synesin, vt Isai. 59. *viam pacis nesciuerunt, & non est iudicium* (i. rectū & bonum) *in gressibus eorū.* & ad Tir. 3. de heretico homine, *cū sit proprio iudicio condēnatus.* Deniq; significat speciatim eam intellectus sententiā, & definitionē, quæ sit de probitate, vel prauitate alterius, sic dicimus iudicium fieri de dignitate alicuius, vel indignitate, seu peccato, iudicium temerarium. quod frequens est in Sacris litteris, vt Matt. 7. *nolite iudicare, vt non iudicemini.* Hic ergò sumitur secundo modo. Postremò, vt rectè hic obseruat Theo. quoniam dixerat superius, *qui credit, in iudicium non venit*, ne putemus, quòd Fides sola ad salutē sufficiat, dicit quod hi qui mala fecerūt in resurrectionē cōdemnationis procedēt, qui autē bona in resurrectionem v. tē. Non igitur sola fides absq; operibus iustificat, sed oportet etiā opera adesse: tunc enim propriè fides est, quando eam comitantur opera. Propterea nō dicit; qui crediderunt in resurrectionem procedent vitæ; quippè quibus defuerunt opera in resurrectionem iudicij procedent. Ideò vtrumque necessarium.

30. *Non possum ego*] Cū affirmauerit iudicium sibi datum, poterat quis obijcere: quomodo posset homo de omnium hominum operib. iudicare, & discernere, certumq; iudicium proferre: ostēdit se secundum Patrem iudicaturum, vt inquit Aug. & impossibile esse, se aliud velle, quā Pater velit, seque ita iudicaturū, ac si Pater esset, qui iudicaret, vt inquit Chryso. ait ergò, *ego à me ipso non possum facere quicquā*, q. d. non vt homo tantū facio, quæ facio, sed vt Filius Dei, vnus cum Patre naturæ; nec humana scientia, ac potestate sola vtor, sed simul Diuina, sicut audio iudico, audire enim vt Deus, scientiā habet à Patre, & quidē eandē cum illo, audit vt homo, quia scientiā humanā habebat cōmunicatam à diuinitate: igitur iudicabas sicut audiebat, & non à seipso solo. non ergo ignorare poterat aliquid, quo iudiciū minùs rectè ferretur. Aduerte hæc verba & secundum diuinam, & secundum humanam naturā in Christo vera esse: nam ipse vt Dei Filius nihil à semetipso facit, sed sicut audit iudicat, omnia namque, quæ facit, à Patre habet, sicut essentiam, & sapientiā. Porrò audire est à Patre scientiā accipere, non aliam, sed eandē ipsam prorsus, quæ Patris est: quod idem est cum eo, quòd superius dictū fuit; *nō potest filius facere à semetipso quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem*; sic Ambro. serm. 38. in Psal. 118. v. 4. Aug. tract. 22. Chryso. hom. 38. Cyrill. lib. . c. 146. Alij exponunt de Christo, vt homo est, sic Cyril. loc. cit. Hieron. lib. 2. aduer. Pelag. nam Christus nihil à se facere potest in hunc scil. modū, quatenus quicquid facit nō solus homo facit, sed simul Deus, & quæ scit, audit, quia scientia eius humana, à diuina procedit, & ipsi est conformis. vide Tolet. adnot. 28.

Placet mihi magis vtramque expositionem connectere: nam Christus potestate vtraque, sicut &

scientia vtraque diuina scil. & humana iudicabat. *Et iudicium meum iustum*] Poterat iterū aliquis obijcere; si tu vt homo iudicaturus es oēs, non poterit iudicium tuum iustum esse: nam humana voluntas, nō potest ita æquitatem sectari inter hominum causas, licet homo is omnia cognosceret. differt hæc obiectio à priore, nam primā est cōtra scientiam, hæc contra æquitatem iudicis. Cui nunc respondet: iudicium suum iustum futurum; ratio est, quia *non quero*, inquit, *voluntatem meā*, q. d. non facio secundum solam voluntatem humanam, vt purus aliquis homo potest facere, sed secundum Diuinam etiā, à qua longè abest omnis iniustitia. Cū ergò ait, *non quero voluntatem meā, sed eius qui misit me*; non negat se operari secundum humanam voluntatem, sed ita operari per illam, vt diuinæ sit cōformis. Videturq; loqui vt homo; quomodo voluntatis suæ actus, & opera diuino conformabat beneplacito, & sic volebat, & operabatur, vt homo, sicut cognoscebat se, vt Deum velle. Cæterum ad Patrem refert hæc potius quàm ad se Deum, vt non solum se Dei filium, verum vnā etiam cum Patre, & eandem habere, vt Deus est, voluntatem commonstret. Sic interpretatur hæc verba quoque Barra. l. 6. c. 6. vt sit sensus: non quero voluntatem meam aliquam facere peculiarem, à Patris voluntate discrepantem, non modò quā Deus sum, sic enim eandem habeo voluntatē, verum etiam, vt homo, quomodo semper Deo sum conformis. Sunt tamen, qui particulam, & cū dicitur: *& iudicium meū*, pro, itaque, positam velint per hebraismum, ex eo enim quod non pro suo. i. humano iudicat arbitrio, sed pro vt audit à Patre, qui errare iudicando nequit, efficit se errare non posse, sed rectè semper, ac iustè iudicare.

Porrò superius v. 19. verbo *videndi* vsus est, hic *audiendi*; quia illic de faciēdo agebat, hic de iudicando; & solent, qui ex alterius præscripto agunt, in eum, quasi in exemplar intueri, qui autem iudicat ex alterius voluntate, auscultare quid ille, & quomodo iudicandum esse dicat, & hoc rectè dicitur, si intelligatur loqui Christus de se, vt homo est: si verò accipiatur loqui de se ratione vnitæ Diuinitatis, tunc dicendum potius videtur, vsus esse verbo *videndi*, quia de faciēdo, & de scientia erat sermo, hic verò de vultate, & iudicio æquo, & idē vsurpatur verbū *audiendi*, quāuis reuera vtrumq; idem sit. Sed non est dissimulandum quod Aug. tract. 22. ex hoc loco monet: *filius vnicus dicit non quero voluntatem meam, & homines volunt facere voluntatē suam*; & certè vna res maximè omnium erradi causa est, quod suam quisque sequatur voluntatem, pessimum plerumque consiliarium. Certè Demost. Olynth. 3. dictum verisimum illud est *ἐξ ὧν ἀπείρατον ἐστὶν ὁ ἀποφραδισμὸς τοῦ ἕκαστου*, quod est, *quod vult, hoc vnusquisque & iudicat.*

Greg. Nyss. Orat. 7. in Cant. ex primis verbis huius verius: *non possum ego à me ipso facere quicquam; sicut audio iudico: & iudicium meum iustum est*: Verā iudicij formulā elicit; debet enim iudex secundum allegata, & probata iudicare; nequit, inquit Nyss. veritas iudicium peruertere; hæc verò iusti iudicij summa finitio est, vt quis non ex seipso, ob quandam animi affectionem, quicquam altercantibus concedat, sed vt rei primū audiantur, deindē sententia feratur. Vbi Nyss. licet paulò aliter videatur verbum *audiendi* accipere quā nos, eodē tamen recidit res ipsa. nam Filius conformis est Patri, Pater verò, qui supremus est iudex, tum externa, tum verò internū conscientie testimoniū audit, & explorat, atq; ad eò idem præstat Filius. Egregium sanè diuinæ æquitatis argumentū; egregium bonæ conscientie, firmumque solatium. Nec prætermittendum,

Christi iudicium quomodo iustum, etiam vt homini.

131.

132. Propria voluntas origo malorum malorum.

133.

Vera iudicij forma quæ.

134.

127. Sola fides nō iustificat.

Christus vt homo quomodo iudicaturus ..

128.

129.

130.

Trium bono
iudice re-
quisita.

quod egregie, atq; vtiliter obseruat Perer. n. 74. tria
requiri in eo, qui recte iudicaturus est alios. Primò
legitimam potestatem iudicandi: deinde scientiã &
hominum iudicatorũ, & eorũ, de quibus iudican-
di sunt: tum sincerum, atq; incorruptũ affectum in
iudicando. Hæc tria in se fuisse Christus ipse hoc in
loco indicauit. Potestatem quidem, cum dixit; *Pa-
ter dedit Filio iudicium facere*: scientiam cum sub-
dit; *sicut audio, iudico*; & iudicium meum iustum est:
sinceritatem demum, arque integritatem animi in
iudicando, cum addidit; *quia non quero voluntatem
meam: sed voluntatem eius, qui misit me.*

32. *Si ego* Emmanuel sic exponit: ego si de me tes-
timoniũ perhibeã, scio, quod dicetis, testimonium
tuũ non est verum. Secundũ Toler. cum de sua di-
uinitate multa disseruerit, iam testimonijs eadẽ cõ-
firmare, ac stabilire ob illorũ incredulitatem, non
grauatur. Respond. aut tacite obiectioni. Dicebant
intra se illi: tu de te testimoniũ non affers vllũ, tan-
tum loqueris, & prædicas, quæ dicis, nullo teste. Re-
spond. *Si ego* solus de me testimoniũ perhibeo, tes-
timoniũ meũ nõ est verum. Verum dicit, pro eo ac
si diceret, non est fide dignũ. Is enim solus de se tes-
tatur, qui ea, quæ dicit, nullo argumento, nullo tes-
te, nulla ratione confirmat, alioqui argumẽta ipsa
simul testimoniũ cum illo perhibent, vt proinde nõ
solus testetur de se; atqui nõ ita res habet, quia non
solus ego de me testor, sed diuinis argumentis, quæ
dico, cõfirmo, hoc est, signis. & operib; diuinitatis.

135. Sciscitare, cum Ioan. 8. dicatur: *si ego testimoniũ
perhibeo de me ipso, testimoniũ meum verum est*, quo-
modo verũ est, quod hic dicitur? Resp. loquebatur
ibi vt Deus, qui nõ humanis verbis, sed diuinis factis
de se testabatur, quamuis obiectio secundũ Emma-
nuelis sensum, & secundũ expositionem eorum, qui
exponunt: *si ego testimoniũ perhibeo de me ipso, testi-
monium meũ non est verũ*, vtique opinione vestra, lo-
cum non habeat. Et quidẽ Ioan. c. 8. non ex Iudæorũ
opinionem loquitur Christus, sed vt se res habebat.
Aliam expositionem habet Barrad. c. 7. forsan inquit
proverbij loco erat, qui testimoniũ perhibet de se-
ipso; testimonium eiu non est verum. Sicut vsurpa-
re il ud solemus, *suum cuiq; pulcrum*. Et Arist. lib. 2.
Rhetor. *quoniam omnes sui sunt amantes, & sua cuiq;
iucunda esse necesse est, vt facta, dictaq;, idcirco etiam
plerumque assentatoribus gaudent*. Hanc fortẽ dicen-
di formulam vsurpauit hic Dominus.

136. 32. *Alius est*] Addit aliũ etiã esse, qui testetur cum
ipso de se. nempe Patrem. opera n. diuina, quæ ede-
bat, & sua erant, & Patris, quare & sibi ea, & Patri
tribuere cõsuevit. Hic ergo vt ostendat aliũ testẽ se
habere, ita vt duo sint, ipse & Pater. Patri tribuit il-
la opera, est. n. Pater alia persona. Alioqui Io. 8. sibi
tribuit. secus est de operibus humanis, vt cũ fatiga-
batur, sudabat, cõcionabatur. hæc. n. ipsius propria
erant, cui, & non Patri erat illa humanitas vnita.
sunt ergo duo testes ipse etiã vt Deus, & Pater. Pro-
babilis est hæc expositio: sed placet magis, vt per, 2.
Ilium, Ioã. Bapt. intelligamus, vt sequẽtia ostẽdunt.

Et scio] q. d. ego etiam probo eius testimoniũ, vt
non sit vnus testis, sed duo simul: ita vt ego non ex
opinionem, sed ex scientia tester, & approbem alius
de me testimoniũ. Licet aut Athan. etiã l. 2. de Vnit.
Trin. Deit. & Cyril. l. 2. c. 147. per alium, Patrem in-
telligant, cum. n. sibi vt homini videatur præpone-
re istum alium, sequitur de Patre Deo loqui, non de
Ioan. testimonio. De Ioanne tamẽ volũt hæc accipi
Chryl. h. 3. & Euthy. quod & magis probo. Mald.
in v. 31. nõ credo, inquit, qd malus quidã dicit inter-
pres *μαρτυρῶν*, dictũ esse, *alius est*, q. d. longẽ alius est,
longẽ maior est, q̃ me vos esse putatis, qui testimo-
niũ de me perhibet. At nõ agebatur de qualitate, sed
de numero testium sic Mald. Ceterũ si placet em-
phasim esse hic aliquã quod nõ modo de pluralitate
testiũ, sed etiam de alio, præter propriũ testimo-

137. **A** niũ, qui dignior saltẽ appareat, termino ene videatur;
dicere possumus emphaticẽ loqui, sed ex Iudæorum
opinionem, & inscitiam, qui testimonio proprio Chi-
sti fidẽ non adhibendam censebant. Illud verò mihi
valdẽ placet ex Maldo. quod dicit illa: *& scio quia
verum est testimonium eius*, eo pertinere, vt indicet,
se ne aliorum quidem de se testimonio credi voli-
turum fuisse, nisi certò sciret verum esse.

33. *Vos misistis ad Ioã.* Testem profert. Io. Bapt. f.
locupletissimũ, & dignissimũ fide; ad quẽ, quod dig-
nũ fide crederent Iudæi, legatos, miserunt, qui in-
terrogarẽt, esset ne ipse Messias, Ioã. 1. Adhibet aut
Christus in sequentib. quatuor genera testimonio-
rum, cauillationib; Iudæorũ minimẽ obnoxia, vi-
del. testimoniũ Io. Bapt. alterum, qd opera sua de ip-
so perhibent. 3. Dei Patris sui: Post remum, diuinarũ
Scripturarũ. Ergo vos, inquit, iudicastis Ioannẽ fide
dignissimũ, dum misistis, qd interrogarẽt, *tu quis es*,
vos in quã, non ego misi vos ad illũ, ipsimet spontẽ
misistis. At ille de me testatus est & negauit se Chri-
stum esse, dũ dixit, *non sum ego Christus*. Iterũ, *me-
dius aut vestrũ stetit*, &c. non solũ igitur ipse de me
testimoniũ fero. Aug. de verb. Dom. ser. 43. *nouerat
ipse de se testimoniũ suũ verũ esse, sed propter infirmos,
& incredulos, propter nõ intelligentes, (quippẽ fulgorẽ
solũ ferre non poterat eorũ lippitudo) quarebat sol lu-
cernas: idẽ questus est Ioan. qui testimoniũ perhibe-
ret veritati*. Et paulò post: *sed si diligentius inspicim-
us, quando martyres perhibent Christo testimonium,
ipse sibi perhibet testimoniũ; habit enim in martyri-
bus, vt perhibeant testimonium veritatis*.

34. *Ego aut non ab homine*] q. d. non mea causa ab
homine testimoniũ accipio: neque. n. ego; habeo
alia maiora. *Sed hac dico*] Chryl. sic exponit, ego
quidẽ humano testimonio non egebam: sed quia ei
magis attenditis, vobis eius testimoniũ commemo-
ro, scil. vt in me credatis & salutem accipiatis. Ad-
uerte nõ fuisse necessariũ testimoniũ Ioannis, licet
à Deo missus fuerit ob Iudæorũ imbecillitatem, &
infirmitatem: satis namq; erant ad credendũ Chri-
sti opera. Ebdem redit, si ita interpreteris, vt dicat
Christus qd Ioan. testimoniũ produxerim, nõ eo fe-
ci, qd indigeã hominũ, aut Dei etiã per homines ex-
hibito testimonio Deus. n. cũ sim, & ipse per me
edendis miraculis, qui sim declarare possim, nõ in-
digeo cuiusquã testimonio: vsus sum aut propter
vos, vt quia caligatis ad lucem clarissimam meo-
rum operum, vestro testimonio vos conuincam.

35. *Ille erat, &c.*] Secundũ Cyril. quia videbatur
Christus quodãmodo contẽpsisse testimoniũ Ioan
cũ dixit: *ego aut non ab homine testimoniũ accipio*;
ideò nunc eum cõmendat: interim Iudæos, à quibus
contemptũ, & reiectũ fuerat Ioan. testimoniũ per-
stringit, dũ mirẽ laudat. Secundũ alios, quia dix-
erat se Ioan. testimonio vsus esse, non qd egeret ip-
se, sed ipso salutis causa: addit nũc potuisse eos
saluos fieri Ioan. testimonio, si fidẽ illi adhibuissẽt,
fuit. n. ille lucerna ardens, & lucens, quæ Christum
ipsum, hoc est, salutis viam ostendit. At ipsi instabi-
les, leuesquẽ fuerunt, quippẽ qui non nisi ad ho-
ram ea lucerna exultauerunt.

Porro lucernam nominasse videtur, Ioannem, vt
indicaret, quod quãuis homo esset, erat tamen tan-
quam lucerna, non qualiscunq;e. Sed lucens clara.
& illustris viam rectam commonstrans; qua si vsi
fuisset Iudæi, proculdubid salutis viam cognosce-
re potuissent. Itaq; quod inquit quidã, ideò vo-
catum lucernã, quia non ex se, sed ex Christo lumen
habebat, & quia apparente Christo quasi sole iusti-
tiæ, est obscuratus, qd vtrunq; in lucernã quadrat, si-
militer & qd inquit Greg. arfisse per cõlestẽ deside-
riũ, il luxisse verò per verbũ; & vt ait Rupert. arfisse
intrinsecus testificadẽ veritatis amore, il luxisse ex-
trinsecus verbo & opere: vt rectẽ dicta sint hæc ad
cõformandos mōres, nõ tamen ad Christi mentẽ, vt

videtur,

137.
Quatuor ge-
nera testi-
moniorum.

138.
Testimo-
nium Ioan-
nis Christo
non necessa-
rium.

139.
Ioannes
quomodo
lucerna.

videtur, multū faciūt; iā. n. dixi quamobrem lucernā appellari: porro ardere, ac lucere idem mihi planē esse videntur, tantum repetitio auget, vt maximē clara videatur lucerna fuisse Ioannes.

Illud adijci potest moribus non inutile ex Pere. n. 77. lucernæ quatuor ne. effaria esse, vt benē ac diu lucere queat. Primò vas ipsū lucernæ benē cōformatum ad vsū lucendi: dein id oleum, vel cera, vel aliud simile, quod lumen nutriat, & foueatur: tūm myxus, siue ellychnium: quod lumē ipsum sustinet: ac demum est ipsa lux. Similiter considerare licet corpus hominis esse tanquam vas, mentem eius quasi myxum: at fidem esse quasi lumen: deniq; charitatem, & bonorum operum effectiōnem, esse tanquam oleum: quo lumen fidei fouetur, & nutritur. Hæc ille.

Quomodo Ioannes dicatur *lucerna ardens*, & *lucens* ex Leuit. 14. docet Cyril. *Vos autem* q. d. initio in honore, & pretio eum habuistis, sed postea cum de me testificatus est, ab eo recessistis. Perinde autem est, *ad horam*, ac ad modicum tempus. In *lucē* autem dixit, quia lucernam eum lucentem appellarat. lucernam verò vocauit, quia id agebat, vt doceret satis, superque ab eo salutis viam fuisse cōmonstratam, quod conuenit lucernæ; *exultare* autem dixit, vt affectum exprimeret: solemus enim in tenebris positi, si lux aliqua affulgeat, exultare gaudio, id eos fecisse dixit initio; vnde fit, vt maiore reprehensione digni sint, q̄ tā breui defecerint.

36. *Ego autem* explicat quod dixerat se sua causa non indigere Ioannis testimonio: quia inquit, *habeo testimonium maius Ioanne*, hoc est, maius testimonio Ioannis, vt vel Ians. notat. Porro hæc verba coniunguntur cum illis: *vos misistis ad Ioannem* q. d. vos vti testimonio Ioannis voluistis, ego autem commemoro potius vobis, non produco testimonium hoc quasi mihi necessarium, neq; enim: eo cum habeam maius. nam *opera, quæ ego facio, perhibent de me testimonium*, sc. maius, quàm sit Ioannis testimonium, & ne quis arbitraretur loqui se de ijs operibus, quæ vt homo faciebat, adiecit: *quæ dedit mihi Pater*, hoc est, quæ facio vt Deus, hæc enim sunt, quæ me esse à Patre missam testantur.

141. Obserua duo dixisse: primum *opera, quæ dedit mihi Pater*, deinde, *ipsa opera, quæ ego facio testimonium perhibent* &c. non quod alia sint opera, quæ dedit Pater, alia, quæ ipse facit: sed quod hæc opera accepit à Patre, vt homo per vnionem, hoc est, per Diuinitatem vnitam illi humanitati, cum præcepto vt ea perficeret. Rursus eadem ipsemet facit, quia vt Deus eandem cum Patre diuinitatem habet, quod vt significaret, adiecit iterum: *ipsa opera, quæ ego facio*, ne quis putaret se tantum in mandatis habere, seu, vt aiunt, ex cōmissione, vt ea faceret, & nō faceret ipse quoq; vt Deus; continent tamen hæc eadem verba etiam emphasim vt mox ex Ians. dicā. Cum verò subdit; esse sibi data, vt perficiat ea, loquitur vt homo, cui Pater iniunxit, vt ea opera faceret, cum simul potentiā dedit, per quā faceret, nempè per diuinitatē vnitā illi humanitati, dū. n. Pater Diuinitatē cōmunicauit, atq; adeo potentiā, ac virtutem dedit ea opera faciendi, sim. Iniunxit mihi, inquit, vt homini, vt ea per Diuinitatis potentiam facerem in humanitate, & per humanitatem, vt per instrumentum coniunctum.

Ians sic etiā interpretari videtur hunc locū: ait. n. porro Pater Filio dedisse dicitur opera secundū Diuinitatē quidē, quia ei dedit cū natura etiā potestātē operādi: secundū humanitatē verò, quia ei iniunxit, & facere dedit. Nō oriosè aut̄ repetitur; *ipsa opera, quæ ego facio*; facit. n. ad maiore asseueratiōne huiusmodi repetitio, & pronomiē, *ipsa*, emphasim auget: est. n. sensus: etiā si nullus hominū testetur, ipsa tñ opera per sese, & vltro testantur de me,

A sic ille & egregiè. *Quia Pater misit me*] i. q̄ Filius sim Dei. Dices, qua ratione opera hæcerant maius testimonium testimonio Ioannis, cū Ioan. à Deo esset missus, sicut & opera à Deo procedunt, & proinde æqualis auctoritatis, i. Diuinæ esse videantur. Res. illud quod magis probat virtutē Diuinam, & clarius eā ostēdit, maius, & efficacius testimonium est: licet ergo Ioannes à Deo missus esset, non tamen id tam certò constabat, hominibus; at opera Christi admiranda illa quidem, id clarius conuincebant: propterea efficacius hinc argumentum ad credendum trahebatur, maioremque fidem faciebant.

Iterum sciscitabere, quisnam ille sit, qui demū hoc operum testimonium perhibet? & de quo etiā, inquires, perhibet? opera. n. testimonium ipsum sunt. Respondet Car. Tol. Christus ipse, vt Deus est, perhibet de se, vt homo est testimonium, per opera quæ facit suprā hominem, nempè miracula, quæ sunt opera Dei. Testantur autē opera esse ipsum Filium Dei à Patre missum, hoc est, non hominem modo cuiusmodi apparebat, sed simul esse Filium Dei.

Chryso. ho. 19. *potuisset*, inquit, *dicere Christus, testimonium perhibet de me, quod æqualis sim Patri, at noluit: sed minus expressit, quia misit me Pater: hoc. n. predictū erat à Prophetis, & si semel esse admisū, cōsequatur etiā admittendum eum æquale esse Patri.*

37. *Et qui misit me Pater*] affert iam testimonium Patris, vt simul ostendat sibi non deesse testimonium maius Ioanne. Et] Particula, &, accumulatiuè capitur, vt aiunt, q. d. etiā Pater testimonium perhibuit de me. Cæterū hoc Patris testimonium nō adiungitur ad Io. testimonium: sed ad testimonium operum, q̄ ipsemet Christus, vt Deus, de se, vt homo erat reddebat per opera Diuinitatis, vt sit hæc loci huius diluc datio, & sententia: non egotantū per opera, q̄ ego facio, testimonium perhibeo, quod sim Filius Dei, à Patre missus, quamuis homo tantū vobis videar. Verū etiā Pater meus de me item testimonium perhibuit, sc. & per opera ipsa, deinde in baptismo, cum dixit; hic est Filius meus dilectus &c. possumus etiam tertio intelligere testimonium Patrem præbuisse per Scripturas, de quibus paulò post subdet. Trifariam igitur Pater de Christo testimonium perhibuit, & per Scripturas, & per vocem de celo delapsam, & per opera, quæ eadem sunt & Filij. De quibus omnibus accipi potest hic locus.

Neque vocem eius] Card. Tolet. refert hæc verba ad ea, quæ leguntur Deut. 18. Exo. 10. cum dixit populus: *vocem eius non audiam & ignem hunc non videbo*, & vt hoc obtinerent, obstrinxerunt se pacto, quo audituros se fore Prophetam suscitandum eis de medio fratrum suorum, contestati sunt: verum postea à pacto recesserunt, dum Christum non receperunt, qui Propheta ille mittendus erat. Hæc expositio licet ingeniosa, nisi ego fallor, in hūc locum nō satis cōuenit: Equidē arbitror sensum esse simpliciore; *neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem* &c. quia Dei nō est propriè vox, vt nec os, aut labia, aut species externa. Quæ enim in veteri testamento vox audita fuit aliquando Patribus, Angelorum opera in aere formabatur.

Sed quorsum, inquires, hæc dicit? Resp. quia cum solerent Iudæi gloriari, quod Deus loquutus esset cū Patribus ipsorum & Mose, & iactaret eius illis visam esse speciem; poterant proinde Christo obijcere, nunquam se vocem Patris testantis ea, quæ ipse dicebat audisse, neque speciem afferentis vidisse, ac propterea testimonium hoc Patris, de quo ipse dicebat, veluti mortuum, & inane esse, velle se proinde expressum Dei ore audire testimonium, testantem videre, idcirco veluti respondens tacite obiectioni dicit: nō esse expectandū illis aliud testimonium, quod ipsis visus vel auditus Pater afferret; Patrem namq; neq; propriè audiri, neq; videri

ad me (dixerat enim *nō vultis venire ad me*) vt à vobis, vel ab illis gloriā acquirā, qui gloria à me ipso plenus sum. Chryso. item ho. 40. secutus eundem sensum, subdit, exponēs quid sit accipere gloriā ab hominibus; *claritatem ab hominibus non accipio*, i. nō ego mundana gloria, sol. n. à lucerna lumē nō accipit. Ianf. clariūs & vberius hoc explicās, quod est, nō accipio gloriā, ab hominibus; variè, inquit, intelligi: primò, vt sit sensus non indigeo accipere gloriā aliquā ab hominibus, quomodo intelligit Theophyl. secundò absolutè, vt intelligatur nullā gloriā ab hominibus vnquā accipere, quemadmodum nec Pater accipit, nec accipere potest. Sicut enim nox quidē accipit aliquam claritatem ab accēsis lucernis, dies verò nō accipit ab eis, quia clarus est claritate maiore. i. solis, ita Dominus cū esset clar⁹ Diuina gloria nō poterat accipere aliquā claritatē glorię à laudibus hominum, à quibus homines suam accipiunt claritatem, & gloriā (videtur sic superius Chryf. & Cyril. accepisse) tertio sic, nō requiro gloriā ab hominibus, vel gloriā, quę est ab hominibus nō accipio, hoc est non magni facio, atq; hoc tertio modo videtur potissimū debere accipi, quia postea *accipere gloriā humanam*, opponitur ei, quod est *gloriam querere à Deo*, sic Ianf. Rectè hæc omnia.

42. *Sed cognoui vos*] idēd, inquit, hæc dixi de me, vt arguam & conuincam vos quod propter Dei amorē me nō persequimini. Ipse. n. Deus Pater mihi attestatur & per opera, & per scripturas &c. quare si diligeretis eum, reciperetis me, quem ille misit. Aduerte, quod videri volebant Iudæi dum Christo repugnabant, Dei amore id facere, & tanquam eius glorię studiosi. idēd hæc subtexit Christus.

Aliter etiam interpretari possumus, vt Dominus causam indicare velit nunc, quomobrem tot allatis testibus non credant: nimirum causa est quod Dei dilectione careant.

43. *Ego veni*] Statuit veluti poenā, quę cōsequetur illos, eò quòd ipsum non receperint: nā quoniā noluerūt accipere Christū, poena huius peccati cōgrua erit, vt recipiāt Antichristū; & qui nolūt credere veritati credant mendacio. Sunt qui generatim exponant, vt illud *si quis*, vim habeat generaliter affirmandi, non dubitandi, q. d. quisquis alius nomine suo venerit eum recipietis, adeò peruersi estis iudicij; quomodo nō tantū de Antichristo. Sed de omnibus etiā falsis Prophetis, qui currebāt, dū nō mitterentur, rectè interpretari poterimus hunc locū; tale certè fuisse iudiciū Iudæorū patet Acto. 5. 36. 37. & 4. Histo. Eccl. apud Euseb. c. 6. quod insinuat Christus Matth. 24. 5. 23. vbi licet dicat, illos venturos in nomine Christi, hic verò in proprio nomine, non sibi contradicit: nam mentientur se Christum esse, cū reuera non sint. venire verò in nomine suo est, non venire à Deo missum, quamuis id ore mentiatur quis; quare rectè ac verè venisse in nomine Patris sui dicitur Christus, id est, à Patre missus, quod testimonia declarant allata. Itaque breuiter sensus est iuxta hæc: si quis ad vos Propheta falsus venerit, illum recipietis.

Passim tamen Patres significant his verbis, *si alium venerit* &c. vaticiniū de Antichristo cōtineri, ita vt illa particula, *si*, posita sit pro, *cū*, vel *quando*, & eodem modo accipi posse videtur illud Mar. 24. 23. *Tunc si quis vobis dixerit* &c. sic exponunt Hiero. ad Alga. locum hunc de Christo q. 11. Amb. l. 1. de Spiritu S. c. 14. Hilar. l. 9. de Trinit.

44. *Quomodo vos*] Principes, Sacerdotes, & Pharisæi videri volebant legis Moisaicę & traditionū obseruatores si Deo placet, studiosissimi, & cū apud principes, & populū per hæc sanctitatis opinionem aucuparētur, Christo per summum scelus, repugnabant; quasi cōtrarius effect legi Moysis, &

A traditionibus ipsorum: hinc illę querelę; *tu illius discipulus sis, nos Moysi discipuli sumus*. Ioann. 9.

Idcirco nunc Christus reddit causam incredulitatis eorū, & affirmat propter eā eos impediri à credendo in eū, quia gloriā alij ab alijs aucupabatur & nō quærēbāt à Deo verā, & solidam habere gloriā. Deus. n. præclarā habet de eo cognitionem, qui iustus verè est, & huiusmodi gloriā, hoc illustre nomen apud Deum quærere quisque debet.

Hilar. l. 9. de Trinit. aliter legit, id est, *quomodo potestis credere, qui honorem ab hominibus accipitis, & honorem eius qui solus Deus est non queritis?* & tunc sententia erit hæc: pluris facitis gloriā, & honorem propriū apud homines, quā honorē Dei veri, id est, plus vos ipsi ab hominibus honorari vultis, quā Deum verum honoretis.

Rupert. verè quidem, verūm non ita ad Christi mentē inquit: quę est illa, quę à solo Deo est gloria nisi testimonium bonę conscientię? hæc vtique vera gloria est, quia non potest fallere, quę autem ab inuicem est gloria, semper fallit.

Sed quærat quis meritò, quia ratione ambitio, quę in voluntatē residet, fidē intellectus impediatur? Resp. cū fides à voluntate pendeat, non dubium vitia & animi morbos, vt voluntatem auertunt à recto, ita intellectum auocare à veritate fidei, quę nō omninò cōiuncta mentē. Iudicabant porrò Iudæi, quod si Christū reciperēt, foret vt eo in pretio nō haberētur, nec eā doctrinā & sanctitatis opinionē apud vulgus cōseruaturi essent. Igitur eorum ambitio obstabat, quo minus Christi fidē reciperēt intellectuq; ad Christi doctrinā flecterent hoc idē fecit auaritia vt ex parab. vineę Matth. 21. constat.

Sed antequam ad aliū textū progrediamur, audi quæso lector, quid cōtra inanē gloriā scribat Aug. in Ps. 7. in illa: *Et gloriā meā in puluere deducat: hic est, inquit, ille puluis, quē projecit ventus à facie terra, superbiorum scil. vana & inepta iactantia, & inflata, & non solida, tanquā vento elatus pulueris globus. rectè itaque hic posuit gloriā, quam non vult in puluere deduci: vult enim eam solidam habere in cōscientia coram Deo. vbi nulla iactantia est: qui gloriatur, inquit, in Domino gloriatur 1. Cor. 1. ista soliditas in puluere deducitur. si per superbiam quisque contemnens secreta conscientia, vbi solus Deus hominem probat, velit apud infantes gloriari. hinc est quod alibi dicit, Deus conteret ossa placentium hominibus.* Hoc vitium inanis glorię, vel solūm, vel maximè cauedum esse perfectis monet ibidem, *quo primo enim vitio lapsa est anima, hoc vltimū vincit; initium autem omnis peccati est superbia & initium superbia hominis apostatate à Deo*, Eccl. 10. Chryso. hom. 17. in Epist. ad Rom. à dura, inquit, *seruitute vana glorię liberabimur. si aliam gloriā adamauerimus, nempe eam, quę vera gloria est. quemadmodum enim eos, qui corpora amant, alia splendidior facies visa, à priori separat: sic & eos, qui gloriā hanc depereunt, splendida illa cęlestis gloria conspecta si fuerit, ab ista abducere poterit.*

45. *Nolite putare*] Vos, inquit, quasi studio obseruandę legis Moysis videri vultis mihi oblectari, cū tamen, vt dixi glorię captandę studio faciatis: Verūm id clarum futurum erit, ad extremum iudicij diem, vbi Moses ipse vos accusabit, q. d. nō erit opus, vt ego vos accusem (licet non neget eos se accusaturū) nam quamuis ego vos nō accusarē, est Moses, ipsa scil. Moysis lex, in qua spem omnē, ac fiduciam collocatis, cuiusque vos studiosissimos iactatis plenis buccis, ac vano supercilio; ipsa in qua lex accusabit vos, ipsa vt trāsgressores traduceret, vt q. e. de me prædicenti fidēs nō adhibueritis.

Porrò quā grauiter Iudæos accusatura sit lex Moysis tradit Chryso. hom. 5. in Epi. Paul. ad Rom. in illa c. 2. *qui in lege peccauerunt, per legem iudica-*

154.

155.

156.

157.

Vana gloria puluis.

158.

Lex Moysis quomodo iudeos accusatura.

152. Iudæi ob Christum non receperunt, recipiens Antichristū.

153.

bun-

bus discipulis duodecim elegit, & constituit Apostolos, quod patet ex Luc. cap. 6. quos postea factos Apostolos misit ad prædicandum. De hac etiam electione agit Marc. cap. 3. Igitur ante missionem Apostolorum præcesserit necesse est, sermo in monte, & institutio Apostolorum. Quia verò missio consequuta est immediatè ingressum Nazareth, & hic statim parabolas; ideò non modò missio, verùm ingressus, & parabola fuerunt post sermonem, & institutionem Apostolorum; habemus igitur hæc quinque; sermonem Christi in monte, cum quibusdam alijs paucis; electionem Apostolorum, & quibusdam interpositis, parabolas; post quasi immediatè sequitur ingressus Nazareth, post quem statim mittuntur ad prædicandum Apostoli admonitionibus instructi à Christo.

3. Cæterum electio Apostolorum, ex Mar. & Luc. consequuta est post duas illas reprehensiones, & calumnias, quibus Pharisei reprehendebant primùm discipulos quod conuellerent spicas in Sabbato, deinde verò & ipsum Christum, quod hominem manum aridam habentem curasset item Sabbato: electio porrò, seu ordinatio Apostolorum sequuta est post sermonem non longè post, ut ex l. 4. enchiridij vel de rebus Euang. c. 8. intelligi potest. fuit enim coniuncta ferè electio cum sermone. Oportet igitur & euulsionem spicarum, & manum aridam præmittere etiam sermoni in monte; ita ut iam sint septem, si nimirum reliquis quinque addamus manum aridam; & ante illius curationem, spicas euulsas: quæ duo Matth. c. 12. scribit post sermonem in monte habitum, nõ seruato ordine, quem tamen duo reliqui Euangelistæ seruauerunt Luc. 6. Mar. 2. & c. 3.

4. Iam verò ante euulsas spicas die Sabbati inferendum est c. 5. Io. vbi de Paschate. nam quod discipuli Sabbato spicas vellent, necesse est cõtigisse inter Pascha & Pentecosten: nam ante Pascha nõ licuit Iudæis vellere spicas, nec quicquam edere ex noua segete ante oblatum altera die Paschæ manipulum Leuit. 23. ac post Pentecosten non erat facilè inuenire in agris euellendas spicas, cum iam esset messis perfecta, & panes primitiarum Deo oblatis festo Pentecosten.

5. Cæterum inferiùs ostendemus, eum de Sabbato secundo primò agemus, non statim post Pascha verbi gratia, secundo die vel intra dies azimorum id contigisse, quod dicitur de euulsis spicis, tum quia triticea messis non videtur tunc potuisse esse perfecta, maturave, tum quia Sabbatum hoc non videtur, potuisse incidere in dies azimorum.

6. Cur autem Matt. anticipauerit missionem discipulorum, afferri potest hæc ratio: totus enim sermò positus est in doctrina Christi enarranda, & ideò vbi meminit primi generalis circuitus Galilææ sub finem c. 4. qui fuit post primum reditum in Galilæam ab ipso expositum, confestim subtexuit sermonem illum in monte insignem: eodè modo postea mentione facta sub finem c. 4. secundi circuitus (duos enim describunt Euangelistæ) qui accidit post alterum reditum in Galilæam missionem Apostolorum anticipat, quod in ea plurima ad doctrinam pertinentia sint dicta. Occasione

A ergò inferendæ doctrinæ, quam in primis prosequitur & ad quam anhelat, & festinat, nactus similem ac commodum locum, missionem anticipauit.

Ex his hunc ordinem colligamus: primo loco statuendum erit caput 5. Ioann. quod hæcenus exposuimus; mox confratio spicarum succedet; deinde manû arida sanitati restituta; tum subsequetur sermo in monte, post hunc, quibusdam interpositis, electio Apostolorum, cum quibusdam alijs; subsequenter parabola, & post parabolas ingressus in Nazareth, postremum locum missio occupabit.

8. Quod verò caput hoc 5. Ioa. quod primum est l. 4. harum dilucidationum, collocari debeat statim post duos cæcos sanatos, & demoniacum, intelligi potest ex eo, quod nihil eorum, quæ sequuntur in hac historia & l. 4. de rebus Euang. aptiùs subijci posse videatur, omnia enim ista præcedit hoc caput, sicut & Pascha de quo hic, & iam facta enumeratio eorum, quæ sequuntur ordine dicto, idem non obscure ostendit; hæc de ordine.

THEORIA II.

Quis fuerit ille dies festus Iudæorum de quo versu primo.

C H R Y S O. homil. 31. Cyril. 2. c. 123. Theophyl. Euthy. Auctor hist. Scholast. c. 81. D. Tho. Lyr. & Carthus. hic, Apollinaris apud Hiero. 9. quod etiam Maldo. noster sequitur, arbitrantur festum hoc Pentecosten fuisse, cõfirmari potest primùm, quia Ioann. vbi de Pascha agit, Pascha nominat, & non diem festum, ut c. 2. 13. & 6. 4. & 11. 55. & 12. 1. & 13. 1. & 18. 39. & 19. 14. Propterea cum Ioa. dicat, post hæc, erat dies festus, significare videtur non multò post ea, quæ extremo c. 4. narrauerat, accidisse ea, quæ hoc capite scribit. Illa autem acciderant statim post primùm Pascha, ut videtur haberi posse a. c. 2. 13. vsque ad c. 1. Io. Tertio quia non fit verosimile Ioannem c. 5. mentionem intulisse vnus Paschatis, & confestim c. 6. transisse ad aliud integri vnus anni historia prætermissa. Addit quarto Cyril. hoc festum videri immediatè sequutum post Pascha, ergo nullum aliud esse poterat, quam Pentecosten. Probat assumptum Cyril. ex ordine historiarum, quia postquam c. 2. meminit Ioa. Paschatis, nullius alterius diei festi mentionem fecerat.

Sed contrariam sententiam magis probo, quam etiam Irenæ. l. 2. c. 39. Ruper. l. 5. in Ioan. initio Ianse. Card. Tol. hic. Perer. l. 11. in Daniel. 9. 7. & in c. 5. Ioann. disp. prima. Suar. disput. 30. sect. 3. tom. 2. Igitur affirmo per diem festum non alium intellexisse Ioan. quam Pascha. Probatur primum, quod cap. 4. 35. apud Ioann. significauerit Christus menses quatuor vsque ad messem superesse, id autem dixerat primo iam Paschate celebrato c. 2. 23. circa Decembré. Hoc ergo fuit secundum Pascha, quo tẽpore initiũ erat messis. eadem Christi verba expendens Rup. constat, ait, quod vbi nõ plus, quam quatuor menses ad messem interfunt,

Pascha-

Paschalis festiuitas non plus, quàm duobus mensibus longè abest, quo utique spatio temporis nulla alia festiuitas occurrit, in qua secundùm præceptum legis omne masculinum deberet apparere ante conspectum Domini: Sic Ruper.

3.
Christus
quando Sa-
mariam per-
transierit.

Ex iisdem verbis Christi etiam D. Thom. Vgo Card. Caet. Iansé. & alij colligunt illud tempus, in quo Christus Samariam pertransiit fuisse hyemale inter Nouembrem & Ianuariû; tùm tempus mæsis in Iudæa esset ante festum Pentecostes, Exod. 34. Leuit. 23. mense Martio vel Aprilij ex Iosue 4. vbi dicitur, populus transisse Iordanem decima die mensis primi, id est, Martij; cùm tamen c. 3. dictum fuisset, illud fuisse tempus mæsis. Nec dici potest per *primum mensem* intelligi Septembrem: nam c. 5. dicitur transmissio Iordane fecisse populum phase 14. die mensis ad vesperâ in campestribus Ierico, vt notat Theod. q. 2. in Iosue, & indicat Hiero. l. 1. contra Iouinianum. Nec refert quod 70. legât, *sicut in tẽpore mæsis*, cùm in vulgata legamus, *tempore mæsis* simpliciter, adde quod c. 5. post narratam paschæ celebrationem necitur, & *comederunt de frugibus terra die altero* (id est, decimoquinto mensis primi) *azimos panes, & polentam eiusdem anni*, &c. ergo maturi erant vere tunc temporis fruges, & tempus mæsis vere instabat.

4.

Quibus fit vt cùm Christus pertransiit Samariam, quod quidem contigit post illud festum Pascha, quod in 2. c. commemorauit Ioannes, cùm eiecit de templo vendentes, & euentes, non potuerit esse tempus aliquod paulò antè Pentecosté, quia nequeût inter Pascha, & Pentecosten menses quatuor intercedere, præsertim cùm Christus non de fine, sed de initio mæsis loquatur: sic enim ait: *adhuc quatuor menses sunt, & mæsis venit*. Confirmantur hæc, quia c. 3. narrat Ioann. sermonem Christi cum Nicodemo, & mox subdit, venisse Iesum cùm discipulis in Iudæam, & ibi moram traxisse, & baptizasse, qua dicendi formula, significat non paucos dies ibi mansisse: ac c. 4. tandem narrat in Galilæam, profectum in transitu per Samariam loquutũ cum Samaritana quatuor mensibus ante messem, vt ex citatis verbis apparet. Quæ omnia non videntur vlla ratione restringi posse ad paucos dies illos, qui inter Pascha, & Pentecosten interlabuntur, etiã si nihil adiecisset Ioann. de quatuor illis mensibus ante messem.

5.

Interpretatio porrò Maldo. quod Christus cùm ea protulit verba, *vos dicitis adhuc quatuor menses sunt, & mæsis venit*, vsurpare voluerit modum loquendi tunc communem; vt qui prouerbij loco esset ad significandum non esse tempus alicuius rei gerendæ, nec de ea in præfenti cogitandum, nondum appetente tempore. noua est interpretatio, quod equidè sciam, quamuis acuta; præterquam quod ea verba, *vos dicitis*, innuunt, quod si discipuli loqui vellent de messe corporali, tũc cùm Christus loquebatur, dicere vere potuissent quatuor menses superesse ad messem verũ non sic habet, inquit Christus de messe animarum &c.

6.

Festi nomi-

Sed nec desunt ad eandem conuellendam opinionem de festo Pentecostes aliæ ratio-

nes præter dictas: etenim in Euangelica historia non in vno tantũ loco legimus, festum Pascha nominari *festum* simpliciter, & præcisè, vt cernere licet Luc. c. 2. *secundùm consuetudinem diei festi*, quem paulò antè, Pascha vocauerat. apud Matt. c. 26. *non in die festo*, imò & apud Ioan. ipsum c. 4. *cùm venisset in Galilæam, exceperunt illum Galilæi, cùm omnia vidissent, qua fecerat Hierosolymis in die festo, ipsi enim venerant ad diem festum*. Respicit enim illam historiam quam c. 2. narrauerat cùm in Paschate eiecit vendentes & euentes è templo. & videtur hic locus non parum fauere nostræ sententiæ, quia paucis interiectis mox c. 5. subtexit: *post hac erat dies festus Iudeorum*, ergo vtrique eundem significatum habet dies festus. Et huic rationi efficacitatem maiorem adiungit, quod c. 7. agens de quadam alia solemnitate, non illam diei festi nomine simpliciter vocauit, sed adiecto *Scenopagia*. c. verò 11. 56. & c. 12. 20. & c. 12. 1. Pascha diem festum item vocat. Vnde etiam patet solutio primæ obiectionis.

B

Nec illa minoris momenti est ratio, Christus è Iudæa propter immanem pharisæorum furorem secessit in Galilæam, nõ est ergo credibile tam breui temporis interuallo voluisse ibi esse, nimirum per solos 10. vel 12. dies, qui vix esse potuisset à secessu illo Christi à Paschate de Iudæa, in qua tamen moram traxisse scribit Ioannes, ad accessum in eandem Iudæam gratia celebrandi Pentecosten.

C

Postremò ea quæ non solũ Ioannes, sed reliqui etiam Euangelistæ narrant gesta in Galilæa, post illam discessionem secundam à Iudæa (nam de prima solus agit Ioannes) Non videntur potuisse fieri tam breui tempore. Quæ duæ postremæ rationes satis essent per se solæ ad astruendam veram esse Irenæi opinionem.

Sit ergo tanquam certum positum, hoc festum Pascha fuisse. Nec rationes initio positæ quicquam probant, nam ad primam nego præcisè Ioan. vbiq; festum illud *Pascha* nominare, immò non rarò etiam diei festi nomine simpliciter vocat. Ad secundam respondeo sæpè Ioann. extrema commemorare, intermedia prætermittere, vt quæ à cæteris Euangelistis abundè conscripta sint; quod verò ex Cyril. tertio loco allatum est, nihil efficit: sæpè enim Euangelistæ ab vno ad aliud remotum festum transeunt intermedijs omisis. hæc hæctenus.

D

THEORIA III.

Rerum mirabilium, quas in piscinâ ostendebat Deus causæ inuestigantur.

MVLTA hic quæri possunt de piscina: primũ quidem cur tam miranda Deus in hac piscina efficeret? Theophyl. quidem veluti aliorum opiniones commemoras: *multi*, inquit, *opinantur, quod sola ablutione intestinorum animalium eorum, que Deo offerenda erant, virtutem quandam diuiniorem acciperet aqua; & propterea Angelus ad aquam, vt electam accederet, & miraculum operaretur.* &c. Sed hoc in Scholijs reiecit, quia non est credibile in ea piscina, in qua se Deus mirabilem ostendebat, & præ-

ue Pascha
intelligitur.

7.

L
Cur Deus in
illa piscina
tam miran-
da operatus
fuerit.

sentiam

fentiam suam declarabat abluta fuisse animalium intestina. Adde quod etiam prius debuisset fieri miraculum hoc, quia non circa tempus aduentus Christi ablui ibi intestina cœperunt, cum cœpisse hoc miraculum sanitatis videtur, sed multò antè tempus credibile est ibi ablui solita, si verum est, quod isti dicunt, de ablutione intestinorum.

Multò minùs probabile illud est, quod apud Magistrum historix Scholasticæ in Evangel. c. 81. scriptum legimus: *traditur, & quit, à quibusdam, quod Regina Saba vidit in spiritu lignum crucis Dominica, & nuntiavit Salomoni, quod in eo quidam moretetur, propter quem Iudæi perirent. quod timens Salomon abscondit lignum sub terra in qua facta est piscina. Aduentante porrò tempore passionis enatauit lignum, (ex quo crux sancta est edificata) cœpitq; miraculum.* Sed hæc nulla nituntur auctoritate, vt vel ipse Comestor vidit. Simileque est illud, quod addunt, descendentem de cœlo Angelum lignum hoc de ex fundo piscinæ extollere solitum, eoque agitare & turbare aquam, quod & habet Pere. n. 21.

3. Neque verò plus fidei meretur, quod quidam tradiderūt, vt refert Adrichomius in descriptione Ierusalem n. 26. olim absconditum fuisse in loco piscinæ sacrum ignem à Sacerdotibus: quem, vt legimus 2. Mach. 1. cum quaret Nehemias eius loco aquam crassam reperit. quod non puto Doctioribus probari.

4. Chryso. homilia 35. in Ioann. acu retigisse mihi videtur, dum prodidit, hoc ideò factum esse, vt qui in aqua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquandiu exerciti, animæ morbos per aquam curari posse facilius crederent.

5. Obseruat Iansen. c. 36. concor. quam similis sit hæc figura baptismo: non in quauis, ait, aqua ægri curabantur, sed in ea in qua abluebantur legis sacrificia, quæque vt patet ex Hierony. à sanguine sacrificiorum rubea erat, quasi ab illis virtutem quandam diuiniorum accepisset. Nec in ea curabantur, nisi Angelo mouente aquam. sic & aqua baptismi omnem suam virtutem habet à sanguine veri sacrificij in cruce oblatis, nec alioqui sanat, nisi accesserit gratia Spiritus S. aquam mouens, & efficacem reddens. Sed ibi corpora sanabantur, hic verò animi: illic Angelus, cuius etiam dispositione lex vetus data est, aquis virtutem donat, hic verò ipse Spiritus S. legis nouæ auctor: illic vnus tantum sanabatur, hic verò etiam si totus confluat orbis, non minuitur gratia, sic Iansen.

6. Ad quæ hæc adijcitur: immutari oportere hominem, qui in hanc baptismatis aquam descendit, vt renouabantur aquis piscinæ ægroti depulso morbo, qua de re sic scribit Nyssenus, sub finem libri de baptismo, significans baptismum non immutare quidem corporis figuram, sed animi mores renouare, quod baptizati hominis signum clarissimum est; *nihil, inquit ille, ex ijs rebus, qua sub oculis cadunt immutatur, corporis item figura integra manet, & natura. Sed opus est aliqua prorsus euidenti demonstratione per quam agnoscamus hominem recens natum, signis quibusdam manifestis nouum à veteri discernentes, & quæ sequuntur.* Certè hæc signa non aliud, quam noui mores sunt. Nam si per baptismum

A Filij Dei renascimur, & Christi; exactè conuenit inspicere, ait Nyssenus, Genitoris nostri proprietates, vt ad similitudinem Patris nosmet formantes, legitimi filij fiamus Dei, qui nos ad adoptionem, quæ per gratiam contingit, vocauit. Graue enim probrum est, adulterinus, spurius, & subdititijs filius, qui factis suis Paternam nobilitatem fallat, atque ludificetur.

Iterum quæri potest, cur illa virtus sanandi non inesset aquæ nisi motæ, & turbatæ? Diximus paulò antè, motum eum Spiritus S. vim, efficacitatemque innuere in baptismatis fonte. Sed & aliæ afferuntur causæ dignæ, quæ referantur, & quidem ex interliniari, motus aquæ mors est Christi, & inde Redemptio consequuta: nam ex August. venit Christus ad populum Iudæorum, & faciendo magna, docendo vtilia, turbauit aquam, id est, peccatores præsentia sua & excitauit ad passionem suam. Sed latens turbauit, *si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Iam verò descendere in aquam turbatam est humiliter credere in Domini passionem. Perer. quatuor affert causas huius rei, quas breuissimè attingam. Prima est vt ea agitatione, quasi inditio quodam notesceret Iudæis quando Angelus descenderet in Piscinam. quæ mihi videtur litteralem sensum continere. Secunda est, vt constaret omnibus virtutem illam sanandi extrinsecus omnino, & diuinitus accedere, non natura, seu casu. Tertia est, vt mysticè ea turbatio piscinæ prænuntia esset eius turbationis, quæ in passione Christi accidit: cum corpus eius factum est, quasi piscina sanguinis, quæ perfusi ab omnibus animi morbis lauaremur. Quanta porrò fuerit hæc turbatio Psalm. 68. describit Dauid.

B Denique indicat hæc turbatio Sacramento Pœnitentiæ piscinam esse quandam, turbatam continentem aquam. veros enim pœnitentes suorum scelerum recordatione ingenti pudore, doloreque affici, & metu diuinæ iustitiæ conturbari decet. Hinc Dauid Psalm. 6. *Sana me Domine, quoniam cõturbata sunt ossa mea;* Est porrò verolimile breuissimi temporis fuisse motionem illam aquæ.

C Hanc comparationem Piscinæ cum Sacramento Pœnitentiæ prosequitur Barra. lib. 6. c. 3. post medium §. ea verò est Pœnitentiæ Sacramentum, consule illum.

D Tertiò cur vnus tantum, & quidem qui prior descendisset, sanabatur? Ad primam dubitationem Respondeo mysterium videtur innui, vel vnitatis Ecclesiæ extra quam nulla sanitas, vel vnus Christi, qui venit nostros morbos tollere, vel indicatur hoc vno homine, totum genus humanum, ad quod Christus, de peccati morbo liberandū in terras descendit.

Ad secundam verò dubitationem responderi potest; ea re doceri nos in percipiendis donis, quæ gratis omnino conferuntur nobis à Deo, multum nostram valere diligentiam: neque enim dantur, nisi volentibus, immò etiam & quærentibus, adde & sibi vim inferentibus: quemadmodum beneficium istud sanitatis non nisi diligentissimus quisque præripiebat, quanquam quod ita conemur, & velimus, Deus iste efficiat speciali suo auxilio.

7. Cur aqua piscina non nisi mota sanabas.

8.

9. Cur vnus tantum sanabatur.

10.

Apocrypha quedam historia de rege Saba rejicitur.

5. Piscina baptismi.

II.
Diligentia
commendatio.

Docemur etiam nullam in arripienda salute uitiarum, vel honorum, vel sapientie haberi rationem, sed solius diligentie, ac celeritatis. Et ideo dicitur qui prius descendisset. Vt in curandis animi morbis alij alios celeritate superare niteremur. Hoc monet spiritus in Ecclesiastici 5. non tardes conuerri ad Dominum, & ne differas de die in diem: subit enim veniet ira illius, & in tempore vindicta disperdet te. Cui testimonio consonat Chryso. secundæ ad Corinth. 16. hom. 22. cum ait: nescis quid paritura sit superuentura dies. Periculum, & metus est in differendo; salus verò securam si nulla sit dilatio, &c. Si aurum rapiendum proijciatur, raptorum quisque primus esse conatur. rapiendum nobis proijcitur regnum cælorum, violenti rapiunt illud Matth. 11. quisque igitur primus esse contendat. Cæterum quæ in his dubitationibus soluendis diximus, rectè quidem dicta sunt, sed in primis, tum hæc, tum alia similia clarè simul quoque indicant, hanc aquæ virtutem Dei solius fuisse, non naturæ.

12.
Quinque
porticus
quid.

Postremò dubitet aliquis quid illæ quinque porticus, quid multitudo languentium significant. August. aqua, inquit, illa, id est, populus ille quinque libris Moysis tanquam quinque porticibus claudebatur; sed illi libri prodebant languidos non sanabant: lex enim peccatores conuincebat, non absoluebat. & vt Beda inquit, erant illic cæci, id est, scientie lumine carentes, claudi, id est, ad ea quæ iubebantur, implenda vires non habentes; aridi, id est, supernæ dilectionis pinguedine carentes. Sic Beda, & August. nec mirum, quia hominem non habebant vel non recipiebant: homo, illis ad sanitatem necessarius erat, sed homo, qui & Deus esset. ab hoc omnis salus expectanda; nec potuit baptismus, vel quid aliud salutem afferre, nisi per aduentum Christi in carnem. omnes ergo languidi, qui toto orbe iacebant, quos hæc multitudo languentium figurat, non aliundè, quàm ab hoc homine vitam, & salutem expectare poterant, & debebant. Cætera, quæ de piscina dici possent ex Scholijs pete.

THEORIA IV.

Num Christus Sabbatum, edendis operibus violarit. Circa vers. 16.

I.
Christus
satis
mandis
infirmis
Sabbatum
non violabat,
& cur.

RESPONDEO minimè: tum quia illa non erant seruilia opera, sed Dei virtute patrata, qualia etiam Iosue, Eliseus, eodem die fecerant: tum quia Dominus erat Filius hominis etiam Sabbati, qui & legem dederat: tum quia, vt inquit Beda, contra verba legis id videbatur, contra sensum, & spiritum legis non erat; gestare siquidem grabatum contra legem erat, at gestare, vt publicè testaretur quis acceptum à Deo beneficium, non contra, sed secundum Sabbatum erat, in quo recolenda fuerant Dei beneficia: tum quia, vt Theophyl. inquit, volebat Christus sensim docere veram Sabbati obseruationem in eo præsertim esse positam, vt non à labore, sed à peccatis multò magis abstinerent homines: tum quia opera sanitatis, vt medicinæ non vetabantur: tum

A quia hæc opera ad religionem, cultumque Dei maximè pertinebāt, cum essent Diuinitatis, & veritatis fidei firmissima argumenta, & robustissima firmamenta, ad illustrandam verò Dei gloriam maximè conducerent & ad salutem animarum permultum referrent. Quod verò Iustinus ait qq. gen. Resp. 28. ideo etiam Christum non fuisse legem transgressum, quia lex illa Christi baptismo erat abrogata, falsum est, cum post Christi Passionem & Resurrectionem, desierit lex ex communi Doctorum sententia.

Quod si sciscitari pergas, quamobrem Christus, qui alio poterat die, Sabbato tamen peragebat hæc? hanc accipe ex Ruperto causam, quod illo potissimum die magna hominum multitudo coiret, ac proinde miracula coram tam multis testibus edita, ad finem Christi utiliora forent: simulque adde, docere Christum voluisse quomodo Sabbatum id genus edendis operibus non violaretur, eiusque opera talia esse, vt Sabbato etiam fieri possent, absque legis transgressione.

Cur autem Deus Sabbatum præceperit obseruari, & alia huc spectantia tractat Cardin. Tolet. adnotat. 11. item quæ opera Sabbato essent prohibita, docet idem annot. eadem §. Quartum hoc loco.

THEORIA V.

Exponitur textus vigesimus secundus: neque enim Pater iudicat quemquam, & cæc.

C TRIA hic in dubium reuocari possunt, primum de qua potestate iudicandi sit hic sermo. deinde quomodo verum sit, Patrem neminem iudicare; quandoquidem in Diuinis quod vna persona facit extra seipsam, omnes simul faciunt. Postremò, quod caput est, quomodo conueniat Christo iudicare, præsertim cum ipse dicat Ioann. 8. ego non iudico quemquam.

Vt primæ satisfaciam aduerte: quod quemadmodum humanitas Christi præter diuinam scientiam, quam habuit ex Deitate sibi vnita, accepit scientiam infusam, qua, vt homo sciebat: ita præter potestatem iudicandi communem cum Patre, & Diuinam; habuit propriam humanitati collatam, quam utiq; nõ habuisset, nisi Deus esset, & hæc est subalternata primæ, licet iudicium vnum sit; quo per vtramque potestatem iudicare potest. Respondeo igitur cum Cyril. l. 2. c. 140. hoc quod hic dicitur, esse intelligendum de potestate præsertim Diuina, quam humanitas accepit per vnionem Diuinitatis. Humanitas ergo accipiens diuinitatem, accepit etiam potestatem iudicandi, & per eam iudicaturus est Christus homo viuus, & mortuos. nec tamen propterea arbitror Cyril. excludere humanam iudicandi potestatem: nam & per illam exercetur iudicium, vt subalternatam Diuinæ.

Qua in re non sequor D. Chryso. sententiam homil. 38. quem tanquam antesignanum sequuntur Theophyl. & Euthym. nec Hyla. l.

2.
Christus
ut
homo
quomodo
iudicat.

7. de Trinit. nec Athanas. sermone quarto contra Arrianos, nec Ambrosius lib. secundo, de fide cap. 4. quam & Tertul. videtur significare ca. 16. contra Praxeam, & Diuus Thomas 3. par. quæst. 59. art. 1. Augustino tribuere videtur lib. de vera Religion. cap. 31. licet obscure loquatur ibi Augustinus. Sed de horum sententia dicam iterum in solutione ad tertiam difficultatem.

3. Secundæ dubitationis responsio hæc est: non iudicare Patrem sumpta videlicet persona iudicis, quæ ab hominibus, quos iudicat, videatur, & in qua cum illis loquatur, & sententiam verbis proferat, denique externo ritu, formæque iudiciali cum illis agat, quæ rectè in Filium conueniunt, qui solus inter omnes personas Diuinas, ita Deus est, vt homo etiam sit: talem autem decebat esse eum, qui homines erat iudicaturus. hæc verò expositio vim & robur accipit à versu 27. vbi redditur ratio, cur omne iudicium Pater Filio dederit, quia, inquit Christus, *Filius hominis est*: per *Filium hominis*, nõ Christum speciatim intelligimus, sed generatim hominem, vt in Scholijs adnotauimus versu vigesimo septimo vt sit sensus: quia personam gerit ad fungendum officio iudicis accommodatam.

4. Sunt qui interpretentur Patrem non iudicare quenquam; non quod non iudicet: (neque enim id negari potest,) Sed quod non exercent iudicium per se ipsum, sed per humanitatem, non sibi copulatam: Filius autem iudicet per seipsum scilicet, per humanitatem sibi vnitam, licet eadem potestate Diuina:

5. Quod si obijcias, eodem etiam planè modo dici potuisse, Patrem neminem viuificare, cum videatur per Christi carnem non sibi vnitam viuificare. Respõdeo iudicium illud vltimum & simul etiam suscitationem extremo die à Christo in carne, & per carnem esse reuera exercenda. Cæterum hoc interest inter suscitationem, & iudicium: quod hoc non nisi in carne, & per carnem erit; loquimur autem de vniuersali, & vltimo iudicio, de quo interpretati sumus verba Christi, at latius patet suscitatio: cum & antè carnem sumptam, & post carnem assumptam suscitati fuerint, viri aliquot vita functi, & quidem non per Christi carnem, saltem de his mortuis loquendo, qui ante assumptam à verbo carnem, ad vitam reuocati sunt; quamuis de ea suscitatione, quæ ad extremum mundi diem facienda est, secus sentiendum sit. Hæc est igitur causa, propter quam dictum est, Patrem non iudicare quenquam; non item, non suscitare quenquam.

6. Ad tertiam dubitationem facilè est ex dictis respõdere, non esse hic sermonem de Christo, vt Deus est. nam cum Christus dicit Patrem non iudicare quenquam, vel loquitur de suprema potestate iudicandi, quam Filio per æternam generationem contulit, & ita quamuis verum sit eam potestatem datam esse à Patre Filio, non tamen cum dedit, sibi illam Pater ademit; non igitur hoc sensu dici potuit, Pater non iudicat quenquam. quod enim hoc modo per appropriationem iudicium tribui dicatur Filio, non facit, quo minus Patri etiam tribuatur. sicut licet omnipotentia approprietur Pa-

A tri, nõ propterea negatur Filio. propter quam causam recessit Augustinus à prædicta opinione l. i. de Trinit. c. 13. Nec voluit exponere de Christo vt Deus est, quia hoc modo non vtique diceretur *Pater non iudicat quenquam*, secundum hoc enim quod æqualem Pater genuit Filium, iudicat cum illo. vel est sermo de iudicio exercendo per se ipsum immediatè vt negetur Pater per se ipsum immediatè iudicaturus, & tunc vel potest esse sermo de iudicio ferendo, & exercendo per solam Diuinitatem immediatè; & ita quemadmodum non iudicat quenquam Pater, sic nec Filius. Vel sermo est de iudicio ferendo, & exercendo per humanitatem vnitam Diuinæ personæ: ita verum est, solum Filium iudicare, quod est cõsentaneum expositioni, quam nunc sequimur; & in Scholijs secuti sumus, atque ita recedimus ab altera expositione Chryso. & aliorum, qui hæc exponunt de Christo, vt Deus est, & incidimus in eam, quæ est Cyril. l. 2. in Ioann. c. 140. vbi docet, ratione humanitatis dici Filium accepisse à Patre potestatem illam iudicandi Diuinam; nam vt Deus, inquit, naturaliter illam habet, tamen per dispensationem, seu incarnationem accepit, vt homo existens, illam haberet; quatenus per incarnationem factum est, vt hic homo habeat potestatem iudicandi, eandem cum Filio, quia est ipsemet Filius Dei. Idem habet Cyril. in exegesi de Incarnat. ad Valerian. & l. 2. ad Reg. c. quod Christus sit verus Deus, etiam si *Filius hominis* appelletur. De qua expositione iterum redibit sermo seq. Theo. vbi alteram sequemur, vt probabiliorem. Itaque respondemus nunc breuiter ad obiectionem, intelligenda quidem esse hæc de potestate iudiciaria Diuina ac suprema, & de Christo, vt homo est, seu ratione humanitatis, vt per vnionem habet vnitam sibi Deitatem; non autem de Christo, vt Deus est simpliciter, per æternam generationem.

7. Ad id, quod dicitur ex Ioann. 8. triplex est solutio, vel vt dicatur Christus non iudicare quenquam in priori suo scilicet aduentu, venit enim Filius hominis in mundum, nõ vt iudicet mundum Ioann. 3. Vel vt neget Christus iudicare se quenquam, scilicet secundum faciem, & carnem, vt Iudæi faciebant, quibus dicitur, *vos secundum carnem iudicatis*. Vel ex verbis, quæ sequuntur, accipi potest solutio: subdit enim, *quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater: & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est*; significat ergo se neminem iudicare, scilicet solùm; sed secum iudicare Patrem.

THEORIA VI.

Affertur altera expositio verborum Christi à decimo septimo fermè versu vsque ad trigésimum.

1. **Q**UAMVIS hætenùs, scilicet præcedenti Theo. & in Scholijs pluribus exposuerimus verba Christi vsque ad v. 30. de Christo ut homo est, ratione tamen Diuinitatis sibi unitæ; quam expositionem satis probabilem, & accommodatam iudicamus, sicut & eam iudicant duo viri insignes Car. Tolet. adnot. 19. & 24. 2. & Franc. Suar. 3. p. in comm. q. 59. a. 2. verù quia, vt idem Suar. acutè obseruat eodem loco eiusmodi dicendi formulæ, & loquutiones, scilicet, quod dedit Pater huic homini per incarnationem, & præstituto tempore iudicium facere, vel quod dedit ei habere vitam in semetipso, improprie videntur, si ad Scholasticum rigorem eas expendere velimus: quibus tamen loquendi modis vtitur expositio, quam hætenùs sequuti sumus ex Cyri. ideò quod in Scholijs promissimus, alteram hic, vt arbitror veriorè, & ad textum magis accommodatam, sicut & ad modum loquendi Scholasticorum, addemus.

2. Cur verò loquutiones illæ improprie à Scholasticis censeantur, ratio hæc est: quia licet per respectum ad actus mētis, quod genus sunt prædestinare, præordinare, & similes, qui præscindere possunt, vt Scholastici loquuntur in suo obiecto à determinato supposito; verè, & proprie dici possit: hic homo est prædestinatus, vt sit Filius Dei naturalis, & vt sit supremus iudex cum Patre &c. per respectum tamè ad executionem, actumq; facultatis operatrici, quæ necessariò singulare suppositum requirit, & exposcit, non proprie dicitur, homo factus est Deus, & consequenter neque potuit proprie dici, huic homini datas esse per incarnationem, Dei proprietates naturales, quarum vna est primaria potestas iudicandi &c. Sed dicitur potius humanitati coniuncta est Diuina persona, vt hic homo sit Deus, & eam iudicandi potestatem habeat, nõ quod recens in illum collata sit, sed quod suppositum huius hominis ex se ac naturaliter illam habeat. Dicere verò sumi in his propositionibus, *hunc hominem* non pro determinato supposito, sed abstrahendo: is est quem dicimus, modum esse loquendi Scholasticis improprium. Absurdum verò etiam esset affirmare, datam esse hanc potestatem ipsi humanitati, vt per illam Christo cõueniat, neque hoc vult Cyril. Sed datum, dicit, esse huic homini, vt sit supremus, v. g. Iudex cum Patre (quod loquendi genus Scholasticis improprie videri diximus) & hoc per cõmunicationem idiomatũ factũ esse propter ipsam Incarnationem. Vt ergò probabilis sit hæc interpretatio, insolitus tamen est, & improprie dicendi modus, qui in ea vsurpari solet.

3. Propterea faciliùs, & magis ad text. Ioan. accommodatè faciemus, si quædam, quæ hic à Christo dicuntur exponamus de eo; vt Deus est: vt plurimum autem de Christo, vt homo

A est ratione humanitatis, quantum ad potestatem, quam habet, vt sic; quam quidem rem, quia breuiter, clarè, ac doctè prosequitur Franc. Suar. nõ vno quidem loco, eius hic expositionem complectar simul, sed non eodem prorsus ordine. vide illum q. 59. in a. 1. & 2.

4. Occasio totius huius doctrinæ Christi, quæ habet Ioan. c. 5. calumniæ Iudæorum fuerant, propterea Dominum criminantium, quod in Sabbato operaretur ob sanatum paralyticum. Porro responsio Christi eò tendit, vt ex Diuinitate personæ suæ ostendat, rectissime fecisse, quicquid per humanitatem operatus fuerat. Quare in progressu sermonis huius quædam dicit de dignitate personæ suæ secundum se, vt inde tacitè, vel expressè quid de humanitate sua sit cogitandum, colligat.

B Inquit ergò, *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*: quibus profitetur se æqualem Patri iuxta vñanimem sensum Patrum Atha. ser. de SS. Deipara. Nazian. orat. 4. Theol. Chryf. Cyril. Augustin. & cæterorum: quod vel ipsi Iudæi intellexerunt, acutiores in hoc ipsis hæreticis & hoc ipsum Euangelista clarè significat, vt & in Scholijs docuim⁹. Hinc ergò Christus tacitè voluit efficere non debere se reprehendi à Iudæis, quod in Sabbato miracula ederet, vel quia cum Deus esset, supra omnem legem erat, atque adeò Dominus Sabbati; vel certè, qui cum illud opus esse immediatè à persona Filij, ab humanitate verò, non nisi, vt ab instrumento coniuncto Deitate, non poterat non esse rectum & Patri gratum. Et hoc est, quod subdit, *non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.*

6. Quæ verba licet possint etiam de Diuinitate exponi; melius tamen ad Christi humanitatem referuntur, per quam Christus nihil operatur, nisi quod videt esse Diuinæ voluntati consentaneum: cuius illicò atexit rationem, quæcumque enim ille facit, hæc & Filius similiter facit, quæ licet Diuinitati rectius aputentur; sententia tamè tota rationis in humanitatem desinit, & ad eam tendit, hoc modo: cum persona Filij sit æqualis Patri, æquè cum illo omnia operas, ac prouidens, inde fit Christum ipsum non posse quicquam per voluntatem etiam humanam facere, nisi quod cum voluntate Patris consentiat.

7. Porro huius consequutionis probationem, sequentia verba continent: *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit.* Quorum verborum planissimus est sensus, si ad humanitatem referantur; difficillimus si ad Diuinitatem. Nam Filius, vt Deus non habet ex dilectione Patris, vt illi Pater omnia opera sua demonstrat, sed per æternam, naturalemque generationem: Igitur cum Christus causam assignet à dilectione Patris petitam, secundum humanitatem loqui credendus est. Pater enim ita eam dilexit, vt Filio suo arctissimo vinculo per personæ unitatem coniunxerit, propterea illi homini ostendit omnia, quæ facit, non speculatiuè modò, sed practicè etiam dando ei virtutem, & potestatem ad faciendâ opera suis similia: quod significat, cum subiicit: *& maiora his demonstrabit ei opera.* Demonstrabit, inquit, non quantum ad cognitionem: nam etiam vt

homo

homo omnia sciebat momento conceptionis: sed quantum ad executionem eorum, quæ quouis tempore gesturus erat iuxta sanctissimam Patris voluntatem.

8. De quibus mox operibus ait: *sicut Pater suscitavit mortuos, sic & Filius*, quæ verba Augustin. tract. 21. de generali resurrectione intelligit, & conuenire ait Christo non solum vt Deus est, sed etiam, vt homo, quod colligit ex præcedentibus: & maiora horum demonstrabit ei opera; & ex sequentibus idem elicere est, cum dicit: *neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio*, q. d. potestatem suscitandi homines coniunctam esse cum potestate iudicandi, vt in Scholijs etiam obseruauimus: nam opus est, vt iudex potestatem habeat vocandi, & trahendi reos ad iudicium: vocandi verò sunt per generalem resurrectionem. Postremò ea ratio, quæ postea annexitur, *vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem*, nihil obest huic interpretationi, quando Filius adoratur eadem adoratione, qua Pater, & eadem coadoratur humanitas Filio coniuncta.

9. Porro 24. & 25. versus clarius, & facilius adaptari possunt Christo, vt homini, quam vt opus sit illa explicare. nam versus 25. verba illa: *Amen, Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint uiuent*: rectè constat accipi debere de Christo homine, quatenus illi datum est, vt per humanitatis imperium, ac voces possit mortuos excitare; cuius rei mox causam subiungens ait: *sicut enim Pater habet vitam in semetipso*, id est, viuificandi virtutem, vt interpretatur Cyril. *sic dedit & Filio habere vitam in semetipso*. Quod quidè fateor rectè intelligi de Filio, vt Deo, vt tamen sit hic sensus: quandoquidem persona Filij habet secundum se viuificandi potestatem cum Patre æqualem, ideò data est humanitati eius virtus instrumentaria ad mortuos viuificandos. quamuis possit etiam hæc ratio accipi de Christo, vt homine, vt Cyril. etiam exposuit, sed tunc, sicut, non æqualitatem, verum proportionem & similitudinem innuit.

10. Cæterum vers. 27. *& potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est*, longè credibilis est, sermonem esse de potestate excellentiæ, ad exercendum iudicium per humanitatem; sicut exposui Aug. tract. 19. & 22. in Ioan. quem sequuntur Beda, Ruper. item l. 5. in Ioan. & Latini interpretes: & eandem habet August. l. 20. de Ciuitat. c. 6. & l. 1. de Trinitat. c. 13. eandem indicat Hieron. Isai. 50. nam de Christo homine explicat illa verba: *sicut audio iudico*. Tertul. item con. Praxeam c. 21. vbi non, quia Filius hominis est, legit, sed qua, sic enim habet: *iudicium dedit illi facere in potestate, qua Filius hominis, per carnem scilicet, sicut & Filius Dei per Spiritum eius*. Idem Vigilius contra Eutyachen.

11. Si ergò ita exponamus; per illa verba, *quia Filius hominis est*, non assignatur causa adæquata, ex qua oriatur iudicandi potestas hæc humana, alioquin vt rectè ratiocinatur Chryso. omnes homines eam haberent: sed designatur in primis natura, quæ necessaria fuit in Christo, vt huius potestatis capax esset: si enim tantum fuisset Deus, nõ potuisset hanc potestatem

A de nouo accipere; verum quia Filius hominis est, fuit capax eius. Deinde innuitur, congrua ratio, ob quam voluit Deus iudicium Christo committere, scilicet vt homines, qui sub sensum cadunt, ab homine, qui sub obtutum etiam oculorum venire, & cuius vox audiri posset, iudicarentur. Quamuis autem in omnibus hominibus sit huiusmodi capacitas quasi remota; non est tamen proxima in singulis, sicut nec æqualis ratio, ob quam debeant singuli hanc potestatem habere: consequeretur autem hoc si hæc esset adæquata ratio.

Ea verò quæ sequuntur v. 28. & 29. constat fermè de Christo homine accipi debere: suadet enim hic iudicandi potestatem humanam ex potestate item humana suscitandi mortuos, veluti colligens ex medio finem, aut ex vno opere supernaturali, quod magis sub oculos cadit, & valdè admirabile est, alterius admirationem excludens, quod & in Scholijs attigimus n. 121.

Et hoc est quod subdit: *nolite mirari hoc*, & quæ sequuntur vsque ad 30. versus, vbi tandem rem totam conficit, sic concludens, *sicut audio, iudico; & iudicium meum iustum est, quia non quero voluntatem meam, sed eius, qui misit me*. Quæ non video quomodo aliter intelligi debeant, quam de voluntate humana: igitur statuendum est, verba hic fieri de iudicio, quod ab ipsa procedit, & per humanitatem exercetur: eodem ergò modo, eodemque planè sensu accipienda veniunt, quæ præcedunt. Hæc ferè hinc inde ex Franc. Suar. qui mihi videtur legitimum, ac germanum horum versuum sensum attigisse, remque difficillimam breuiter, ac clarè enucleasse.

THEORIA VII.

Explicatur quæ vox sit illa, Filij Dei, cuius sit hic mentio versu vigesimo octauo.



PRINCIPIO sæpè in Scripturis occurrunt loca, quibus mentio fit, vel tubæ nouissimæ, vel iussus Domini, vocis Archangeli, & tubæ Dei, vel vocis magnæ, & tubæ simpliciter; 1. Cor. 15. 1. Thessalo. 4. Matt. 24. Ioan. 5. Ioel. 1. Sopho. 1. Zach. 9. cum ergo tot vocum, tubarumque mentio fiat, quæstio non parua est, an hæc omnia vocabula vocem vnam significant, quam exaudituri sint homines ad extremum iudicij diem citandi, vt se sistant ante supremi iudicij tribunal.

Vt autem aliquid certi definiamus, obseruandum est, quadruplices voces ex præcatis locis haberi posse, vnam Christi, Ioann. 5. 28. *venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei*; alteram tubæ Matth. 24. 1. Corinth. 15. & 1. Thessalo. 4. tertiam vocem magnam, Matt. 24. *mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna*. Quartam Archangeli, 1. Thes. 4. *Dominus in iussu, & voce Archangeli, & tuba Dei descendet de celo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi: deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis, in nubibus, obuiâ Christi*

12.

13.

14.

2. Quadruplices voces.

sto in aera. Iam ostendam omnia hæc, vnam esse vocem, vel tubam vltimam, nec diuersa significare.

Et quidem de voce Christi Filij Dei, vel Dei, credo nullam debere esse dubitationem, quod à voce Archangeli distinguenda non sit; hinc fit eandem planè esse vocem, de qua Christus Io. 5. & Paul. 1. Thef. 4. loquuntur. Ex utroque enim loco inter se collato, liquet ad sonum illius, præsentiam, efficacitatèq; vocis, mortuos ad vitam esse reuocandos. Et qua id ipsum indicat Pau. futurum esse primo Corinth. decimoquinto, dum nouissimæ tubæ mentionem facit. Sic enim scribit, *in momento, in istu oculi, in nouissima tuba; canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Ideò etiam verosimile est nouissimam hanc tubam, horrendumque clangentem, eandem esse, cum prædicta Archangeli, Filijque Dei voce. Quis enim in animum inducat duas esse futuras simul voces, cum vna satis, superque sit, ad mortuos excitandos, hoc ipsum sentit Cyril. lib. 12. c. 145. Ruper. l. 5. & Euthym. c. 7. D. Thom. l. 5. & super Paulum Ambros. Anselm. & alij, nimirum de eadem voce loqui Christum saltem Io. 5. & Paulum 1. Thef. 4.

Restat locus Matt. 24. 31. *mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius, & c.* vt enim, dicit aliquis, plures sunt Angeli, ita & plures erunt tubæ. Sed non necesse est ita exponere, sed quod missurus sit Angelos suos perstreperente tuba illa, quæ Archangeli, Filij item Dei, & vox quoque magna, seu vox Dei dicitur, quia in tubæ modum, horrendum insonabit, & maximum edet sonum, & ob id clamor Matt. 25. videtur appellari: *Media nocte clamor factus est.*

Sed vera ne, an metaphorica sit tuba, nec sciri potest, nec necesse est. Anselm. in elucidario docet, Angelum in assumpto corpore aereo conspiciendum, cum corporeo instrumeto ad modum tubæ ex aere fabricato. Longè probabilius, fore metaphoricam, & ob id, quod magna, rauca, sonora, terrorisque plena sit futura vox illa, idcirco tubam appellari, quomodo fortassis Ioa. in Apocalypf. capite primo, decimo. & capite quarto, primo. & capite nono, sexto, loquitur.

Dicitur verò, *tuba*, non solum quia tuba homines ad iudicium vocandi sunt, sed quia tuba regie maiestatis indicium est. Canitur enim tubis ante reges, cum aliquem locum adeunt. Sunt etiã tertio, qui putent ex antiquis Iudæorum conuentibus sumptam esse metaphoram, ad quos sono tubæ homines conuocabantur. Num. 10. 2. Isai. 27. 23. Sed qui à bello traducta esse similitudinem autumat, verosimilius quibusdam loqui videntur; adhibetur enim tuba non ad conuocandum modò, verum etiam ad terrendum, vt apud Isai. c. 18. 3. Sof. c. 1. 16. 17. Zach. 9. 14.

Sed aliorum quoque nominum rationem reddamus: est enim obseruandum, vocem eandem, Archangeli vocari, quia eius ministerio fiet; & vocem Filij Dei, quoniam eius iussu fiet, sicut Sacramentorum verba, Christi & ministri dici possunt, quibus scilicet. Sacramenta conficiuntur; & horum vtrumque confessus est

A Paulus, dum ait: *quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo.*

Vbi *tubam Dei* vocat, vel quia magna futura est, vt *montes Dei* dicimus, *cedros Dei*, vel quia Dei iussu fiet. Neque hic sequor Ambrosium 1. Thefalon. 4. opinantem hunc Archangelum significare Christum, potius consentio Chrysof. & alijs Græcis, Angelum hunc proprium quemdam Angelum ministrum Christi futurum esse. Sed vtrū Michael, an Gabriel, an alius, cæteris, vt nobis incognitum, considerandum relinquimus.

An verò sub sensum casurus sit clangor ille tubæ, ac vocis, auribusque corporeis excipiendus, si quis roget, illicò respondeo, nulla mihi ratione illorum opinionationem placuisse vquam, qui id negarunt, quorum meminit Diuus Thom. in 4. d. 43. q. 1. a. 2. Neque verò mouent me, quæ pro se afferunt, primum quidem, dum aiunt, quæ potest esse tanta vox, aut sonus, vt ad omnes toto orbe dispersos mortuos pertingat. Rursus aiunt, Ioan. 5. dicitur hæc eadem vox audienda à mortuis: *Omnes enim*, inquit Christus, *qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei.* At sensibilis vocis mortui capaces non sunt. Mente igitur, non sensu percipienda erit vox ea, ac proinde non quid sensibile, sed mentale quid futura erit, ipsum videlicet Christi imperium, quo volet ad vitam redire mortuos.

Verum hæc neque Hieronymum epistola sexagesima prima ad Pammachium, neque Chrysostomum homilia trigesima sexta in Ioannem, neque Gregorium libro decimo septimo moralium capite vigesimo primo, mouerunt, quo minùs sensibilem futuram esse vocem hanc affirmarent; & huc spectare potest illud Iob. vigesimisepti, decimoquarto: *quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* quid plura? Apostolus primæ Thefalonicens. quarto CHRISTI imperium à voce, & tuba distinguit: *Dominus*, inquit, *descendet de cælo in iussu*, ecce tibi imperium: *& in voce Archangeli, & tuba Dei*, ecce tubam, ecce vocem. ex hæctenus dictis constat vnum tantum hæc omnia significare: scilicet vltimam vocem: *Surgite mortui, & venite ad iudicium.*

Neque verò quidquam contra hæc, quæ attulimus, firmamenta, istorum ratiocinatio efficit. Nam (vt hic simul de officio huius vocis, vel tubæ dicamus) obseruare oportet de quorundam sententia bis audiendum esse huius vocis clangorem. Primus enim clangor ad Angelos inquit, dirigitur, vt colligant cineres; hoc enim erit Angelorum munus assumptis corporibus cineres colligere. Rursum collectis iam cineribus iterum insonabit tuba, & ad mortuos pertinebit altera hæc vox, vel clangor, videlicet. *surgite mortui, & venite ad iudicium*, de qua voce dicit Ecclesia, *coget omnes ante thronum*, sistentur enim omnes officio Angelorum, Dei conspectui, certumque in locum cogentur suscitati.

Alij sunt, quibus minùs probatur, & meritò ad Angelos dirigendam esse vocem aliquam, quia satis sit imperium vel Christi vel Archangeli. Matth. siquidem 24. 31. inquit Dominus:

mittet

3.
Christi &
Archangeli
vox eadem

4.

5.
Tuba nouis-
sima an ve-
ra.

6.
Cur homines
tuba ad iudicium con-
uocandi.

7.

8.

9.
Tuba nouis-
sima an an-
ribus corpo-
reus audi-
enda.

10.

11.

12.

mitter Angelos suos cum tuba, & voce magna, & mox subdit, & congregabunt electos, &c. quibus indicat, tubam collectis cineribus, tum ad suscitandum mortuos, tum ad listendos iam suscitatos, clangorem edituram, & ob id fortassis dicitur, *nouissima* ab Apost. quia non insonabit, nisi descendente Christo post cinerum collectionem. hoc probabilius.

13. Sed quod maximè in hac re probo, hoc est, vt dicamus: apparente ferè Christo, ac quasi in ianuis constituto edendam esse vocem, *surgite mortui, & venite ad iudicium*, statimque cum voce ipsa vno fermè momento, id est, breuissimo tempore à iussis Angelis colligendos esse cineres, & vita functos iterù ad vita reuocandos, simulq; ad iudicij locù adducendos; quod locum Matthæi expendenti apparebit verum esse: dicitur enim Matth. 24. Angelos, nempè Dei iussu, & imperio mittendos; ad quod opus? scil. ad colligendos cineres, & mox ad congregandos Christi virtute suscitatos ad iudicij locum: mittendos inquit, *cum tuba, & potestate magna*, quasi eodem tempore futura sit missio, & vox horrendum sonans; hoc autem non vno quidem momento fiet, sed breuissimo temporis interuallo, vt exponit Apostolus: *in momento, in iclu oculi, in nouissima tuba*, quamuis resurrectio momento complenda sit.

14. Quomodo
sonu tubæ
ad omnes
homines
peruenire
possit.

Ex his ergò patet ad homines vita functos, non verò ad Angelos omnem huiusmodi vocem esse referendam. Quomodo ergò dices (quæ ratio erat aduersariorù) ad tam multos, tam longo interuallo inter se diuisos permeare ea vox poterit? Sunt qui dicant multas futuras esse voces, non vnam rem, tubam, ac vocem facientes. sed nobis non probantur: vnam enim agnoscimus vocem, quæ & tuba.

15. Et sunt qui opinentur resurrectionem in vno aliquo loco esse futuram, ad quem oratio peruadere possit. quod non facile credam, cum Ioan. 5. dicit Christus, *omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei*: bi ergò audient, bi resurgent singuli in monumentis: vide Scholia in hunc locum. Facilius responderi potest: daturum Dominum voci, ac suæ tubæ tubam, vocemque virtutis: vt scil. vna, & eadem vox vel totum mundum permeet, peruadat, penetret. vel vt vim suam, atque efficacitatem ad quoscumque vbique mortuos transmittat.

16. Ad alteram istorù ratiunculam antequam respondeã; illos sic interrogauero, si mortui nullo modo audire dicèdi sunt, quorsum sensibili, externaq; voce ab inferis ad hanc lucem mortuos euocat Dominus, Ioan. 11. Luc. 7. Marc. 5. Resp. ergò cum Barradio l. 6. c. 6. quia animis mortuorù reuelabitur illa vox, & Christi imperium, cui còfestim obedient; ideò audire dicendi erunt mortui vocem illam. verùm tunc potiùs animè, non mortui ipsi dicèdi essent audire vocem. Putant alij per metaphoram id dici, ita vt audituri mortui dicantur vocem filij Dei, quatenùs instar audiètiùm voci Christi obtemperaturi sunt, q. d. ac si audirèt, perindè voci illius obedient: sed malo propriè Christi verba intelligere, cum rectè possint: Affirmo audituros, etsi non totam, partem tamen vocis illius. Prior pars illa est, *surgite mortui*, & per hanc excitabùtur. Posterior; *venite ad iudicium*,

A & hanc percipient suscitati iam, eiq; còfestim morem gerent.

17. Sed tamen addo cum Fran. Suar. d. 50. sec. 4. quòd tam velociter fiet resurrectio, vt fortasse priorem etiam partem huius vocis, scil. *surgite mortui*, possint homines percipere: neq; n. vocis sonus momèto abit, ac soluitur, quin durat etiam tempus aliquot; cum ergò momèto ipso resurrectionis intelligamus perseuerare adhuc vocis illius sonum, non dubiù quin eodem etiam momèto à resurgente percipi possit, quod satis est, vt vocè illam audire mortui dicantur, quamuis nec sonum aliquem præcedentem, nec syllabas aliquas priùs prolatas aure percipiant. alteram verò partem, & *venite ad iudicium*, viuentes iam & excitatos constat audituros omnes mortuos. Ex his facilè intelligere est, hanc vel tubam, vel vocem nomines, articulatam esse futuram.

B

Reliquum est diligenter animaduertere; aliquot Scripturæ locis tubam præferri voci, sed tum oratio exegetica existet, verbi gratia, dicitur, *mitter Angelos cum tuba, & voce magna*, perinde id est, ac si diceretur, *cum tuba*, id est, *voce magna*, vt coniunctio, & exegetica sit: & quidem ad hoc persuadendum iuuat, vt inquit Maldo. in Matth. cap. 24. 31. quod græcè est in plerisque codicibus, *cum tuba vocis magna*, quemadmodum legit. Euthy. aut *cum tuba magna*, vt legit Chrysost. non enim duas res, sed vnam tantùm Christum voluit significare. sic Isai. dicitur cap. 58. 1. *clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam*. quæ obseruatio mirificè confirmat opinionem nostram de vnitate vocis, ac tubæ. Cum verò vox præponitur *tuba*, vt apud Paul in *voce Archangeli, & in tuba Dei*. Tunc etiam coniunctio, &, exponit vocis quandam conditionè, quod videl. in morem tubæ edenda sit. quòd etiam eandem nostram sententiam magis corroborat.

C

19. Scio esse qui dicant, duplices futuras tubas, præter vocem, alteram, quæ præcedet vocem, quamuis, & hanc numerent pro numero Angelorum insonantium assumpto corpore; Alteram, quæ sequatur, & hanc volunt præcessuram iudicem ipsum iam apparentem. de qua fit sermo apud Paulnm, cum dicit: *in voce Archangeli, & tuba Dei*: sic enim tubam Dei intelligunt. Verùm hæc non ita consentanea sunt Scripturæ verbis, sicut quod prius diximus: Etenim sententiam hanc eandem nostram de vnitate vocis, ac tubæ, non parum corroborat Euangelicus sermo, dum singulariter de tuba, nusquam de tubis mentionem facit, quod & in Apostolo obseruabis.

THEORIA VIII.

In illa ver. 39. *Scrutamini Scripturas*, &c.

1. Theodori Mopsuestie error exploratur

VERBA hæc, *scrutamini Scripturas*, &c. quia illa sunt, qua testimonium perhibent de me. & illa: de me enim ille (Moyfes) scripsit, vers. 46. errorem Theodori Mopsuestie Antiocheni, (vt constat ex Leontio Monacho, & Concil. Constantinopolitano quinto) penitus explodunt. Dicebat iste, Prophetas de personis veteris testamenti, vel de rebus tunc temporis gestis, aut gerendis, historicè loquutos esse; cæterum ab Apostolis eiusmodi testimonia relata esse ad Christum secundum euentum, & similitudinem; quoniam multò melius in Christo, quàm in rebus ipsis, vel personis, de quibus dicebantur, impleta sunt. Quare tribus exceptis (fortè 44. 109. & 71.) quos de Christo exposuit, Psalmos omnes referebat ad Dauidem, Salomonem, Ezechiam vel Zorobabelem; illud etiam Psalm. 5. *non derelinques animam meam in inferno*, &c. referebat ad populum Israel ereptum de periculo, & multa aliò magis, quàm ad Christum detorquebat, quæ prosequitur Pradus initio comment. in Ezechiel. sect. 3.

2. Damnavit hunc errorem citatum Constantinopolitanum Concil. actione 5. & magis adhuc Concil. Romanum sub Vigilio Pontifice, quod est in Bibliotheca Vaticana, vnde Antonius Augustinus inter Concilia, & Turrianus in Constitutiones Apostolicas, exempla in lucem ediderunt, idemque præstitit loc. cit. Pradus. Porro enumeratis aliquot huiusmodi expositionibus locorū scripturæ Theodori Mopsuestie, subdit Vigilius: *qui hæc ita sapit, docet, credit, prædicat, anathema sit.*

3. Et quidem satis esset ad conuincendum hunc errorem locus iste Ioan. cui addi poterit ille Lucæ 24. 44. *neceffe est impleri omnia, qua scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me; Et iterum ver. 27. incipiens à Moysè & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, qua de ipso erant.* Et Actorum 10. *huic omnes scriptura testimonium perhibent*, sed præstat in medium quædam afferre, quæ in solo Domino IESU perfectè, & clarè completa sunt, prout prædicta omninò fuerant. Primò accipe illud Baruch 3. *in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*, ecce visibilem in terris Christi habitationem: iam tempus aduentus eiusdem significauit Iacob, Genes. 49. *non auferetur sceptrum*, &c. Et Daniel. cap. 9. per Lxx. hebdomadas annorum. De Virgine nasciturum habes Isaiæ 7. *Ecce Virgo concipiet*, &c. & quidem in Bethleem. Miche. 5. *Et tu Bethleem terra Iuda*, &c. Eius paupertatè, humilitatem, mansuetudinem fat Zacha. 9. *ecce rex tuus veniet tibi*, &c. Et Isai. 42. *non clamabit neq; accipiet personam*, &c. expresserunt. Eius prædicationem describit idem Isai. 61. *Spiritus Domini super me, ad annunciandum mansuetum*, &c. Occidendum à suis Iudæis, & negandum multò antè prædixit Danie. 9. *& post hebdomadas 72. occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Ge-

A nus mortis, & acerbitatem Isai. tanquam vnus ex Euangelistis enarravit cap. 13. & alibi sæpè. Quid claris Dauidis vaticinio? *dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: foderunt manus meas, & pedes meos*, &c. quæ eleganter & pluribus habet Perer. in cap. 5. Ioan. num. 86.

Sed vrgeamus præsentem Ioan. locum: vnde, inquit Pradus, sect. 4. loc. cit. *eiusmodi instruitur argumentatio: in Lege, & Prophetis, atque aded Moyse multa de Christo scripta sunt, ergo mens scriptorum dirigebatur ad Christum, atque aded verba illa ex vi sua, atq; ex intentione loquentis continent & significant Christum, non igitur mysticè tantum, vel ex Analogia rerum, vel secundum euentum referenda sunt ad Christum, alioqui referri possent ad Paulum, Martinum, August. qui etiam opera ediderunt, Patriarcharum operibus similia: mitto reliqua.*

B Certe aded hoc verum est, vt meritò, & eruditè illud nobilis statuarij Phidie huc accommodauerit Pradus sect. 2. loc. cit. Phidias enim ita Mineruam illam, quæ in summa Athenarum arce locata erat, compinxit, vt medio ipsius clypeo suum proprium vultum affixerit, ita vt si quis vellet abstrahere, non posset, nisi statuam dissolueret, Aristoteles verò ad Alexandrum, eandem Deum in mundo sortiri rationem, dixit, quam in clypeo auctoris faciem; rectè: nam, vt Dionysius de diuinis nominibus ait: Deus centrum est spheræ vniuersi, principium rerum, & finis. hoc ergò, quod de Deo in mundo, Arist. & Dionys. dixerunt, de Christo in Ecclesia, ac Prophetarum vaticinijs, & oraculis affirmare possumus; esse nimirum centrum Ecclesiæ, atq; eandem, quam Deus in mundo, & in clypeo auctoris facies, rationem sortiri in factis, & oraculis Patriarcharum, & Prophetarum; denique in totius Ecclesiæ structura, quæ sapientiæ simulacrum est, non vt vanè illius Mineruæ, sed veræ, ac solidæ: ita autem Christus tanquam diuinus statuarius, viam sui vultus imaginem Ecclesiæ impressit, vt qui opus intueatur, auctorem videat, & qui Christum tollat, Ecclesiæ harmoniam confundat. vide Pradum fusiùs hæc prosequentem.

C Tempus est, vt receptui canamus, si vnum illud monuerimus Faultum Manichæum grauius, ac turpiter hac in parte etiam errasse ex August. lib. 12. c. 37. & 38. & lib. 16. cont. illum, item lib. 1. de Fide contra Manichæos, c. 30. & lib. 1. contra Adimantum c. 15. negabat ille, hoc Christum Iudæis obiecisse, negabat Ioannem scripsisse, falsò ab alijs adiectum, quod hic nos apud Ioan. legimus, *scrutamini Scripturas, quoniam*, &c. itemque Moysen de Christo scripsisse. & verò nihil aiebat in scriptura Mosis reperiri, quod expressè, ac propriè ad Christum pertineret, nisi per applicationem, & analogiam: eius sophismata, & ratiunculas habet Perer. disput. 24. & soluit disput. vigesima-quinta.

D

4.

5. Phidia artificium Deo applicatum.

6. Faulti Manichæi error.

DIGRESSIO PRIMA.

De Piscinis, quarum in Scriptura fit mentio.

I.
Dua piscine
in Scriptura
celebra-
ta.

DVAS potissimum in sacris, piscinas commemorari accepimus, præter hanc, de qua Ioan. alteram superiorem piscinam Isaïæ 7. 3. & 35. 2. & 4. Reg. 18. 17. *natatorium Siloe*. alteram, de qua Ioan. 9. 7. & Esdræ 2. 3. 15. Primam illam vocare videtur ipse Nehemias ver. 16. piscinam, quæ grandi opere constructa est, quoniam ea maxima quidem & nobilissima fuisse perhibetur; de ea enim sic scribit Bened. Arias in apparatu, libro de Hierosolymis. *Fuit & tertia piscina, quam Nehemias factam appellat in ciuitate Dauid inter occasum, & Aquilonem, quam Historici altam pedibus quadraginta, latam verò ducentis, & quinquaginta describunt*: sic ille. Verosimile quippè est Salomonem, cum primum aquæductum à monte Gihon Occidentali ciuitati Dauid, vsque ad ipsum montem Sion deduxit, aquas in hanc maximam piscinam congregasse, indeque per vtrumque montis latus eas bifariam partitum, & per vallem Tyropæon ad piscinam probaticam in ministerium templi deduxisse: reliquam verò per latus meridianum môtis Sion, vsque in inferiorem piscinam, deriuasse, quæ Orientalis erat ipsi monti Sion dicta natatoria Siloë ab Euang.

2. Ostendit autem Villalpandus ex Isaïæ 7. 3. Salomonem fuisse huius aquæductus auctorem, potiùs, quàm Ezechiam, vel Oziam. Adrichomius verò etiam de Urb. num. 62. aliorum testimonio tradit, eundem Salomonem probaticam piscinam extruxisse.

3. D. Hierony. de locis Hebrai. lit. B. testatur probaticæ piscinæ duplicem fuisse lacum, quorum alterum hibernis pluuijs adimpleri solitam: alterum verò mirum in modum rubentem, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testari confirmat: nam hostias in eo lauari solitas ferunt, vnde & nomen accepit.

4. Quod si ad hostiarum templi purificationem necessaria fuit probatica piscina, dubitandum non est, inquit Villal. pag. 188. eam à Salomone extructam fuisse, tâquam quid ad perfectionem, & ministeria templi necessarium. Perennes autem aquas in eam piscinam inductas, significare videtur Hieron. affirmans vnicum modò piscinæ lacum hibernis pluuijs adimpleri solitum. Estque probabile ex piscina illa superiore in hanc, sicut & in inferiorem piscinam deriuatas fuisse aquas, ipsa verò superior piscina ab ipso aquæductu per partem occidentalem, & portam fontis recipiebat aquas, vt videre est in descript. Hierosolym. Villalp. tom. 3.

5.
Probatica
piscina vbi.

De hac itè piscina probatica sic scribit Brocar. 1. par. cap. 7. §. 43. *ab area templi contra aquilonem spatio iactus lapidis, est porta vallis, qua ducit ad vallem Iosaphat, qua vocatur etiam porta gregis, quod per eam introducerentur greges, in templo immolandi. Hanc portam intrantibus ad sinistra est piscina probatica, in qua Nathinai lauabât hostias, quas benè lotas Sacerdotibus tradebant, in tēplo offerendas:*

A qua piscina porticus habuisse ostenditur: Ad dexteram est alia piscina grandis, dicta inferior, facta ab Ezechia rege. Hæc Brocar.

Porro Villal. pag. 182. falsum putat, portam vallis dictam fuisse gregis, aut fontis; Iterum, vtramque piscinam superiorem, & inferiorem à Salomone extructam insinuat, non ab Ezechia, neque Ozia, de quo 2. Paral. 26. 10. dicitur in solitudine plures effodisse cisternas. De Salomone verò habes Ecclesiast. 2. 6. *exstruxi mihi piscinas aquarum*. Certè aquæductus ille regis dictus, significatur à Salomone extructus, Esdræ 2. 14. nam regis nomine quis alius, quàm sapientissimus, & potentissimus rex Salomon intelligebatur?

6.

DIGRESSIO II.
MORALIS,

Qua ea quæ ad piscinam pertinent ad mores accommodantur.

SI hanc paralytici historiam diligenter perpendamus, animaduertemus sanè tria commemorari, quæ vt quis sanitatè reciperet, necessaria erant; vnū vt descenderet Angelus; alterum vt moueretur aquæ; postremū vt æger aquas ingrederetur, & si non præstitisset ægrotus, nihil profusus sanitatis retulisset. hæc mihi tria, repræsentare videntur ea, quæ ad sanandū hominū genus in peccati morbum in parente initio collapsum, necessaria fuerunt; vt enim humanæ naturæ sanitas instauraretur, oportuit in primis magni consilij Angelum per incarnationem ad nos descendere. deindè piscinæ aquas plurimis in corpore suo cruciatibus ad mortem vsque susceptis, commouere, prout multò antè à Dauide prædictum fuerat, Psal. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.*

Tria ad sanitatem consequendam necessaria humano generi redimendo applicantur.

Quando nimirum turbulentissimis ipse dolorum vndis conflictatus est, cum corpus eius, & ter sanctū crucis altare, quasi piscina sanguinis effectum est, qua nos à peccati sordibus ablueremur. Quando magna & inusitata rerum turbatio apparuit in Eclipsi solis, contra communem naturæ ordinem, in tremore terræ, in ruptione lapidum, in discissione veli templi, in patefactione monumentorum, in clamore valido, & lachrymis, quibus altissimus ipse Dei filius, inclinato capite spiritum emisit; in confessione, & vehementi Centurionis stupore, quo Deo gloriam tribuens, fallus est eum, qui sic moriebatur, verè Dei filium esse. Denique in turbatione Iudæorum, qui reuertebantur percutientes pectora sua. Quæ omnia ad turbationem piscinæ pertinent. est ergò piscina Christus ipse de cruce pendens passis manibus, & toto corpore sanguinem fundens. Verum nihil nos iuuabit tanta aquarum turbatio, hoc est, tanta sanguinis è Christi corpore de cruce pendentis effusio, tanta vniuersi commotio, si in hanc piscinam tot tribulationum vndis agitatam ingredi abnuerimus; quæ admodum Hebræis nihil profectò profuisset pelagi vortices aperuisse Mosen, nisi constâter illud ingredi ausi fuissent, vt sic demum ad optatam promissionis terram adirent.

2.

Christus piscina:

3.
Pœnitentia
aditum pisci-
na mystica.

Sed rogabit fortassis aliquis per quem aditum in hanc piscinam ingredi dabitur? in promptu est responsio, prætermissio nunc baptismo, quo nostrum singulos initiatos esse non dubito, pœnitentia nobis tutum parabit ingressum, nimirum si recordatione nostrorum scelerum ingenti pudore, doloreque afficiamur, & metu diuinæ iustitiæ intimis animi sensibus penitens cum Dauide conturbemur, sic ad Deum lamentabilibus vocibus clamante Psal. 4. *Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde.*

4.

Habet autem pœnitentia quinque ianuas; timorem videlicet, pudorem, breuitatis vitæ meditationem, assiduam æternorum suppliciorum contemplationem, denique cœlestis gloriæ cogitationem. in his sanè ianuis si quis assidue immoretur, & Dei gratiam inuocet, fiet profectò, vt amplius illi pateat aditus, per què in piscinam descendens, hoc est, ad Christum de cruce pendentem accedens, & eius sacro sanguine ablutus, sanitatem consequatur.

5.
Xenodochio
comparatur.

Et verò rectè pœnitentia Xenodochio quinque porticus habèti quod iuxta piscinam erat, comparatur; in quibus iacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum. his enim tria peccatorum hominum genera significantur. cæci enim sunt, qui per ignorantiam peccant; claudi, qui per carnis infirmitatem labuntur; aridi, qui malitia. contra cæcos audi Paul. I. Cor. 14. *Si quis autem ignorat, ignorabitur. & quid rogo est ignorabitur?* audire terribilem illam vocem sibi à Christo dici; *nescio vos.* quã audiet sanè non sine vehementi animi sui terrore, & angore, quicumque earum rerum ignarus fuerit, quas scire tenetur. Igitur altis iactis radicibus inhæreat nobis diuinæ legis scientia, quam Deuteron. 6. 6. summo studio exigit à nobis Deus: *eruntque verba hac qua ego præcipio tibi hodie in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua; eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostijs domus tua.*

6.
claudi qui.

Iam verò qui per carnis imbecillitatem labuntur, rectè per claudos significantur; nam vt rectè August. docet, habet anima pedes quibus mouetur, & hi affectus sunt, siue ad intelligentiam pertinent, siue ad sensum; vt ergo in corpore is claudicare dicitur, qui alterius pedis debilitate ita laborat, vt æquabiliter gressum moderari non possit, ita in animo accidit, cum quis sensus debilitate trahitur ad vitia, quasi claudicare dicitur; hos claudos monet Paul. ad Hebr. c. 12. 12. 13. *propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret.*

7.
aridi qui.

At, qui impudenter, & malitiosè peccant, & errant, rectè Aridis comparantur. nam quemadmodum qui aruit vix vitæ signū præferret; ita hi malitiosi ac subdoli homines omni vita, ac sensu spiritali carent, nullo scientiæ freno cohibentur, & in morem effrenatorum equorum præcipientes, ac volentes, apertisque oculis in vitia ruunt; similes in hoc Balaam de quo Numer. 24. 16. scriptum est; *qui cadens apertos habet oculos.* hi omnium grauissimè peccant,

A quia voluntariè magis, quàm qui ignorantia, & infirmitate cadunt; aliquid enim ignorantia, & infirmitas de voluntario detrahunt; sicut autem grauius peccant, ita & grauiora experientur supplicia.

B Possumus & aliter hæc tria peccantium hominum genera intelligere, si animaduertamus primùm cum Chrysoft. homil. 9. ad Hebr. terrenas, & caducas mundi huius res cum cinere, & puluere rectè conferri, easque & fumum, vmbra, & folium quod circūfertur, florem, & & fœnium, & fabulam esse. hinc enim constat eos, qui huiusmodi res sitiunt cæcos esse. Sed claudi præterea sunt mundi amatores, quoniam in via præceptorum Dei claudicant, relictisque animi pedibus minimè incedunt. Aridi sunt deuotionis, amorisque diuini carentes succo. hi verò omnes aquæ expectant motum (hoc est his caducis bonis inhiant) illi verò qui vident, qui rectè incedunt, qui amoris diuini succo abundant, non piscinæ huius terrestres, sed cœlestes suspirant latices.

C Cæterum hi omnes A Egroti circa piscinam sint oportet, ibique aquæ motum multò feliciorem alium expectent patienter, & summis votis implorent cœlestem opem illius, quem *magni consilij Angelum* superius nominauimus, vt commoueat piscinam, hoc est, suæ passionis, vulnerum, sanguinis, dolorum, & cruciatuum, denique crucis recordationem in animo excitet, simulque dolore, & horrore peccatorum corda concutiens per pœnitentiæ salutaris aditum inducat eos in piscinam suorum meritorum, ac passionis participes efficiat, & fordibus inquinatos, expiet; vt ita tandem sanitate recepta, vera pace, & incolumitate fruatur. Sed illud in primis cordi altiùs inferendum est, quòd à sapientissimo medico Christo, paralytico iam post recuperatam sanitatem dictum est: *Eccè sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

D Quod diligenter obseruans Chrysoft. serm. de lapsu primi hominis, sic monet eum, qui spiritu sanus effectus est: *te iam instituit Dominus, tibi gestorum exempla proposuit. Eccè, inquit, sanus factus es, noli iam amplius peccare, ne quid tibi deterius fiat. Noli, inquit, peccare post veniam, noli vulnerari post curam, noli sordidari post gratiam. cogita, inquit, o homo grauiorem esse culpam post veniam, renouatum vulnus peius dolere post curam, molestius hominem sordidari post gratiam. Quare indulgentia ingratus est qui post veniam peccat; sanitate indignus est, qui semetipsum postquam curatus est, vulnerat; nec mudari meretur, qui semetipsū post gratiam sordidat. Porro qui post absolutionem non peccat, meretur & premiū; qui post curam cautus est, sanitatis possidet donum; qui gratiam illam tenuerit, eternitatis accipiet regnum. graue est enim hominem instructum delinquere, grauius absolutum peccare. seruo peior est, qui patronum post datam libertatem offendit: beneficijs ingratus est, qui datorem, tumoris arrogantia despicit. Quare aut salutem de exemplo acquire, aut de consortio similem sententiam metire, ne seuerum sentias Iudicem, qui benignum contempseris persuasorem. tanta Chrysoft.*

Quibus non absimilia scribit Bern. serm. 3. in Canticis: *Si dixerit mihi IESVS: dimittuntur tibi peccata tua: nisi ego peccare desiero, quid proderit?*

Exui

Exui tunicam meam, si reinduero eam, quantum profectus si rursus pedes meos quos laueram, inquinuero, numquid aliquid lauiffe valebit? Sordens omni genere vitiorum, iacui diu in luto facis; sed erit sine dubio recedenti, quam iacenti deterius. Denique qui me saluum fecit, ipsum mihi dixisse recorder: Ecce sanus factus es, vade, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. qui autem dedit voluntatem penitendi, opus est vt addat, & continentiam virtutem: ne iterum penitenda, faciamq; nouissima mea peiora prioribus. Va enim mihi etiam penitenti, si statim subtraxerit manum sine quo nihil possum facere. nihil inquam, quia nec penitere, nec continere. Audio proinde quod consulat Sapiens: verbum, inquit, in oratione ne iteres. paueo & quod iudex intentat arbori non facienti fructum bonum: fateor pro huiusmodi non sum omnino contentus priori gratia, qua iam malorum sum penitens, nisi & secundam accepero: vt videlicet dignos faciam penitentia fructus, & deinceps non reuertar ad vomitum.

DIGRESSIO III.

Exponitur locus Genes. cap. 2. 2. Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

CALVMNIAS Christus Iudæorum, quod in Sabbato operaretur, volens hic depellere, Dei se exëplo defendit. v. 17. simul etiam occupans, quod Iudæi poterant ei obijcere, ipsum esse contrarium Deo; quippè qui die septimo ab omnibus suis operibus cessauit; atque ob eam causam diem septimum sanctificauit, & ab omni opere vacium esse præcepit. hanc præuertens obiectionem dixit; Deum quidem septimo die cessasse omnino ab operando. propterea non ab re erit, etsi digredientes parumper, præsignata verba Genesis declarare.

Et quidem in primis LXX. non die septimo, sed sexto habent Deum cõplessè opera sua. sic enim legimus apud illos: *perfecit Deus in die sexta opera sua qua fecit, & requieuit Deus in die septima: cum nos legamus compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, &c.* Et quidem videbitur melior alicui interpretatio Lxx. dicat enim quis: vltimum opus quod Deus fecit, factum completumque est die sexta; non igitur septima die compleuit opera sua.

Respondet quis, vltimum opus fuisse cõpletum die septimo. nam hoc die Eua condita fuit, vt sensit Catharinus. nam 2. cap. Gen. describitur productio Eux ex costa Adami. sed perpendenti cap. 1. Gen. videbitur non obscure colligi Euan productam esse non septima sed sexta die: narrans enim Moses c. 1. opus 6. diei, cum dixisset Deum in illo creasse hominẽ, subdidit: *masculum, & feminam creauit eos, v. 27.* Ad hoc, loquutus dicitur tunc Deus ad vtrumque parentem, & benedixisse illis; *crescite, & multiplicamini, &c.* v. 28. accedit & his quod Exod. 20. scribitur; sex diebus fecisse Deum cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Quomodo igitur postea facta est mulier? Sed occurrit ijs Catha. dicta hæc esse à Moyse

per anticipationem. Sed responsio non satisfacta: narrantur enim hæc à Mose tanquam dicta ea ipsa die, qua creatus est Adam; sicut & quinta die creatis piscibus, & volatilibus, dictum est; *crescite &c.* Et quod magis vrget, remque quodammodo conficit, est, quod perfecto opere sextæ die dicitur: *vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona:* non fuissent verò valde bona, si humana species non fuisset perfecta, quæ cæterorum finis est. Quare D. Aug. l. 6. in Genes. c. 5. & 6. confirmat sexta die productos Adam, & Euan: licet discrepet ab alijs Patribus in modo, quo produxit Deus hominem, & alia animalia. Idem sentit Ambr. 6. Hexameron. c. 10. Theodoret. q. 21. & alij.

Non nego Chryso. Orig. Eucher. in hunc locum, & D. Tho. q. 73. a. 2. ad tertium tenuisse; videri Euan post sextum diem fuisse conditam. Itemq; fateor, aliquid temporis intercessisse inter Adami, & Eux creationem, quod ex c. 2. Genes. clarè ostenditur, vbi dicitur Deus adduxisse ad Adamum in Paradisum omnia animalia, & inter illa non fuisse inuentum adiutorium simile ipsi: ideoque fuisse mulierem conditã. Idem habetur Sapien. 10. hæc (sapientia) illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus &c. & 1. ad Timoth. 2. legitur, *Adam primus creatus est,* deinde Eua: hæc igitur non diffiteor, quæ nihil nostræ sententiæ repugnant.

Nec difficile est dissoluere illud, quod afferbat pro se nu. 2. Cathar. ex Gen. 2. Affirmo enim commemorasse ibi Moysen per recapitulationem, productionem mulieris, vt explicaret modum, quo ex costa viri facta est. Is enim modus multa mysteria continet; quod genus est, formatio Ecclesiæ de latere Christi, seu ex fluente sanguine, & aqua de Christi latere dormientis, hoc est morientis in cruce. sicut & illud, quod dixit Adam: *hoc nunc os ex ossibus meis,* magnum fuit Sacramentum in Christo & Ecclesia Ephes. 5.

Respondeo igitur ad dubitationem initio motam ex Lxx. bifariam intelligi posse, compleuisse Deum opera sua, vel intrinsecè, vel extrinsecè, vel inclusiuè, vel exclusiuè. 1. modo idem est, ac vltimum opus facere. 2. est omnino à faciendo opere cessare. Itaq; die sexto, vt inquit Lxx. compleuit Deus opera sua intrinsecè, & inclusiuè loquendo; at extrinsecè, & exclusiuè, die septimo, nam die sexto aliquid fecit, die septimo nihil. Et complere opus dicitur aliquis, vel cum aliquid operis facit vltimo, imponens per illud supremam manum operi; vel cessando ab opere: illud intrinsecum, & inclusiuum, hoc est extrinsecum, & exclusiuum complementum.

Sed contra hoc videtur facere: tum quia Deus nõ potest dici cessasse, vel requieuisse ab opere, cum hic Ioan. 5. dicatur: *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Tum quia cessatio quies est, quæ motui & labori opponitur, hæc autem in Deum non cadunt, quod si dicas respondendo primæ obiectioni, cessasse ab illis operibus, quæ fecit illis sex diebus: nihil valet, quia etiã nunc potest dici cessare, post quodlibet opus, quod fecit, putã, hodie ab opere quod heri factum est ab illo. Sed respondeo ad primam

Obiectio-

Eua quando creata, sexta die an septima.

3.

4.

5.

6.

1. Vtrũ Deus die sexta, an septima opus suum cõpulerit.

2.

Obiectionem cessasse Deum die septimo ab omnibus operibus pertinentibus ad perfectionem, & integritatem vniuersi, non quidem in esse gloriæ, vel gratiæ, sed naturæ. Sed vrgebis adhuc Deus operatur aliquid pertinens ad vniuersi perfectionem: nam illud cõseruat, propagat, gubernat, nunquam enim Deus eiusmodi opera vel omisit, vel intermisit. Respondeo, idè dicitur cessasse ab omni opere ad vniuersi perfectionem pertinente, quia nullam planè nouam speciem rerum postea creauit, & quia quidquid omninò de nouo producit (licet esset species aliqua) fuit aliquo modo initio condita, vt docet D. Thõ. q. 73. ar. 2. ad tertium: nam vel materia eius præexiuit, vel causa, seu vis aliqua effectrix eius, putà, in astris vel indiuiduis aliquarum specierũ, vel aliqua similitudo in re eiusdem speciei, vt de anima humana: præcessit enim similitudo earum animarum, quæ nunc creantur, hinc Sapiens Eccles. primo, inquit, nihil sub sole nouum esse.

7. Sed potest breuius, & facilius responderi cum dicitur Deus quieuisse die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat, intelligendum, id est, quieuisse ab opere creationis nouarum specierum, perfectarum, & ex seipsis propagabilium: quod opus tunc facere instituit, ea quam voluit perfectione. Nam posset plures & perfectiores mundos condere, & idè non dicitur simpliciter quieuisse; sed additur ab vniuerso opere, quod patrarat, id est, omninò perfecerat, prout destinarat: & sic hæc vox addita denotat, de quo loquatur opere.

8. Ad posteriorem obiectionem Respondeo cessationem, & requiem non solum motui, & labori opponi, sed etiam actioni cuiuslibet, & desiderio efficiendi aliquid; vt docet D. Thomas q. 73. a. 2. hæc autem Dei actio, & desiderium effectuum, qui in fabrica, & molitione mundi ab ipso patrandi fuerunt, dupliciter considerari possunt, vt Scholastici loquuntur, vel absolutè ex parte entitatis suæ, quæ est ipse Deus, & sic nunquam Deus cessat ab eis: est enim eius entitas inuariabilis; vel ex parte obiecti, id est, effectuum; effectus autem vt aliquando futuri, obiectiuè terminabant illud desiderium, & vt actu de nouo fiebant primis illis sex diebus, erant quasi terminus diuinæ operationis: Et hoc modo dicimus cessasse septimo die; quia scilicet non amplius huiusmodi aliqui effectus de nouo à Deo producti sunt, nec fuerunt producendi eo modo, quo tunc à Deo producti sunt. Itaque Respondeo, Deum cessasse non à motu aliquo, vel labore, sed ab operatione, & desiderio ex parte tantum effectus.

9. Sed adhuc ad hanc eandem obiectionem facilius, & breuius respondebimus (quamuis eodem res reuoluatur) quieuisse dicitur nulla defatigatione, vt nos solemus, sed sola omissione operationis: & vt obseruat Martinus del Rio in cap. 2. Genes. num. 8. id confirmat Hebraismus: Nam *Scabath* significat etiam desinere, & cessare, & requies cessationem nudam. Isaie 1. 16. *quiescite agere peruersè.* & c. 2. 22. *quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est.* cap. 14. 4. *cessauit exactor, quieuit tributum,* desijt

A exigi, Apocaly. 4. 8. *requiem non habebant, die ac nocte dicentia,* id est, nunquam desinebant clamare; hinc quando de verbis mentio, transferatur ad silere, & silentium.

Sed antequam huic Digressioni finem imponam, non grauabor hic obseruare primum ex August. 4. Gen. 15. non dixisse Moysem quieuisse Deum in opere suo, sed ab opere suo: vt indicaret Deum non fecisse hæc ob suam vtilitatem, in qua proindè conuiesceret; verum ob nostram: est enim se solo beatus. secundum est ex Caietan. eundem dixisse *ab omni opere, quod patrarat,* vt indicaret non simpliciter cessasse ab omni opere: multa enim potest alia facere de nouo, quæ non facit, sed ab eo, quod facere instituerat, & tunc omninò perfecerat. tertio obseruandum est, idè dixisse cessasse Deum *ab omni opere quod patrarat;* vt indicaret sex diebus omnia fecisse Deum quæcunque pertinebant ad perfectionem, integritatem, & necessarium ornatum mundi, atq; ita declararet mundi opus perfectum prodijisse à Deo, nec Deum amouisse manum ab opere, nisi perfectum esset: quod & vox illa, patrarat, id est, omninò perfecerat, ostendit.

De quiete hac Dei lege August. 4. Genes. c. 15. Aliqui dicunt esse figuram quietis Christi die Sabbati in sepulchro, post completum, die sexto opus redemptionis. Est etiam figura cœlestis quietis in cœlis post exantlatos labores huius vitæ labores Apocal. 14. 13. *amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Porro de cœlesti sabbatismo multa Paulus ad Hebr. cap. quarto.

DIGRESSIO IV.

Expenduntur, & exponuntur verba illa cap. 2. vers. 3. *Et benedixit diei septimo & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus vt faceret.*

NE longiores essemus, quæ restant de hac quiete septimi diei, in quartâ hanc reieciimus Digressionem, quo magis præceptum hoc de sabbato, eiusque origo cognoscatur, quod toties, passimque occurrit in historia Euangelica. Cæterum circa verba prænotata tres occurrunt difficultates dissoluedæ; prima quid sit, Deum benedixisse diei septimo, & cur illi potius impensa benedictio? Altera, quid sit sanctificasse diem Sabbati? Ad extremum, quem sensum habeant verba illa: cessasse ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret.

Ad primam respondeo, Deum benedixisse diei septimo, est multis prærogatiuis, & beneficijs, & factis præclaris hunc diem cohonestasse; benedicere enim Dei est large, & abundanter benefacere; Et verò Deus hunc diem exemit ab omni labore, vt esset dies vacationis, & ad huius septimi diei similitudinè, quilibet septimus annus erat quietis terræ: & trãscriptis septem hebdomadibus annorum, vltimus septimæ hebdomadæ annus, initium dabat iubilæo. Ad hæc, dicatus erat hic dies diuino cultui

10.

11.

1.

2.

Deum diei septimæ cur benedixerit.

no cultui

no cultui ; Accedit quod & typus fuit æternæ quietis ad Hebræos cap. 4. itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. qui enim ingressus est in requiem eius, etiã ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

Denique hæc benedictio pertinet ad naturæ propagationem, & multiplicationem : sicut id quod factum est in primis sex diebus pertinet ad naturæ institutionē; Deus enim septimo die non produxit quidem de nouo aliquid, sed fouit, & cōseruauit res antea productas, vt multiplicari possent, & prōpagari, & ob id dicitur, benedixisse septimo speciatim diei: benedictio enim non tam rei productionē primam, & naturæ institutionem; significat, quàm largam multiplicationem, & propagationem, quod septimo diei tribuitur. His addere possumus: quoniam in hoc die nihil operis fecit Deus, poterat quis putare hunc diem otiosum, & inutilem : propterea igitur est illi speciatim benedictio impensa. melior est namque, ac potior operis perfectio, quàm inchoatio: perfectit verò Deus opera sua septimo die.

Ad alteram dubitationem numero primo propositam, sic respondendum est; sanctificasse diem septimum, est illum destinasse ad Dei cultum: vt scilicet homines expediti à seruilibus, & ordinarijs operibus vacarent Diuinæ contemplationi, qua in Deo conuiescerent, vt ipse in seipso quieuit septimo die vacans ab opere suo. sic sapienter D. Tho. q. 73. a. 3. & Theodoret. q. 21. in Genes.

Sed hic sese grauis, & non inutilis offert dubitatio: an ab initio ipso mundi Deus astrinxerit homines ad diei Sabbati obseruationem? Cathar. affirmat; in hunc locum Genes. scribens: dicit enim Moyses ab initio mundi Deū sanctificasse diem Sabbati, quod videtur esse idem, ac sanxisse, vt in eo vacaretur cultui Diuino. Ribera in c. 4. ad Hebr. in eandem prorsus sententiam discessit, motis verbis Pauli ad Hebræos cap. 4. nam Dauid exhortatur nos, vt ingrediamur requiem cælestem, dum ait: quibus iurauit in iramea, si introibunt in requiem meam. Quod aut Dauid non loquatur de quiete Sabbati Iudæorum, patet, inquit Paulus c. 4. 3. quia operibus ab institutione mundi perfectis; ingressi sunt in requiem istam Sabbati. in hanc autem Dauid nō fuerunt infideles illi Iudæi ingressi: ergo ab initio mundi Sabbato fuit obseruatio. Verum affirmo constanter non fuisse præceptum hoc ante legem promulgatam, solumq; pertinuisse ad populum Hebræorum: ita Tertull. lib. aduers. Iudæ. & Iustinus in dialogo cū Triphone, & Abul. in hunc locum Genes. inquit enim satis fuisse hominibus ante legem scriptam, si seruassent legem naturalem, cum supernaturali fide Rom. 2.

Rationi igitur Cathar. nu. 4. sic occurro: Bedam, & Abul. quidem sanctificationem hæc referre ad tēpus post legem: putant enim Genesim post legem esse conscriptā, quamuis probabilius videatur Eusebio Cæsariensi lib. 7. de præpar. Euāgel. c. 2. Genesim litterarum monumentis traditam ante legem scriptā. Verum quicquid sit hac de re, verior solutio esse videtur: hoc & hic dicitur de sanctificatione Sabbati, esse referendū ad initium mundi, non quod

tunc datū sit vllum præceptum de obseruando Sabbato, sed quod destinatus sit is dies ad cultū Dei, quodq; propterea suo tempore dandū foret præceptū, per quod actu iam dicaretur dies Sabbati diuino cultui; cui eo die vacaret Hebræorū populus. Exod. 20. 10. quod præceptū, si cultum Deo tribuendum aliquo simpliciter tempore spectes, inquit Martin. del Rio, nu. 11. in c. 2. Gen. morale est, nec sublatū: si verò ad illius præcisè diei cærimoniam attendas, tempore gratiæ sublatum. nam pro Sabbato illo, Dominicus dies colendus prisco Ecclesiæ ritu sancitus in memoriam nouæ, & melioris creationis parui mundi .i. hominis: vel etiam sensus esse potest totius sententiæ, benedixit. i. vt ait Philo. in Cosmop. laudauit & approbavit, & sanctificauit. i. diuino cultui segregauit, seu dedicauit, vt ait Chryso. in eum locum, quasi dicere velit, ex eodem Martin. Deus, inditum à se nomen feriæ septimæ, nempe Sabbatum, approbavit; & exemplo quietis suæ venerabile reddidit, & inuiolabili præcepto seruari statuit, quod factū est reipsa, Exod. 20. 10. ad suæ quietis memoriam, & de creationis beneficio gratiarum actionem, secundum rem eadem est ista solutio cum priore.

Ad secundam rationem pro Rib. nu. item 4. allatam Resp. significare ibi Paulum ante multos annos quàm Dauid ad illā nos hortaretur cælestem requiē, Dei populū. i. Israelitas Sabbatum illud suū, dictum sabbatum Iudaicū, coluisse, in memoriam diuinæ quietis, qua Deus in se conuiescit perfectis ab initio mudi operibus suis, igitur, inquit Paul. alia est requies ad quam Dauid hortatur vt ingrediamur:

Postremò ad vltimam dubitationem initio nu. 1. propositam, dicendum est illum dicendi modū esse phrasim Hebræā, quæ idem valeat, ac faciendo creauit; qua de re sic scribit idem Mart. nu. 12. quod creauit Deus vt faceret] Hebraismus, inquit, primus creauit, pro creauerat; secundus vt faceret, pro faciendo; tertio creauerat faciendo habet vim repetitionis, creādo fecit, seu faciendo creauit, vt alibi iurando iurauit, numerando numerauit.

Quæ geminatione duo solent denotari, primo studium, diligentia, & affectus in faciēdo, quasi diceret, quod studiosè, libenterq; faciendo creauit; sicut Psal. 39. 9. vt facerem voluntatem tuam Deus volui. i. cupienter desiderauit exequi, quicquid iuberet. secundo quod consecrarium est ipsius operis perfectio, vt intelligamus per omnia hoc Hexameron opus perfectum extitisse. Denique lectio 70. confirmat primum illud, & etiam secundum, nam tūm ait: incepit facere, & rei molem, & affectum architecti indicat. Præterea in inceptione ipsa, operis consummatio denotatur: nam quod incipit Deus, vti que perficit: quia nihil est, quod eius resistere queat voluntati: Hactenus Martinus del Rio.

DIGRESSIO V. MORALIS,

Ita ver. 14. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

PINEDA in cap. 22. Iob. in v. 10. n. 3. in hunc locum Ioan. scribit; cum Christus Dominus, supplicium, si iterum ad peccata redeat, etiam

I. longe infirmat: quid deterius.

4. Sabbati obseruatio an ab initio mundi indi ca.

5.

morbo quo liberatus fuerat, deterius, comminatur infirmo illi, quem in piscina sanauit, ait; noli amplius peccare ne deterius tibi aliquid contingat. quid est autem deterius contingere, quam subito, & inopinato supplicio affici, cum minus expectatur, non dato triginta annorum vel plurium spatio? Idem indicauit Tolet. Cardin. hoc eodem Ioan. loco; atq; eodem etiã vtitur Basil. in suis moralibus regul. 11. ca. 1. simulq; illo altero Luc. c. 14. 46. *veniet Dominus serui illius in die, in qua non speras, & hora, qua nescis, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet.*

2. Sed subiti supplicij grauitatem, diuinæ iustitiæ improuisam celeritatem, & inexpectatam vltionem perspicere licet in illa Zachariæ visione, sub imagine volantis voluminis c. 5. 1. in quo maledictio. i. maledictionis, & supplicij impiorum sententia descripta conuolabat celeritè petens capita impiorum: vt enim obseruauit Chrysost. hom. 27. ad populum Antiochenum volans volumen velocissimum vltionis incursum significat.

3. Ideo gladium suum, atque prouidentiam vlttricem comparat Deus cum fulgure, Deut. 32. 41. *si acuero vt fulgur gladium meum*, nam diuina vltio fulminea quadam celeritate coruscandi, & percutiendi quasi subito tonitru insignis est.

4. Sed improbi, cum differtur supplicium, mala securitate consopiti illud videntur dicere Isai. 28. 15. *percutissimus factus cum morte, & cum inferno fecimus pactum* (in Hebræo est, fecimus vitionem, vel speculatorem, vel speculationem; sic Regia) *flagellum inundans* (Lxx. tempestas irruens, quæ solet subito cogi, & viatorem opprimere) *cum pertransierit non veniet super nos*, q. d. antequam veniet vltio, videbimus à longè, nosque comparabimus.

5. Propterea meritò monet Apost. Ephes. 5. 6. *nemo vos seducat inanib; verbis* (sunt enim hæc inania promissa, quibus seipsum decipit, ac lætat peccator) *propter hæc enim venit ira Dei in filios dissulentia.* i. vt indicat Basil. loc. cit. in eos, qui de aduētū iudicis, & de supplicij celeritate diffidunt. videtur autē Apostolus alludere ad eos, qui in diebus Noë inexpectato diluuiio obruti sunt: de quo Matth. 24. 37. 38. 39. *sicut in diebus Noë, ita erit aduentus Filij hominis. sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes.* Tunc nimirum conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos subitus, & inopinatus.

6. Vehementer sanè his, qui veluti veterno quodam vitiorum correpti, securi, quietique miseram vitam transigunt, timendū est nè forte improuisa eos ira de cælo aggrediatur, & ad supplicij derepentè rapiat, vnde se nunquam expedire queant; similes ego istos Iacob luctanti cum Angelo esse arbitror, de quo Gen. 32. 24. sic scriptum est: *Et ecce vir (Angelus) luctabatur cum eo (Iacob) vsque mane (tota nocte) qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Ecce tibi ob oculos positum peccatoris simulacrum, qui nullis Dei beneficijs flectitur, nullis minis terretur, vt à peccato recedat, is certè cum Deo congreditur, & quidem obfirmato

Et similes sunt Iacob luctanti cum Angelo & quomodo.

A animo per totam vitæ huius noctem, dum Deus illum à peccato blandè auocat, beneficijs ad officium trahit, intentato supplicio terret. hic verò grauisimo sopore correptus, nullam horum omnium rationem ducit; sed diuitijs, voluptatibus, honoribus deditus nihil de vitæ emendatione cogitat. an tu non dixeris hunc cum Deo ipso contendere, illique perpetuò oblectari? Accidit huic aliquandò dum sic viuere pergit, vt extensa manu percutiat illum Deus, & claudicare interim faciat, hoc est, morbum immittat, corpus affligat egritudine, & tunc incipit homo ille à peruerso animi proposito recedere, quod est benè claudicare, sensimque ad se redire.

Magnas enim vires habet ad deprimendum, subiiciendumque Deo animum peccatoris ægrotudo, & carnis cruciatus; verum enim est illud Dauid, Psal. 15. 4. *multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.* Et Psal. 77. 34. *cum occideret eos, querebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum;* & verò neque aliud vult Deus dum hæc infligit vulnera, quam peccantis salutem: quod præclarè testatur D. Gregor. explicans illud Iob. 5. 17. *inreparationem Domini nè reprobos: ait enim, omnipotens aliquando vulnerat, quos reducere ad sanitatem curat: aliquando enim carnem percutit, & mentis duritiã pauore tabefacit. vulnerando ergo ad salutem reuocat, cum electos suos affligit exterius, vt interius viuant: vnde per Moysen loquitur dicens (Deut. 32. 39.) ego occidam, & ego viuere faciam: percutiã, & ego sanabo; occidit. n. vt viuificet: percutit vt sanet; quia idcirco foris verbera adhibet, vt interius vulnera peccatorum sanet.* Tantum ille. Quod si peccator superiorem vitam detestatus mores commutet, & in benè cceptis perseueret, præclarè sanè cum illo actum erit. si verò vel his malis admonitus nõ resipiscat, vel certè morbi periculo liberatus iterum ad pristina reuertatur, timendum nè tandem aliquando ad æterna supplicia subita, ac repentina Dei vltione rapiatur.

8. Meritò proinde Deus de tam nefario hominum genere conqueritur apud Isai. 1. 4. *re Genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis* (quibus per congeriem quãdam Oratoriam, idem significat. hoc enim est Gens peccatrix, quod pop. grauis, id est, grauat, & plenus iniquitate; & hoc popul. grauis iniquitate, quod semen nequam, vel filij scelerati; sed vt magnitudinem delictorum, & ingratum, atque obfirmatum animum in peccatis exprimat, toties idem repetit. *Va autem vel dolentis est, vel comminantis etiam) dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, contempserunt, & ad iracundiam prouocarunt) ab alienati sunt retrorsum, super quo percutiam vos vltra addentes prauaricationem? omne caput languidum (morbo) & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* quæ tribus modis exponi possunt. Vel enim sensus est, super quo? hoc est, ad quid? quasi dicat, frustra fecero. Vel super quo membro, qua parte percutiam vos, non inuenio; omnes enim partes corporis vestri, id est, ciuitatis membra iam vulnerata omnia sunt. *A planta pedis vsque ad verticem,* hoc est, à populo vsque ad principes, q. d. in summis, medijs, infimis

7. Morborum vis ad conuertendos peccatores.

non

non est in hoc pop. sanitas, sed summa malitia, cum tamen omnes percusserim, nec superlit, qui non sit à me percussus. Vel tertio super quo? id est, omnia expertus sum, quib' nūc vtar cruciatibus ad vos reuocandos à vitijs, ignorare videor. dicite quibus vos amplius pœnis, ac cruciatibus affligam, atque ita ad me redire faciam? perseveratis enim adhuc in peccatis post tot plagas, quibus populum vsq; ad Principes percussis; cæterum quo maiores sunt cruciatus, quibus vos castigo, eò magis crescit malitia vestra. reliquum est vt vos deseram, atque ad eò sinam ambulare iuxtà desideria cordis vestri, qua nulla maior est, & grauior vltio Dei: iuxtà illud Ezech. 16. *Zelus meus recedet à te, & non irascar tibi amplius.* sic enim fiet tandè, vt sibi relictus peccator, in omne facinus ruat, & denique in tartarum præceps corruat, vbi sempiternas det scelerū pœnas, repentina hinc, ac improuisa morte subtractus.

Ex quo testimonio discimus ait Hierony. idcirco Dominum percutere delinquentes, nō vt affligat, & torqueat, sed vt afflictos corrigat, atq; emendet, vtq; ipsa afflictio non tam pœna sit, quàm emendatio. nam quemadmodū si equus à recta via declinare cōspicitur, is qui illi infidet freno, & calcaribus illum cohibet, & vrget, vt recto itinere gradiatur; ita Deus, qui in vniuscuiusque nostrum animo sedet, & singulorum curam accuratissimè gerit, cum quemque nostrum à recto virtutis tramite aberrare conspicit, freno correctionis ad rectum iter reducere conatur, nē per auia voluptatum, & vitiorum abrupta in æternam damnationis foueam incidat.

Sunt enim morbi, cruciatus, persecutiones, supplicia denique à Deo immissa tanquā frenum in os insolentium hominum iniectum. Quam rem confirmat terribilis valdè Dei sententia Ezechiel. 29. 3. 4. contra Pharaonem Aegypti Regem prolata qui in morem effrenis equi per idololatriam à recto itinere declinabat; *Eccè ego, inquit, ad te Pharao, Rex Aegypti, Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis meus est fluuius, & ego feci memetipsum, & ponam frenum in maxillis tuis.* quid autem per frenum intelligat, nō iam declarat dum ait, ver. 8. *eccè ego adducam super te gladium, en tibi ante oculos positum frenum, quo Deus peccatores compescere, & frenare solet, nempè tribulationis, & persecutionis gladius illud est.* sic sic facinorosorum hominum indomitam ferocitatem, & insolentem audaciam coercere solet; sic Sennacherib Syrorum Regem tanquam insolentem, & ferocem equum, dum magno impetu, ac furore percitus ad delendum penitus Israelitici populi nomen fertur, cohibuit & frenauit; audi quid Isai. cap. 37. 29. minatur illi Deus; *ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis, & reducam te per viam, per quam venisti.* quod autem, vel quale frenum iniecerit, euentus ipse declarauit, cum per Angelum innumerabilis eius exercitus gladio deletus est; vna enim nocte 185. millia hominum interfecta sunt; quo factum est; vt Sennacherib magna calamitate, & ignominia affectus reuertetur ad suos, à quibus etiam peremptus est.

Idem accidit Sedecia Regi, ad quem misit

A Dominus seruum suum Ieremiam, vt respicerent tandem ipse, & Principes eius, & ad meliorem frugem sese reciperent; sic enim fore vt diuinam vltionem subterfugerent. cuius ipsi tamen salutaria monita despicientes, pristinam vitæ consuetudinem tenere maluerunt, quàm iustis Ieremiæ vocibus acquiescere. sed hoc magno suo ipsorum malo accidit, propterea enim Hierosolymitana ciuitas solo æquata fuit, eiusque principes in captiuitatem ducti, ipseque Rex in primis cum fuga sibi consulere, & elabi vellet apprehensus, & ad Regem Babylonis in Reblatha ductus est: qui loquutus est cum eo iudicium. nam vt 4. Reg. 25. 7. legimus, *filios Sedecia occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitq; eum catenis, & adduxit eum in Babylonem.* horrentiores tam horrendum audire crudelitatis genus.

B Quamobrem id, inquires, à Deo permissum est? huius rei causam non ab alio accipias velim, quàm ab Isaiā 22. 12. qui eam calamitatem longè prospiciens prædixit: *& vocabit Dominus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci; & ecce gaudium, & letitia, occidere vitulos, & ingulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* quasi dicat, imminente iam captiuitate, Dominus non planè oblitus vestri, mittet Ieremiam qui iuuitabit vos ad pœnitentiam, & ad caluitium, id est, euulsionem capillorum, vel rasuram, qua utebantur in mœstitia Iudæi, & ad cingulum sacci, Chald. *ad cingendum saccos,* id est, ad induendos, & cingendos. vnde obiter collige pœnitentiam completi fletum, & planctum, & saccos, & non modò terrores, quos incutit cōscientia peccati, & fiduciam in misericordiam per Christum promissam, quæ secundum Hæreticos absoluunt pœnitentiam. tantum autem abierit, inquit Isaias, vt his Ieremiæ minis commouendi sitis, vt etiam per magnum scelus, irrifuri sitis tam salutaria monita, & tanta Dei clementia abufuri. hoc enim significant illa, *comedamus, & bibamus, cras enim moriemur;* sunt enim hæc verba contemnentium cōminatione; si .n. inquit, vt Ieremias iste nobis cōminatur, morituri sumus, comedamus, & bibamus, & nulli parcamus voluptati, si citò delendi sumus. Quantum autem id displicuerit Deo ostendit rei euentus, & verba illa Isaiæ eodem cap. ver. decimoquarto, declarant; *& reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum: si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum,* quasi dicat, puniam donec moriamini, non corporis tantum morte; sed morte etiam secunda.

C Quare rectè mihi hi sentire videtur, qui peccatorè imagine illa Dan. 4. quā Nabuchodonosor in somnis vidit, repræsentari volunt. vidit Nabuchodonosor somno correptus arborem proceram ad eò vt ad cælum ipsum pertingere videretur, in huius ramis aues cæli visebantur, & subter ea animalia, & bestia terre, folia verò eius mira erant pulchritudine conspicua. & eccè tibi vigilis cuiusdam vox insonuit; *succidite arborem, & pracidite ramos eius,* & cæt. rectè peccatorem pulcherrimam arborem dixeris non quidem vera sapientum opi-

D 2

nione,

Sedecia regis obfinitio.

12.

13. Peccator similis arbori Nabuchodonosoris.

9. Percussio Dei non tam pœna quàm emendatio.

10. Et tanquam frenum.

11.

nione, sed tantum vulgarium ac fatuorum hominum falso iudicio. sic David Psalm. 36. 35. Cedris Libani principes praesertim scelestos comparat; *vidi, ait, impiam superexaltatum, & eleuatam sicut Cedros Libani.* Et Ierem. 12. 2. *plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum.* quae subter eam arborem animalia versantur, & bestiae, appetitus ferini sunt, qui peccatoribus insunt, omniumque vitiorum genera.


Quod verò in ramis eius volucres caeli se-deant, significat noxias, & obscenas cogitationes, quae in scelesti hominis corde, mentisque potentij veluti cubilia sibi, nidoque; construunt. huic porro arbori vigil de caelo minatur, quod in eo mox futurum est portendens; *succidite arborem, & dissipate eam.* Quod tum fieri rectè dixerimus, cum per cõcionatores, vel interiores etiam à Deo immisos animi motus, intentatur illi, ac subindè repetitur supplicium, diciturque ei; *iam securis ad radicem arboris posita est.* itemque illud; *omnis arbor non faciens fructum excidetur, & in ignem mittetur;* & illud; *Stulte hac nocte repetent animam tuam, & hac, qua paras, cuius erunt?*

14. Quare vt eò reuertatur vnde digressa est oratio, cogitemus oportet id, quod huic paralytico dictum à Domino est; *noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat;* nobis quoque; sollicitè commendari. ne fortalsè si focordes, atque securi in peccatis diu hæreamus nostro magno malo experiamur, subito de medio subtracti, id quod Apostolus monet Hebræorum 10. *horrendum esse incidere in manus Dei viventis;* nec abutamur diuina eius patientia, qua nos expectat. *diuina namque ira lento gradu ad vindictam procedit, sed tarditatem, supplicij grauitate compensat;* quantò enim altius securis attollitur, tantò fortius, ac profundius ceruici vulnus infligit.

CAPVT II.

PHARISAEOS
OB CONFRICATAS A DIS-
CIPVLIS SPICAS IN SABBA-
to offensos confutat Do-
minus.

A. 12. 1. B. 2. 23. C. 6. 1.

1. B.  *factum est iterum.*
A. *in illo tempore abijt IESVS per sata, Sabbato secundo primo.*

Discipuli autem eius esurientes ceperunt B. progredi, & A. vellere spicas, & manducare. C. confricantes manibus.

2. *Pharisæi autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis.*

3. *At ille dixit eis non legistis, quid fe-*

B. Cum Dominus Sabbatis ambularet per sata. A. Sabbato.

C. quidam autem Pharisæorum dicebant illi: quid facitis quod non licet in Sabbatis.

A. *cerit David quando esurijt, & qui cum eo erant.*

4. *Quomodo intravit in domum Dei B. sub Abiatar principe Sacerdotum, A. & panes propositionis C. sumpsit. A. comedit. C. & dedit his qui cum ipso erant. A. quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis Sacerdotibus.*

5. *Aut non legistis in lege, quia Sabbatis Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt?*

6. *Dico autem vobis, quia templo maior est hic.*

B. *Si autem sciretis, quid est misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.*

8. B. *Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum.*

9. *Itaque Dominus est Filius hominis etiam Sabbati.*

A. Dominus n. est Filius hominis etiam Sabbati. C. quia Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati. I.

SCHOLIA.

I Terum] In primis hoc verbum, iterum, apud Marcum nos quidem legimus, sed non Græci. si ergò legamus, non eam vim habet, vt significet secunda vice Dominum per sata transisse; sed referendum potius est ad calumniam Pharisæorum. Præcesserant enim apud Marcum aliquod eorum calumniæ, & idèd per vocem, iterum, significare voluit Euangelista, iam alteram se scribere alia occasione obiectam Christo.

C. Idem Marcus, quod Lucas habet in Sabbato secundo primo habet in Sabbatis. Immo & Matthæus apud Græcos eodem modo habet transisse in Sabbatis per sata.

In illo tempore] intelligendum est praesertim de tempore inter Pascha, & Pentecosten, vel circa, seu inter curatione paralytici, & Pêtecosten, vel propè, q. d. in illo tempore, quo ea facta fuerant, vel futura erant, quæ ferè c. 9. 10. 11. à Matth. narrantur, & non multò post, vel antè, id est, circa illos menses, quibus hæc fiebant.

Abijt per sata] Athan. homil. de semente: transibat, inquit, saluator per segetes granum ipse nimium frumenti per segetes, & spirituale illud granum, quod in certum locum aliquem cadens cum multiplicibus spicis per orbem terrarum exurgit: ipse enim de seipso dixit: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Sed antequam declarem sequentia, in Sabbato secundo primo, explicemus Marcum, qui habet in Sabbatis.]

Merito sciscitetur quis, quid nomine Sabbatorum intelligendum sit, cum numero multitudinis dicitur, vna Sabbatorum, vel quid factum, dictum esse in Sabbatis. Theophyl. Euthy. in Matth. 28. Nicéphor. lib. 1. hist. Ecclesiast. c. 33. opinantur significari omnes dies hebdomadæ, multitudinis enim numero designari videntur simul plures dies sese consequentes. ita vt sensus sit in vna Sabbatorum, id est, in prima dierum hebdomadæ. Sunt quibus verosimilius videatur non dies omnes hebdomadæ, sed certos quosdam dies cæteris solemniores designari. Sensum autè esse, cum dicitur, vna Sabbatorum, vel prima, vel in Sabbatis, &c. vnum aliquem ex tribus sequentibus, nempe aut significari omnes dies

2. Christus granum frumenti.

3. Nomine Sabbatorum quid intelligendum.

dies azimorum intermedios, qui duobus festis, siue Sabbatis clauderentur; die scilicet Paschatis, & die septima à Paschate. Idem videtur dicendum de diebus alijs intermedijs inter diem Pentecostes & vltimum similiter & de alijs festis, quæ per plures dies continuos celebrabantur. Itaque dies illi intermedij inter duos extremos Sabbata dicebantur, non quod essent dies festi, sed quod essent solemnes, & celebres, & inciderent in tempus Paschale, vel simile, vel quod clauderentur duobus festis.

4. Vel Sabbata per Hebraismum dicuntur plurali numero pro singulari sumpto, vt cum dicitur hic Christus in Sabbatis ambulasse per sata, intelligitur in vno ex Sabbatis, siue Sabbatum sumatur pro septimo die hebdomadæ, siue pro festis in communi: sicut cum dicitur Iudicum 12. in latina editione: *sepultus est in ciuitate sua Galaad*, Hebraicè habetur, *sepultus est in vrribus Galaad*, id est, in vna ex vrribus. sic Iacobi 5. *inducat presbyteros*, id est, vnum aliquem de presbyteris: vel tertio Sabbata dicuntur per alium Hebraismum, quo Hebræi vti solent numero multitudinis ad significandum abundantiam, & copiam. Cum enim duo festi simul concurrebant dicebantur Sabbata, id est, magnum Sabbatum. Et ita fortè dies intermedij consequentes Pascha, vel Pentecosten, &c. & clausi duobus festis, dicebantur Sabbata ob concursum vnus post alterum immediatè, erant enim solemnes licet non festi.

5. Mihi eorum sententia maximè probatur, qui sentiunt idem esse Sabbata, quod Sabbatum, vt sit hebraismus pluralis numeri pro singulari, non quod singuli dies hebdomadæ Sabbata dicerentur, vt auctores primo loco citati dicebāt, quos sequitur Iansen. in concor. c. 37. non enim in Scriptura talis significatio reperitur. Vnde non mirum, si quod habet hic Matt. *Abijt Iesus per sata Sabbato*, græcè habeatur, *Sabbatis*, vt sit idem cum eo, quod hic apud Mar. est; *cum Dominus sabbatis ambularet*, id est, in vno ex Sabbatis, sicut enim ex Iudic. 12. & Iacobi quinto, paulò antè dictum est, ponitur interduo Hebraicè plurale ad significandum vnum ex pluribus, ita hic, *in Sabbatis*, id est, in vno Sabbathorum.

6. Fateor tamen interdum Sabbatum sumi pro tota hebdomada, vt Matth. 28. *quæ lucefcit in prima Sabbati*, vbi Græcè est, *vna Sabbathorum*, id est, prima, & Lucæ 18. *ieiunio bis in Sabbato*, & cap. 24. *vna autem Sabbati*, & Numer. 25. *numerabū tibi septem hebdomadas annorum*: in Hebræo enim non hebdomadas, sed Sabbata legimus: nam à fine hebdomadæ, & termino; qui Sabbatum est, tota hebdomada Sabbatum nominatur. Vnde quia singuli dies ab hebdomada, quæ sabbatum dicitur denominabantur, scilicet hoc modo dicendo *prima Sabbati*, *secunda Sabbati*, *tertia Sabbati*, &c. idèo etiam dici potest, vsurpari numerum multitudinis Sabbathorum, pro singulis diebus hebdomadæ, quæ sabbatum vocabatur, ergo dicebatur prima Sabbathorū, id est, prima dierum septem, quarum singulæ à sabbato appellabantur, non quod singuli dies Sabbata dicerentur in recto, sed quod in obliquo, à Sabbato, siue à septimo die hebdomadæ sic vocabantur.

7. Quoniam verò Sabbatum dicitur à Sabbath, quod verbum significat quiescere, & ab operando cessare, hinc Sabbatum transfertur etiam ad dies festos, vt patet Leuit. 23. vbi prima dies azimorum vocatur Sabbathum, cum dies sequens, in quo offerendus erat manipulus spicarū, vocetur alter dies Sabbati, vel vt habent Hebræa, *crastinum Sabbati*, & loco eodem de die expiationis dicitur: *Sabbatum requietionis est*: Et iterum: *à vespera, vsque ad*

A *vesperam celebrabitis sabbata vestra*. Et de festo tabernaculorum dicitur, *die primo, & die octauo erit sabbatum*, reliqui autem dies, qui sunt inter primū, & vltimum diem alicuius festi constantis ex pluribus diebus, non dicuntur in scripturis, neque à Iudæis sabbata, quia in illis non cessabatur ab operibus, vt notat Iansen. c. 37. quod est contra eos, de quibus num. 3.

B Erat autem discrimen inter sabbatum propriè dictum pro septimo die hebdomadæ, & alios festos dies, quod in 7. die adèd nihil operis licebat, vt ne quidè cibū parare liceret, Exo. 33. *non succenditis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati*. in alijs id licebat, parare scilicet. quæ ad cibū pertinebant, Exo. 12. 16. de festo azimorum: *dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis, nihil operis facietis in eā exceptis ijs, quæ ad vescendum pertinent*. Cæterum hoc loco in sabbatis non potest significare diem vnum ex festis alijs, sed tantum diem septimum, vt ostendam paulò post.

C. *Sabbato secundo primo*] quid sit sabbatum secūdo primum in Theoria seorsim declarabimus. breuiter nunc affirmo, hoc sabbatum non potuisse incidere in dies azimorum, fuisse verò propriè sabbatum, id est, septimam hebdomadæ diem. verosimilius verò videri in currisse in aliquem ex diebus propè Pentecosten, siue antè, siue post ipsam, nisi malis in ipsam Pentecosten incidisse, & ob id appellari secundo primum, quia dupliciter foret solemnis; vel potius quia cum esset apud Iudæos festum Paschatis, & azimorum festum celeberrimum præ alijs, sabbatum, quod incidebat in eos dies, dicebatur *magnum*, & *primum*, & alia sabbata, in quæ incidebat festum aliud dicebantur *secundo prima* vide Theoriam.

C. *Cæperunt progredi, & vellere spicas*] id est, intereundum vellebant spicas.

D. *Et manducare*] Docet Ribera Ose. 6. nu. 18. magnam fuisse famam hanc Apostolorum, vnde Mar. rectè ait, *esurientes*. & Lucas non sine magno consilio historiam hanc subtexit alteri, in qua narrauerat discipulos Christi non ieiunare; quare ne quis sibi falso persuaderet, illos ventri deditos, & escis, cibisque affluere, subiicit, id quod hic narratur de paupertate, & fame discipulorum. Porro spicæ à messoribus pro pauperibus relinquebantur, & fortassis huiusmodi erant hæ.

C. *Confricantes manibus*] quasi tritantes, vt secreta palea granis vescerentur, ad quod urgente inedia, adducti sunt, alioquin non id facturi propter sabbatum.

D. Leuit. 19. 9. & 23. 22. sic habetur scriptum: *postquam messueritis segetem terræ, nō secabitis eam vsque ad solum, nec remanentes spicas colligētis; sed pauperibus, & peregrinis omittetis eas. Ego sum Dominus Deus vester*. Hinc probabiliter colligere possumus eiusmodi derelictas spicas collegisse tūc Apostolos; vt non immeritò scripserit Irenæ. lib. 4. c. 20. nihil prohibitū lege hic fecisse Apostolos: sed fortè probabilius est, eum hic legamus, Dominum ambulasse per sata, nondum fuisse omninò demessas spicas, ac segetes; nec tamen quod prohibitum in hoc fecerunt Apostoli; rectè enim notat D. Thom. nō accusasse Pharisæos, discipulos, quod ex alieno agro spicas colligerent, quia id lege permissum erat Deut. 23. 25. *si intraueris segetem amici tui franges spicas, & in manu conteres, falce autem non metes*.

D. Chryf. hom. 40. in Matth. tu, inquit, discipulorum abstinentiam admirare mecum, admirare, inquam, quomodo nullā corporis curam, nullum studium habeant; sed sine præmeditatione aliqua, ac præparatione mensam sibi sic constituunt, vt continua serè co-

8. Discrimen inter Sabbathum & alios festos dies.

9. Sabbathum secundo primum quid.

10. Magna famis apostolorum.

11.

12.

gantur inedia premi, neque tamē à Christo abscedant; nam nisi malo inedia nimium vexarentur, nunquam certē illud in sabbatho secessissent. hæc ille, ad quæ adde, discipulos non raro ciborū penuria laborasse; erāt enim pauperes, & ex his, quæ ministrabantur victitabant Ioan. 12. Diuus Hieronym. quoque Matth. 12. asserit, præ nimia hominum importunitate eos, nec vescendi locum interdum habuisse, ideoque quasi homines esurisse.

Illud ad allegoriam pertinet, quod adnotauit Barrad. lib. 6. cap. 10. sub finem tom. 2. constat nos omnes frumētum Christi esse, porrò frumenti spicæ nisi aristas, & paleis exuantur, cibus esse nequeunt; Ideoq; Apostoli spicæ vellūt, manibusq; confricantes aristas, paleisq; spoliāt, hoc est, homines spicis similes à voluptatibus eximunt, vitijsq; ac sceleribus exuūt, vt idonei esse queant, qui à Christo comedantur. i. illi agglutinētur. Audi Aug. l. 1. qq. Etan. q. 2. quod, inquit, discipuli cœperunt vellere spicæ, & manducare, quod nisi confricantes eas, facere non possent, hoc est, mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, ad Coll. 3. id est, quia quisque nō trāsit in corpus Christi nisi carnalib. expoliatus, hinc est ad Collos. 3. exuite vos veterē hominem, sic Aug.

2. A. Pharisæi autē] at Lucas scribit, discipulis, nō Christo hæc verba obiecta esse à Pharisæis. sunt qui dicant primū discipulis, deinde Christo dicta. Mald. etiam inquit, potuisse Christo tantum dicta esse, qui respōdit; sed quia quod magistro dixerāt, non solū de discipulis, sed etiam discipulis ipsis dixisse videbantur; idēd Lucam affirmasse, discipulis dixisse.

Ecco discipuli tui faciunt &c.] Mitius hic agunt Pharisæi; cum tamen de sabbati violatione agatur, cuius rei causam expressit Chryf. hom. 40. cum enim nihil, inquit, magnum, & sublime op^o fit, quietiores sunt; cum verò solo verbo sanitatem hominibus conferri conspiciūt, quasi feroces bestię perturbati vehementius in illum insiliunt; veneno enim inuidiæ, non religionis zelo agebantur.

Non legistis quid fecerit Dauid] Dauidis exemplo discipulos excusat: qui panes propositionis, alioqui laicis veritos fame vrgente cū esurires, comedit, & suis edendos proposuit. hæc autem Dauidis historia 1. Reg. 21. habetur, cū Dauid fugiēs Saulem venit in Nobæ, ad Achimelech Sacerdotem, apud quem panes propositionis famelicus cū socijs comedit, sanè quod Dauid sumēs hos panes & comedens, nil peccarit; & ex hoc loco colligitur, & Pineda ostendit, lib. 1. c. 3. num. 14. plura in digressione quære. Obseruat Euthym. idcirco Christū legis ignorantiam obiecisse Pharisæis, quia se legis scientiam habere, vulgò iactabant.

Et qui cum eo erant] in lib. 1. Reg. cap. 21. scribitur solus Dauid venisse ad Achimelech: quid igitur est, quod hic dicitur, & qui cum eo erant? Nullo modo probandum est responsum eorū, qui affirmant, solum omninō venisse Dauidē, cū verò dixit, se pueris suis in illum, & illum locum conduxisse, officioso vsū fuisse mēdacio, & Christum hic ex verbis Dauidis loquūtū esse, non ex veritate, & opinione sua. atqui Euangelistæ dicunt Christum dixisse Dauidem ex panibus propositionis comedis, & dedisse socijs; quomodo ergò hoc benè cum hac sentētia cohæret? Affirmant aliqui, dici venisse solum, quia cum paucis venerat præter morem suū: stipatus enim multis comitantibus incedebat. Alij vero similis iudicant solum quidem accessisse ad Achimelech, comites tamen habuisse alijs locis illum opperientes, quibus potuit postea ex panibus dedisse. Itaque solus est Sacerdotis domum ingressus, solus etiam panes accepit; & hæc duæ posteriores solutiones meliores sunt.

4. Quomodo intravit] Obseruat hic Cardinal. Tolet. in com. Luc. 6. amplificasse Dominum, factū Dauidis: intrasse enim dicitur domum, panes sumpsisse, comedis, alijs dedisse; q. d. videte quā multa fecerit famis necessitate compulsus, & tamen culpa vacauit; quantum igitur est hoc, quod discipuli mei peregerunt in Sabbato, cum eadem vrgente fame tantum spicæ vellere, & manibus confricare ausi sint?

In domum] Nec templum adhuc extabat, nec arca ibi erat, nam ex 1. Reg. 1. 2. 4. & 3. 21. & 4. 3. in filo eo tēpore residebat. Itaq; per domum Dei, intelligit atrium tabernaculi: ibi enim fuisse tabernaculum per id tempus non dubito, vbi panes propositionis ponebantur. nam Nobæ ciuitas erat sacerdotum, 1. Reg. 22. 9. ibi erat Achimelech; Marcus, Abiatar nominat, vel quod Achimelech binomius esset, sicut & Abiatar filius eius, quod Toletan. ex primo Paralippom. 15. 11. colligit, si conferatur cum loco alio, primo Paralippom. 18. 16. & secundo Reg. octauo, 17. itaque tam filius, quàm Pater Abiatar, & Achimelech dicebatur. Vel sub Abiatar, idem est, ac tempore Abiatar, qui paulò post patri interfecto successit. Quare Beda ait: aderat iste, sc. Abiatar, cum Achimelech, successitque summo Sacerdotio, & quia excellentior patre, meruit sui memoriam fieri quasi summi Sacerdotis, etiam viuentē patre.

Nisi solis Sacerdotibus] Hoc genus panis sacrum erat & tantum eum Sacerdotibus licebat contingere, & comedere: immò vt dicit Hieronymus Malachiz primo ipsi Sacerdotes panes propositionis serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebant (de quo vide Digress. 2. num. 16.) & per singula Sabbata noui proponebantur, quasi propositi ad spectandum in conspectu Domini, & hominum: vt essent publicum memoriale, quo admonerentur (vt quidam velle videntur) Israelitæ sacrificij placationis, vt Leuit. vigesimoquarto, scribitur. vide tamen Digress. primam, num. sexto, sub finem, & Digress. secundam, num. secundo, & 16.

Lucas habet, & dedit his qui cum ipso erant] nam vt obseruat Chryfost. si quis dicat Dauidem fuisse Prophetā: at eius socij nō erant: vt interim omittā nec Prophetis illud licuisse. Est ergo argumentum huius loci ex Hierony. tale: si illum famas excusauit, cur non hos?

5. Aut non legistis] Secundum factum excusat alio sacerdotum facto, qui absque legis violatione impunè sabbatum violabant in templo. Sabbato enim hominem circumcidebant sacerdotes, vt Ioan. 7. Glossa sic habet: exempla duo attulit regis, & sacerdotum, rex, & sacerdos, & sabbati Dominus, Aug. 1. de concord. Euang. q. 2.

Violant] Dum scil. tauros cedunt, pueros circumcidunt, & dum vnam legem seruant, sabbatum destruunt; sic Interlinearis ex Hieronym. vel violant, id est, videntur violare, inquit Emmanuel in Matt. cap. duodecimum, in notis, seu reuera prophanant operibus seruilibus ad sacrificia necessarijs, quæ nisi Dei cultus excusaret, facere non licuisset. vide de his Leuit. vigesimumquartum, ver. octauo, & num. 28. 9. vel violant si verba spectes, non violant, si sensum.

Et sine crimine sunt] Interlinear. pro, & tamen, sine crimine, id est, sine culpa, seu peccato sunt.

Quia Sabbati sacerdotes] id est, per singula Sabbata, Aduerte singula hæc emphasim continere, legem præcipientem, personas Sacerdotum, quorum maximè intereat colere sabbatum, locum, nam inquit in templo, vbi par erat potissimum coli sabbatum: tempus item, in Sabbatis.

13.
Omnes Christi-
iani frumētum
Christi.

14.
Pharisæorū
versus.

15.
Dauid an
solus vene-
rit ad Abi-
melech.

16.

17.
Panis pro-
positionis
sacri.

Non

18.

Non est in præteritis habendum, quod animaduertit Augustinus quæstionum in Matthæum, quæstione decima. *Notandum, inquit, de eo, quod illicitè factum videbatur Iudæis, quod discipuli Sabbato spicas euulsissent, vnum exemplum datum regia potestatis de Dauid, alterum sacerdotalis, de ijs, qui ministerio templi Sabbatū violant, vt multò minus ad ipsum euulsarum Sabbato spicarum crimen pertineat, qui verus rex, & verus Sacerdos, & ideo Dominus Sabbati.*

6. *Dico autem vobis, quia templo maior est hic*] i. qui hic est, in hoc loco sc. est enim græcè & d. maior est templo. Ostendit autem hic Dominus exemplum Sacerdotum facere maximè ad excusandos discipulos, q. d. quomadmodum sacerdotes sine crimine sunt, dum in Sabbatis violant Sabbatum, eò quod eorum opera templi excuset sanctitas, cui per huiusmodi opera seruiunt: ita & discipuli excusandi, & sine culpa erunt, quod Christo vidente, & permittente, & ad obsequium eius facerent, quæ faciebant, qui maior est templo, vt potè templi Dominus. Si enim templi sanctitas non excusat modo, sed exigit opus à Sacerdotibus in Sabbato, magis debuit discipulos excusare comitatus, & obsequium eius, qui templo sanctior erat, ac proindè eius causa, plus meritò licebat, quàm causa temp. i.

Probè autem notandum inquit Iansen. Dominum hic comparare factum discipulorum cum factu Sacerdotum in templo: quo intelligeremus eos, qui cibum corpori parant, vt Christo & Evangelio seruiant, quod fecere Apostoli dum vrgente fame obuium cibum sumpserunt, quo commodius Christum sequerentur, facere rem non minus Deo gratam, quàm erant grata sacrificia legis. Adde & ego hinc sequi magnum esse sacrificiū temporalium coadiutorum in Religionibus quod Deo offerunt, dum concionatoribus, doctoribus, confessorijs ministrant, eosque iuant, quo ij Christo in salute animarum curanda commodius, & hilarius inseruiant, & spiritalibus muneribus vacent.

Possumus & hunc eundem locum clarius interpretari: si templum sacerdotes excusat; dico vobis, quia templo maior est hic, quasi dicat, ego ipse discipulorum, quos vos reprehenditis magister, maior sum templo, si templum, & diuinus cultus facultatem facere potest operandi Sabbato: ego, qui Deus sum templo maior potestatem dare possum meis sectatoribus, vellendi Sabbato spicas, ac confricandi. Iterum, si templum facere potest, vt vacent culpa Sacerdotes, ego qui maior sum templo facere possum, vt crimine careant discipuli mei etiam Sabbato vellentes, & confricantes spicas. Hactenus ergò duobus nominibus suos defendit discipulos Christus pius ac mitis magister, & ratione necessitatis, & ratione obsequij diuini, quàm illud erat Sacerdotum in templo.

7. *Si autem sciretis*] Crudelis, & inhumani animi reprehendit Iudæos & est tertia etiam ratio propulsandi à se, & discipulis Iudæorum calumniam. si rectè, inquit, illud Osæ sexto, perpenderetis, quid sit videlicet, misericordiam volo, & non sacrificium, id est, magis amo beneficentiam, & benignitatem erga proximos, quàm victimas. si sciretis inquam, Deum tanti misericordiam facere, vt sacrificijs eam præferat, non argueretis discipulos, quod spicas vellerent; sed commiseratione potiùs erga illos afficeremini, neque eos inculcatis, qui & innocentes, & misericordia digni sunt, non fucatis accusationibus, & calumnijs.

Vel potest instrui ratio hoc modo: hoc enim erat quod maximè Apostolos excusabat, quod

A in prædicando, edendisq; miraculis adeò essent occupati, vt ne cibum quidem parare, vel capere possent. Cum ergò hæc ad salutem animorum pertinerent, ac necessaria essent, multò minus violabatur Sabbatum per ea, quàm per illas actiones seruales sacerdotum, quibus tamen non violabatur ob externum tantum templi cultum: & in hanc sententiam subiecit Dominus hoc esse, *misericiordiam volo, & non sacrificium*, quasi dicat, præstat, vt salutem animorum Apostoli procurarent, quàm vt litteram Sabbati seruent, non parando cibum, intermissa animorum cura, & ideo accusandi non sunt.

Hoc videtur dixisse Dominus, vt simul etiam taxaret præposteram Iudæorum religionem, qui anxia sacrificiorum sollicitudine, & superstitiosa nimis Sabbati obseruatione sanctitatem simulabant; ostenditque eos magis sacrificio, id est, externo templi cultu duci, quàm misericordia.

8. *Et dicebat eis, propter Sabbatū hominē*] Videtur hæc esse non tam noua ratio, quàm redditio rationis eius, quod prius dixerat prima ratione, nempe quod ob necessitatem, non esset seruanda lex Sabbati; quia non homo propter Sabbatum factus sit, sed contra Sabbatum propter hominem, ob cuius proindè necessitatem, vel magnam vtilitatem lex Sabbati cessare deberet.

Beda sic: maior cura sanitati, & vitæ hominis adhibenda, quàm custodiæ Sabbati: Machabæi ob necessitatem Sabbato pugnarunt. & rectè quidem, nam Sabbati otium ob vtilitatem hominis institutum est, non ergò debet cedere in perniciem eiusmodi, vel damnum vitæ. Quod est argumento Apostolos graui fame vexatos tunc fuisse.

C A. *Dominus enim est*] Matthæus habet, enim; Lucas, quia; Marcus, itaque; Tertullianus libro quarto, contra Marcionem affirmat, Christum Sabbati Dominum dici, non quod destruxerit, sed quod tueretur Sabbatum, declarando eius obseruandi rationem: & quia quamuis destruxisset, quod verè non fecit, non violasset Sabbatum. Hinc possumus intelligere, quam vim habeat vox, *itaque*, apud Marcum, & quia, vel enim, apud Lucam & Matthæum, est enim sensus Lucæ, quia Dominus sum Sabbati, ad me pertinet Sabbati præceptum declarare, & in eo dispensare, cum quisque possit, de re sua quod velit, facere; non ergò debetis accusare meos discipulos, quasi transgressores legis Sabbati, cum me vidente id faciant, quod reprehenditis. Itaque vox, *quia*, non est causalis, sed loco, quod, ponitur, vt rationem nouam, afferat Dominus in discipulorum defensionem. Apud Matthæum ponitur, *enim*, & est causalis vox connectens hæc cum præcedentibus, vt hæc sit redditio causæ cur dixerit se templo maiorem: nam cum Sacerdotes non verè violent Sabbatum templo seruietes, & in templi cultu occupati, immò Sabbato templum seruiat (in eo enim celebratur Sabbatum) & ego Dominus sim Sabbati, maior ergo sum templo, & proindè declarare possum præceptum Sabbati, & dispensare cum discipulis.

D Vel fortè redditur ratio, cur innocentes dixerit esse discipulos. nam ipso auctore qui Dominus est Sabbati, ad quem declarare spectabat & dispensare, citrà omnem planè culpam poterant Sabbatum non seruare, multò magis, quàm Dauid, & Sacerdotes sine crimine fuerunt. Mar. verò habet, *itaq;*, quæ videtur illatiua dictio: nam cum dixisset Sabbatum propter hominè esse, subdidit, *itaq;*,

Iudæorum præpostera religio.

20.

Christus maior templo & Sabbato.

19. Ministrantes temporalia Sacerdotibus & concionatoribus: quoniam oportet mereantur.

Inhumani- tas Phariseorum & insensitia.

id est, ergo cum ipse caput sim hominum, & Dominus Sabbati pertinet ad me declarare, & dispensare, prout ad hominum salutem facit. Omnium enim rerum potestatem, quæ ad hominum salutem referuntur, habeat necesse est is, qui curam gerit hominum, quorum & Dominus est: atqui Sabbatum propter homines est. Sed forte satius erit, ut cum Matthæi & Lucæ sensu conveniat, Marcum sumere, itaque, pro denique, ut completivam vim habeat, non illativam. Græcè δὲ, quasi dicat, postremo affirmo me Dominum esse Sabbati, ac proinde interpretari, & dispensare in Sabbati præcepto possum. In quo duo innuit tacite, primum se postea abrogaturum illud fore, alterum, cum dicitur Filius hominis esse Dominus etiam Sabbati, significat, vox illa, etiam, non modo Dominum se esse novæ legis, sed veteris quoque.

21. Porro videtur Matthæus, cuius verba connectionem continent cum præcedentibus, ut dixi, rem scripsisse, prout à Christo prolata fuerat: Dominus enim &c. Marcus verò & Lucas rationem tantum novam afferre, & indicare voluerunt, quam re vera Dominus attulit his verbis contentam; ita ut non differant Evangelistæ quoad rem, licet non eodem modo ac ordine eam scribant.

22. Augustinus libro quæstionum in Matthæum, quæstione decima dicit his verbis: Dominus est filius hominis etiam Sabbati: ostendisse Christum se non esse subiectum legi (intellige etiam secundum humanitatem) quia erat Filius Dei naturalis, & Dominus legis. quod si dicas Christum non venisse, ut solueret, sed ut impleret legem Matthæi quinto. Respondeo, licet non fuerit obnoxius legi plenè tamè ac perfectè illam servavit; quod docet Divus Thomas tertiam parte, quæstione quadragesima, articulo quarto. Deinde dicitur implese legem, sicut veritas figuram, vel sicut donatio promissionem, ut vult Augustinus lib. decimo sexto, contra Faustum, capite sexto, & libro decimo octavo principio, & decimonono, capite vigesimo quarto. Ad hæc implevit legem; quia quidquid perfectionis legi deerat, ipse addidit; idem Augustinus libro primo, de sermone Domini in monte, capite decimo quarto, quomodo Chrysostomus homilia decima sexta in Matthæum, ait Christum implevisse legem dando gratiam, quam lex dare non poterat. Postremo implevit legem, quatenus per passionem, & mortem suam illam consummavit. Sic Divus Thomas quæstione quadragesima septima, articulo primo, ad primum tertie partis.

Paulus verò cum ad Galatas quarto scribit Christum factum sub lege, non significat ius, sed factum, non obligationem, sed usum. Vnde Divus Thomas quæstione trigesima septima, articulo primo, tertie partis. Factum, inquit, sub lege, quia pondus legis in se sustinuit. & Anselmus subditus ait, est legi, non quia ipse legi quicquam deberet, sed ut nos redimeret. Porro Achanasius, & Cyrillus, dum asserunt Christum & liberum à lege, & subditum legi fuisse, intelligunt liberum quoad obligationem, subditum quoad observationem, & factum.

Postremo adverte bis Dominum dixisse id quod Marcus solus hic habet: Sabbatum est propter hominem & cætera. Et semel quidem nunc; iterum in miraculo de manu arida, ut habes apud Matthæum.

THEORIA.

Quid nomine Sabbati secundo primi intelligendum sit.

1. HÆC dubitatio ita suspensum tenuit Hieronymum ut epist. 2. ad Nepotianum hæc literis tradiderit: *attrita frons interpretatur sapere quod nescit, & cum alijs persuaserit, sibi quoque vsurpat scientiam. Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus rogatus à me, ut exponeret, quid sibi vellet in Luca, Sabbatum deuterapætorum eleganter lusit, docebo te, inquit super hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante cogere inuitus scire, quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitia condemnaberis.* Sic Hieronymus.

2. Equidem hic paucis, quid sentiam aperiarn: in primis censeo certum esse debere, diem illum, quem hoc nomine hic Lucas indicavit, verò Sabbatum fuisse, hoc est septimum hebdomadæ diem. Quod clarius videtur significare Matthæus, ut Latine legimus, *in illo tempore abiit Iesus per sata Sabbato.* Nec est quod sibi quis persuadeat, Matthæum nomine Sabbati quemvis diem festum intelligere; nam & apud Lucam respondens Dominus calumniæ Phariseorum semper de Sabbato propriè loquitur. sicut & est clarè colligere ex tribus his Evangelistis Matthæo, Marco, Luca: reprehenduntur enim Apostoli eo nomine quod velleret, & fricarent manibus spicas, quasi parantes Sabbato cibum quem ederent. hoc autem tantum Sabbato propriè dicto vetitum erat, non alijs festis, quamvis ab alijs operibus cessarent, (excipit tamen Ribera libro quinto, de templo capite quinto, ex Leuitici vigesimo tertio, festum expiationis) hinc est, quod Exod. 12. de diebus azimorum sic scribitur; *nihil operis facietis in eis, exceptus ijs, quæ ad vescendum pertinent.* cum ergò Pharisei Apostolos accusent, quod spicas vellerent, & confricantes manibus manducarent, fit, ut omninò constare debeat, Sabbatum propriè dictum tunc fuisse, & propterea dixisse eos, *quid facitis, quod non licet in Sabbatis,* Lucæ sexto.

3. Hinc non probo, quod ait Maldon. Mat. thæ. 12. 1. Phariseos non accusasse Apostolos, quod cibos pararent, sed quod spicas colligerent, quasi meterent quodammodo, quod in nullo festo die licebat; sed præterquam quod Irenæus lib. 4. c. 20. scribit, non fuisse prohibitum in Sabbatis spicas vellere, nec festis, sed metere: Liqueat ex ipso loquendi modo Evangelistarum reprehensos Apostolos, quod confricarent spicas ad comedendum, quasi pararent cibum, ut comederent, quod erat Sabbatis propriè dictis vetitum, excepto summum expiationis festo, mense septembri. ut numer. secundo dixi ex Rib. cum non sunt maturæ segetes.

Deinde apud me certum est, non potuisse hoc Sabbatum incidere in vnum aliquem ex septem diebus azimorum, quod tamen opinatur Euthymi. Luc. 6. & complures alij passim;

hæc

hæc namque historia accidisse videtur, post paralyticum sanitati restitutum. Probabilissimum porrò est illum sanatum esse vno aliquo dierum azimorum, & quidem vt ex Euangelistis constat, cum esset dies Sabbati propriè dictus; nam inde videntur, sumpsisse anam Iudæi calumniandi Christum; dixi, probabilissimum esse, tempus illud fuisse dies azimorum, quando patratum est miraculum paralytici; quia hoc mihi videtur non obscure significasse Ioannes, cum initio capitis quinti scripsit, *posthac erat festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam*, statimque subdidit historiam paralytici; non tamen est verosimile ipsomet die festo id euenisse, quia Christus ascendit, cum iam esset dies Festus: videtur enim significare Ioannes peruenisse illum Hierosolymam, cum iam festum celebraretur; nisi velimus exponere verbum illud, *ascendit*, pro *ascenderat*: vt sit hæc sententia, celebrabatur festum Iudæorum, & ob id ad illud celebrandum ascenderat Iesus. Sed certè significasset, arbitror Ioannes, vt credibile est, si in ipsummet diem Paschæ id contigisset miraculi. Itaque non die festo accidit, sed in die aliquo alio, vt opinor azimorum, in quem incidit eo anno Sabbatum propriè dictum.

5. Ex his conficitur tertio fixum, ac stabile esse debere, hoc Sabbatum secundo primum non potuisse incidere in dies azimorum: nam euulsio, & confricatio spicarum fuit post paralytici miraculum, ergò post Sabbatum illud, quod incidit in dies azimorum; posuimus enim per illud Sabbatum sanatum paralyticum.

6. Postremò saltem, vt probabile statuentum est, Sabbatum secundo primum non incurrisse in diem aliquem prope Pascha; neque enim tunc omninò maturæ fuissent fegetes, si verum est id, quod noster Ribera libr. quinto, de templo capite quinto habet, primitias quidem hordei secundo die azimorum solitas offerri, verum tritici, die ipso Pentecostes. Itaque non multò antè Pentecosten triticea seges matura erat, & tamen hoc tempore vellebant, & confricabant Apostoli spicas, quasi iam omninò maturas. quare saltem hoc tempus prope Pentecosten fuit. Cæterum quia dicitur id accidisse, quod hic narratur à Luca in Sabbato secundo primo, fit, vt fermè certum sit, fuisse prope Pentecosten, maturis iam omninò frugibus, & quidem in aliquo die solemnibus, qui simul esset Sabbatum propriè dictum, siue antè, siue ipso die Pentecostes, siue paulò post.

7. Quo circa licet secunda die azimorum offerretur manipulus spicarum, & inde numerarentur septem hebdomadæ ad Pentecosten, vt Deuteronom. 16. & Leuitici vigesimotertio significatur. Illæ tamen spicæ, vt hordeacæ erant solùm, vel summum ex loco aliquo peculiari assumebantur, vbi citius maturuerat pars aliqua tritici, at hic Euangelistæ satis declarant, fata iam fuisse passim matura, ergò indicant tempus illud, quod non longè à Pentecoste erat, transactis azimis. Omitto etiam superius ostendisse me hunc diem esse aliquem azimorum non potuisse. Aliud visum Baradio l. 6. c. 9.

A. Restat iam vt quid sit hoc Sabbatum secundo primum definiamus, quod facile erit ex dictis deducere: arbitror ergò hoc Sabbatum incurrisse in aliquem ex diebus prope Pentecosten, vel in ipsam Pentecosten, fuisseque verè, ac propriè Sabbatum, dictumque esse secundo primum, vel quia dupliciter esset solemnitas aliqua, vel festum incidisset, verbi gratia Pentecostes, vel Neomeniæ, quod quilibet aliud. Vel potiùs, vt opinor, quia cum esset apud Iudæos festum Paschæ, & azimorum celeberrimum præ alijs; Sabbatum, quod incidebat in eos dies, dicebatur *primum*, id est, magnum. Sic Ioannes, *erat enim magnus dies ille Sabbati*: Alia verò Sabbata, in quæ incidebat festum aliud dicebantur *secundo prima*, secundo quidem quia minora erant Sabbato, quod occurrebat per dies azimorum: prima verò, quia in illa incidebat festum aliud. Et hæc est mea de hac difficili, & per ardua quæstione sententia.

B. Aliqui non improbabiler, dicunt fuisse Sabbatum, quod immediatè sequebatur post festum aliquod, putà, post primum, vel septimum diem azimorum, vel post pentecosten, & huiusmodi, diciturque *secundo primum*, quali *Sabbatum ex Sabbato*, vel quali reuolutum festum, seu quasi iterum rediret illud præcedens festum.

C. Quandam aliam rationem attulit non aspèrnamdam noster Azor parte secunda, institution. moral. libro primo, capite primo, quæstione nona. Sed mihi quod dixi, magis probatur.

DIGRESSIO I.

De mensa Panum Propositionis.

Vt quæ de panibus propositionis dicenda sunt, quorum hoc capite facta est mentio verticulo tertio, & quarto, à Christo intelligantur: incipere oportet à mensa panum propositionis: de mensa igitur sic legimus, Exodi vigesimo quinto, vigesimotertio, *facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem*. Idem Exodi trigesimo septimo, decimo.

D. Quæ verò postea à Salomone mensæ in templo factæ sunt, eiusdem formæ, ac magnitudinis fuisse, docet Villalpandus tomò secundo, parte secunda, libro quarto, capite quinquagesimo quarto. Et quidem meritò, quia cum illa mensa referret mensam, & altare noui, & æterni testamenti, huius perpetua duratio, illius nunquam mutata forma, repræsentari debebat.

Hinc est, quod in Moyse mensa non panes modò Deo proponebantur, & offerebantur, verum vnà incensum, vt dicam, quo vera nostri diuini Sacramenti oblatio Deo iugiter facienda indicaretur. quod respexisse videtur Ecclesia, dum canit in huius mysterij commemoratione: *Sacerdotes sancti incensum & panes offerunt Deo*, sic enim Leuitici vigesimo primo, sexto legitur: *incensum enim*

Domini

8. Sabbato secundo primum quid.

9.

1.

Mensa propositionis cuius formæ.

2.

3.

Domini & panes Dei sui offerunt, & idè Sancti erunt. Quamuis in Hebræo ignis fiat mentio, vt fortè igniti intenzi in altari aureo fiat commemoratio, vna cum panum propositio ne.

4.

Subditur porrò Exod. vigesimoquinto, vers. vigesimoquarto, & vigesimoquinto, de mensæ ornamento: *& inaurabis eam auro purissimo, faciesq; illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio, coronam interrasilem altam quatuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam.* Corona videtur idem esse, ac id quod Italicè dicimus, *cornicem*, quali clausuram quandam, quod indicare videtur voluisse Rabbi David, qui clausuras fuisse dicit, vt scalarum gradus.

Delphica mensa quadr.

Iosephus tertio antiq. capite septimo, vel secundùm aliam versionem capite 9. ait, *in sano autem mensam collocavit (Moyses) delphicam non absimilem.* (Delphicam mensam ex Villalpan. tomo secundo, parte secunda, libro quarto, capite quinquagesimoquinto, eam vocat, in qua pocula exponerentur, & ferè semper paria) *longitudine duum cubitorum, latitudine vnus, altitudine πρῶτον, id est, palmorum trium (id est, cubiti vnus, & dimidij) erat autem lateribus sinuatis (Alia versio habet: sinum enim habebat, vbi anuli erant commissi, & his per viam portabatur. vnde constat sinum sub ipsa mensæ tabula fuisse, id est, infernè) & tabula in palmum ferè concaua limbo tum superiorem, tum inferiorem eius corporis partem.* Alia versio sic habet: *Habebatq; per circuitum vnus cuiusque lateris labium exornatum, velut quatuor digitis, alto ligno circum-eunte superiorem, & inferiorem eius corporis partem &c.*

Itaq; si tabulæ crassitudinem quatuor esse digitorum intelligamus, ex his bini medij ad interiora retrahebantur, & varijs cælaturis asperiores reddebantur. (Sic enim lubet Villalpan. vocem illâ, *interasilem*, exponere) reliquæ erò duo digiti, vnus superior, alter inferior cymatiū erat, ei simile quod Vitruuius vocat Lesbium, quod vndulis, & quadris distinctum, ipsi labio, vel limbo, vel tabulæ crassitudini, quasi corona erat ex vtraque parte. sanè quantum intelligo, duo illi digiti medij vnum efficiebant opus illud interrasile constans altitudinè duorum digitorum, cum extrema cymatia tantum singulis constarent digitis.

Cæterum præter limbum istum continentem digitos quatuor, erat illa duplex corona, de qua numer. quarto, seu clausura, cum coronula. Vox Hebræa, *misegedoth*, qua notatur hæc pars clausura, solet conuerti, à verbo, *sagar*, quod claudere significat, & idè rectè diximus coronam exprimi posse per Italicam vocem, *cornicem*; Porrò quid sit *cymatium*, quid *quadra*, legere poteris apud Villalpandum tomo secundo ad finem post indices. Igitur tria sunt, quæ versiculo vigesimoquarto, & vigesimoquinto, in Exodi caput vigesimumquintum, præcipiuntur fieri: duplex corona, seu cornix, & labium, seu limbus. quod si rem benè teneo, sic breviter rem hæc explicari posse opinor, labium aureum videtur secundùm sui crassitiem latum tantum fuisse, quanta

A erat clausura, seu cornix quatuor scilicet digitorum. Supra ipsum igitur limbum, seu labium, hoc est, supra eius crassitiem quatuor digitorum, erat corona æqualis, seu cornix interrasilis; & supra hanc coronula. illud autem cymatium inferius, sicut & superius, & labium ipsum pertinere videntur ad hanc coronam, seu cornicem, vt ornamentum eius.

Cæterum illa verba Iosephi superius relata: *& tabula in palmum ferè concaua limbo, tum secundum superiorem, tum inferiorem, eius corporis partem*; sic ego interpretor; vt velit Iosephus significare tabulam ipsam mensæ ea clausura circumdatam fuisse quatuor digitis tam secundum superiorem partem, quàm secundum inferiorem, depressiorem, & humiliorem ipsa clausura, quæ alta erat quatuor digitis, seu palmo: nisi malis per tabulam intelligere clausuram adiectam seu appositam limbo.

Vnde alia versio Iosephi habet: *habebatq; labrum circumquaque quatuor digitis, tam inferne, quam supernè prominens*: nam vtrimque labro erant appositæ tabulæ, seu clausuræ, nimirum, supernè, infernè. Sic ego in re alioquin obscura dicendum conijcio. Verùm ex præcitato loco Exodi numer. quarto. Sentio saltem tempore Moysis, clausuram distinctum quid fuisse à limbo, & impositam ipsi limbo, siue fuerit cum limbo connexa, ac continua, siue non, sed quid omninò separatum & discretum, ipsamque fuisse altam quatuor digitis. est quidem verosimile limbum primum (nam clausura potest dici veluti alter limbus) infernè saltem prominètem fuisse quatuor digitis, adiuncta nimirum alia simili clausura, vel tabula: vt sic ornatus infernè responderet ornati supernè, id est, clausuræ superiori. quin etiam credibile est, fuisse, item additum extrinsecus crassitudini mensæ.

Porrò eodem loco Exod. vers. vigesimo sexto, & vigesimo septimo absoluta mensæ magnitudine, & ornamentis, de vectibus mensæ fit mentio hoc modo: *quatuor quoque circulos aureos preparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari, porrò mensa quatuor pedibus fulciebatur.* Ribera libro secundo, de templo capite decimo, ex Iosepho capite septimo, libri tertij. Sic *per singulos pedes*, inquit, *inerant anuli ferè circa summum pedem, adhibebanturq; vtrinque duo ceu manubria, è ligno firmissimo deaurata, quæ non per circulum vtrumque, vt vectes, traieciuntur, sed sibilatò morsu mensa labrum supernè, infernè pedis anulum comprehendendo, facultatem quoque transferendi quocunque opus esset præbebant.* Hæc ille.

Abulensis putat anulos fuisse positos in lateribus latitudinis mensæ, vt tanto facilius portari posset mensa à quatuor. nam si secundum latera ipsa longitudinis essent positi anuli, tunc qui portabant, esse debuissent ad partem angustiore, id est, latitudinis, quæ non tam ampla erat vt posset ita commodè duos baiulos habere ex vna parte, itemque duos ex alia. Ea sanè quæ ex Ribera allata sunt paulò superius;

videh-

videntur explicare aliquo modo ea, quæ Iosephus, ut alij citant, habet tertio antiq. capite septimo, eodem singulis pedibus, inquit, adhaerebat anulus ab operculo non separatus, per quos anulos traiecti erant lignei vestes aurati infernè exemptiles: nam qua parte cum mensa cohaerebant anuli cava erat. Neque enim perpetui erant, sed priusquam in orbem coirent, in *περιβάσεις* (fibulas, culpides) quarum vna in prominentem mensa partem inferebatur, altera in pedem, atque his in via portabatur. Hæc Iosephus. Quamquam huius operis fibulati non video fieri ullam in scripturis mentionem, sed tantum anulorum simpliciter, quibus fit, ut illi anuli, qui in mensa Romæ in arcu, & triumpho Titi expressa cernuntur, & lignei videntur esse, & in medijs pedibus affixi sunt, cū contra in summis essent, nõ omninõ respondeant ijs, quæ in Iosepho legimus, & recepta sunt; ut meritõ dicat Iosephus, candelabrum, & mensam in triumpho allata ab vsu Iudaici consuetudine fuisse mutata. Ut autem cuiusmodi fuerint pedes mensæ ex Iosepho intelligas, scito sic quosdam interpretatos esse Iosephum: *eam mensam sustinebant pedes dimidia sui parte inferiore per omnia pedibus similes, quales lectis Dorie: ses addere solent; sed superne quadrangulares erant: infernè rotundi.*

6. Omnium clarissimè, nescio an verissimè, hanc mensam sic describit Azor. p. 1. l. 6. c. 47. in lit. moral. *legimus, inquit, in Exod. 25. Dominum præcepisse ut fieret mensa de lignis setim &c. & poltea: circumlabatur supernè limbo aureo, & clausura item aurea, quam Latinus interpres reddit coronam in terra silem, cui deinde clausura, siue corona coronula aurea imponebatur ad ornatum, & ut altior esset ipsa clausura, siue corona, quo panes ibi propositi tutius, & commodius continerentur, ne deciderent, e mensa: illa corona *ἄριστος* formam referebat, & palmo vno, hoc est, quatuor digitis lata erat, crassa verò quantum coronam, siue coronilem superductam ferre posset &c. quæ confirmat ea, quæ sub finem n. 4. scripsimus ex nostra opinione. Deinde verò sic ait, *vestes*, (quibus scilicet portabatur) *erant ex ligno setim, auro, eoque ductili cooperti &c.* Denique subdit: *mensa vsus erat ad panes perpetuo continendos. iugis conuiuij symbolum erat, quo typicè significabat, & profitebatur Israeliticus populus se perpetuo Dei ministris alimenta præbere ex ijs, quæ singulari ipsius Dei munere, & beneficio percipiebat, mensa vsui seruiebans scutella, phiala, cochlearia, & cyathi, ut expurgatoria quadam instrumenta, quibus mensa abstergeretur, & emundaretur: & paulò inferius subdit: erant duodecim panes, quia duodecim tribus Israeliticæ referebant.**

7. In tabernaculo Moysi vna tantum mensa, in templo Salomonis autem decem.

Quamvis verò in tabernaculo Moysi vna tantum esset mensa; in templo Salomonis decem numerabantur, & totidem candelabra, & quidem non prima tantum erat aurea, sed omnes, 1. Paralip. 28. nec in vna modò, sed in singulis erant duodecim panes propositionis, 2. Paralip. 4. contra Abulen. Nec Iosepho danda fides qui l. 8. antiq. c. 2. scribit, in templo Salomonis, quod ipse non vidit vnam tantum propositionis mensam, vnicumque candelabrum fuisse.

Situs huius mensæ, & ordo talis erat: ad se-

A. ptentrionalem parietem mensa erat, ad parietem australem, candelabrum, Exod. 26. *pones contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonari.* Medium locum altare thymiamatis, seu suffitus obtinebat: omnia verò hæc in exteriori domo collocabantur, & hoc quidem in tabernaculo Moysi.

De templo verò Salomonis secundo Paralip. quadragesimo septimo, idem fermè dicitur: *fecit Salomon candelabra aurea decem, secundum speciem, qua iussa erant fieri, & posuit ea in templo: quinque à dextris, & quinque à sinistris, nec non & mensas decem & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris: medium verò locum altare Thymiamatis obtinebat.* Fuerunt præterea & aliæ mensæ argenteæ in templo, tamquam vasorum quidam abaci, ut patet Paralip. 1. 28.

DIGRESSIO II.

De Panibus Propositionis.

I. IN hac mensa tabernaculi, siue in his templi collocabantur panes propositionis, de quibus Exod. vigesimo quinto, trigesimo, & *pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.*

Dicuntur Hebraicè, *Panim*, id est, *facierum*, nimirum, quia coram facie Domini semper erant, non quod vtraque eorum facies inferior, & superior similis esset, sed ut dixi, quod coram facie, & conspectu Dei semper essent. Hinc est, quod septuaginta in libro Paralip. *ἄριστος ἄριστος*, id est, propositionis panes vocant, quos sequutus est Beatus Paulus ad Hebræos, 9, secundo. Idem autem est Hebraica phrasi *panes propositionis*, quod nostra, *propositi*, nempe in conspectu Domini semper, sed & mensam ipsam sic vocat Deus Numerorum quarto, septimo, quod scilicet dictos panes propositionis semper sustineant; vel quod ipsa cum panibus semper sit coram Domino. lege Abulensem Leuit. vigesimo quarto, & primo Reg. vigesimoprimum.

Panes hi azimi erant, nam Leuitici secundo dicitur: *Omnis oblatio, qua offertur Domino absque fermento fiet: nec quidquam fermenti, aut mellis adolebitur in sacrificio Domini.*

D. Porro panes in duos ordines distributi hoc modo collocabantur, ut sex in vno, sex in altero essent latere mensæ, Leuitici vigesimo quarto, *senos altrifecus super mensam purissimam coram Domino statues.*

Imponebantur verò alij super alios, quare non mirum quod Hebraicè Leuitici vigesimo quarto appellentur *chaloth*, id est, placentæ, non enim erant panes tumentes, sed plani, ita ut supra se alter alterum possent sustinere. Quare non est verosimile in arcæ apertæ formam fuisse confectos, quod tamen Montanus ex Hebræorum sententia scribit.

Supra senos verò panes aurea phiala thure plena locabatur. Thus cum panibus, & auferebatur, & reponebatur. Ioseph. tertio antiq. decimo & teste Philone lib. tertio de vita Moysi:

Sal

2. Panes propositionis quales, & cuius formæ.

3.

4.

5.

6.

Sal cum Thure reponi solitus erat iuxta illud Luitic. secundo. *quidquid obtuleris sacrificij sale condies.*

7. Septuaginta quoque interpretes salem Thuri adiungunt, mel quidem & fermentum in templo, ut notat Barrad. tom. secundo libro tertio capite vigesimo, locum nullum habebant, sali amplissimus concedebatur. Delicij, & peccati fermento nullus in Christiano pectore debet esse locus, sali, id est, salutiferæ CHRISTI doctrinæ atque æternæ sapientiæ, maximus.

8. Iosephus libro tertio antiq. capit. nono breuiter complexus est, quæ ad hos panes pertinent *hæc* (mensa) inquit, *solebat poni in fano versus septentrionem non longe ab adyto: & in ea disponebantur duodecim panes non fermentati, seni è regione sibi duobus ordinibus oppositi, mundissimi confecti è farina duorum assaronum, qua mensura Hebræorum septem Cotylas Atticas continet. super panes autem ponebantur due phiala aurea thure plena: post septem verò dies, alij panes inferebantur. & iterum ibidem c. 10. ex publico, inquit, præbetur panis non fermentatus ex farina assaronibus viginti quatuor; coquuntur autem bini assarones in singulis panibus pridie sabbati, & sabbato manè proponuntur in sacra mensa, duobus ordinibus, seni ex aduerso sese respicientes: atque ita duobus lancibus thure plenis superimpositis, permanet usque in proximè sequens sabbatum; tunc alij pro illis recentes supponuntur, & hi priores sacerdotibus in cibum dantur. Thus item igne sacro adoletur, quo ad holocaustomata uti solent, & pro eo quoque aliud thus panibus imponitur. Hæc Iosephus.*

9. Vbi aduertendum est, Iosephum *cotylis* nomine intelligere eam Atticam cotylem, quæ Romano sextario par erat. Nec mirum si quintam insuper sextarij, aut dictæ cotylis partem non referat: More enim historicorum numerorum partes, quas minutias vocant, non curauit: alioquin *assaron*, seu Hebraicè, *gomor*, septem sextarios, seu cotylas, & quintam insuper vnus partem continet. De cotyle vide Villalp. tomo tertio, apparatus p. secunda libro tertio cap. septimo.

10. Restare videtur, ut quantæ fuerint magnitudinis hi panes explicemus, quod dependet ex cognitione mensuræ *gomor*, quæ & *Assaron* dicitur: Erat *Gomor* mensura illa, qua præcipiebat Dominus colligi manna Exod. 16. 15. 16. 17. 18. *iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum & cætera. colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum, gomor per singula capita & cæt. feceruntq; ita filij Israel, & collegerunt alius plus, alius minus, & mensi sunt ad mensuram gomor, nec qui plus collegerat habuit amplius; nec qui minus parauerat, reperit minus.*

11. Quo alludit D. Paulus 1. Corinth. 8. 14. 15. cuius verba sic explicat S. Remigius ut refert loco citat. Villalp. c. 10. *in presenti tempore (in hac vita) vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia (qua spiritalis est in ieiunijs, & orationibus) vestra inopia sit supplementum (id est, ut quod minus habetis in spiritalibus rebus, in ipsis habeatis, & quod illi non habent in temporalibus, vos eis ministratus) ut fiat æqualitas (inter vos, & illos, dantes vos illis, quod non habent, & ipsi vobis, quod non habetis, vos illis temporalia, & ipsi vobis aterna) sicut*

A scriptum est: *qui multum (subaudi collegit) non abundauit, & qui modicum, non minorauit. hoc secundum literam dictum est de manna: nam cum præcepisset Dominus per singula capita plenum Gomor colligi, quidam collegerunt plus, quidam minus, sed cum præparasset sibi cibos in mortario cum pistillo: qui plus collegerat, & qui minus, vnâ mensuram postmodum repererunt. plenum scilicet gomor. hæc Remigius.*

Erat porrò *Gomor* decima Eph. Exo. 16. 34. 36. vnde vulgo decima dicebatur. *Iam Eph*, seu quod idem est *batus minor*, seu *metreta*, Græcè continebat Romanos sextarios septuaginta duos, culus numeri pars decima continet sextarios septem cum quinta insuper sextarij parte: totidem ergo assarone, vel gomoro continentur.

Sic Epiphanius de mensuris, & ponderibus scribit, dum ait: *gomor erat decima pars magna mensura, hoc est, artaba, qua decima pars est sextariorum septem, & quinta vnus partis.* Vnde patet *artabam* æqualem esse *Ephi*, cuius decima pars est *gomor*, atque aded sextarijs constat septem cum quinta insuper sextarij parte. Vbi nota Epiphanius eisdem sextarijs græcæ mensuram *artabam*, atque *metretam*, & Hebraicam *Ephi*, & *gomor* metiri, & comparare; ut hinc sit colligere eundem sextarium Romanum Hebræas, Græcæq; mensuras æquare pariter, ac Romanas: ac proinde non multiplicem sextarium, sed vnum, atque eundem apud antiquos scriptores fuisse.

Cæterum, ut constat ex tabula proportionum sexta Villalpandi, vnus *celemin* Hispanus continet semel assaronem seu gomorem, & $\frac{7}{8}$ continebit ergò *gomor* medium celeminum & $\frac{7}{8}$, duo verò gomores, seu assarones continebunt vnum celeminum; celeminus autem videtur paulò minor modio nostro Siculo, quo farinam metimur.

Si ergò ad modios Siculos gomoris mensuram reducere velimus, sic faciemus: continet *gomor* aquæ libras 12. vel uncias 144. ut patet ex tabula 10. ponderum eiusdem Villalp. Si ergo accipiatur vas, quod adæquatè totam illam aquam contineat, tale vas gomoris mensuram continebit, seu assaronis: si autem duplum illius aquæ assumatur pendentis proinde 24. libras, & illa adæquatè impleat aliud vas, istud continebit duplicem assaronem vel gomorem. Hoc igitur si effusa aqua impleatur farina ad summum, hæc erit mensura farinæ, qua conficiebatur vnus panis, continens duos assarones farinæ, si verò multiplices per 12. hanc mensuram habebis quantitatem farinæ, quæ conficiendis duodecim panibus infumebatur. Iam expertus sum vnum assaronem continere tres quadrantès vnus modij Siculi: duos verò sequi modium ferme Siculum nõ æquata omnino mensura, sed prout Siculi modium farinæ metiuntur modio cumulatè pleno, ita ut duodecim panes, quorum singuli continent binos assarones, constent decem & octo modijs farinæ nostris, paulò plus minusue fumendo, ut dixi modios cumulatim refertos, quæ nostri dicunt, vel col colmo. Breuius & dilucidius hæc mensura farinæ duodecim panum propositionis haberi poterit per *quartuccijs* nostros Panhor-

mitanos, & quidem magis adæquatè sic: vnus Assaron pendit duodecim libras Aquæ, & duo assarones vigintiquatuor. Quartuccius verò panhormitanus libras tres. Cùm ergò hic numerus in numero vigesimoquarto contineatur octies; proculdubio octo quartuccij æquabuntur duobus Assaronibus, & totidem quartuccij farinæ metientur farinam vnus panis. ex quo facillè habebitur farina duodecim panum, si videlicet duodecim ducantur in octo, producentur enim quartuccij nonaginta sex. Si plura & magis exactè velis, consule Villalp. tomo secundo, parte secunda, libro quarto, capite quinquagesimo sexto, & tomo tertio apparatus. parte secunda, libro tertio, capite duodecimo.

16.
Panis pro-
positionis
parabatur
à Leuitico.

Porro hos panes præparare ad Leuitas filios Cahach pertinebat, primo Paralip. nono, licet Hieronymus Malachiz primo, Sacerdotum id fuisse indicet iuxta Hebræos. Erat quidem Sacerdotum illos in mensa collocare; proponebantur autem coram Domino; quod præter locum Scripturæ Paralipo. & locum Leuitici vigesimoquarto, vbi dicuntur hi panes suscepti à filiis Israel, refellit Iosephus libro tertio antiq. capite decimo, sic scribens: ex publico præbetur panis non fermentatus &c. & Oleaster Leuitici vigesimoquarto putat, à duodecim tribubus fuisse oblatos, ita vt singulæ singulos offerrent. Non ergò Sacerdotes ferebant triticum, nec metebant, sed populus similam, vel triticum dabat. Postremò vt Leuitici vigesimoquarto legimus, proponebantur hi panes in mensa, vt essent in monumentum oblationis Domini, id est, vt essent veluti memoriale quoddam. Emma. in notis Leuitici vigesimoquarto, septimo, illa verba: *vt sit panis in monumentum oblationis Domini*: inquit, *coniunge sic, panis oblationis Domini in monumentum, vt patet ex Chaldaeo.*

DIGRESSIO III.

MORALIS.

Mensa aurea panes facierum continens, quid denotet.

I.
Mensa panis
propositionis
typus alta-
ris Eucharis-
tici.

MENSA hæc aurea panes facierum continens, vel propositionis, Sacrosanctum augustissimæ Eucharistiæ altare repræsentat, in quo præcelsum, & Venerabile Sacramentum ante Dei Patris conspectum ponitur, tanquam manna absconditum, & panis supersubstantialis, quo alimur in vitam æternam, & tanquam cælesti antidoto à peccatis præferuamur. proponitur autem quotidie, & offertur, nec sine thure, & sale: nam in hoc sacrificio omnium sanctissimo orationi adhibentur verba Scripturæ diuina sapientia referta. Panes illi propositionis antiqui memoriale quoddam erant Domini, & monumentum oblationis eiusdem; hic autem panis cælestis, sacratissimam passionis Domini commemorationem continet, & idem memoriale est præcipuum Diuini amoris, memoria item mirabilem Dei, incruentumque sacrificium

Panes propo-
sitionis signa
de Christo.

A cruentam Christi in cruce oblationem ob oculos ponens: Denique de hoc Christus hæc inquit: *quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.*

Vocabantur illi veteres panes, *Sancti* primo Reg. vigesimo primo, reliqui verò laici nominabantur cum illis collati, & viuificum, ac tremendum hoc Sacramentum, non vt cæteri panes, sed panis Sanctus, Eucharisticus, cælestis est, alijs absimilis, Angelorum esca, manna absconditum, dulcissimum conuiuium, diuinæ affluentia largitatis, refectio animarum sanctarum, spiritualis dulcedo, in proprio fonte degustata, denique viaticum in Domino morientium.

B Facebant hinc hæretici, nisi malint Ecclesiam dicentem audire cælesti lumine illustratam, firmamentum, & columnam veritatis: *non habeo laicos panes*, scilicet in altaris sacrificio, *sed tantum panem Sanctum*, neque alium ibi crede.


Cæterum is panis duas habet decimas, hoc est, duas perfectas naturas: hunc antequam sumas diligenter vide, num mensa cordis tui sit aurea. Inquirat Sacerdos, ac videat si mundi sint pueri, id est, qui sumpturi sunt maximè à mulieribus, 1. Reg. 21. ne fortè det sanctum canibus.

C Nec vacat mysterio *lucidissimum* vocatum fuisse thus illud, quod supra panes locabatur; quia nimirum post sumptam Eucharistiam orationi vacare debemus DEI amore ardentes, cælestiumque rerum contemplationi inhærentes, hoc enim innuit *thus in excelsis*, id est, supra panes locatum. Adiciatur & sal, qui rectè sapientiam, id est, sapientiam scientiam significat, qua fit vt terrena contemnes, cælestia semper appetamus.

Quod verò veteres illi panes iuxta candelabrum essent, non caret mysterio; significat siquidem fidei lumine fulgere eos debere, qui supersubstantiali, ac diuino hoc pane vescuntur.

hæc carptim.

(..)



CAPVT III.

PHARISAEOS

OB SANATAM IN SAB-

BATO MANVM ARIDAM RURSUS CONFUTAT.

A. 12. 9. B. 3. 1. C. 6. 6.

A. Cum inde transisset venit in Synagogam.

1. C. ACTVM est autem



& in alio Sabbato, ut intraret B. iterum in Synagogam A. eorum, C. & doceret, A. & ecce C. erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida.

2. Obseruabant autem Scribae, & Pharisaei si in Sabbato curaret, ut inuenirent, unde accusarent eum.

3. A. Et interrogabant eum dicentes: si licet Sabbatis curare, ut accusarent eum.

C. 4. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium, & surgens stetit.

5. Ait autem ad illos Iesus: interrogo vos, si licet Sabbatis benefacere, an male: animam saluam facere, an perdere? B. At illi tacebant (ait autem)

A. 6. Quis erit ex vobis homo, qui habet ouem unam, & si ceciderit hac Sabbatis in foueam non tenebit & leuabit eam.

7. Quanto magis melior est homo oue? itaque licet Sabbatis benefacere.

B. 8. Et circumspiciens eos. Cum ira contristatus super caecitate cordis eorum, dicit homini: extende manum tuam. & extendit: & restituta est manus illi.

C. 9. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem, quid nam facerent Iesu.

B. 10. Exeuntes autem Pharisaei statim cum Herodianis consilium faciebant aduersum eum quomodo eum perderent.

11. Iesus autem A. sciens B. cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba a Galilaea, & Iudaea sequentia eum.

12. Et ab Ierosolymis, & ab Idumaea, & Transiordanem. Et qui circa Tyrum, & Sidonem multisudo magna audientes, quae faciebat venerunt ad eum.

A 13. Et dixit discipulis suis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimeret eum.

14. Multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent quoquot habebant plagas, A. & curauit eos omnes.

15. Et praecepit eis, ne manifestum eum facerent.

16. Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem.

17. Ecce puer meus, quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit animae meae.

Ponam Spiritum meum super eum & iudicium gentibus nuntiabit.

18. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

19. Arundinem quassatam non confringet;

Et linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium.

20. Et in nomine eius gentes sperabunt.

21. Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicentes:

22. Tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum.

SCHOLIA.

C. I. FACTVM est autem Hilarius car. 12. in Matth. post reditum, inquit, de segete, ex qua iam Apostoli fructus satiationis acceperant; ad Synagogam venit, etiam illinc messus suae operarios paraturus, qui plures postmodum una cum Apostolis extiterunt. Hi igitur curantur: in manu enim danda salutis substantiam non habebant, & manus officium cessabat, & ministerium corporis, quo aliquid agitur, atque impertitur aruerat. Dominus igitur manum eum iussit extendere, quae restituta est ei sicut altera: curatio omnis in verbo est; & manus sicut altera redditur, id est, similis ministerio Apostolorum in officium danda salutis efficitur. Docetq; phariseos agere ferrè non oportere curationes in Sabbato: & operationem humana salutis in Apostolo, cum ipsis ad officij eiusdem ministerium manus sit reformanda, si credant.

Et in alio sabbato] Matt. habet: & cum inde transisset, venit in synagogam: unde colligimus die sabbati accidisse & hanc historiam: quia synagoga die sabbati cogebatur, & propterea interrogauerunt eum; an liceret in sabbato curare. Sunt qui putent sequenti sabbato, id est, post illud, quo accidit confricatio spicarum, accidisse id, quod hic narratur: ed quod Lucas dicat, in alio sabbato, quod tamen non omnino certum est, cum tamen dicat idem Lucas: & in alio Sabbato: vox, & inuuit aliam calumniam adiecisse phariseos alio Sabbato, quasi punctos praecedentis Sabbati argumentis a Christo propositis. quare verosimile est in sequenti Sabbato accidisse hoc miraculum quod hic exponitur. expectasse namque videntur pharisei

A. Cum inde transisset, I. venit in Synagogam.

2.

Sabbat-

Sabbatum alterum, quod primo occurreret, ut iterum Christum aggredierentur, & demore calumniam ordirentur.

3. Porro eligebat Sabbata Dominus ad docendum, & curandum ob maiorem hominum frequentiam. Quoniam verò dicit Matth. cum inde transisset venisse in Synagogam, tacitè colligimus, præcedentem historiam. non in Synagoga contigisse; & patet, quia per facta euntibus illis accidit.

B. Iterum in Synagogam A. eorum] Meritò apposuit iterum, Marcus, quia prius narrauerat in Synagoga Capharnaitarum docuisse capite primo, vigesimoprimum, & capite secundo, primo, subdidit iterum, & iterum intrauit Capharnaum, ex solitudine scilicet, in quam se receperat; ut dixerat idem Euangelista capite primo, trigesimoquinto. Hoc ergo miraculum in Capharnaitarum Synagoga factum fuisse; ipsa narrationis Marci consequentia colligi videtur. quare quod dicit Matthæus, in Synagoga eorum, intelligere possumus; Capharnaitarum, seu quæ Capharnai erat.

4. C. Erat ibi homo] Hunc cæmentarium fuisse, Hieronymus scribit ex Euangelio Nazaræorum, quare manu victum quærebat.

2. Ut inuenirent, unde accusarent eum] Hilarius arguendi occasionem ex responsione quærentes. Hieronymus si non curet, crudelitatis, aut imbecillitatis, sicuret, transgressionis volunt accusare.

3. A. Et interrogabant eum] Marc. & Luc. habent Christum Phariseos interrogasse. Respondere possumus ex Augustino libro secundo, de conse. Euangel. capite trigesimoquinto, primum quidem Phariseos Christum, deinde Christum Phariseos interrogasse. Sed diligentius intuehri constat, non eandem esse quæstionem à Phariseis Christo, & à Christo Phariseis propositam. Phariseorum fuit num liceret in Sabbato curare, quos Christus, ut coargueret, immutata paululum quæstione interrogauit, an liceret in Sabbato benefacere, an malè, ut vel ipsis verbis quæstionis eos notaret; & pudore afficeret. itaque de alia, & alia quæstione Matth. & alij Euangelistæ loquuntur.

4. Ipse verò sciebat] quod nimirum animo capiendi illum, & accusandi interrogarent. sub interrogatione peruersus latebat animus accusandi eum; latebat quidem is animus homines, sed nunquid latebat Deum & hominem?

5. Surge & sta in medium] Hunc hominem per se Christum à iis, & esagitasse opem, est in eodem Euangelio Nazaræorum. Hilarius tamen hunc à Phariseis oblatum vult, sed minus id probabile videtur. Alij probabilius iudicant, hunc hominem prius ad audiendum verbum Christi sedisse, ut moris erat apud Iudæos, & ideò præcepisse Dominum illi; Surge & sta in medium.

6. Chrysostomus homilia quadragesima prima, in Matthæum, asserit Christum iussisse homini, ut in medium stare, eo fine, ut Phariseos, & Scribas illius aspectu ad misericordiam prouocaret, quos calumniari paratos videbat. Fortè id fecit, ut miraculum tantò manifestius esset, ex quo efficacius disputandi contra illos sumeret argumentum viso misericordiæ & Diuinæ virtutis tam claro opere, quod exercebatur; id quod erat, veluti factis, eorum interrogationi, respondere, & eis ruborem, confusionemquæ iniicere. est autem in medium stare, inter illos omnes qui aderant esse, ita ut videri ab omnibus posset. Porro hic homo, morem gessit Christo & in medium stetit; verè sperans

A. sanitatem ab eo se recepturum: non enim timebat Sabbato diuina virtute curari.

Illud ad mores pertinet, nimirum, si diues manus extendere in pauperes optat, in medio stet, id est, mediocritatem, iuxta status sui conditionem teneat. ita enim fiet, ut nec diuitias in superfluos, vanosque vsus expendat, & erogat; nec thesauris recondendis; ad altiora aspirans, det operam; Atque aded suppetet illi, quod pauperibus elargiatur.

Bene facere an malè] id est prodesse, beneficio afficere, an lædere?

Animam] vitam, scilicet hominem; Vel hoc ita dixit, quia nimirum miracula faciebat ob animæ salutem: Augustinus libro secundo, quæstionum Euangelicarum 9. 7. sic scribit: Quæritur, cum corpus curaueris, quare interrogaueris, si liceat animam saluam facere, an perdere? Vel dixit hoc, quod illa miracula propter fidem faciebat, ubi salus est anima; Vel quod ipsa sanatio manus dextra, salutem animam significabat, quæ à bonis operibus cessans, aridam quodammodo dexteram habere videbatur: vel animam pro homine posuit, sicut dici solet, tot anima ibi fuerunt.

Perdere] Græcè ἀποκτείνω occidere. Beda, Dei non saluare, Scriptura perdere vocat: unde Gloss. quod Deus non saluat, perdere dicitur. Est igitur perdere idem, ac à perditione saluam non facere.

6. Tenebit] Interlinearis habet scilicet non animali, sed suæ auaritiæ consulens ex Hieronymo.

7. Magis melior] διαψιφὴ præstat; est loquutio Græcorum, Latinis inusitata: sic Matth. 6. 16. vos magis pharisæi estis illis. Est igitur græcismo vsus interpretis.

C. Itaque] Interl. scilicet, quia illa die licet sibi vitale facere.

Bene facere] scilicet alij.

8. B. Et circumspiciens] an scilicet aliquis vellet respondere. vel ut ad respondendum excitaret. Euthymius dicit respexisse, ut eos erubescere faceret; & ruborem iniiceret. quamuis Chryso. putet, ut ad misericordiam erga illum hominem prouocaret eos suo aspectu. Verum Marc. significat cum ira illos aspexisse, & tristitia.

Cum ira contristatus] id est, condolens, seu condolens: συλλυπημένος; duos affectus significat Euangelista: iræ, & doloris, seu tristitiæ quia nimirum vitijs irascebatur, hominibus condolebat: irascebatur item quod malitiosè cacerent, non audentes respondere, ne veritatem fateri voce cogerentur: Ad hæc irascebatur ob eorum animi prauitatem, & inuidiam; tristabatur; quod adhuc in errore persistere; putantes non licere Sabbatis curare: itemquæ dolebat vehementer tanta eorum cæcitate; & miseria.

Super cæcitate] πρὸς τὴν: significat etiam duritiam, disce hinc irascendum esse peccatis, sed peccantibus condolendum.

Et extendit] hac re declaratum fuit miraculum, nimirum extensione: nequit enim manus arida extendi. Hieronymus moraliter: avaris dicitur, ut manus extendant, exstende manum tuam. Gloss. debilitas anima elemosyna largitione curatur. Frustra in oratione manus ad Deum expandit, quæ ad rogantem viduam non extendit. Raban. quæ sit manus arida moraliter sic exponit: dicitur enim manus arida, manus hominis, quia ad pomum extensa, arida facta est: manus etiam in Synagoga arida, quia ubi maior scientia, ibi grauior transgressio. Item Rabba. erat languida

7. Elemosyna quomodo eroganda.

8.

9.

10.

11.

12. Manus arida, id est, avara extensio.

dextera, quia ab eleemosynis torpebat, sinistra sana, quia sua salutem intendebat, sed veniente Domino, quod congregavit cupiditas, distribuit charitas.

13.

Alij sic ad mores transferunt: manum aridam habet, is qui avarus est, & bonis eleemosynarum operibus destitutus. huiusmodi erat dives ille Lucæ duodecimo, qui dicebat: destruam horrea mea, ut vberes scilicet agrorum fructus congregaret, non ut pauperibus erogaret; & ita horrea, quæ habuit destruxit, & in cœlis non ædificavit per eleemosynas. similis ei fuit dives ille epulo Lucæ decimosexto, qui vel micæ mensa decedentes pauperi denegavit. qui hos imitantur Dei erga se arefcentes manus sentient. non dedit dives micam, verum nec à Deo accepit guttam. Si Deus dum bona largitur diuiti, extendit in illum manum; nonne par erit, ut & ipse quoque in inopes largus sit, manumque extendat. Ob eam enim causam alios diuites, pauperes alios esse voluit Dominus; qua de re lege Basilium homilia in distefcentes. Deuteronomij decimoquinto, sexto. Sic monemur: si vnus de fratribus tuis ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum. nec contrahas manum, sed aperis eam pauperi.

14. Pharisæorum insipientia.

C. 9. Repleti sunt insipientia] Græcè ἀνοίας, dementia, est mentis, & intellectus priuatio. Cum enim tam manifestam veritatem nõ perciperent, nec haberent, quid responderent, hæserunt, ut stolidi, immò magis cæci effecti sunt: adiunxerunt enim errori peiorem iniquitatem, inter se querentes, quidnam facerent Iesu: inuidia enim, malitia, & odio cæcati, quomodo perderent, consultabant.

15.

Petrus Chrysologus sermone trigesimosecundo, Omnia quoque, inquit, signorum Christi opera, non humaniter, neque casu, sed diuina procuracione credenda sunt euenisse. Christus ergo synagogam ingreditur, sed iudæus non recipit intrantem, nec agnoscit presentem, nec operantem cæcatus intelligit. cernite, quàm nihil prosit presentia corporalis, vbi fuerit mentis miseranda separatio. Sicut contra nihil officit absentia corporalis, vbi corda fuerint sociata per fidem. in hoc homine omnium hominum imago figuratur: aruerat enim manus homini magis stupore fidei, quàm si citate neruorum: & plus culpa conscientie, quàm debilitate carnali. antiqua nimis ista erat; & quia mundi initio contigerat agritudo, nec arte hominis poterat curari, qua iusta Dei fuerat indignatione contracta; tetigerat vetusta, inconcessa præsumperat, cum se ad arborem sciendi bonum, malumque porrexerat: auctore indigebat, non qui malagma imponeret, sed qui posset aliam relaxare sententiam, & ignoscendo resolueret, quod ligauerat indignando. in hoc homine nostra tantum geritur vmbra sanitati, perfecta autem salus nobis reseruatur in Christo, quia tunc ariditas nostra manus miseranda dissoluitur, cum cruore perfunditur Dominica Passionis, cum in illo ligno vitali crucis extenditur, cum carpit fructuosam de dolore virtutem, cum totam arborem salutis amplectitur, cum clauis Domini corpus affigitur, quo nunquam ad arborem concupiscentia, & arida redeat voluntatis. Hæc ille.

B. 10. Exeuntes] Interlinearis, à lumine recedentes. hoc morale est, quamuis verissimum; alioqui verè recesserant ex illo loco.

16. Herodiani qui.

Cum Herodianis] Videntur Herodis milites. Beda, Herodis ministri ob inimicitiam eius aduersus Ioannem, etiam Christum, quem Ioannes predicabat, persequabantur. Theophylactus surrexerat, inquit, quedam hæresis, qua Herodem dicebat Christum, quod defecissent Principes ex Iuda. Isti

A] ergo cum Pharisæis Christum interficere conabantur. Erasmus, quod Græcè est ὄπισ, maluit vertere per, ut, at mihi videtur cum Gagno in hunc locum Marci, potius inter se consultasse, quomodo perderent, quàm ut perderent eum, & sic vertit interpres Latinus, quomodo, nõ ut: & rectè cum iã pridem deliberatum esset apud Pharisæos, & Herodianos, ut eum perderent: & sic intellige Lucam, cum ait: ut est hic versiculo nono, quid facerent Iesu, id est, quomodo illum perderent, quo mortis genere, qua via, & arte &c. quamuis etiam confirmarent interim pelsimum illud animi propositum perdendi eum.

11. Sciens] Nemine indicante eorum consilia.

Secessit] Nam ut dicit Beda, nondum venerat hora Passionis. Interl. odientibus, inquit, cedit, amantibus accedit. voluit dare locum iræ.

B

Hilarius Can. duodecimo in Matthæum, Inuidia, ait, facti, pharisæos commouet, & aduersus eum ineunt consilium: quia contuentes hominẽ in corpore, Deum in operibus non intelligebant. sciensque eorum consilia secessit, ut à consilijs malignantium procul abfuturus cognosceretur: pluresque turba eum sequuta sunt: ab infidelibus videlicet recedenti, fidelium comitatus assistit.

A. Galilæa] vbi erat. & à Iudæa] vnde eò venerat, inde eum sequuti fuerant discipuli aliquot in Galilæam vsque. ut contra, reuertentem de Galilæa postea, sequuta mulie: es eum quædam sunt. Matthæi vigesimoseptimo, quiquagesimoquinto, Lucæ 13. 15.

12. Et ab Ierosolymis] Licet in Iudæa sint: quia tamen magis mirum videri poterat, quod inde ad eum venerint homines, seorsim ponit Ierosolyma: & quia caput Iudææ, vbi tot Christi hostes, doctores, nobiles.

C

Ab Idumæa] erat Idumæa magis ad Austrum versus Aegyptum. Porro Idumæi infensi erant Iudæis, & gentiles: trahebant tamen originem ab Esau, qui Edom à Rufo colore dictus est

Et trans Iordanem] intelligitur, & à trans Iordanem, id est, ab ea regione, quæ Trans Iordanem dicebatur respectu eorum, qui veniebant ex Aegypto, licet alioqui citra Iordanem esset respectu Ierosolymorum, & Iudææ, lege Maldo. Matth. 4. 15.

Gagnæus in Marci caput tertium, Trans Iordanem Græci dicunt ἡδὲ πέραν τῆς ἰορδάνου: & non est sensus, quod turba illa sequuta esset eum Trans Iordanem: sed cum dixisset ἀπὸ τῆς ἰουδαίας, ἡδὲ ἀπὸ ἰεροσολύμων &c. suppleendum iterum ἀπὸ scil. πέραν τῆς ἰορδάνου.

Et qui circa Tyrum & Sidonem] id est, decapolitæ, qui & ipsi Galilæi erant, vicini Tyrijs, & Sidonijs, & ob id minus religiosi. Erat enim Decapolis in finibus Tyriorum, & Sidoniorum, ut ex c. 7. Matth. 31. intelligitur.

Gagnæus intelligit ipsosmet Tyrios, & Sidonios venisse, licet essent gentiles, quod magis mirum videri debet: græco enim loquendi modo per atticifinum eleganter ὁ περὶ τῶν, id est, qui circa Tyrum, dicuntur ipsosmet Tyrij. Nec addendum est, ut addit Erasmus, hominum, scilicet. hominum multitudo magna, quod de suo adiecit.

13. Et dixit] præcepit more Hebræo.

Sibi] Soli, cum aliquot discipulis, ne multitudine opprimeretur; vox προσηγορίῃ plus esse videtur, quàm deferuire, nempe proprium, ac indiuiduum esse, seu præsto semper esse. Itaque videtur significare, ut non tantum tunc, sed quoties trajcere vellet stagnum, propriam haberet nauiculam. quare πλοιάριον diminutiuum est, significans nauiculam: satis enim & magis apta ad trajciendum eræ parua scapha, cum solus fermè

17.

18.

19.

20.

vellet

vellet trajicere. Clarius Gagnæus vix ab hoc sensu discedens, sic scribit: videns affluentem vndecumque turbam, iussit præsto semper adesse nauiculam, seu ne nauicula abesset, quo se premente turba reciperet, id est, propter turbam ne eum premerent. προσκαρπῶν autem est incumbere, assiduamque, & multum in re aliqua esse, vt curatores operum inde non abscedentes.

14. Multos enim sanabat] Ideò hæc adiecit Marcus, vt redderet causam cur Christus ne premeretur timuerit, ideòque propriam voluisse habere nauiculam; quia nimirum cum multos sanaret, magni ad eum concursus fiebant: sanabat enim eos, qui vel tantum eius vestimenta tetigissent, vt colligi potest c. 6. 56. apud Marcum.

Plagas] μάστιγας, flagella. vocat hoc nomine omnem morbi genus, plerique enim morbi sunt Dei flagella Ioannis quinto, decimoquarto. Exodi decimo quinto, vigesimo sexto, Leuitici vigesimo sexto, decimo sexto, vigesimo primo. Deuteronomij 7. 15. & 28. 27. 60. 2. Reg. 24. 13. & 4. Reg. 5. 27. & 2. Paralip. 11. 18.

A. Omnes] qui erant multi & ægroti, vt supra habet Matthæus 11. 15. Itaque tantum vox illa, omnes, exprimit sanatos fuisse multos, non tamen negat, aliquos non esse sanatos, neque enim omnes, qui sequebantur sanati sunt, sed omnes qui erant ægroti, & curari voluerunt. Marc. etiam capite tertio versiculo decimo, cum dicit sanasse multos, non indicat aliquos ægrotos, qui se illi offerrent, aut non potuisse, aut noluisse sanare, sed tantum significat, eos, quos sanabat fuisse multos, & ita intelligitur id quod habet idem Marcus, capite primo trigesimo quarto.

15. Et præcepit eis] græcè ἐπιτίμησεν interminatus est: quoniam verò Marcus dicit, id dæmonibus præceptum, vt hic habes versiculo vigesimo secundo, Mald. putat hoc ijs, qui à dæmonibus vexabantur esse præceptum, nam dæmones erant in hominibus, sed vt Marcus de dæmonibus loquatur, non video cur non etiam alijs ægrotis id dictum sit, vt significat Matth. possunt etiam assignari aliæ rationes, cur alijs etiam hoc præceperit, ne videretur gloriam aucupari, & vt inimici minorem ansam contradicendi, & inuidiæ occasionem sumerent: quod facturos credibile est, si intellexissent ipsum inanem gloriam, & auram popularem captare. Cæterum cum volebat Christus opera illa in publicum proferri, id ob Patris tantum gloriam, & animarum salutem volebat.

16. Vt adimpleretur] Ideò affert hoc testimonium, quia & cedendo inuidiæ Phariseorum, & prohibendo vulgari sua miracula, præsertim verò curando omnes benignum se, & mitem ostendebat. Iansenius etiam inquit, vt & Emanuel Sà in hunc locum Matth. posse etiam adductum esse hoc à Matthæo testimonium, ad ostendendum Euangelium Iudæis repellentibus deferendum ad gentes, per turbas multas sequentes Dominum significatas, vt satis insinuat Marcus. Citat autem partim secundum Hebraicam veritatem, partim secundum 70. editionem: quædam etiam omisit, quædam mutauit, quibusdam ad sensus explanationem additis.

In initio magis consencit cum Hebraica veritate. nam 70. habent: ecce Iacob puer meus assumam eum. Israel electus meus, suscepit illum anima mea, ac si hæc non ad Mesiam, sed ad populam Israeliticam pertineant, sed apud Hebræos non habentur illa nomina Iacob, & Israel. Chaldæus paraphrastes, vt & omnes Iudæi, de Christo hunc locum intellexit, sic enim habet: ecce seruus meus Meschia. in vltima verò testimonij parte congruit magis cum 70. habent enim illi: in nomine eius gen-

tes sperabunt, Hebraicè verò legimus: & legem eius Insula expectabunt, quomodo etiam vertit Hieronymus, vel, & in lege eius Insula sperabunt.

17. Ecce] veluti indicans digito, sic spiritu Prophetico demonstrat Christum, vt Ioannes, cum præsentem signauit, ecce, inquit, Agnus Dei; & Pater hic est Filius meus dilectus.

Puer meus] 70. apud Isaiam vt dixi nomen Iacob præposuerunt, vel ne Christum Deus seruum vocare videretur, vt alios, vel quia alijs locis ita legebant vt Isa. c. 41. 8. 9. & 44. 1. 2.

Obseruat Mald. solitos 70. cum sententia aliquid videtur absurdi continere, addere aut detrachere, aut mutare aliquid vt absurditatem tollant.

Porro cum, puer, vox ambigua sit, & siue Filius, siue seruum significet, vt & græca dictio παῖς; E. affmo, & quibusdam alijs libuit puerum, hic accipi pro filio, quod nomen filij potius quæret in Christum Dominum, quam nomen serui. Verum apud Hebræos dictio hic posita, tantum seruum & ministrum significat, non Filium, quare Hieron. vertit, ecce seruus meus. Dicitur verò Christus Patri seruus, propter naturam assumptam, quomodo & Paulus loquitur ad Phil. 2. exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Vel etiam dicitur seruus propter obsequium illud, ad quod in assumpta humanitate nobis exhibendum, de cælo missus fuit à Patre.

Quem elegi] vt hominem. elegit enim eum ex omnibus, & præ omnibus, cum sit ipse inter electos supremum caput. Elegit etiam inter omnes homines, & Deum fecit, vt esset rex, & verbum eius predicaret. Hebraicè, loco huius, est; imitar in eo; Hieron. verò vertit, suscipiam eum.

Dilectus meus] electus est, quia dilectus.

In quo benè complacuit anima mea] mihi, metaphoricè sibi animam tribuit, vt significet sibi ex corde, totoque affectu optimè complacitum in filio. Videtur autem declarare velle, quorsum sit missus Filius Dei, vt scilicet reconciliaret nos Patri, quasi dicat qui summoperè animæ meæ placet, & propter quem mihi placet, quisquis hominum placet, & per quem reconciliatus sum mundo, id est, reconciliari, & placari decreui, in quem cum intueor, omnem iram depono, in quo placata est anima mea. Non ergò significat hoc tantum, quem vnice diligo, quo valde delector, vel in quo conquiesco.

Ponam spiritum meum] ex dilectione dona Spiritus Sancti eximia profecta sunt, quibus cohonestata fuit humanitas Christi. & ideò additum est: ponam spiritum meum super eum, id in conceptione factum cum Spiritu Sancto repletus, Isa. 11. 2. quare non de baptismo hic locus intelligitur, cum in Christu recens baptizatu Spiritus S. descendit. Nec cum ætate, & sapientia proficiebat Luc. 2. 52. Certè si de Ioanne scriptum est: & Spiritu S. replebitur adhuc ex vtero matris suæ Luc. 1. 15. quanto id magis in Christi conceptionem cõueniet. Quod habet hic, ponam, Matt. pro eo 70. & Hebræa habent, posui.

Et iudicium gentibus nuntiabit] id est, quod iustum est, vel secundò legem Evangelicam afferens, eam gentibus per suos prædicatores etiam nuntiabit, ac si dicat: non Iudæis solis, vt Moses, sed omnibus gentibus. Vel terriò gentes omnes iudicabit: et. n. Pater omne iudicium tradidit. Omnium v. rissima expositio est, quæ primo loco allata fuit: pro eo enim quod iustum est, sumitur hic iudicium. hoc autem faciet legem suam afferendo, & promulgando per Apostolos, licet etiam Iudæis ipse promulgarit. Hebraicè habetur, Iosi, id est, exire faciet, proferet, & videtur idem quod, nuntiabit, vt est apud Matth. hoc est, legislator erit, legem suam Evangelicam omnibus dabit.

21. Morbi Dei flagella sunt.

22.

23.

C

D

24. Pueri vox ambigua.

25.

26.

27.

28.
Christi man-
ifestatio in
Euangeli-
zando.

18. *Non contendet*] quod dixerat legislatorem futurum, & doctorem omnium, præstiturus erat Christus summa cum mansuetudine, tranquillè, placatè, suaviter, & non per vim aut tumultum, vel per forenses rumores, sicut Zachar. 9. vaticinio nunciatur est: *ecce rex tuus veniet tibi mansuetus & c. propterea subiecit: non contendet, neque clamabit & c. id est, non litigabit: significare enim Propheta voluit; Christum sine contentione, sine clamoribus, quibus forum perfrangere consuevit, quod iustum est prolaturum, & docturum. Duo ergo habet Matth. non contendet, & non clamabit, primo, significatur quod non litigabit cõtentiosè; altero, quod nec clamoribus vteretur. Subdit: *Neq; audiet aliquis in plateis vocem eius:*] scilicet, vocem tumultuosam, vel iactabundam.*

Hanc tamen partem sic ex Hebræo vertit Hieronymus *non clamabit: neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris.* quamvis Hebraicè non sit: *neque accipiet personam*, sed tantum verbum significans, vel accipiet, vt subintelligatur, *personam*; vel tollet, vt subintelligatur, *vocem suam*, quemadmodum in Commentarijs indicat etiam posse accipi Hieronym. & quomodo vt accipiatur locus iste postulat, vt notat Iansen. Et quod Hieronym. vertit *foris*, Hebraicè est dictio, quæ potius, vt hic habet Matth. significat *in platea.*

29. *Arundinem quassatam*] Chyso. & Theophylac. sic accipiunt huc locum, vt indicetur, Dominum noluisse hostes suos perdere, quos tamen tam facile ei perdere fuisset, quàm est arundinem quassatam confringere, & conterere, aut linum tantum fumigans extinguere; ita vt infirmitas phariseorum & hostium Christi præ ipsius potentia, instar sit arundinis etiam quassatæ, & lini quoque fumigantis. Sic autem habet Chyso. *Propheta vt Iudeorum, siue Phariseorum imbecillitatem ostenderet, arundinem, ait, contritam non franget. sic certè omnes frangere facile poterat, vt arundinem; nec vt arundinè simpliciter, sed vt arundinem iam contritam.*

Et *linum fumigans non extinguet*] hic accensam Iudæorum iram, ac furorẽ, præ oculis ponit & c. Certè omnis Iudæorum, omnis Tyrannorum furor fumanti lino similis fuit, quod iniecto pede facillimè extinguitur. De Iudæis quoque hunc locum exposuit Cyrillus Isaia 42. & Augu. 1. libr. 20. de Ciuit. c. 30. ait, *persequutores Christi perditam integritate, quassato calamo. & amisso lumine, lino fumiganti comparantur; quibus pepercit, quia non venit iudicare.* At Hieronym. vult significari his verbis, Christum infirmos, & imbecilles, in quibus adhuc est aliquid bonæ spei reliquum, ac scintilla aliqua fidei, vel cognitionis, ac charitatis Diuinæ non oppressurum contentione, clamore, & indignatione; sed contrà potius mansuetudine sua, ac lenitate forturum eos, vt firmiores fiant, & in Dei cognitione, atque amore magis, ac magis proficiant. Itaque Hieronymus, Matthæi 12. de peccatoribus locum hunc exponens, sic ait: *calamum quassatum, siue contractum, non conteret; cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus.* Et *linum fumigans, siue vt ceteri transtulerunt, obscurum, atque tenebrosum non extinguet, qui vicini erant extinctioni, Domini clementia seruabuntur.*

30.
Calamus cõ-
fractus In-
dæi, linum
fumigans
& ceteri sunt.

Cæterum in epistola 51. ad Algasiam, calamum confectum Iudæis, linum fumigans gentibus tribuit. Sic enim scribit: *calamus fractus, qui fuit ante à vocalis, & in laudes Dei concinebat, appellandus est Israel. Linum fumigans non extinguet, populum de gentibus congregatum qui extincto legis naturalis ardore sumi amarissimi, qui noxius est oculis, tenebrosusq; caliginis involuebatur erroribus, quem nõ solũ, nõ restinxit, & redegit in cinerem, sed è contrario de parua scintilla, & pænè moriente in maxima suscitauit*

A *incendia, ita vt totus orbis arderet igne Domini, quem venit mittere super terrã, & in omnibus ardere desiderat.* Hæc Hieron. Tertull. item I. aduer. Iudæ. c. 9. de Iudæis, & gentibus etiam exponit: *arundinem, inquit, contusam, id est, quassatam Israelis fidem non comminuit: linum ardens, id est, momentaneum ardorem gentium non extinxit; sed lucernam magis fecit ortu luminis sui & c.*

Linum fumigans] Apud Matt. græcè est $\pi\phi\omicron\mu\upsilon\upsilon$, id est, *fumigans*, vel vt habet Tertul. *ardens*, incensum, a verbo $\pi\phi\omicron\mu\alpha$, quod fumare significat, & ardere, atque incendi. Syri fumantis lini nomine lucernam intelligunt, propter lineum elychnium, sic enim legimus in Syriaco Euangelio, *seraga*, id est, lucernam propè extinguendam, nõ extinguet. vide hom. Euleb. Hemif. post hom. ad mona.

Barrad. plus, inquit, videtur dicere Propheta, quæ verba primo aspectu indicat. Sic ea intelligo: *arundinem fractam, non franget penitus, quin potius colligabit, & consolidabit: linum fumigans, id est, fumigantem lucernam non extinguet, sed inflammabit, bonè est neminem ledet, omnibus opem feret, agrotos corpore, tũ præsertim animo curabit: sunt enim hi inftar arundinum fracti, & inftar lini fumigantis pænè extincti.* sic Barrad. Vnde cum dixisset Matth. & curauit eos omnes, subiecit ad id confirmandum Isaia testimonium. Emmanuel Sà, *linum* interpretatur *elychniũ* q. d. inquit, *fouebit infirmos.* lege in hunc locum Euleb. etiam l. 9. de demonstratione c. 15.

Ex his maximè ad mores illud Hieron. facit, scire quod, *qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris, quassatum calamum confringit, qui scintillam fidei contemnit in paruulis, lignum extinguit fumigans.*

C Nec silentio inuoluendum est, quod vtiliter in regulis breuioribus habet Basil. interrogatione 291. *Quid est, inquit, calamus quassatus, ac fumigans linum? quomodo vte alterum quis non conterit, alterum non extinguit?* Respondet sanè per quassatum calamum illum intelligi arbitror, qui non ea qua oportet animi sinceritate, mandatum Dei exequitur, quem non conterere conuenit, neque abscindere, sed seruare potius; sicut doluit Dominus cum dixit; attendite ne elemosynam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. & Apostolus etiam præcepit dicens: *omnia facite sine murmurationibus, & disceptationibus. & in alio loco (Philip. secund.) nihil per contentionem, aut inanem gloriam; linum verò fumigans, quotiescunque quis mandatum quidem exequitur, sed non ardenti desiderio, aut pleno studio, sed segnius quodammodo, ac lentius: qui idèd non est deterrendus, sed excitandus potius admonitione assidua iudiciorum Dei, & promissorum ipsius.* Hæc ille piè satis, & eruditè.

D *Donec eiciat ad victoriam iudicium*] Omisit hic Euangelista, quæ sequuntur in Isaia. *in veritate educet iudicium, non erit tristis, neque turbulentus.* Licet Diuus Hieronymus existimet illam partem: *donec eiciat ad victoriam iudicium;* positam hic pro eo, quod est in Hebræo apud Isaia, *in veritate educet iudicium,* vt in veritate educere iudicium sit, efficere, vt iudicium verum appareat omnibus, quod est facere, vt iudicium vincat: propterea opinatur tam in Com. super Isaia, quàm in quæstion. ad Algas. Omnia hæc etiam: *non erit tristis, neque turbulentus donec ponat in terra iudicium* omissa vitio primi Scriptoris. Verum (vt aduertit Iansenius) hæc pars, *donec eiciat ad victoriam iudicium,* propter aduerbium, *donec,* videtur potius respondere illi parti apud Isaia. *donec ponat in terra iudicium.* Idèd videntur illa omnia: *in veritate educet iudicium, nõ erit tristis, neque turbulentus,* ab Euangelista omissa, tanquam non necessaria, sicut & illud: *donec ponat in terra iudicium;* mutauit,

pro-

prout magis suo proposito conueniebat, non recedens a sensu Ifai. Quid est enim al. ud facere, vt iudicium in terra vincat, & vbiq; obtineat, quam ponere in terra iudicium, licet efficacitatem, & vim maiorem habeant verba Euangelistæ.

32. Ceterum vt totum vaticinium Ifai. intelligatur, etiam & hæc, quæ omiffa sunt exponemus. lxx. igitur sic legunt: *in veritate rediet iudicium, splendebit, & non conteretur*, quæ posteriora verba, splendebit, & non conteretur, de Christi resurrectione exponunt Hierony. Cyrill. & alij, qui eam lectionem ibi interpretantur, & idem Hierony. tom. 3. epist. 151. ad Algasiam q. 2. & Aug. lib. 20. de Ciuit. cap. vlt. & lib. de vnit. Eccl. c. 7. eodem modo explicat: Christus enim licet, occisus fuerit, non tamen fuit contritus, & quasi in nihilum redactus, sed potius illico per resurrectionem splenduit, & orbem suo lumine exhilarauit. In Hebræo loco splendebit, habetur, si ad literam veritas, non jumigabit. quo videtur significari, ita fore Christum hominem per mortem extinguendum, vt tamen fumigaturus non esset, sed illico per resurrectionem accendendus, & sui splendoris radijs mundum illustraturus.

33. At si nostram lectionem sequamur, qua legimus in Ifai. *non erit tristis, neq; turbulentus*, sensus erit; non, quod tristitia nullam sentire haberet, (neque enim id ad iustitiam pertinet) sed quod tristitia non sit dominatura ei, nec pacem, tranquillitatemque animæ eius immutatura, quod Prou. 12. dicitur de iusto: *iustus quidquid ei acciderit, non contristabit eum*. In veritate verò educere iudicium est verè iudicare, sed iam reuertamur ad Matth.

34. *Donec eiciat ad victoriam iudicium*] Hæc verba à Chrysof. & Theophy. sic exponunt: tamdiu tolerabit mansuetè, & patienter Iudæos hostes suos, donec produxerit iustum suum iudicium ad victoriam, hoc est, donec manifestum fuerit iuste se abieciisse Iudæos, vt omnes intelligant, eos meritò esse repulso. Tamdiu, inquam, tolerabit eos, quia postea de ijs sumet vltionem, conterendo arundinem, & extinguendo linum, sicut fecit in Iudæis per Romanos sub Vespasiano & Tito.

35. Verum Hierony. iuxta illam suam expositionem, quam etiam habet Hilar. de peccatoribus sic intelligit: tamdiu Dominum infirmos, & imbecilles hoc tempore, quod poenitentiam tribuitur, futurum, excitando illos ad maius robur, ac lumen, donec sublata mortis potestate, redeat ad iudicandum orbem, quando eius iudicium deducetur ad victoriam, quod isterea temporis videtur iam suppressum esse: id quod videtur esse idem cum eo, quod ait David Psal. 93. secundum aliquorum probabilem expositionem; *Non repellet Dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet, quoadusque iustitia conuertatur in iudicium*: q. d. non deseret suos Dominus, quousq; iudicium suum iustum exequatur, id est, malos puniat, & iudicet, hoc enim est conuerti iudicium in iustitiam, vel aliter conuerti iustitiam in iudicium, est conuerti, seu reduci iustitiam in opus, quousque scilicet sit & videatur iustitia in iudicio, quo vsque iudicium fiet iustum, q. d. non deseret suos donec sit iudicium iustum, quod erit iudicante Christo. Aliqui tamen exponunt, quamdiu iustitia vigeat, & reducetur in opus, hoc enim volunt esse conuerti in iudicium, id est, quousque erunt recti, & iusta, ac recta operantes. obiter.

Placet mihi in hunc locum interpretatio Ianf. sic enim scribit: verum si & locus Ifai. diligenter spectetur, & scopus item Euangelistæ; videtur rectius aduerbium, *donec* hic non esse accipiendum, vt significet certum temporis spatium post quod futurum sit, quod vsq; ad illud tempus dicebatur non factum esse: sed quomodo frequenter accipitur in

A scripturis, vt tantum significet rei alicuius eventum, & consequutionem, vt sit sensus: infirmos, & imbecilles, &c. sua mansuetudine fonebit, & tolerabit, ita vt hac ratione tandem futurum sit, vt iudicium eius, quod gentibus annunciare venerat, ad victoriam perducatur, veritate scilicet vbiq; obtinente, & in toto orbe recepta. Eodem modo Emmanuel exponit: *donec eiciat, quasi dicat: atque ita fiet, vt veritas in orbe obtineat*: & addit: *vel donec faciat, vt iudicium vincat*.

20. *Et in nomine eius gentes sperabunt*] Ex Chryf. illud, & significare videtur non solum puniet Iudæos (de quibus Chryf. exposuit locum hunc, vt dictum est n. 34.) sed & orbem terrarum ad se trahet. Aug. 20. de Ciuit. c. 30. hoc iam, inquit, videmus impletum.

Dicitur autem *in nomine eius* secundum Interli. quia non est aliud nomen in celo, in quo oporteat saluari. Hebraicè pro *in nomine* &c. quod habent Lxx. & Matt. legitur apud Ifai. *& legem eius insula expectabunt*, sed eadem est sententia, hoc est, desideranter suscipient. Qui enim legem eius suscipit, & in ea sperat saluari, procul dubio etiam sperat salutem consequi per nomen eius & contra.

Loco verò vocis *insula*, gentes sunt interpretati Lxx. & Matt. vocauit enim Ifai. Insulas remotissimas quasque gentes, solent enim esse à continente remotæ, vt meritò dixerit Poeta: *toto diuisos orbe Britannos*; adde quod insularum gentium erant, non Iudæorum. rectè autem hæc verba subiiciuntur illis, *donec eiciat ad victoriam iudicium*: tunc enim gentes in nomine eius sperabunt.

Non prætermittam quæ in hunc locum habet Remigius: *hoc, inquit, testimonio (Isaiæ) multa confirmantur. illud enim, ecce puer, ad illud refertur, hic est filius meus; ponam spiritum, ad id, quod descendit spiritus s. super baptizatum, iudicium gentibus &c. ad illud, cum sederit Filius hominis &c. non contendet &c. ad illud, quod pauca respondit potestati, Pilato, & Herodi; arundinem &c. ad id, quod persequutores declinauit, ne fierent deteriores; & in nomine &c. ad id, euntes docete omnes &c.* sic Remig. quamuis id quod dicit, *ponam spiritum*, &c. referri ad spiritum super baptizatum, Malo ad spiritum in momento ipso conceptionis Christi intelligere.

21. *Spiritus immundi*] Non placet, quod Beda scribit, hæc verba etiam ad eos, qui plagas habebant referri debere: magis verè intelligemus dicta esse de ijs, qui à Dæmonibus vexabantur, alioqui & illud, quod sequitur *clamabant dicentes*, ad eisdem referri posset.

Illud rectè adnotant Beda, & Theophy. non religione vlla, vel charitate procidisse Dæmonia ante Christum: neque enim verè adorare voluisse, sed timore, quasi supplicium suum, & oris confessione, & corporis submissione deprecatura, adorare videbantur.

22. *Tu es Filius Dei*] Vide Marc. c. 1. 24. 25. & aduerte lector, quod quem ibi *Sanctum Dei*, hic *Filium Dei* nominant. Idem ergo sunt: quod ex ijs, quæ de voce, *Sanctus*, notat Iansen in 4. c. concolor, intelligi potest, sic. n. scribit: *pro latina voce, Sanctus, vox hebræa ei respondens, cados, significat propriè id, quod ob suam puritatem à rebus profanis, & immunditiâ aliquam habentibus, separatū est: quoniã aut soli Deo perfectè conuenit puritas, & ab omni vitio, & labe mūditiæ, idcirco solus ipse dicitur propriè, cados. Cumq; integritate potissimū, & virtuti reuerentia, & honos debeat, vox, cados, simul etiam includit significationem reuerentia, & honoris, indicās, Deum, cui ea vox tribuitur, omni reuerentia, & honore, ac veneratione esse dignissimū.*

Huic voci Hebræa, Græca vox *καὶ*, congruè, aptèq; respondet, qua voce significari putat Beda (extra terram, vel sine terra) vt ea vox composita sit ex

particuli

particula priuatiua, & ex nomine ἱ, quod significat latinè terram. sed quia priuatiua illa particula, cum ponitur in compositione, non aspiratur, in voce autem ἱ, aspirationem habet; idcirco probabilius est, quod graeci arbitrantur, vocem ἱ, deriuari à verbo ἵ, quod latinè est, colo, & veneror, vt sit ἱ, pro ἵ. & significet eum, qui ob integritatem, & perfectionem virtutum, sit ab omnibus honorandus, atque venerandus. Iam verò & Hebraea, & Graeca voci respondet aptè Latina vox, Sanctus, quae à verbo, sanctire, deriuata est; sancire autem propriè loquendò, est confirmare aliquid sanguine hostia, quemadmodum in faciendis, firmandisq; pactis fieri solebat. Quoniam verò, quae ita erant confirmata, violari nefas, & piaculum erat, sanctum vocari ceptum est, quod inuolatum, & incorruptum. & integrum est; quae significatio benè congruit cum significatione vocis Hebraeae supra exposita. Sic doctè Iansen, rectè ergò diximus idem significasse Dæmones per vocem Sanctus Dei, quod hic per Filium Dei, vt. n. sanctus Pater, ita sanctus Filius, atque aded vtrique ea vox competit, vt & Spiritui S.


40.

Et vehementer comminabatur id est, adiunctis minis præcipiebat: sic c. 1. 25. Marc.

CAPVT IV.

CHRISTVS IN MONTE NOVAM LEGEM INSIN VAT, PRAECEPTA, CONSILIA, & nouæ Legis perfectiones veteribus præfert.

A. 5. 1.

1.  Idem autem IESVS turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.
2. Et aperiens os suum docebat eos, dicens:
3. Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum caelorum.
4. Beati mites; quoniam ipsi possidebunt terram.
5. Beati qui lugent; quoniam ipsi consolabuntur.
6. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam; quoniam ipsi saturabuntur.
7. Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.
8. Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt.
9. Beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur.
10. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã; quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint,

- A & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me.
12. Gaudete, & exultate; quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.
13. Vos estis Sal terra. Quod si Sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.
14. Vos estis lux mundi: Non potest Civitas abscondi supra montem posita.
15. Neque accendant lucernã, & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.
16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona; & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.
17. Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Prophetas; non veni soluere, sed adimplere.
18. Amen quippe dico vobis, donec transeat calum, & terra, tota unum, aut vnus apex non prateribit à lege, donec omnia fiant.
19. Qui ergò soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.
- C 20. Dico enim vobis: quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum.
21. Audistis, quia dictum est antiquis: non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.
22. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo; reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis.
- D 23. Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te.
24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum.
25. Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.
27. Audistis, quia dictum est antiquis: non mœchaberis.
28. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.
29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum horum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.
30. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.
31. Dictum est autem; quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudiij.
32. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam ducit adulterat.
33. Iterum audistis, quia dictum est antiquis: non peiurabis. reddes autem Domino iuramenta tua.
34. Ego autem dico vobis: non iurate omnino, Neq; per cælum; quia thronus est.
35. Neq; per terram; quia scabellum est pedum eius. Neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis.
36. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.
37. Sit autē sermo vester, est, est; non, non; quod autem his abundantius est, à malo est.
38. Audistis, quia dictum est: oculus pro oculo, & dente pro dente.
39. Ego autem dico vobis: non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prabe illi & alteram.
40. Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.
41. Et quicumq; te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.
42. Qui petit à te, da ei, & volenti muruare à te, ne auertaris.
43. Audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.
44. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros; benefacite his, qui odierunt vos, & orate pro persequentibus,

A

bus, & calumniantibus vos.

45. Ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos.
46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?
47. Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt?
48. Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.

SCHOLIA.

DE sermone Domini in monte habet Aug. libros duos, tom. 4. Chryso. hom. 6. ex var. in Matth. præceptorum Euangelicorum dignitatem eleganter describit Cyprianus initio ferm. 6. de oratione Dominica. summam item quandam huius sermonis habet D. Thom. 1. 2. qu. 108. art. 3.

1. Videns] Chryso. omnis, inquit, artifex oportunitatem operis videns, gaudet, ut faber arborem bonam, Sacerdos Ecclesiam plenam; ita Dominus videns turbam excitatur ad docendum: lege hic Aug. ferm. 14. ex post. Bernar. ferm. 1. in festo omnium Sanctorum, & ferm. ex paruis 27. Chroma. de beatitudine.

Ascendit] Remigius, discedere solebat à turba Dominus in nauim, vel montem, vel in desertum.

In montem] Hierony. c. 5. Matth. erat, inquit, hic mons in Galilæa, vel Tabor, vel alius excelsus; nō potuit autem esse mons Oliuetus: nam erat Christus in Galilæa, quare paulò post sermonem dicitur, introisse Capharnaum. D. Bonauent. Ludolphus de vita Christi, Gagnæus hic, & alij Thaborinum montem putant fuisse. Est igitur celebris mons iste transfiguratione, oratione, Christi prædicatione; terminus fortis Zabulon versus austrum, non longè à Nazareth.

Cæterum Borchard. alium montem fuisse opinatur 1. p. c. 4. s. 6. in cuius basi iuxta mare Galilææ ferè 30. passibus fons oritur, quem incolæ credunt venam Nili, Iosephus fontem Capharnaum vocat. Ascensum verò huius montis dicit esse iuxta mare Galilææ, & esse ante extensum iactu duorum arcuum; latus autem iactu lapidis, & amplius. affirmatque adhuc permanere lapidem illum, super quem fedit Saluator prædicans. idem sentit Adricho. in tribu Nephthalim nu. 69. ubi montem hunc montem Christi nominat, eò quòd in illo Christus orare & prædicare solitus esset. ab vrbe Capharnaum tribus miliaribus distare ait, nec procul, à mari Galilææ. hoc mihi verosimilius videtur.

Docet autem in monte, ut declaret beatitudines neminè attingere posse, nisi qui à rebus humanis abstractus ad sublimia fuerit eleuatus. Chryso. in hom. docet, inquit, à tumultibus discedere. Iterum idem ait, impletur Prophetia Isai. super montem ascende tu, & docet verò in altitudine virtutum consistendum iustitia doctore, & auditori, vel ad discendum mysteria veritatis, in Ecclesia monte, de quo, mons Dei, mons pinguis. Hilar. in paterna maiestatu celsitudine positus, cælestia vita præcepta constituit. Aug. in sermone Dom. ostendit maiora per filium, quàm per Prophetas à Deo præcepta dari. Gloss nouum testamentum in monte scribit in cordibus filiorum, incipiens à beatitudine; qui in monte Synai vetus in lapidibus dedit seruis; incipiens à terrò; Hæc ex Emman. in c. 5. Matth.

1.

2.

Quis fuerit iste mons.

C

3. Cur Christus doceret in monte.

Et cum

4. Cur sederit.

Et cum [sederit] Interl. dignitas magisterij notatur. Notat Aug. 1. de confen. Euang. c. 19. 9. Lucas ait, sermonem habitum in loco campestri stante Domino: hæc itaq; diuersitas facit: videri alium fuisse illum sermonem, alium istum. Quod quidē dictum August. verissimum arbitror; quamquam etiam idem August. aliter videatur sentire sub finem illius capitis.

Sunt qui dicant, morem fuisse sedendo docendi. Matt. 26. 55. Luc. 4. 20. Ioan. 8. 2. Mihi non fit verosimile, Christum semper sedendo docuisse: nam cum in medio campo concionatus est, non, vt opinor, sedebat, ait Maldon. Illud omnino allegoricum, quod habet Interl. sessionem incarnationem esse, in qua docet; Hinc glo. vnde & mundus eū non cognouit ante incarnationem. Hinc Hiero. non poterant, inquit, eum intelligere in sua maiestate surgentem.

Accesserunt] Interl. scil. vocati, Aug. de ser. Domini in monte, vt corpore viciniore essent audiendis præceptis, qui implendi animis appropinquabant. Accesserunt, inquit Gl. vt à monte suscipiant pacem populo.

5. Os aperire quid.

2. Et aperiens os suum] os aperire est aliquando liberè, & clara voce loqui, Ezech. 29. 21. tibi dabo apertū os in medio eorum. Eccles. 15. 5. in medio Ecclesie aperiet os eius, hoc est, loquetur in conspectu etiā regum & non confundetur. Psal. 118. 46. Interdū per Hebraïstium idem est, quod exorsum esse loqui. Hebræis. n. aperire os, est loqui incipere. Itaq; sensus esse potest; post longum, diurnumq; silentiū, quo hætenus sublimem illam de Euangelica perfectione doctrinam suppresserat, tandē aliquando in admiranda, coelestiaq; suæ legis dogmata prorupisse. Aug. 1. 1. de ser. Dom. in monte, Greg. 1. 3. in Iob. c. 1. insinuari opinantur hoc dicendi modo, quod qui prius aperuit ora prophetarum, nunc os suum aperiat. i. per se loqui inceperit; ad Heb. 1. r. Idem Aug. probat significari per hanc oris apertionem longum futurum sermonem.

Hilario & Stabo placuit indicare orationem de rebus grauisimis futurā, atq; ad eō diuinis, quasi dicatur, omnis scientiæ, ac sapiētiae abyssum aperuit, sic Psal. 77. 2. aperiam in parabolis os meum. i. loquar insignes qualdā, memorabilesq; sentētias, de reconditis mysterijs, & id eō subdit. loquar propositiones ab initio. i. qualdam antiquas, & quas Logici vocant maximas propositiones. de rebus Diuinis, Græci hic legerunt problemata. Hieron. anigmata antiqua iuxta fontem Hebraicum. Genebr. tamen dicit, ab initio. i. de rebus ab initio gentis nostræ factis: haberi enim Hebraicè, de initio, sic Act. 8. 35. aperiens aut Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, &c. eodem modo potest & hic accipi: est namq; ille aperiendi oris gestus, vt notat Pineda in c. 3. Iob. v. 1. n. 4. & habitus, magistri, doctorisque sapientissimi; in cuius os, & verba singula conticentes omnes intenti sunt, obseruantque tum tacentem, tum os aperiētem.

Sunt, qui indicari velint hac dicendi formula orationem consulto, & præmeditato factam, ac si dicas Italicè cepit de proposito loqui, tanquam is qui benè intelligebat, & præmeditatus fuerat, quæ diceret. tum quo iungendum est, etiam significari hac phrasi veritatem, atq; æquitatem. Quorum, quæ dicuntur; nam qui præmeditatus loquitur, studet, vt nō leuiter, sed ratione, & ex æquitate loquutus videatur, sic Prou. 8. 9. Sapientia dicit: aperientur labia mea, vt recta prædicent. & iterum c. 31. 9. aperi os tuum, decerne quod iustum est. Hæc omnia possunt in hunc locum conuenire, sed quod superius 2. loco dictum est de hebraïsmo, maxime placet.

Docebat eos] Non ergo ascendit in montem, vt esset solus, vel turbas fugeret, sed vt doceret po-

cius. Hoc verbo infirmatur hæresis Calvinianorum, ac cæterorum; negantē Christum legislatorem esse, qui vt in omnia vitia præcipites ruant, sintque omnino filij Belial, se omni lege solutos esse egregie mentiuntur. Audi Caluiniū super illis verbis Pauli ad Galat. 4. misit Deus Filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: & miserabilem, inquit, infirmitatem, & perniciosum errorem prædicantium Christū tanquam nouum legislatorem, &c. quæ citat Perer. & rejicit in c. 7. epist. ad Rōm. dispūt. 6. satis erit Tridentinos Patres huc adferre Sess. 6. ca. 31. decret. de iustificatione: si quis dixerit Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt redemptorem, cui fidant, non etiam vt legislatorem; cui obediant: anathema sit; qui Canon consonat scripturis, ac vaticinijs de Christo. I. Sai. c. 2. erit in nouissimis diebus preparatus, &c. docebit nos vias suas, &c. Jerem. 31. Dominus legislifer noster, & Jerem. 31. Dabo legem meam, &c. & Ezech. 36. dabo vobis cor nouum, &c. & faciam vt in præceptis meis ambuletis, &c. Et certè si alia decissent testimonia, satis esset hic locus, quem præ manibus habemus, vbi se legem nouam tradere apertissimè declarat, vt cum dicit: aperiens os suum docebat eos, nempe legem nouam, nam subdit, ego autem dico vobis, &c. nec id semel scribitur.

Porro cum in epist. præsertim ad Gal. ostendat Apostol. quandam Christianorum libertatem, aduertere oportet rejicere ibi Apost. obseruationes legis Moisaicæ quantum ad præcepta cærimonialia, quæ Pseudoprophetæ simul cum Euangelio ad salutem necessaria prædicabant: & quantum ad moralia, non quod non sint seruanda Christianis, sed quod sola eorum obseruatio sine fide & gratia Christi facta non iustificet. Vult etiam excludere Apostolus legem Moysis, quia cum fuerit prædagogus ducens ad Christum eo præsertim cessauit. Denique docet Apostolus nos per Christum liberatos esse à maledictio legis, atque ipsum redemisse qui eramus sub lege. neque enim homines sine fide Christi implere poterant legem, & id eō incurrebant in maledictiones, & supplicia ijs decreta, qui transgrederentur legem; Ab hoc ergo miserabili statu liberauit nos Christus & cum 2. ad Corinth. c. 3. dicitur: vbi spiritus Domini, sibi libertas, intelligitur de libertate hominis à seruitute peccati, diaboli, carnis, & mundi, & à seruituti timore quo legi & Deo seruitur metu supplicij.

Illam porro sententiam primæ ad Timoth. 1. 9. iusto non est lex posita; intelligitur à D. Thom. quod non est imposita tanquam onus, sed tanquam iugum quoddam leue ac suauē, cum libenti animo faciat; quæ lex iubet, & repressam habeat vim concupiscentiæ. Vel dic cum communi expositione; duplicem esse vim legis, alteram docendi, ac dirigendi hominem, alteram, quæ terrore, & comminatione suppliciorum deterret homines, ne mala perpetrent, & perpetrantes punit. Prior ergo virtus legis ad iustos pertinet, posterior nō eos attingit; Præsertim cum ad eō propensi sint ad benè agendum, & tam felici ingenio, vt agenda per se nouerint, & spontè agant.

Beati pauperes spiritu] Voluntatis affectu, esto non effectū. vel certè voluntariè; quod placet etiam Bellarmin. Alij humiles intelligunt, & videtur esse maior pars auctorum. sed prior expositio præferenda, præsertim, si de vera paupertate intelligatur. nam & vox Hebræa, Saichim, & Græcā πτωχός; proprie mendicōs significant: & spiritus quoque affectum, seu voluntatem significat. Gloss. videtur vtrāque expositionem amplecti, paupertas; cuius nutritrix humilitas, duas habet partes, rerum abdicacionem; & spiritus contritiōnem, sic Glossa.

6. Calvinista refutatur, negantes Christum legislatorem.

7. Christiani libertati.

8.

9. Qui pauperes Beati.

Obseruat

10.
Pauper in
Scripturis
triplex.

Observat Iansen. vocem hanc, *pauper*, in Scripturis, tribus modis vsurpari, interdū enim apponitur diuiti, & eos significat, qui rerū necessariarū penuria laborant. Interdū dicuntur pauperes quous modo afflictī, & ope aliena destituti, vt sēpissimē in Psal. Interdū pauperem vocamus eū, qui de se submissē sentit, nec est inflatus, vt Isai. c. vlt. *ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos, & sic sumit Augu. nam, inquit, magnum spiritum superbi habere dicuntur; rectē, nam spiritus ventus, illi verō inflati. sed præstat, vt dixi primo modo sumere, si voluntarij pauperes sint. Cæterum aduertendum non omniē voluntariam paupertatem significari hic, sed eam quæ propter regnum cælorum, aut spontē suscipitur, aut spontē toleratur. Hinc Basil q. 205. benè explicat, qui sint pauperes spiritu, qui nō ob aliam causā pauperes facti sunt, nisi propter doctrinam Domini, qui dixit: *vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*. Si verō quis etiā quomodocunque accedentem paupertatem, susceptam gubernet ad voluntatē Dei, velut Lazarus, nec hic à Beatitudine alienus est. Hieronym. item intelligit *spiritu*. i. propter Spiritum S. voluntariē pauperes. ait enim; qui propter Spiritum S. voluntate sunt pauperes; quibus non significat spiritum hic accipi pro Spiritu S. sed pro voluntate spiritali, quam inspiravit Spiritus S.*

11. Et illud à Bernardo sapienter observatum est: *Diligenter, inquit, attende, quod nō simpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes necessitate mirabili, non laudabili voluntate; sed de his loquitur, qui possunt dicere cum Propheta: voluntariē sacrificabō tui. Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud Deum. Nam & Philosophi omnia sua reliquisse leguntur, vt studio vanitatis possent vacare liberius, & nolebant censu abundare terreno, vt abundarent magis in sensu suo. Hos discernes, quod dictū est, spiritu. i. spiritali voluntate, spiritali, scilicet intentione, desiderio spiritali, propter solum beneplacitum Dei, & salutem animarū, sic Bernard. Itaque ex Basil. & Bernard. & Hieron. Spiritus hic accipitur pro spiritu nostro (vt vult Bernard.) hoc est, mente nostrā à Spiritu S. inspirata (vt comprehendamus Hierony. sensum) & spiritalia intendente (quod Basil. dixit propter doctrinam Domini.)*

12.
Triplices pau-
peres spiri-
tu.

Ex his triplices pauperes spiritu hic distinguere possumus. Primum quidē eos, qui propter Christum contempserunt omnia, vt Apostoli, & nūc Religiosi, & alij, de quib. præcipue loquutus est Dominus. Deindē qui incidentem paupertatē propter Deum patienti, & voluntario animo suscipiunt, diuitijs eam præferētes spe regni cælorum. Deniq; qui parato sunt animo abiiciendi facultates, vbi pietatis ratio exigeret. vnde Eccles. 31. dicitur: *Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris*. Potest & Aug. expositio ad hunc locū aliquo modo pertinere. Nam abiectio omnium facultatum propter Christū connexa est cum voluntaria, spiritaliq; paupertate. Et necessariō prouenit ex animi humilitate. vt enim diuitiæ ferē appetuntur propter mundi honorem, & gloriā, ita qui oēs abiicit facultates, despiciatū habere videtur omnem mundi gloriā, hominumque splendorem. quare non mirū si D. Hieron. voluntariæ paupertati humilitatē animi adiunxerit: ait n. *Beati pauperes spiritu, & c. hoc est, quod alibi legimus; & humiles spiritu saluabit*. Ne quis autē putaret paupertatem, quæ nonnunquā necessitate portatur, à Domino prædicari, adiūxit *spiritu*, vt humilitatē intelligeres, nō penuriā. *Beati pauperes spiritu*, qui propter Spiritum S. voluntate sunt pauperes. Hæc ille.

A Non igitur mirum, si ab hac beatitudine sumpsit exordium Christus, vt aduertunt August. Chryso. Theophyl. nam primū modestiam, & humilitatem animi, seu fundamentum iecit; nam quoniam propter superbiā Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus. Quamquā & dici potest, quod quemadmodum radix omniū malorum est cupiditas, sicut initium omnis peccati est superbia, ita Euangelicæ perfectionis origo est rerum mundanarum despicientia, sicut virtutum omnium fundamentum & basis est humilitas.

Quoniam ipsorum est regnum cælorum] Interl. pauperibus cōuenienter in presenti promittuntur diuitiæ cœlestes. Rectē autē, cœlestes, dictum est. nam ipsa paupertas per se non facit hominē beatum, licet mediū sit, quo ad æternam, cœlestemq; beatitudinem peruenitur. subnōctit Dominus quāobrem beatos dixerit pauperes spiritu: inquit enim, *quoniam ipsorum est regnum cælorum*.

B Verū observandum cum Iansen. c. 39. quamuis omnium beatitudinū vna sit merces felicitatis æternæ, variē tamē hæc significatur, in diuersis beatitudinibus pro ratione singularum. Pauperibus ergō spiritu promittitur regnum cælorum, quia benè id quadrat in eos, qui regna & imperia pro Christo cōtempserunt, eligentes hic vilem, & abiectam vitam, vt regnarent postea in cælis cū Deo. sic Iansen. Dicit tamen etiam potest has virtutes beatum facere hominem hic in spe, non in re, vt dispositiones ad æternam beatitudinem, non vt beatitudinem æternam: sed de his in Theorijs.

Porro dictum est in presenti, *quoniam ipsorum est regnū cælorum*, quoniam iam illud securi possident in spe. vide de hæc paupertate Bernar. ser. 4. de Aduentu Domini. item Driedo.

4. *Beati mites*] August. de serm. Dom. *Mites sunt, inquit, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt, sed vincunt in bono malum*; Gloss. *mitis est, qui omnia aquanimiter sustinet, nec nocere cogitat*: mites ergō hic mansueti, & humiles etiā intelliguntur. neque. n. quisquā mitis esse potest sine humilitate, adeo inter sese connectuntur hæc duæ virtutes similesq; sunt, immō & paupertas rectē illis coheret: nam qui omnia despiciat, faciliē & se despiciet. Hinc Dominus humilitatē, & mansuetudinē coniunxit; *discite à me quia mitis sum & humilis corde*. rectē ergō post paupertatem mansuetudo secundo locatur loco, quamquam apud Græcos post paupertatem sequitur luctus, vt prima beatitudine excludatur appetitus honorum, & diuitiarum, secunda voluptatum, quibus rebus cōtinentur omnia, quæ mundi sunt.

C Sed paulò fusiùs quid nam significet mansuetudo, explicemus. Facit hoc Iansen. dum sic ferè scribit: *Pertinet ad mitem, non quidem omnino nunquā irasus; id enim insipientium est: sed ita ira, ac zelo dominari, vt nihil cōtra Deū indignetur, vel obmurmuret, seu ob iniquorū prosperitatem, seu ob aduersitates, ab illo immissas: neq; contentiosè cum improbis agat, nec iniurias ab ipsis illatas vlcisci cupiat: verū ita se gerat, & quidem erga Deum, vt benigno animo, Dei iudicia sustineat; erga homines verò, vt vel silentio, vel placido responsō, vel malorum illatorum patienti tolerantia improbitatem hominum suppetrare contendat, grata quadam morum suauitate, quod est non solum non vinci à malo, sed vincere in bono malum*.

D Porro hæc duo mansuetudinis officia scriptura complectitur, erga Deum Pl. 36. nam cū dixisset dehortās ab æmulatione & zelo impiorū: *sustinetes autē Dominum ipsi hereditabunt terram*; iubiecit postea q. qui nā sint sustinentes Dominū declarans; mansueti autē hereditabūt terrā. Munus verò alterū mansuetudinis erga proximū docuit Paul. 2. ad

13.

Paupertas
res adia-
pboras.

14.

15.
Mites quis.

16.

Timot. 2.

Timot. 2. *seruum aut Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientē eos, qui resistunt veritati.* Præclara sanè virtus mansuetudinis est, quæ hominem sui Dominum efficit, Deo subditum, improbetiam vtilem, & commodum. Denique cæteris hominibus admirandum, gratum, & amabilem, de cuius laudibus lege eundem Iansen. in hæc verba: *Beati mites, cap. 39:*

Posidebunt terram] Desumptum id est ex Psal. 36. *mansueti autem hereditabunt terram, & delestantur in multitudine pacis:* inter mansuetos enim, & mites nihil differt, cum vna sit apud Græcos, & Hebræos dictio, quam Latinus interpretatur nunc mansuetum, nunc vero mitem interpretatur; est enim Gr. *πραδς*, Hebr. verò *anam*. verum, loco, *posidebunt*, Gr. est *κληρονομήσει* hereditabunt. plus est autem hereditate accipere terram, quam possidere, cum multi possideant non hereditario iure.

17.
De terra
mitibus pro-
mittatur.

Interl. *terram* intelligit *viuentium*: dicitur enim terra ob soliditatem, & stabilitatem, & ut ait Ambros. Lucæ 6. *terram, à qua euelli non possunt.*

Gagnæus in Matt. c. 5. *indubiè*, inquit, *non de hac solum terra intelligendum est, cuius, bonorumque, eius possessio aut parum, aut nihil facit ad veram, solidamque, beatitudinem, sed præcipuè de terra viuentium;* (Chryso. & hanc etiam terram intelligit, nam quoniam vulgus censet eum, qui mitis est, omnia sua perdere, etiam & hoc promittit Dominus: nam frequenter hi stabilius, & quietius sua possident, & homini mansuetus totus mundus patria est) *potest etiam corpus post resurrectionem glorificandum intelligi* (quod & D. Ambros. placuit, *post resurrectionem enim*, inquit, *terram tuam iniques possidere absolutus à morte; nam hic dicitur homini, terra es, & in terra ibis.*) *Sed & consortiū etiam intelligi potest, corporis Christi iam glorificati, vnde Hilarius. posidebunt terram, id est, corpus Christi glorificatum, quia erunt conformes in corpore suo illi claritati.* Non videtur Hilarius ab Ambrosio discrepare, per corpus enim *Dominicum* videtur intelligere corpus nostrum configuratum corpori claritatis Christi. Propriè, ac præcipuè hic per *terram*, cælum intelligitur, quod est *terra viuentium*, quod Hieronymo placuit iuxta Psal. 26. *credo videre bona Domini in terra viuentium.*

18.

Sed quam obrem, inquires, cælum *terra* vocatur? Resp. Nyssen. Christum cœlestem patriam, terram appellasse, ad hominum captum sese accommodando: ait enim, *quod si appellatione terra, superna partes denominantur, nihil mireris; Ad humilitatem enim nostri auditus sermo quasi condescendendo se accommodat. Per verba, & nomina nota nobis, diuina mysteria tradit: huius vocibus vtens, quas continet humana vita consuetudo; quod verò D. Bernardus intelligat corpus, acceptandum id est, tanquam moribus vtile, & allegoricum: possidet enim anima hominis mansueti corpus, ei moribus compressis dominans, & omnibus eius per mansuetudinem imperans appetitionibus.*

19.

Meritò mitibus, terræ solida possessio datur: nam, ut inquit D. Thom. 1. 2. q. 69. a. 4. *querunt homines feroces, & inimicos per lites & bella securitatem sibi acquirere inimicos suos destruendo: vnde Dominus repromisit mitibus securam, & quietam possessionem terra viuentium, per quam significatur soliditas aeternorum bonorum;* Nec ferè differt ab hoc, quod habet Bara. hic lib. 7. c. 2. *arbitrantur*, inquit, *homines terram à viuis bellatoribus, iracundis, potentibus, nullamque iniuriam ferentibus possidere. at hi à terra possessione tandem excludentur, mites verò post resurrectionē toti orbi terrarū dominabuntur, cū cælum nouū erit, & terra noua, Apoc. 21.*

Rectè autem obseruat Iansen. quoniam mites hic frequenter pelluntur suis possessionibus, promittitur eis voluntaria possessio totius terræ. cum enim sint futuri heredes Dei, coheredes aut Christi, simul cum ipso hereditario quodam, & proprio iure possidebunt vniuersam hanc terram, cum dominabuntur iusti omnibus impijs, & facta erit terra noua, subiicieturque Christo orbis terræ vniuersus.

5. *Beati qui lugent*] D. Gregor. Nyssen. orat. 3. de beatitudinibus; cum duo, inquit, sint *saecula duplexque vita, atque item letitia duplex, alia quidem in hac saeculo, alia verò in eo, quod per spem nobis propositum est, beatificum fuerit existimandum, si quis portionem letitia per vera bona in sempiternum saeculum recondat, tristitia verò munus in hac breui ac temporaria vita expleat, nō in damno, ac detrimento ponens: si aliqua rerum earum priuetur, qua in hac vita suaues, ac iucunda sunt, sed si dum illis fruatur, ac potitur, meliorum, ac potiorum bonorum iacturam faciat.* Hæc ille.

B

Interl. *Beati*, inquit, *qui lugent, scilicet pro sua peccatis & aliorum, & desiderio cœlorum.* Ambros. in Luc. 6. cum sis, ait, *pauper, & misis, memento quia peccatores, & lugeto peccata tua;* Chryso. *beati*, inquit, *qui lugent peccata sua, sed beatiore, qui aliena.* Hierony. sic fleuit, inquit, *Samuel Saulem, & Paulus eos, qui post immunditiam penitentiam non egerunt, 1. Corinth. 2.*

20.

Qui lugentes
beati.

D. August. de serm. Dom. lib. 1. c. 4. *lugentes appellari putat illos, qui ob amissionem rerum, quas pro Christo reliquerunt tristitia adhuc afficiuntur: sic enim scribit; Luctus est de amissione carorum, conuersi autem ad Deum, ea, qua in hoc mundo cara amplectebantur, amittunt. non enim gaudent de his rebus, quibus ante gaudebant; & donec fiat in illis amor aeternorum nonnulla tristitia sauciantur.* Rectè, ex quibus licet intelligentiam huius beatitudinis desumere, nempè qui nam dicantur lugentes hic. Sunt enim, quibus perpetua est meroris causa, nec habent vnde se in mundo consolentur, qui fluxam mundi voluptates contemnant, & præsentis vitæ gaudia fugiunt, delicijs, risu, iocisque abstinent, propria, aliorumque peccata deplorant, præsentis vitæ exilium, & miseriam desent, & ad diuina, & æterna bonæ aspirantes dulces præ desiderio lacrymas effundunt.

21.

Illud, quod quibusdam placuit, nullo mihi modo probatur; putant enim, beatos, qui lugent propter Deum oppressi, atque vexati, de quibus Dominus Ian. 16. *plorabit, & flebit vos, mundus autem gaudebit.* verum cum de his Dominus paulò inferius loquatur: *beati qui persecutionem patientur, &c:* non est verosimile de his nunc sermone esse.

Consolabuntur] Interl. Spiritu paraclæto, & æterna letitia. Chryso. consolabuntur, indulgentiâ consequuti. August. lib. 1. de serm. Domin. c. 4. *consolabuntur*, inquit, *à Spiritu S. qui maxime propterea paraclætus nominatur, id est, consolator, ut temporalia amittentes, æterna letitia perfruantur.* Iansen. in presenti etiam vita non aberit cœlestis ille consolator, Spiritus sanctus qui temporarium luctum inestimabili mentis gaudio pensat, ut possint dicere cum Paulo: *quasi tristes, semper autem gaudentes.* Et cum Davide: *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tua letificauerunt animam meam.* Et pau. 8. post: *De consolatione porra sempiterna, qua manet sanctos in cælis, lege Isai. ultimo, letamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, gaudete cum ea, vniuersi qui lugetis super eam, ut fugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, ut mulgeatis, & delicijs affluatis, &c.*

22.

D

Haec tunc

Hactenus igitur tres beatitudines habuimus recto ordine inter se connexas, prima contemnit diuitias, sequens honores, tertia voluptates: quæ tria magno sunt ad æternam, coelestemque beatitudinem tendentibus impedimento, quæ prius tollenda sunt, ne iactis in corde hominis radicibus, comparandis postea virtutibus obstent. De lacryma vide tom. I. Biblio. Patrum, col. 38. B.

6. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*] contemptis diuitijs, posthabitis honoribus, voluptatibus nuntio remisso restat, vt iustitiæ ardenti studio inflammati quæramus, recto igitur ordine iam de iustitiæ desiderio agitur.

23.

Hanc beatitudinem ita exponit D. Nyssen. orat. 4. de Beatitudinibus: *quoniam, inquit, vnus quidem genere appetitus est cibi, & potioni: diuersa vera ad vtrumq; horum affectio est; vt summum nobis boni desiderium prescriberet, beatos iudicat eos, qui duobus his affectibus (id est, vehementi desiderio, quod instar famis & sitis sit) ad iustitiam mouentur. Et infra: omnino, inquit, virtus, iustitia nomine hic significatur, quam esurientes, & sitiennes beatos iudicat Dominus, satietatem eorum, qua expetuntur (vt scilicet in summo bono omnia continentur) promittens. D. August. l. 1. de ser. Dom. c. 5. amatores, inquit, veri, & inconcussi boni, illo cibo saturabuntur, de quo ipse Dominus dicit: meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, quod est iustitia; & illa aqua, de qua quisquis biberit, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam. Itaque hunc locum passim Patres exponunt de ardenti desiderio consequendæ iustitiæ. i. virtutis, ac sanctitatis. neque enim simpliciter qui esuriunt & sitiunt, dicitur, sed additur, iustitiam.*

Ruperti porro expositio mihi non omnino displicet, vt *esurire, & sitire iustitiam* dicantur, quibus iustitia non administratur, quales sunt pauperes, viduæ, & pupilli, quorum iudicium à Deo, tam sæpè commendatur, Psa. 9. 18 Psa. 81. 3. Isai. 1. 23. Hierem. 5. 28. Ad quam expositionem addunt quidam de his intelligendum esse, Lucam cap. 6: qui propterea esuriunt, & sitiunt fame panis, & siti aquæ, quod ius illis suum non tribuatur, vel quod iniuste damnati sunt, aut quod ius suum recuperare non possunt, quia pauperes, aut quia iusti sunt, idque tolerant libenter propter regnum cælorum, primo Corinthior. 4. 11. secundo Corinth. 11. 27. Hebræorum. 11. ver. 37. 38. sed de Luca suo loco. His autem rectè saturitas tribuitur, qua vita æterna, & regnum cælorum significatur accommodatè ad hominum opinionem, qui cibum & potum magnam felicitatem putant. Gloss. *saturabuntur adepti, quod desiderant.* certè maiora sunt præmia Dei, vt ait Chryso. quam Sanctorum desideria, vt proinde merito dictum sit: *satiabor cum apparuerit gloria tua.*

Cæterum prima Patrum expositio verior est, ac germanior: nam hoc eodem ipso sermone *iustitia*, nec semel vniuersè sumitur, vt *attendite ne iustitiæ vestram faciatis*, & cæt. & *nisi abundauerit iustitia vestra*; satius est ergo, vt eodem modo hic *iustitia* sumatur, cum nihil appareat, quantum aliter debeamus accipere. Id verò quod additur expositioni Ruperti de fame panis, & siti aquæ, minime cõsentit cum expositione Patrum, qua per famem, & sitim non corporalis panis, & aquæ penuriam, verum spiritale desiderium, & ardens virtutis intelligitur. Mitto, quod secundum hanc intelligentiam oportuit dixisse: *Beati, qui esuriunt, & sitiunt propter iustitiam*, ac dictum est, *qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.*

25.

Illud non dissimulandum, quod harum duarum posteriorum beatitudinum promissiones, simul cū oppositis saturorum, & ridentium comminationibus pulchrè sic continet Isai. 65. *ecce serui mei co-*

24.
Regnum esurire & sitire iustitiam dicuntur.

A

medent, & vos esurietis. ecce serui mei bibent, & vos sitiētis. ecce serui mei lactabuntur, & vos confundemini. ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.

26.

7. *Beati misericordes*] Glossa habet: *miser cordia iustitia lumen; iustitia misericordia virtus; misericordia sine iustitia, remissio & tepiditas; iustitia sine misericordia seueritas, & austeritas; initium, misereri sui; finis, pro alio mori, vt CHRISTVS pro peccatoribus.* rectè ergo misericordia iustitiæ necitur, vt & Psalm. 24. 83. 88. Porro sat rectè connecti hæc duo, misericordiam, & iustitiam, illud in primis ostendit, quod pro eodem soleat scriptura misericordiam vel elemosynam, & iustitiam, vel sanctitatem ferè accipere. quare Iob. cap. trigésimo, ex operibus misericordie suam vitæ innocentiam, & sanctitatem comprobat, vt versic. vigesimo quinto, & sanctus item pro misericorde, & benefico dicitur Psalm. 4. 4. Miche. 7. 2. iustitia pro elemosyna, Psalm. 111. 6. 9. Prouerbior. 10. 2. Matth. 6. 1. 2. secundo Corinthior. 9. & quod nos habemus misericordia, vel elemosyna, in Hebræo, aut in Græco est iustitia, Genes. 32. 10. Psalm. 23. 5. Daniel. 4. 25. Psalm. 102. 6. 18. elegans est in Hebræo transmutatio literarum cum similitudine, & sono *Hheset*, misericors, *Tsedebh*, iustus; & *Hheset*, pro sancto, & misericordi simul in sacro sermone, immò & apud Latinos; nam apud Ciceron. lib. 1. offic. leges: iustitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur, & huic coniuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet, sic collidunt illa duo loca, Prouerbior. 21. 3. *facere misericordiam*, (Septuaginta *facere iusta*, Hebræice, *iustitiam*) & *iudicium magis placet Domino, quam victima.* Et illud Miche. 6. 7. 8. *nunquid placari potest Dominus in millibus arietum? indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te; vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & Hose. 6. misericordiam volui, & non sacrificium.* sic obseruat Pined. cap. trigésimo in Iob. ver. 25. nu. 7. vbi n. 8. hæc subdit: *illa videtur esse ratio, quod iustitia, & sanctitas pro elemosyna, aut pro misericordia accipitur, quod videatur elemosyna, & misericordia esse quasi primus iustitiæ fructus, 2. Corin. 9. 10. & quò solum iustitia pinguius fuerit, eò vberiores fruges elemosyna proferet.*

B

Cæterum variè hic locus accipi potest, nam vel de elemosynis potest hæc misericordia intelligi, quia hæc verè beatos homines facit: Matth. vigesimo quinto, ver. 34. 35. Luc. decimosexto; ver. 9. Psalm. 40. 11. Psalm. 101. 5. Prouerb. 14. 21. & 19. 17. Iob. 4. 7. Matth. 7. 2. Iacob. 2. 13. Vel accipi potest locus hic de omni misericordie genere, vnde Hieronym. misericordia, inquit, hic non solum in elemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. sic Chryso. Theophyl. & cæt. Gregor. Nyssen. libr. 5. de Beatitudinibus, ait, *in multis locis Scriptura diuina, nomine misericordie nominatur numen diuinum, & cæt. si ergo misericordie appellatio Deum decet, ad quid aliud hic te sermo hortatur, nisi vt Deus fiat; tanquam formatus, & insignitus propria nota Deitatis?* Et D. August. l. 1. de ser. Dom. c. 6. *Beatos, ait, dicit eos, qui subueniunt miseris, quod eiu ita rependitur vt de miseria liberentur.*

C

Quoniam ipsi misericordiam consequuntur] præmium adijcit misericordie humanæ, misericordiam Diuinam: *beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur*, id est, à Deo. non aliter Deus misericordiam remunerat, quam misericordia. verum pro parua magnam rependit. Rectè

Qui miseri corde s beati.

27.

Illud non dissimulandum, quod harum duarum posteriorum beatitudinum promissiones, simul cū oppositis saturorum, & ridentium comminationibus pulchrè sic continet Isai. 65. *ecce serui mei co-*

Mendicorū
ingrātudo
non debet
nos à bene-
faciēdo re-
trahere &
cur.

ergò Iob. cap. 31. 20. ait, *si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est*: est enim latera benedicere Iobo, ipsos mendicos benedicere illi, ac bene precari, quod sua ipsorum latera, & nuditatem protexerit, confouerit, & concalefecerit. Ad hæc, est eleemosynam etiam nemine loquente loqui, & egregiam viri beneficentiam prædicare, ita vt inane sit hypocritarum studium teste Christo Matth. 6. 2. cum facientes eleemosynam, tuba canunt ante se, cum ipsa satis per sese eleemosyna vocalis sit. Neque verò vlla medicorum ingrātudo, vel obliuio debet nos detrahere à benefaciendo, cum ipsa eleemosyna, licet inanimata Deo tamen loquatur, preceturque nobis à bonorum omnium largitore nõ modò parem, sed multo etiam copiosorem gratiã, quod verbum *benedicendi* apud Iobum significat, & hoc est, quod Ecclesiast. 29. 15. legimus: *conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hac pro te exorabit* (licet tacente paupere ab omni malo) & Prou. 19. 7. *seruetur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei*. immò verò quo obliuiosior, & impotentior mendicus fuerit, eo certior & copiosior erit gratiæ, & eleemosynæ retributio. Iam enim tunc videtur totum onus retribuendi in Deum pauperis vadem refundi, Luc. 14. 13. *cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, &c. ne forte te, & ipsi reuinuent, & fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuium voca pauperes debiles, & claudos, & cecos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in retributione iustorum*. Denique & illud nota, adeò vocalem esse eleemosynam, vel misericordiam, vt aliorum etiam ora aperiat ad benedicendum nobis.

28.
Quinam
mundi cor-
de.

8. *Beati mundo corde*] Gr. est *καθαροὶ τῷ καρδίᾳ*, id est, mundi corde, vel vt Aug. legit, *mundicordes*, vna voce. Porrò bifariam intelligi possunt mundicordes, vel casti, id est, procul ab omni labe vne rea, quomodo videtur Theophyl. accepisse, quod maximè reddit mentem diuinæ cognitionis, ac visionis capacem: vt contra, nihil æquè mentis acie hebetat ac venus, vel generatim, qui cor nullis inquinatū vitijs, nullis infectū malis cogitationibus nullis prauis desiderijs frædatum possident; Denique simplex, minimeq; fucatum, ac duplex: sic Basil. q. 280. nam explicans quifnam sit mundus corde, Resp. *qui nã reprehendit seipsum in reprobatione, aut defectu, aut negligentia mandati Dei*. idem sentit Ambros. nec longè abest Aug. l. 1. de serm. Dom. in mont. c. 7. *ergo, inquiens, stulti sunt, qui oculis istis exterioribus Deum videre querunt, cum corde videatur: sicut Sapien. 1. scriptum est: in simplicitate cordis querite illum: hoc enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quemadmodum lumen hoc videri non potest, nisi oculis mundis, ita nec Deus videtur, nisi mundum sit illud, quo videri potest*. Nec fortè aliud Gregor. Nyssen. orat. 6. voluit; cum dixit: *Deus spectaculo propositus est ijs, qui cor expurgatum habuerint*. D. etiam Hierony. eos mundo corde vocat, qui nulla peccati labe cor habent inquinatum. i. quos nõ arguit, vt ipse loquitur, conscientia vlla peccati. sic auctor imperfecti, sic D. Bern. vtraque Gloss. Denique passim ferè omnes; licet D. Chryso. vtramque sententiam sequi videatur, & communem, & eam, quam dixi de castis: arbitratur enim appellari mundos corde, vel vniuersalem virtutem tenentes, & nullius sibi mali conscios; aut continentia conspicuos. nihil enim nobis est ita opus ad videndum Deum, vt istius puritate virtutis.

29.

Propter quod Paulus ait, ad Hebr. 12. *pacem sectamini, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*. Nimirum Chrysoist. vt & Theophyl. Theodoret. & Oecumen. putant sanctimoniam Græcè *ἀγιασμός*, id est, sanctificationem, significare ca-

sticitatem. Et rectè ita exponi potest: sic enim inter-
dum Paulus hanc vocem vsurpar; vt i. Thessalon.
4. *hæc enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes, quæ ignorant Deum*. Et Rom. 6. *sicut n. exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati & iniquitatē, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem*. vbi Riber. ad Hebr. 12. n. 27. inquit, *iniquitatem appellasse videtur Apostolus, ad alterium, immunditiam verò alias libidines, quæ sine proximi iniuria sunt*. & i. Timoth. 2. *saluabitur autem per filiorum generationem si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione; cum sobrietate*. Potest tamen & sanctimonia ad Hebræos 12. accipi pro omni virtute, hominis mentem sanctificantem, quæ animi puritas dici potest.

B Nobis ea placet sententia, quæ communior est, vt eos mundos corde vocet hic Christus quos nullius peccati conscientia redarguit; nam si castos voluisset significare Dominus, proprio eos nomine vocasset. Videtur verò allusio quædam hic latere ad locum Psal. 23. *quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde*; vbi mundum cor, omne mentis vitium excludit; quare subdit: *hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob*. Hanc puritatem tribuit scriptura Iobo cap. 1. *& erat vir ille simplex*: est enim ibi simplicitas innocentia animi impermixta peccato, & incontaminata flagitio, in qua etiã puritate integritatem, & perfectionem Lyricus constituit, dum sic canit: *integer vita, scelerisq; purus*, apud Græcos, *catharos*, est purus, mundus, impermixtus, incontaminatus scelere aliquo; quod apud Ciceronem purum dicitur, integrum, candidum, omni admistione liberum, sic enim ait Dialog. de senect. animus omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse coepit, sic Nyssen. lib. de anima, & resurrectione definit naturam simplicem; *simplicem*, inquit, *& vnus modi, vaco eam, quæ in solo bono animaduertitur, & nullius mali communione permixta est*. quare Iacobus capit. quarto, 8. dum animo duplices ad simplicitatem hortatur, hanc puritatem præcepit: *emundate manus peccatores, & purificate corda vestra duplices animo*. Paul. item i. Corinth. 5. 8. vult nos esse, *azimos in sinceritate, & veritate*, id est, impermixtos fermento malitiæ, & nequitiz, quibus vitijs sinceritatem, & veritatem opponit. ergò sinceritas, quæ eadem est simplicitas, veritatem affert, rursus veritas malitiæ, & nequitiz permissionem excludit.

D Ex his facile est, de ordine iudicare; Theophyl. ideò subiunctam docet hanc beatitudinem. i. castitatem post misericordiam, quod sint operibus misericordiz dediti, qui tamen scortentur, ob id monere nunc Christum, vt cum alijs virtutibus etiam mundi sint non corpore modò, verum corde etiam.

Dicere item possumus idcirco post misericordiam succedere recto ordine cordis puritatem, id est, mentis integritatem, omne genus vitijs excludentem; quia hæc effectus est lucis, & misericordiz, purum enim hæc virtutes scelerum animum efficere solent.

Quoniam ipsi Deum videbunt] Benè quadrat præmium. *quis enim*, inquit Dauid, *ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde*. quemadmodum enim speculum mundum & purum facile recipit figuras, ita anima pura & munda Dei suscipit visionem: vt verò qui mundos habent oculos, melius, ac perspicacius colores vident, & imagines rerum, ita qui

puriores

30.

31.

puriores sunt corde, melius Deum videbunt. Nylsen. declarat. ora. 6. de beatitudinibus, præmij magnitudinem: *Promissio quidem certè tanta est, ut superet extremum terminum beatitudinis; quid enim aliquis post eiusmodi bonum, aliud desideraverit, cum omnia habeat in eo, quem viderit? nam videre in vsu scriptura idem etiam significat, quod habere: quem admodum illud in Psal. 127. ut videas bona Hierusalem, idem quod inuenias, significante verbo, & tollatur impius, ne videat gloriam Domini, per non videre, non participem esse, Propbeta significante. ergo qui vidit Deum, quidquid in bonis numeratur, per hoc, quod vidit adeptus est; vitam sine fine, æternam incorruptibilitatem, immortalem beatitudinem, regnum sine fine, lætitiarum continentem, verum lumen, spiritalem, & dulcem vocem, gloriam inaccessam, perpetuam exultationem, omne denique bonum.*

Postremò aduertendum est, cor accipi hic, ut frequenter in Scripturis metaphoricè pro mente, ut enim cor principium, & fons est omnium vitæ operationum, ita mens principium & fons est omnium cogitationum, & affectuum. Interdum tamen cor metaphoricè sumitur tantum pro parte mentis intellectiua, ut cum cordi adduntur renes: *scrutans corda, & renes Deus*: nam per renes appetendi vis designatur. Caterùm hic cum mundi corde nominantur, pro tota mente sumitur cor.

Antequam ad sequentem beatitudinem gradum faciam, non præmittam pulcrum Origenis sententiam, ad mundandū cor accommodatam; hom. namque 13. in Gen. explicans puteos Isaac quos terra repleuerant Philistinum dicit: *si locum Dei requiris, cor mundum est locus eius, &c. Vides ergo quia fortè etiam in vniuersusq; anima, est puteus aqua viua, Dei imago latens, & celestis sensus, &c. hunc puteum Philistinæ Dæmones, repleuerunt terra, quali terra: carnalibus sensibus, & terrenis cogitationibus, &c. & ob id portauimus imaginem terreni. Nunc ergo fodiamus puteos nostros, & abijciamus ab eis terrā, ab omnibus sordibus purgemus eos, & inueniemus in eis aquam viuam, intra te enim est, & non extrinsecus venit, sicut & regnum Dei intra te est: & in domo sua mulier inuenit drachmam postquā accendit lucernam, & mandauit domum sordibus: & tu ergo si accendas lucernam, si adhibeas tibi illuminationem Spiritus Sancti, & in lumine eius videas lumen, inuenies intra te drachmam. intra te namque collocata est imago Regis celestis. Sed tali arte ut obcurari per incuriam possit, deleri per malitiam non possit. sed sordibus repleta est, obcurata est imago, hac in te videri non poterat, donec domus tua sordida erat immunditijs & ruderibus repleta. iste fons scientiæ intra te erat situs, sed non poterat fluere, quia Philistinæ repleuerant eum terra, & fecerant in te imaginem terreni. induxisti super hanc imaginem, aliam terreni, cum te libido suscitaret. induxisti vnum colorem terrenum: si vero & auaritia studeas, miscuisti & alium; si superbiæ, alium; si ira corripieris, alium, &c. & sic per singulas quasque malitias, veluti diuersis coloribus congregatis in te, terreni hanc depingis imaginem; orandus ut veniat ille, qui dicit per Prophetam Esai. 44. Ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginem peccata tua, & cum deleuerit omnes istos in te colores, qui ex fucis malitiarum sumpti sunt, tunc resplendet in te imago illa, quæ à Deo creata est.*

9. *Beati pacifici*] Gr. οἱ ἡσυχασταί, quod nomen propriè significat pacis conciliatores ab ἡσυχία, & ποταμῶ. hi verò à seipsis incipiunt: nam nisi ipsi pacifici sunt, quomodo alios in pacem, concordiamque reuocare poterunt? Hinc Hieronym. Matth. quinto: *Beati pacifici, qui primum in corde suo, deinde & inter fratres dissidentes pacem faciunt. Quid*

A enim prodest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella visorum? itaque hic pacifici dici possunt, qui paci student. Quamuis verò August. illos dicat pacificos, qui pacatos habent animi affectus, hi tamen vix à mitibus separantur. Quare hic præsertim pacifici accipiendi sunt, qui cum alijs pacem seruant, qui Gr. ἡσυχασταί, ut Psal. 36. *quoniam sunt reliquia homini pacifico.* & Psalm. 39. *cum his qui oderunt pacem eram pacificus*, quibus locis habetur ἡσυχασταί, præter hos autem eos etiam complecti debemus, qui alijs, vel Deo, vel proximis conciliandis student, & hos diximus esse eos, qui paci student, vel pacis conciliatores sunt, iuxta Græcos οἱ ἡσυχασταί.

Quod verò pacificos intelligere debeamus etiam eos, qui ad Deum fauorosos homines adducunt, ut illi concilientur, cum prius alieni essent; rectè declarat D. Basil. quæst. 215. quærit enim quisnam sit pacificus ille, qui à Domino beatus prædicatur? & respondet: *qui Domino cooperatur, iuxta Apostolum, qui dixit: pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo, 2. Corint. 5. & rursum: iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum, nam pax, quæ aliter se habet, negata est à Domino, ubi ait; pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Gregor. item Nyssen. orat. 7. de beatitudinibus: *pacificus, inquit, est qui pacem alteri dat, at nemo præbere potest alteri, id quod ipse non habeat. vult igitur te priorem esse plenum pacis bonorum, deinde vero præbere eam indigentibus.* Gagnæ. breuiter, qui nam sint hic pacifici explicat: *non solum, inquit, qui pacem habent cum hominibus, sed & qui seditiosos pacificant, & ad veram pacem reducunt, sed etiam qui per doctrinam peccatores ad Deum pacis conuertunt, pacifici dicuntur & propterea filij Dei appellantur.*

C Ex his autem, inquit Iansen. iam intelligere licet, quare post superiores beatitudines septimo loco sequatur hæc, nimirum postquam quis mundus corde factus est, reliquum est, ut & alios Deo reconciliare studeat, ac dissidentes componere, quemadmodum iam (per præcedentes beatitudines) suarum virium partes composuit.

Quoniam filij Dei vocabuntur] quasi dicat, quia Dei similitudinem in se habebunt, eruntque illi similes August. lib. 1. de serm. Dom. c. 8. *in pace, inquit, perfectio est, ubi nihil repugnat: & ideo filij Dei pacifici, quoniam nihil in his resistit Deo, & utique filij similitudinem patri habere debent. pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & subijcientes rationi, id est, menti, & spiritui, carnalesq; concupiscentias habentes edomitas, sunt regnum Dei: in quo ita sunt ordinata omnia, ut quod est in homine præcipuum, & excellens, hoc imperet ceteris non reluctans, quæ sunt nobis, bestijsq; communia. vide item nu. 39.*

Duplex porò Hebraismus latet in his verbis; nam & filij vox apud Hebræos conformationem; similitudinemque significat; ut & in hoc ipso capite apud Matth. v. 5. *ut sitis filij patris vestri*, id est, similes, verbum etiam, vocabuntur, ponitur apud Hebræos non raro pro, erunt; Genes. 2. 12. *in Isaac vocabitur tibi semen.* Quamquam hic, vocari, significare videtur, ita esse aliquid, ut appareat, & omnium ore celebretur: & ita pacifici non solum filij Dei erunt, sed ita erunt, ut mundus ipse, qui eos ante stultos reputabat, filios Dei confiteri, ac venerari cogatur, præsertim verò ad extremum iudicij diem Sapient. cap. 5. 3. 2. 5. *Hi sunt; & cæc. nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est.*

32.
Cor pro mente.

33.
Origenis in signis semetipsum de munditia cor alio.

34.
Quædam pacifici.

35.

36.

37.

38.

39.

Porro pacifici similes Deo dicuntur, & quia Deus non est dissonantis Deus, sed pacis; & quia Dei filium Christum imitantur, cuius est officium homines Deo reconciliare; quique pacem de celo ad terras deduxit, & quia pacifici ob edomitas concupiscentias summa fruuntur quiete, & tranquillitate; unde fit ut in eis nihil Deo resistat, sed quod excellens est deteriori dominetur: pacifici enim esse nequeunt qui mansuetudinem non sunt assequuti, & reliquorum affectuum compressionem; quomodo recte August. dixit pacificos esse, qui pacatos habent animi affectus, quamuis reuera hi inter se distinguantur.

40. Septem beatitudines, proprie octava signum altarium.

10. *Beati qui persecutionem patiuntur*] Beatitudines proprie septem sunt, conficientes veluti gradus septem, per quos ad perfectionis culmen peruenitur, & ad beatitudinem ascenditur. Octava porro, quae dicitur beatitudo est loco signi ad explorandum, num quis reuera per hos gradus ad perfectionem ascenderit nec ne; hoc enim signum est attingisse quempiam summum perfectionis gradum, si libenter persecutiones toleret iniuste illatas; sicut enim aurum in fornace, sic iustus tribulationibus probatur, unde Augustinus, *octava ad caput redit, quia perfectum ostendit, & probat.*

D. Thomas Augustinum sequutus 1. 2. quæst. 69. art. 3. ad 5. sic scribit: *Dicendum, quod octava beatitudo est quadam confirmatio, & manifestatio omnium precedentium, ex hoc enim quod aliquis est confirmatus, in paupertate spiritus, & mititate, & alijs sequentibus, provenit. quod ab his bonis propter nullam persecutionem recedit, unde octava beatitudo quodammodo ad septem precedentes pertinet.* Sunt enim persecutiones veluti lapis quidam Lydius, ad quem Fides, Patientia, ac reliquæ virtutes probantur, quod disertè significasse videtur, Ioan. cap. decimo tertio Apocal. ver. 10. *hic est Patientia, & Fides iustorum.* i. ad huiusmodi lapidem probatur, Fides & Patientia iustorum, quod præcipue verum erit, alienissimis illis, sub Antichristi tyrannide, temporibus.

41.

Rectè igitur Chrysostr. in ea, quæ citat Paulus in epistol. ad Hebræ. 12. ex Prouerb. 3. *quem enim diligit Dominus castigat: ait; non potest dicere, quia est iustus aliquis, qui expers tribulationis, & existat. et sic nobis videatur; sed nos ignoramus alienas tribulationes. proinde necesse est, omnem iustum per pressuras, tribulationesque transire, &cæt. nimirum, ut perfectus euadat. merito item dicitur à Salomone Prouer. 3. *Fili mi noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris, dum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit, ut enim notat R. vera ad Hebr. 2. num. 15. cum filius omnis, & si bonus sit, quadam habeat corrigenda, veri patris est corrigere, & ut illa deleantur, & ut rebus huiusmodi non assuescat; Chrysostr. non dixit, omnis qui flagellatur filius est, sed omnis filius flagellatur.* Sunt quidem plurimi, qui flagellantur, maligni, sicut homicidæ, latrones, sepulcrorum deprædatores; sed illi pro sua iniquitate supplicia patiuntur, nos autem sicut filij, &cæt. quod rectè conuenit in hunc locum Matthæi, ubi non dictum est: *beati, qui persecutionem patiuntur.* sed consolium additum est:*

42.

Propter iustitiam] id est, quia iusti sunt, & iustitiam sequuntur, ut quia Christiani sunt Deniq; propter rectè & iuste factum, sic August. de hæreticorum persecutionibus loquens l. 1. de ser. Dom. in mont. c. 9. *multi inquit, hæretici, nomine Christiano animas decipientes. multa talia patiuntur. sed idè excluduntur ab ista mercede; quia non dictum est tantum, beati qui persecutionem patiuntur; sed*

A

*additum est, propter iustitiam; ubi autè sana fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide uiuit, & de schismaticorum quoq; persecutione subdit: Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter ubi charitas non est, non potest esse iustitia, dilectio enim proximi malum non operatur, quam si haberent non dilaniarent corpus Christi; quod est Ecclesia. rectè, nam diaboli filios infidelitas facit, ut ostendit Augustin. 3. contra epistol. duas Pelagianorum cap. tertio, similiter & qui charitate carent, seque ab Ecclesiæ unitate separant filij sunt tenebrarum: ergo beatos dixerimus eos, quos Deus per persecutionibus, & tribulationibus purgat, quia filiorum loco Deo sunt: hoc enim est, *flagellat autem filium, quem recipit, id est, ut interpretatur Theophylactus, quem approbat, quem præ cæteris assumit, & familiarem amicum sibi conciliat.* And amicus ergo Apostolum eodem loco monentem nos, ut in disciplina perseueremus, quia si extra disciplinam fuerimus, adulteri, & non filij erimus, id est, adulterini, non filij simpliciter: in Græco est, *utroque*, neque aliter Deus hominem ad perfectionem adducit, perfectumque, sibi que charissimum declarat.*

B

Imò verò & reges facit Deus, quos per patientiâ & tolerantia perficit. Hinc Apoc. 5. 10. viginti quatuor illi Seniores ad regni gloriam, & coronam euecti per laborum perfectionem procedentes dicunt agno; *fecisti nos Deo nostro regnum, (reges ex Græco) & Sacerdotes, & regnabimus super terram;* quod sic explicant Scholia græcica; per tolerantiam afflictionum, regni victoriæ corona insignitos, ut non mirum sit si hic legamus tolerantibus, & patientibus persecutiones regnum cælorum promitti.

C

Non est in præteritis habendum id quod eleganter expendit Gregor. Nyssen. libro de beatitudine. ubi tractat hanc beatitudinem; ponderans enim nomen persecutionis, quæ currentium est, & alios cursu superare contendentium, sic scribit: *martyrum nobis stadium ostendit, & fidei cursum designat, nam persecutio currentis vehemens studium celeritatis significat; immò verò etiam in currendo victoriam indicat; non enim aliter currendo quis vincere potest, nisi post se reliquerit eum qui simul currit. quoniam igitur is, qui ad premium superna vocationis currit, & is qui propter premium ab inimico exagitur, pariter a tergo habet, ille quidem de premio simul certantem, hic verò persequentem. (hi autem sunt, qui martyrii cursum, in certaminibus pro pietate susceptis, conficiunt, quos inimici quidem persequuntur, sed non assequuntur) videtur caput, & summam in spem proposita beatitudinis, veluti coronam quandam in postremis proposuisse verbis; Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hæc ille.*

D

Itaque contemplatur Nyssen. iustum, & tribulationem simul currere, sed cum ille tribulationi non cedit, quasi victorem antecedere, & tribulationem à tergo currere, & idcirco appellari persecutionem, non consequutionem, quia persequitur, & non assequitur. Itaque vult illud indicari, sanctos per patientiam velocissime currere ad brauium gloriæ, & in laboribus maxime elucere Sanctorum in currendo vigorem, & fortitudinem.

Quoniam ipsorum est regnum cælorum] patientibus enim tanquam pugnantibus rectè regnum cælorum promittitur. pro quo pugnant, & idè cum Deus augere, & amplificare vult præmia iustorum, & offert, & affert mille patiendi opportunitates, quia patientiæ in primis, & tole-

43

44. Patientibus premium promittitur, & quod.

rantia præmia promitti solent in scripturis, secund. Timoth. 2. 12. Luc. 24. 26. Hebr. 6. 12. & 10. 36. & 12. 1. ac si merita non tam aliarum virtutum actionibus, quam solius patientiæ constent. parnamque analogia, sicut glorificationis suæ, & nostræ redemptionis meritorum, non tam in prædicatione, ac operibus misericordiz, quam in passione sua Dei filius constituere potissimum voluit; *operatus enim Christum pati, & ita intrare in gloriam suam*: sic sanè nostræ salutis, & efficacitatis suæ passionis, non tam in aliarum virtutum imitatione, quam in passionis, patientisque tolerantiz ratione collocavit. hinc Paulus: *si tolerabimus, & conregnabimus*; regnum ergo cælorum violenti rapiunt, & qui pugnant obtinent, tanquam coronam victoriæ & patientiæ præmium.

45. Ex his in promptu est rationem videre, quare hic post beatitudines, potissimum verò post pacem, laborum, & patientiæ, ac tolerantiz mentio fiat; nimirum ut intelligamus Christi pacem coniunctam esse debere cum spiritali bello, ac tolerantia passionum: & hoc est illud Pauli Coloss. 3. 15. *pax Christi exultet in cordibus vestris*. Gr. *ἡσυχία*, q. d. palmam, præmium, coronam referat, quæ tamen non nisi egregiè pugnantibus debentur, & quæ nam est pax Christi alia, nisi illa de qua Ioan. 14. dicit Christus: *pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis*. videlicet, non temporalem, quæ excludit belli incommoda, persecutiones, hostes, insidias, sed quæ ingentia damna sustinet, & perfert; & idè suam pacem cum mundi persecutionibus, & pertinaci dimicatione cum immanissimis hostibus coniungit, Ioan. 16. *hec loquutus sum vobis, ut in me pacem habeatis: in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum*.

46. D. Bernard. paupertati in prima beatitudine & martyrio in hac octava promissum esse vult regnū cælorum, quoniam paupertas quoddam martyrij genus est. Item propterea pauperibus, pariter & martyribus regnū cælorum promittitur, quia paupertate emittit, sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur: putat enim D. Bernard. hanc beatitudinē ad martyres spectare, quare martyrum prærogatiuam vocat, quavis reuera non ad martyres tantum, sed præcipuè spectet, ut proinde rectè Theophyl. scripserit: *non soli martyres, sed & multi persecutionem patiuntur, quia inuani iniuria afflictos, & in summa omnī virtutem fouent; iustitia enim est omnī virtus*.

August. verò intelligit idè primæ beatitudinis mercedem hic in octava repeti; ut per hoc, quo reditur ad caput, ostendatur perfectio eorum, qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, quodque eis tãquam omninò perfectis cõpetant omnia illa septem, quæ posita sunt, quibus homo perficitur. Quare meritò D. Thom. 1. 2. q. 69. ar. 4. ad 2. ijs, quæ dicit August. consentanea scribens, ait: quod *sicut octava beatitudo est quadam confirmatio, seu firmitas omnium beatitudinum, ita debentur sibi omnium beatitudinū præmia; & idè redit ad caput, ut intelligantur sibi consequenter omnia præmia attribui*. Ambros. verò intelligit, idè iam repeti promissionem regni cælorum, quod regnum cælorū bis iustus consequatur; primum secundū animam in depositione corporis; deindè etiã secundū corpus post resurrectionem. Itaque ut ait D. Thomas ex Ambros. loco cit. art. 4. ad 2. *pauperibus spiritu reprimittitur regnum cælorum quantum ad gloriam animæ, sed passus persecutionem in corpore, quantum ad gloriam corporis*.

47. 11. *Beati estis cum maledixerint*] Quod generatim ver. præcedente proposuerat, nunc speciatim, & distributius explicat. Lucas ut notat Ianse. suas

A beatitudines enarrans, quatuor malorum mēbra posuit; *cum vos oderint homines, & separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malū*. quorum primum pertinet ad interiōre affectum, secundum & quartum ad externam operis persecutionē, tertiū ad linguæ iniurias. Matt. verò tantū tria ponit mala: *cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos*. quorum primum idem est cum eo, quod habet Lucas, & *exprobrauerint*, hoc est probris affecerint. Est enim græcis eadem dictio *ὀνειδισμός*. i. *probra in vos iecerint*, quod sic à tertio Matthæi membro vult differre Aug. ut maledicti vel opprobriū referatur ad eos qui præsentī contumeliam verbis inferunt; dicere autem omne malum aduersus aliquos, referatur ad eos, qui absentibus detrahunt, & omne (.i. quodvis) criminum genus illis imputando.

B *Persecuti vos fuerint*] pertinet hoc ad operis, & facti iniurias, nec accipitur tam generaliter, quàm vel in superiori beatitudine, vel postea cum dicitur; sic enim persecuti sunt Prophetas, & cæ. Itaq; superius persecutionē latius sumpsit: nam ut inquit Gloss. fit persecutio, odio, dictis, factis.

Mentientes propter me] nam ut inquit August. epist. 61. pœna non facit martyrē, sed causa, nempe quia propter Christū toleratur. Dictum est autem, *mentientes*, quia ut inquit Hierony. Matth. 5. illud maledictum contemnendū est, quod beatitudinē creat, quod falso maledictis ore profertur. vnde Dominus definit quæ sit beata maledictio, dicens: omne maledictum aduersum vos, mentientes propter me.

12. *Gaudete & exultate*] Interl. *quia pro iustitia, gaudete mente, & exultate corpore*. vult ergo persecutionē non patiente modò animo, sed cum gaudio, & exultatione tolerari iuxta illud Rō. 5. *gloriamur in tribulationibus*: quam exultationem, & gaudiū parit cœlestis gloriæ contemplatio, *quoniã, inquit, merces vestra copiosa est in cœlis*. Auctor imperfecti: qui concupiscit inquit quæ in cælo sunt, opprobria non timet in terris. nec cogitat, quid loquantur homines propter ipsum, sed quid iudicet Deus de ipso.

Quoniam merces vestra] Luther. omittit, quoniam, ex Vega, contra cõmunem exēplariū fidem. Gagn. eleganter sic scribit: *torquet hoc loco plurimū quosdã, verbū mercedis, quod à merendo, sicut & meritū venit, non intelligentes, quid mercedis, ac meriti nomine catholici intelligat; non n. sic appellant, quasi natura debitor cuiquã sit Deus. sicut. n. paterfamilias nõ erat obnoxius quemquã operariorū in vineam suã mittere, & pro collocata opera denariū conferre, vbi tamen conduxit, & illi laborauerūt, & illi denarium merentur, & ille debet; quamquã ex pacto tantum: ita tamen ut iniuriam quodammodo faciat si nõ reddiderit. vnde murmurati illi, qui totius diei in colenda vinea, pondus, & astus sustinuerat, respondit: amice non facio tibi iniuriam, nõne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est & vade. Quod si suus est eius qui laborauit denarius, iure à paterfamilias repetere possit negante; similiter ex conuento debitor nobis est Deus, cuius tanta est in suos filios liberalitas, ut sua in nos dona, nostra faciat merita. quamquam non ignoramus, sic nulli debitorem Deum esse, ut vocare illum in ius possimus, qui quicquid boni perfecimus, quod pro eo supplicia pertulerimus, ipse dedit, ut possimus, & faceremus, quodq; dedit, gratis dedit. Neque tamen sic gratis dedit; idè non meremur. certum est enim, quidquid boni recenter agat homo, Dei gratia destitutus, mereri pro eo non posse: contra, Dei gratia adiutus, si vel tantillam, in faciendis mandatis operam nauauerit, tanta est eius libertas, tanta gratia ipsius vis, & efficacia, ut vetè me-*

Quatuor malorum membra.

48.

49.

50. Mercedis nomine quid Catholici intelligant.

veri dicamur, non quod tale sit opus nostram seclusa gratia, ut vita ei debeatur aeterna; sed tantum est diuina gratia pondus, ut minimum opus nostrum bonum sibi coniunctum dignum aeterna vita faciat. Non ergo vitemus vocabula mercedis, & meriti, cum non abhorruerit scriptura: nam Ecclesiast. 16. dicitur, omnis misericordia faciet locum unicuique, secundum meritum operum suorum. Hæc Gagn. quibus adde claritatis causa, quod licet verum sit, opera nostra quatenus à gratia procedunt, vi, & natura ipsius gratiæ habere quandam proportionem condignitatis ad præmium, ut Scholasticè loquar, nihilominus verum etiam est eis non deberi ex propria iustitia præmium, nisi in promissione & pacto Dei fundetur, ut docet Bellarm. lib. 5 de Iustificatione, c. 14. Hofius in confess. polo. c. 73. vbi docet hanc esse Scholasticorum sententiam: neq; enim Deus absq; pacto & promissione potest constitui simpliciter debitor, ita, ut sit iniustus negando debitum. Hæc hæctenus.

51. **Copiosa**] Non hic definiuit, ut in beatitudinibus mercedè, ac præmium, sed indeterminatè dixit: *merces vestra copiosa est in calu*, ad significandâ magnitudinem præmij, quod nulla mensura exprimi potest: est enim regnû possessio terræ, consolatio, satietas, misericordia immensa, visio Dei, similitudo, & hæc omnia adhuc non exprimunt immensum gloriæ pondus.

52. **Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos**] Chryl. in hom. *monstra*, inquit, eos Prophetas iam factos. At Remigius ait, *mementote vos eius esse Apostolos, cuius illi propheta*. Gloss. *exemplo prophetarum temperat rigorem passionis*, & rectè, nam ut habet interl. super verbum, *sic*, id est, maledictis, & persequutione persecuti sunt Prophetas, nec tamen à veritate defecerunt, quorum prophetarum exempla vos inuitant, quorum prophetias in me completas videtis, cur ergo non potestis, quod illi sine exemplo?

53. **Vos estis sal**] vsurpauit Christus hanc salis similitudinem, sed alia occasione Marc. 9. 50. Luc. 14. 34. Chrysof. in hom. inquit, *quia excelsa præcepta dederat, eos laudibus mitigat*. August. lib. de serm. Dom. assignat causam, cur hoc dicat Dominus: excitauerat Christus Apostolos paulò antè ad summam vitæ perfectionem, & ad tolerandas persequutiones: reddit nunc causam, cur tales eos esse velit, quia sal terræ futuri erant, quæ est vera ratio connexionis. vide ver. 14. nu. 65. paulò inferius, vbi ex Chrysof. sententia confirmatur idem sensus, & declaratur s. sed illud hic, rectè autem saltem vocat, nam ut inquit Gloss. sterilem reddit terram, vnde victores destructas vrbes sale seminabant, ne quid oriretur. Apostoli verò peccati regno destructo, germen vitiorum cõpescere debebant; Deindè sine sale non sapit cibus, & vix nutrit, quòd enim sapit, nutrit, sic insulsus est omnis, & inutilis sermo sine doctrina Apostolica; & ut alij inquirunt, id quod est in cibus sapor, idem est in hominibus sapientia, dat enim rebus inspidis saporem sal; & vitâ, sapientiaque Apostolica est loco salis in persequutionibus, & tribulationibus. rebusque sensui difficilibus, dum illæ animo versantur.

Ad hæc, Philo. de offerentibus victimas ait: *sal conseruator est corporû, secundo post animam ordine, quod scilicet diutissimè tuetur ea*. Doctrina verò Apostolica homines in bonis moribus confirmat, & conseruat; & id est quod passim dicimus, ædificat; quare Hilar. in Matt. ait: Apostoli sunt rerum cælestium prædicatores, & æternitatis veluti salitores (Alij legunt *saltores*) meritò sal terræ nuncupati, quia per virtutem doctrinæ quasi salientes corpora, æternitati seruant. Aliter Gagnæ. *salis*,

A inquit, est condire, & quod condieris sapidum reddere. Itaq; *saltem* Apostolos Christus appellat, ut qui antea infideles, & inspidi erant, fidei prædicatione, & confessione sapidos reddant.

His adde: Fieri saltem ex aqua, scilicet Spiritus S. & igne tribulationis, nimirum sic Apostoli in salè cõuersi sunt. quemadmodum verò ut aqua marina in saltem vertatur, ex mari extrahatur oportet, solisque radijs exponatur, & quasi incèdatur, sic Apostoli de mari mudi huius educti, ac veri solis, nempe Christi, radijs expositi, & inflammati sunt, vnde in saltem optimè euasere, qui quidè vim habet detergendi, quod Gagn. hic affirmat; *salis enim, ait, est detergere, & à putredine seruare, nec sine mordicatione; sic Apostolos, & prædicatores auditorum vitia detergere oportet, quod non absque mordicatione fieri solet: neque enim auditoribus blandiri debent, nihilque dicere quod eos perstringat*.

B Cæterum temperanter, ut aduertit Pined. in c. 6. Iob. ad v. 5. n. 6. ex Isidoro, in oratione sal adhibendus, ut in audientium animos influat: nimius. n. sal vrit, & amaritudinè efficit. correptiones, & exhortationes, neque frigidæ, & languidæ, neque nimium acres, aut mordaces sunt, ut puerbio monemur, quod à Plutarcho inter cõuiuiales qq. refertur: sale, & cymino tenuis amici. Quare non eû solû, qui in grûna aliqua est, salè, & oleû cõmære oportet, ut Arist. in Rheto. dixit: quo salis acrimoniam, & fortunæ acerbitatè tēperet, & leniat honestis actionibus; verum multò maiori iure illum, qui medici officij obit, sal. oleum addere oportet, ne plus fatis erodat, aut mordeat ægrotantis animum; ne uè ut Horat. ait Saty. 10. *multo sale defricet vitia*, quod qui non seruant eijciuntur foras, & conculcantur ab hominibus. Quod de se quoq; Hecebolius sophista publicè aliquando professus est, nam ut refert Niceph. Callis. se humi prostrauit, ante templi vestibulum, atq; exclamauit: *proculcate me saltem insensibilem*. ergò doctrina, atque sapientia, sine prudentia & salis moderatione insulsa est, & plerumque inutilis.

Cæterum sale, & sole nihil vitilis, ut est in prouerbio, adduciturque à Plin. lib. 3. c. 9. quare suos illos perfectos Sapientes, atq; Doctores saltem, & lucem Christus appellat; Porro ad hos vitæ magistros pertinet, ut ægrarum mentium palatû irritet, audientiam faciant, audiatom excitent; ea est enim significatio salis: quare macilentis, & qui cibum non sentiunt, præscribat Apollonius salamenta, atque subfalsa, ut Plutarchus refert in ea quæst. quare pecori pastores subiiciunt saltem.

Cum ergò tam multiplex, tamq; vitilis sit natura salis, & vsus, & Apostoli sal terræ quidam, cælestis tamen, ac diuinus sint, constat quàm necessarius sit sal iste Apostolicus, quo quia carent hæreticorum libri, mores, dogmata, idè insulsa sunt eorum dicta, & facta, & cõtra naturam salis, omnia, ad quæ accedunt, corruptioni, & interitui obnoxia reddunt. In omni sacrificio iubeat Dominus sal admisceri Leuit. 2. *Quidquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo, in omni oblatione offeres sal*; hoc multò præstantius in Apostolicum salè conuenit, nam nil Deo placet, quod sine Apostolico sale apponitur audientibus, vel Deo ipsi offertur.

Ex hoc ipso præcepto fortè factum est, ut salis pactû, vel fœdus salis, de quo nu. 18. 1. Paral. 13. Leuit. 2. dictum sit perpetuum, ut nu. 18. videre est, nimirum quia in omni oblatione sal adhibendus erat; nisi malis dicere, idè perpetuum dictû, quia salis natura immortalitatè quãdam, ac perpetuitatem quodammodo impertit, à putredine præseruans.

Sal unde conficiatur.

54-

55. Salis & solis vitilicæ.

56.

57.

Oleaster n. 18. & Leu secundo. in omni pacto salem olim testatur adhibitum, quo pacti incorruptio, ac firmitas significaretur; sed me diu detinuit salis pertractatio, & dum palatum oblectat, scribentem me pertraxit, vt præter morem Scholiorum longius progrederer.

58. Cibum sine sale fatuus.

Quod si sal emanuerit] Græcè *μωρῶν*, hoc est, infatuatus fuerit, nempè redditus insipidus sapore, & acrimonia amissa: illud ergò, emanuerit, est, inefficax factum fuerit, sapore suo, & acrimonia vacuum. est autem translatio ab homine desumpta. Nam sicut infulsum à cibo transfertur ad hominem, ita fatuum ab homine transfertur ad cibum. Hinc Marcia. betas, quod insipidæ sint *fatuas* vocat, eodemque modo ouum sine sale vocari posset *fatuum*, acescit enim sine sale, & mouet stomachum, ad eò vt sine sale infaustū, atque ominosum aliquid significet. fortè etiam dæmoniacum, atque mortalium vitæ, & incolumitati infestum, & inimicum, vt ait Pineda loc. cit. quam rem à maleficis strigibus desumptam esse Bernardinus Gomesius suo illo erudito de sale opere docuit: experientia quippè, & lamiarum confessione compertum est, dum dæmones opiparum conuiuium instruunt salem non apponere, non enim amicitiz illa mensa est, atque ad eò oua sine sale edenda proponunt. Sed hæc obiter.

59.

Accidit autem hoc Doctoribus, vt infatuentur, si vel malè doceant. ac falsa, vel pessimo exemplo sint, id est, sapore fidei, prudentiz, & religionis destituti fuerint. Oportet etiam prædicatorem non modò fidelem, ac religiosum esse, sed prudentem etiam, qui norit, quid, quibusve prædicandum pro hominū statu, & conditione, vt pro tempore, causa, & loco, nunc asperum, nunc lenem, nunc moderatum se gerat. Ideò dicebat Dominus Marc. 9. *habete in vobis sal.*

In quo salietur?] impersonaliter, id est, per quid sal virtutem saliendo recuperabit? quasi dicat, per quid eius virtus restituetur? vt sic sensus: si doctor malè doceat, vel malè viuat, quo alio doctore emendabitur, vt inquit Hieronymus, vel vt inquit Gloss. per quos à vobis error auferetur? doctor enim non est doctorum, non quod doceri, & corrigi non possit, sed quod fieri non soleat, aut quod difficile fiat.

60.

Hinc patet non rectè eos interpretari hunc locum, qui non de ipsomet sale, sed de rebus alijs sale condiendis intelligunt, quasi sit sensus: per quid fiet salitio, & conditura? non erit, vnde reliqua infulsa saliantur, & condiantur sale iam corrupto, quomodo accepit Erasmus in paraph. vbi sic explicat, locum hunc; *quid tandem erit reliquum, quo multitudinis in falsa vita condiantur?* verus quidem sensus est, sed non is quem Dominus significat, vt patet ex Marco capite nono, vbi eadem sententia ponitur alio licèt tempore, & occasione; sic enim habet: *si sal infulsum fuerit in quo illud nempè sal condietis*, vel vt habetur Græcè *in quo illud condietur*; est enim, *ἀπίου*. & hoc idem indicant, quæ sequuntur verba apud Marth. immò & apud Luc. c. 14. post eandem de sale parabolam, sequitur enim, *ad nihil valet vltra*, scilicet, quod & infulsum est, & non possit reparari, vt iam exponemus.

61. Infatuati salis duo mala doctoribus applicata.

Ad nihilum valet vltra] id est, inutilis est, Duo mala enumerauit infatuati salis, primum quod est irreparabilis, dum dixit: *in quo salietur?* carent enim doctores, ac pastores ferè reparantibus eos pastoribus, ac doctoribus alijs. Alterum malum est inutilitas, quod hic ponitur. Porrò reliquæ res etiam consumptæ vel fractæ sæpè vsui sunt alijs rebus, vt corruptus cibus, est vilis bestijs, sic trita vestis &c. at falsi infatuatus fuerit ne instar quidem sterquilini aliquid valet: nam & terram ste-

A rilem reddit. dicit autem *in sterquilinum*, quia quædam corrupta vitia sunt ad parandum sterquilinum vitale terræ; sic doctores præsertim hæretici infatuati ad nihilum valent vltra, nisi vt ignis pabulum sint, vnde rectè August. eos cimicibus comparat, nam viui mordent, mortui foetent. Vide item n. 63.

62.

Nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus] id est, nisi vt in publicam viam eijciatur, & à prætereuntibus conculcetur. Propriè dicuntur conculcari ab hominibus hi, qui pro nihilo ducuntur, Ecclesiast. 9. *omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi steruus in via conculcabitur*, dicit autem: *ab hominibus*] hoc est, ab vnoquoque prætereunte, seu passim, seu vulgo. Aug. *non conculcatur, qui passim persequutionem (est enim in celo corde fixus) sed qui eam timendo infatuatur.*

63.

B Itaque quicumque doctorum, vel prælatorum, vel amore laudis, vel cupiditate pecuniæ, vel studio voluptatum, vel metu infamiz, damnorum denique mortis, vel errore aliquo debitum illum vigorem amiserint, infatuati in duo ista mala incidunt, & quod irreparabilis sit illorum fatuitas, & insipiditas; & quod inutiles prorsus euadant. De hoc loco vide Gregorium homilia decima septima in Euang.

64.

14. Vos estis lux mundi] nempè doctrina, & exemplo, quos prius salem, nunc quodammodo solem, hoc est, lucem appellat, nam non modò delecti erant ad condiendum mores, & affectus hominum, verum etiam ad expellendum verbis, & opere densissimas hominum tenebras. Dixi quodammodo, solem appellari, quia re vera esse solem Christo conuenit; potius Apostoli lux sunt, qualis est lucerna, ab alio lumen suum mutuans; quare mox Christus id explicans lucernæ accensæ eos comparat; *neque accendunt lucernam* &c. sic Ianfenius c. 39. sic Caiet quare dixit Remigius, *sicut Sol dirigit radios suos ita & Dominus, qui est Sol iustitiae direxit Apostolos suos ad effugandas humani generis tenebras.* rectè quidem: nam vt radij à sole mittuntur, sic Apostoli à Christo. Iterum sol cælo præfider, radij in terra sunt, sic Christus in cælo erat, Apostoli per terras sparsi. radiorum lux, solis est, & Apostolorum doctrina Christi erat.

C

Sed illud hic animaduersione dignum est, cur Dominus Apostolos, & salem terræ, & lucem mundi appellarit? Arbitrari omninò debemus hæc à Domino dicta, ad Apostolos non tam studio commendandi, atque laudandi eos, quam monendi potius sui officij, quod tales esse deberent, quales necesse est esse eos, qui infulsos hominum mores condire deberent, & cæteras salis cõditiones possidere; qui que ignorantiz, ac scelerum tenebras depulsuri essent. Denique qui propter status, & officij altitudinem omnium in se oculos conuertere haberent. quam etiam rem sapienter Chryso. hom. 15. in Matth. insinuat, dum ait: *attendite quid dixerit; vos estis sal terra, per quod ostendit, quod necessario ista præcipiat.* (quæ scilicet paulò antè de beatitudinibus dixerat) *non enim pro vestra, inquit, tantummodo salute, sed pro vniuerso orbe vobis certamen erit. non ad duas quippè vrbes, aut decem, aut viginti, neque ad vnã gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas, sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumq; mundū & hunc varijs criminibus oppressum. Dicendo n. vos estis sal terra, ostendit, vniuersã hominū infatuatã esse naturã, & peccatorū vi corruptã & idcirco illas ab eis virtutes requirit, quæ maxime ad multorū salutem procurandã necessaria sunt, atque vitales. Nã qui mäsuet' est, ac modestus & misericors, & iustus, nõ intra se tantummodo hæc rectè facta cõcludit, verū in aliorū quoq; vtilitatem præclaros hos faciet effluere fontes. Igitur qui corde mundo est, atque*

65. Apostoli & sal terra, & lux mundi

pacificus, & persequutionem pro veritate patitur, nihilominus in communi commodum vitam insisuit. Nè igitur putetis, inquit, ad leuia vos ducendos esse certamina, neque exiguarum rerum vobis inuendam esse rationem, vos estis sal terra. Hæc Chryso. qui acutem ipsam tetigisse videtur, & ipsissimam Christi Domini mentem aperuisse, quod autem de sale dicit ad lucem mundi etiam transfer.

Quibus constat cur salem terræ, & lucem mundi appellarit, quia nimirum ad vniuersum, vt Chryl. inquit, mundum non ad vnam, vel alteram gentem, mittebantur.

66.

Nò potest ciuitas abscondi] tertia hæc est similitudo, qua hortatur eos, vt gnauiter, & strenuè laborent docendo, & exemplo alios ad meliorem frugem conuertendo, ita vt non in obscuro lateant segniter, sed vt luceant, ac omnibus conspicui sint, sicut lux in candelabro, & ciuitas in excelsio monte posita. Hæc expositio patet ex eo quod sequitur: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, vbi quod dicit hoc est; idcirco ego vos vt, lucernas quasdam accendi, & vt urbem in monte collocaui, hoc est, Apostolos constitui, non vt segnes in abdito lateretis loco, sed vt in publicum prodeuntes, omnibus conspicui essetis. doctrina, & opere, strenuè in vniuersi mundi salutem incumbentes. Itaq; non tantum vult Christus Dominus hortari hic Apostolos, vt iuste, ac pie vitam instituunt, & exemplo alijs præluceant, quod omnium oculis expositi sint: sed sensus est, quem dixi, præcipuus, ad strenuè in salutem hominum incumbendum hortari.

67.
Ecclesia e-
iusque Præ-
lati visibi-
les.

Cæterum ex hoc loco collige, Ecclesiam, & eius prælatos visibiles esse: Est enim Ecclesia, cuius præcipua pars Apostoli, candelabrum; est ciuitas supra montem; sunt Ecclesie doctores, ac prælati lux mundi, & lucernæ non sub modio.

Obseruat Iansen. Dominum ciuitati in monte constructæ suos comparasse, sequutum Scripturæ morem, quæ Ecclesiam Dei, cuius præcipua pars, & velut architecti fuerunt Apostoli, frequenter hac similitudine exprimit, vt Psal. 45. 47. 86. Isa. 60. 65. Ezech. 40. 2. vbi Diuinus vates adductum se narrat in terram Israel, & super montem excelsum valde dimissum, vidisse verò ibi, velut ædificium ciuitatis ab austro. Quod reuera Ecclesie ædificium præsignabat, quod cum Christo fundamento nitatur in editissimo monte situm est, & summa cum admiratione ab omnibus conspicitur, omnium ad se oculos alliciens. Quid igitur mirum si Apostoli supra Christum altissimum montem positi abscondi nequeunt?

15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam] id est, vt eam ponant. Sub modio] id est, mensura aliqua inuersa. modium autem ponit, quia est res apta, vt sub ea condatur lucerna. Itaque simpliciter videtur accipiendum quod hic dicitur, vt significetur scilicet tantum occultatio lucernæ. nam Marc. 4. 21. & Luc. 8. 17. vbi hæc sententia etiam alio tempore dista refertur, vel cum modio lectus ponitur, vt apud Marc. Numquid venit lucerna, vt sub modio ponatur. aut sub lecto? Vel loco modi lectus, & vas collocantur, vt apud Lucam; nemo, inquit, lucernam accendens operit eam vase, aut sub lecto ponit; ac capite vnde decimo, trigemotertio item Lucæ: nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio.

68.

Cæterum Aug. tropologicè accipit, quod dicitur, sub modio, ad ostendendum doctrinæ bonæ lucem non esse obscurandam, & obtegendam propter temporalia commoda. Modius enim cum sit mensura rerum temporalium, rectè significare potest terrenorum commodorum retributionem. Ambr. verò & Beda intelligunt significari lucem Euangelicam sub legis mensura non esse concludendam,

A nec intra terminos vniuersæ esse cohibendam. Idem Hilar.

Sed super candelabrum] candelabrum Ecclesiam significat, vt & Apocal. 1. 20. septem candelabra aurea, septem intelliguntur Ecclesie, quibus Ioa. scripsit, quæ erant in Asia minore: quâuis eorum nomine vniuersas orbis Ecclesias oporteat accipere, tum quod numerus septenarius vniuersitatem significat, tum ob septiformem Spiritus S. gratiam, ex qua vniuersæ Ecclesie pulchritudo efflorescit. quæ etiam per illud candelabrum aureum septem calamorum adumbrata est, de quo agitur Exod. 25. & 37. & per illud quod vidit Zach. quinto, quarto.

69.
Candelabrum
Ecclesiam
significat.

B Non est silentio prætereundum ad morum informationem, lucernæ quatuor necessaria esse, vt benè, ac diu lucere queat. Primò vas ipsum lucernæ benè conformatum ad vsum lucendi: deinde oleum, vel cera, vel aliud simile, quo lumen & nutritur, & foueatur: tum myxus, siue elychnum, quo lumen ipsum sustinet: ac demum est ipsa lux. Similiter considerare licet, corpus hominis esse tanquam vas, mentem eius quasi myxum; ac fidem esse quasi lumē: denique charitatem, & bonorum operum effectiōnem esse tanquam oleum, quo lumen fidei, & fouetur, & nutritur. De hac sententia lege item Aug. 2. qq. Euang. c. 12.

70.
Lucerna
quatuor ne-
cessaria.

16. Sic luceat lux vestra] lux, inquam, vitæ, & doctrinæ, q. d. nolo vos opera vestra bona inaniter ostentare; sed ita viuere moneo, vt qui opera viderint, Deum laudent, nec sit operum vestrorum finis, inanis gloria, sed Dei; Vt videant] id est, vt videntes opera &c.

Vt] non tam causam, quàm consequentiam significat; non enim iubet eos benè agere, vt videantur, quod Mat. c. 6. vetatur, sed vt ita viuere velint, vt qui eorum opera viderint, Deum glorificent, à quo omne bonum. Sed quia licet benè agere, vt ab omnibus videamur, verum non propter nos, sed propter Dei gloriam, & proximi utilitatem: (sic enim qui agit, non se vult videri, sed Deum honorari) propterea hoc etiam sensu potest, vt, finem quoq; & causam significare. De hac sententia lege Aug. serm. 2. de Verb. Dom. & 54. de diuers. Grego. 1. 19. mora. 18. item Aug. 5. ciuit. 14.

71.

C Illud non omitam, antequam ad v. 17. veniam; Apostolorum, atque adeo Ecclesie gloriam non esse fucatam, neque famam commentitiam, sed veram, & ex illius virtutibus, & pulchritudine exortam: quam videlicet, Regina Saba à longè auditam iure admiretur, sed præsens obstupescat, & victam fatetur à decore famam, gloriam à virtute, à re ipsa nomen. Vide c. 9. l. 2. Paralipp. pro decore, pulchritudine, & fama Ecclesie sub typo palatii Salomonis. Odor filij mei, dixit Isaac gene. 27. 27. sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: odorē vocare solent iacræ litteræ nomen bonum: oleum effusum nomen tuum. Cant. 1. 2. & iterum: Christi bonus odor sumus 2 Cor. 2. 15. odor autem ex salutaribus herbis, vel pretiosis aromatibus exhalatur. talis est Ecclesie gloria & decus ex virtutibus ipsis orti, & meritis suis debitum: propterea in Canticis se ipsam comparat areolis aromatum Cant. 6. in quibus videre est venustatem, amoenitatem, dispositionem artificiosam vernantium herbarum, & odoratorum florum, ex quibus fragrantem spiritum exhalantur. Hæc igitur gloriam & bonam famam, suauemq; odorē Ecclesie appellat hic Christus splendorem ex bonorum luce operum circumfusum; dum ait: sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum.

72.
Apostolorum
& Ecclesie
gloria vera.

D Iste autem splendor huius bonæ famæ ac nominis inter alios, glorificatio est Patris nostri. Vide Pradum In Ezechiel. c. 10. num. 14. sub finem.

17. *Nolite putare quoniam veni solvere legem*] Ianfen: sic ista connectit; daturus, inquit, Christus nouæ legis præcepta quædam nobiliora ijs, quæ in veteri lege erant, tollit suspicionem falsam, quæ de se haberi poterat, quasi destructurus esset legem veterem, id est, Moïsi: id enim intelligitur per legem.

73. Est igitur sententia, hæc, quæ traditurus sum, non aduersantur legi, aut Prophetis, nec legem destruunt, sed suppleant potius, quod legi deerat, hoc est, interpretantur, vel declarant, implent, ac perficiunt.

Sunt qui putent, vt auctor imperfecti; velle Christum hortari exemplo suo Apostolos, vt legem interim seruarent: se namque non venisse, vt legem dissolueret, ac destrueret, sed vt impleret, nempe etiam seruando, vt ostendit, cum circumcisus est, cum quotannis ascendit ad Pascha, &c. quod verò sabbatum diceretur non seruare, & quod discipuli eius manus pransuri non lauarent, calumnia erat ex falsa legis intelligentia.

Sed & aliter Christum impleuisse legem dici posset, dando alijs virtutem ad eam seruandam: nam lex ante Christum iubebat quidem, sed non iuuebat; Christus vero, qui gratiam attulit adiumento fuit, vt seruarentur ea, quæ lex iubebat, implendi virtutem dâdo. Iterum impleuit legem perfectiora quædam præcepta addendo, implendo promissa, qua ratione cærimonialia perfecit potius, quàm destruxit, vt dum pro circumcisione carnis, baptismum exhibuit, & cordis circumcisionem docuit, Impleuit item interpretando, quæ perperam exponebant Pharisei, præsertim moralia, vt cum dixit: *Audistis, quia dictum est antiquis: non occides, ego autem dico vobis* &c. Deniq; impleuit pro temporalibus supplicijs, ac præmijs æterna comminando, vel promittendo, quo modo iudicialia perfecit. Nunquam tamen docuit vlla legis præcepta mala fuisse, & ob id seruanda non esse, vt quæ à Deo profecta non essent.

74. Sed verba ipsa parumper spectemus: pro eo quod est soluere, græcis est *λύω*, id est, *dissolueret, & abrogare, & euertere, ac destruere*, non est autem simplex *λύω*, quod mox ponitur, dum subditur: *qui ergò soluerit vnum de mandatis istius* &c. vbi soluere idem est, quod transgredi, vt & 10a. 7. cum Dominus dicit non solui legem Mosaicam per circumcisionem in Sabbato factam, vbi *soluere*, transgredi est. Itaque duobus modis dicitur quis soluere legem, vno modo pro abrogare, vel euertere, alio modo pro transgredi. Hic potissimum *λύω*, primo modo sumitur pro abolere, destruere, abrogare, quamuis & alter modus hic etiam includi, & contineri possit, ita vt soluere legem sit, aut vita eam transgredi, aut doctrina ipsam abolere.

75. Vox autem *legis* aliquando pro Scriptura totius Veteris Testamenti sumitur, vt ibi: *sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis*; aliquando verò pro quinque libris Moïsi, quos Hebræi vocant *torah*, hoc est legem, & ita hic sumi videtur.

76. 18. *Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum, & terram*] vox *amen*, est affirmantis, quæ dicitur erat q. d. *in veritate dico vobis* &c. quamuis non raro in nouo præsertim Testamento dicta cõfirmet. *Donec transeat*] id est innouetur, seu per renouationem pereat, & immutetur vniuersus orbis, qui firmissimis constat, validissimisque hæret fundamentis.

77. *Donec*, bis hic ponitur, & priore quidem loco positum hunc reddit sensum: cælum, & terram altissimis nixa fundamentis aliquando transitura, & tamen adhuc non transibit aliquid legis. *Donec* verò posteriore loco, indicat euentû, & perfectio-

A nem omnium, quæ lex promisit; vt sit tota sententia hæc: res istæ firmissimæ transibunt aliquando, nihil tamen interim eorum, quæ lege vel promittuntur, vel produntur, vel cõtinentur, transibit, peribitue, ita vt dici possit non esse impletum tempore præstituto.

Neque velim in eum sensum accipias hanc sententiam, quasi significetur, omnia quæ lex habet perficienda esse antequam cælum, & terra immutentur. nam multa adhuc post cœli transitum implebuntur, & in ipsa sæculi consummatione; tantum ergo significatur hac dicendi formula, nullo vnquam tempore, nullo sæculo legem esse dissoluendam, futurumque vt designato tempore vel statu omnia impleantur, nec præter lapsurum esse tale tempus, vel statum, quin lege contenta perficiantur.

B *Iota vnum, aut vnus apex*] Syriacè *iod*: atque id credendum Christum dixisse, vt qui Hebræis loqueretur, apud quos, *iod*, minima est literarû: verum Græcus interpret pro eo posuit, quiddam simile, vt posset à Græcis intelligi. Apex verò punctum, seu literæ fastigium, & caput, vel accentum significare potest: nec refero speciatim ad *iod*, sed ad quamcunque literam, quæ habeat eiusmodi apices. Et ita nihil officit, quod, *iod*, vel *iota*, non habeant punctum supra se, vel quod puncta olim non essent apud Hebræos, & Syros. Est autem hic hyperbole, quasi dicat, nè minimum quidem ex lege, neque enim de literis sermo est Christo, quæ pereunt, sed de earum vi, & notione, hoc est de rebus significatis.

Porro hoc *iota* licet minimû, maximam genuit hæresim. lege Irenæ. l. 1. c. 1. Vide in hunc v. etiam biblioth. Sanc. l. 2. *iota* & *apex* fol. 133.

C 19. *Qui ergò soluerit vnum de mandatis istis minimis*] loquitur, vt mea fert opinio, & de ijs præceptis, de quibus paulò superius dixerat, vt vult Aug. l. 1. de ser. Dom. se ea venisse implere, non soluere: sed & præsertim de ijs de quibus dicitur, & quibus legem perfecturus erat, de quibus etiam intellexisse videtur Chryf. ho. 16. & Auctor imper. ho. 10. Itaq; cõplectendo vtramque expositionem, & Aug. & Chryf. rectè, mea quidem sententia, affirmare possumus, mentem Christi Domini esse de omnibus præceptis loqui, de quibus loquutus fuerat, quamdiu abrogata non erant, & de omnibus, quæ mox adiecturus erat, quibusve perficere debebat, atque adèò implere vetera. Itaque dum de istis dicit, hæc omnia quæ dixi demonstrat.

Est ergò rotius loci sensus iste, quoniam adimplendum, & perficiendum legem veni, quæ omnino dissolui, & euertere non potest; idèò quicumque soluerit vnum, quamuis minimum illud sit, ex his præsertim quæ ego addam, quibusque legem perficiam, immò etiam ex his, quæ lex præcipit, quamdiu abrogata non sunt, minimus vocabitur in regno cœlorum.

80. *Istis minimis*] minima mandata vocat, quæ hominum opinione minima censentur, verbi gratia, occidendi voluntas, vel adulterium committendi, non magni fiebat à Phariseis; sed homicidium, adulterium. Vel etiam minima dicit, quæ collata cum alijs, & cum dilectione minima videntur; vel (vt quidam volunt) quæ Pharisei sola obseruanda putant, quæque ad tantam perfectionem non cõgunt, sed hoc non videtur secundum Christi mentem, vt num. 84. insinuabitur. Vel denique minima appellat per modum concessionis, etiam si esse vnum de minimis concedamus. Non ergò minima vocat, quorum transgressio venialis noxa est.

Et docuerit sic homines] dictio, *sic*, duobus modis potest accipi, vel *sic*, i. vt ipsa sonat, & vt ego decla-

quasi

quasi dicat, malè vixerit, & benè docuerit; vel sic, id est, sicut ipse soluit, ita exemplo non solum malo, verum etiam falsà doctrina docuerit non seruare, quia minima putat; & videtur hoc posterius magis ad Christi mentem facere; præsertim quia Phariseos notare videtur, de quo Hieronymus *sugillas*, inquit, *Phariseos, qui contemptis mandatis Dei, statuebant proprias traditiones, quod non eis profit doctrina in populis, si vel paruum, quod in lege præceptum est, destruant.* quamuis Augustin. 20. ciui. c. 9. l. 2. contra literas Peti. c. 61. ferm. 3. de verb. Domini, tract. 122. in Ioa. 17. contra Faustum, dicat loqui Christum de Phariseis, qui docebant legem verbis, & soluebant factis; Idem tamen August. l. 1. de ser. Dom. c. 16. 17. vt ex Chryso. hom. 16. in Matth. Auctòr imper. hom. 10. Greg. l. 19. in Iob. c. 5. posteriorem etiam nostrum sensum sequuntur. Vide in hunc locum præter citatos, etiam Chryso. homil. 7. ex verb. in Matth. Com. & Vegam l. 11. c. 2. 20.

81. *Minimus hic quid significet.*

Minimus vocabitur in regno cælorum] duo hic sunt verba, quæ egent expositione, *minimus*, & *regnum cælorum*: *minimus* ergò accipi potest, vt idem sit, quod indignus, vel pro eo, qui nullo pretio habeatur, id est, abiectissimus est, vel denique pro vltimo. *Regnum* item *cælorum* tribus modis intelligi potest, vel pro gloria æterna, & ita sensus erit, minimus vocabitur, id est, indignus cæli regno erit, indignus, qui eò admittatur, vbi qui sunt, omnes magni sunt, vt mox subditur: *hic magnus vocabitur &c.* vel sensus erit, ab illis, qui in cælesti gloria sunt, minimo, vel nullo pretio habebitur, & abiectissimus iudicabitur, quod verissimum est, præsertim de ijs doctoribus, qui prauè docent, vt Abul. Ians. & Gloss. Interl. exponunt; *apud illos*, inquit Abul. *qui sunt in regno cælorum, minimus vocabitur, licet ipse non sit ibi.* mihi in primis hic sensus placet, nam inferius v. 10. sic sumitur regnum cælorum; *non intrabitis in regnum cælorum.* Secundo regnum cælorum significat Ecclesiam, vt hic sumit Aug. 20. de citit. l. 1. de ser. Dom. lo. cit. & Greg. 19. moral. c. 5. & ferrè omnes, inquit Maldo. & sic erit sensus; minimus, id est, indignus, qui inter fideles numeretur, ob falsam præsertim doctrinam. Denique regnum cælorum secundum Chryso. & Thophyl. resurrectionis, & vltimi iudicij tempus accipitur, *Memento mei, dum veneris in regnum tuum.* & sic erit sententia hæc: minimus vocabitur, id est, sententia iudicis declarabitur, vltimo loco fore, seu vltimus, quia eijcietur in tenebras exteriores.

82.

At, inquires, si ergo qui vnum ex mandatis istis minimis non seruauerit, minimis, id est, vltimo loco erit, qui non seruauerit maiora vbi erit? & ipse vltimo loco. Erunt igitur pares, & impares: pares quia vterque minimus, vterque vltimo loco, id est, in inferno: impares quia in illo vltimo loco sicut & in primo, quod est cælum, mansiones multæ sunt, & alij maioribus, quam alij supplicijs afficiuntur. sicut qui in cælo omnes pares ob eundem denarium, Matth. 20. 10. Impares ob multas mansiones, Io. 14. 2.

83.

Porro voluit voce, *minimi*, vti, quia vocauerat mandata minima, & quia opponere illos voluit ijs, qui in cælo omnes magni erunt, vel in Ecclesia vel in resurrectione, qui nimirum fecerint, & sic docuerint.

Sed, quærunnt nonnulli, cur de ijs, qui magna mandata nec faciunt, nec docent, & de ijs qui faciunt & non docent, & de ijs qui minima docent, & non faciunt, aut faciunt, & non docent, nihil hic Christus loquatur? Respondeo, quia de solis Phariseis quæstio erat, qui ista, quæ minima putabant, nec faciebant, & sic homines docebant, *vocabitur*

A autem dicit per Hebraismum, pro, *erit*.

Qui autem fecerit] nempè omnia, nam *qui in vno offendit, factus est omnium reus.* Iacobi 2. 1.

Et docuerit] Interl. sic.

20. *Dico enim vobis*] Interl. quomodo ergò faciendum? *Dico*] Gloss. magnam vim, & profundam intelligentiam habet, illud, *dico enim* &c. Reddit hic causam, cur dixerit, *qui soluerit vnum de mandatis istis minimis*, quasi idem sit soluere, & non abundare eius iustitiam plusquàm Scribarum & Phariseorum. est autem legendum non, *dico autem*, sed, *lico enim*, vt Græcè, & Syriacè legitur. redditur enim causa, vt dixi.

Abundauerit] id est, nisi maior fuerit, videlicet faciendo, & docendo; Pharisei enim vel solum docent, vel nec faciunt, nec docent seruanda, sed pleraque ex istis minima putant, & prædicant esse.

Iustitia vestra] legis obseruatio. ad iustitiam etiam pertinet ieiunium, vt patet ex sequenti cap. est ergò iustitia Pharisæica dicere, & non facere; vel præsertim nec facere, nec facienda dicere: nostra autem est dicere, & facere. Vide Augustinū de fide & oper. capit. vigesimo sexto, Angelum Caninium de locis Noui Testam.

Plusquam Scribarum & Phariseorum] qui docent & non faciunt, vel potius nec faciunt, & sic homines docent. & hoc secundum magis videtur cohærere literæ, licet primū non sit omninò reiiciendum: Pharisei enim cordis peccata, & concupiscentias nō curabant, nec multum saltem curanda docebant; vt sequentia ostendunt. Meminit verò Scribarum, & Phariseorum, quia & doctores erant, & cæteris multò sanctiores habebantur, vt habes Matth. tertio, septimo. vide in hunc locum Irenæ. l. 4. c. 26. 27. August. de vnitatē Ecclesie 19.

C Illud animaduersione dignum, *iustitia* nomen interdum sumi pro particulari quadam virtute in ordine ad alterum, cuius obiectum est iustum presens, ac propriè sumptum, vt est idem quod æquū: cuius oppositum est iniquum, quod iniuriam alterius comparatione inuoluit, & ita iustitia inter virtutes Cardinales connumeratur. Interdum sumitur pro actu cuiuscumque virtutis, non quæ talis est, sed quatenus refertur ad commune bonum multitudinis, cuius pars est ille, qui eum exercet, & ita Arif. 5. Ethic. c. 1. & 2. iustitiā hoc modo sumptam appellat totam virtutem. Vt enim charitas, licet in se sit peculiaris quædam virtus, eo tamen sensu potest in viro iusto, qui omnia sua actu, in Deum refert, appellari vniuersalis, & quodammodo tota virtus, & in omni virtutis actu eo modo in Deum relato, inuenitur ratio formalis charitatis: ita quoque vult Arif. esse quidem in se virtutem quandam particularem, quæ respicit commune Reip. bonum, quatenus tamen recte opera virtutum, quæ præcipiunt, itemque subditi referre debent eadem opera in bonum commune, esse generalem, totamque quodammodo virtutem: quia similiter in quocumque virtutis actu, qui in commune bonum refertur, & exercetur ratio formalis iustitiæ reperitur. Interdum verò quicunque actus virtutis quatenus per eum is, à quo elicitur, ipsius regulæ ac mensuræ sese adæquat, nempè rationi rectæ, legique, ac voluntati Dei, iustitia nominatur. quo modo si vsurperet iustitiæ nomen, conuenit essentialiter, non extrinsecò (vt paulò antè diximus accipi iustitiam ab Arif.) omni huius virtutis operationi. ita frequenter vsurpatur in Scripturis, vt hic: *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, & nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam &c.* & capite sequenti, *attendite ne iustitiam vestram faciatis* &c. lege Chryso. hom. in

84. *istius nomen variè accipiunt.*

D Matt. in illa: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.*

Eodem

Eodem modo sumpsit Tullius l. 1. de legibus dum eam definit, esse obtemperacionem legibus. Quin in Scripturis sacris promiscuè legum obseruationes, legesque ipse *iustitia* appellantur quatenus iustos homines efficiunt, obseruationes quidem formaliter, leges verò tanquam normæ, & regulæ, quæ iustitiam docent, & mensurant. sic Deut. 4. *Scitis quod docuerim vos præcepta, atque iustitias.* secundo Paralipp. septimo. *si feceris iusta omnia & cætera. & iustitias meas, iudiciaq; seruaueris.* Psal. decimosextimo, *iustitias eius non repuli à me.* Interdum gratia, & charitas *iustitia* dicuntur, quæ coram Deo iusti formaliter sumus; tumque hominem iustificari intelligimus, quando illam recipit. sine gratia enim & charitate nullus est valoris, ac meriti obseruatio legis naturalis, per respectum ad finem supernaturalem, immò sine ipsis, quilibet peccato infectus est, vel originario, vel alio ipsiusmet hominis opere commisso, vt proinde iustus esse nequeat coram Deo, esto totam legem obseruare possit.

Denique interdum donum illud integrum, quod primi parentes sibi, & poiteris acceperunt, iustitia originalis appellatur. Hinc patet, quomodo hic à Matth. *iustitia* sumatur.

21. *Audistis quia dictum est*] quia lex Moysis vetabat, & puniebat homicidium ipsum re ipsa commissum, Pharisei, ac Scribæ homicidium ipsum reparatum cauendum putabant, & ideò eiusmodi homicidas reos, id est, obnoxios iudicio, id est, pœnæ, & condemnationi iudicabant: cordis autem iram homicidij habentem desiderium, vel grauis damni, parui pendebant. Propterea Dominus aggressus perficere, atque interpretari legem, conuellit falsas Phariseorum interpretationes, & intelligentiam; est autem hoc præceptum traditum Exod. 20. & ex c. 21. constat, eum qui occiderit, reum esse iudicio.

Cæterum ostendit hic fuisse Maldon. Christum non de Phariseorum traditionibus, sed de lege ipsa loqui, quam vel additis præceptis, vel consilijs perficit, & quoddammodo corrigit, & emendat. Mihi quidem dictum hoc Maldon. valde probatur; tamen ita concedo de lege Christum Dominum hic agere, vt affirmem inuehi ipsum quoque, tacite saltem, in falsas quosdã interpretationes, & corruptelas Phariseorum, quas reuellit. Itaque quia lex quædam obscurius continebat, quædam verò tacebat, declarat Christus & exprimit quod obscurum, vel occultum erat, & si quid ob imbecillitatem illius populi permittebat, tollit, vt de libello repudij, falsas verò interpretationes Phariseorum & Scribarum euertit prorsus. Illud verò, *dictum est antiquis*, significat traditum esse Patribus, vt constat ex loc. cit. Exodi.

In dubium hic verti potest, an lex vetus internos animi motus, prauosque actus cordis vetaret. Ad quod respondeo internos animi motus cohiberi per legem veterem, cum lege naturæ etiam prohibeantur, quam lex vetus complectebatur, non ita tamen perspicuis verbis id factum est in lege veteri, quamuis quoad concupiscentiam attinet alienæ vel vxoris, vel rei, aperte cauerit. Exodi vigesimo, vt merito Apostolus ad Roman. septimo dixerit: *concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces.* Quod ad reliquos verò motus animi attinet, licet non ita expressè, tacite tamen illos prohibuit: nam cum actum externum prohibet, & internum vetitum esse vult, vnde externus, tanquam à fonte diminat. Vide item n. 91. Quare illud dictum: *Lex vetus manum prohibebat, non animum*, quod habet Gloss. interl. Philip. 3. explicatur à Magistro & Doctoribus extremo 3. lib. sentent. Iudæi tamen & Pharisei malè hæc præ-

A cepta interpretabantur: propterea Christus non modò clarius aperit, verumque sensum declarat, verum etiam falsum excludit. Quæ veteres leges abolitæ sint, & quæ non, habet Augustinus de ciuitate dei contra Faustum cap. 18. moralia verò ad Christianos pertinere lib. 3. contra 2. epist. Pelag. c. 4. & ser. 4. de verb. Dom. Chryso. 1. de compunc. Saluianus l. 3. de Prou. in biblioth. PP. fol. 13. Greg. 21. moral. c. 5.

22. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur*] Per iram intelligo eam, quæ sine ratione est, & appetitum, vel homicidij, vel grauis alicuius vindictæ coniunctum habet: loquutus enim erat de homicidio. quare Diui Chryl. omi sententia homilia decimasexta in Matthæum, exponens de ira veniali, & non lethali hunc locum, quantum ad duos priores iræ gradus non satis quadrare videtur, quod vel ex eo etiam constat, quia Dominus idem supplicium, quod in lege homicidæ propositum erat, ei proponit, qui fratri irascitur: ait enim: *Audistis, quia dictum est &c. qui autem occiderit, reus erit iudicio*, hoc est, mortis; sic enim Exod. 21. præcipitur; iudicium autem pro condemnatione, vel mortis pœna sumitur, statimque subdit: *Ego autem dico vobis, omnis, qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.*

Reus erit iudicio] Triplicem videtur Dominus huiusmodi iræ, pœnarumque eius gradum distinguere, quorum posterior, priorem superat grauitate. Primus est iræ non erumpentis in verba: alter contumeliosum verbum, ex ira proficiens, quo frater leuis vocatur. Postremus magis contumeliosum, quo fatuus, aut stultus appellatur.

Ponuntur & tres gradus supplicij, vel condemnationis, quæ in re obseruant nonnulli apud antiquos Hebræos: duplex fuisse tribunal, in quo grauiores, capitalesque causæ cognoscebantur. Primum illud in quo vigintitres Iudices præerant. Alterum verò erat Synedrium vocatum magnum, ad quod grauissimæ causæ referebantur, atque ocioresque pœnæ; de his etiam causis agebatur, quæ ad templum, & Religionem spectabant. Hoc igitur secundum vocari videtur hic concilium.

Loquitur ergò Christus distinguens hos gradus Hebræorum more: omnesque istos dignos esse inferni pœnæ docet, quæ per iudicium, & concilium, & gehennam explicatur: iuxta tamen minorem, maioremve gradum pœnæ inferni: nam minor pœna significatur per *iudicium*, maior per *concilium*, maxima per *gehennam*. Sicut etiam in omnibus his tribunalibus imponebatur homicidæ capitalis pœnæ, sed non eiusdem grauitatis.

D Clarius Cardin. Baroniusto. 1. Annal. Ann. 32. habet, fuisse duplex iudicium apud Hebræos, pecuniarium, & capitale, illud *mammotot*; hoc, *nephasot*, id est, animarum iudicium, seu vitæ vocabatur.

Horum iudicium tribunalia tria fuerunt, primum dicebatur domus iudicij trium virorum, qui minores iudicabant causas. Secundum domus iudicij vigintitriū virorum *ovvedpov* paruum, in quo maiores causæ cognoscebantur. Tertium septuagintaduorum virorum *ovvedpov* magnum, in quo de grauissimis, quæ ad summam Reipub. pertinebant, vt de tribu, lege, rege, Summo Sacerdote, & hoc erat Hierosolymis, cætera in singulis erant tribubus. Simile quid habetur 2. Paral. 19. De his Angelus Caninius, Paulus Burgen. in benedictione Iudæ Gen. 49. Galati. 1. 4. Lucidius libr. de emendatione temporum, vbi de vita Christi agit. Maldon. hic Ioannes Annius, in Breuiario temporum factem de iudicio septuagintaduorum meminere,

quam-

88. Quæ ira peccatum.

89. Triplex ira eiusque pœna gradus.

90.

91. Trii iudicij tribunalia apud Hebræos.

86.

87.

Lex vetus in interna tantum & non etiam externa prohiberet.

quamuis Pere. I. de bened. Patriarcharum rem hanc in dubium vertat. Ad hos ordines videtur hic Dominus respexisse, nam per iudicium intelligit paruum *αυτις*, per consilium, magnum, post quæ poena Gehennæ.

Dubitet fortè hic aliquis an vetus lex hos tres iræ motus prohiberet. cui dubitationi sic occurrendum est: cum lex naturæ hos tres peccati, vel iræ gradus veter, & cohibendos doceat, vt constat; non dubium, quin lex etiam vetus eosdem prohibuerit, quippè legem naturæ, id quod superius docui, complectebatur, licet non ita perspicuis verbis; cum enim homicidium vetuerit, etiam contumelias, etiam iram, quæ homicidio materiam, occasionemque subministrant, vetuerit, necessè est. Et verò cum præscripserit proximum diligendum esse, non video, quomodo id præscribi potuerit, nisi intelligeretur esse quoque præceptum ne proximo irascemur, contumeliamve irrogaremus.

D. Chryso. (vt iam verba consideremus) hom. vndecima, in hunc locum Matth. sic legit: *qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio; ex quo sic ille colligit: ergo qui cum causa irascitur, non erit reus: nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, neque iudicata stant, neque crimina compescuntur: iusta ergo ira mater est disciplina: itaque non solum non peccat, qui cum causa irascuntur, sed è contrariè, nisi irati fuerint peccant.* Vide pulchrè ibi Chryso. differentem hac de re, & Augustinum libro primo, de sermone Domini capite decimonono, vbi docet, licere iusta de causa etiam fratrem vocare *factuum*: nam & Christus discipulos euntes in Emmaus, & Paulus Galat. c. 3. 3. *stultos* appellarunt. Idem Patientissimus, ac mitissimus magister noster Christus, qui cum malediceretur, non maledicebat, qui tanquam agnus coram tondente se obtulit, idem ipse vocauit aliquando quosdam *mendaces, filios diaboli, cacos*, & alia dixit. Matth. 23. 13. Iob etiam in coniugem merito commotus, *quasi vna*, inquit, *de stultis mulieribus locuta es*; vbi quasi, veritatem, non similitudinem innuit. ita sanè cum de Dei honore agitur Leonibus se valentiores præbent iusti aduersus impietatem, qui in priuatis malis sustinendis, agnis mitiores sunt, sic Malachiz 3. 14. aduersus eos qui Diuinam prouidentiam criminabantur, dicens: *vanus est qui seruit Domino*, dicitur: *inualuerunt super me verba vestra ait Dominus* (stultitiam vestram tolerare non possum, tunc loquuti sunt timentes Deum, id est, iusti qui Dei causam tuebatur, *compulsi sunt silentium abrumperre.* Neque verò minus se strenuos ostendunt viri iusti rebus, ac factis, cum opus est, ad Dei partes tuendas. Moses etsi mitissimus erat hominum omnium, zelo tamen Diuini honoris incensus tria, & viginti millia Hebræorum ob crimen vituli occidit iussit, Exod. 31. Phinees Dei zelo inflammatus arrepto pugione surgens de medio populi & lupanar ingressus virum Israelitam cum muliere Madianitide perfodit, quem imitatus Mathathias, vnus ex eius posteris, cum vidisset Iudæum idolis sacrificantem doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius, secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram, sed & virum qui cogebat immolare occidit in ipso tempore, & aram destruxit, primo Machabæorum secundo

Clariora sunt ea, quæ de Davidis zelo in Psalmis scribuntur, vt Psalm. 68. 100. 118. Quid ego hic atroxam de ardentissimo Eliæ zelo, quo inflammatus non pauciores quadringentis, & quinquaginta Prophetis Baal spectante populo interemit tertio Regum decimonono? vt merito Ecclesiastic. quadragesimo octauo scriptum sit; *Et surrexit Elias*

A *Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.*

Cæterum tribus debet rebus ornari zelus iste aduersus peccatores, vna est, vt non propriè vindictæ appetitus, sed amor iustitiæ, diuinus honor zelum hunc exsuscitet; deinde vt sit aduersus peccata, non homines, vt illa oderimus, hos autem diligamus. Denique vt seueritas correptionis, & animaduersionis acerbitas, quam foris ostendimus, intus tranquillitatem mentis non perturbet, & dilectionis erga correptos dulcedinem non imminuat; hæc obiter.

Iam verò ad rem; licet sic legat Chryso. germana tamen lectio huius loci non habet, *sine causa*; fateor in quibusdam codicibus græcis haberi *τις*, id est, *temerè*, vel *sine causa*; sicut & Diuus Augustinus in expositione huius sermonis legit, & vult eam repeti, & subintelligi in sequentibus duobus membris. Diuus tamen Hieronymus illam partem vult eradi omninò è libris, nec in emendationibus haberi, quin & Augustinus libro retractation. 1. capite decimonono in Græcorum libris non inueniri dicit, in quibus tamen solis nunc reperitur, si enim inquit Hieronymus, iubemur verberanti alteram maxillam præbere, & inimicos nostros amare, omnis iræ occasio tollitur; quo significare videtur Hieronymus etiam iustam iram, id est, quæ iustam videtur habere causam, Dominum hic prohibere voluisse, & peccare etiam eum, qui etiam ab alio læsus irascitur. Sed hoc non opponitur intelligentiæ Chryso. & Augustini, nam, vt inquit Euthym. sequutus Chryso. *addens* (Christus) *temerè, non omnimodam abstulit iram, sed intempestiuam.* Dicitur autem opportuna ira, quæ sumitur aduersus eos, qui contra Dei præcepta viuunt, quando non ad vindicandum nos, sed ad vtilitatem eorum qui malè viuunt, & ex amore fraterno irascimur, cum congrua honestate. Denique illa est ira, cum iusta causa, quam probant Chryso. & Augustinus, quæ habet tres illas condiciones, quas zelo inesse debere paulò superius numero nonagesimo quarto diximus. hoc ergo est irasci cum causa Chryso. & Augustino, quamuis Hieronym. aliter, id est, prescius pro mala tantum acceperit, cum significat à Christo hic omnem iram prohiberi etiam illam, quæ est cum causa, cuius lectio, & sensus videtur conformior menti Christi, in biblijs nostris correptis non legitur: sine causa. Cæterum cum additur: *qui dixerit Racha*, itemque *qui dixerit fatue*, subintelligendum vtrouique, *qui iuratus dixerit* &c. sumendo iram, prout

C mox explicabo.

Fratri suo] quasi dicat, non hominis vitio, sed homini, quem, quod frater sit, diligere deberet: homini enim irasci nec cum causa licet, cum pugnet ea ira cum dilectione fraterna, quem sensum innuit Hieronymus supracitatis verbis. Docuit nos Abraham non irasci fratri, Genes. decimotertio. *non sit*, inquit, *iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos*, sic allocutus est Loth: neque aliam adiecit rationem pacis, nisi quod fratres essent: *fratres enim sumus*. Potest tamen rectius hic fratris nomine more Hebraico, quicumque homo, vel proximus accipi. Semper autem hic à Christo secundum Hieronymum, & quidem rectè, sumitur ira prout paulò antè significabamus, pro motu animi malevolentis alteri, & vltionem doloris cupientis. Cuiusmodi ira semper peccatum est, licet sit in iudice iustè puniente nocentem, quare reipsa non pugnant Hieronymus, & Chryso. & Augustinus in definitione bonæ, vel malæ iræ.

Raca] Diuus Chryso. ait, *raca*, significare lingua Syriaca, *tu*, quæ species quædam iniuriæ

94.
Zelus contra peccatores tribus rebus ornari debet.

95.

96.
Raca quid.

est,

92.
Verum lex
hos tres iræ
gradus pro
hibeat.

93.

est, vt notat Gagnæus, Hieronymus putat voce, *raca*, otiosum, & vacuum, ac quasi sine cerebro notari. Augustinus sermone Domini in monte. D. Gregorius libro vigesimo primo moral. cap. quinto. D. Anselmus, & Ruper. Matth. quinto, putant interiectionem quãdam esse, & significare tantum affectũ iræ. Alij leuẽm, id est, parui pretij. sic Maldon. pro leui sumit. Guido Fabricius in Lexico Syrocaldaico, *raca*, ait, *Syriacè, Thalmudicè, dicitur, rica, scilicet inanis, & vacuus; est autem minus conuictum, quãmfatuus.* sic ille. certè Hebraicè, *rec*, vacuum, & inanem significat. Iansenus sumit pro vacuo opibus. Omnia hæc possunt adaptari; præsertim quod dicitur de leui, & inani, vel quod dicitur de interiectione affectum iræ significante. Sed si velis esse contumeliam, dicendum est omnino cum D. Basil. in regul. breuioribus respons. si. vernaculum nomen esse cõtumeliæ leuioris, quod aduersus leuiusculos vsurpatur.

Reus erit Gehena ignis] De Gehenna, quæ hic pro inferno ponitur, consule Theoriam sextam, hic tantum illud obseruabo, quod habet Hieronymus Matth. decimo, distinguit enim duas gehennas, vnã ignis; alterã frigoris: quam rem ex Iob. vigesimo quarto, decimo nono elicit: *ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & vsque ad infernum peccatum illius, in quem locum sic Hieronymus, quasi duas, inquit, Gehennas sanctus Iob mihi dicere videtur, per quas Diabolus hereticus, & homo impius commutetur. forte in ipsa gehenna talis sensus cruciatuum fiet illis, qui in ea torquebuntur, vt nunc quasi ignem ardentem sentiant, nunc nimium algoris incendium; & penalis commutatio, nunc frigus sentientibus; nunc calor sit; vt quasi de loco ad locum transire existimentur. Et fortassis inde Dominus ait in Euangelio: mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium, vt hic stridor dentium de rigore frigoris oriatur; vbi & similitudinem quãdam in nostris corporibus possumus inuenire, in quibus ex fellis rufi abundantia, quod est calidissimum in typicis morbis intolerabili rigor præcedit, ignem febrium ardentissimum sequaturum: dicuntur a medicis hæc duo, quæ sibi contraria dignoscuntur, ex vna fellis materia procreari. sic ille. hæc verba etiam tribuit Philippo Pineda ad versum decimum nonum, capite vigesimo quarto. Iob. nu. secundo, vbi querit, an damnati non solum ardoris, sed frigoris etiam æternum cruciatum sentiant, vbi ex præallegatis Philippi presbyteri verbis, quem Commentarij Hieronymi, & Bedæ ferè describunt, aut imitantur, infert ex sententia eiusdem Philippi hos duos cruciatu frigoris, & ardoris ad eandem causam æterni ignis reuocari.*

Porrò Diuus Augustin⁹ libro de triplici habitaculo capite secundo; ad hæc duo, frigus, & ardorem cæteras pœnas reuocat; quamuis Palud. in quarto distinctione quinquagesima, quæst. prima, & Duran. q. item. 1. asserant ab omnibus quatuor elementis prouenturum sensibilem damnatorum cruciatum. Neutrã tamen huius quæstionis pars ad fidem pertinet. qua de re consule Pine. loc. citat. & quæ nos dicemus Deo volente in c. 9. huius libri Theor. 2.

23. **Si ergo offers**] Vide de hoc loco Gregorium quarto Dialog. capite sexagesimo. Vide item de iniurijs remittendis tomo primo, Biblioth. Patrum Colum. centesima decima quinta, ex Chryl. In primis particula ergo sæpè non causam significat, aut illationem, sed solum sermonis continuationem, idem sentiendum de; *autem, enim, quoniam.* & similibus, & hoc modo potest hic accipi, sed malo illationem significet, quasi dicat, si ergo fratri tuo, iratus, dixisti *Raca*, facue, vel quid simi-

A le, dixisti, vel fecisti, relinque ibi munus, & vade. & cætera.

Et ibi] particula, *ibi*, emphasim habet, q. d. in ipsa etiam ara.

Habet aliquid aduersum te] scilicet in quo de te meritò queri possit. vide similem phrasim Apocalyp. 2. *habeo aduersus te pauca*, quasi dicat, sunt quædam, de quibus tecum expostulem.

Chryso. & Theophylactus intelligunt eum habere aliquid aduersus aliquem, qui cum alio non benè conuenit; sed inimicitias cum illo gerit, siue iustas, siue iniustas; & idè dictum absolutè. *Si frater tuus habet aliquid*, nec additur *iuste*, vt intelligatur etiam ei, qui læsus est, præcipi, vt reconciliationem querat, eius qui ab ipso dissidet, & se læsum putat, licet non sit. Vnde non dictum est, inquit Chryso. *reconcilia tibi fratrem tuum, sed reconciliare*; quod tam offenso conuenit, quàm offendenti, sic etiam Theophylactus, & hic sensus perfectioni Euangelicæ magis quadrat. Verùm prior expositio Augustini est verior, quam verba magis significant; neque enim dicitur; *si tu habes aliquid &c. sed si frater habet &c.* quod innuere videtur hunc sensum, nempe si iuste de te conqueri potest. dummodò intelligamus semper requiri etiam in offenso affectum reconciliationis; quod est dicere, requiri quidem semper, vt dimitramus proximo; non tamen semper vt ex præcepto reconciliemur fratri ante oblationem, & fortè non aliud intelligit Chryso. per reconciliationem, quàm remissionem delicti, vt significat Euthym.

24. **Vade prius reconciliari**] hoc, inquit Augustinus, non ita intelligendum est, quasi semper ad fratrem ire debeamus. Sanctum id quidem consilium; & cum charitas efflagitat præceptum, plerumque tamen affectibus potius, aut effectibus, quàm pedibus ire debemus; affectu iniuriam condonantes, si quam accepimus; aut effectū, quod magis facit ad sensum huius loci, iniuriæ, si quam ille à nobis accepit, satisfaciens saltem proposito, si non possumus aliter. Hoc quidem præceptum est, illud verò, pedibus ire, vt plurimum, consilium. Vade, inquit Iansen. & Emman. Si oportunitas est loci, temporis, & ratio prudentiæ velit, & charitas.

Reconciliari] Græcè, & Syriacè *reconciliare*, id est, redi in gratiam. Vide obsecro lector, quanti Deus faciat proximi gratiam; & amicitiam: *Te querit* (ait Augustinus sermone decimo sexto, de verbis Domini) *magis, quàm minus tuum; nam si malum animum gerens aduersus fratrem tuum veneris cum munere ad Deum tuum, Respondet tibi; Tu peristi, mihi quid attulisti? offers munus tuum, & tu non es munus Dei, plus querit Christus, quem redemit sanguine suo, quàm quod tu inuenisti in horreo suo. ergo relinque ibi manus tuam ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offer munus tuum; sic pie, & sapienter August.*

Cæterum antequam hinc discedamus obseruandum est, quantum orationi profit manuum mundities, nimirum, vt nullo fraternæ cædis cruore foedatæ, nulla rapina, nulla proximo illata iniuria temeratæ sint: has enim manus ad orandum extentas auersatur Deus, proindè Sapienter Dauid orabat: *libera me de sanguinibus*: sanguinis autem nomine omne genus iniuriarum in proximum significatur. quin potius petit idem Dauid, *Spiritu principali* id est munifico, liberali, benefico, omnibus grato confirmari. Sciebat enim vir sanctus, mundam debere esse deprecationem, vt audiatur à Deo; quod & Paulus monet primæ, ad Timoch. secundo, octauo. *leuantes puras manus sine ira.* quod alij explicant absque iniuriarum memoria iuxta id Marci decimo, *cum stabitis ad orandum,*

99.

100. Charitatem proximi quanti facias dem.

101. Orationi multum prodest manuum mundities.

87. Duplex Gehenna.

98.

*dimittite, si quid habetis aduersus aliquem: aliqui verò actiue exponunt sine ira, id est, nemini irascentes, aut nocentes quacunq; ex causa, subdit enim Paulus & disceptatione, quæ græcè dicitur, dialogismus, quasi dicat, nec re, nec verbo proximum læseritis. Quid? an non etiam apud Ethnicos munda in sacrificijs debere esse omnia monebant certa quadam loquendi formula sacrorum antistites, quare inquit Liuius libro quadragesimoprimo. *Omnia præstatio sacrorum eos quibus non sunt pura manus sacra arceat;* & Seneca libro tertio. nat. qq. iubet puras ad cœlum manus extollere.*

Certè quàm magnam vim, & efficacitatem nostris addat precibus concordia atque in proximum benevolentia & illum nunquam læsisse, habemus Matth. decimo octauo, decimonono. *Si duo ex vobis consenserint super veram de omni re, quam petierint fiet illis à Patre meo.* At preces irritas quantum efficiat illata proximo iniuria, salis hic locus Matth. quem versamus, indicat: *si offers munus tuum, &c. cui si addas illud Isai. primo, decimo octauo, nihil est amplius quòd desideres: discite, ait, benefacere, querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus.* Vide Pinedam capite decimo sexto, in Iob. ad versum decimo octauum n. secundo, tertio.

102.

25. *Eslo consentiens*] exemplo humano, & quadam veluti parabola concordiam commendat, & est sensus literæ: fac in rebus animæ, quod solet fieri in lite de re temporalis; vt enim præstat reconciliari aduersario (id est ei, qui habet aliquid aduersum te) quàm ab eo iudici tradi, & condemnari: ita proximo læso præstat reconciliari, quàm à Deo puniri, sic Emman. & fufius Ians. & videtur vera sententia loci huius.

consentiens] ἐνωον beneuelus, id est, benevolentiam habet. sic Tertullianus libr. de patientia, Hilarius verò Canon. quarto, benevolentia reconciliare. Augustinus libro primo, de sermone Domini vigesimo secundo, per aduersarium intelligit Dei legem, seu Verbum Dei, namque verbum aduersatur malè viuentibus, vt ipse ait Epistola octouagesimo octaua, vel secundum Athanasium, quæstione sexagesima secunda, aduersarius noster conscientia nostra est. Hieronym. verò Matt. 5. aduersarium intelligit eum, qui habet aliquid aduersum nos, in quo cum nostra expositione posita initio huius nu. centesimisecondi cõsentit, Græcè habetur ἀντίδικος, id est, litem intendenti, seu in ius trahenti. Per viam, hi omnes, sicut & nos intelligunt præsentem vitam. Iudicem verò Christum interpretantur; per ministrum, Angelum bonum, vel malum; per carcerem intelligunt quidam purgatorium, vt Cyprianus, Ambrosius, Origines, at alij melius infernum interpretantur. nos iuxta datam Iansenij, & Emman. expositionem intelligimus iudicem hunc temporalem sicut & per ministrum, & per carcerem, temporalem ministrum, & terrenum carcerem exponimus. licet (vt fit in parabolis) sub his intendat Christus se, per iudicem; & per ministrum, Angelos; per carcerem, infernum. Moralis quidem, verum elegans est sensus ille Tertulliani libro de anima cap. 35. *Si in diabolum, inquit, transfertur aduersarij mentio, ex obseruatione comitante, cum illo quoque moneris eam inire concordiam qua deputetur ex fidei cõuentione: pactus enim es renunciare ipsi. & pompa, & Angelus eius. Conuenit inter vos de isto. Hac erit amicitia, obseruatio sponsinũ, ne quid eius postea resumas, ex his, qua es eterasti. qua illi reddidisti, ne te, vt fraudatorem, vt pacti transgressorem iudici Deo obijciat.* sic Tertullianus.

Tradet] loquitur Christus accommodatè ad

A hominum mores, & fori consuetudinem, vbi qui iniuriam accipit, aduersarium coram iudice sistit; significat autem Christus secundum sensum intentum, & spiritalem parabolæ coram Dei tribunali, nisi reconciliemur fratri in hac vita accusandos nos esse, tradendosque Angelo sententiæ exequutori, & in carcerem, hoc est, in infernum tradendos; non quod nos, iniuria affectus frater, apud Christum sit accusaturus. tradet autem nos iudici, quia eius causa trademur, quamuis non tam ipse, qui etiam iudicandus est, quàm diabolus traditurus sit nos iudici, qui vel condonata etiam nobis à fratre coram Dei tribunali refricabit iniuriam. quam rectè verò Diabolo *aduersarij* nomen conueniat, docet Pineda cap. 1. Iob ad ver. sextum, num. octauo.

26. *Non exies donec*] non significat, ait August. exituros postea, sed nunquam exituros: nam cum pro vno peccato mortali debeat poena infinita, quam nunquam poterunt perfoluere, cum gratiam non habeant, indè fit, vt nunquam sint indè egressuri.

B *Donec reddas nouissimum quadrantem*] nouissimũ id est, extremum quasi dicat, quod restat soluendum. Hieronym. ad Demetria. minimum quodque dilectum intelligit per nouissimum quadrantem. *Quadrantem* putant aliqui, quartam partem assis esse, quàm à tribus vncijs, Plinius *triumcium* vocat; Cicero verò *triumcium*. atque eum nummum vulgo ceu minutum contemptui fuisse prouerbio quoque testatum est, quo dicitur: *ne teruncium quidem insumpsit.* Sunt qui dicant hanc pecuniam æquialere duobus minutis. D. Marci capite duodecimo, vbi dicitur, *cum venisset vidua vna pauper, misit duo minuta,* quod est quadrans. Sed cum ibi Græcè legamus λεπτά δύο significari videtur per minutum, nummus, qui amplius non diuidebatur, eratque ærem numisma, dicuntur autem à Mar. duo huiusmodi numismata, *quadrās* ratione oboli, cuius minutum, seu lepton erat octaua pars, atque aded duo minuta erant quarta pars oboli. Quare de suo loco, Deo dante, dicemus: interim consules Villalp. in appara. tom. 3. p. 2. l. 2. disput. 2. c. 17. pag. 366.

103.

Quadrans quid.

C Eant nunc hæretici & plenis buccis iacent, fidem solam sufficere ad salutem, aded vt ob solam infidelitatem tradantur homines in infernum: hic enim per quadrantem, minimum quodque debitũ, seu peccatum intelligitur, cum tamen infidelitas nequaquam minimum dici queat. Illud interim aduerte etiam peccata venialia ibi perpetuò castigari in damnatis carentibus gratia, quæ principium est remissionis, & satisfactionis; in hunc & sequen. v. lege Ambros. in Luc. 12. Cyprian. l. 4. epi. 2. ad Anton. item Iansen.

104. Sola fides est iustificas.

D 28. *Omni qui viderit mulierem*] vbi exposuit quintum legis mandatũ, & perfecit, nunc idem cũ sexto facit: *Non mæchaberis*, Græcè pro *videris*, habetur ὀβλιπὼν qui aspicit, qui scilicet non casu, sed qui impudico animo in mulierem oculos iniicit, id est, hoc animo aspicit, vt concupiscat, quo deliberatus consensus exprimitur, sic Augustinus, Hieronymus, Chryso. itaque de eo loquitur, qui ita videt, vt indè accendat in se eius concupiscentiam; quare, inquit Augustinus, considerandum esse, quod non dixit, *Omni, qui concupierit mulierem, sed qui viderit mulierem ad concupiscendum eam*, id est, hoc sine &c. quod non est titillari delectatione carnis, sed plene consentire libidini.

105.

Potest esse & alter sensus, vt præpositio, ad, sumatur coniunctiuè tantum, & consequutiue, qui viderit mulierem, ita vt etiam concupiscat eam, vel concupiscendo eam. & sic hæc Christi sententia sit de concupiscentia tantum deliberata, vel

cum

cum consensu, ita ut non sit propassio, sed passio; uterque sensus bonus est, sed prior magis huius loci videtur. Vide ad hunc locum pertinētia multa, de cogitationum, & oculorum custodia apud Pinedam, capite trigesimo primo in Iob. vers. primo, per multos numeros. Adde & Iulium nostrum Mazarinum in suo Davide, ubi eruditē satis docet, quā magna peccandi occasio sint oculi, nisi refrēnentur, dum discitur. 4. agit de altera peccati Dauidici occasione.

106.

Verū inquit, in quo perfecit Christus præceptum de non mœchando; nam concupiscentiam etiam refrēnabat lex, dum iussit, *non concupisces uxorem* &c. Respondeo, & si putarint olim homines concupiscentiam esse prohibitam, non putarunt tamen fortē eam esse mœchiam, vel fornicationem, id est, mœchiz, vel fornicationis crimen continere; hoc nunc Christus explicat, quod non dicebat lex ita expressē ac præcisē. Habebat quidem lex: *non concupisces uxorem proximi tui*, sed non dicebat, eum, qui impudicis oculis aspiceret, reum esse adulterij.

Mulierem] scilicet matrimonio iunctam: nam mœchari, non est simpliciter fornicari, sed adulterium committere.

107.

Cæterum sub præcepto non mœcandi, prohibebatur etiam omnis illicitus veneris vsus, sub grauiore scilicet peccato, & notiore, leuioribus comprehensis; sicut sub præcepto *non occides*, quælibet etiam mutilatio, læsio, præcursio hominis prohibetur. Quod autem dicitur de visu, ut de notiore sensu, intellige etiam de tactu, auditu, cogitatu. nam qui tetigerit, audierit, cogitarit de ea, ut concupiscat, iam mœchatus est, licet minus peccarit, quā is, qui reip̄a adulterium commisit.

108.

Delectatio morosa peccatum mortale.

Porro etiam delectationem morosam sine intentione operis patranda esse peccatum mortale, de re venere, ex Chrysofomo homilia decima-septima. in hunc locum Matthæi elicit Vasquez. 1. 2. distinctione centesima nona, capite tertio. sic enim hunc locum exponens scribit Chrysof. *Audistis quia dictum est &c. qui enim studet elegantes facies inspicere, ipse præcipue fornacem sibi istius passionis accendit; & captiuam facit animam, ad opus quoque celeriter abit, propterea non dixit; qui concupuerit ad adulterandum, sed qui viderit ad concupiscendum;* distinguit ergo Chryso. concupiscere ad adulterandum, quod est voluntatis efficacis, ab eo quod est videre ad concupiscendum, quare hac posteriori parte intelligit delectationem morosam; alioqui frustra duo illa, quæ diximus distingueret; quod videtur etiam significasse Hilar. Can. 4. in Matthæum, cum inquit; *iam in Evangelio motus tantum oculi incidentis aequatur, & cum fornicationis opere ponitur, illecebrosa visus transcurrentis affectio, affectio autem illecebrosa est morosa delectatio.* Consule Vasquez qui plura affert.

109.

Sed quidquid sit de mente horum Patrum, hoc loco tantum videtur Dominus de concupiscentia ad opus relata, si facultas adesset, loqui expressē, quamuis virtute ac tacitē etiam excludat morosam delectationem, quam fateor esse peccatum mortale in re graui.

Pererius episcopus ad Rom. in c. 7. scribens disput. 10. num 59. sic ait: *si quis porro de me querat, cur non etiam in lege Diuina de homicidio duplex datum sit præceptum, alterum de externo homicidij opere, alterum autem de interna concupiscentia faciendi homicidij sicut datum est duplex præceptum de furto, & de externo actu furandi, & de interiori concupiscentia rei aliena; & item datum est duplex præceptum de adulterio, de externo scilicet actu, & de interna concupiscentia; Equidem responderem, propterea*

110. Cur, præter præceptum, etiam concupiscentia carnalis prohibita, plusquam in præcepto homicidij non faciendi.

A id esse factum, quod multo maior est humani animi proclivitas ad carnalē libidinem, & voluptatem, & ad auaritiā, quā sit ad cades hominum faciendas. Quo fit, ut frequentior, & acrior, ardentiorq; sit in homine concupiscentia earum rerum, minusq; vitiosa, immo quasi naturalis vulgo putetur, tamquam pertinens ad conseruationem speciei humana per indiuidua. ea quoque sæpius foras prorumpit ingenti cum hominum iniuria & damno. Quo circa ut tantum hoc malum radicitus ex animis hominum euelleretur, duplici fuit præcepto prohibendum. non autem ita sæpe in tantam, ira excedit acerbiter animi, tantq; inflammatur furore, ut præceptum homo uat in cades hominum. hæc ille.

Illud adde ex eodem, non tantum qui de vulgo erant Iudæorum, sed grauiores etiam, & sapientiores censuisse præceptis illis Decalogi non interna peccata, sed externa fuisse prohibita, à quo non abhorruisse videtur libro duodecimo antiq. capite decimotertio Ioseph. eo nomine reprehendens Polybium historicū, quod regem Antiochum idē miserabili exitu perijsse scripserit, quia templum Dianę voluerit diripere; nam voluisse, inquit, tantum & non etiam perfecisse sacrilegium, non videtur res digna supplicio.

B Postremò contra hæreticos non omittendum; cum lex dicit: *non concupisces*, non prohibere concupiscentiam per se, nempe eam, cui abest voluntatis assensus; licet dici ea possit frigurate peccatum quinque modis: Primū quia peccatum naturæ corruptæ: quemadmodum vitia, quæ sunt contraria integritati naturæ, ut sunt monstra, cæcitas &c. vocantur à Philosophis *peccata natura*. Iam verò cum hoc integritas hominis oposcatur, fit mens dominetur; sensus, & appetitus obediunt, sit autem factum culpa hominis, ut hæc pars inferior rebellis sit, & repugnans rationi, hoc ipsum vocatur peccatum non morale, sed naturale. Deindē *peccatum* dicitur, quia effectus peccati, tum quia est poena peccati. Ad hæc quia vehementer incitat ad peccatum. Postremò quia est instrumentum, quo per actum generationis peccatum originale propagatur, & transfunditur. & primo quidem modo sumpsit Augustinus libro quinto, contra Iul. capite tertio, cum dixit, concupiscentiam etiam per se peccatum esse, non solum effectum, vel causam, vel poenam peccati. in hunc ver. vide Augustin. de honest. mulier. capite quarto, & quinto. Vide item Anastasium tom. 1. biblioth. pag. 9. 63.

C 29. *Quod si oculus tuus*] Grauisimis verbis docet Dominus adulterij, fornicationis, cæterorumque criminum occasiones amputandas. Parabolica sunt ista verba, inquit Gagnæ. neque enim reuera aut oculum eruere, aut principale membrum iubemur abscindere. sensus autem est: nil tam carum, tam necessarium ducas etiam si tanti illud æstimas, quanti oculus, manumve dexteram, quod si te scandalizet, hoc est, in via Dei impingere te faciat non statim eruas, aut abijcias; melius est enim bonorum omnium, etiam carissimorum iacturam te facere, quam totum te mitti in Gehennam, id est, æterno igne relinqui cruciandum. Vel nullius sensus tam gratus sit vsus, quo non sis priuari paratus ob regnum coelorum, nempe oculus prohibere ab aspectu, & manum à tactu, est oculos quasi eruere, & proijcere; Aliqui sic: *si oculus tuus dexter scandalizat*, id est, si petulanter videas, erue eum, id est, cogitationem mali.

Scandalizat] tibi est peccandi occasio. *Totum corpus tuum*] videtur alludere ad chyrurgos, qui ut corpus non periclitetur, abscindunt vnum membrum.

30. *Et si dextra manus tua*] Neque igitur de

111. Iudæi exteriora tantum curabant neglectis interioribus.

112. Hæretici id eandem.

113.

corporis membris, quæ culpa carent, & ab animo, quo vult, ducuntur. hæc intelligi possunt. sed iubet Dominus, quæcumque carissima, ut est amicus utilis, seruus fidelis, vltus sensus alicuius, & similia, si absque peccato cum illis non potes conuersari, omnino amputes, & à te longius abijcias.

Eat] mittatur.

31. *Dictum est autem*] Vidè de hoc vers. Augustinum decimonono, contra Faustum vigesimo sexto, vigesimo nono, Djuu Thomam 4. distinctione trigesima tertia in additione quæstionis sexagesime septimæ, & prima, secundæ, centesima octaua, 3. 1. 2.

Quicumque dimiserit uxorem] ad sextum præceptum etiam hæc pertinet. pergite ergo perficere, & adimplere legem. permiserat olim lex repudium vxoris ob duritiam cordis Iudæorum, tollit nunc, verum num in veteri lege repudium tanquam bonum concessum & tanquam minus malum, ad vitandum maius, permillum fuerit in cap. decimum nonum Matthæi, si Deo placuerit, dicemus.

114. *Libellum repudij*] exemplum libelli repudij Deuteronom. vigesimo quarto, primo, si quis scire velit, consulat Iansenum hic, Abulensem capite decimonono, Matthæi nono, quinquagesimo secundo. Diuum Thomam, & Doctores in quarto distinctione trigesima tertia, quibus adde Maldonatum Matthæi decimonono, vers. octauo finali. Porro quid intersit inter diuortium, & repudium &c. vide in Theorijs.

32. *Omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa*] hunc locum, qui matrimonium etiam quoad vnculum dissolui posse (licet sit consummatum) propter fornicationem, impiè mentiuntur, falso vsurpant; sicut & alterum, & quidem magis Matth. decimonono, nonno. Vbi sic legimus: *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit moechatur; & qui dimissam duxerit, moechatur.* videtur enim vtrobique Dominus statuere, non esse uxorem dimittendam, neque ea dimissa, esse ducendam aliam nisi ob solam fornicationem.

115. Cæterum habet hæc Domini sententia duas partes expressè, prima est: *Omnis qui dimiserit uxorem suam extra fornicationis causam, facit eam moechari,* quamuis aliam non ducat, id est, præbet illi moechandi occasionem. Altera pars est: *& qui dimissam duxerit adulterat.* Sub qua parte continetur tertia, nimirum qui priore dimissa alteram ducit, adulterat: nam idèo qui dimissam ducit adulterat, quia illa habet alterum virum, nempe eum qui dimisit illam, ergo & vir iste dimittens adulterat aliam ducendo, cum superstitem suam habeat. Est autem differentià inter has partes, quod prima intelligitur extra causam fornicationis, & quamuis vir aliam non duceret, moechatur enim etiam sic dimittens, hoc est, eam moechari facit; quia cum esset pudica cum viro, tamen dimissa cogitur per incontinentiam viuo priore alteri copulari, quod est moechari. Augustinus 2. ad Tollen. de adulterio coniugum, capite decimo septimo, quod si hoc ista non fecerit, tamen ille quantum in se est, facere compulit, & hoc ei Deus peccatum, etiam si illa casta permaneat, imputabit. Secunda verò, & tertia pars accipienda est, siue posita fornicatione vxoris, siue non posita, semper enim qui dimittit, aliam ducens, & qui dimissam ducit adulterant. itaque causa fornicationis licitam facit dimissionem, sed non secundum coniugium dimissæ, vel dimittentis: Atque adèo cum ait, *dimissam*, intellige etiam ob fornicationem. Et patet

A quia si illa exceptiua pars, *excepta fornicationis causa*, intelligeretur etiam in posteriori sententia, cum dicitur, *& qui dimissam duxerit*, subintelligendo, *excepta fornicationis causa*, sequeretur meliorem esse conditionem dimissæ ob adulterium, quam sine illo, quod est absurdum. Igitur cum dicitur: *& qui dimissam duxerit*, intelligitur quocumque modo sit dimissa.

Verum quid hic nomine *fornicationis* oporteat intelligere non tantum hic, sed etiam in loco altero Matthæi decimonono, declarandū est. Affirmo igitur Matthæi quinto, & decimonono, Christum dum declarat diuortium licere ratione fornicationis, nomine fornicationis omnem illum concubitus, per quem caro coniugis diuiditur in alium, intellexisse. quod non obscure significauit D. Hieronymus in cap. 19. Matth. explicans quomodo liceat ratione fornicationis uxorem dimittere, & refertur c. dixit Dominus 32. q. 1. ibi: *cum illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri.* Adde etiam legem diuortij non esse verè poenalem, sed ex ipsamet contractus matrimonialis natura oriri, quod ostendit pluribus Sances lib. 10. de diuort. disp. 3. num. 4. & disput. 4. num. 3. proindè non mirum, si nomine *fornicationis* claudatur omnis ille concubitus, in quo inuenitur perfecta diuortij ratio, quamuis propriè adulterium non sit, siue naturalis, siue Sodomiticus fuerit. Vtrum autem ratione adulterij spiritualis, quod est hæresis, vel apostasia à fide, in quod alter coniux dilabatur, liceat Catholico diuortium, ac vtrique transitus in alium statum ut ad professionem, & viro ad ordines disputat egregiè idem Sances eodem libro dif. decima quinta.

B Cæterum cum plures sint causæ dissoluendi, quo ad torum matrimonij, cur solius carnalis fornicationis meminerit Christus constabit Theo. 7. n. 9.

C Reliquum est videre, quid Christus hoc loco addiderit legi, cui obiectioni respondeo per hæc: primum quod in lege propter adulterium vxoris non dimittebatur, sed aut comburebatur; Genes. trigesimo octauo vigesimo quarto, aut lapidabatur, Leuitici vigesimo, decimo. Ioann. 8. 5. Denique tollebatur è medio Dan. 13. 41. hoc Christus sustulit, non mori adulteram iussit: sed dimitti permisit. Addidit præterea, quod noluit etiam adulterij causa dimissæ, libellum repudij dari, quo se gniores in dimittendis vxoribus essent viri, scirent, nec sibi, nec vxori licere alias tentare nuptias. Addidit tertiò, quod innumerabiles causas quibus in lege uxorem dimittere licebat, rescieuit Deut. 24. 1. solam fornicationem excepit, ut proprium matrimonio. Ad hæc addidit, quod cum in lege semel dimissam vir reuocare non posset, in Evangelio reuocari non quidem iussit, sed optauit, ut ostendit Paul. 1. Corint. 7. 11. Addidit postremò, quod cum in lege uxorem viro, non virum vxori dimittere liceret: in Evangelio parem viri & vxoris causam esse voluit, quod expressit Paul. 1. Corint. 7. 10. 11. qua de re vide Theor. 8. n. 4. 7. 9.

D *Dictum est antiquis, non periurabis*] Gradum iam facit Dominus ad secundum Decalogi præceptum, de quo Exodi. 20. 7. Deuteronom. 5. 11. vbi dicitur: *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, sic etiam Leuit. 19. 12. Hebraicè non habetur *non periurabis*, sed *non iurabis*, seu *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*. Vanum autem & Latinè, & Hebraicè significat non modò, quod non necessarium, sed etiam quod falsum, quod est peccare.

Sensus autem huius præcepti, *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, triplex esse potest,

118. pri-

116.

117.

118.

primus est: *non assumes in vanum*, id est, pro re nullius momenti, pro re futili, & inani. Alter sensus est: *non assumes in vanum*, hoc est frustra, quasi dicat, ne iures in eius nomine, nisi necessitate compulsus. Tertius est: *non assumes in vanum*, hoc est, mendaciter; quasi dicat, ne iures per nomen Dei mendaciter: mendacium enim, & quidquid est falsum, & falsum, Hebraico more dicitur *vanum*; qui sensus mihi videtur valde conformis huic loco, & verus, ac germanus eius præcepti, & perinde est, ac si diceretur: nihil falsi Deo teste aduocato iure iurando confirmabis; Confirmatur, quia Leuitici decimonono, vbi legitur, *non periurabis in nomine meo*, Hebraicè. ad verbum est: *non iurabis in nomine meo mendaciter*.

119.

Cùm verò iubemur debitum Diuino nomini honorem tribuere, non iubemur ipsius nominis literas & syllabas, aut omnino per se nudum verbum tantummodo attendere, sed in eam cognitionem mentem, & animum conijcere, quid nam valeat, quid contineat, quid significet illa vox, nempe immensam Dei maiestatem, quod non de vno aliquo nomine, sed de omnibus, quæ Deo tribui soleat, intelligendum est.

120.

Reddes autem &c.] Triplex esse potest sensus: primus, solus Deo, quod iure iurando promissisti. Hoc continetur Numerorum trigésimo: *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne, quod promissit implebit*. secundus sensus est: *reddes Domino iuramenta*, hoc est, cum iuraueris non assumes nomina idolorum, sed nomen Dei tui, quod iubetur Deuteronom. sexto. *Domini Deum tuum timebis, & illi soli seruias*. sed non hoc videtur hic significare Dominus; nam cum dicat, *reddes*, id est, persolues, præstabis, accipiendum id est de exhibitione eius, quod iure iurando promissum est. Tertius sensus videtur mihi germanus esse huius loci, qui hac vna sententia sic comprehendi posset: iuberi, vt præstemus (hoc enim est reddere) quod siue Deo, siue alij iure iurando promissimus: vnde cum Christus dixisset, *non periurabis*, subdidit: *iuramenta tua reddes*, quasi dicat, quia non iurandum est falso, & mendaciter, ideo reddere, quod iurando promissisti alioqui mendaciter iurasti. Porro Dominus sensum retulit, non verba harum legum: & sub iuramento promissorio, etiam alia, si quæ sunt, iuramenta clausit. est enim duplex iuramentum, assertorium, & promissorium, sicut & periurium, alterum est assertorium, quo scilicet affirmatur iuramento esse verum aliquid, quod falsum est: alterum promissorium, quo scilicet iuramento promissit quis se facturum, quod non intendit implere, vel licet intendat, postea non adimplet, licet iste non semper periurus dicatur si aliqua subsistat ratio.

121.

34. *Non iurare omnino*] Duo comprehendit, omnino, primum, nulla forma, nullo modo iurandum; prohibet enim Christus non modo per Deum non iurare, sed nec per coelum, terram & cætera. Deinde, omnino, idem est, ac nec verum iurabis, quod quomodo sit intelligendum fusius in Theoria decima declarabo. Breuiter nunc dico his verbis prohiberi iuramentum falsum, & verò etiam verum, sed citra necessitatem; saltem tacite, & virtute; consuli desuefactionem, permitti iurationem necessariam & ob id adiicitur; *sit sermo vester, est, est, non, non, quod his abundantius est, à malo est*, non autem dixit malum est, sed à malo est; ab imperfectione, & incredulitate eius; ob quem fit iuratio. vel quod additur simplici affirmationi, vel negationi, videlicet iuramentum, à malo pœnæ

An liceat iurare.

A est, quam homo per peccatum incurrit, quia enim peccauit, incidit in hanc pœnam, vt simplici eius dicto fides sæpè non adhibeatur, ob id prouidit illi Deus, vt hoc damnum, iuramento interposito, refarciret, in quo vna cum homine inuocatur Deus in testem. sic Aug. interpretatur.

122.

Quod autem liceat aliquando iurare, probat ex scripturis Driedo libro quarto, Ecclesiastic. dogm. capite quinto pa. tertia, post princip. Augustinus epistola octogésimanona, ad Hilarium q. 5. & sermone trigésimo, iuxta Parisienses, vel vigésimo octauo, de verbis Apost. pulcherrimè, & de mendac. capite decimo quinto. vide item pulchrè in Decretal. II. de iure iurando capite & si Christus.

123.

Itaque declarat hic Christus legem, quæ dicebat, non assumendum nomē Dei in vanum, hoc est, peierandum non esse, debere intelligi etiam non esse iurandum falsum, non modò sub nomine Dei, sed nec sub alia forma; nam fortè videbantur Iudæis, non cogere, vel obligare omnia illa iuramenta, quæ non erant per Deum vt potest haberi ex Matthæi vigésimo tertio. Præterea nec esse omnino iurandum, quamuis verum absque necessitate, hoc enim etiam est in vanum iurare, quod lex non explicitè continebat, quæ per, non iurare in vanum, explicitè tantum iubebat mendaciter, non iurare. Est igitur hæc legis declaratio, quam hic ponit Christus.

B

Maldon. sic in hunc locum scribit: nihil hoc loco aliud Christus legi addidit, nisi quod expressit, quæ in lege expressa non erant. in lege enim tantum dictum erat; *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, Deuteronom. quinto, vndecimo, Christus addit, non solum nomen Dei; sed neque nomen cœli, & terræ, aut alterius creaturæ in vanum assumes (quod non ita erat expressum in lege) Addidit etiam, quod cum illis legis verbis: *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, solum prohiberetur periurium, ipse verum etiam; non tamen necessarium prohibuit iuramentum.

C

Neque id solum, vt quidam volunt, ne sæpè iurando verum, aliquando falsum iurarem, iuxta Ecclesiast. 13. 9. 12. sed multò magis, quia sine necessitate verum iurare peccatum est, quod patet ex sequentibus, cur enim neque per coelum, neque per terram iurare nos velit, rationem reddit, non, ne frequenter iurando, aliquando peieremus, sed quia illud, thronus Dei est, hæc scabellum pedum eius, nam coelum excellentius est, terra infima; atque adeò magis Dei maiestas in coelo cernitur; irreuerentiæ verò culpa est ponere in coelum os nostrum, & linguam nostram transire per terram, vt illud Psalmi septuagesimisecondi, 9. alio sensu dictum, huc transferamus.

124.

Neque per coelum] Colligitur hinc, creaturis, quatenus ad Deum referuntur aliquem religionis honorem deberi. nam iurare per aliquem, quando, & quomodo oportet, actus est religionis; ob id iussit Dominus numquam per falsos Deos iurare, sed per coelum concessit modo dicto, vt oportet quatenus est aliquid Dei, & sic de cæteris, neque enim id vetat.

125.
Creaturis honor aliqui debetur.

Thronus] id est, velut thronus, sic de terra, quia scabellum, id est, velut scabellum; Vide Isai. vltimum, vers. 35.

35. *Quia ciuitas est magni regis*] vocat regem potius, quam Dominum, aut Deum, quia alludit ad regem Iudæ, qui Ierosolymæ regiam habebat, quasi dicat, quia ciuitas sancta est, cum sit Dei, qui est rex regum & Dominus Dominantium, 1. Timo. 6. 14. Apoc. 19. 16. erit ergò quoddam irreuerentiæ genus per hæc temerè iurare, sicut per Deum etiam sic iurare.

36. *Neque per caput*] excluserat cœlum, quia thronus Dei, terram quia scabellum, Ierosolymam, quia ciuitas sancta: & verò quia putare quis posset per caput, quia nostrum est, iurare se posse, & hoc noua vsu ratione excludit, significans caput rem esse Dei, à quo quasi vtendum ipsum accepimus, & in nostra non est omninò potestate, quare illud deuouere iurando non possumus, cum res nostra non sit, cum enim per caput iuramus, potius illud deuouemus, vt quid nostrum, quam propriè iuramus, secus cum per cœlum, & terram, quas res vsurpamus, quasi sanctitatem habentes aliquo modo, videlicet vt quid Dei sunt.

Album aut nigrum] Probat non in nostra esse caput potestate: quia siue de albo loquamur, siue de nigro, (hoc enim est quod dicit album, aut nigrum) nullum capillum potest homo facere. Syr. *non potes facere in eo (capite) particulam vniuersi pili albi, vel nigri.*

126. 37. *Est, est,*] id est, de eo quod est, esse dicite, de eo quod non est, non esse, quasi dicat, vera dicite, vt exponit Augustinus in Enchirid. capite decimosextimo, vigesimo secundo. Græc. *etiam, etiam,* seu, *certè, certè,* & fortè Christus dixit Hebraicè *amen, amen,* & potest sensus alter esse, contenti estote, rem affirmatione gemina, aut negatione confirmare; seu rem affirmare, seu negare simpliciter, absque iuramento, & videtur verior sensus, vide simile quid Corinth. primo, & Iacobi quinto, duodecimo, vbi sic habetur Græcè ἡμεῶν τὸ ναί, ναί, καὶ, τὸ οὐ, οὐ, id est, vestrum etiam, sit etiam; & vestrum non, sit non, & potest esse duplex etiam sensus, vt huius nostri loci. Primus, de eo quod est, dicite, *est.* de eo quod non est, dicite *non est,* iuxta primum sensum huius loci, vel potius iuxta secundam expositionem loci huius veriorum, sensus est Diui Iacobi, cum dicendum erit, *est,* id est, affirmandum, ne affirmatis iuramento, sed simplici affirmatione dicite: *ita est;* cum aliquid negandum, ne iuretis, non ita esse, sed simpliciter dicite, *non,* id est, non ita esse. Sic Chrysostomus hic, & Hieronymus in Epistola ad Celan. de institutione matrisfamilias, & ratio, & mens Christi hanc insinuat expositionem. Vult enim potius non vtendum esse iuramento, docere; quàm verum esse iurandum, vel dicendum.

127. *Quod autem his abundantius est*] id est, iuramentum, quod insuper additur.

A malo est] scilicet vitio iurantis, vel eius, cui iuratur; vel, *à malo,* id est, diabolo, quia Græcè nō est ἡ τῆ κακῆ, sed ἡ τῆ πονηρῆ, *à maligno,* quo nomine vocatur diabolus capite sexto Matthæi, decimosexto, & capite decimotertio, decimonono, & articulus additur, *à maligno illo,* vt sit sensus: iuramentum, quod ad simplicem affirmationem, vel negationem adiungitur, non ego doceo, Diabolus est, qui docet, eius hoc inuentum, tam sæpè, tamque temerè iurandi. Sic Theophyl. sic Maldon. & quidem non malè. dummodò intelligas de iuramento non necessario, & timerè factò; vel si velis absolutè loqui, ratione peccati primi, ad quod primos parentes impulit Diabolus, verum id erit; si enim non peccassent homines, iuramento opus non fuisset, quod paulò antè v. 34. num. 121. notauimus, vbi declarauimus, quid sit, *à malo est,* quæ interpretatio planior, & verior est. lege exemplum Clinie Philosophi de non iurando apud Basil. hom. 24.

128. 38. *Oculum pro oculo*] sunt verba legis Exod. vigesimoprimum, vigesimo quarto. Leuitic. vigesimo quarto, vigesimo. Deuteronom. decimonono, vigesimo primo, recitat tamen Christus vt iuris periti faciunt legis initium; itaque sensus est; *Oculum pro oculo,* scilicet reddat, qui alterius oculum

A eruit. Lex hæc talionis fuit etiam apud Romanos, qua de re lege Aulum Gel. libro vigesimo, capite primo, vbi ponitur ea de re disputatio inter Sextum Cecilium, iureconsultum, & Phaurinum Philosophum. Neque verò hæc lex talionis priuatis hominibus, sed magistratibus, quasi regula data est; priuatis. n. hominibus dictū est Leuitici decimonono, decimo octauo; *nō quæras vltionem, nec memor eris iniuria ciuium tuorum.* Data tamen potest dici priuatis hominibus, vt pœna, qua ab homicidio, & cæde deterrerentur, vt rectè Chrysostomus, & Augustinus adnotarunt. ergò Leuitici 19. prohibitum erat, non ius, se vltionem querere, scilicet ex odio, & amore vindictæ, non zelo iustitiæ.

129. Vt verò intelligas iustam fuisse hanc legem, obserua id quod Augustinus decimonono, contra faustum 25. scribit; *præceptum hoc fuisse ad reprimendas flammæ in se inuicem seuientium. quis enim facillè contentus est tantum rependere vindictæ, quantum accepit iniuriæ: immoderatè ergò vltioni lex modum figens, pœnam talionis instituit.* Iansenius item sic de æquitate huius legis scribit: *non est censenda lex ista iniqua, cum multum habeat æquitatis, siue spectetur is, qui ladit, siue qui ladicur. nam quo ad ladentem pertinet efficacissima est huiusmodi lex, ad comprimendum noxiæ manus, dum metuitur eiusdem mali passio, quod alijs infligitur. Et quo ad lasum pertinet, temperat in ipso cupiditatem vindictæ. Cum enim lasus semper soleat grauiorem expetere vltionem, quàm sit accepta iniuria, Dominus hac lege, vt annotat Augustinus (paulò antè relatus) immoderatè vltioni iustum modum fixit.* de pœna talionis agit etiam Arist. 5. Eth. Porro aduerte legem talionis locum habuisse inter pares, vel ferè pares, alioqui si quis percussisset principem, & magistratum non satis fuisset reperi. lege in hunc v. Chrysol. ferm. 38.

130. 39. *Non resistere malo*] Gloss. *iustitia legis non plus reddere, quàm illatum est; iustitia Euangelij non resistere malo;* Interl. *agitur hoc spiritu mansuetudinis.* Hieronym. *in lege culpa emendatur; hic peccatorum auferuntur exordia,* scilicet non resistendo, non expetendo vindictam. Augustin. de sermone Domini in monte. *Oculum pro oculo & c. significatur modus, vt iniuriam vindicta non transeat; & hac pacis inchoatio, perfecta autem pax, talem penitus nolle vindictam.* & , vt idem paulò superius ait August. vult Dominus, *vt non solum non rependas irrogatum, sed etiam vt non resistas, quo minus aliud irrogetur.*

Malo] iniuriæ illatæ, ne resistas, inquit, quasi rependendo vindictæ causa, sed potius paratum te exhibeas excipiendæ iniuriæ, nisi aliud charitas, & Dei gloria postulent.

131. Aduerte docere hic Christum primùm generatim non resistendum malo. deindè explicare speciatim tria iniuriæ genera, sub quibus omnes comprehenduntur iniuriæ. Primæ inferuntur corpori, vt maxillæ percussio. Aliæ bonis externis, vt vestis ablatio. Tertiz operibus, & laboribus nostris, qualis est coactio ad ambulandum mille passus. Igitur omne genus iniurijs illatis resistendum non esse vult. Exempla patientiæ gentilium huc spectantium lege apud Barrad. l. 7. c. 21.

132. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prabe ei & alteram:*] Hunc locum de dextera, & sinistra acutè tractat Augustinus epistola quinta ad Marcell. maxilla quidè dextera securior est, quod non respondeat dexterae manui, sed sinistrae aduersarij percipientis; tum etiam melior, & honoratior est: cum ergò meliora bona tibi noluerit inimicus auferre, cum interiorum tunicam, & animæ virtutes, expone terrena omnia bona, & sinistram

maxillam, externumque pallium; quæ cum ille abstulerit, nihil quod verè bonum sit amississe te puta. Hæc est sententia, & summa verborum Augustin. lege item Orig. lib. 4. Periar. c. 2. Paulus verò eximius laborum exantlator, qui cum vincula audit, non solum alligari, sed & mori paratum se præbet, vt nullum sustinentiz finem faciat; sic nos instruit 1. Corint. 6. 7. *Delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?*

133.

Card. Tolet. adnot. 49. Luc. 6. dicit, per dextræ percussione, minorem iniuriam significari, per sinistram verò maiorem; nam sinistra maxilla maiori cum vi percipientis dextra verberatur, quam dextra maxilla percussa. Vult ergo nos Dominus paratos esse ad maiorem etiam iniuriam suscipiendam; potest & pro vt sonant verba hic locus intelligi: ita tamen, vt consilij sit, siue mortificationis causa, siue in vindictam nostrorum peccatorum, siue ad exemplum patientiz præbendum, siue ad maiorem promptitudinem ostendendam in tolerandis iniurijs pro Dei amore, maxillam vertere alteram, nos ipsos ad excipiendum comparantes, & inuitantes, nõ proximum irritantes ad inferendum damnum: vt D. Laurentius tyranno insultans dixit; *assatum est iam, versa, & manduca.* Itaque hoc modo non de sola animi præparatione intelligitur hic locus, sed etiã de corpore actu exhibendo, vel exponendo, icui, cum expedit, quomodo etiam dixisse Christum intelligemus, dum adiecit: *si quis te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.* sed literalis sensus est, vt dexteram maxillam dixerit, & alteram, pro, vnam, & alteram, sic Luc. 6. 29. significat.

Secundum Hierony. omninò mystico sensu, non sinistra, sed altera dextra præbenda: *iustus enim sinistram non habet*, inquit Hierony. *si nos hereticus in disputatione percusserit, & dextrum dogma voluerit vulnerare: opponatur ei aliud de scripturis testimonium, & tamdiu verberanti; succedentes sibi dexteram præbeamus, donec inimici ira lassescat.* itaque oppugnanti vnum dogma, opponendum alterum. & vt ait Barrad. iustus non habet sinistram, id est, debilem maxillam, vel animum qui ad colaphos, si opus fuerit, Christi causa recipiendos, non sit paratus, & ad maiora perferenda.

134.

Verum totius huius versus 39. immò & seq. 40. & 41. sensum germanum exposuit August. epistol. 5. ad Marcelli. sic enim scribit: *ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est pertinere, quam ad opus, quod in aperto fit, vt teneatur in secreto animi patientiam benevolentiam, in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus bene, vel male debemus, hinc ostenditur, quod ipse Dominus IESVS exemplum singulare patientia, cum percuteretur in faciem, respondit: si male dixi, exprobra de malo, si autem bene, quid me cedis? nequaquam igitur præceptum suum, si verba intueamur impleuit, neque enim præbuit percipienti, alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat iniuriam, auget, & tamen paratus venerat, non solum in faciem percuti, verum etiam pro his quoque, à quibus hac patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. nec Paulus Apostol. Act. 12. præceptum Domini, & Magistri sui videtur implese, vbi etiam ipse percussus in faciem dixit principi Sacerdotum: percutiet te Deus, paries dealbate, &c. & cum diceretur illi: iniuriam facis principi Sacerdotum, ait, nesciui fratres, quia princeps est, scriptum est enim principi populi tui non maledices, quem locum Actorum declarat idem August. lib. 1. de fer*

A Domin. in mon. cap. 35. satis pulchrè, de quo etiam vide Perè. in c. 12. ad Roman. d. 2. nu. 9. subdit ergo August. *Sunt ergo ista præcepta patientia semper in cordis præparatione reserenda, ipsaq. benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est, &c.*

Sed Gagnæ. vult, inquit, *his verbis Dominus præter legem, in qua res aliatio iniuriarum, aut damni accepti, licita erat, omninò nos abesse à vindicta: immò sic affectos esse, vt accepta iniuria, rursus, si opus est, aliam accipere paratioribus sinis, quam acceptam retaliare; non quod id præceptum sit: sed hyperbolica loquutio est, indicans nobis quantoperè commendat mutuam inter Christianos concordiam Christum, vt priusquam fraterna caritas scindatur, pallij iactura accipiat, aut leuior iniuria feratur.* sic Gagnæus.

Christiani animi quanta debeat esse moderatio.

B

Quod ergò hic Christus dicit, vel non est præceptum, sed consilium, si re vera exequendum est, cum aliud charitas, vel proximi utilitas non poscit, quia tunc malum esset, tantum abest, vt consilium dici queat. vel si præceptum est, non vt verba sonat accipiendum, sed vt animo exequendum, vt paratus sis quamlibet iniuriam perferre potius, quam contra fraternam charitatem quicquam facias, in odium, & vindictam. Itaque animi præparatio semper est necessaria, corporis, cum expedit; interdum enim ad consilium pertinet, interdum ne ad consilium quidem, cum aliud charitas, vel iusticia suadet; & vt ait Iansenius prohibere noluit per hæc Christus ne iustus de causis resistamus malo, vt cum quis repellit à se, cum moderamine inculpatæ tutelæ malum, ex cuius tolerantia nullus fructus sequeretur, vel cum quis iam inter Christianos iusticia solius intuitu, & correctionis mali vindictam requirit. Vide de hoc v. Diuum Thomam 2. 2. quæstio. 40. artic. 1. & 108. ar. 5.

C

40. *Et qui vult tecum iudicio contendere*] hoc vt & sequens ad animi item præparationem pertinet.

Iudicio] hoc est secundum genus iniuriarum, si quis in iudicium, inquit, te vocat, tunicamque tuam vult tollere, *dimitte ei & pallium.* August. de serm. Domini, *omnia ergo, inquit, intelliguntur, de quibus iudicio nobiscum contendere potest.* apud Lucam prius ponitur pallium, quam tunica. Sensus ergò est, qui vult tibi tollere vnam vestem, dimitte, ei & alteram, *ἡμῶν* Græcis est, vestis exterior, pallium scilicet, vel vt vertit apud Lucam Interpres, *vestimentum*, & hoc prius detrahitur. *χιτώρ* est vestis interior, tunica hic dicitur à Matth. quare videtur esse ordo præpositus. ob id dixi poni pro veste, quæcumque sit illa. Cæterum non displicet Card. Tolet. sententia qui an. 50. in cap. 6. Luc. apud Matth. inquit, est sermo de ablatione, quæ fit per litem, & iudicium. dicitur enim *si quis voluerit tecum iudicio contendere, &c.* proinde non refert siue præponas tunicam, siue pallium, tam enim hoc, quam illa potest iudicio tolli per sententiam iudicis. At Luc. de ablatione, quæ per vim fit loquitur, quomodo pallium prius detrahitur, & facilius hoc, quam tunica; de hac Christi doctrina lege August. epistol. 5. cit. ad Marcelli. vbi soluit gentium obiectiones. in hunc v. lege August. contra Adimantum c. 7. & 8. l. 19 contra Faust. c. 25.

D

41. *Et quicumque te angariauerit*] Inuitum dixerit; *Angari* erant apud Persas publici nuntij, vel cursores, ijs publica auctoritate concessum erat homines cogere ad ferenda onera, quous equos, naues &c. vsurpare, vnde factum, vt & Græci, & Latini vsi fuerint verbo, *angariare*, & aliquè cogere, soluta quauis mercede, ad onera

135.

136. Hunc morem dicit vsurpare Turcorum cursores.

ferenda, vel viam demonstrandam. Ponit autem hic Dominus tertium iniuriarum genus.

Mille passus] Gr. vnum miliare. *Duo*] scilicet. miliaria, Græcè legitur ἑκατὸν μίλιον δύο, hoc est, vade cum eo duo; sic etiam legitur Syriacè, vt sit sensus, si quis te coegerit vnū miliare cōficere, confice tu cum eo. non vnum modo, verum etiam duo miliaria. Noster interpretes videtur legisse ἀλλὰ δύο, id est, alia duo, quo indicantur tria conficienda miliaria, sensus idem est. His omnibus præceptis, vult etiam Dominus, nos tranquillitatem conseruare, eamque omnibus præferendam esse temporalibus bonis: vult vt in bono malum vincamus, quod fit partim patientiæ, partim contemptus rerum fluxarum exemplo, vt notat Chryso-
137.

42. *Qui petit à te*] Augustinus de serm. in mon. hæc cum superioribus sic coniungit: *quoniam parum est non nocere, nisi etiam beneficium præstes quantum potes; adiungit Dominus: omni petenti da, &c.*

Quomodo
cui dandū.

Cæterum non personarum, sed paupertatis, sed caritatis habenda est ratio. Itaque in dando fugiendam esse monet personarum acceptionem, ait enim; *qui petit à te daei*, id est, quisquis sit qui petit à te da ei, vt apparet ex Luc. 6. 30. Nec considerandum an is qui petit diues sit, atque adeo mihi rependere possit, est enim hæc qualitas personæ elemosynæ contraria, neque attendenda qualitas aliqua non propria, vt quia Græcus, quia Latinus, neque enim nationi datur elemosyna, sed paupertati. Neque negat hic Christus seruandum esse in dando ordinem caritatis. habet enim caritas ordinem suum, vt parentibus potius, quam alienis, vt amicis potius, quam ignotis subueniamus. Nec iubet Dominus nullum inter pauperes habere discrimen, præferendi qui magis egent; neque bona nostra in omnes effundere, quicumque petierint. August. de serm. Dom. ait: *omni petenti inquit, non omnia petenti, vt id des, quod dare honestè, & iustè potes.* Idem August. *cui iustè negaueris, quod petit, indiscanda est iustitia, vt non eum inanè dimittas, ita omni petenti te dabis, quamuis non semper id quod petit, dabis, sed aliquando melius aliquid dabis, cum iniustè petentem correxeris.* Idem epistola quadragesima octaua, *vt ilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat.* Gloss. verò habet; *si deest facultas, da affectum verbo, vel obsequio, da ita, vt nec tibi noceat, nec alij.* Hinc rejicitur blasphemia Marcio. vt refert Tertullianus libro quarto, contra eundem Marcio. reprehendebat enim Christum insanus hæreticus, quod omni petenti dari iusserit, ipse verò Iudæis petentibus ab eo signum negauerit. neque enim dixit Christus omnia danda, sed quod iustè, & honestè dare potes; & quod ne tibi, nec alteri noceat, &c. quæ ex prædictis constant.

138.

Auertaris] scilicet ab eo, quasi dicat, ne detrectes dare, vel mutuare. Græc. μὴ ἀποσπρωφῆς, quod Iansen. cum Caietan. deponentialiter accipiunt. Potest tamen melius passiuè accipi pro, *ne auertaris ab eo*, vt dixi, licet Augustin. libro primo, de serm. Domini legat: *ne auersatus fueris*, & ad animum, ac voluntatem refert. Potest & ad corpus referri, non modo ad voluntatem, quasi dicat, ne in aliam partem te vertas, ne alio abeas. Hinc constat Dominum superioribus tribus præceptis, quibus docuit quo modo nos habere debemus erga vim inferentes, & iniurias, duo nunc addidisse præcepta vers. quadragesimo secundo, quibus monet, quomodo nos gerere debemus, erga supplices, qui vel donari sibi, vel mutuari postulant. & cap. 6. 30. Lucæ addit

A tertium, & quæ aufert qui tua sunt, ne repetas.

Iansenius notat, quod *maximè exigere his præceptis voluit Dominus animi promptitudinem ad subueniendum quibusuis quauis ratione; quæ promptitudo, si adsuerit, non poterit Christianus externo opere proximo non subuenire, cum consonum rectæ rationi fuerit, hoc est, cum vel necessarium fuerit, vel expediens; proinde non est dandum procacibus scurris, aut decoctori non egenti, nec vt alijs sit remissio, nobis autem tribulatio, & egestas; nec, si quis nostra nulla necessitate abstulerit, non licebit ea amicè repetere; habent autem hæc omnia, vt præcedentia præcepti vim, quoties necessitas aliqua occurrerit illustranda gloria Dei, vel iuuandi proximum, & salutis eius promouenda. Consilij autem naturam quoties non necessitas aliqua talis, sed vtilitas tantum sic facere suaserit. vbi verò recta ratio hæc non probauerit, tanquam vel necessaria, vel expedientia, nec precipiuntur, nec consuluntur.* hæc ille.

B

August. Psalm. 102. huic sententiæ opponit illud Ecclesiast. 12. *da bono, & noli recipere peccatorem*, & tamen hic dicitur vt petenti, nempe omni, vt expresse Luc. tribuamus. Respondet idè Augustinus, dandum esse quidem iniquis, non vt iniqui sunt, sed vt homines indigentes. iniquis verò dant, qui ad praua opera tribuunt, vt qui sua impendunt histrionibus, & meretricibus, & similib. in mala eorum opera, & hoc prohibet Ecclesiast. Greg. part. 3. pastor. admon. 21. sic respondet eidem dubitationi; *panem suum, & vinum peccatoribus prebet, qui iniquis subsidia, pro eo quod iniqui sunt impendit*, vt explicat de his, qui nutriunt histriones. Et subdit; *qui verò indigenti etiam peccatori panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, nimirum, non peccatorem, sed iustum pauperem nutrit; quia in illo non culpam sed naturam diligit.*

C

Sed illud animaduersione dignissimum est, num hæc verba, tum apud Matth. tum apud Lucam de omnibus absolutè petentibus intelligenda sint, vt significat Tertullian. lib. 4. cont. Marcio. num. xvi. vbi ait: *omni petenti te dato, vti que indigenti, vel tanto magis indigenti, si etiam & abundantanti*: an verò solum de indigentibus intelligenda sint. Cui occurrendum est, de indigentibus, aut opus habentibus intelligenda esse. Sic Cyprian. lib. 3. ad Quirinum c. 1. hac sententiæ elemosynæ generalitatem commendari dicit, vt nemini petenti eam negemus. Euthy. ad hæc Matth. 5. iuberi nos addit, non dijudicare dignum ab indigno, eo enim, quod petit indignus est, qualis, qualis sit: nam & Deus omnia ad vitæ sustentationem æqualiter contulit hominibus bonis, ac malis, fidelibus, ac infidelibus, quod idem docuerat Gregor. Nazian. Orat. 10. in laudem patris, verba Isai. exponens, vinculum, & electionem tollens, &c.

D

Sed antequam ulterius progrediamur, siste hic lector, & mente diligenter aduerte, quam, pro dolor? ea quæ hic à Domino dicuntur, aliena nunc sint à Christianorum moribus; non resistere malo, monet, neque hoc satis, alijs etiam te largiri bona vult; quam differunt hæc, Deus bone, à lege talionis? præcipiebat lex, oculo pro oculo reddi, docet Christus accepta alapa, alteram, vt præbeas maxillā; dentem pro dente reddi mandabat lex; monet Christus auferenti tunicā redde & pallium: volebat lex, vt fractura pro fractura redderetur: at Christus ait: *quicumque, te angariauerit mille passus, vade cum illo alio duo.* O admirandā philosophiā! ò cælo delapsum dogma! sed tanta est Euangelij dignitas, & Christus de cælis ad

139.

140.

141.

142.

terram secum traxit, sic retaliandum monet; quo tam diuino, tam admirando talione, nullo negotio, magno animarum lucro, omnes vincuntur iniuriæ, & innumerabiles etiam dæmonū phalanges propulsantur, nam quemadmodū nauæ vehemēti vento spiranti non resistunt, imò verò etiam submissis, contractisque velis, ne præcipites in mare ruant, prudenter cedunt: ita faciendum nobis cælestis magister esse docet, qui in cælum per hoc mare magnum, & spatiosum contendimus; hoc enim est non resistere malo, carbasa demittere; pugnandum est cum aduersario; sed ut eum expugnes, ne repugnes; sic in cordibus nostris pax Christi exultabit, nimirum victoriam, triumphumque de hostibus referet; sed iam alia profequamur.

43. *Audistis quia dictum est*] Pergit Dominus iam ad perficiendum primum, & maximum præceptum de dilectione proximi, quod plenitudinem legis vocat D. Paulus, Leuit. 19. habetur quidem præceptum de diligendo fratre, & proximo, at nullū inuenio de odiendo inimico, nisi fortasè additum fuerit à Iudæis, Deutero. 15. scriptum est: *fenerabis gentibus multis, & 25. delebis nomen Amalech sub calo, & Exod. 23. ait Dominus, inimicus ero inimicis tuis, & Leuit. 19. 19. diliges amicum tuum sicut teipsum, ego Dominus.* ubi loco amici Hebr. est רֵעִי significans nunc amicum, nunc socium, nunc proximum, vel eum, qui aliqua ratione coniunctus est nobis. Iudæi propter hæc fortassis arbitrati sunt, inimicos sibi odisse licere; & hæc est communis huius loci intelligentia. propterea, ut quidam obseruant, Dominus non dixit: *dictum esse antiquis, sed quia dictum est, nempè à Scribis & Phariseis, non bene legem interpretantibus, & statim verum sensum aperuit, & quod obscurum erat declarauit dicens: ego autem dico vobis.*

144. Caterùm Maldon. id de quibusdam publicis inimicis, & ijs, qui Iudæi non erant, dictum, scriptumque affirmat in ipsamet lege. nam priuatos inimicos, quos habebant, si Iudæi essent, fratrum loco habendos iubebat lex: de quibus Exod. 23. 4. *si occurreris bovi inimici tui, &c.* at de publicis & non Iudæis dicitur Deuter. 25. 19. *delebis nomen eius sub calo, caue ne obliuiscaris.* voluit lex hos non odisse solum (id est, ut ego interpretor, amicitie signa nequaquam exhibendo, non autem vero corde odiendo) sed etiam abolere ut possent. Quod intelligendum esse factum propter peccata, quibus se gentes illæ Israelis inimicæ commalarant; ac de externo conuictu, constat non illū cum quibusdam gentibus licuisse per legem Iudæis. August. lib. 1. serm. Dom. c. 41. ait, *nec quod in lege est dictum, oderis inimicum tuum, vox iubentis iusto accipienda est, sed permittentis infirmo, itaque non id additum à Phariseis hic affirmat Aug. sed in lege contentum.*

145. Verùm idem August. lib. 19. cont. Faust. c. 24. docet, non esse contraria: *Diligite inimicos vestros, & odio habeatis inimicum tuum?* sic enim scribit: *docetur non esse contrarium, quod in antiqua scriptura dictum est: oderis inimicum tuum: & in Euangelio: diligite inimicos vestros, quod vnusquisque iniquus homo, in quantum iniquus est, odio habendus est, in quantum autem homo est, diligendus est, &c.* iterum ait: *audito, & non intellectu quo anti quis dictum erat: oderis inimicum tuum, ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odisse, nisi vitium. hos corrigit Dominus dicendo: diligite inimicos vestros, ut qui iam dixerat, non veni legem soluere, sed adimplere: ideoque de odio inimici, quod scriptum erat in lege, non soluerat, &c.*

A Porro serm. 59. de temp. aliter exponit, in lege, ait, *Dominus non inimicos, sed inimicum præcipit odire, ut qui spirituales erant in lege, solum Diabolum odio haberent.* hæc August. qui quatenus affirmat hæc verba: *odio habeatis inimicum tuum, esse ex Scriptura deprompta, atq; aded in lege contenta, confirmat Maldo. sententiam, quam magis tamen docere videtur Hilar in Matth. amari, inquit, proximum lex eligebat, & in inimicum licentiam odij dabat.*

B Ex his omnibus, quæ hæctenus notauimus intelligere licet, tribus modis sentire interpretes de hoc quod dicitur: dictum esse: *odio habeatis inimicum tuum,* vel enim id putant additum à Phariseis, malè legem intelligentibus, ita ut non de Scriptura sumptum sit, quæ est multorum opinio; vel arbitrantur, id quidem non inuentum à Phariseis fuisse, sed in lege contentum, quo iubebat, ut quibusdam gentibus Israelitico generi infestis amicitie signa, non exhiberent, sed odij potius, eas persequendo vsque ad interfecionem, quæ videtur Maldon. sententia, quam non intelligo de vero animi odio erga illas gentes, quatenus homines, quasi præceperit lex vero odio prosequendas illas gentes ut homines, sed tantum de externis quibusdam odij signis, præsertim ut nullo foedere cum illis iungerentur, vel amicitie vinculo, sic earum peccatis poscentibus. Vel tertio quidam id interpretari videntur, ut de Scriptura quidem sumpta sint hæc verba, sed ita ut contineat, non tam præceptum, quam permissionem, quod August. significare videtur lib. 1. de ser. Dom. cap. 41. cit. & Hilar. ut dixi, in Matth. sed siue de Scriptura sint hæc desumpta, siue addita à Phariseis.

C Certè Augustini expositiones, quod sermo sit de inimico non ut homo, sed ut iniquus est, ut retuli ex lib. 19. cont. Faustum cap. 24. vel de Diabolo non videntur mea sententia sensum continere literalem; quare, vel primam expositionem sequendo eorū, qui dicunt, hoc additum esse à Phariseis, affirmabim⁹ de vero odio inimicorū intelligi; vel sequemur expositionem Maldon. eo modo quo exposita est de publicis quibusdam inimicis Iudæorū, qui Iudæi non erant & quoad signa odij potius, quam quoad verum odiū, ut ego exposui, nu. 144. 146. vel denique affirmabimus hoc quod de inimicis dicitur permissionem potius fuisse, quam iusionem legis cum August. loco illo cit. & Hilar. hæc hæctenus.

D Sed iam verba illa consideremus: *Audistis, quia dictum est*] vtitur hoc dicendi modo in his recensendis legis præceptis, ut insinuant Chrysost. & Theophylact. ne si patrem à quo id dictum erat, nominaret, se illi aut opponere, aut etiam antepone videretur. si sequi etiam veterem legem dederat, inuidiam auditorum in se concitaret. malunt alij sic loquutum, ut se tacitè Mofi opponeret, quamuis ipsum ad vitandam inuidiam non nominarit. Vel certè nihil hic mysterij latet, nam & scriptum est, & dictum est, dici potuit, nam siue dicas, *dictum est,* siue etiam *scriptum est* per Moysen, vel per Prophetas, utroque modo rectè idem dixeris. Cum verò addidit suprà, *dictum est antiquis,* significauit illos, quibus Moyses legem dedit: quasi Mosaicis, & legalibus hominibus, Christianos, & Euangelicos opponat, dum ait: *ego autem dico vobis,* ego non Moyses, vobis, non antiquis, vnde colligere est, non loqui hic Dominum de traditionibus, vel falsis interpretationibus Phariseorum, & Scribarum, alioqui non diceret, dictum est antiquis; neq; enim Pharisei multò ante Christi tempora fuere, sed loqui potius de lege Mosis,

licet

143. In hos ver. vide hom. 40. C. J. hom. 8. ex variis in Marty Aug. serm. 59. de temp. & lib. 50. hom. 60. 6. Barr. l. 7. c. 22. soli caritatem comparant in parte moralis.

146.

147.

148.

licet interim reue Mat falsas Scribarum, & Pharisæorum interpretationes.

Proximum] Vide hic quid sit proximus apud Iansen. c. 40. & Maldo. in hunc locum.

149.

44. **Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros**] perfecit dilectionis præceptum, implens legem, siue addendo ea, quæ deerant, siue declarando ea, quæ nõ erant expressa, siue tollendo quæ ob populi illius infirmitatem permissa erant. nam si dicamus cum Augustin. & Hilar. non iussionem fuisse, sed permissionem illud de odio inimicorum, tollitur id nunc, vt & Libellus repudij. Similiter si dicamus hoc idem de odio inimicorum fuisse inuentum Pharisæorum ex falsa legis intelligentia etiam & conuellitur à Christo, & declaratur præceptum expressè. Quod si dicamus odium inimicorum traditum fuisse in lege, non permillum modò, contra Cananæos publicos Israelis hostes, capiendò odium pro signis odij externis, & effectis, priuationeque familiaritatis, tunc dicemus hæc nunc auferre Christum Dominum dum præcipit in Euangelio neminem omninò odisse, neminem priuata auctoritate persequi, vel dum docet, iuuare omnes ac vincere in bono malum. nam si interdum conuictu infidelium abstinedum est, illud erit dumtaxat ratione scandalii, vel ruina fratris. Itaque vult hic Dominus diligendos esse à nobis quantumuis externos. & alienos: omnes enim proximi sunt & in Christo, neque Iudæus, neque Græcus est disrupta iam maceria, sed noua creatura.

150.
ria inimicis exhibenda
lectio, beneficium, benedictio.

Diligite inimicos vestros] Triâ iubet inimicis exhiberi. Primum ad cor pertinet, nempe diligere: Alterum ad opus, scilicet benefacere; postremum ad linguam, nimirum benedicere; nam in Græcis leguntur nunc ista *ὁλοκληρῶς τὸς καὶ ἐρωμί-
vus ὑμῶν*, id est, *beneficite his, qui maledicunt vobis*, quæ noster interpres non legit, nec sunt omninò necessaria; quæ tamen habet Lucas, 6. 28. *beneficite maledicentibus vobis*, id quod perfectè Apostol. seruauit vt patet 1. Corinth. 4. *maledicimur, & benedicimus*, vt de Christo 1. Petr. 3. dicitur: *qui cum malediceretur non maledicebat*. Quoniam igitur hoc tertium cum reliquis duobus conexum est; & si fortè à Matth. relictum, à Luc. tamen cap. 6. commemoratum est, in alio Christi simili sermone; idèd hic de Iarabitur, vt plenior, & vtilior, habeatur huius rei doctrina ad dilectionem inimicorum pertinens.

151.
erbum benedicendi
natur moris in scri-
ura vsur-
um.

Verbum *benedicendi* quatuor modis vsurpatur in diuina Scriptura, significat enim plerumque, quod laudare: *benedicite Dominum omnes angeli eius*: interdum est idem quod precari bona alicui, Deut. 33. 1. *hæc est benedictio, qua benedixit Moses homo Dei filius Israel ante mortem suam*. tertio, si significat idem quod bona copiosè, & abundanter largiri, vt 2. Regum 6. vbi dicitur Deus benedixisse Obededom, & omnem domum eius; & sub finem libri Iob dicitur Dominus benedixisse nouissimis eius magis quàm primis. quid autem benedictio hoc modo sumpta afferat homini, colligere potes, Gen. 24. 35. *Dominus benedixit Domino meo valdè, magnificatusq; est; dedit ei oues, & boues, argentum & aurum, seruos, & ancillas, camelos, & asinos*. Et peperit Sara vxor Domini mei filium. hæc omnia exponunt, quid sit benedictio, cum enim benedicit ille, *aperit manum suam, & implet omne animal benedictione*, quod alij vertunt; *saturas desiderium omnium animantium ad voluntatem*, vt aperta, & extensa manus Dei capiat totam voluntatem hominis, & ad ea omnia se extendat diuina liberalitas, & benedictio, ad quæ se effundit hominis voluntas. sic etiam manu ille extensa solet metiri cælestia beneficia con-

A ferenda in homines: at tribulationes, non nisi manu compressa & stricto pugno. Isai. 40. 1. *quis mensus est pupillo aquas* (tribulationum) & *calos* (superiorum gaudiorum) *palmò ponderauit*? Quarta significatio est per antiphrasim vt sumatur benedicere pro maledicere, & blasphemare. Porro hic & apud Luc. loc. cit. idem est quod benè precari, laudare, & commendare.

Maledicere verò propriè est cum mala alicui, verbo siue interiori, siue exteriori imprecamur, quod duobus modis fit, aut solo animi desiderio, & voluntate, aut petitione ipsa externa, de qua Gregor. libr. 22. moral. cap. 6. dum declarat illud Iob. 31. 30. non dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius: sic ait: *peccaret quippè, si hoc optaret à Deo fieri, quod ipse facere, vel omninò non posset, vel si posset, minime deceret; nam qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud facere in illo Deum volunt, nisi quod ipsi facere, aut nequeunt, aut erubescunt? mortem namque aduersario exoptant, quam & si possunt inferre, metuunt, ne aut perpetrati homicidij rei teneantur, aut iniqui appareant etiam cum sint. Quid est ergo Deo dicere, occide quemodi, nisi apertis ei vocibus clamare, hoc fac meo aduersario; quod me in illum facere nec peccatorem decet*. Hæc Gregor. Secundò fit imprecatio non voluntate solum, sed etiam potestate, quando malum, quod verbo dicitur, opere infertur, sic Deus maledixit terræ & serpenti, Genes. 3. sic Noè Genes. 9. *maledictus Chanaan*, sic Elias 4. Reg. 1. *si homo Dei sum, ignis descendat*, &c. sic Balac petebat à Balaam; *veni & benedic Iacob*, Numer. 22.

152.
Maledicere
quid sit.

C Porro videntur nomine maledictionis etiam conuicium, contumelia, cæteraque mala verbo illata significari, quando verò liceat maledicere alicui docet Card. Tolet. c. 6. Luc. adnot. 44.

Benefacite his qui, &c.] De toto hoc versu in dubium verti potest, quæ nam ex his, quæ in eo dicuntur, præcepti; quænam verò consilij sint. paucis respondeo. Ad præceptum pertinet ne odio habeamus eos, qui nos odio prosequuntur, ne reddamus malum pro malo, ne temerè maledicamus, ne quid illis optemus mali; deindè impendere tenemur inimicis generalem dilectionis affectum, cuiusmodi est, non excludere eos à communi oratione, & suffragijs, quæ communiter fiunt pro fidelibus. Ad hoc, in articulo necessitatis subuenire inimico. hæc omnia præcepti sunt; Cæterum præter hæc, singularem aliquem dilectionis affectum exhibere inimico, vel applicare ei præcipuè aliqua orationis suffragia, vel etiam largiri subuentionis subsidia, & beneficia, eos nominatim salutare, familiariter allocui consilij sunt, non præcepti. Disputat hac de re Aug. lib. de mendacio ad Consen. c. 15. & in epist. ad Marcelli. & Enchir. cap. 73. & de serm. Dom. in mont. Beatus item Thom. in epist. ad Rom. cap. 12. ver. 15. & 2. 2. q. 21. hinc facillè est intelligere, quid sibi velint Chrysoft. lib. 1. de compunct. cor. & August. serm. 61. de temp. dum aiunt, dilectionem inimicorum non esse cohortationem, sed iussionem; non consilium, sed præceptum; quæ tamen loca impudenter, & inficienter hæretici Scholasticis obijciunt.

153.
Benefacere
inimicis v-
trum ex
præcepto te-
neamur, an
ex consilio.

D In scripturis inimici, & odio habentes non rarò coniunguntur Psal. 105. 41. 42. *Dominati sunt eorum, qui oderunt eos & tribulauerunt eos inimici eorū*. Psal. 54. 13. *si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuisse utique, & si is, qui oderat me maligna loquutus fuisset aduersum me, abscondisse me, &c.* Luc. 11. 71. *salutè ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos*. hoc interest inter istos, quod inimici pro-

154

priè

priè non tantum odio aliquem prosequuntur, verum etiam id exterius profitentur; secus odio habens: celat enim odium, vel quia non audet profiteri, vel ut magis noceat, & hic peior est inimico. Quamuis autem diligere inimicos hic moneamur, ijs verò, qui oderunt nos benefacere, nō sunt tamen hæc duo ita separanda, ut vtrumque vtrique non debeatur. facilius tamen qui celant odium beneficia acceptant, quæ aspernantur sæpè inimici.

Calumniantibus vos] Gr. & Syriacè, *insestantibus*, seu *vexantibus*. Propriè calumniatores sunt, qui aliis falso crimina exponunt, quos expressit superius Matth. dicens; *cùm dixerint omne malum aduersum vos mentientes*, hoc enim est, calumniari, quibus aliquid etiam peculiare consulit Dominus exhiberi, sicut & persequentibus, nempe ut preces ad Deum pro illis fundamus, quo videl. omnem vindictæ affectum à corde remoueamus, nam calumnia maximè ad vindictam prouocat, ut & persequutio.

45. *Ut sitis filij*] Duas affert causas, quibus nos ad diligendos inimicos impellat, prima hic continetur, ut simus filij, id est, similes per hebraismum, patri cælesti, *qui solem suum*, &c. vox enim, *filiorum* hic similes esse significat, quasi dicat, ut vos esse patri æterno similes demonstratis, qui pater est per gratiam, & adoptionem præsertim, adde & per creationem, ac prouidentiam; quod autem filij vox similem significet hic, patet ex subiuncta ratione, *qui solem suum oriri facit*: hæc enim ratio non tam filiationem, quam similitudinem ostendit, quamuis etiam extra hoc taurologia quædam committeretur, dicendo: *ut sitis filij patris vestri*, si hic vox *filij*, significaret filiationem: quæ tamen non committitur si similitudinem, & imitationem indicet.

46. *Si enim diligitis*] subintelligitur, tantum, & hæc secunda ratio, quia qui inimicos non diligit, sed tantum amicos nil præclari facit, nec mercedem aliquam meretur à Deo, cum nihil faciat, quod non idem faciant Publicani, peccatores, & Ethnici quique.

Habebitis] Gr. *habetis*, sed loco *habebitis* ponitur; hoc autem non sic est accipiendum, quasi dilectio amicorum non possit esse meritoria, sed cum exclusione intelligendum est, ut sit sensus, si tantum diligitis eos, qui vos diligit, quod nam præmium merebitur? nihil enim dignum præmio habent hi, qui diligit amicos tantum, non autem inimicos: signum enim est, clarum istos non propter Deum, ipsos etiam amicos diligere, sed quia amici sunt, vel ut loquitur Matthæus, quia vos diligit, vel ob naturalem propensionem, vel quia vtilis sunt, sicut Ethnici faciunt. At qui propter Deum non diligit amicos, mercede carent.

Publicani] pro perditis, & publicis peccatoribus accipiebantur, propriè tamen *Publicani* sunt quia fisco vectigalia conducunt, Romanis olim habiti in pretio, ut manifestum est ex Tullij orat. pro lege Manilia; Iudæijs autem iniustum hominis genus, quod contra libertatem patriam Romanis eos pendere tributa cogent. Lucas habet: *nam & peccatores diligentes se diligit*, per quos Basil. reg. breui. respon. 163. intelligit gentiles. sed satis est intelligere peccatore & generatim, (sicut hic apud Matth. de Publicanis exposuimus) siue gentiles, siue Iudæi essent. Per *Ethnicos* apud Matth. libenter dabo significari gentiles, ut ex Augustin. videtur intellexisse serm. 59. cit.

47. *Si saluaueritis fratres vestros tantum*] ecce hic adiecit exclusionem illam, quam subiecit superius, cum dixit; *si diligitis eos*, &c. quod Mat.

A thæus habet ver. 46. & 47. At Luc. sic. *& si diligitis eos, qui vos diligit, quæ vobis est gratia, & cæ.* quo dicendi modo ter vtritur; ubi aduerte, gratiam significare retributionem, seu mercedem, ut sit sensus: si diligitis tantum amicos, quæ vobis est gratia? id est, quid, retributionis, aut mercedis, aut præmij vobis à Deo propter eam dilectionem dabitur, seu, ut inquit Matth. hic, *quæ mercedem habebitis?* sic sumitur gratia, 1. Petr. 2. 19. *hæc est gratia* (id est, hoc est apud Deum retributione, & mercede dignum) *si propter Dei conscientiam sustinet qui tristitias, patiens iniuste*; Et iterum ver. 20. *si benefacientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum*. Luc. etiam 17. habet: *nunquid gratiam habet seruo illi, quia facit, quæ ei imperauerat? nunquid gratias agit, aut aliquid ei retribuit.*

B Aduerte, triplicem esse dilectionem; est naturalis vna, qua amamus parentes, consanguineos, quia nobis carne coniuncti sunt, similiter benefactores, quia ab illis bona accepimus, vel speramus, quo pertinet etiam amicitia delectabilis, & vtilis. Altera moralis, qua diligitur alios propter honestum bonum, quia prudentes, modesti, liberales, &c. & hæc pertinet ad virtutes morales. Postrema est dilectio charitatis & diuina, qua alios diligitur propter Deum, de qua hic non est sermo, sed prima dumtaxat, quæ ne virtus quidem moralis est, licet mala non sit, nec mercedem habet, quia, ut dixi, nec virtus, aut iustitia est, nec propter Deum fit, sed propter dilectionem alterius, quare mercenaria est, propriam vtilitatem respiciens.

Amplius] Gr. *ἄλλω*, id est, eximium.

Nonne & Ethnici hoc faciunt] Luc. habet; *nam & peccatores diligentes se diligit, & paulò potit: siquidem & peccatores hoc faciunt.*

C Sed dices, si propterea dilectio amicorum non habet gratiam apud Deum, quia etiam peccatores diligit diligentes se, & benefaciant his, qui illis benefaciunt, sequitur, nec elemosynam habere meritum, quia etiam peccatores id faciunt, similiter, nec orationem. Resp. per peccatores eos intelligi, qui peccatis incumbunt, & nec Dei, nec honesti rationem habet, nec suorum operum mercedem expectant à Deo, qui vix vnquam opus faciunt, quod virtutis sit, sed omnia ob vtilitatem, delectationemve propriam, vel summum ex quadam naturali commiseratione. Argumentatur ergò Christus nō ab eo quod aliqui peccatores interdum faciunt (efficiunt enim aliquando quidam peccatores opera aliqua bona, quæ si in gratia essent, meritoria forent) sed ab eo quod ut plurimum faciunt peccatores hi, de quibus Christum dixi, hic loqui: Augustinus serm. quinquagesimo nono, de temp. initio hanc dilectionem amici, quàm dixit Christus hic Matth. 5. 46. & Luc. 6. 32. peccatores habere, interpretari videtur de ea, quæ est propter Deum, quam fatetur posse etiam esse in eo qui odio habet vnicum; atque aded dicit esse paruum gradum iustitiæ, cum in peccatoribus esse queat (non loquitur verò Augustin. de dilectione charitatis) Christum autem perfecisse, inquit, dilectionem, & extendisse etiam ad inimicos, ut sit perfectus iustitiæ gradus; sed iam diximus loqui Christum de dilectione naturali, & mercenaria, quanquam & dilectio propter Deum non modò amici potest esse in peccatore, sed etiam inimici: non illa tamen charitatis.

48. *Estote ergo perfecti*] Consilium est, quamuis si intelligatur de perfectione ad salutem necessaria, præcepti vim habeat, ut loquitur, primo Ioann. 2. 5. *qui seruat verbum eius, verè in hoc*

charitas

156.
Triplex dilectio.

157.

158.
Vide pulcherrimum opuse. D. Tho. de diuinis morib.

155.
Publicani qui.

charitas Dei perfecta est, nempe quantum ad salutem opus est.

Sicut] non æqualitatem, sed similitudinē quæ esse potest inter Deum, & hominem declarat. proposuit nobis Dominus signum ad collimandum, quod sciebat nos peruenire non posse, vt quod possumus perueniamus; ne otiemur vnquam.

Cælestis] Græc. *quis in caelis est*. De dilectione inimicorum, qua præcipimur non solum eos non lædere, sed etiam benefacere, nec solo affectu prosequi, sed etiam effectu: lege Card. Toler. in ca. 6. Luc. adnot. 37. vsque ad 41. inclusiue. lege etiam Barrad. charitatem soli comparantem lib. 7. c. 22: in parte morali.

THEORIA I.

Qua breuiter summa sermonis Domini in monte explicatur.

i.

SCRIBIT Augustinus lib. 1. de serm. Dom. in mont. cap. 1. omnibus præceptis, quibus vita hominis formari potest, sermonem hunc Domini in monte perfectum esse. Ponam autem hic summam eius ex Card. Bellarmin. tom. tertio de Iustificat. lib. quarto, capit. tertio.

Initio igitur sermonis sui Dominus quasi loco procerij simul explicat finem vltimum hominis; & virtutum, atque operum bonorum vtilitatem proponit, dum enarrat beatitudines, dicens: *Beati pauperes spiritu*, & quæ sequuntur. est enim vltimus finis principium, & fundamentum totius doctrinæ moralis, id eò rectè inde orsus est: quo autem discipuli attentiores redderentur, par fuit simul adiungere virtutis vtilitatem.

2.

Deindè accedit Dominus ad præcepta; & primum instruit Doctores, deindè Auditores: de doctoribus docet eos, saltem terræ, & lucem mundi esse debere, hoc est sapientia, & charitate conspicuos: ita vt his cæteris præstent, alioquin quomodo alios sapientes, & ardentem efficiant? quod ferè idem est, cum eo quod alibi dicit, fideles, & prudentes esse debere.

3.

*Quæque
Pharisæorum
corruptela,*

Instruit postea populos, tum quo ad substantiam diuinorum præceptorum, tum quo ad finem: in vtroque enim Scribæ, & Pharisæi corruptelas quasdam induxerant, & quidem quinque corruptelas, quoad substantiam præceptorum probat Dominus: nam primum deprauabant præcepta grauissima de homicidio & adulterio, docentes; in huiusmodi præceptis actum externum solum esse prohibitum, non autem internum nisi signis exterioribus proderetur.

Hunc errorem etiam habuit Iosephus libr. 12. antiquit. cap. 13. vt notauimus num. III. & Dauid Kimhi in Comment. Psalm. 66. ver. 13. interpretatus: *iniquitatem si aspexi in corde meo non audiet Dominus*, quasi dicat, non imputabit Dominus, quæ est insignis corruptela. Ad destruendas ergo huiusmodi corruptelas (& ad declarandum quæ tacitè continebantur in lege) declarat DOMINVS legem, non occides, non solum manum, sed etiam linguam & animum cohibere: & legem non machaberis

A extendi, vsque ad concupiscentiam mente conceptam.

Deindè Pharisæi corrumpebant legem de repudio: quod enim ob infirmitatem eorum lex impunitum dimiserat; ipsi vt rem absolute bonam docebant. Dominus autem docuit, non licere vxorem dimittere, nisi causa fornicationis, & legem de libello repudij penitus abrogauit.

Tertiò Pharisæi docebant non esse peierandum, tamen frequentare iuramenta etiam leui de causa nullum peccatum esse ducebant. Contra Dominus iubet, non esse iurandum omnino, nisi videlicet subsit iurandi necessitas.

B Quartò corrumpebant Iudæi legem illam talionis, *oculum pro oculo, dentem pro dente*. nam cum non animaduertent eam legem constitutam fuisse ad iustitiam conseruandam, non ad appetitum vindictæ saturandum, docebant licitum esse vindictam appetere. Dominus igitur monet, non esse appetendam vindictam nec malum pro malo reddendum, sed potius paratum esse debere hominem probum, si opus sit, percutienti maxillam vnā, præbere etiam alteram, (sustulit verò etiam talionis legem.)

C Quintò, peruertebant Pharisæi primum dilectionis præceptum: quoniam enim lex iusserat, vt hostes suos occiderent, non odij causa, sed zelo iustitiæ, qua iusta bella interdum etiam à pijs regibus indicuntur; illi generale præceptum tradebant, diligendos esse amicos, odio habendos inimicos; docet Dominus, benefaciendum his, qui nos oderunt, orandum pro persequentibus, &c.

His expositis transit Dominus ad finem, vel modum eorundem præceptorum, ac docet: cauendam esse in primis inanem gloriam. Et quia nimis longum fuisset de singulis præceptis operum bonorum disserere, reuocauit omnia ad tria capita, orationem, ieiunium, & elemosynam: quorum primum erga Deum, alterum erga nos ipsos, tertium erga proximos exhibemus: & vno mētem, altero corpus, tertio bona externa sacrificamus.

4.

Addit postea Dominus, & docet quæ sint impedimenta cauenda, & quæ adiumenta querenda his, qui cupiunt ad perfectionem iustitiæ peruenire. Impedimenta tria demonstrat, nimiam sollicitudinem in opibus congregandis, cap. sexto Matth. 19. *nolite thesaurare vobis thesauros in terra*. superuacaneam diligentiam rebus etiam necessarijs procurandis cap. eodem ver. 25. *Ideo dico vobis*, & ver. 34. *nolite solliciti esse in crastinum*. temerarium iudicium de vita, & factis alienis, capit. 7. 1. *nolite iudicare*.

5.

Adiumenta etiam ostendit: orationem assiduam: *petite & dabitur vobis*. Conatum & contentionem proficiendi, & superandi omnes difficultates: *contendite intrare per angustam portam*. electionem bonorū magistrorum: *attendite vobis à falsis Prophetis*.

6.

Postremò concludit sermonem iterum commendans vtilitatem operum bonorum, vt in procerio fecerat, *omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, similis est viro sapienti,*

7.

qui

qui edificauit domum suam supra petram. atq; hæc est summa sermonis Domini in monte. Vide etiã summam quandam huius sermonis apud D. Thom. 1. 2. q. 108. n. 3.

8. Perfecit autem Dominus legem moralem, non solum explicando, & addendo, sed etiam adiuciendo consilia quædam ad perfectionem charitatis, quæ finis est omnium præceptorum, adipiscendam aptissima, de quibus satis multa disputat Cardinal. Bellarm. lib. de Monachis.

THEORIA II.

An sermo iste Christi, Matth. cap. 5. sit idem cum sermone, & beatitudinibus, Luc. 6.

1. **P**RÆTERMISSIS varijs hic sententijs omninò probo Magni Basil. sententiam lib. de Baptif. distinctum esse hunc Matth. sermonem tribus capitibus comprehensum, 5. 6. 7. ab eo, quem scribit, Luc. cap. 6. nam in primis ille Matth. in monte, hic verò Luc. in loco campestri habitus est; neq; enim obscurè, Matt. asserit de Christo *ascendit in montem, & cum sedisset, aperuit os suum & docebat eos.* Quibus enim, rogo, clarioribus verbis poterat declarare Matth. Christum in monte sedentem habuisse sermonem; si id voluisset exprimere? Vm ergo inferunt verbis Matth. qui verba illa, *aperuit os suum, & docebat eos,* referunt ad id temporis, postquam electis Apostolis descendit de monte; vnde August. duos inscripsit libros *de sermone Domini in monte,* & lib. 2. de consens. Euangel. c. 19. ita censet sermonem habitum in mōte fuisse, vt aut distinctos esse sermones, Matth. & Luc. aut locum campestrum partem montis fuisse putauerit. Et verò Hilar. can. 4. in Matth. & Chryso. hom. 15. 18. in eundem Matth. addunt, non solum sermonem à Matt. scriptum ad discipulos esse habitum, sed etiam ad turbas, quæ cum Christo in montem ascenderant, & quæ completo sermone miratæ dicuntur. Quamquam alij per turbas apud Matth. commodè posse intelligi discipulorum multitudinem opinentur. vnde Luc. c. 6. turbam discipulorum vocat.

2. Itaque tanquam certum maneat, in monte habitum sermonem, qui apud Matth. At Luc. de sermone quem refert habitum scribit, cum staret IESVS in loco campestri, vbi de monte descendisset.

Præterea sententiæ ipsæ sermonum apud Matth. & Luc. complures, sunt longè diuersæ inter se. Itaque talem arbitror seriem, & ordinem historiæ fuisse.

3. In primis conscendit Christus montem, ibi sedens sermonem habuit, quem scribit Matth. tribus capitibus. Descendens deinde de monte leprosum, de quo Luc. ca. 5. sanauit: & nec tunc continuò Capharnaum ingressus est post miraculum, verum aliquot post diebus quibus gesta sunt, quæ Lucas scribit de electione Apostolorum in monte, quem iterum ascenderat, & de sermone in loco campestri habito cum rursus descendisset de monte. Mox verò Capharnaum inijt & Centurionis puerum

A sanitati restituit; Cùm tamen Matth. hæc silentio inuoluens, doceat à mundato leproso Capharnaum intrasse. Propterea, vt ostenderet non statim ingressum illum consequutum esse leprosi curationem, descripto leprosi miraculo, non sine causa sic loquutus est: *cùm autem introisset Capharnaum:* hæc enim dicendi formula non cogit nos fateri statim Christum post editum miraculū intrasse Capharnaum.

Quod si dicas in vtroque sermone describi turbas admiratas esse: id minimè mirum videri debet, quod vtrique turbæ interfuerint. Et quidem de sermone Lucæ in controuersiam verti non debet. De Matth. verò sermone, licet aliqui dubitent, immò & oppositum opinentur; vt mea tamen fert opinio, verosimilius arbitror etiam turbam in montem ascendisse quidem, verum solos discipulos accessisse ad Dominum, ad quos cœperit sermonem habere. Postea verò propius accessisse turbam crediderim, atque adeò illam etiam excepisse sermonem. Apud Lucam porrò opinor cum solis discipulis ascendisse Christū in montem, ex quibus duodecim Apostolos elegerit, quo facto descendentem de monte occurrerunt reliquæ hominum turbæ.

THEORIA III.

Explicatur discrimen inter beatitudines, & fructus ac dona Spiritus sancti.

1. **B**EATITVDINES, & fructus in eo conueniunt, quod actus quidam sunt boni, quo à donis distinguuntur quæ habitus sunt. Cùm autem actus boni, à virtutibus, vel etiam interdum à donis proficiantur; illud est inter beatitudines, & fructus discriminis; quod fructus, qui Spiritus Sancti dicuntur, censentur esse quicunque actus virtutum, quatenus tamen sunt quidam effectus hominis, tum vltimi, tum per se delectabiles, & aliqua ratione etiam à Spiritu S. gratia, tanquã à quodam Diuino semine profecti; secundum illud 1. Ioan. 3. *omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet;* Beatitudines verò quidam actus præstantiores sunt; qui non modò à virtutibus, sed etiam à Spiritu sancti donis proficiuntur, & eatenus dicuntur beatitudines, quatenus peculiari quadam ratione conferunt ad adipiscendam illam beatitudinem, quæ continetur præmijs, his actibus respondentibus, vt est hic apud Matth. quem admodum enim hi actus propria quadam, ac peculiari ratione afferunt spem eius beatitudinis consequendæ, censentur etiam quadamtenus, (scilicet in spe) reddere hominẽ beatum iuxta modum illum loquedi Apostoli ad Roman. 8. 24. *Spe salui facti sumus:* quo etiam Philosoph. 1. Ethic. c. 9. iuuenes dicit esse secundum spem beatos.

Et procedit expositio hæc beatitudinum, siue præmia illa his correspondentia, quorum spem faciunt, dicantur esse aliqua bona, quæ in hac vita communicentur, vt D. August. placet lib. 1. de ser. Dom. in monte, c. 9. cuius sententiam declarat D. Thom. quæst. 69. a. 2. ad 3.

licè scribens : *Omnia illa præmia perfectè quidem consummabuntur in vita futura, sed interim etiam in hac vita quodammodo inchoantur, nam Regnum calorum, ut Augustinus dicit, potest intelligi perfectæ sapientia initium, secundum quod incipit in eis spiritus regnare. Possessio etiam terra significat affectum bonum animæ quiescentis per desiderium in stabilitate hereditatis perpetua per terram significata. Consolantur autem in hac vita per Spiritum sanctum, qui paracletus, id est, consolator dicitur, participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo, de quo Dominus dicit: meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei; In hac etiam vita consequuntur homines misericordiam Dei. In hac etiam vita purgato oculo per donum intellectus Deus quodammodo videri potest. Similiter & in hac vita, qui motus suos pacificant ad similitudinem Dei accedentes, filij Dei nominantur, tamen hac perfectius erunt in patria.* Hæc D. Thom.

Procedit inquam prædicta expositio beatitudinum, siue hoc modo præmia intelligantur; siue dicantur spectare ad vitam ipsam æternam, ut vult Diuus Ambros. lib. 5. in Lucam, circa cap. 6. iuxta cuius sententiam D. Thomas quæst. cit. a. 4. explicat eiusmodi præmia. Siue denique partim referantur ad bona huius vitæ, partim ad bona æterna, ut D. Chryso. arbitratur hom. 6. ex var. loc. in Matth. tom. 2. cuius etiam meminit D. Thom. art. 2. nam qua parte huiusmodi præmia referri possunt ad bona huius vitæ, continentur in primis quadam præstantis mētis habitudine, hoc est pace, gaudio, &c. quia viri quidam perfecti etiam in hac vita valdè imitantur habitum, atque statum mentium beatarum.

3. Itaque ob eam imitationem peculiari ratione quoque is ipse mentis status, qui inest hominibus perfectis, censeri debet beatitudo huius vitæ, ac proinde actiones illæ præstantes, quæ ad hanc etiam beatitudinem hominè disponunt, meritò appellari possunt beatitudines secundum quandam inchoationem, ut rectè ratiocinatur D. Thom. art. 2. qui & illud etiam pulchrè notat, quod & aliter est inchoatio fructus in folijs, & aliter quando incipiunt baccæ apparere, vel primordia fructus; sic etiam aliter est inchoatio beatitudinis æternæ in actibus, qui in proposito appellantur beatitudines tanquam merita, & sunt quædam præparationes, vel dispositiones ad beatitudinem non modò perfectam in cælis, sed etiam inchoatam; & aliter in illa beatitudine animi virorum perfectorum, quam dicimus etiam posse dici huius vitæ beatitudinem tanquam præmium inchoatum. hæc enim propinquior est æternæ, ac veræ beatitudini. Vide D. Thom. loc. cit. in Corp.

4. Porrò Gabriel 3. dist. 34. quæst. vnica, aliter explicat rationem beatitudinum, & fructum: putat enim esse ipsos habitus virtutum, ut habent peculiarem quanaam perfectionem; sed præstat D. Thom. sequi, cui fauet ratio nominum: beatitudines enim, & fructus sunt quiddam vltimum, quod proindè non habitibus, sed actibus contineatur.

5. Ex his quædam consequuntur. primùm beatitudines, & fructus à virtutibus & donis differre, sicut actus ab habitibus. Deindè

A omnem beatitudinem esse fructum Spiritus sancti, nõ tamen è contrario. Idem enim actus præstans, qui proficiscitur à dono, & est beatitudo, spectatus vt quidam vltimus effectus hominis proficiscens à gratia Spiritus sancti, est etiam fructus: sed non omnis actus virtutis procedens aliqua ratione à gratia (quomodo superiùs numero primo diximus esse fructum) censeri potest beatitudo, vt hic loquimur, nempè quæ præstanti quadam ratione conducat ad perfectam beatitudinem. sic D. Thom. i. 2. quæst. 70. artic. secundo. Sequitur tertio beatitudines propriè esse ascribèdas donis, fructus virtutibus, tamen etiam beatitudines proficiscantur à virtutibus, & fructus interdum etiam dicuntur actus donorum.

B Verùm quoniam beatitudines passim, vt quæ plurimum intelliguntur esse actus quidam præstantes; & fructus possunt esse etiam actus boni, qualescumque à virtutibus & gratia profecti, idèò dicimus beatitudines donis, fructus virtutibus propriè attribui. Ita Diuus Thomas quæst. 69. art. 1. & 3. & quæst. 70. ar. 2. Sequitur quarto beatitudines, & fructus in solis iustis reperiri, sunt enim fructus actus virtutum, vt aliqua ratione procedunt etiam à gratia, vt à quodam semine Diuino; Beatitudines quoque secundum D. Thomam sunt actus donorum, & dona sunt connexa cum gratia. quanquam extraordinariè aliqui actus præstâtissimi possent, auxilio diuino supplente vim donorum, elici ab eo, qui nõndum esset in gratia: quos actus si quis contendat appellari beatitudines, non reluctabor, ne fiat vis in nomine.

C Illud aduertendum, quod non est necesse hos esse actus elicitos, satis est esse imperatos, vel directos à donis, vel virtutibus.

Nec illud in præteritis relinquendum, recensuisse quidem Apostol. ad Galat. 5. fructus duodecim: verùm D. Thom. q. 70. art. 3. ad 4. ait non fuisse Apostoli propositum eo loco omnes omninò actus persequi, qui censeri possunt esse Spiritus S. fructus, sed tantum præcipuos, quæ est August. sententia: similiter & de beatitudinibus dici potest, non omnes actus præstantiores, qui beatitudines nominari queunt, expressè contineri, vel illis quæ apud Lucam, vel etiam illis quæ apud Matth. habentur. reuocari tamè possunt omnes ad illas, id quod ostendit D. Thom. q. 69. ar. 3.

D Postremò obseruandum est inter beatitudines, & fructus numerari aliqua, quæ propriè non sunt actus, sed quiddam consequens, vt munditia cordis apud Matth. & pax, quæ ab Apost. connumeratur fructibus, id quod etiam notat Gabr. 3. dist. 34. quæst. vni. & D. Thom. q. 69. ar. 3. & verò poterunt non incommodè nominari beatitudines, & fructus ratione actuum ex quibus consequuntur.

THEORIA IV.

Traditur beatitudinum numerus, quæ & donis aptantur ex Augustini doctrina.

BEATITVDINES propriè septem censentur, vt meritò Rupert. Matt. 5. conferrat Christum quidem cum cythara, sermonem verò eius cantico nouo, nimirum noui testamenti, quod nunquam antea apud antiquos veteris testamèti Patres insonuerit. Porro diuinum illud os Christi æternâ Dei resonans sapientiam cuiusuis cytharæ suauitatem longè superabat. Octo chordis inquit Rupert. olim cytharæ construebantur, & quæ per primam eadem vox resonabat per octauâ, secundum musicę naturalem vim; septem. n. tantum sunt vocum discrimina, & octaua vox, eadem quæ prima est, quod musicis non incognitum est. & in ista beatitudinum harmonia, in hoc cælesti cõcentu, quæ prima, eadem octaua sententia est: *quoniam ipsorum est regnum calorum.* Accinit Ruperto Petrus Dam. ser. de om. San. similem vsurpans metaphoram, dum ait: *canta canticum graduum, & gradatim ascende, nec propero saltu aliquem præsermittas.*

Sit igitur primo loco constitutum, beatitudines septenario numero contineri, quæ ipsissima videtur Aug. sententiâ, cū de octaua beatitudine dicat: octauam consummatum, perfectumq; hominem ostendere, & probare. itemque septem esse quæ perficiunt, octauam clarificare, & quod perfectum est demonstrare, quæ de re lege D. Thom. q. 69. cit. a. 3. octaua igitur ad caput redit, vt August. ait, quia perfectum ostendit, & probat. Vide, quæ in Scholijs ad v. 10. adnotauimus, num. 40.

Sic verò sufficientem earum numerum colligemus. primis quidem tribus beatitudinibus tria tolluntur perfectionis impedimenta (oportet autem prius quæ obsunt destruere) videl. diuitiarum appetentia, honorum etiam & deliciarum. Itaque ad perfectionis culmen adspiranti necesse est in primis honores, & diuitias vt contemnat. Deindè dum despicitur, aut iniuriam in suis facultatibus & honoribus patitur, vincat in bono malum, per mansuetudinem. tum vt contemptis mundi voluptatibus lugeat potius in hoc exilio positus. Hæc autem præstantur paupertate spiritus, mansuetudine, & iustitia.

Duobus verò sequentibus gradibus, ac beatitudinibus (quod sequebatur) docemur vitæ actiuæ perfectionem: est autem posita actiua vita, vt totum id impleamus, ad quod nos, vel iustitia, vel charitas impellit, quibus virtutibus benè erga proximum disponimur, iustitia autem & misericordia quarta, & quinta beatitudine continentur.

Postremis duobus gradibus (id quod reliquum erat) vita cõtemplatrice perficimur, atque aded optimè ipsi in nobismetipsis disponimur, & perficimur, quod fit cordis munditia, ac perfecta animi tranquillitate, & pace prauis affectibus edomitis: quo cùm peruenerit quis summum iam attingit perfectionis gra-

Adum, his verò eisdemque gradibus rectè se erga Deum habet homo, vt proindè nihil sit, quod vltra desideremus Deo inhærentes, & actiua, & cõtemplatrice vita.

Hinc satis intelligere licet in posterioribus beatitudinibus semper aliquid boni esse, quod sit perfectius priori, sicut autem secundum Ambro. sunt in his beatitudinibus incrementa virtutū, ita secundum eundem sunt etiam incrementa præmiorum. Primum. n. præmiū est regnum Cælorum, quod dicitur esse pauperum spiritu. Sed cùm nostrum possit esse aliquid quod non possidemus, maius est quodammodo possidere terram. & quia multa possidemus cum tristitia, tertio additur cõsolatio; quæ quoniam non semper ad saturitatem contingit, quarto loco statuitur saturitas; ne verò saturi defectum aliquem metuere-mus, sequitur misericordiæ promissio, quæ securi, liberi que omni miseria reddimur. Ceterum quia parum est conregnare, nisi cum rege quis versetur, promittitur sexto visio Dei; verum quia regem videre, etiam seruis, & satellitibus cõceditur, septimo filij dignitas adiungitur.

Sed est quod animaduertas, quod licet hæc beatitudines singulæ per se numerentur, non satis est tamen vnâ habere, vt quis beatus sit: sicut non est opinandū has beatitudines tantum perfectorum esse, sed ad omnes quoque pertinere, qui salutem consequi volunt: ita tamen, vt beator sit, cui beatitudines istæ perfectius competunt, minùs beatus, cui minùs competunt, miser verò, & infelix, qui his caret.

Pulchrè Porro D. August. his septem beatitudinibus adaptat septem Spiritus sancti dona, Iai. II. vt legere est lib. 2. de doctr. Christiana cap. 7. & libr. 1. de ferm. Dom. in mont. c. 9. Vbi ait: *timor congruit humilibus, de quibus hic dicitur; beati pauperes spiritu, id est, non inflati, non superbi, de quibus Apost. dicit; nolite altum sapere, sed time, id est, nolite extolli. pietas competit mitibus, qui enim piæ querit, honorat Sanctam scripturam, & non reprehendit, quod nondum intelligit, & propterea non resistit, quod est mitem esse, vnde hic dicitur: beati mites: scientia cõuenit lugentibus, qui iam cognouerunt in scripturis quib' malis vincit teneatur quæ, tanquã bona, & vtilia ignorantes appetierunt; de quibus hic dicitur: beati qui lugent nunc. fortitudo conuenit esurientibus, & sitientibus; laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis, & amorem à terrenis, & corporalibus auertere cupientes: de quibus hic dicitur: beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. cõsiliū congruit misericordibus: hoc enim vnum remedium est de tantis malis euadendi, vt dimittamus, sicut nobis dimitti volumus: & adiuuemus in quo possumus alios, sicut & nos, in quo non possumus, cupimus adiuuari, de quibus hic dicitur: beati misericordes. intellectus congruit mundis corde tanquam purgato oculo, quo cerni possit quod corporeus oculus non vidit, & ceter. de quibus: beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. sapientia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusque motus aduersus rationem rebellis est. cùm & ipsa obtemperet Deo; de quibus: beati pacifici. Vnum autem præmium, quod est regnum calorum pro his gradibus variè nominatum est. De ordine beatitudi-*

4.
Et numero-
rum in ista
sequens pri-
ori perfe-
ctior est.

5.
Similes se-
ptem donis
Spiritus S.

num dictum est in Scholijs, dum suis singulas locis exponeremus. De beatitudinibus verò sigillatim multa habet Barrad. lib. 7. c. 4. & frequentibus, quæ ad mores pertinent.

THEORIA V.

In ver. 17. An Christus legem sustulerit? Mirabitur aliquis ver. 17. legens, venisse Christum ut impleret, non ut solueret legem, atque ita dicet:

1. **Q**UOMODO Christus legem adimpleuit, cum potius abrogasse videatur, ex Epist. ad Ephes. 2. & ad Hebr. 7. Respond. implendo id fecit, non destruendo, hoc est, perficiendo, addendo, interpretando, exhibendo promissa, spiritum, & gratiam exhibendo qui sub illi cæremonijs latebat.

2. Quod exemplo pictoris Theophy. ostendit: nam sicut pictor inchoatæ, atque adumbratæ imagini extremam dum adhibet manum, & colores apponit, priorem imaginem abolet, nouam inducit; abolet autem non dissoluendo, sed absoluendo; non delendo, sed perficiendo; ita non aliter Christus legem abrogauit; abrogari autem cœpit lex induto sensim Euangelio; ita ut à tempore Ioannis cœperit quodammodo ægrotare, & languere, quouisque promulgato iam penitus Euangelio emortua fuerit, & hoc modo intelligendum est legem vsque ad Ioannem perdurasse, quia scilicet tunc cœpit languere, & abrogari.

3. Sed illud adhuc difficultatis reliquum est hic, quia cærimonialia, & iudicialia præcepta videntur à Christo omnino abrogata & Apostol. expressè ait Ephes. 2. ipsum medium parietem maceræ soluisse, & legem mandatorum decretis euacuasse, & ad Hebræo. 7. 18. 19. *reprobatio quidem, inquit, sit prioris mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.* Igitur minimum dicendus est Christus cærimonialia, & iudicialia funditus sustulisse. non ergo impleuit legem inquit aliquis? Respondet Caietan. Christum dixisse non venisse se, ut legem solueret, quia nõ per se solutus erat, sed per Apostolos post reditum in cælum; quemadmodum dixit; se non venisse, nisi ad ues, quæ perierant domus Israel, Matth. 15. 24. non quod non propter alias etiam venisset; sed quod alias non per se, sed per Apostolos suos ad fidem adducturus esset: Verum hoc difficultatem non adimit, nam cum Dominus hæc de se dicat, ut & Apostolos habeat, hac in parte imitatores, propter quam causam mox infert, qui ergo soluerit, &cæt. non bene congruit, cum hoc id, quod Caietanus inquit, Christum per se quidem non soluisse legem, voluisse tamen ut per Apostolos abrogaretur; hoc enim non est hortari, ut suo exemplo legem perfectè seruarent, eo modo quo ipse seruauit.

4. Insinuat Rupertus Bisariam scripturam de lege veteri verba facere: nam interdum respicit ea, quæ illi legi propria sunt, quæque

A per solam illam legem sunt introducta: id genus sunt iudicialia, & cærimonialia, & hoc modo accepisse videtur D. Paul. loc. cit. hæc enim sunt veluti accessoria quædam præcepta, quæ pro ratione temporis & hominum iudicauit Deus ad tempus conuenire illi populo tanquam vtilia ad ea seruanda, quæ præcipue requirebantur. Interdum verò scriptura respicit ea, quæ in lege præcipua sunt, & in primis à Deo intenta. Id genus sunt Decalogi præcepta, & alia, quæ ad mores pertinent, quomodo de lege loquitur Dauid: *lex Domini immaculata conuertens animas: & fidelia omnia mandata eius, & innumera alia.* cum ergo hoc loco affirmat Dominus se ad soluendū legem non venisse, sed ad implendam, potissimum de lege hoc modo loquutus est.

B Sed facilius mea sententia fieri satis obiectiōni potest, si dicam de vniuersa lege Christum hic esse loquutum. nam quamuis cærimonialia, & iudicialia reuera abrogauerit, ut vim obligandi amplius non habeant: non tamen ea penitus soluit, atque euertit (quod fecisset, si docuisset, ea mala, noxia uel fuisse, nec à Deo profecta) sed adimpleuit ea, tum quia in se hoc ipsum exhibuit, quod per illas cærimonias adumbrabatur, ut rectè docet Iansen. cap. 40. tum quia docuit qualiter ea præcepta secundum spiritum intellecta perfectius custodiri à Christianis deberent. His accedit, hoc ipso quod soluit præceptorum cærimonialium obligationem iuxta literalem ipsorum intelligentiam, non soluisse ipsam legem, sed adimpleuisse eam, quia hoc ipsum iam à lege fuerat prædictum, multisque locis promissum: ut verò nullus sit dubitandi locus, Dominum; dum hic affirmat non venisse se, ut legem solueret, sed adimpleret; amplexatum esse totam legem, ac cærimonialia simul cum moralibus comprehendisse, Patet ex sequentibus, dum subdit; *amen quippè dico vobis, &c. iota vnum, aut vnus apex non prateribit à lege, &cæt.* neque aliter hunc locum accepere Hierony. & August. quo etiam pertinet illud Luc. 24. *hæc sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, cum essem adhuc vobiscum, quoniam necesse est implere omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.* De hac quæstione lege D. Thom. 1. 2. q. 107. art. 2.

5. Cærimonialia veteris legis Christi non tollendo implent.

THEORIA VI.

In v. 30. De Gehenna, quid significet, vbi sita; quid item sit Topheth; cur infernus Gehenna dicatur.

D I vs Hieronym. in trad. Hebr. in lib. 2. Paral. & in comm. Jerem. 7. & Matt. 10. multa dicit de Gehenna. Et quidem primo loco nomen hoc deductum censet à voce *Gehennon*, quæ significat, vallem filiorum Ennon, licet Hebræum nomen tantum significet, vallem Ennon, cuius fit mentio Ios. 15. 4. Reg. 23. Jerem. 7.

Describit autem hanc vallem Hieronym. Matth. 10. ut iam situm eius designemus, sic non procul, inquit, ab Hierusalem in radice montis Moriaz, vbi fons Siloe fluit, planitiem

1. Gehenna vbi dicitur.

2. Vallis Ennon vbi.

quan-

quandam fuisse irriguam, & nemorosam, plenamque delitijs, dicebaturque *Gehennon*: in hac valle lucus erat, in quo filij Israel deserto templo Dei vicino hostias immolarunt Baal, (vt vocat Iere. 19. & 32.) seu Molocho idolo Moabitarum (sic dicitur 4. Reg. 23.) in eoq; filios, filiasque suas concremarunt, in holocaustum huic idolo.

3. Idem quoque Hieronym. super Ierem. 19. testatur iussum fuisse Prophetam (ibi ver. 2.) egredi ad vallem filij Ennon, (quæ eodem ver. 2. dicitur iuxta introitum portæ fictilis) in qua erat delubrum Baal, & lucus Siloe fontibus irrigatus, ex quibus verbis Ierem. & Hieronym. portæ fictilis situm collige iuxta vallem Ennon, & iuxta fontem Siloe collocandum esse; item collige siluam illam, vel dictum lucum inferiorem fuisse fonte Siloe, irrigabatur enim eius aquis defluentibus.

Si ergo Ierem. 19. ver. 2. dicit, vallem filij Ennon fuisse iuxta introitum portæ fictilis, igitur ex ipsomet contextu Ierem. liquet, hanc portam ciuitatis in extimo Ierosolymæ muro apertam fuisse, vtpotè, quæ in vallem Ennon viam aperiret.

4. Cumque tota vallis Ennon in longum muri Orientalis vrbis ducta, omnibus eius portis proxima fuerit, clarè intelligimus ad eam vallis partem Ierem. loc. cit. mitti à Domino, quæ huic portæ erat magis proxima, nempe vbi fons Siloe erat, & delubrum Baal, vt inquit Hieronymus, & nemus Siloe aquis irrigatum. quod si in valle filij Ennon, vt ex Hieronym. iam diximus, erat Siloe irrigans lucum inferiorem. patet hinc vallem Ennon, ac cliuem fuisse, atque adedò descendisse ab aquilone in Meridiem, vt colligit idem Villalp. ex Nehemia; quod & Beda confirmat, libro de loc. Sanct. cap. sexto, vbi ait: *iuxta murum templi, vel Hierusalem Gehennon occurrit, qua est vallis Iosaphat, à Septentrionali plaga in austrum porrecta. Per quam torrens Cedron, si quando pluuiarum aquas recipit, decurrit. Hac vallis & parua campi planities irrigua & nemorosa, plenag, delitijs, locum quondam Baali sacrum habuit.* hæc ille.

Quo confirmatur quòd dixit Hieronymus, aquis Siloe irrigari siluam *Topheth*. (sic enim dicebatur nemus) nam Torrens Cedron tantum hibernis, ac pluuiialibus affluebat aquis. Ex his habemus, siluam hanc inferiorem multò fuisse ipso fonte, & natatoria Siloe, ita, vt fons Siloe versus aquilonem esset, in editiori nempe loco, silua quæ pars erat vallis Gehennon ad Meridiem magis; porta verò fictilis magis ad Septentrionem vergebat, quàm Siloe.

5. Verùm cum omnes Orientalis vrbis portæ ad aquilonem fontis Siloe constitutæ longè ab eo fonte distent, vt ex vera imagine veteris Ierosolymæ, quam paulò pòst citabo apud Villalp. constat: multò magis eas distare necesse est à loco *Topheth*, seu Silua hac vallis Ennon, quam ad Meridiem fontis existisse diximus: atque adedò cum eum locum proximum fuisse portæ fictili indicet Ierem. hinc fit hanc portam diuersam esse à ceteris, etià ab aquarū porta, quippè porta fictilis fonti Siloe

A proxima dicitur, cū porta aquarū, sicut & ceteræ Orientalis partis vrbis ad Aquilonem Siloe constitutæ, distet ab ea. collocat autè portam istam Villalp. inter flexuram, & angulum, quem recessus natatoriæ Siloe constituit in muro: cuius rei expressam imaginem habes apud eundem in vera imagine veteris Ierosolymæ, quam apud ipsum inuenies post finem lib. 1. com. 3. apparatus p. 1. hæc de situ vallis huius, quæ ad loca varia Scripturæ sacræ intelligenda multum faciunt.

Iam verò, quid sit *Topheth*, & vnde dicatur his annectendum est; ergò super Ierem. 7. docet Hieronym. hunc eundem locum, in quo filij Israel sacrificabant idolo, dictum esse *Topheth*, quod Hierony. interpretatur *latitudinem*, videturque sic à Hierem. nominari. Cæterum alij à voce Hebr. *Toph*, deducunt, quæ tympanum significat, & hoc modo interpretantur illud Iob. 17. 6. *exemplum sum coram eis*, Hebraicè habetur *Topheth* loco exempli, vertuntque *tympanum*, vt sit sensus: vtebantur me quasi instrumento ad gaudendum, & exultandum. idè autè volunt illum locum dictum *Topheth*, quia cum illi idolo soleret immolare pueros, ne eorum voces exaudiretur, & comiseratione cōmoti parentes reuocarēt à sacrificijs, impij Sacerdotes pulsabant tympana, adduntque huc respexisse Hierem. cum refert Deum cōminantem dixisse: *non vocabitur Topheth*, quod est instrumentum lætitiæ, sed tumulus mortuorum. Barrà. non improbabiler à tympanis quidè deductum nomen putat, sed quæ ab idololatriis pulsabantur, dum ea in valle amena, lætitiæ, ludisquæ vacabant; non à tympanis, quæ ardentibus infantibus pulsarentur; quamquam alij volunt, vt Forerius portentum, & prodigium significare vocem *Topheth*, quod portento similis esset illa filiorum immolatio, quasi *mopheth*. Sed quod attinet ad locum Iob, rectè Vulgatus noster vertit *exemplum*, vel vt significetur exemplare quoddam supplicium, grauissimumque, quod cæteris mortalibus documento, terrori, admirationi esse posset, vt sit sensus: me miserum, qui huiusmodi habeor nunc, quasi propter meam impietatem diuino supplicio affectus sim; vel secundo exemplum sumi potest pro irrisione, contumelia, contemptu, quæ cum miserando exemplo solent esse coniuncta, vt sit sensus: omnibus sum ludibrio propositus, & pro scopo, quem maledictis, & probris configant, & cum quo miserrimos quosque, & extremo supplicio affectos improbos component, nullusque hominum conuentus sit, in quo Iobi supplicia cum detestatione, & maledictis non vsurpentur. Itaque exemplum hoc modo pro irrisionis exemplo sumitur; primo verò modo pro grauissimo, & exemplari, vt vocant, supplicio, vt doctè exponit Pineda eum locum. videturque hæc Vulgati interpretatio accedere ad eam, quæ diximus *Topheth* prodigium, vel portentum significare.

C Ex his deducere possumus cur infernus *Gehenna* dicatur; vel enim id sumptum est ab Esai. 30. 33. qui infernum vocat *Topheth*. *Topheth* autem erat vallis ipsa Ennon, qua parte idolum colebatur Molocho, quod paulò infe-

6.
Topheth
quid sit.

7.
infernum cur
Gehenna dicitur.

rius ex Hieronym. Prado referam, vel dicitur est infernus Gehenna propter impiam illam, & portentosam vstionem, ac filiorum immolationem; vel denique ab atroci idolo, quod tanquam Rex, fano illi Prunario, tanquam Lucifer Tartaro, præsidebat, & ab eius immūdis sacrificijs, & peccatis, quæ ibi fiebant. Hieronym. Matth. 10. ait in veteribus libris non inueniri, sed primū à Salvatore pro orco vsurpatum Gehenna nomen, quāuis vt dixi apud Hierem. vox Topheth, non Gehenna, pro inferno sumatur. Hoc tamen, quod Hierony. dicit de libris Sacræ scripturæ veteris intelligendum est, alioqui Rabinos quoque tartarum Gehennam, siue Gehinnam appellare testatur Elias in Lexico.

8. Non subterfugiam hīc adscribere, quæ breuiter tradit de hoc loco Hierony. Pradus c. 5. explanationis in Ezech. num. 20. vbi comprehendit paucis ferè quæ diximus: *exemplum*, inquit. *sanguinaria oblationis suppeditauit Acax, de quo lib Reg. 4. 16. 3. scriptum est: & filium suum consecrauit, transferens per ignem secundum idola gentium; atque Manasses, de quo eodem lib. 21. 6. dicitur: & traduxit filium suum per ignem. quid sit autem traducere per ignem interpretatur Ioseph, de Acax loquens lib. 9. antiqui. cap. 12. quibus etiam ait, proprium filium holocaustoma obtulit ritu Chananaorum. offerebantur verò infantes per ignem traducti idolo Moloch, vt 4. Reg. 23. 10. de Iosia dicitur: contaminauit quoque Topheth, quod est in conualle filij Ennon, vt nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch. Idolum Moloch, & eius Sacrificium vocabatur Topheth, q. d. portentum, spectaculum, visu horrendum, quod combustis infantibus exhibebatur: tametsi alij malint dictum Topheth, quasi tympanum, quod nefarij sacrificuli, dum adurebantur pueri in manibus statua ignita, tympano sonum excitabant, ne innocētū voces audirentur: erat autem hoc excelsum, seu fanum prunarium potius in valle Iosaphat, vel regis dicta, qua adiacet vrbi Ierusalem ad orientē dicta Gehennom, quasi vallis Hennom, vel filiorum Hinnom, à qua tractum est nomen Gehenna, pro loco aterni incendiij apud inferos: cui translationi occasionem dederat Isai. 30. 33 dicens: preparata est heri (iam pridem) Topheth à rege (regum, qui eam adinstar Iosia dicauit in prunarium damnatorum) preparata, profunda, & dilatata, (talis enim erat conualis Hinnom) nutrimenta eius ignis, & ligna multa (vt olim solebant admoueri infantibus concremandis) status Domini sicut torrens sulphuris succendens eam (quasi dicat, neque deerunt folles, qui ignem excitent; nam status nasi, seu indignationis diuina eam inflammabit pyram, non secus atque inepto sulphure ardere solet, & ali ignis. Hæc doctè Pradus, qui licet dicat idolum ipsum, vel etiam sacrificium vocatum Topheth, non negat tamen etiam locum ipsum Topheth appellari potuisse, quod pluri mi sentiunt; vtrumque enim simul stare potest; vide etiam Genebr. in Psal.*

105. in ea: commixti sunt inter gentes, &c.

A

THEORIA VII.

In ver. 32. De indissolubilitate Matrimonij, vbi explicatur locus Matthæi 19.

Duo sunt casus, in quibus certò matrimonium dissolui potest. primus est, quando matrimonium fuit contractum inter infideles, & postea altero coniugū conuerso ad fidem, alter non vult cohabitare cum illo, vel non sine iniuria creatoris; quia scilicet illum non patitur Christianè viuere, vel à suscepta fide dimouere conatur, vel Deum, Christumque blasphematur: tunc affirmo posse coniugem fidelē ab infideli discedere, & alteri matrimonio Christiano, coniungi; licet cum priore matrimonium fuisset consummatum.

Alter casus, quo certò dissoluitur matrimonium est per solemnem professionem approbatæ religionis, antequam consummetur, siue per professionem vnus, siue vtriusque sponsi. Qua de re lege Sanc. l. 2. d. 21. nu. 3. cōcediturq; proinde cap. ex publico de conuersione coniugatorum, vbi concedit Alexander, coniugi spatium duorum mēsum intra quod non teneatur matrimonij consummare, sed possit de ingressu religionis deliberare. In his duobus casibus non humana, sed diuina auctoritate dissoluitur matrimonium.

Est tertius casus controuersus inter Doctores, an matrimoniū non cōsummatū per Pontificiam dispensationem soluatur. Et quidem hac in re verior sententia est posse dissolui, de quo vide Bellar. l. 2. de Monachis c. 38. Enriq. l. 11. de Matrim. c. 8. n. 11. Sanc. l. 2. de Matrim. d. 14. nu. 2. Rebel. lib. 2. de Matrim. q. 15. nu. 4. Porrò Valen. contrariam sequitur sententiam d. 10. q. 1. de Matrim. punct. 7.

Præter hos casus nullus est alius, quo possit matrimonium dissolui, etiā per alterius cōiugis adulterium quod est de fide; est ergo matrimonium extra hos euentus indissolubile.

Quæ indissolubilitas nascitur inde, quod matrimoniū consummatum Christianorum est Sacramentum significans indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem, cum raturum matrimoniū habeat potius significare vnionem Christi cum Ecclesia, per charitatem, & gratiā, quæ licet quoad totam Ecclesiā in cōmune non sit separabilis, quoad singulos tamē amitti potest. Esse autē causam huius omnimodæ indissolubilitatis matrimonij, eā potissimum, quod est sacramētum, hoc est, sacrū signum indissolubilis coniunctionis diuinitatis cum humanitate in Christo Domino, & ipseus Christi cū Ecclesia eius spōsa per carnem, constat ex Paulo c. 5. epist. ad Ephel. vbi cū cōmemorasset illa verba: *propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem suā, & adhaerebit vxori suæ, continuo illud adiunxit: Sacramentum hoc magnum est, ego autē dico in Christo & in Ecclesia; igitur saltem matrimoniū consummatū inter Christianos debet esse omninò insolubile. alioquin nunquam benè Sacramentum matrimonij representaret insolubilem omninò coniunctio-*

1. Duo casus in quibus matrimonium solui potest, aliis indissolubile.

2.

3.

4. Indissolubilitas matrimonij: vnde nascatur.

nem Christi cum humanitate & Ecclesia, si esset aliquo modo solubile.

5. Cæterum quia hæc exactius tractare ad eos pertinet, qui de controuersijs contra hæreticos agunt, vel qui subtilius ista disputant, idèd his reiectis ad citatos auctores num. tertio, & alios, præsertim Bellarmin. libro primo, de Matrimonio, cap. 15. 16. & 17. & Valen. I. vnico de indissolubilitate Matrimon. c. 3. 4. 5. & Sanc. libr. decimo, dist. secunda. Nos tantum hic exponemus duo Matt. loca nempe hunc qui hoc 32. ver. continetur, & eum qui Matth. 19. 9. habetur, vbi sic legimus. *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur; & qui dimissam duxerit mœchatur*, quem locum hæretici, qui matrimonium etiam quoad vinculum dissolui posse propter fornicationem impie mentiuntur, falsò vsurpant; videtur enim, cum hic Matth. 5. 32. vbi dicitur: *Omnia qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit adulterat*; tum maxime Matt. 19. 9. Dominus statuere, non esse uxorem dimittendam, neque ea dimissa, esse ducendam aliam, nisi ob solam fornicationem &c. Ex quo efficitur posita fornicatione id licere. quod si respondeas de dimissione quantum ad torum, non autem quantum ad vinculum loquutum Christum Dominum, non tollitur difficultas: cum enim vt dicitur Matth. 19. 9. Christum interrogassent Iudæi, an liceret ob quascumque causas uxores dimittere, damnauit ille morem eorum dimittendi uxores per libellum repudij; igitur de tali dimissione vxoris loquitur, de quali à Iudæis interrogabatur & qualis per libellum repudij apud illos fieri consueuerat, quæ & quantum ad torum, & quantum ad vinculum erat. Ad hæc, si de dimissione solum quantum ad torum Christo sermo esset, plures excepisset causas dimittendi, non vnã dumtaxat fornicationis; liquet enim separationem quantum ad torum ob complures alias fieri posse.

6. His obiectionibus, quia doctè, & clarè respondet Perer. in c. 7. ad Rom. disput. 3. eius hic ego ferè attexam verba, quæ erunt loco commentarij loci præsertim illius, qui habetur Matth. 19. 9. qui quoniam connexus est cum hoc loco Matth. & facit ad ea melius intelligenda, quæ de matrimonij indissolubilitate dicemus, idèd hic declarabitur, simul enim alter alterum declarat ita, vt ex perfecta vtriusque intelligentia habeatur dilucidatio sententiæ Domini. Respondens ergò Pere. dubitationi motæ paulò antè ait: huic obiectioni respondendum est, illa verba Domini Mat. 19. *nisi ob fornicationem*, non esse referenda ad vtramque partem sententiæ, ita vt significetur, licere ob fornicationem, & uxorem dimittere, & aliam ducere: sed tantum referri debent ad priorem illius sententiæ partem hunc in sensum: *quicumque dimiserit uxorem suam* (quod facere non licet, nisi ob solam fornicationem) & *aliam duxerit, mœchatur*. hunc germanū esse sensum animaduertere licet ex commemoratione eiusdem sententiæ, quam faciunt Marc. c. 10. 11. & Luc. c. 16. 18. qui illam exceptionem fornicationis omiserunt. Apud Marc. sic est: *quicumque*

A *dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam*. Apud Luc. verò ita legitur: *Omnia qui dimittit uxorem suam, & aliam ducit mœchatur: & qui dimissam ab illo ducit, mœchatur*. Mat. Porro in c. 19. 9. exceptionè illam addidit, quæ eam antè in c. 5. 32. cõmemorauerat. Cum .n. narrasset, Phariseos quesuisse à Christo, an quicumque ex causa licitum esset repudiare uxore, adiungit Dominum respondisse, vnã tantum esse posse licitam causam dimittendi uxorem, crimen fornicationis; Ita interpretatur B. Hieron. locum hunc Mat. 5. & rectè, quod liquet ex eo, quod mox subiecit Dominus: *& qui dimissam duxerit, adulterat*. Vbi certum est ad illud verbum, *dimissam*, non posse referri exceptionem illam, *nisi ob fornicationem*, quasi verò significetur, eam, quæ dimissa fuerit ob fornicationem, duci posse sine adulterio: nam sic melioris conditionis esset dimissa vxor ob adulterium, quàm quæ nulla sua culpa à viro esse repudiata. Igitur illis Domini verbis significatur eum adulterare, quæ dimissam à viro, etiam ob fornicationem duxerit.

B Ad secundam obiectionem, vel primam instantiam contra responsum datum n. 5. respondendum, duplicem fuisse Iudæorum in dimittendo uxores consuetudinem, vtramque malam: alteram ob quascumque causas dimittendi uxores: alteram dimissis prioribus, alias ducendi uxores. vtramque damnauit Dominus, & corrigere voluit: priorem, per illa verba, *nisi ob fornicationem*, dum ait c. 19. *Dico vobis quod quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem*, q. d. quod non licet nisi ob fornicationem, id quod clarius exprimens c. 5. Mat. docet, cur minimè liceat dimittere nisi ob fornicationem, quia dimittens mœchari facit uxorem, q. d. nõ solum fidem videlicet coniugalem, violat, sed sibi, & verò etiam vxori periculum affert mœchandi. Contrà posteriorem verò Iudæorum consuetudinè adiuxit illud; *& aliam duxerit*, quod pendet ex antecedentibus, *qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit in super mœchatur; & qui dimissam duxerit mœchatur*. Non aliam certè ob causam, nisi quia quæ dimissa fuerat ob fornicationem non erat prioris matrimonij vinculo soluta.

C Caiet. autem, & Eras. illud verbum *mœchatur*, non referunt dissociatè ad priorem, & posteriorem partem sententiæ Domini, sed coniunctè ad vtramque partem: quo significatur, si adsit causa fornicationis, vtrumque licere, & uxorem dimittere, & aliam ducere. At enim secundum istiusmodi sensum colligi posset, non esse prohibitum à Christo, quauis alia de causa præter fornicationem dimittere uxorem, dummodo nec vir dimittens, nec vxor dimissa ad alias transeat nuptias quod falsum profectò esse constat. Vnde apertius idem Matth. hic vt dixi capite quinto, verbum illud, *mœchatur*, vel *adulterat*, distinctè coniunxit cum eo, quod est, *dimittere uxorem*, & cum eo quod est *aliam ducere*, dicens: *Ego autem dico vobis, quia omnia, qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit adulterat*, quo clarius declararet non licere nisi ob fornicationem dimittere, quod explicatur per illa, *facit eam mœchari*.

9. Ad Alteram instantiam, quæ postremò loco obijciatur, n. 5. respondendum, quod licet nonnullæ sint aliæ, præter fornicationem causæ soluendi cõiugium quantum ad thorum (de quibus lege Sanc. l. 10. de diuortio 15. & inferiùs Theoriã 8. illæ tamen generales sunt, & communes alijs. causa verò ducta ex fornicatione alterius coniugum propria est matrimonij, vt quæ per se, ac propriè aduerfetur matrimonio, quod disputat Aristot. libro septimo polit. cumque per coniunctionem matrimonij duo quodammodo fiant, in vnã carnem, per adulterium vna caro dissecat in duas: fitque alteri coniugum maxima iniuria. & vt adnotat Euthymius in decimonono cap. Matth. solam Dominus iussit eijci mulierem, quæ adulterium commisit propter factus confusionem, & propter dubitationem eius, quod parandum esset, quasi alia quæuis causa curari possit, hæc verò sola nullam curationem admittat. sic ferè Perer.

10. Cæterum est & altera expositio D. Martialis discipuli B. Petri epist. ad Tolosan. c. 9. verba illa Christi Matth. 19. sic distinguenda esse, vt has integras duas sententias contineant, hoc est, *quicumque dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis mæchatur*, id est, facit eam mæchari ob datam occasionem iuxta id, quod Matth. adiecit hic cap. quinto, quod est veluti interpretatio illius exceptiue, *nisi ob fornicationem*. Secunda sententia est, *& qui aliam duxerit, mæchatur*. potest his addi tertia sententia, quæ subditur; *& qui dimissam duxerit mæchatur*. Intelligitur autem in duabus posterioribus sententijs quacumque ex causa fuerit facta dimissio etiam ex fornicatione.

11. Tertio D. Augustinus libr. 1. de adulterio coniug. c. 9. aliter etiam exponit, vt illa verba, *nisi ob fornicationem*, non accipiantur exceptiue, sed negatiue in hunc sensum: *quicumque dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem*, id est, extra causam fornicationis, & aliam duxerit mæchatur. Ex quo affirmatur quidem adulterium eius, qui vxore dimissa extra causam fornicationis aliam duxerit: verum nihil dicitur de ducente aliam priore dimissa ob fornicationem. Vide Aug. fusè id explicantem.

12. Sed melius, meo iudicio, sumitur exceptiue pars illa, *nisi ob fornicationem*, quare dux priores expositiones magis placent. locum verò Matth. 5. 32. quem præ manibus habemus, exposuimus in Scholijs n. 115.

THEORIA VIII.

Referuntur auctores, qui per adulterium solui posse matrimonium putarunt. saltem à viro innocente; & vtrumque coniugem par ius habere in diuortio quoad thorum, & habitationem explicatur.

1. EX superiori Theoria constat, falsam esse eorum opinionem, qui præcipue propter locum Matth. decimonono, censuerunt solubile esse matrimonij vinculum. Erasmus enim in capite septimo, prima ad Co-

A rinth. affirmat ex sola tantum prohibitione Ecclesiæ, eaque nimis dura, nefas esse viro innocenti aliam ducere, superstitè alia adultera, quare abrogandam eam esse censet; ab eo eundem errorem hausit Lutherus, & Caluinus, quamquam Erasmus, tantum putat id licere viro, non mulieri, neque enim opinatur in hoc parem esse rationem viri & femine, cum vir sit caput mulieris. hos impugnat Turria. 5. l. b. con. Centuriato. c. 10. & 11. præter citatos Theoria 7. n. 5. & Maldon. in ca. quintũ, & decimũ nonũ Matth. Caietanus etiam Matth. decimonono; & decimo Marc. & primæ Corinth. septimo, opinatus est, solui posse matrimonij vinculum per alterius coniugi adulterium, declaratque Caietan. se id ex Euangelio accipere salua tamen Ecclesiæ definitione. Ad Caietanum inclinat Catharinus l. 5. contra Caiet.

B Quorum præcipuum fundamentum est locus ille Matth. decimonono, paulò antè expositus. Addunt & pro se interpretationem D. Ambrosij in cap. 7. 1. ad Corinth. vbi docet; mulieri quidam non licere secundum doctrinam Euang. & Apostolicam viuente marito suo alteri nubere, sicut viro, qui est caput mulieris, concessum est iustè repudiata vxore aliam ducere, sed commentarios istos in Pauli epistolas, qui vulgo Ambrosij nomine feruntur, meritò multis, & bonis ducti coniecturis non ignobiles auctores putant non esse S. Ambrosio alioqui Ambr. ipse c. 16. Luc. & l. 1. de Abraham c. 4. istum errorem rejicit.

C Et certè non potest dici præceptum illud Domini iubentis mulierem non discedere à viro, si autem discesserit manere in nuptiam, aut ei reconciliari de quo Paul. c. 7. 1. Corinth. pertinere solùm ad mulieres, non autem ad viros, quasi mulier discedens à viro ob aliquam causam non possit alij viro nubere, vir autem possit ob aliquam causam aliam vxorem ducere. Si enim viro dimissa vxore id licet, hoc idè est, quia priùs matrimonium esset dissolutum, nam si esset validum, id non liceret. Si autem iam nullum esset matrimonium, ergò non esset mulier amplius alligata viro, quare & ipsa posset denuò aliud matrimonium inire. Tenuit & Tertul. lib. quarto, contra Marcion. idemque fuit error Græcorum, vt refert Guido Carmelita Sum. de hære. & Sixtus Senen. libro sexto, bibliothecæ refert originem tractat. secundo in Matthæum asserentem quosdam sui temporis Episcopos permisisse alias nuptias vxoribus ob virorum adulteria ab ipsis diuertentibus.

D De qua sententia damnata à Trid. sess. 24. anathematismo 7. dixi superiori 7. Theor. explosam esse à citatis ibi n. 5. auctoribus, quos consule. Sequitur iam vt videamus hic, an ratione adulterij liceat diuortium quoad thorum & habitationem: sintque in hoc vtrique coniuges æquales.

4. Caiet. ergò Matth. 19. censet non esse pares coniuges in iure diuortij propter adulterium celebrandi: sed id solis viris permitti ob vxoris adulterium. In hanc sententiam venit, quod Christus Matth. quinto, & decimonono legem diuortij declarans, tantum virorum meminerit sicut & cap. significasti, cap. ex literis & cap.

quem sequitur Lutherus, & Caluinus.

Gaudemus,

gaudemus, de diuortio, & q̄ nō sit eadem ratio, vt vxor possit à viro adultero diuertere, nam vxoris adulterium multò grauiorem iniuriam inurit viro, & propter sobolis incertitudinem & propter viri infamiam. Et quod secundum legem Mosaicam licitum fuerit viro repudiare vxorem, nō autem vxori repudiare virum, vt videtur significari Deuteronom. 24. potest & illud addi, quod saltem consuetudo non inualuerit, vt id diuortium concedatur vxoribus ob viri adulterium, vt testatur D. Basilius Cano. 9. & 21.

5. Quibus positis tria hac in re affirmo: primū quidem satis causæ esse, vt vir ab vxore diuertere possit quoad thorum & habitationem, quod per adulterium illa fidem fregerit. Est de fide ex c. 5. & 19. Matth. & ex c. significasti c. *Gaudemus*, cap. ex literis de diuortijs.

8. Illud in controuersiam verti posset, num ex natura contractus matrimonij proficiscatur, atq; aded iure naturæ sit, vt liceat diuortiū causa adulterij, negat id Castr. l. 2. de lege pœnali. c. 4. sub finem. sed Durand. in 4. d. 35. quæst. 1. a. 1. num. 5. Sotus d. 36. quæstione vni. art. 1. concl. vnic. Victoria sum. de Matrim. num. 289. Enriq. l. 11. de Matrim. c. 17. num. 1. & 6. Pet. de Ledef. de Matrim. q. 62. a. 1. & alij oppositum tuentur, quod & verissimū mihi videtur, nam ex ipsamet contractus Matrimonij natura fit, vt coniuges mutuam sibi seruare fidem teneantur. At ipsummet naturæ ius docet frangenti fidem, fidē seruandam non esse, igitur, &c. Ad hæc contractus promissionem claudens non habet vim ad astringendum aliquem ex se, si res insigniter mutantur, vt accidit si interueniat alterius adulterium ex tex. cap. *quemadmodum* de iureiurando. Cum ergo Matrimonij contractus sponsonem contineat ad reddendum debitum, altero coniunge in adulterium lapsō, liberabitur innocens ex natura contractus, ab hac obligatione, & vinculo, vnde fit etiam apud infideles id verum esse.

7. Deinde affirmo coniuges hac in re pares esse, ac proindē nō virum tantum innocentem posse ab vxore adultera discedere, verū etiam vxorem à viro adultero, contra Caietan. sententiā, quam Sances falsam, ac temerariam prorsus vocat l. 10. disp. 3. n. 6. vbi etiam plurimos auctores pro hac sententia affert, & constat ex illo loco l. ad Corinth. 7. 10. *his qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Vbi expendenda sunt illa verba: *quod si discesserit* &c. quæ de iusta dimissione per fornicationē viri, sunt necessariō intelligenda; nam alioqui non daret D. Paulus optionem coniugi, vt post separationem innupta maneret, aut viro suo reconciliaretur; sed cogeret vtique iuxta commemoratum ab illo Domini præceptum, vt ad virum iniuste dimissum rediret (vnde etiam obiter intelligitur non solui matrimonij vinculum propter adulterium, alioqui nō diceret Paulus vxorem à viro adultero recedentem alterum horum necessario præstare debere, vt vel innupta maneat, aut viro reconcilietur) ergo licitum est hoc loco vxori innocenti diuertere à coniuge adulterij causa intercedente.

A Affirmo postremò, quod quamuis accusandi ius de adulterio quo ad criminalem penam, & ciuilem præscriberetur quinquennio, vt refert Sanc. ex legibus l. 10. d. 3. n. 9. non desideratur tamen monitio, nēpè vt vir prius moneatur, vt abstineat ab adulterio, sed antè omnem monitionem, eo ipso, quod adulterij reus est, potest vxor, ad diuortium procedere: sunt enim in hoc pares ipso naturæ iure.

Sed rem totam perpulchra Hieron. sententia confirmemus, & concludamus. Quod diximus de pari iure vxoris ac viri. Ad Occanum scribens epist. 30. de Epitaphio Fabiolæ sic ille confirmat: *Præcepit, inquit, Dominus vxorem non debere dimitti excepta fornicationis causa: & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quidquid viri iubetur, hoc consequenter redundat in feminas: neque enim adultera vxor dimittenda est, & vir maritus retinendus. si quis meretrici iungitur vnum corpus facit, ergo & qui Scortatori, impuroq; sociatur, vnum cum eo corpus efficitur. Alia sunt leges Cesarum, & alia CHRISTI, aliud Papi-nianus, aliud Paulus noster præcipit: Apud illos viris impudicitia frena laxantur; & solo stupro, atque adulterio condemnato passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur; quasi culpam dignitas faciat, non voluntas: apud nos, quod non licet feminis, non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur.* sic D. Hieronymus.

C Restat obiectionibus initio propositis respondere, primæ quidem sic occurro: quoniam hoc est frequentissimum, vt viri petant diuortium, idē id expressit Christus de viris, itemque & canones; in feminis rarissimum, idē non exprimitur; sicut cap. 2. de Confes. in 6. dicitur, vt reus recusans positionibus respondere, habeatur tanquam confitens vbi Gloss. verbo, *reus*, dicit, idē dicendum esse de auctore: eò quod æqua sit vtriusque conditio, non tamen expressum esse, quia frequentius id reo contingit.

D Ad secundam respondeo, diuortium quoad thorum &c. non in omnibus successit loco repudij veteris legis, & hoc quidem solis viris concedebatur, diuortium vtrique coniugi. reddit huiusmodi rei rationem D. Thom. 4. d. 35. q. vni. a. 4. ad primū. nā repudiū permittebatur ad vitandum homicidium coniungis adulteræ: & quoniam periculum hoc non inueniebatur, nisi in solis viris, idē illis solis permissum erat; at diuortium conceditur ratione fidei coniugalis fractæ, quæ æquē inuenitur alterutro coniuge fornicante, atque idē vtrique æquē conceditur diuortium.

Ad id quod vltimo loco objiciebatur, nego obtinuisse consuetudinem, vt vxor nequeat virum adulterum dimittere, vt vsus ipse nunc ostendit, neque Doctores contrariæ consuetudinis meminere. quare D. Basil. tantum significat rarissimè vxorem hoc diuortium intentare debere; quod non officit nostræ sententiæ, præfertim, quia hoc ius est naturale, & diuinum, quod est immutabile, nullaque consuetudine vinci potest.

Hæc hæc tēnus.

8.

9. Hieronymi sententia in figur.

10.

Viri sapius diuortium quam femine.

11.

12.

THEORIA IX.

Quando licitum sit diuortium, quando etiam necessarium, qua auctoritate debeat fieri, & quibus item alijs de causis, præter causam fornicationis licitum sit.

QUAM QVAM hæc tamen definiuerimus licitum esse diuortium, in sex tamen euentis, nec diuortium fieri, nec debitum negare licet. Primus est quando vxor nupsit alteri, credens priorem maritum mortuum Can. *cum per bellicam* vigesimoquarto, quæstione quinta, nisi fortè fornicata fuerit, vbi de illius vita certior facta est, idem de viro sentiendum. Secundus si vir adulterandi causam vxori præbuit, vt si expressam, vel tacitam facultatem fecit, non autem si remotam, vt si debitum negasset, vel necessaria non ministrasset &c. Tertius si vxor per vim præcisam oppressa fuit, nam conditionata ob metum scilicet incussum vt non excusat à culpa, ita nec à pœna diuortij, quod significat Augustinus libr. primo, de Ciuitate Dei capite decimo octauo. Quartus, si aliter alienum cognouit per ignorantiam inuincibilem, vt Iacob Liam trigesimoquarto, quæstione secunda, Can. si virgo. Quintus si vterque adulterium commisit ex August. lib. 1. de ferm. Domini in mon. cap. 28. *paria namque delicta mutua compensatione tolluntur*. quod procedit etsi vnus sæpè, alter semel peccasset, qui enim postremo adulterauit amittit ius negandi debitum etiam sæpè delinquenti. Immo si qui prius peccauerat iam emendatus est, alteri resipiscere nolenti negare poterit debitum iuxta Palud. 35. a. 2. in 4. Sotum 36. q. vni. a. 1. quod & probabilius videtur. Sextus si alter alterum sibi iam reconciliauit, vel expressè noxam condonando, vel petendo, reddendoque debitum spontè; quod si post diuortium innocens etiam adulteretur, non videtur teneri, dimissum recipere, nisi à iudice compellatur, quibus adde quod innocens reuocare poterit coniugem si emendatus iam sit, etiam per sententiam iudicis separatam, ac proinde velit, nolit, adulter tenebitur ad innocentem redire, quod si incorruptus sit sine peccato eum reuocare poterit, nisi impediatur ratione scandali, cum reuocando præsumeretur in adulterium consentire, vel nisi ob correctionem fraternam, non sit reuocandus.

Ex his enim capitibus tenetur maritus sub mortali diuortium ab adultera facere, quando adulterium est publicum, nec vlla spes alia emendationis apparet, tunc enim eam retinendo, ipsius adulterio præsumitur consentire, in quo euentu locum habet illud Prouerb. 18. *qui tenet adulteram stultus est*; si tamen vxoris adulterium sit occultum, vel licet sit publicum; si spes emendationis subest, sine peccato potest eam retinere, iuxta Magistrum in 4. d. 36. cap. penultimo, & alios Doctores ibi, dante præsertim marito operam continendi eam in officio; nec tunc consentire vxori adulteranti præsumetur. immò etiam si in publicum sit, nec spes emendationis, fas est eam retinere, si constet tamen virum dare operam, quantum

A in se est, pro correctione vxoris, ne fortè illius leno præsumatur, Vide Nauarrum, capite decimo sexto, num. vigesimo octauo, quod præsertim verum est, si retineat vitandæ propriæ fornicationis causa.

Secus autem est in vxore, nam non tenetur illa recedere à marito adultero, nec peccat, si ab eo debitum petat, reddatue, eò quod vxori mariti sui, qui caput ipsius est, correctio ex officio non incumbat, nec ipsa præsumatur in adulterium mariti consentire. Sed illud nõ negarim, quod si spes esset emendationis viri si ipsa nec peteret, nec redderet, astringeretur lege correctionis fraternæ id facere, sine notabili tamen suo detrimento.

B Illud hic animaduersione dignum est, diuortium, quo ad Thorum, & cohabitationem (hoc autem propriè diuortium dicitur) vt iure fiat, opus esse iudicis auctoritate, 33. quæst. 2. c. 2. 3. 4. nisi de adulterio publicè constaret: nam tunc priuata auctoritate fieri posset: immò etiam si esset secretum, modò scandalo occurreret: quod fieret in remotas regiones migrando relicta adultera, sic Sotus in 4. d. 36. artic. 3. Sances libr. 10. d. 12. nu. 32. 33. & alij, sed hoc est intelligendū quoad forū cõscientiæ, in quo vir sublato scádalo, sibi ius dicere potest, si probare potest, cum defectus probationis non sit ex culpa sua. Verùm quoad forum externū id non permittitur, sed restituitur vxor, nisi adulterium sit notorium, ita vt nulla tergiuersatione negari possit, vt Sanc. monet l. 10. d. 12. n. 25. iuxta cap. *significasti*, & cap. *porro*. de diuortijs: adde etiam, vel nisi in continenti vir posset fornicationem probare, quod habet Dicus Thomas in quarto d. 35. artic. 3. Sed Couar. hoc secundum non admittit 4. decret. 2. p. capite septimo, §. 5. n. 12. Vide Sances l. 10. disp. 12. n. 21. 22. 23. 24.

C Porro quo ad thorum non dubium, priuata auctoritate fieri posse separationem comperto adulterio, alioqui si teneretur reddere obligaretur vir ad incurrendum bigamiam, vt docet Nauar. in sum. capite 27. nu. 175. verùm etiam priuaretur iure accusandi adulterium: vtrumque enim per accessum ad coniugem adulteram post cognitum adulterium consequi iudicatur. Ipsi verò adultero ab innocente coniuge, quamdiu occultum est adulterium, debitum amicè petere, non exigere licet, iuxta Caietan. tom. primo, tract. 29. & in sum. verbo, *vsus matrimonij*, cap. 10 & alios. Sotus tamen d. 36. artic. 3. Cathar. libr. quinto, contrà Caiet. de Sacramento matrimonij, tenent fas esse etiam exigere; putant enim non priuari ipso iure exigendi antequàm auctoritate iudicis, vel cõiugis innocentis priuetur, nec teneri suum crimen prodere. Rebel. tamen Caiet. sequitur l. 2. de matrim. q. 17.

D Postremò adnotandum est, quod in Scholij attigimus. 117. alias connumerari etiam causas. minus præcipuas faciendi diuortium, non quidem perpetuum, sed quamdiu ipsæ durauerint. Prima est sæuitia viri, nisi is sufficientem cautionem præstet de non offendenda vxore ex cap. literas de restit. spoliat. Secunda furor alterius, quam Couar. 2. p. epito. cap. 7. §. 8. numero 3. rectè interpretatur de furore ita

vehe-

3.

4.
Diuortium
quod iho-
rum quando
influm.

5.

6.
Alia causa
diuortij.

2.
Quando vir
adulteram
repudiare
debeat.

vehementi, vt periculosa reddatur cohabitatio. Tertia si alter alterum veneno perimere tentauit. Couar. loc. cit. Quarta si alter alterum sollicitet ad peccandum, & admonitus non resipiscat. Nauar. cap. & num. 22. Quinta quodcumque crimen vnus, quod in graue alterius periculum vel detrimentum vergit. Sexta fornicatio spiritualis per hæresim, vel apostasiam à fide. De hac tamen sexta causa grauis est difficultas, quam lege apud Rebel. libro secundo, de matrim. q. 18. satis enim est interpreti scripturæ hæc breuiter attigisse, qui plura & meliora volet legat doctissimè, & copiosissimè de his disputantem Thomam Sances nostræ Societatis lib. 10.

Cæterum de libello repudij an licitus fuerit, nõ hic disputamus, quia potius pertinet ad locum illum Matth. 19. tantum hic volumus attingere, quæ ad indissolubilitatem matrimonij, & diuortium pertinebant, & propterea hic explicauimus Theor. 7. locum illum Matth. 19. de libello interim repudij lege eundem Sances, libro decimo, d. 1. & Perer. cap. 7. epist. ad Roma. d. 2.

THEORIA X.

In ver. 34. An Christus Dominus omne iuramentum damnauerit.

HAERESIS est VValdensium, Ioannis VViclef, & nunc Anabaptistarum, generatum à Christo Domino prohibitum esse iusiurandum. Sed hanc hæresim manifestè falsitatis reprehendunt Scripturæ. Paulus enim ad ad 1. iurasse legitur: *testis, inquit, mihi est Deus*, item 1. Corinth. 15. 31. *quotidiè morior per vestram gloriam fratres quam habeo in Christo.* Græcè *ἡμετέραν ἀποδιδόντες τὴν ἡμετέραν καὶ οὐρανὸν ἐν ἰησοῦ χριστῷ ἡμεῖς τὰ κριθὰ ἡμῶν.* & 2. Corin. 1. *testem Deum inuoco in animam meam.* ad Philipp. 1. *testis mihi est Deus, quomodo cupiam vos in visceribus Christi.* ad Heb. 6. *omnis controuersia hominum finis ad confirmationem, est iuramentum.* Idem & alijs locis Scripturæ constat, Apocal. 10. iurat Angelus per *viuentem in sacula saculorum.* 3. Reg. 1. iurauit rex Dauid, & ait: *Viuit Dominus.* Item: *sicut iuravi per Deum Israel dicens, Salomon regnabit, sic faciam.* 4. Reg. 5. Elisæus, & Ioseph Gen. 42. iurasse leguntur. Quid? an non etiam ipse Deus iurasse legitur? Psal. 109. *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos &c.* Luc. 1. *iusiurandum quod iurauit ad Abraham.* Non igitur malum est iurare, dummodo necessarias adhibeas circumstantias. Præcepit olim Deus: *non occides, neque aliud quippiam adiecit, neque propterea rectè dixerit quispiam iudici veritum esse, cum ius ipsum possit hominem interficere.* Ita hoc loco simpliciter dictum, *nolite iurare omnino*, sed non proinde veritum, cum necessitas flagitat, iusiurandum, debet si adsint circumstantiæ.

Constans hæc est Theologorum sententia, propterea Christum cauisse ne omnino iurarem, quo frequentem iurandi usum è medio tolleret. Ad hæc, peruerum Iudæorum iudicium eo loco Dominus coarguit, quo sibi in animum induxerant, nihil in iureiurando cauendum esse præter mendacium, quo fiebat, vt

A de rebus leuissimis & nullius momenti, & ipsi iurarent frequentissimè, & ab alijs iusiurandum exigent. Hunc ergò morem, & consuetudinem deprauatam, quam lex non aperte vetabat, quæque apud eos inoleuerat, Dominus reprehendit, & docet, ac iubet omnino esse à iureiurando abstinerendum, nisi ad id nos necessitas impellat, vide Scholia in hunc locum n. 123. & 124.

B Spectauit præterea Dominus hac sua prohibitione ea tantum de causa institui posse iusiurandum, vt sit tanquam remedium quoddam humanæ imbecillitatis, & ad fidem faciendam rei, quam dicimus, necessarium instrumentum. quemadmodum igitur corpori medicamenta adhibere non expedit, nisi necesse sit, eorundem verò frequens vsus, solet esse noxius, & perniciosus: ita etiam nisi cum grauis, & iusta causa, iureiurando vt, salutare non est; quod si frequens adhibeatur, tantum abest, vt proficit, vt magnum detrimentum & perniciem afferat.

C Innocentius III. cap. & si Christus de iureiurando. docet; quædam esse per se mala, vt furtum, adulterium, quæ proinde prohibentur: ita vt nunquam facienda sint: Alia verò prohibentur nõ quia per se mala, sed quia si frequenter fiant, multa ex his consequenter mala; vt vinum per se malum nõ est, & tamen perhibet Apost. dicens: *nolite inebriari vino in quo est luxuria*, quia ex frequenti & immodica vini potatione luxuria generatur. Sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ea ex causa, quoniam ex frequenti, & incauta iuratione periurium sæpè contingit, quæ apud Innoc. loc. cit. leges.

D Quod si dicas: iusiurandum actum esse virtutis patriæ, ergò frequenter vsurpandum; facile cõcesserim propositionem, non item sequelam. Est quidem iusiurandum patriæ actus, nam cum per Deum iuramus, illi cultum, reuerentiamque exhibemus, fatemur enim Dei magnitudinem; nam, vt inquit Paulus, ad Hebr. 6. *homines per maiorem sui iurant*; fatemur item illum omnia cognoscere, illum veritatis fontem esse, illum violatæ religionis in iureiurando vltorem esse. Hinc Hieron. Matth. 5. ait: *qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat*, sed nego Deum passim in tellem quarumcumque rerum vocandum esse absque necessitate, & delectu. iniuriam infert regi, si ad res parui momenti confirmandas, regis vitam adhibeat, vnde Aug. l. 1. de ser. Dom. *qui intelligit*, inquit, *non in bonis*, (.i. in his, quæ bona sunt absolutè) *sed in necessarijs iurationem habendã* (iuratio enim absq; necessitate, veritate, & iustitia, non modo non est bona, verum etiam mala) *refrenet se, vt non ea vtatur, nisi necessitate.* Cæterum erit in bonis iuratio & religionis actus, si comites suos habeat, de quibus in seq. Theor. lege D. Thom. 2. 2. q. 89. a. 5.

Audiamus igitur Eccles. 23. 9. sic nos à iurandi consuetudine auertentem: *iuratione ne assuecat os tuum: multi enim sunt casus in illa.* Si igitur iter, in quo multi subsunt lapsus vitamus, cur non & frequentem iurandi consuetudinem, & facilitatem? subdit Ecclesiast. v. 11. *sicut seruus*

inter-

1. Heretici qui iuramentum damnauerunt.

2. Cur Christum iuramentum prohiberetur.

3.

4. Iuramentum actus patriæ non tamen frequentandum.

5.

interrogatus asidue (id est, sæpè à Domino in quæstionem, & verbera vocatus) à *liuore non minuitur* (id est, vibicibus, verberumque signis notatur, & deturpatur) sic *omni iurans, & nominans* (Deum testem) *in toto à peccato non purgabitur* (id est inquinabitur peccatis, quæ sunt velut iuramentorum vibices) Eodemque cap. v. 12. sic legitur: *vir multum iurans implebitur iniquitate & non discedet à domo ipsius plaga*; rectè quidem, nam cum alijs Decalogi præceptis peccatum Deus non addiderit, addidit iuramento, si malè fiat, ex ho. 20. 7. *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. nec enim habebit infontem Dominus cum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* lege Chryso. hom. 15. ad pop. & 19. & 27 qui etiam affert ad id confirmandum Zach. c. 5. in hæc verba: *iurantis capiti minitantem falcem: Dixit, inquit, ad me Dominus, quid tu vides? & dixi, video falcem volantem & c. & ingredietur domum iurantis nomine meo, & dissoluet in medio, & suffodiet lapides, & ligna.* D. Basil. Psal. 14. Turpe, inquit, est, & omnino stultum sese vt fide indignum accusare, & ad iuramenti securitatem confugere.

6. Olim Flamini diali iurare non licebat, rationem reddidit Plutarchus libr. problem. Rom. num. 43. quod ei parua in re fidem non habere absurdum est, cui summa, & diuina credita sunt, multò hæc magis in Christianum hominem conueniunt, maximè verò in religiosos, & Christi Sacerdotes, quorum vita talis esse debet, vt in locum iuris iurandi suffici possit, tantum abest, vt sit illis ad iuramenti securitatem confugiendum.

7. Hanc sententiam, quam hic confirmauimus, perspicuè docet Augustinus, & affirmat iusiurandum interponere aliquando licere. Quod & ipso iure Canonico traditur, & docetur cap. omne c. non est c. in nouo c. vt noueritis 22. quæst. 1. ex D. Augustino, quamuis D. Basilus sermone primo, in Psal. 14. itemque Matth. cap. 5. Theophylact. Eurthym. & Oecumen. & Chryso. in eundem Matth. cap. 5. homilia 19. ad populum. Antiochen. & 15. in Genes. & 9. in Acto. Apostol. & Auctor imperfecti in Matth. cap. 5. homilia decimasextima, & alij quidam Patres, docere videantur, iurare, esse per se malum, & in veteri lege Iudæis fuisse permissum, vt minus malum, ne videlicet, illi per Dæmones, aut simulacra iurarent: at in noua lege esse penitus interdictum. Sed hos ego Patres interpretor loquutos esse de iuramento frequenti & non debitis comitibus ornato. Cur verò dicatur à malo esse, in Scholijs exposuimus num. secundo.

THEORIA XI.

Quibus conditionibus vestiri debeat iuramentum.

I.
2. quomodo
iurandum.

LICET communi Theologorum, & Canonistarum consensu, ad iusiurandum satis sit Deum testem arcessere: vt religiosè tamen, & Sanctè iuremus, plura requiruntur, quæ Hieremias breuiter numerat capite quarto, secundo *iurabis, viuet Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia*, hoc est, primùm quidem ad veritatem confirmandam, deinde pro seria, &

A graui, & alicuius momenti re. Denique pro re iusta, ac debita comprobanda. Hæc enim significant, veritas, iudicium, & iustitia; veritate caret iuramentum mendax, iudicio, iuramentum incautum, iustitia, iuramentum iniquum; siue illicitum, Cornelius Pontifex 22. quæst. 5. c. *honestum*, alium adiecit comitem iuramenti, hoc est, ieiunium: *honestum*, inquit, videtur, vt qui in Sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate, & timore Dei. nam vt ait Arist. 1. metaph. capite tertio. *επος λευωροτόμης*, hoc est, *iuramentum summo est dignum honore.*

B Primum igitur in iureiurando locum habet veritas, nempe, vt quod asseritur ipsum verum sit, & qui iurat ita esse arbitretur, non leui coniectura ductus, sed certa, aut verosimili, atque probabili, & qui iureiurando aliquid pollicetur eo debet esse animo, vt cum tempus aduenerit præstet, quod promissit. Secundus comes iurandi est iudicium, quia non temerè, nec inconsideratè, sed consultò, & cogitatò iurandum est; accuratè enim expendere debet rem totam, qui iuraturus est, an eiusmodi sit, vt iureiurando indigeat ad sui confirmationem. Videat, ne odio, amore, aliaue animi perturbatione impellatur ad iurandum, ne præceps, & temerarium sit iuramentum; vt in more positum est illis hominibus, qui in re vilissima, & inani, nulla ratione, & consilio, sed praua quadam consuetudine iurant, quod passim venditores, emptoresque faciunt. Postremò necessaria est iustitia, quæ præsertim in promissis spectatur. Quare si quis iniustum aliquid, vel inhonestum promittit, & iurando peccat, & exhibendo promissa nouum crimen addit. sic Herodes impiè, ac nefariè, & iurauit, & promisso stetit; neque aliud fuit Iudæorum iuramentum, qui seipsos ea conditione deuouerunt, vt nihil gustarent, donec Paulum occiderent. Hos tres iuramenti comites, veritatem, iudicium, atque iustitiam numerat Hieronymus, eodem Hieremiæ capite, de quibus item vide Diuum Thomam 2. 2. quæstio. 89. art. 3.

THEORIA XII.

Disputatur an prohibuerit Deus iurare per creaturas tantum v. 34.

D Hieronymus. in eam iuisse videtur sententiam, vt putauerit in Euangelio prohibuisse Christum Dominum iurare per creaturas, non autem per Deum, sic enim Matth. 5. obseruat, & habetur c. considera, 22. q. 1. *considera*, inquit, *quod Saluator non per Deum iurare prohibuit, sed per celum, & terram, & per Hierosolyman, & per caput tuum: & hoc quasi paruulus fuerat lege concessum, vt quomodo victimas Deo immolabant, ne eas immolarent idolis, sic etiam iurare permitterentur per Deum, non quod rectè hoc facerent, sed quod melius est Deo id exhibere, quam Dæmonijs.* Innocentius item III. c. Et si Christus, de iureiurando videtur Hieronymi sententiam sequutus, sic scribens: *licet iuramentum prohibuisse Dominus videatur: nunquam tamen per creatorem, sed per creaturam iurare prohibuit; ne per*

buis-

huiusmodi iuramentum, transferretur ad creaturam honorificentia creatoris, quod probat, quia cum in Euangelio pramisisset: Dico vobis nolite iurare omnino, statim subiunxit, neque per caelum, neque per terram, neque per Hierosolymam, neque per caput tuum. Hæc ille.

Sed hi Sancti nolunt significare illicitum omnino esse iuramentum omne per creaturas, sed loqui videntur de iuramento per certas quasdam creaturas, per quas non licet, quod verisimum est.

2. Cæterum communis est omnium Theologorum sententia, Christum Dominum Matth. 5. non solum iusiurandum per creaturas, sed per DEVM etiam vetuisse, quod clare ex ipsomet contextu intelligere est, ait enim Christus Dominus: *sit sermo vester, est, est, non, non, quod autem his abundantius est, à malo est, cum generatim prius dixisset: nolite iurare omnino.* si tamen adsint iuramenti comites vtrumque licet.

3. Cur ergo in quibus proposuit exemplum in iureiurando per creaturas? Responderi potest, quod iusiurandum per creaturas minus est. Igitur si minus hoc fugiendum, multo magis fugiendum intelligemus iusiurandum per Deum, quod maius est. Aliter etiam respondet Augustinus libro de sermone Domini, *quæri potest, inquit, cum diceretur, non iurare omnino, cur addit sit, neque per caelum, neque per terram, &c. credo propterea, quia non putabant Iudæi se teneri iureiurando, si per ista iurassent. Et quoniam audierant, reddes autem Domino iusiurandum tuum, non se putabant Domino debere iusiurandum, si per caelum & terram, aut per Hierosolymam, aut per caput suum iurarent.* Sic Augustin. Verum quod Iudæi eius fuerint falsæ opinionis, ut crediderint in nullo iuramento per creaturas iureiurando astringi, non satis constat: immo quod aliqua huiusmodi iuramenta hominis fidem obligarent, quædam verò minime. ex c. 23. 16. 18. Matth. non obscurè videtur colligi, dicebant enim Scribæ, & Pharisei; *quicumque iurauerit per templum, nihil est; quicumque iurauerit in auro templi, debet, & quicumque iurauerit in altari, nihil est; quicumque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet.*

4. Dupliciter quis per creaturas iurare potest.

Postremo obseruandum est, bifariam posse quempiam iurare per creaturas: vno modo per eas tanquam in se numinis, & diuinitatis aliquid habentes; quomodo per idola gentes iurare solent. quod iusiurandum blasphemiam continet: quod enim est Dei proprium, creaturæ tribuit, nimirum esse omnis veritatis auctorem, testem, & iudicem, qui nec falli omnino, nec fallere potest: Et hoc est, quod canones prohibent clericum, &c. si quis 22. q. 1. Altero modo iurat quis per creaturas, non propter ipsas, sed propter Deum, qui est auctor omnis veritatis, & sanctitatis, quam habent creaturæ: & iusiurandum huiusmodi est religionis opus, & officium, si iuret in veritate, iudicio, & iustitia. Hoc itaque iusiurandum non simpliciter prohibuit Christus sicut nec iusiurandum per Deum, sed frequentem usum iurandi, & sine necessitate.

DIGRESSIO I. MORALIS

In qua adaptantur septem beatitudinibus, septem dies quibus Deus initio mundum condidit.

1. **H**Ac de re sic ferè scribit auctor glossæ magnæ mysticæ in primum caput Gen. *in principio creauit Deus caelum & terram:* mysticè, inseruit in homine, qui microcosmus vocatur, intelligentem facultatem, & appetentem, illam ut caelum astris micantibus scientia colustrandam; hanc, ut terram virtutibus quasi virore quodam exornandam. Verum *terra erat inanis*] nam in præscribenda sibi beatitudine nutabat appetitus, cum plures, eosque incertos sibi statuisset fines, vel in rerum mundanarum affluentia, vel in dignitatum culmine, vel in gloriæ splendore, vel in carnis illecebris: iterum vacua erat terra hæc, cum sibi præfixum felicitatis finem assequi non posset in istis terræ bonis. Porro *tenebra obruebant faciem abyssi;* quia ignorantio effundebatur tenebrosa super intellectum; etenim nulla diuina, seu reuelata scientia illustrabatur. *Spiritus autem Domini ferebatur super aquas*] id est, spiritus ex ore Christi prodiens, spiritus, inquam, nitidus & viuificator ferebatur super aquas, super turbas, cum mortalibus coelestem beatitudinem referret. *Dixit verò fiat lux,* cum dixit, *beati pauperes spiritu.* Paupertas namque spiritus, quasi prima quædam lux affulgens, tenebrosam eam caliginem dispulit, qua obruebatur homo, cupiditatem videlicet rerum terrenarum, & dignitatum culmina, quibus se beari posse falso opinabatur. Subiecit deinde, *fiat firmamentum,* cum dixit, *beati mites.* Mansuetudo namque est quasi firmamentum inter aquas & aquas. reddit enim hominem firmum & immobilem inter illatas contumelias & ingruentes calamitates. *Dixit quoque, congregentur aqua in locum vnum, & appareat arida,* quando nimirum dixit, *beati qui lugent,* luctu siquidem pœnitentiæ, & mundi despicientia congregantur aquæ, concupiscentiæ nimirum illecebræ, corporis voluptates, in locum vnum, id est, seorsum à nobis. Et tunc apparet arida terra, cor videlicet nudum, aptum ut herbas & arbores, Sanctos nimirum affectus, & probas actiones & virtutes proferre queat. *Dixit verò etiam fiant luminaria in firmamento cæli,* cum dixit, *beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,* qua tanquam clarissimo sole fulgemus in vita, & tanquam micantibus astris ornatur. *Dixit, producant aqua pisces, & aues,* cum adiecit: *beati misericordes, & beati mundo corde.* nam misericordia nos pisces efficit, cum inter aquas beneficentiæ, & pietatis natate doceat; munditia verò cordis aues facit dum mentem ad celestium rerum contemplationem attollit. Postremo & illud adiecit: *fiat homo ad imaginem & similitudinem Dei.* cum dixit: *beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur.* Assecuti namq; pacem internam, mitigatisq; affectibus in Christi Dei, & hominis imaginem transformamur, & in adoptionem Filiorum euehimur, qua parta quiescit Deus, id est, Christus ab omni opere, quod patrarat, quod videlicet

in nobis pro salute nostra peregerat sibi que in animis nostris complacet. Diemque septimum, hoc est, ornatam virtutibus inde consequuta vita adhuc sanctificat, & benedictionibus auget.

DIGRESSIO II.

De Augustissima Beatorum sede.

QVONIAM sæpè hoc cap. facta est mentio regni cælorum, & Euangelium quod eodem cap. exposuimus, recitatur in Ecclesia ipso Sanctorum omnium Festo die, non erit ab re hoc loco digressiones morales aliquas inferre ad Beatos pertinentes. Tria igitur breuiter dicam, primum de loco ipso Beatorum, mox de tam augustissimi loci habitatoribus, id est, Beatis. Demum de modo, atque arte eum locum adipiscendi, & quidem duæ priores digressio prima, & secunda, non tam morales erunt, quam etiam Scholasticæ.

Quamuis igitur locum esse aliquem qui sit felicissima Beatorum omnium sedes, constans sit Scripturarum, & SS. Patrum sententia: hunc tamen esse cælum Empyreum, vel locum aliquem corporeum pauci quidam Scripturæ Interpretes nequaquam concessere. & quidem Caietani paulò audacior est sententia, quam refert Catherinus in Gen. 5. cælum nullum Empyreum extare, sed Deum ultra mundi machinam, beatis nullo corporeo in loco suam impertiri felicitatem. & idem habet 2. ad Cor. 12. & verò non erit inutile eius referre argumenta, quibus motus in eam sententiam abierit. Primum nulli, inquit. Scripturæ Empyrei meminerunt, & sine causa, & ratione efficaci veteres Patres illud in Ecclesiam inuexisse videntur, neque enim visu cõprehenditur, nec cietur motu. Deinde Angeli corpore vacant, longèque magis Deus, est igitur superuacaneum locum eis assignare corporeum. Adhæc possunt & pro hac sententia hæc afferri: si Empyreum Beatorum sedes admitti deberet, sanè lucidissimum esse concedendum est. Hoc falsum est, igitur & primum. si. nu. lucidum esset sensu cõprehenderetur; & statim initio, abyssi faciè illustrasset. Præterea si daretur non otiosum esset, sed in alios orbes ageret, & in corpora inferiora. Atqui eiusmodi operationem non experimur, nec esse potest; cælum enim non agit nisi per motum, quo caret Empyreum.

Sed Caiet. interim prætermissa opinione, hic per absurda sese offert sententia Eugubini in sua Cosmo. & in tract. de naturis incorporeis; sensit is cælum Empyreum esse quid æternum & increatum, hoc est, esse lucem, & qualitatem quandam manantem ex Dei essentia, in qua Deus est, & ad cuius participationem tam boni Angeli, quam iusti admittuntur, & hæc esse æternam illam lucem, & claritatem Dei, quæ iustis in scripturis promittitur, de qua intelligendum putat illud, quod de Deo Psal. 103. dicitur; *amictus lumine sicut vestimento*, huius lucis specimen datum, ait, in transfiguratione Domini, & in rubo Moyfis.

Communis sententia Scholasticorum est, dari cælum Empyreum SS. domiciliū, & sedem Beatorum; quin & Clemens Stromatū l. 5. Orph. carmina citat, in quibus videtur cõprehendere illud Isa. 66. 1. *cælum sedes mea, terra autem scabel-*

A lum pedum meorum. sunt autem hæc carmina:

Ipse autem in magno constans, & firmus Olympo est, Aureus huic thronus est pedibus, subiecta q. terra.

Quare ut idem Clemens tradit vetustissimus hic antiquitatis poeta veluti de Empyreico scripsisse videtur paraphrasticam ferè Scripturarum sententiam, nempe, illius loci Isa. ca. 66. 1. quem paulò antè retuli. Homerus item sic cecinit:

Semper ubi sedem firmam dixere Deorum

Esse; neq. hæc ventis quatitur, nec spargitur imbre, Non nix albescit. Et Virg.

Panditur interea domus Omnipotentis Olympi.

Iustinus in admonitorio, de supremo inspectabili cælo, hoc ipsum sensisse Platonem testatur, & Euseb. de præpar. Euang. l. 11. c. 19. cælestem terram cognouisse Platonem refert. Iege Steuchum de incorporeis, & inuisibilibus rebus, & videbis etiam gentiles subodoratos aliquam saltem esse Dei, ac Beatorum sedem.

Strabus primus videtur, ac Beda in Exhæmero Iunilio adscripto, Empyreici nomē excogitasse à splendore, non ab ardore, qui etiã mundi initio conditum fatentur, ac eius meminisse Mosén cum dicit; *in principio creauit Deus cælum, & terram* &c. De eo magister sentent. in 2. sent. dist. 2. cum Scholast. & D. Th. p. q. 66. a. 3.

Cæterum Basil. hom. 1. & 2. examer. Greg. Nazian. carm. 4. de mudo; & oratione panegyrica, quæ est 38. in Christi natiuitate; & Nicetas ibidem, & oratione 2. in Pascha; Theodor. in Gen. 9. 6. & alij quidam, dum duplicem mundum distinguunt, supernum, & intelligibilem, & hunc sensibilem, astruunt illum ante hunc esse conditum. Ac meo quidè iudicio per illum mundum saltem eorum aliqui intellexisse videntur Empyreum cælum, ubi se Angelis ostendat Deus, eosque suæ beatitatis participes efficiat, atque ita Basilium sensisse non dubito.

Huius cæli videtur B. Petrus meminisse apud Clementem in libris recognitionum 1. circa medium, 2. sub finè Chrysof. oratione, *sufficit tibi gratia mea*; memorat hos duos mundos intelligibilem, & sensibilem, nec tamen de eorum origine aliquid prodit. Quare non videtur Chrysof. ita posuisse vnum cælum, ut Empyreum negarit, sed vnum ut partem mundi sensibilis. Hieronymus Isa. 14. ait, qui dicebat in corde suo *in cælum ascendam*, vel antequam de cælo corrueret ista dicebat, vel postquam de cælo corruit. si adhuc in cælo positus, quomodo dicebat, *ascendam in cælum*? sed quia legimus cælum cæli Domino, cum esset in cælo, i. in firmamento, in cælum ubi solium Domini est, cupiebat ascendere, non humilitate, sed superbia. si postquam de cælo corruit arrogantiam debemus intelligere, quod nec præcipitatus quiescat.

Hilar. & Aug. in Ps. 122. in illa, *ad te leuani oculos meos, qui habitas in cælis*, videntur sic argumentari; cælum hoc visibile præteribit, & non erit, sedes Domini manet in æternum, igitur non poterit aliquod cælorum istorum esse Dei domus. Vnde hinc efficiam esse aliud cælum immutabile omnino, in quo dicatur esse sedes Dei, & hoc Empyreum vocamus.

Quod si obijcias Patres aliquos tanquam sedem Dei, & Beatorum domiciliū fidereos cælos constituisse, vnde quis meritò arbitretur illos non

posuisse

Caietani sententia de locum Beatorum.

2.

3. lum Empyreum ascendit.

4.

5.

6.

7.

8.

posuisse coelum aliquod immotum, totumque lucidum quod Empyreum nominamus. Respondeo hos non clarè loquutos esse, & posse exponi de his cælis loquutos fuisse quasi de scabello pedū Dei & Beatorū, vel tanquā de solo & pavimento cœlestis illius regiæ. Vel certè quia per hos sidereos cælos sub visum, & aspectū nostrū cadentes, & stellis tanquā luminibus accensis ornatos, volūt nos ad inuisibile illud, & vndiq; collucens Beatorū domiciliū, similitudine quadam attollere: præsertim cū cælū ipsum Empyreū visu, & oculis nō cernamus, sed potiùs cū ad illud oculos erigimus, hos cælos sideribus cōspicuos primū intueamur, & verò etiam per illos quodāmodo Empyreū agnoscamus. Reliquū est iam vt verissimā hęc Patrū sententiā, nos etiā aliquot adductis rationibus, & scripturis cōfirmemus, & sequēti digress. fiet.

DIGRESSIO III.

Quid de cœlo Empyreico sentiendum.

DVAVS propositionibus Altera contra Caiet. Altera contrā Eugubinū hanc Patrum de cœlo Empyreico sententiā confirmabo.

Est ergò prima positio hæc: suprā oēs orbes cœlestes, qui perenni motu cientur, collocandū est cælū quoddā immobile, totū collucēs, sedes Dei, & Beatorū domiciliū. Primū id persuadēt Scripturæ, quæ locū illū modò cælū cœlorum, modò firmissimū Dei habitaculū, nunc regnū, nunc domū Domini, iam verò Hierusalē, videlicet, cœlestē, ac sublimē, ciuitatē præclarā, ipsū vocantes. Salomō 2. 6. Paral. si cælū, inquit, & cæli cœlorū capere eum n. queūt, quantus ego sum vt possim adificare ei domū? & iterū c. 7. 33. tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo; & Pl. 102. 19. Dominus in cœlo parauit sedē suā, & regnū ipsius omnibus dominabitur. & Pl. 113. 16. cælū cæli Domino, terrā autē dedit Filijs hominū. Isa. 66. 1. Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Bar. 3. quā magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Matt. 6. Pater noster qui es in cælis. Act. 1. dicitur de Christo: nubes suscepit eū in cælo. Ad Gal. 4. 26. illa autē quæ sursum & Hierusalē, libera est, quæ est mater nostra. ad Heb. 12. 14. non habemus hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. quibus Apostoli dictis maximè consonat illud Psalm. 21. Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, & quæ sequuntur.

Secundò Patres interpretes, & Scripturarū inuestigatores figuris varijs adūbratū ostēdūt locū illū in Scripturis: hūc. n. esse significatum, aiūt, paradiso altero olim à Deo cōsisto in terris. ibi. n. diuinitas Ambrosia ac nectare suauior, quasi vitæ lignū perpetuò Beatis vitā renouat; vbi itē fons gloriæ ex anima scaturit, & emanat in corpora, quatuorq; dotib; quasi amnibus beatorū corpora irrigat; vbi arbor scientiæ boni, nusquā autē mali perpetuū viret; pulso. n. & ad inferos quodāmodo detruso omni malo, summū ibi bonū erit ac perenne. Hic idē locus est Noë vinea, cuius vini hausta suauitate ebrizæ animæ cū sponfa ceteros inuitant: comedite amici, & inebriamini cariissimi Can. hic est Abrahamæ illud tabernaculū, in quo Deus cū Angelis, & hominibus epulatur Genes. 18. hic est Aegyptus illa fœcunda, in qua Beatus quisque ceu Ioseph veste bysina gloriæ, torque im-

A mortalitatis, curru secundo post Christū triumphat Gen. 41. hic arca est, virgā, ac manna, maiestaté, sc. Dei, ac iucunditatē cōplectens, Exo. 16. hic locus terra illa est fluens lac & mel, Beatos, videlicet, reficiens, ac recreans Christi humanitate, ac diuinitate, ceu nectare suauissimo Exod. 3. hic illa Hierusalē cœlestis cuius seras cōfortat Deus, fines pace vnit, filios benedictione locupletat, cuius ciues, frumenti adipe satiat. Pl. 147. hic tēplum est illud gloria Dei quasi nube repletū, in quo clamare nō desinūt Angeli, Sanctus, Sanctus, Sanctus. hic tēplum est illud Salomonis viuis ex lapidibus structū. hic domus ea est, cuius mirifici apparatus splēdore obstupescit Regina Saba 3. Reg. 10. hic idē locus ciuitas est Cæpeltris omnium bonorū vbertate ditissima, ad quā per ignem, & aquā proficiscimur 4. Esdræ 7. Hic Tabōr mons est, in quo emicat Christi facies vt Sol, vestimenta verò in morē niuis cādida sunt, vbi Petr; ait, bonū est nos hic esse Matt. 17. Hic idē ciuitas est sancta illa, noua, descendēs de cœlo à Deo, lapidibus ornata pretiosis, cuius muri structura ex lapide Iaspide; ipsa verò ciuitas aurum mundū simile vitro mūdo, & platea ciuitatis aurū mundū, quā claritas Dei illuminat, cuius singulæ portæ ex singulis sunt margaritis, & fundamenta omni lapidi pretioso ornata Apoc. 21. deniq; hic est terra illa optatissima viuentiū, vbi auferet De; oēm lacrymā ab omnium Sanctorū oculis; vbi nullius mortis, nullius mali timor est; vbi sempiternum, & incredibile gaudiū, omnium bonarum rerum affluentibus copijs ditatum, sedē fixit perpetuā.

C Tertiò afferri possunt & rationes, quarū hæc sit prima: omninò consentaneum valdè est, vt detur Beatorū corporibus certa, cōueniens, & accommodata sedes, ac in primis Christi Domini, eiusq; sanctissimæ matris dignū domiciliū. Deindè ex D. Tho. p. p. q. 66. a. 3. duplex gloria, quā expectamus, spiritualis animæ, corporalis corporum; ergò sicut gloria spiritualis initio mundi inchoata est in SS. Angelorū beatitudine, ita decuit, vt in aliquo corpore perfectissimo, & omnis permutationis experte inchoaretur corporū gloria, quæ à resurrectione non modò ad corpora hominū pertinebit, verum etiā in totū orbē quodāmodo redūdabit. Porrò tale corpus nullū aliud esse videtur, quā cælū ipsum Empyreū. Ad hoc, si damnatorum corpora iure in locum quendā corporeū intra terræ viscera sitū, & sempiterna caligine obrutum, densissimisq; excæcatū tenebris detrudētur; cur nō etiā Beati admittantur in locū aliū corporatū quidem, verū cœlestē, omnium orbiū supremū, omnis motus & conuersionis expertē, totū in se ipso lucidissimū, immēsa pulchritudine ornatū, vbi sedes sit beatarū mentium, vbi se Deus clarè cōspiciendū exhibeat. Hęc quidē sententiā, tanto Patrū cōsensu admissa, tanta tēporis lōginitate recepta, tanta cum Scripturis cōformitate stabilita, quāuis nō sit omninò fide certa, nimirū qua tale cælū esse affirmamus, quod Empyreum dicitur, negari tamen sine temeritate nō potest; quod etiā obseruauit Valen. di. 5. q. 2. de creat. corp. pun. 1. sed iam sit.

Propositio secunda; illud Eugubini figmentū, de quo dig. 1. n. 2. dictū est, omninò refellēdū est, ac sempiterna obliuione sepeliendum

1.
Cælum Empyreum probatur ex scripturis.

2.
Ex Patribus

3.
Ex rationibus.

4.
Eugubini figmentum reficitur.

tanquã à nostra fide alienũ. hoc excusat Eugubinũ, q̄ eã opinionẽ iudicio, ac censurã Ecclesiã subiecerit, quãuis, vt rectẽ ait Cater. in Gẽ. multò prudẽti⁹ erat rẽ ipsã accuratissimẽ pri⁹, vel perpẽdere, vel silẽtio supprimere, & nõ ita ineptẽ tam periculosa typis mãdare; nã quotusquisq; est cuius nõ horreat anim⁹ audire rẽ esse aliquã quã Deus nõ sit, & Deo tamẽ ipsi cõternã, & increata sit? Clamat Ioa. omnia p̄ ipsũ facta sunt: Clamat Paul. ad Colo. 1. Deũ rerũ omniũ visibiliũ, & inuisibiliũ Creatorẽ esse, & audet tamẽ Eugubinus lumẽ illud, figmentum melius dixero, increatũ, & æternũ affirmare? Deindẽ Philosophiã destruit hęc opinatio. rogo qualis est ista lux? num accidens solitariũ, & per se coharẽs? at repugnat hoc naturã accideñtis. dicit esse substantiã. iterũ sciscitabor, num corporea? fuit igitur corpus aliquod antẽ mũdi molitionẽ. num incorporea? erit igitur natura intelligẽs? his autẽ omnibus quid absurdius dici aut excogitari poterat? Denique, nõ in re clara diutius immorer, si maneat ista lux ex Deitatis ipsã natura, procul dubio manabit ex necessitate naturã, hoc est, tãta, quãta est vis diuinitatis, erit igitur infinita. Vidẽ quibus implicauit, & irretijt se laqueis Eugubinus, quibus se nulla ratione extricare poterit, reliquum est vt quã contrã veram sententiam obijciuntur dissoluamus, quod sequenti fiet digressione.

DIGRESSIO IV.

In qua obiectiones contraria opinantium dissoluuntur.

1. **E**X his, quẽ hactenũ diximus facilẽ est refutare, quã cõtra obijciebamus, p̄ Caiet. & verò quod primo loco obijciebatur, nullibi Scripturas Empyreï meminisse, quin potiũ sine causa, & efficaci ratione, tale corp⁹ affirmari falsum est. Ostẽdimus. n. ex Scripturis, & Patrũ cõsensu niti eorũ sententiã, qui Empyreũ astruxerũt; & neq; id sine causa; decebat namq; Deũ hunc locũ cõdere accõmodatũ ad Beatorũ Societatẽ, & curiã supremi regis cõtinendã. Quẽ admodũ. n. par est Deũ coli in ornatis, & splẽdidis tẽplis quãuis nullis ipse manufactis ædibus egeat, ita & de cõlo Empyreo sentiẽdũ est.

2.
Angeli licet
incorporei
debeant lo-
cum corpo-
rem.

3.
Lux celi
Empyreï cur
à nobis non
videatur.

Quid? nõne Angelos etiã decebat esse potiũ in loco corporeo nobilissimo, & eminentissimo quã in vacuo aliquo vel inani? rationi. n. valdẽ cõsentaneũ est, eos, vt finitos, intra mũdũ sub certis terminis cõprehẽdi. neque. n. cõueniebat vt omnia implerẽt, & per vniuersũ veluti vagarẽtur, sicuti etiã damnatis spiritibus inferni claustra cõstituta sunt. Deniq; ibi eos esse æquũ erat, vbi cũ hominibus Beatis cõiungerentur, & cũ mũdo sensibili copularẽtur, vt ita vterq; mũdus, & qui oculis nũc nõ cernitur, sed intelligẽtia cõprehẽditur; & qui sub sensũ cadit nexũ quẽdã, atq; ordinẽ sub vno Principẽ Deo referret. Et ex his clarissimẽ patet ad secũdam quoq; obiectionẽ respõsio. Tertia paulò obscuriorẽ explicatũ, & enodationẽ habet, vnde videlicet fiat, vt nõ ad nos vsq; fulgorẽ suũ mittat Empyreũ. Bas. Amb. Theod. à supremi celi ambitu densò, spissoq; ac valido præpeditã esse eã lucẽ ne ad nos deferatur, sentiũt; sed eã opinionẽ D. Th. q. 66. a. 3. ad 4. sic rejicit, quod cẽlũ illud quanquã solidũ, diaphanũ tñ sit, vnde

A lumẽ admittit. ipse verò aliã assignat rationem cur ea lux nõ videatur à nobis, q̄ nõ condensatã corpus illud Empyreũ lucẽ habeat, vt radios emittere queat instar solis, sed magis tenuẽ, ac debilẽ, vt in partib⁹ celi rarioribus, quã, quãta ad id satis est, densitatẽ nõ habẽt, videre est. vel quod habeat, inquit, claritatẽ gloriã, quã non cõgruit cũ lumine naturali: idẽ ferẽ respondẽt, qui eã lucẽ oculis cõlestis gloriã dote nõ insignitis, minimẽ cõgruã esse cõsent; inde. n. fieri vt videri nequeat à mortalibus. sunt qui ad aquas, quã suprà cõlos residẽt, causã referãt nẽ ad nos feratur lux illa. nec desunt qui nimiam intercapedinẽ causã eius rei affirmẽt. Vide Ricardum de media villa 2. sent. distinct. 2.

B Mihi D. Th. sentẽtia, etsi probabilissima sit, nõ multũ arridet. verosimilius. n. arbitror, eã lucẽ cõdensatã esse, præsertim cũ à Patrib⁹ Empyreũ fulgere, coruscareq; dicatur. Deinde q̄ de claritate gloriã affirmatur à D. Th. in 2. respõsione, vel de claritate alterius rationis à nostra, quod etiã alijs diximus placuisse, nihil obest quo minus videri possit illa lux. cuius rei clarissimũ nobis exemplũ præbet Christi trãfiguratio. nisi quis cõtendat Christi virtute Apostolorũ oculos cõfirmatos tũc fuisse, & corroboratos vt eã possent claritatẽ percipere. Et sunt qui quod lux illa cõlestis nõ consentiat, & cõgruat oculis nostris lubẽter admittãt. Verũ nõ quod cõspicabilis nõ sit, quasi non splẽdeat, sed quod nimio suo fulgore oculorũ acie perstringat. Porro affirmare quod aque eã lucẽ nõ transmittãt ad nos, ineptũ videtur, cũ illã siue glaciales, siue in vaporis speciẽ redactã, siue aliter se habeant clariores sint ijs, quã apud nos sunt. opinari verò quod ob nimũ interuallum fulgor ille nos nõ afficiat, est magnitudini eius lucis, q̄ lóge solis candorẽ exsuperat, derogare.

C Quare nulla nobis verior eius rei causã videtur, quã quã à SS. PP. Basil. Amb. & c. affertur; quod nimirũ primũ illud cẽlũ quod mouetur, & inter orbẽs qui motione cientur, supremum est, ea parte qua Empyreum respicit, sua valida dẽsitate simul & opacitate splẽdorẽ illũ repellat, neq; admittat; quod aliqui significatum esse volũt Molis tabernaculo, quod vniuersum representabat; cuius ea pars, quẽ Sancta Sanctorum vocabatur, velo quocũ obnubebatur, ne omniũ pateret oculis. ita quoq; aiunt quidã, huius sententiã propugnatores, Deũ cẽlũ Empyreũ obduxisse veluti quodã velo cuiusdã corporis cõlestis oppositu, & obiectu, ne mortaliũ oculis diuinissimũ illud Beator. domiciliũ appareret.

D Ceterũ ad extremũ mũdi diẽ referendũ esse, ijdeẽ volunt, pellucida ac transparẽte reddita ea cõlorũ facie, quã obstat; ac deinceps spectabilẽ forẽ admirandã illã celi Empyreï pulcritudinẽ, ac claritatẽ, etiã ijs, qui in terris essent. inseruiet. n. tũc mũdus iste Beatis, eorũq; oculis totus exponetur. Malũt tamẽ aliqui nõ summam supremi celi mobilis partẽ, quod hactenũ diximus, densã simul, & opacam esse, qua partẽ cẽlũ Empyreũ respicit, sed Empyreï celi partẽ infimã, quã terrã spectat, esse potiũ ita densã & opacã vt lumẽ nõ transmittat. sed nõ placet verosimilius. n. est hoc cẽlũ nõ esse ad diũ iudicij mutandũ in vlla sui parte, potius vni alicuius ex duobus superioribus cõlis mor-

bus pars infima dici posset talis, putà cœli noni, vel decimi quâ terram spectant.

7. Huic sententiæ Basil. & Ambr. videtur fauere D. Petrus apud Clem. 1.3. recognitionū, vbi legimus quæsisse Simonē à D. Petro, si visibile istud cœlū, vt ais, resoluetur, cur factū est? Resp. D. Petrus propter hęc præsentē hominū vitam factū esse, vt esset interiectio quædā, & diuisio, nē quis fortē indignus habitationē cœlestiū, & Deī ipsius sedē videret. Verū obserua his non significasse D. Petrum cœlos istos oculis nostris aspectabiles in nihilū esse redigendos ad extremū mūdi diē: sed perspicuos, & claros esse futuros, neque impedituros lumen illud Empyreī, tunc .n. vt dixi mundus seruiet Beatis, totūq; proindē renouandus erit. quæ omnia sapiētissimorū PP. Basilij, & Ambro. sententiæ fauent.

8. Quarta nūc restat obiectio soluenda D. Th. 2. d. 2. q. 2. 3. ea ratione permotus qd cœlū nō nisi per motū influat, asseruit cœlū Empyreū in alios cœlestes orbes nihil influere; & verò etiā neque in hæc inferiora. Verū 1. p. q. 66. art. 3. ad 2. mutata sententiā opinatus est qd sicut Angeli superiores quāuis nō mittantur, influūt in medios ac infimos qui mittuntur; ita & Empyreū, quāuis immotū, influere in primum mobile, atque adeo p̄ illud in hęc inferiora; & hęc nobis magis etiam placet sententiā, nec quidquā refert, qd motu careat; nā intermedio lumine, aut per vires alias nobis ignotas aliquid stabile, ac firmū, putà virtutē cōtinēdi, vel efficiēdi, vel quid simile influere poterit, quod ad hęc etiā inferiora pertingat. Sed quāuis nihil huiusmodi concederemus, nō illicò, illud indē efficeretur, vt ociosum esset; nam hoc semper illud stabiliret, & cōfirmaret maximè, quod esset Dei, ac Beatorū omniū cōsentaneū, ac nobile domiciliū; de quo satis hætenus dicta sufficiant. sequitur, vt de huius loci habitatoribus dicamus.

DIGRESSIO V. MORALIS

De gloria Sanctorum qui cum Christo cœleste domicilium habitabunt.

1. **E**L, qui cœlestium ciuium gloriam cognoscere cupit, satis esse possunt illa Christi verba, quæ Mat. 13. scribuntur, *fulgebunt iusti sicut Sol in Regno Patris eorū*; nec mihi plura adijciēda hic essent ad eorum gloriā ostendendā, nisi intelligere homines nos esse, ab illa gloria lōgissimè disitos; quib⁹ nisi ista explicatē, & distinctē enucleetur, vix assequi mente possunt quāta sint Beatorū ciuiū ornamenta, quot voluptates, quanta dignitas, quātus gloriæ fulgor, quāta felicitas. Igitur paucis hac de re hic erit nobis differendum.

Principiō magna est supernorū ciuium multitudo, magna in multitudine varietas, & in his vtrisque; rebus magna concordia, summa lætitia. de multitudine audi Ioa. Apoc. 7. 9. *Vidi turbam magnā, quā dinumerare nemo poterat.* de varietate ex omnibus, inquit, *gentibus, & populis, & tribubus, & linguis*; quæ duo prius docuerat Domin⁹ Ioa. 24. 2. cū dixit: *in domo Patris mei mansiones multe sunt.* per has .n. nō solā multitudine significari, nēpē multas esse māiones, sed diuersitatē, & in æqualitatē gloriæ cœlestiū ciuiū cōtra Iouiniānū, cōmunis est interpretū sententiā: qd & Apost. 1. Cor. 15. 41. sic confirmat; *Alia claritas Solū, alia*

Beatorum magna multitudo & varietas.

A *claritas luna, & alia claritas stellarum. stella .n. à stella differt in claritate; sic & resurrectio mortuorum.* cōcordiā explicat David Ps. 147. *Lauda Hierusalem Dominū, lauda Deū tuū Sion;* & subdit: *qui posuit fines suos pacē; immensā verò voluptatē, exposuit idē Regius vates Ps. 35. 9. cū dixit: inebriabuntur ab vbertate domus sue, & turrete voluptatis tua potabis eos.* Quoniā verò torrētis cōparatio qui statim effluit, & citò labitur, videbatur diuturnitatē, æternitatēq; beatitatis euertere; subiecit illicò, *quoniā apud te est fons vitæ*; nimirū significans torrentē hūc nō vt cæteros torrētes defecturū esse aliquando. oriri namq; ex fonte quodā perenni, qui nunquā possit deficere. meritò aut torrētis similitudine vsus est David, tū propter impetū & diuinarū deliciarū copiā; tū quia sicut torrēs aquarū vi, & impetu quidquid impedire potest secū trahit, ac deuoluit; ita cœlestes illæ delitiæ, quidquid delectationi cōtrarium est, in æternum auferunt, & destruant.

B Hęc aut quatuor .i. multitudinē, varietatē, cōcordiā, cū summa voluptate cōiunctā, multū ciuitatē illā exornāt, & supra quā dici possit, beatā, ac felicē reddūt; seq; mutuò suffulciunt, & illustrāt. multitudo .n. sine varietate, pulcritudine magna ex parte caret; varietas sine multitudine minus habet admirationis; quod si à varia multitudine cōcordiā auferas, omnia cōfusa, omnia turbata esse oportebit; si verò à tribus istis, gaudiū, ac lætitiā semoueas, mœror omnia occupabit. Igitur multitudo varietati admirationē, varietas multitudini pulcritudinē, & excellentiā quandā addit; vt proindē initio Genes. cū Moses de sigulis Creaturis, qd essēt bonæ dixisset; simul oēs postea v. 31. cōmemorās, ob earū varietatē nō modò bonas, sed *valde bonas* appellauit; vidit .n. inquit, *Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Porro concordia præter vnionē, & ordinē quendā, summā animorū coniunctionē significat; gaudiū verò virore quendā, & quasi omniū bonorū cumulū ibi adesse, nō obscurē declarat; ac proindē multa cōplectitur multitudinis, ac loci illius ornāmēta, quibus tanquā splēdidissimis gemis cœlites ornātur. est .n. in eis sanitas sine ægritudine, bonorū vbertas sine defectu, saturitas sine satietate, ac fastidio, sciētia sine ignorantia, hilaritas sine mœrore, pax sine perturbatione, securitas sine timore, iugis splendor non iste qui nūc est, sed tātò cōrior, quātò felicior, quia ciuitas illa *nō egēbit lumine solis, sed Dominus Omnipotēs illuminabit eam, & lucerna eius: s̄ Agnus.* vbi sancti fulgebunt vt stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splendor firmamenti, qui ad iustitiā erudiunt multos, vbi nulla nox; nullus solis occasus; nullæ tenebræ; cōcursus nubiū nullus. Postremò aderit ibi expletio omniū desideriorum, & vt vno verbo dicā, bonorum omniū aggregatio, & omnis molestiæ vacuitas.

C **D** Cæterū ex tam varia multitudine, ex tam læta, ac periucunda concordia bonorū omniū vbertate redundante, suauissimū quidā diuinarū laudū concentus perpetuò erumpit. quod refert Aug. elegantissimè Ps. 150. *quid ergo, inquit, proposuit (David) Laudate Dominū in Sanctis eius? Quibus hoc dixit, nisi eis ipsis? & in quibus Deum laudant nisi in seipsis? vos .n. sancti eius virtus eius estis, sed quæ fecit in nobis, & potentatus eius, & multum*

do magnitudinis eius quam fecit & ostendit in vobis. Vos estis tuba, FALTERIUM, CITHARA, TYRANUM, CHORUS, CHORDA, & ORGANUM, & CYMBALA Iubilationis benefonantia, quia consonantia. Vos estis haec omnia: nihil hic vile, nihil hic ludicrum vel lubricum cogitetur, & quia sapere secundum carnem mors est, omnis spiritus laudet Dominum. sunt ergo sancti omnes generis musicorum instrumentorum, multiplex quidem ac varium, & consonum omnino; nam ut idem inquit Aug. paulo superius ibidem, habebunt etiam tunc sancti Dei differentias suas consonantes, non dissonantes, id est, consentientes, non dissentientes: sicut fit suavissimus catus, ex diuersis quidem, sed non inter se aduersis sonis. stella .n. a stella differt in claritate, sicut & resurrectio mortuorum.

Hac ergo ciuitate merito admirabatur, & suspiciebat Dauid, eamque intueri summis votis optabat Ps. 83. 33. dum sic dicebat: quae dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Utinam nobis quoque Ioa. contigit eueniret Apoca. 21. & 22. ut tolleretur nos in spiritu Dominus in montem magnum, & altum contemplationis, & ostenderet nobis Ciuitatem sanctam Hierusalem descendente de caelo a Deo &c. & fluium aqua vitae splendidum tanquam crystallum procedente de sede Dei, & agni. est .n. fluius hic gaudium essentialis beatitudinis de sede Dei procedens, hoc est, de visione essentialis Dei, nunquam deficientis, ac perinde aquae vitae dicitur, quo tanquam torrente potatur, & inebriatur caelestis illa piorum societas; cum autem dicatur, in medio platea, & in vtraque parte fluminis lignum vitae esse, procul dubio lignum hoc loco pro lignis positum est, ut sit sententia, multa ligna, hoc est, multas arbores ex vtraque parte fluminis constitutas fuisse, quas Beatos ipsos adumbrare, qui eius gaudij torrente irrigantur, quis dubitet? quoniam verò eorum gaudium nullo unquam tempore vel cessabit, vel interrumpetur, idcirco fructum afferunt per singulos menses. Harum sane arborum tam felicitum folia esse dicuntur ad sanitatem gentium, quia gaudium accidentale Beatorum, quod recte per folia significatur, ut per fluium essentialis alterum longe praestantius, satis superque est ad omnem mentis, corporisque egritudinem, meroreque leuandum.

Possumus & per fluium istum Spiritum S. Paracletum, a quo omne gaudium in Sanctos redundat, intelligere; enimvero huius fluminis impetus legitur in primis ciuitatem illam Dei; egreditur verò de sede Dei, & agni, hoc est, a Deo Patre, & Filio per unam, eandemque voluntate procedit. recte .n. voluntas sedes Dei appellari potest, quod in ea solus Deus tanquam in placida, & tranquilla sede conquiescat. fluius hic aqua vitae dicitur, quia ita ad irrigandos caelestes illos piorum spiritus, & corpora egreditur, ita singulis voluptate, ac immensum gaudium, ita vitam atque omne generis bona impertit, ut a Patre tamquam & Filio nunquam recedat. Quid ergo miramur perpetuas esse, & immensas caelestis illius societatis delicias cum ab eo, qui ipsissimum est gaudium, & infinitum proficiscantur? Cur non inebrietur diuini illi ciues superae Hierusalem? cur non praeximia dulcoris exsuperantia in ebriorum more deficient?

Sed quauis in hac tam preclara Beatorum multitudine, ac societate nihil sit non eximium, nihil non admirabile, siue omnes simul ciues spectes, siue singulos, nihil tamen in ea est praestantius, nihil dignius, nihil quam admirare magis, Rege ipso, ac Regina in tam preclarae societatis medio costi-

tutis. Christum dico Regem, & Reginam eius matrem eidem assidentem, quorum aspectu & pulchritudine, & gloriae splendore tota illa exultat ciuitas, & Deum subinde laudare non desinit. effugit .n. omnem sermonem, atque omnem sensum humanae mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas. si .n. inquit Beda ser. 18. de Sanctis: quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tolerare, ut Christum videre digni essemus in gloria uenientem, & sanctorum eius numero sociari; nonne erat dignum pati omne quod triste est, ut tanti boni, tantamque gloriae participes haberemur? De Salomone 3. Reg. 10. 23. sic legimus: magnificatus est Rex Salomon super omnes Reges terra diuitijs, & sapientia; & uniuersa terra desiderabat vultum Salomonis. haec multo magis in Christum Regem, eiusque Matrem

conuenire, dubitat nemo. Ultra .n. omnem sanctorum est gloria ipsorum inestimabilem aspicerem, contemplatum, & splendore maiestatis eorum irradiari. videns Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam edificauerat, & habitaculum suorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum &c. non habebat ultra spiritum. 3. Reg. 10. 4. Quid, rogo, faciat anima, quid cogitet, dum diuinum illud sanctorum domicilium ingressa tantam intuebitur pulchritudinem quoad domum, i. caelestem ciuitatem, quam verus edificauit Salomon, quoad cibos mensae eius; i. immensam eam voluptatem qua fruuntur caelites; quando habitacula seruorum, hoc est, mansiones multas; quoad ordines ministrantium Angelorum, & vestes seruorum, virtutes videlicet & dona conspicabitur? num ultra spiritum habebit?

num praegaudio se ipsam capiet? Quod si Regina Saba dixit Regi: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis. vidi oculis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit. maior est sapientia, & opera tua, quam rumor quem audiui; neque nos aliter tunc dicturi sumus, si liceat aliquando nobis tam immensum gloriae splendorem cernere. Etenim verissimum est illud Is. 64. 4. a saeculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus absque te, quae praeparasti expectantibus te. O terque quaterque Beatos viros qui stant coram caelesti Rege semper, & audiunt sapientiam eius; & Reginam a dextris assidentem cernunt in vestitu deaurato, & admirabili multiplicium donorum, & virtutum varietate ornatam. neque enim aliter decebat Christum facere, quam ut carissimam Matrem sibi in caelis adscisceret velut caeli, terraeque Reginam, cuius rei figura non obscura in veteri lege praecessit (3. Reg. 2.) cum pacificus Rex ille Salomon in excelso throno sedens, matris suae curam ingentem habuit, eamque iuxta se collocatam, voluit ab omnibus praecipue honorari.

Iam verò si a tam sublimi folio ad ipsam Beatorum societatem conuertamus oculos, & immensam eius dignitatem intueamur, non dubitabimus multitudinem illam triumphantium pugilum Concilium, summorum item Regum consessum, & sublimium Filiorum Dei contentum appellare. quae tria sunt hic a nobis breuiter indicanda. Quatuor, scire oportet nominibus beatitudinem nobis promissam in nouo testamento appellari: nimirum, mercedem Matth. 5. Merces vestra copiosa est in caelis. Brauium Philip. 3. ad destinatum persequer.

Maria Regina beatorum.

7. de gloria beatorum.

8. Beatorum caelestium quatuor nominibus appellata.

6. Christus rex & corona Sanctorum omnium.

perna vocationis Brauium : Coronam 2. ad Timot. 4. *reposita est mihi corona iustitia*; deniq; hæreditatem, I. Petri 1. *regenerauit nos in spem viuã, in hæreditatem incorruptibilem*; & quidem meritò totidem nominibus appellatur, est .n. in operibus iustorũ labor, & defatigatio quædã; nam *corpus quod corrumpitur aggrauat animam*: est cõtentio & æmulatio, dum iusti ad currendum alacriter in via mandatorum Dei, mutud se acuunt, & excitant ad bona opera patranda, nec se sinunt, sancto Zelo, & contentione permoti, in his quæ ad maiorem Dei gloriam, ab alijs vinci. sic de se testatur Paulus Philip. 3. 12. quæ retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor, *ad brauium supernæ vocationis Dei*. est tertio pugna, & certamen, quia *caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*. Denique iusti sunt filij Dei, eorumq; opera filiorum Dei opera sunt. propter primum igitur Beatitudo merces dicitur; propter secundum Brauium; propter tertium corona; propter vltimum hereditas. Quare cœlestes illos ciues, & pugiles, & Reges, & Dei filios iure nominauimus; illis enim velut pugilibus in cursu, in pugilatione, in luctatione, dum vitam hæc vivebant, exercitatisimis, beatitudo debetur simul vt merces, & vt Brauium; vt corona verò eisdẽ debetur & quia fortiter dimicarunt, & quia constituendi sunt Reges propter rem benè gestam in bello spiritali, & accepturi Regnum amplissimum, quod nullo vnquam tempore destruendũ sit. Deniq; tanquam Dei filij perennẽ beatitudinẽ in hereditatẽ accipient.

Sunt igitur Sancti dum in his terris agunt cursores, sunt pugiles & athletæ; nam & currendum illis est, & sic currendũ vt cœlestẽ brauiũ comprehendant longè præstantius eo, quod in olympijs olim pugiles summa cum laude assequabantur. Certandum est etiam illis acriter vt coronam, vt palmam, & quidẽ fatis lemniscatam, in victoriæ mercedem accipiant, & Reges sint. sic enim monet Apost. ad Ephes. 6. *induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus*. quia verò dum currunt, dum decertant in hac vita cum teterrimo inferni hoste, sudant, laborant, propterea mercedem etiam laboris repositam habent in cœlis, & quidem copiosam fatis, & cumulatam.

Quod verò Reges futuros diximus, multò est clariùs, quàm vt pluribus à me probari debeat. An non tibi Reges videntur, qui regnũ possident? atqui dicit Christus ijs; *venite benedicti possidete regnum*; secundò, neque illis deerit Regum amplitudo, ac maiestas, quam figura quadã indicarunt Moses, & Helias cum Christo in monte Thabor in maiestate vili Luc. 9. de qua & Apost. Philipp. 33. scribit; *reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. erit .n. illa claritas, illa lux in modũ purpuræ Beatos illos exornans, & maiestatis plurimũ concilians, vt meritò Lucas in Christi transfiguratione Lucem vocarit maiestatem, cum ait: *Mosen ibi & Eliam in maiestate visos*.

A Deniq; tertio, vt Reges corona aurea, quod est insigne regni, fulgentibus gemmis admirabili cohonestabuntur. sic olim in huius rei signum Ioan. Apoc. 4. ostensi sunt cœlites tanquã Reges in illis 24. Senioribus, in quorum erant capitibus coronæ aureæ, de quibus ait: *prociuebãt 24. Seniores ante sedentem in Throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronũ*. norunt enim Sancti regnũ se, & Lucis purpuram, & coronam à Deo habere, idè mittere describuntur coronas suas ante thronũ, & dicere, *dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam, & honorem, & virtutem*. Probè enim tenent, vnde immortale nomen, & sempiternã gloriã, & coronam satis lemniscatam adepti sint, nimirum à Regum omnium Rege Christo, atque idè in eundem se, & omnia bona sua libentissimè referunt.

B Quid? an non etiam Deus ipse & Agnus corona est pulcherrima, & sceptrum ornatissimũ beatorũ? ita sanè. nam creata omnia ipsos tanq̃ Reges, imò & quasi quosdã Deos (quippè Deo ipso tanq̃ corona inlignitos) suspiciũt, & reuerentur. hoc significatum est multò antè verbis Isaïæ cap. 28. 1. *in illa die erit Dominus exercituum corona gloria, & sceptrum exultationis residuo populi sui*. Audisne lector, Deũ esse coronã Beatorum? sicut ergo nihil aliud facerent libentius alicuius regni proceres, si cernerent, Regem ipsum Regium suum diadema capiti alicuius imponere (quod cum Mardocheo Hester. 6. factum legimus) nihil inquam aliud libentius facerent, quàm vt procidentes venerarentur, quem sic Regem honorasse viderent; ita multò æquius est, vt omnes quotquot sunt totius mundi Principes, populi, creata omnia, eos, quos sic Deus gloriosissimos effecit commendent, adorent, suspiciant.

C Quanta verò DEVS gloria, & honore afficiat sanctos fursum in cœlo regnantes, ij non ignorant, qui & scripturas legerunt, & quid gloriæ nomen significet benè norunt. tria enim quod Græcis est δόξα, nostris gloria, significat. primũ celebrem opinionem, seu existimationem nominis alicuius, vnde August. lib. 83. quæstionum q. 31. *gloria*, inquit, *est frequens de aliquo fama cum laude*, vel vt Ambr. ad Rom. 1. ait: *est clara cum laude notitia*. Notitia igitur, & opinio, quam multi habent de excellentia, magnitudine, & virtute alicuius, est prima gloriæ notio.

D Iterum id quod causa est huius existimationis, ac celebris opinionis, continet alteram gloriæ significationem. Illud enim bonum, quod est in aliquo reddens illum dignum gloria, & honore, & gloriosum, clarum, celebrem apud alios efficit, dicitur gloria, cuiusmodi est virtus; ita Ecclesiast. 23. 38. dicitur; *gloria magna sequi Dominum*; hoc est, religio, & custodia præceptorum Dei hominem gloria dignum reddit. hinc beatitudo Sanctorum gloria nominatur, quia eximiũ quoddam bonum est, reddens hominem excellentis gloriæ, & magni nominis claritate dignum. Hinc Paulus Rom. 5. 2. *gloriamur in spe gloria filiorum Dei*. Postrema notio eius nominis est vt significet signa, quibus hæc, quam diximus, gloria declaratur, & acquiritur. hinc Matthæi 16. 27.

II.

Et Deus coronam coronam & sceptrũ.

12.

Sanctorum quantã gloria.

9. Sancti pugiles & athletæ.

10. Reges.

13. filius hominis venturus est in gloria, hoc est, apparatu multo, & eximo splendore, quod signum erit excellentiæ, & internæ gloriæ, qua ille olim gloriosus omnibus apparebit.

His ergo tribus modis celebres, & gloriosos Deus beatos efficit; facit enim eos dignos gloria, ea impertiendo dona, unde gloriosi fiât, iuxta secundam huius vocis significationem, deinde etiam ea edendo opera ac sæpè prodigia, quibus tanquã signis celebres sint, & noti fiant, & apud hominũ animos egregiam opinionem, & excellentem existimationem acquirant, quæ tertiam & primam significationem continent. omnibus ergo modis Deus beatos gloria, & honore condecorat.

14. Sed quid miramur Reges esse futuros, quos scimus filiorum, & heredum loco habendos esse. sic innuit Apost. Rom. 8.23. & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri. Atqui, inquires, etiam nunc filij sumus dum hic in terris degimus. sumus fateor, sed non plenè, ac perfectè; neque enim dum corpus gerimus morbis, & interitui obnoxii, perfectam adipiscimur filiorum Dei adoptionem, quousq; tandem & animo & corpore gloria, & honore velut aureo indumento conuestiamur. verum obseruanda sunt quæ Apost. habet Rom. 8.17. si in filiorum Dei numerum adoptari volumus: si filij, inquit, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. si autem compatimur, ut & conglorificemur.

15. Omnia aduersa conuenienda propter gloriam caelestem.

Et verò quis non æquo animo omnem acerbiter omnem dolorè, persecutiones quilibet, dedecora omnia, quidquid demum maiorũ mundus inferre potest, ferat ut tantũ gloriæ pondus, tantam in cælis mercedem, assequatur? Quam rem sapientissimè August. in serm. quodam perpendens, sic scribit: ipse Paulus qui patiebatur, & sciebat pro cuius nomine patiebatur, & quo fructu patiebatur: dixit, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. sauiat mundus, fremat mundus, increpet linguis, coruscet armis, quidquid potest, faciat; quid faciet demique ad id quod accepturi sumus? appendo quod patior, contra id, quod spero, hoc sentio, illud credo, & tamen plus valet quod credo, quam quod sentio. quid est quod sciat, & quod quis patitur pro nomine Christi, si potest vinci tolerabile est, si non potest vinci, migrare hinc nos facit; nec extinguit, sed accelerat. quid accelerat? ipsum quod expectamus primum. ipsam dulcedinem, qua cum venerit sine fine erit. opus cum sine merces sine fine. sic August.

16.

Ex his quæ hætenus diximus, neminem latere arbitror, quãta valeat Beati gratia apud Deum, quantumquid illi cari sint. quam quidem rem Ioannes expressisse mihi videtur Apocal. 1. Christum describens præcinctum zona aurea ad mamillas. Etenim rectè per zonam auream Christi pectus circumdantem ad mamillas, auream Sanctorum coronam, hoc est societatem eximia charitate connexam, intelligimus; qui ita intimi, gratiq; sunt Christo ut in eius pectore, ac quasi sinu, meritò residere dicantur; & quidem iuxta mamillas, vbi cordis est locus. ut inde cõstet illos de lacte simul humanitatis potare, & melle diuinitatis mirificè oblectari, inde tanquam ex duobus vberibus beatitudinis dulcedinem trahetes. Quoniam

A verò sancti in corde suo absconderunt eloquia Dei, ne quid contra illum peccarèt; idè Deus illos vicissim in corde suo iuxta mamillas iucundissimè, familiarissimèque fouebit. Hætenus de cælitibus, nunc ad ostendendum modum, quo tantorum bonorum nos quoq; participes effici poterimus, accedamus.

DIGRESSIO VI. MORALIS

Quibus medijs beatitudinem assequi valeamus, & inter cælestis Hierusalem ciues connumerari.

B **O**MNINO tria mihi ad consequendam beatitudinem necessaria videntur. primò vehemè illius desiderium. Secundo opera. tertio pati aliquid, & tolerare propter Deum patienter. de singulis pauca dicamus. multum sanè facit vel ad bonè, honestèque operandum, vel ad aduersa æquo animo ferenda, attenta illius gloriæ consideratio, quã nobis ob oculos posuit Christus, cum dixit: gaudete, & exultate, videlicet in medijs etiam persecutionum fluctibus, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Equidem arbitror fortissimos illos Christianæ religionis proceres, quos Christi Martyres nominamus, dum corpora cruciatibus obiecerunt, & feris etiam intrepidi discerpenda dedere, nulla magis re alacriores, promptioresq; ad toleranda tormenta factos fuisse, quàm firmissima cælestium bonorum expectatione, eorundemque attentissima cogitatione cum ardenti desiderio coniuncta; ita Stephanus hac cogitatione animatus, & desiderio accensus duos lapides tanquã suauissimũ rorem excepit: illuc. n. anhelabat, maximisq; itineribus appropinquare contèdebat, quod vocabatur à Christo, cum cælos apertos intuitus præ desiderio exclamàs diceret: Ecce video caelos apertos, & IESVM stantem à dextris virtutis Dei. eadem cogitatione ardentem craticulam Laurentius, Ignatius Leones, alij cruces, equuleos, gladios, & innumera alia cruciatuum instrumenta, quæ tyranni satanico furore perciti excogitarant, non animosè modò, verum hilariter etiam vultu, & auido animo, tulerunt.

C Atque eadem meditatione freti ij, de quibus Paulus ad Hebr. 10. 34. rapinam bonorum suorũ cum gaudio suscipere; nimirum cognoscetes se habere meliorem, & manentem substantiam. sic Abraham ut idem Apostol. testatur ad Hebr. 11. 9. fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem: cuius artifex, & conditor Deus; sic & alij, de quibus eodem loco Apostol. v. 13. defuncti, inquit, sunt omnes isti, nõ accepti repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terram. qui enim hac dicunt, significant se patriam inquirere; sicut ver. 24. idè Paulus habet: Moses grandis factus negavit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitas extimans thesauro Aegyptiorũ, in propter

1. Tria ad beatitudinem consequendam necessaria.

2.

Propter

Propter hanc eandem spem, ut prosequitur Paulus eod. c. v. 36. *alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, ut Naboth, Iezrahelites, 3. Reg. 21. Zacharias Sacerdos, 2. Paralipomen. 24. & Prophetæ, de quibus Matth. vigesimotertio, Ierusalem, Ierusalem qua occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. facti sunt, ut Isaias quem Manasses Rex Iudæorum ferra dissecuit; sic 7. fratres, 2. Machabæorum 7. quibus membra in supplicijs amputata sunt. tentati sunt, ut Abraham, ut Iob, in occisione gladij mortui sunt, ut ij, de quibus 2. Machabæor. 5. 13. legimus: *sebant ergo cades iuuenum, ac seniorum, & mulierum, & natorum exterminia, Virginumque, & paruulorum neces. Erant autem toto triduo 80 millia interfeciti. circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. sic Helias vir pilosus, & zona pellicea amictus renibus, quarto Reg. 1. 8. circuibat, iram Iezabelis declinans, 3. Reg. 19. 3. sic Ioann. Matth. 3. *habeat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. egentes, angustiati, afflicti, ut idem Helias qui à coruo, & postea à muliere paltus est, tertio Reg. decimosextimo, & innumeri alij propter regnum cælorum & Euangelium, multis doloribus, solitudinibus cruciati, fame, verberibus, inauditis denique cruciatibus afflicti, quibus dignus non erat mundus; quibus omnibus clarissime constat quantas vires habeat cælestium bonorum ardens desiderium, & intenta consideratio.***

Sed si alia non essent, quæ hanc æternorum præmiorum appetitionem commendarent; satis, superque illud foret, quod ad rerum fluxarum, & caducarum despicientiam mirifice iuuat. Itaque faciendum nobis est, quod exules faciunt, qui præ desiderio patriæ cum in alienis terris commorantur, quasi in valle lacrymarum sibi esse videntur; sic in primis docuit nos facere Christus Magister optimus Marc. 7. 34. cum *suspiciens in calum, ingemuit; suo enim declarauit exemplo, quibus suspirijs, quibus lacrymis in cælum suspicere frequenter nos deceat, & contemptis terrenis rebus eò aspirare tanquam exules in valle lacrymarum positos, vbi optatissimæ patriæ locus est. Neque verò se aliter indicat fecisse Dauid Psalm. 109. dum in hæc verba prorumperet; *heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus cedar. sic illi, terrestris Hierusalem desiderio, ac recordatione commoti, nullam ex alienis regionibus in quibus commorabantur oblectationem admittentes, cum lacrymis canebant: *super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur Sion, Psalm. 136. 1. exclamemus igitur frequenter cum Propheta, Psalm. 84. addentes suspiria, & obortis præ desiderio lacrymis: *quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, &c. quæ diuinus Vates intimo animi sensu prosequitur.****

At enim desiderium operibus vacuum nihil nos profectò iuuabit ad æterni præmij consecutionem, quod Dominus apertè declarauit eleganti illa parabola de decem Virginibus. cum enim omnes illæ Virgines intra cælestis regni ianuas admitti cuperent; exclusæ tamen indè fuerunt, quæ acceptis lampadibus oleum

A secum non sumpserant: contra, quæ in vasis suis oleum habuere, statim cælestium nuptiarum locum ingressæ sunt. quid enim nomine lampadis oleo carentis aptius accipi potest, quam fides sine operibus? quæ extingui videtur, non quod sine charitate non sit, sed quia nihil ad salutem proderit; vel certè quia nisi operibus foueatur, facile amittetur; vel denique quia etsi luceat, non tamen ardet. & verò hoc oleum in vniuscuiusque conscientia reconditum est tanquam in vasis. si ergò conscientia bonis operibus destituta fuerit, instar vasis carentis oleo erit. itaque iuxta verissimam Christi sententiam nihil nos illud inculcare iuuabit: *Domine, Domine aperi nobis*, quia si bonis operibus destituamur nostro magno malo inuiti verba illa audiemus; *amen dico vobis nescio vos.*

B Equidem arbitror huius rei, quam nunc confirmamus longè ante præcessisse figuram, in portis per quas ad Sancta Sanctorum patebat ingressus. quam figuram D. Paul. insinuat ad Hebr. 9. 12. cum cælestem domum cum ea templi parte comparat, quæ Sancta Sanctorum nominabatur; *Christus, inquit, introiit semel in sancta aeterna redemptione inuenta; & quidem aptè comparat hæc duo inter se, primum quidem ob sanctitatem, etenim nullus in cælesti patria non sanctus est; nullus qui virtute, & bonis operibus non fuerit hic præditus, ciuitatem illam ingredietur; quare meritò Sancta Sanctorum domus illa vocari potest. Deinde quemadmodum quadratus erat locus ille templi, ita & de cælesti ciuitate Apocal. 21. 16. legimus: *ciuitas (cælestis) in quadro posita est. Sedebat D E V S super Cherubim in adyto illo templi, at in cælis in longè sublimiori folio confidet innumeris Angelorum millibus stipatus. Quartò, quod magis, ac magis timendum est, erat domus illa interior, quæ Sancta Sanctorum dicebatur, paulò angustior, quam exterior; ut ea re significaretur multos esse vocatos, paucos verò electos, quamuis enim verè dixerit Baruch. 3. 24. 25. *Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! magnus, & non habens finem; excelsus, & immensus.***

C si tamen homines eos qui saluandi sunt spectes, & cum ijs, qui in tartarum detrudendi erunt, conferas, verè dixeris angustiozem hac ratione futuram esse ciuitatem illam. respectu enim damnatorum, paucos capiet homines, quamuis selectos eos & amplissimis virtutibus, & præclaris donis ornatos, quiq; cælestem in terris duxere vitam. Iam verò quod ad rem nostram facit, erant veteris oraculi ostia ex oliuarum lignis; vbi insculpti, qua cherubim, qua palmæ; id quod profundo non vacat mysterio. tria enim his non obscure significantur, necessaria omnino, ut quis Sancta Sanctorum cælestia ingrediat, quæ per oliuam, Cherubim, & palmam indicantur. refert enim oliua misericordiam, & caritatis opera; Cherubim verò vitam indicat Angelorum debere eos in terris ducere, & ab omni labis cõcretionem semotam, qui cupiunt loca illa possidere; neq; enim pecudum more viuendum est; denique palmæ sui victoriam, & vitiorum conculcationem aptè indicant; vndè factum est ut sancti palmas habere à

Ioanne

3.
Terrena &
fl. x. a d. spicienda, &
suspicienda
ad superna.

4.
Desiderium
bonum operibus caris,
vacuum est
& inane.

Ioannē describantur in manibus; quia sine affiduo operandi labore, & sudore maximo ea victoria non obtingat.

6. Quis iturus in remotissimas regiones ut ibi vitam degat, non omni curaret studio ibidem domū sibi ædificare? cum ergo nobis eò proficiscendum sit ubi non mortalem traducturi sumus vitam, sed in omnem planè æternitatem mansuri, cur non inducimus in animum, domum nobis ibi quàm maximè insignem parare? quod facillè fieri à nobis poterit, si pretiosis bonorum operum lapidibus illuc transferendis peculiarem operam impenderimus. longè aliter quàm ij faciunt; qui, cum breui ex hac vita excedere debeant, magnis laboribus, summis impensis studiosissimè curant, hinc sibi palatia ædificare, parare hortos pulcherrimè confitos, atque ijs, alijsque rebus citò interituris, popularem auram, atque hominum plausum captare student.

Cedo, si quis in Persidem iturus ut eam modò videret, statimque regrederetur ad propria, iuberet ibi tamen ædificari sibi domum multò fulgentem auro, ac gemmis ornata; an non tibi iste amens iure videatur? huic similes, & peiores etiam sunt, qui posthabita rerum cælestium cura, in id incumbunt, eoque toti feruntur, ut hic commodè, voluptuoseque viuant, quasi perpetuò in terris victuri. quantò sapientius ille cogitabat, de quo Diuus Gregorius libro quarto Dialog. cap. trigesimo sexto, narrat; quidam ostensam fuisse domum, quam laterculis quidam aureis, & pretiosis lapidibus, hoc est, elemosynis & bonis operibus sibi ædificabat in amœnis & apricis locis per manus eorum, in quos contulerat beneficia.

7.
Gloria laboris filia.

Præclarè sanè mihi AEschylus hac de re sensisse videtur, dum teste Clemente Alexandrino Quarto Stromatum gloriam laboris filiam appellauit. quare si fluxa hæc gloria, & terrestris, labore paranda est, ut sapientissimè ille testatus est, quantò quæso maiore labore contendendum nobis erit, ut cælestem illam assequamur, præ qua labor omnis, quamuis magnus, quavis diuturnus, momentaneus, ac leuis est, cum immensum gloriæ pondus operetur in nobis?

Postremò quod hæcenus multis ostendimus, vna Christi sententia, quæ instar omnium est quæ dici possent, sic confirmemus. Cum enim vellet ille nos ad ardens bonorum operum studium accendere, atque inflammare, quasi ob oculos posuit, quid ad extremum iudicij diem euenturū sit illis, qui bonis operibus destituti diem obiere supremum, & quantò item honore afficiendi sint, qui se in bonis operibus exercuerunt; ijs enim dicit: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, Matth. vigesimo quinto, trigesimo quarto, quamobrem? esurius enim, & dedistis mihi manducare. & quæ sequuntur reliqua: illis verò horribili sanè aspectu dicit; discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Cur ita? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui & non dedistis mihi potum, &cæt. at-

A que rem totam hanc absoluens subdit, & ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. tertium restabat ex his quæ diximus ad Beatitudinis consecutionem esse necessaria; nimirum tolerantia, sed hoc nè longiores simus in sequentem Digressionem reiiciamus.

DIGRESSIO VII. MORALIS

De tertia re, quæ necessaria est ut beatitudinis participes simus, hoc est, de tolerantia persecutionum & tribulationum.

B CVM dixerit Apostolus futurum esse Deum beatis omnia in omnibus. quærit Augustin. sermone decimo sexto, de verbis Apostoli: quid est omnia? quidquid hic quærebas, quidquid hic pro magno habebas, ipse tibi erit: quidquid hic volebas, quidquid hic amabas, manducare, & bibere, ipse tibi erit cibus, ipse tibi erit & potus: quidquid hic volebas, sanitatem corporis fragilem, transcurrentem, ipse tibi immortalitas erit. diuitias amabas? Auare, quid enim tibi sufficit si Deus ipse non sufficit? sed quid amabas? gloriam, honores? Deus tibi erit gloria, cui & modò dicitur, gloria mea, & exaltans caput meum. iam enim exaltauit caput meum. Caput nostrum Christus est. sed quia miraris quia caput, & cætera membra exaltabuntur, tunc erit Deus omnia in omnibus. sic Augustinus. Liqueat igitur ex his quæ cum Apost. Augustinus testatur, Deum ipsum omnia bona cumulatisimè futurum esse in omnibus Beatis, si ergò satiari vis, Deum quære.

1.
Beatis Deus erit omnia, & quid hoc sit.

Iam si scisciteris quomodo hoc bonum assequi possis, in promptu est responso, non aliter quàm malis nimirum tolerandis. sic enim decreuit Deus non alij seipsum hoc est omne bonum tradere, nisi ei, qui multis hic propter ipsum malis oppressus, cuncta æquo animo tolerarit. neque enim in sanctam illam Hierusalem quemquam asciscet, nisi hic prius multis probatus fuerit tribulationibus. propterea probat Deus suos, vel ut aurum in fornace, vel ut triticum in area, vel ut vnam in torculari. dum autem sic suos exercet ut illustriores, lucidioreque efficiat, utitur sæpè Deus opera malorum hominum, hoc est, permittit malos bonos persequi, quam rem Augustinus egregiè docet sermone ducentesimo quinquagesimo quarto de tempore, simul explicans primam illam similitudinem auri in fornace: quid faciunt, inquit, in hoc mundo homines mali? Responde mihi, in fornace Aurificis palea quid facit? puto ibi non esse sine causa paleam ubi aurum purgatur. Videamus quæ ibi sint omnia. fornax est, palea est, aurum est, ignis est, artifex est. sed illa tria, palea, aurum, ignis in fornace; artifex ad fornacem. attende etiam istum mundum. mundus fornax est: palea, homines mali: aurum, homines boni, ignis, tribulatio; artifex, Deus. attende & vide, aurum non purgatur si palea non vratur. quibus Augustini verbis satis constare arbitror, malos quidam persequi bonos, verum

2.
Patientia acquiritur beatitudo.

Mundus fornax est.

tanquam

tanquam paleas. sed dum iustos tanquam aurum vrunt, & ipsi vruntur, & iustos auro fulgentiores efficiunt; & ut idem ait Augustinus, *sub manu tanti artificis auri mica in magna palea perire non potest. noli timere, tantus est Artifex ut purgare possit, perdere non possit.* Subdit August. *nec mihi volo dicas, saltem si necesse esset propter exercitationem nostram ut essent mali, pauci essent mali, & boni multi essent. non attendis quia si pauci essent multi non nocerent? utique si multi boni essent, & pauci mali, utique pauci mali multi boni nocere non auderent. si non auderent, non exercerent. nunc verò quia multi sunt mali, laboratur à paucis bonis inter multos malos. & cum laboratur, sudatur, & cum sudatur, aurum purgatur.*

Sed deficientum non est in tribulatione. Etenim ut idem ait, *si defeceris, peris in palea, & si peris in palea, aurum non eras, sed aurum te esse fingebas.* hanc exercitationem per ignem, & paleam optabat Dauid ut aurum fieret, sic enim orat Psalmo vigesimo quinto, *proba me Domine, & tenta me, vte renes meos, & cor meum.* Vide, ait Augustinus, *aurum, vide vocem auri. purgari cupit. non times, & Dauid, ne in igne deficias? non, inquit, quare? quia misericordia tua ante oculos meos est.* Ecce quare securus dico, *proba me Domine. qui mihi, inquit, donasti ut aurum probatum essem, in fornace perire permittis? prorsus mittis purgandum, ejus purgatum.* verum quod accidit illi, idem & alijs eueniet postquam probati fuerint: *probasti, inquit Dauid Psalmo decimo sexto, cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas,* hoc ergo auro caelestis ciuitas aedificatur.

Iterum iste mundus non fornax modò, sed area est, in qua iusti ut triticum trituantur. in tritura, Augustinus ait, *positus es, area tritatur adhuc, gemit in area, ut gaudeas in horreo,* cum scilicet caelestis Agricola, Luc. 3. *purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleam autem comburet igni inextinguibili.*

Postremo in Ecclesia es ut in torculari; quid est ut in torculari? ait Augustinus Psalmo quinquagesimo quinto, *in pressuris. sed in torculari fructuosa pressura est. Vna in vite pressuram non sentit, integra videtur, sed nihil inde manat: nutitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria videtur fieri vna: sed ista iniuria sterilis non est. imò si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret.* clamat Dauid Psalmo quinquagesimo quinto, *miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo.* clama contra Diabolum, & tu cum illo dum te premit homo. *sed noli timere si te conculcauit homo. vinum habeto, vna factus es, ut calcetur, sed tuo bono conculcabere si patiens eris. Primus botrus in torculari pressus est Christus. Cum ille botrus passione expressus est, manauit illud, vnde calix inebrians, quam praeclarus est. si putas te non habere tribulationes nondum cepisti esse Christianus, inquit paulò post Augustin. in eundem Psalmum, & ubi est vox Apostoli: omnes qui pie volunt viuere in Christo IESV persecutiones patiuntur, secundo ad Timoth. 3. 2. si ergo non pateris pro Christo vllam tribulationem, vide ne nondum ceperis in Christo pie viuere. Ingressus es torcular, prepara te ad pressuras. sed noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat.*

Intelligis arbitrò quicumque caelestem co-

gitas Hierusalé, non te posse eò peruenire nisi per tribulationes, & hanc esse viam, & angustam portam, quae ducit ad vitam. ciuitas enim illa muros habet ex auro mundo, & lapidibus pretiosis exedificatos. nisi ergo euaseris aurum in fornace mundum, non eris lapis aptus, & idoneus ad superam illam extruendam ciuitatem. Iterum est ciuitas illa amplissimum Dei omnipotentis horreum, sed illuc non congregaberis nisi triticum sis prius hic in area purgatum; denique cella est vinaria quare nisi còpressus ut vna optimum vinum efficiaris, dignus non eris, ut in caelestes apothecas recondaris.

Possumus & eandem tolerantiam, & patientiam quam haecenus ostendimus esse necessariam ad aeternam gloriam adipiscendam, ex figura domus Dei quam Salomon aedificauit, indicare. sic enim 3. Reg. cap. 6. 7. scriptum est, *domus cum aedificaretur de lapidibus dolatis, atque perfectis aedificata est; malleus & securus, & omne ferramentum non sunt audita in domo Domini cum aedificaretur.* caelestem illam Beatorum sedem domo illa Salomonis repraesentari, ea, quae paulò superius Digress. 2. num. 2. diximus aperte declarant.

Itaque quemadmodum templum Salomonis de lapidibus dolatis, atque perfectis aedificatum est, ita multò magis credere debemus caeleste illud domicilium non alijs quam politis lapidibus, atque perfectis aedificandum esse. sic Ecclesia Dei lumine illustrata verè canit: *tunsonibus, pressuris, expoliti lapides, suis captantur loci per manus artificis;* neque enim aliter poliri lapides possunt nisi pressurarum, & persecutionum tunsonibus. Non exaudiebatur malleus & securus cum domus illa Salomonis extrueretur, & neque in caelesti illa, ac per iucunda domo aliud audietur quam laetitiae cantus. Non ibi superbae tyrannorum minae, non ministrorum clamor, non persequentium strepitus percipientur, non poenitentiae sonitus, non gemitus resonabit, non erumpent lacrymae, non verberum cruciatus, non membrorum dilaniatio videbitur: omnia laeta, iucunda omnia erunt. Vox iubilantium Beatorum, gratiarum actio, amcenissimus melodiae concentus vndique resonabit. hic enim prius dolandi, ac poliendi sunt lapides, malleis, & securibus, & omni ferramentorum genere, ut sic aptè inter se postea cohæreant.

Narrant Hebraei cuiusdam sanguine vermiculi, quem illi *thimir* vocant aspersos, vnde solue fuisse lapides templi Salomonici, & huius sanguinis virtute factum esse, ut nullo sonitu, nullo strepitu pollerentur. figmentum hoc est, continet tamen verissimum aliquod, certissimumque arcanum. Christum *vermem* nominari scimus, *ega enim, inquit, sum vermis, & non homo,* huius ergo sanguine tincti martyres, huius merito consignati, & aspersi omnes caeli ciues, æquo animo sine obmurmurationis strepitu, vel impatiète clamore dolati, ac perpoliti sunt, ut merito in illos quadrent illa: *caduntur gladijs more bidentium. non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia conseruat patientiam.* Itaque quod atinet ad ipsos martyres nullus

audieba-

3. Perseuerantia in patientia malis necessaria.

4. Mundus area est triturationis.

5. Ecclesia torcular est.

6.

7.

Sij lapides dolati.

8. Rabbiiorum figmentum proposita materia aptè accommodatum.

audiebatur querimoniam sonitus; quamvis à tyrannis, ac persecutoribus magni fierent strepitus, & clamores audirentur cruciatuum, & suppliciorum, quibus tamen illi tundeantur, & poliebantur.

9. Omnino patientia, & tolerantia enitendum nobis est, ut viam ad sempiternam gloriae coronam muniamus. celeberrima olim fuit illa Epicteti Philosophi Stoici sententia, ἀνὴρ καὶ ἀρετὴν sustine, & abstine. quod dictum tanquam à Domino nobis commendatum Augustinus pluribus profequitur serm. 245. de tempore, ubi sic scribit: duo sunt quae in hac vita veluti laboriosa praecipiantur à Domino continere, & sustinere; iubemur enim continere ab his quae in mundo dicuntur bona; & sustinere quae in hoc mundo abundant mala. illa continentia, ista sustinentia vocatur. duae virtutes quae mundant animam, & capacem faciunt diuinitatis. Et paulò post: ut autem est continentia felicitati mundi non credere, ita sustinentia est iniquitati mundi non cedere. siue ergo in affluentia rerum sumus, siue in angustia, expectandus est Dominus; qui & quod verè bonum, & suauè est det, & quod verè malum est, auertat à nobis. sic August.

10. Tria ad salutem necessaria, desiderium, opera, patientia.

Ex his ergò quae tum hac, tum praecedenti Digressione diximus satis arbitror ostendisse nos, tria nobis iter ad caelestem gloriam maxime aperire; desiderium, & quidem vehemens eius acquirendae; mox honestas operationes; denique promptam omnium malorum tolerantiam, quae tria accuratissimè simul, & sapientissimè còplexus est August. de verbis Domini serm. 39. quid est, inquit, lumbos accinctos esse? declina à malo. quid est lucernas ardentes habere? hoc est, & fac bonum. quid est quod adiunxit, & ait, & vos similes estote hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptiis, nisi quod in illo Psalm. sequitur; inquire pacem, & persequere eam? haec tria, hoc est, abstinentia à malo; & operatio boni; & spes praemij aeterni commemorata sunt in Actibus Apostolorum, ubi scriptum est cap. 24. quia docebat eos Paulus de continentia, de iustitia, & spe vitae aeternae. Ad continentiam pertinet, sint lumbi vestri accincti; ad iustitiam pertinet, & lucerna ardentes; ad expectationem Domini pertinet spes vitae aeternae. ergò declina à malo, haec est continentia, hi sunt lumbi accincti. & fac bonum, haec est iustitia, haec sunt lucernae ardentes. quare pacem, & sequere eam: haec est expectatio futuri saeculi. ergo similes estote hominibus expectantibus Dominum suum quando veniet à nuptiis. sic August. Nomine autem continentiae, vel recessus à malo, vel praecinctorum lumborum, quorum meminit, patientia continetur, & tolerantia; omnia enim subeunda potius quam ut quis in malum incidat, vel voluptatibus, vel bonis mundi huius cedat. facere verò bonum, lucernas habere in manibus, & iustitia, opera bona insinuant. Postremò expectatio gloriae, quærere pacem, & Domini aduentum praestolari, desiderium declarant speratae beatitudinis. omnino ergo tria sunt necessaria ad adoptionem gloriae, eius potiundae desiderium, bona opera, & patientia. Sed de his haec tenens.

A

DIGRESSIO VIII.

MORALIS.

De persecutionum vtilitate, & patientia, In ver. 10. Beati qui persecutionem patiuntur.

B

TERTULLIANVS libro de patientia cap. II. nullam esse testatur perfectam virtutem quae non habeat comitem patientiam. itaque in omnibus beatitudinibus quas Christus hoc cap. enumeravit, patientiam quoque intelligendam esse. Quos, inquit, felices Dominus, nisi patientes nuncupavit, dicendo: beati pauperes spiritu, illorum enim est regnum caelorum: nullus profectò spiritu pauper nisi humilis; quis autem humilis nisi patiens, quia nemo subicere sese potest, sine prima patientia subiectionis ipsius. beati, inquit, stantes, atque lugentes: quis talia sine patientia tolerat? beati mites: hoc quidem vocabulo impatientes non licet omnino censeri. Item cum pacificos eodem titulo felicitatis notat, & filios Dei nuncupat, nunquid impatientes, pacis affines? stultus haec senserit. Cum verò gaudete & exultate dicit, quoties vos maledicent, & persequuntur, merces enim vestra plurima in caelo; id vtique exultationis non impatientia pollicetur, quia nemo in aduersis exultabit, nisi ante ea contempserit, nemo contemnet, nisi patientiam gesserit. tanta Tertullianus.

1. Nulla virtus sine patientia.

C

Cap. item 12. idem auctor docet: thesaurum charitatis disciplina patientiae contineri, & ipsam charitatem à patientia, tanquam à magistra quodammodo erudiri: expendens enim locum illum Pauli 1. ad Corinth. 23. 4. Caritas patiens est, &c. sic ait: dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus Sancti Spiritus commendat; cuius nisi patientiae disciplinis eruditor? Dilectio, inquit, magnanimis est, ita patientiam sumit; benefica est, malum patientia non facit; non aemulatur, id quidem patientiae proprium est; nec proteruum sapit, modestiam de patientia traxit; non inflatur, non proteruit, non enim ad patientiam pertinet; nec sua requirit, suffert sua, dum alteri profit, nec incitatur.

2.

D

Cæterum quid impatientiae reliquisset? idedò, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat; vtique quia patiens: & quidem merito; nam charitas si magna, instar ignis, tribulationis flatu magis inflammatur, ac perficitur. quo referri potest illud Psalmi 9. 23. dum superbit impius (persequendo) incenditur pauper, quasi per antiperistatim ipsa persequutione, ardentissimo charitatis igne in Deum succenditur, quae est interpretatio Magistri Sentent. ad quod etiam accommodare possumus illud Isai. 54. 16. ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, faber enim sufflas prunas est persecutor, qui ipso persequutionis flatu virtutes Sanctorum sufflat, & ardere magis facit, quin & sufflando eis coronas gloriae fabricatur.

3.

Itaque tribulatio, & persequutio operatur cum ceteras virtutes, tum patientiam in primis iuxta illud Apost. ad Rom. tribulatio patientiam operatur. Nam ut notat ibi Vgo Card. patientia est veluti terra fructifera, quae tribulatio ope-

4. Patientia terra fructifera.

ratur,

ratur, id est, arbor colit exercet, ut fructum ferat meritorium: quo sensu dicitur Genes. 2. 15. positum fuisse Adam in paradiso terrestri, ut operaretur illum. libenter igitur excipienda est quævis tribulatio, & persecutio tanquam diligens agricola ad exercendam & fecundandam terram patientiæ nostræ.

Cæterum præter hæc commoda, quæ secum affert persecutio, illud non minus illustre censendum est, quod lapis Lydius sit, ad quem fides, & patientia probantur, quod ostendit Ioan. Apocalyp. 13. 10. dum ait; *hic est patientia, & fides Sanctorum*, quasi dicat, ad huiusmodi lapidem probatur fides, & patientia Sanctorum, quod præcipue verum erit alienissimis illis sub Antichristo temporibus.

Ecclesiast. 27. 6. sic legimus: *vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulationis*. Quod Apostol. exemplo illustrare possumus: constat enim planè decocta, ac persecutionis igne vasa quædam durata Apostolos fuisse, vel illis Diui Pauli verbis secundæ ad Corinthios 4. 7. *habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. in omnibus persecutionem patimur, sed non angustiatur: aperiatur, sed non destitui-mur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deijcitur, sed non perimus*, quasi dicat, licet vasa fictilia simus, & veluti ex altissimis turribus a persecutoribus deiiciamur, nulla ex parte frangimur, quia tribulationum, & diuinæ charitatis igne decocta, atque durata frangi, dissiparique non possunt, Deo nos conseruante, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.

DIGRESSIO IX. MORALIS

In vers. 13. *Vos istis Sal terræ.*

Vetus sententia est, teste Cælio Rhodigino lib. 6. cap. 1. à celeberrimis vtriusque linguæ auctoribus literis commendata, totis corporibus nihil esse vtilius sale, ac sole: Sed multò certè verius est nihil esse magis salutare, magisque accommodatum animis nostris sale item, & sole Apostolico, Sapientia, nimirum, Euangelij, quo totum terrarum orbem impleuere Apostoli; condit enim multò felicius, astringit, siccatur, alligat, & putrescentia animorum vulnera sanat, & omnem planè peccati putredinem longè depellit. deindè etiam eiusdem Apostolicæ sapientiæ fulgor crassissimas, terribilissimasque mundi tenebras, illata veritatis luce, dispellit. meritò igitur Dominus discipulos suos salem terræ, & lucem mundi esse voluit, dum illos ad condiendos, illustrandosque homines in mundum misit; sciebat enim putridos esse, atque insulos hominum mores, mundumque densissimis tenebris obrutum, sepultumque iacere. non erit igitur ab re si Prælatos Ecclesiæ sali primùm, mox soli, id est, luci similes esse oportere, breuiter declaremus, accersitis hinc præcipuis salis proprietatibus, quarum priore loco numerari poterit illa, quod sal cibus alioqui insipidis, iucun-

A dus, ac perfructuosus sapor addatur: quod spiritualiter efficere, Prælatorum & Doctorum Ecclesiæ munus est.

Enimuerò si rectè teneamus id, quod Genes. 3. 14. serpenti dictum est, *terram comedes*, non dubitabimus mysticè saltem insulos peccatorum animos terræ nomine intelligere. sic enim Augustinus lib. de Agone Christiano cap. 2. affirmavit hæc Genes. verba exponens: *Datus est, inquit, in cibum Diabolo peccator. non sumus terra, si nolumus manducari à serpente, sicut enim quod manducamus nostrum in corpus conuertimus, ut cibus ipse secundum corpus, hoc efficiatur, quod nos sumus: sic malis moribus per nequitiam & superbiam, & impietatem hoc efficitur quisque quod diabolus est, id est, similis eius: & subijcitur ei, sicut subijcitur nobis corpus nostrum, & hoc est, quod dicitur, manducari à serpente*. Ut ergo de insipido Diaboli cibo euaderet peccator in cibum Dei sapidum, misit Deus Apostolos in mundum, qui sale Euangelicæ prædicationis insulsa hominum pectora condirent, & idè iure salem illos terræ vocauit.

B Quæ in re mihi declarasse videtur Christus id quod olim per Eliseum obscure significauerat. ingressus aliquandò Eliseus fuerat ciuitatem Iericho, cuius aquæ, quoniam salæ, amaræ, pessimæ erant, minimè potui aptæ habebantur, & verò etiam terræ ipsius fertilitati oberant. Quare audito Prophetæ Elisei aduentu, qui eam urbem incolebant, aquarumque salubrium inopia laborabant, ipsum adiuere, & remedium huic incommodo, si quod posset afferri magnis precibus petiere. sic etenim 4. Regum 2. 19. legimus illos Eliseo dixisse: *Eccè habitatio ciuitatis huius optima est, &c. sed aqua pessima sunt, & terra sterilis*. tunc Eliseus; *afferte, inquit, mihi vas nouum, & mitte in illud sal. quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum misit in illum sal*, quo actum est ut quæ prius aquæ amaræ erant & pessimæ, confectim suauis, dulces, & ad potandum idoneæ efficerentur. Erant tribulationum aquæ hominibus antequam Christus in terram veniret, amaræ, insulsa; & quas cuiusuis hominum gustatus non fugeret modò, sed abhorreret. Venit Christus, & Apostolos tanquam noua quædam, & affabre elaborata ab ipso vasa, iniecto in illos diuinæ sapientiæ sale, misit in mundum amarissimis tribulationum aquis oppletum, qui suauis cælestis sapientiæ sale easdem amarissimas persecutionum, & cruciatuum vndas in suauissimas conuerterent. hinc non sine ingenti fidelium admiratione factum est, ut, quæ prius mala abhorrebant homines, summo postea desiderio, obuijsque vniuersis pro Christi nomine exciperent, & amplecterentur. Hactenus Christi sapientiam, hoc est, sapidam doctrinam sali cõparauimus, & quonam modo tum peccatores, tum tribulationes, cibos alioqui insulos, sapidos reddat, paucis ostendimus. Iam conabor idem salis nomen charitati tribuere:

C Scio salem hinc passim pro sapientia ab interpretibus accipi, & meritò sanè. sed neque ij negant, neque nos absurdè censèbimus salem charitatem, & amorem Prælatorum erga sibi

committas

5. Persecutio lapis Lydius.

6. Apostoli vasa decocta.

1. Sale & sole Apostolica doctrina nihil vtilius.

Tribulatio ante Christi aduentum amara, postea dulcis.

4. Sal sapientiam & charitatem significat.

commiffas animas etiam significare poffe, quam nemo dubitat infulfa omnia Deo grata reddere, ac periucunda. Conftat fanè] graui plurium auctorum testimonio, falem amoris effe Symbolum, qua de re Pier. libr. tertio titulo: Amicitia firma; præter alia, quæ de fale affirmat, hoc ponit; falem amicitiaẽ symbolum fuiſſe durationis gratia; tritumque eſt illud, prouerbij loco, *non oportere transgredi falem*, hoc eſt, amicitiaẽ iura, quæ fale conciliantur; & teſtatur Cicero, multos modios falis eſſe ſimul edendos, vt amicitiaẽ munus expletum ſit. quare Deus, vt Petrus Cluniaceniſis libro quinto, epiſtol. decimaſexta, doctè obſeruauit, non ſine cauſſa Leuit. ſecundo, 13. præcepit: *quidquid obtuleris ſacrificij fale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. in omni oblatione tua offeres ſal*; nam qui in lege ſua nullum ſacrificium ſine fale ſuſcipit, nullum munus ſine charitate ſibi placere oſtendit, ſine qua omnia inſipida, infulfa, amara ſint oportet.

Cùm igitur ſal amoris ſymbolum ſit, quid miramur ſi Chriſtus Apoſtolos ſuos *ſalem* nominat; voluit enim ſignificare, quod quemadmodum ſibi Apoſtoli, eorumque ſucceſſores in Eccleſiaẽ curam, ac regimen ſuccedebat, ita in amoris, ac charitatis hereditatẽ ſuccedere deberent. propterea hic, *vos eſtis*, inquit, *ſal terra.* & Marc. 9. *habete in vobis ſal*; ſciebat, nimirum, quantoperè Eccleſiaẽ rectoribus, atque Prælatiſ charitas non modò vtilis, verùm etiam neceſſaria eſſet ad ouium curam, ſalutemque omni ſtudio procurandam, & ad ſuaues, iucundaque reddendas omnes moleſtias, perſecutiones, & laſitudines mentis, & corporis defatigationes, quæ in procuranda hominum ſalute contingunt; vt meritò proinde ſal amoris ſymbolum ſit, eiufdemque falis naturam, & conditionem referat in condiendis cibus.

Cæterùm quàm neceſſarius ſit diuinæ charitatis ſal futuris Eccleſiaẽ Prælatiſ, eſt alia deeſſent indicia, vnum illud fatiſ eſſet, quod in Petro oſtenſum fuit. cùm enim decreuiſſet illum CHRISTVS Dominus in totius Eccleſiaẽ præfulẽ eligere, rectorẽque conſtituere; antequam hinc diſcederet ad Patrem, vt teſtatum omnibus relinqueret, idoneum ad Eccleſiaẽ gubernacula moderanda, fore neminem, qui amoris, & caritatis ſale deſtitutus eſſet, coram cæteris diſcipulis, qui tunc aderant, ter Petrum compellat, & quaſi illum examinare, & quaſi ponderare volens ſic interrogat, *Simon Ioannis diligis me plus his?* cumque ille non ſemel reſpondiſſet, *tu ſcis Domine quia amo te*: ſubiecit CHRISTVS, *paſce oues meas*, illumque ſic examinatum, cæteris omnibus præfecit, ac totius Eccleſiaẽ caput conſtituit. vbi non indiligenter obſeruandum eſt, non interrogaiſſe Chriſtum tantum, num ſe Petrus diligeret, ſed initio ſtatim adieciſſe, num plus cæteris diligeret; quod Petrus proculdubiò de ſe fateri ſine temeritate non poterat, neque enim quæ aliorum merita, quæ cordis ſecreta eſſent penetrabat; nimirum, ſic volebat CHRISTVS oſtendere, eum,

A qui alijs præficiendus eſſet, p etiam cæteris amare debere.

Et quamuis id de ſe Petrus fateri verbis non ſit auſus, oſtendit tamen aliquando factis. eſt enim hæc non obſcura amoris proprietates, vt tanquam pondus amantem ad amatum pertrahat, ei que tandem iucundiſſimè copulet. hinc Auguſtinus, *amor*, inquit, *meus, pondus meum, illo feror, quocumque feror*. vnde fit vt quantò maius eſt amoris pondus, tantò maiore impetu, ad rem, quam amat, feratur. & hoc præ cæteris ſuo exemplo oſtendit Petrus; cùm vidiffet enim nocte illa, qua grauiter tempeſtate iactati medijs maris Galilææ fluctibus fuerant Apoſtoli, Chriſtum ſuper vndas ambulantem, amicam Chriſti vocem præſentiens, cæteris timore exanimatis, ipſe moræ impatiens conſeſtim rogat; *Domine ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas*, & facta ſibi à Chriſto poteſtate, ilicò deſcendit in mare, & ambulabat ſuper aquam vt veniret ad IESVM; & ô incredibilem vim amaris! quamuis naturæ timore correptus mergi ſe videret, amoris tamen magnitudine, & deſiderio accedendi ad Chriſtum, quanta poterat charitatis vi contendens clamauit dicens: *Domine ſaluum me fac*; factumque eſt vt ſuperato corporis pondere, vicerit Chriſti amor, quo tanquam nobiliores, ac ſuperiore pondere delatus, tandem Chriſti, quem ſummoperè optabat, pedes lætus attingit, meliore amoris pondere, pondus corporis exſuperante; cùm extendens manum IESVS apprehendit eum, & ſuo lateri adiũxit lege cap. decimumquartũ Matthæi, idẽque iterum accidit Petro, cùm à Ioanne audiſſet, Dominum eſſe eum, qui viſebatur ad littus capta iam magna piſcium multitudine; proiecit enim ſe Petrus in mare, cæteris poſtea remorum auxilio venientibus, quæ omnia oſtèdunt quantus eſſet Petri amor in Chriſtum, & quantum præ cæteris in illum charitatis impetu ferretur.

Vt verò clariùs adhuc amoris neceſſitatem ſummam in Prælatiſ agnoſcas meminiffe oportet: proditum eſſe memoriaẽ 3. Regum 7. 27. baſes illas æneas, in quibus lutheres illi ſtatuebantur in templo Salomonis inter coronulas, & plectras, tria hæc continuiſſe inſculpta, leones, & boues, & Cherubim.

D Equidem arbitror dubitare neminem inſtar baſium eſſe in Eccleſia Prælatos, ac Doctores, cùm ſuſtentare habeant populos ſuæ curæ commiſſos, ergò rectè cenſebimus ſi per illa tria, quæ inſculpta erant prædictis baſibus, intelligi dicamus, tres virtutes, quibus ad ſuffulciendum, ſuſtentandumque Eccleſiaẽ pondus ij ornari debent, tanquam Eccleſiaẽ Baſes quædam, qui alios docent, vel Eccleſiaẽ præſunt, nimirum, ſapientiam, fortitudinem, & perſeuerantem laborum tolerantiam, quarum prima per Cherubim, altera per leonem, tertia per bouem rectè ſignificatur.

Has porrò virtutes etiam Cicer. pro lege Manilia Imperatori neceſſarias omninò cenſet: *Hæ ſunt virtutes*, inquit, *Imperatoria, labor in negotijs*, en bouem, *fortitudo in periculis*,

en leo-

6.
Petri charitas.

7.

Prælati baſes Eccleſia.

quibus virtutibus ornari debent.

5.
Salis, id eſt, charitatis neceſſitas.

en leonem, quid enim fortius leone, Iud. decimo quarto, industria in agendo, en tibi sapientiam per Cherubim designatam. & hæc quidem sapientia in reliquis duabus virtutibus. patientia videlicet, & fortitudine elucere debet, non tamen sola, sed cum voluntate ad patiendum coniuncta, & fortiter prompta; quam sapientiam sola secum charitas, habere potest; nam illa sapientia, quæ neque fortis est, neque laboris patiens, parum ad rem nostram facit. De reliquis ergo duabus virtutibus dicamus, ac quomodo à charitate pendeant paucis declaremus, nam si has teneamus, cum charitate etiam sapientiam tenebimus.

8.

Iacob Patriarcha charitatis & patientia exemplar.

Principiò amoris indefessus labor Iacob Patriarchæ exemplo apprimè declaratur. vehementer ille diligebat Rachel, & quidem ad eò, vt præ amoris magnitudine, viderentur ei pauca fuisse dies illi, quibus per quatuordecim annos seruietat Laban. quò quidem tempore, quot, quantaque incommoda passus fuerit ipse de se testatur, Genes. 31. 40. *diu noctuq; astu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Entibi quantæ sint amoris vires ad patientiam, & diligentem laborum perpersionem, vt verissimum sit illud Gilberti Abbatis serm. 26. in Cantica; *charitati innatam esse sollicitudinem quandam, & quod apostolus ait, nunquam esse charitatem ociosam;* sed nihil hac in parte clariùs afferri potest exemplo CHRISTI Domini, qui cum tantoperè discipulos suos diligeret, ea nocte, qua cum ipsis erat in horto, quando ter Patrem non sine lacrymis, & sanguinis sudore orauit, non semel tantum, sed iterùm ac tertio venit ad discipulos suos magnam illorum gerens curam, ne in laqueum, & tentationem Diaboli inciderent. quo vel vno exemplo non obscurè discimus quantas vires habeat charitas ad sollicitè præcauenda mala, ad folerter, sagaciterque procuranda ea, quæ ad salutem siue nostram, siue aliorum necessaria sunt. neque enim cessat vnquam amor, ni prius ad quæ magno impetu fertur, bona assequatur. est ergò verissimum charitatem necessariam esse Prælati, quorum propria est sollicitudo Ecclesiarum, cum hæc sine illa vel stare, vel perseverare non possit.

9.

Prælati boues.

Et hæc quidem satis ostendunt Prælatos boues esse debere, id est industrios, & laboriosos. sed præterea pro virili contendendum est illis, vt leonis etiam fortitudinem, laborum tolerantia, ac sollicitudini addant, quod non alia ratione comodius assequantur, quam si augendæ charitati magis ac magis studeant. illa enim est quæ fortes, & intrepidus ad ad eunda pericula cum opus est, atque infractos efficit.

Ad rem hanc confirmandam satis sunt ea, quæ de charitate scribit Apostol. 1. ad Corint. cap. 13. *charitas omnia suffert, omnia sperat;* præsertim verò quæ ad Roman. 8. scripta leguntur; *quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius.* Et iterum: *certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes,*

A *neque instantia, neq; futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo IESU Domino nostro.*

Quis non rogo, animo caderet, si sibi semper aspera, semper dura ferenda esse videret? si vrgeri se plerumque persecutionibus conspiceret, si in medio periculorum, & cruciatuum se esse ferè quotidie cerneret? atqui hæc omnia, vna charitas non forti modò animo, verùm etiam libentissimo tolerat, & amplectitur, quod satis mihi indicasse videtur sponsa Canticor. 1. 13. dum dixit, *fasciculus myrrha dilectus meus mihi;* Etenim myrrha amara quædam res est, ac proinde dura, & aspera tribulationum significat; ista tamen sponsa tanquam læta, & pericunda amoris sinu complectebatur. Audi Bernardum sermon. 43. in cantica magno charitatis studio flagrantem: *& ego, inquit, fratres ab ineunte mea conuersione, pro aceruo meritorum, quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligere, & inter vbera mea collocare curavi, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei.* Et vide qualiter sponsa fasciculum nominet contraria omnia, quantumuis ardua mala, ac difficilia, imò & impossibilia homini, nimirum, leuia sunt hæc omnia, amanti.

B

Omninò magna opus est Prælati fortitudine, atq; animi magnitudine, sustinere enim ipsi debent quasi humeris totum Ecclesiastici ædificij pondus. *quis enim, inquit Apostol. 2. ad Corinth. 11. infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrer?* præter alia mala, quæ enumerauerat eodem cap. Hanc eandem mihi rem tacitè significasse videtur Samuel, iussu Dei Saulem in primum Israël regem inuncturus: præcepit enim coquo, vt, inuitato ad prandium Sauli, armum ouillum apponeret, quia, videlicet, ei, qui Princeps, & caput est cæterorum futurus, opus est forti, ac valenti armo, hoc est, humero ad multa toleranda, quæ regibus, & prælati contingere solent. hinc est etiam quod Ioiadas 4. Regum 11. diadema vertici Ioas impositurus, *posuit super eum,* vt Scriptura inquit, 4. Reg. 11. 12. *diadema, & testimonium;* nam Regum coronæ, & thiaræ Pontificum onus est impositum obseruationis legis; curare enim debet non modò vt ipse legem seruet, sed etiam vt & cæteri.

C

D

**DIGRESSIO X.
MORALIS.**

Ex proprietatibus salis idem declaratur.

HACTENVS Apostolos, Prælatos, Doctores, tum ratione sapientia, tum ratione charitatis, quæ illis inesse debent salii comparauimus: nunc age idem ex proprietatibus salis quæ præcipuæ sunt efficiamus. Et quidem de prima illa, quod amara dulcia, insulsa sapida reddat, satis dictum Digress. 8. a. num. 2. sed præter hanc alia satis etiam propria salis est proprietas, tergit enim sanguinem, & exsiccat; hinc fit vt vulneribus

10.

11.

Prælati opus est magna fortitudo & animi magnitudine.

12.

Sal vulneribus medetur.

medetur. Quare qui vulnera acceperunt, salem tanquam optimum remedium adhibet, & à putredine referuntur. non est, inquit Osea capit. 4. veritas, & non est scientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaerunt, & sanguis sanguinem tetigit, quasi dicat, madet sanguine tellus. sale igitur opus est, ne penitus putrescat. Vos, inquit CHRISTVS, estis sal terra, quibus verbis tales vult esse Prælatos terrenis, ac scelestis hominibus, qualis vulneribus est sal; iubet enim illos doctrina, exemplo vitæ, candidis moribus, instar salis nunc mordicando, nunc exsiccando, nunc detergendo fluxum sanguinum, id est, peccatorum sistere, & spiritualibus plagis loco medicinæ esse.

2. Possimus ad hanc rem illustrandam, & confirmandam illud Isai. 54. 11. huc accerere: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris. loquitur ibi Dei filius de Ecclesia, eique pollicetur, quod cum carnem induerit sit illam propriis manibus ædificaturus, eiusque lapides ordine collocaturus; fundamenta verò, de quibus Ioannes Apocalyp. 21. Apostoli sunt, de quibus hic ait: & fundabo te in saphiris. hi ergò tanquam Ecclesiæ futuri Antistites, & Doctores rectè Saphiris comparantur: non modò quia regnum, & imperium Saphiro designatur, vt est apud Pierium videre. Et propterea Deus fortassis in montis vertice Iudæis visus est in Saphirino considerare folio, quo se Regem Regum, & Dominum Dominantium declararet; idemque significat Ezech. capit. 1. 26. testatur enim quasi aspectum lapidis Saphiri apparuisse similitudinem throni (DEI) quod rectè quadrat etiam in Prælatos Ecclesiarum Principes; illud ad rem nostram magis facit, Saphiro proprietatem quandam inesse sistendi sanguinem, in quo cum sale lapis iste rectè consentit. vt ergò ostendantur Ecclesiæ præfules, & Doctores, propterea in sublimi loco constitutos esse in Ecclesia, vt Saphiri, atque adeò salis virtutem exerceant sistendo sanguinem peccatorum, & plagis spiritualibus medicinam faciendo, Dei thronus Saphirum repræsentabat.

3. Est & alia salis quædam natura, & conditio, quod in se vtrumque claudit elementum ignis, & aquæ. sic enim, inquit Hilaris; sal est vnum in se continens ignis, & aqua elementum. Itaque si parentes, progenitoresque salis, quinam sint roges, breuiter Respondeo ex igne illum, & aqua nasci, gignitur ex aqua in certum locum collecta, & radijs solaribus tanquam igni exposita. itaque dum hæc duo elementa quandam in se æqualitatem seruant, rectè cum illis agitur, quod si vel ignis non seruata proportione naturæ salis conuenienti excedere velit, atque aquam opprimere, vel contra si aqua velit superare ignem, illum vi sua obruendo, tollitur tunc æqualitas ratione cuius sal iustitiæ symbolum est: vt propterea ad commendandam iustitiæ virtutem factus fuerit adagio locus: salem apponito. quo admonemur, iustitiam, & æquitatem omni adhibendam esse negotio.

Apostoli & alij Sancti Ecclesiæ antistites Saphiris comparantur.

Sale ex igne & aqua nascitur.

A quia ergò Prælati æqualitatem tenentur seruare cum omnibus, & nec fauere magis ditioribus vel principibus, quàm pauperibus, vel obscuro loco natis hominibus, ita vt non iudicent iniquitatem, & faciem peccatoris quærant; ideo rectè sali comparantur, de quo experientia compertum est, quod si in ignem iniiciatur, resiliat ilicò, parentem etiam ipsum quodammodo fugiens, cum tollere æqualitatem vult; alioquin prævaleret ignis, aquamque destrueret, atque adeò æqualitatem tolleret, nisi se sal confestim indè, hoc est, ex igne proriperet. quo docentur Iudices, & Prælati, ne ipsis quidem parentibus cedendum esse, si tollere æqualitatem iustitiæ velint.

B Verum & aliud admirandum est in sale, quod cum in aquam proiicitur non indè resiliat, sed liquefcit tamen, & in aquam soluitur; quo discant Principes, si cessant fauori, vel voluptati, & propterea à recto iustitiæ calle deflectant, defecturos esse aliquando, & veluti in nihilum, vindice Deo, abituros; mollis enim quædam res est aqua, in qua liquefcit sal, vt proindè meritò blanditijs fallacibusque muneribus similis esse queat, quibus sæpè iudicum oculi excæcantur.

Potest & hæc ipsa proprietas salis satis commodè hoc quoque significare; debere iudices etiam pauperes amplecti, & viles à se non excludere homines, dum iustitiæ ratio id exigit, sed amplecti, sed fouere potius eos, qui à potentioribus oppressi iudicis officium implorant.

C Aqua enim cum ad decliua loca fluat, & ad terram quantum potest maximè adhærescat, cui se intimè applicat, semper dum fluit, accommodatè satis ad sui naturam repræsentare poterit humiles, & abiectos, ac infimæ conditionis homines, qui cum externis opibus, & aliorum fauore destituti sint, malè à potentioribus accipiuntur: his ergò præsto esse, ijs auxilio, ope, omni que re adesse debet iudex, & vt ab eis omnem propulset iniuriam, accuratè cauere: sicut sal colliquefcit in aqua, sese in illius interiora insinuans.

D Denique nè longum faciam, etiam illud inest sali, quod cum nihil aliud sit, quàm aqua solis radijs exposita, concocta, & quantum satis est concreta, duobus his, aqua nimirum & sole docet primùm qua perueniendum sit via ad summas dignitates, præsertim verò ad Ecclesiæ cathedras; deindè verò cuius auxilio, quibusque artibus in eis perseuerandum sit, ac proficiendum. Salis namque natura ratione aquæ, quæ per humilia serpit, terræque inhærens, vt paulò antè dixi nu. 4. sese eidem quantum potest inter fluendum accommodat; humilitatem aptè satis designat, per quam patere aditus debet ad Ecclesiasticas præsertim dignitates. quod vel illo Christi testimonio comprobatur, Matth. 20. quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester Mmister; & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus; quod suo etiam exemplo abundè docuit Philipp. 2. humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem,

quomodo perueniendi ad dignitates.

mortem

mortem autem crucis; statimque subditur: propter quod & Deus exaltauit illū. hæc enim est regia ad dignitatis culmen via, & præter eam alia nulla.

6. Porro hoc quàm sit verissimum ex illa Isaie quoque sententia cap. 2. 2. non erit difficile ostendere; erit, inquit, *præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles.* En tibi Ecclesiā supra montem positam; hic Dominus sedet; hic Apōstoli; hic, qui eos sequuti sunt Ecclesiæ præfules populos docent, quibus dicitur: *vos estis ciuitas supra montem posita.* sed quomodo ad hunc verticem montium per Ecclesiæ præfules perueniendū sit, docet illicō Isaias, dum subdit; & *fluent ad eum oēs gentes.* Enimverò nemo negabit fluere proprium esse aquæ; sic enim fluuius à *fluendo* dicitur; si ergo gentes alta montium, si summa iuga petere velint, in morem aquæ fluant, ima petant, dicam clariùs, humilitati studeant. sic enim per ima, & humilia quasi aquæ fluentes, Ecclesiastici montis verticem tenebunt, & inter Apōstolos, cæterosque Ecclesiæ Principes, ac proceres sanctissimos connumerari poterunt à Christo Domino vocati; vt Ecclesiæ suæ gubernacula moderentur. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ; neque via vestra, via mea, dicit Dominus.* Isai. 55. 8. mundani enim homines, ambitiosi, superbi, elati per tumidas cogitationes, & obliquas superbix vias, & siue iure, siue iniuria ad summi honoris, atque imperij culmen aspirant. at qui Christum tãquam antesignanum, & ducem sequi volunt, non aliter ad magnas dignitates perueniunt, quàm per humilitatis, & modestiæ viam.

7. Verum non aquæ tantum natura in sale spectanda est, verum & illud non indiligenter animaduertendum, non existere salem, nisi eadem digeratur prius, ac concoquatur aqua solaribus radiis percussa, atque illustrata. qua vna re docemur eos, qui iam per humilitatem ad summum Ecclesiæ verticem euasere, non aliter posse ibi diu consistere, ac perseuerare, nisi solis iustitiæ radijs subindè illustrentur, & veluti concoquantur, quod fiet si ardentis orationis studio cæleste lumen ad se attrahant, & diuini amoris in se flammis conceptis veluti digerantur, & concoquantur. sed de sale satis dictum, parcè enim sale vtendum, in quo maximè locum habet, ne quid nimis; restat vt de sole dicamus.

DIGRESSIO XI. MORALIS

In ea verba: *Vos estis lux mundi.*
vers. 14.

I.
Permissio
mali principi
in a diuina
ne signum.

OMNINÒ grauis Dei in populos animaduersio est, dum malos, & insipientes principes permittit præesse illis, quod Ecclesiastes grauitè docet cap. 10. 5. dum ait: *est malum quod vidi sub sole quasi per errorem egrediens à facie principis: positum stultum in dignitate sublimi.* quod malum adeò detestatur vt putare videatur in nullius hominis mentem cadere posse, vt talis eligatur Princeps; sed errore

A tantum obuenire. Quod verò, ait, malum hoc quasi per errorem egredi à facie principis, sunt qui intelligant per principem, principes, & reges mundi, qui non rarò eos ad sublimes dignitates euehant qui insipientes sunt. Gregorius verò Taumaturgus Episcop. Neocæsariensis in metaphrasi Ecclesiastæ; per principem dæmonem intelligit; quo nomine Ioannis 12. vocatur, iuxta quam intelligentiā efficitur, tale ac tantum hoc esse malum, vt iure Diabolo ab Ecclesiaste, tribuatur.

Contra verò singulari Dei beneficio euenit, vt ij dominantur populis, qui maximè consilio, & sapientia valent, vndè est vt non sine magno Dei munere promissum olim fuerit à Deo Ecclesiæ per Ierem. cap. 3. 15. *dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos in scientia, & doctrina.* vbi in primis constat, principes bonos Dei beneficio obtingere. deindè scientiam, & doctrinam præcipuè spectari in principe debere; ita enim fiet, vt iuxta cor Dei pascant populos suæ curæ commissos; nihil enim magis repugnare videtur bonæ gubernationi, quàm temeritas, & cæca ignorantia rerum, cum prauis, & inordinatis animi morbis, & affectibus coniuncta. Quæ enim præcepta præscribat is, qui insipiens est? quæ remedia morbis adhibeat insipiens? quod leuamen malis? imò verò quis ferre possit eiusmodi hominem fatuum, & insipientem? Ecclesiastici sanè iudicio capit. 22. 18. *arenam, & salem, & massam ferri, facilius est ferre, quàm hominem imprudentem, & impium.* vndè apud Oseam insipienti Sacerdoti dicitur; *quia tu sapientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Homini namque ignaro, ac rudi, & imprudenti, regi potius conuenit; non regere; tacere, non loqui; obedire magis, non imperare. Rectè sanè Apollo rogatus quod remedium adhibendum foret homini inscitia laboranti? respondit, silentium. meritò, nam *stultus si tacuerit sapiens reputabitur.* Princeps ergò si sapiens est tacere non poterit; si insipiens, & stultus, silentium illi præcipitur iuxta Apollinis oraculum. igitur si tacendum est illi, nihil eorum efficere poterit, quæ boni Principis sunt; nihil eorum quæ Paulus 2. ad Timoth. 4. Præfuli facienda præcipit: *prædica verbum, argue, obsecra, increpa.* neque enim tacendum est Præfato, alioquin non sine graui dolore dicturus est aliquando; *va mihi quia tacui.* Repugnat ergò omninò, vt insipiens imperet. cui meritò præcipitur silentium tanquam oportuna suæ ægritudinis, hoc est, inscitix, remedium.

Cum igitur tanti momenti sit sapientia in eo, qui gubernaturus est. meritò CHRISTVS Dominus ædificaturus Ecclesiam à luce inchoare opus suum voluit, illi pastores præponens, qui ita illustres essent sapientia, vt meritò instar solis lux mundi forent. & sicut qui domum aliquam cõstruit, statim fenestras lucis aperit, ita Christus summus Architectus conditurus Ecclesiam à fenestris aggressus est, aperiens illi fenestras lucis, id est, Prælatos illi constituens, qui egregiè instructi alios suæ luce sapientiæ illustrarent.

In Bibliob.
Par. tom. 3.

2.
Bonus princeps magni
Dei beneficium.

3.

4.
Æ y. iij ſec
puro o. ulato
principem
deſignabant.

AEgyptijs olim hoc ſymbolo principes, videlicet reges ſignare mos erat. repræſentabant enim illos virga, ſeu ſceptro oculato, quod oculatiſſimus eſſe debeat Princeps, virgam vigilantem Ieremias à Deo ſibi aliquandò oſtenſam ſcripſit cap. 1. 11. quod mihi ſymbolum rectè cum prædicto AEgyptiorum ſymbolo conuenire videtur; nam quid rogo aliud eſt virga vigilans, quàm oculatum, & attentum ſemper ſceptrum? talis ergo eſſe debet Princeps, attentus, induſtrius, oculatus, circumſpectus, vigilans; quæ omnia ſummam in Principe ſapientiam requirunt.

5.
Prædicatores galli, & quomodo.

Eandem rem ſapientiſſimè confirmat Diuus Gregorius lib. 30. moralium cap. 3. & 4. illud exponens Iob. *quis dedit gallo intelligentiam, galli nomine*, inquit cap. 3. *designantur prædicatores Sancti, qui in tenebris vitæ præſentis student venturam lucem prædicando quaſi cantando nunciare: dicunt enim: nox præceſſit, dies autem appropinquauit. qui vocibus ſuis ſomnum noſtri corporis excitant, clamantes: hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. & rurſum euigilate iuſti, & nolite peccare. de hoc gallo rurſum ſcriptum eſt: Gallus ſuccinctus lumbos (Prouerb. 30 31.) id eſt, prædicatores ſancti inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes. qui ſuccincti lumbos ſunt, qui à membris luxuria fluxa reſtringunt. in lumbis quippè luxuria eſt: vnde & eiſdem à Domino dicitur (Lucæ 12.) ſint lumbi veſtri præcincti: cap. verò quarto tria colligit, quæ in eſſe debent Chriſtiano Doctore ex galli intelligentia deprompta: Primùm his verbis notat ipſe Greg. *intelligentia*, inquit, *doctorum, tantò eſſe ſubtilior debet, quantò ſe ad penetranda inuiſibilia exercet, quantò nil materiale diſcutit, quantò & per vocem corporis loquens omne quod eſt corporis tranſit. qua proſectò nullatenus ſummis congrueret, niſi cantanti eam gallo, id eſt, prædicanti doctore ipſe ſummorum conditor miniſtraret. intelligentiam quoq; gallus accepit, vt prius nocturni temporis horas diſcutiat, & tunc demum voces excitationis emittat: qua videlicet Sanctus quiſque prædicator in auditoribus ſuis prius vitæ qualitatem conſiderat; & tunc demum ad erudiendum congruam vocem prædicationis format. quaſi enim horas noctis diſcernere, eſt peccatorum merita diſcernere. quaſi horas noctis diſcernere eſt actionum tenebras apta increpationis voce corripere. gallo itaque intelligentia deſuper tribuitur: quia doctore veritatis, virtus diſcretionis vt nouerit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, diuinitus miniſtratur. non enim vna eademq; cunctis exhortatio conuenit, quia nec cunctos par morum qualitas aſtringit. ſepè enim alijs officiunt, quæ alijs proſunt. nam & plerumque herba, quæ hac animalia reſciunt, alia occidunt; & lenis ſibilus equos mitigat, catulos inſtigat; & medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit: & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat; pro qualitate igitur audientium formari debet ſermo doctorum, vt & ad ſua ſingulis congruat, & tamen à communis adificationis arte nunquam recedat. quid enim ſunt intentæ mentes auditorum, niſi quaſi quadam in cythara tenſiones ſtrata chordarum? quas tangendi artifex, vt nõ ſibi metiſſis diſſimile canticum faciãt, diſſimiliter pulſat. & idcirco chorda conſonã modulationem reddunt; quia vno quidem plectro, ſed non vno impulſu feriuntur. vnde & doctor quiſq; vt in vna cuncta virtute cha-**

A
ritatis adificet ex vna doctrina, non vna, eademq; exhortatione tangere corda audientium debet. quod ipſe Gregorius pluribus poſtea docet.

Subdit deindè alterum Prælatiſ neceſſariũ, quod ex intelligentia item galli colligitur: *habemus*, inquit, *aliud, quod de galli intelligentia conſiderare debeamus, quia profundioribus horis noctis, valentiores, ac productiores edere cantus ſolet: cum verò matutinum iam tempus appropinquat; leniores, & minutiores omninò voces format. in quib. galli huius intelligentia quid nobis innuat conſiderata prædicatorũ diſcretio demõſtrat: qui cum iniquis adhuc mentibus, prædicant, altiſ, & magnis vocibus æterni iudicij tenores intinunt; quia videl. quaſi in profunda noctis tenebris clamant. cum verò iã auditorũ ſuorũ cordibus, veritatis lucẽ ad eſſe cognoscunt, clamoris ſui magnitudinem in lenitate dulcedinis vertunt: & nõ tam illa, quæ ſunt de penis terribilia, quàm quæ ſunt blanda de præmijs proferunt. qui etiam minutis tunc vocibus, cantant, qui appropinquante mane, ſubtilia quæq; de myſterijs prædicant, vt ſequaces ſui eò minutiora quæque de caeliſtis audiant, quo luci veritatis appropinquant, & quos dormientes lögus galli clamor excitauerat, ſubciſſior vigilantes delelet: quatenus correcto cuiſlibet de regno cognoscere ſubtiliter dulcia libeat, qui prius aduerſa iudicij formidabat, quod benè per Moysen exprimitur, cum ad producendum exercitũ tuba clangere conciſus iubentur. ſcriptũ namque eſt (Num. 10.) fac tibi duas tubas argenteas ductiles. & paulò poſt: cum conciſus clangor increpauerit, mouebũtur caſtra. per duas. n. tubas exercitus ducitur, quia per duo præcepta charitatis ad procinctũ fidei (hoc eſt, ad æterna bona, ad quæ ſperanda, & credenda fide præcingimur, & armamur, ſic enim intelligo ad procinctũ fidei) populus vocatur, qua idcirco argentea fieri præcipiuntur, vt prædicatorum verba lucis nitore pateãt, & auditorum mentẽ nulla ſui obſcuritate confundant. idcirco autem ductiles quia neceſſe eſt vt hi, qui veteram vitã prædicant, tribulationum præſentium tuſſionibus creſcant. benè autẽ dicitur cum conciſus clangor increpauerit mouebuntur caſtra: quia nimirum prædicationis ſermo cum ſubtilis, ac minutius agitur, auditorum corda, contra tentationum certamina ardentius excitantur.*

Tandem adiungit tertium Greg. ex his tribus, quod doctoribus & prælatiſ in eſſe debet, ex eadem Galli deſumptũ quoq; intelligentia. ait ergò: *eſt adhuc aliud in Gallo ſolenter intuentũ, quia cum iam edere cantus parat, prius alas excutit, & ſemetipſum feriens vigilantiorẽ reddit. quod patenter cernimus, ſi Sanctorum prædicatorum vitam vigilantẽ videmus. ipſi quippè cum verbum prædicationis mouent, prius ſe in ſanctis actionibus exercant, ne in ſemetiſſis torpentes opere, alios excitent voce: ſed ante ſe per ſublimia facta excutiunt, & tunc ad benè agendum alios ſollicitos reddunt. prius cogitationum alijs ſemetiſſos feriunt: quia quidquid in ſe inutiliter torpet, ſollicita inueſtigatione deprehendunt, diſtricta animaduerſione corrigunt. Prius ſua punire ſtetibus curant; & tunc qua aliorum ſunt punienda denunciant. prius ergò alijs inſonant, quàm cantus emittant: quia antequam verba exhortationis proferant, omne quod locuturi ſunt, operibus clamant, & cum perfectè in ſemetiſſis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant, &c. quia ergò laus tanta intelligentia non prædicatoris virtus eſt, ſed auctoris, rectè per eundem auctorem dicitur: qui*

dedit

8.
Doctorem non
docentium
grane pecca-
tum.

dedis gallo intelligentiam : ac si diceret, nisi ego, qui doctorum mentes, quas mirè ex nihilo condidi ad intelligenda quæ occulta sunt, mirabilius extruxi; tanta sapienter Gregor. quibus constat quàm necessaria sit sapientia, & intelligètia doctoribus, & Ecclesiæ principibus. Verùm idè Gregor. par. 3. pastoral. admonit. 26. pluribus declarat quàm magnum scelus committant prælati & doctores, qui prædicare, ac docere suos, eosque cùm oportet corrigere, negligunt. sic enim scribit : si indigentibus proximis ipsi (prælati ac doctores) quas habent pecunias absconderent, adiutores procul dubio calamitatis extitissent. quo ergo reatu constriquantur afficiant, qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis subtrahunt; morientibus mentibus vita remedia abscondunt. vnde & bene quidem Sapiens dicit (Ecclesiæ. vigesimo) Sapiencia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtrisque? si populum fames attereret, & occulta frumenta ipsi seruarent; auctores procul dubio mortis existerent, quia itaque plebendi sunt pœna considerent, qui cùm fame verbi anima pereant, ipsi panem perceptæ gratiæ non ministrant. Vnde & bene per Salomonem dicitur, Prouerbiol. vndecimo, qui abscondit frumenta maledicitur in populo. frumenta quippè abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. in populo autem talis quisque maledicitur: quia in solius culpa silentij pro multorum, quos corrigere potuit pœna damnatur. si medicinalis artis minimè ignari secundum vulnus cernerent, & tamen secare recusarent; profectò peccatum fraterna mortis ex solo torpore committerent. quanta ergo culpa inuoluantur afficiant, qui dum cognoscunt vulnera mentium curare negligunt ea scissione verborum. vnde & bene per Prophetam dicitur (Ierem. 48.) maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. gladium quippè à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. de quo rursum gladio dicitur: & gladius meus manducabit carnes &c. Audiant (isti) quod talentum qui erogare noluit (Matthæ. vigesimo quinto) cum sententia damnationis amisit. Audiant quod Paul. Actorum vigesimo, eo se à proximorum sanguine mundum credidit, quo ferendis eorum vitijs non pepercit: dicens; contestor vos hodierna die; quia mundus sum à sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis &c. audiant quod Moyses cùm irascentem Deum populo cerneret, & assumi ad vliscendum gladios iuberet, illos à parte Dei denuntianit existere, qui delinquentium scelera incunctanter ferirent; dicens (Exod. 32.) si quis Domini est iungatur mihi: ponat vir gladium super femur suum. ite, & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum; & occidat vnusquisque fratrem suum; & amicum & proximum suum. gladium quippè super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre; vt cùm sancta quis studet dicere; curet necesse est illicitas suggestiones edomare; de porta verò vsq; ad portam ire est à vitio vsque ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Per medium verò castrorum transire, est tanta aequalitate intra Ecclesiam viuere, vt qui delinquentium culpas redarguit, in nullis se debeat favore declinare. Vnde & rectè subiungitur: Occidat vir fratrem, & amicū, & proximum suum, fratrem scilicet, & amicū, & proximū interficit, qui cùm puniēda inuenit ab increpationis gladio, nec eū,

A quos per cognationem diligit, parcat. Si ergo ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia, zelo diuini amoris excitatur: profectò esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat.

Cæterum doctrina sine exemplo parum prodest. qui enim ad virtutem excitant & exhortantur, sed in eam non incumbunt, similes illis sunt, qui præmunt lucernam, sed oleum nequaquam infundunt, & vt lucerna vna alteram incendere non potest si illa fuerit extincta: sic concionator alios non inflammabit amore diuino, si ipse fuerit lumine eiusdem amoris destitutus. non tamè me fugit fieri posse vt Deus per vnum flagitiosum concionatorem si velit, peccatores conuertat. nam vt herus per famulum iniquum bonā aliquādo porrigit eleemosynam; sic Deus ministerio scelerati hominis potest ad se impios allicere. nihilominus tamè det operam, vt careat omni vitio, & vitia vituperet. Forcipes, & emunctoria, quæ erant in tēplo Salomonis, quibus lampades emungebantur, ex auro erant purissimo, ad significandam eorū puritatē, qui aliorum immunditias purgare tenentur. va illis, inquit, Hæctor Pinctus in c. lfa. 56. qui dignitatem ad suam perniciem quaesierunt. vt enim vermiculus sericarius admirabili labore, & industria conficit sericum, & nesciens construit casulam, in qua constructa cōmoritur, & suum proprium sepulchrum condit: sic qui dominandi cupiditate inflammati falsos honores querunt, sibimetipsis nescientes infamem, aternamq; perniciem moluntur. res enim hæc magni periculi plena est, ad quā nemo accedat, nisi à Deo vocatus tanquā Aarō, & cum timore, atq; ingenti animi submissione: nè fortè dum quis in altum euectus est, præcipiti casu corruat. Quare quemadmodum signum in sublime, & in publicum exposuim, ne ventorum impulsu flatibus corruat, necesse est vt funibus, aut clauis, aut vectibus firmetur: ita de vnoquoque homine in cathedra Ecclesiastica dignitatis constituto, hoc idem censendum esse non ambigo: inquit idem Hæctor Pinctus, in c. 20. eiusdem Prophetæ: idq; ed accuratius quod signo insensibili pretiosior est homo, casus maior, perniciosiorq; ruina; nam si deiciatur, vel labatur signū, aliud absq; alicuius detrimento, vel scandalo loco sui erigitur. Non autem sic de homine in regimine posito. si enim suam transgreditur professionē, aut delinquat publicè, notorium Ecclesia infert scandalum, derogat dignitati, auctoritatem adimit regimini, prabetq; exemplum delinquendi ijs, quibus formam virtutis exhibere debuerat.

D Quare cùm tot, ac tam multa necessaria sint Prælato, in quem totius populi coniecti sunt oculi, quandoquidem in excelsis positus est loco, meritò ac iure optimo Christus Dominus voluit suos prælatos, & doctores alorū lucē esse ac veluti soles quoldā Ecclesiæ; vt, nimirū, intelligant, quemadmodum solis luci duo inter cætera insunt, lucere, & ardere, ita pròbi esse doctoris lucere, & ardere; lucere enim tantum, vt ait Bernardus ferm. de natiuitate Baptiste, est vanum, ardere tantum est parum, lucere simul, & ardere perfectum. Porrò lucet is tantum qui solū docet: tantum ardet, qui licet alios non doceat, charitate tamen flagrat: lucet simul, & ardet qui doctrina, & charitate præest, & tales suos vult esse prælatos, & doctores Dominus, & propterea lucem illos mundi nominat.

9.
Doctrina
bona non ex
emplum ad
iungendam.

DIGRESSIO XII.
MORALIS

De Remedijs iræ, in ea verba vers. 22. *Egò autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo &c.*

I.
Ira crudelior
bestia.

NULLA est crudelior, & immanior belua impotentis hominis ira; nam vt rectè Chrysofost. animaduertit, iracundum hominem alloquens, sic ait: *leonem quidem mitigas, reddisq; tractabilem, furorem verò animi tui efficit omni prorsus leone sauiorem. & certè cum in mitigando leonem sint duo impedimenta, vel maxima, quòd fera ipsa, & ratione priuatur, & longè omnium alterius generis animalium excedit furorem, tamen de copia tibi donata à Deo sapietia ipsam superas arte naturæ. qui igitur naturam vincis in bestijs, cur in te ipso natura obfuscas bonum dum malum adamas voluptatis? Itaq; si te vt alium hominè mansuefaceres iuberem, nihil hic quidem impossibile viderer imponere: quamquam excusare posses, non te esse Dominū voluntatis aliena. nunc verò tua hac propriè fera est. qui feras ad mansuetudinis prouehis dignitatem, temetipsum de throno deiiciens, & honore regali ad irrationalium cogis furorem. Ponamus. n. iram bestiam quandã esse. Quantum igitur ab alijs erga mitigandum leonè studium cõmodatur, tantam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiusmodi cogitationem mitem, atq; mansuetam, siquidem hac fera, & vnguib; sauisimis armatur, & dentibus: & nisi illam sollicitè mansuefeceris, cuncta simul disperdet, atque lacerabit. nullus enim leo, nulla sic viperæ viscera queūt humana laniare, vt hominis iracundia, ferreis quibusdã vnguib; vniuersa cõfodiens. Igitur tantam volens à nobis Christus auertere iracundiæ immanitatem, ait; ego autè dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui dixerit Racha, cõcilio; si fatue, gehennæ ignis. &, si ergo offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersū te &c. Vade prius reconciliari fratri tuo, &c. hinc Bernar. I. de præcep. & dispensati: interrogatis, inquit, quidnã consula homini, qui aduersus quẽpiã cõmotus fuerit: sed non aded vt eū ledere ipse velit: aded tamè vt libenter accipiat, si quomodo aliunde ladi cõtingeret: sit ne videlicet tutū ita cõmotū accedere ad altare; an se subtrahere interim debeat, donec cõpescatur cõmotio. nunquã mihi contingat turbatū ad pacis accedere sacrificiū, cum ira, & disceptatione cõtingere sacramentum, in quo Deus indubitãter est mundū reconcilians sibi. certè nõ recipitur munus quocunq; meum, quod defero ad altare, nisi ante placato fratre, quem me fortè lesisse meminero; quãnto minus si meipsum non placuero prius?*

I.
Iracundiæ
remedia.

Propterea nõ ab re erit aliqua hic remedia at-
texere curandæ iracundiæ, vel certè mitigandæ
oportuna, sit igitur primū & quidẽ magnas vi-
res habens. vis iram extinguere? iram perpende
Dei, & solerti cogitatione vide quæ minetur
Deus irascentibus supplicia; ait enim: *erit reus
iudicio, reus concilio, reus gehennæ ignis.* Quis non
hac audiens toto contremiscat corpore? vidit
Ieremias c. 1. 13. ollã succensam; cum paulò an-
tè v. 11. virgã vigilantẽ sibi ostensã affirmasset;
& quid quẽsio aliud est immodicè exurgens, &
ebulliens ira in irati hominis corde, quã olla,
dæmonis præfertim flatu succensa? Quid verò

A aliud virga vigilans repræsentat, quàm iustam
Dei ultionẽ, & terribile iudicium illis immi-
nens, qui in modum feruentis ollæ fratribus ir-
ascuntur, nullo freno, nullis repagulis trucem
iram cohibetes? & meritò iudex irascitur, quia
nihil esse indignius potest, quàm fratri, id est,
eodẽ Patre Deo in baptismo genito nolle par-
ce, sed implacabili odio iniuriam velle face-
rere, non sit iurgium, cum dixisset Abrahã Loth
nepoti suo Gen. 13. 9. *inter me & te, & inter pasto-
res meos, & pastores tuos;* eam rem confirmasse
fatis sibi visus est, dum hanc solam subiecit ra-
tionem; *fratres enim, inquit, sumus;* cur igitur in-
ter Christianos non multò magis hoc valeat
ad extinguendum omnem prauæ iræ motum,
quod vno, eodemque Deo nati, & per baptif-
mum regenerati vnus matris Ecclesię gremio
contineantur?

B Alterum remedium est charitas in Deum;
quò enim maiori amoris vinculo cum Deo
iungimur: eò magis nobis vnimur. quam rem
sapienter docet Dorotheus hoc exemplo do-
ctrina sexta ne proximum iudicemus: *circulū,*
inquit, *singite mundum esse, centrum autem circuli
Deum, lineas autem in medium deductas vias credite
varias, negotiationesq; mortalium. quò magis pene-
trant Sancti viri ad interiora vt Deo appropient per
rationem ingressus, eò magis appropiant Deo, & sibi ip-
sis, quantoq; sibi ipsis, tantò & Deo, & quãntò vic-
niores fiunt Deo, tantò & sibi ipsis. considerate item
recessum, & elongationem; cum sc. recedunt à Deo, &
ad exteriora se effundūt, quãnto magis à Deo recedūt
tantò & à se ipsis, & quãntò à se ipsis absunt, tantò à
Deo. hac est enim charitatis vis & natura. quò enim
magis à Dei dilectione recedimus, eò & à proximi a-
more distamus; quãntò Dei amori adheremus, tantò &
proximi; quãntòq; proximo, tantò & Deo. sic Dorotheus.*

C Tertium remedium sit, vt initio statim oc-
currentes, pullulantes iram suffocemus, nec
foras prodire sinamus; hoc autem est malè ar-
boris radicẽ excindere; radix enim eius est ira
intra præcordia latens, antequam vel in contumelias,
vel in iniurias erumpat; vel quod peius
est, ad atrox aliquod facinus patrandum pro-
deat. qua in re imitari debemus Davidis robur,
& animi magnitudinem, qui sic de seipso testa-
tur 1. Reg. 17. 34. 35. *veniebat leo, vel vrsus, & tolle-
bat arietem de medio gregis, & persequeretur eos &c.
& apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, in-
terficebamq; eos. non est vrsæ vel leonis sæuitia,*
cum hominis iracundiæ flammis incensi atro-
citate conferenda, sed hac illa multò inferior,
cum non animas, sed sola corpora laniet, & dis-
cerpat: hæc verò vtrumque perdat. Itaque cum
tale quidpiam in se Christianus experitur, &
commoueri se sentit ad iram, principijs obstet,
& instar Davidis aduersus exurgentem indomitam
hanc bestiam & foras iam suum venenum
effundere parantè insurgat, eiusque men-
tum, id est, initia apprehendens, dum adhuc est
in corde suffocet penitus, atque interficiat, ne
fortè inualescens, dum foras exire permittitur,
atrociter debacchetur; & cum sanguinem,
cædesque semper anhelet, talia cõmittat
mala, quib; postea vel fieri medicina nõ possit;
vel reparari, quæ sequitur damna, non queant.

Apud Sanctissimum Iob. c. 38. 10. 11. sic Deus
loquitur de mari; *circumdedit illud terminis meis,*

& posui

3-

4-
Ira mitis
obstendit.

5-

Ira immen-
sum pelagus.

Et posui vestem, & ostia. & dixi vsque huc venies, & non procedes amplius, hic constringes tumentes fluctus tuos. quali inundans mare profundum, & imminentium ira est, & diuersis, truculentisq; cogitationibus quasi magna ventorum vi agitare totum, atq; turbare hominē soler, & efferuescens quodam quasi æstu, quicquid aduersatur, conatur obruere. hoc ergò mare intumescere cum incipit, terminis rationis obuallandum fortiter est, & ne illos transfiliat, ac supergrediatur, diligenter cauendū; quin audire etiam compellatur iubentē Deum, *huc vsque venies, & hic tumentes cōstringas fluctus*, hoc est, nē à me positos rationis terminos excedas. itaq; prudenti sapientū cōsilio monentur irati antequā quidquā designent, dicant, faciant ratione adhibita expendere omnia, & nē quid contrā Dei iussa committant, diligenter aduertere. Vt enim Nautæ præsentientes tempestatem, anchoris firmant naues: ita priusquam ingruat tempestas iracundiæ, ratione firmandus animus, & in diuersum nitendum. vt Pluth. in moralibus ait.

6.

Quarto loco efficacissimum remedium est virtutis mansuetudinis bonum, præstantiam, & efficacitatem perpendere; præsertim verò, vt cætera omittam, quod faciat hominē quolibet vrbium expugnatore præstabiliorem; vult enim quodam plusquam regio diademate insignire solet eum, qui sui victoria illustris est; eumque regem, & totius terræ, non huius modò quam pedibus calcamus, sed cœlestis etiam cōstituit Dominum: quod non alio, quàm Christi testimonio corroboratur. *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram.*

7.

Leuis ad
Abraham.

Et verò idem clarissimis duobus exemplis è Scriptura petitis illustrare possumus; alterum est ex Genesi 13. cum enim Iis, & contentio inter pastores gregum Abraham & Loth coorta fuisset; allocutus est Abraham, Loth nepotem suum; *ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. eleuatus itaque Loth oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, qua vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrhim, sicut paradysus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor. elegitq; sibi Loth regionem circa Iordanem.* Diuortium porrò hoc inter Abraham à Loth ex animorū coniunctione profectum est. Maluit enim vir mitissimus Abraham corpore à nepote separari, quàm occasionem præbere aliquam litis illius, quæ inciderat inter vtriusque gregum pastores. Itaque vt corporum hæc fuerit diuulsiō, animorum certè summa coniunctio fuit, qua in re est quòd mirè, Abraham lenitatem, & mansuetudinem. permisit enim vt liberè Loth quamcumq; vellet terræ partē seligeret, sibi que haberet: celsit potioribus, deterioribus ipse cōtentus ne pacis fœdera violaret, ne amicitiam rumperet, ne nepotis animū exulceraret, omni prorsus ira immunis & vacuus; sciebat enim sapiētissimus vir eos qui volunt diuites fieri, incidere in tentationē, & in laqueū diaboli, & in cōtentiones, & rixas. sed vide, propter hanc incredibilem animi lenitatē, & mansuetudinem quantò plura & maiora lucra-

A tus fuerit præ illis quæ vltro nepoti dimiserat; sic. n. legimus eodē c. Gen. v. 14. *dixitq; Dominus ad Abraham postquā diuisus est ab eo Loth: leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridrem, ad Orientem, & Occidentem omnem terram quam conspicio tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum.* O summam mansuetudinis vim & efficacitatem, quia propter bonum pacis nō curauerat Abrā meliorē terræ portionē: factus est amplissimæ terræ Dominus, quā se posteris eius daturū fore firma fide promiserat Deus; Et ita loco vnus, nec satis amplæ, quam amiserat, terræ, triplicē lucratus est, corporis, videlicet, sui, nam homo mitis, & lenis oēs corporis sui affectus facillè in officio retinet, cum animo suo dominetur. Deindè etiam & huius, quā calcamus, terræ factus est in posteris Dominus; & post lucis huius tranquillam, & pacaram vitā, denique cœlestem assecutus est terram, nimirum, vt intelligeremus verissimam esse Christi sententiam qua beatos mites ideò prædicauit, *quoniam ipsi possidebunt terram.*

B

Sed alterum non minus illustre facilitatis, & lenitatis exemplum nobis Dauid suppeditat de quo legimus: *Memento Domine Dauid, & omnia mansuetudinis eius.* is cum in cauernam quādam, in qua Saulis fœuitiem fugiens latitabat, Saul eius inimicus nescio qua de causa ingressus esset, & pōset nullo negotio eum interimere, & de eius tandem manibus liberari, ad quod etiam fociorum suasionē vrgebatur, noluit tamen, quamuis pullulantem iram præsentiret, qua ad eripiendā vitā aduersario stimulabatur. Quare sensim, furtimque per tenebras irrepens ipsius Chlamydis oram præcidit. Dixit aut vir mitissimus ad viros suos, vt habetur 1. Reg. 24. 7. *Propitiū sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meā in eum;* nec hoc solo cōtentus, confregit viros suos sermonibus, & non permisit eos vt insurgerent in Regem. Verum egressus è spelunca Saulem inruitus clamauit post tergum eius, vt Scriptura loquitur, dicens: v. 9. *Domine mi Rex, & respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terrā adorauit, & protensa manu orā chlamydis corā omnibus ostentās, Pater mi, inquit v. 12. vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu meā; quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & vide quoniam non est in manu meā malum.* hac tam insigni mansuetudine cōmotus Saul continere lacrymas nō potuit; *& nunc scio, inquit v. 21. quod certissimè cognaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel.* quis non admiretur hanc verborū Saulis consecutionē, & ratiocinandi formā? quomodò inquires, & vnde efficitur consecutum esse Dauidem regnum Israelis, eoq; à Deo destinari ab id solū, quod compressa ira, mansuetudine vsus, inimici vitæ pepercerit. at illic cessabit admiratio si mentis oculos ad Christi sententiā conuertas; qua mites forè Reges, ac dominatores terræ, verissimè prædicauit; quia ergò Saul tantam expertus fuerat in Dauide lenitatem, meritò inde intulit, illum verè destinari ad Israelis Regnum, illi meritò deberi terræ gubernacula, qui suos affectus iræ, ac furoris nouerat moderari.

Sed illa etiam non infima medendi iræ ratio

8.

Mansuetudo
Dauid.

9.

tio

Ira furor
brevis est.

tio connumerari hic potest inter alia remedia; est autem hæc ratio: animaduertere nimirum, quàm atrox, & truculenta bestia sit ira, quàm repenti, ac turpiter hominem de statu mentis deiiciat; quãtas rationi tenebras offundat. testis locupletissimus huius rei est Ambrosius in pre- catione ad Missam, dum sic scribit; *ira inuidiam sequitur, quia inter cetera vitia nihil asperius, nihil inuenitur amarior: quã dum extra modum efferbuerit, atrociter mentem exulcerat, sensum hebetat, linguã immutat, oculos obumbrat, totumq; corpus perturbat; hinc protinus rixa, contumelia, clamor, indignatio, tumor mentis, & blasphemia suscitantur. Speciatim verò de tenebris, & cæcitate, quã inducit, Chrysof. præclare differit ho. 3. de Dauide, & Saule; quẽadmodum, inquit, quamdiu nox adest, sæpe ne præsentem quidẽ amicum agnoscimus at mox vt exortus est dies etiam eminus conspectum agnoscimus. itidem & in iracundia solet euenire. donec inter nos maleuolum gerimus animum; & vox audita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corrupta mente aspiciamus. Ceterum vbi posuerimus iram, & vox que prius erat inuisa atq; hostilis, placida nobis, ac iucundissima videtur, & aspectus ipse prius inimicus, & inuicundus, tunc fit amabilis, & iucundus. idẽ accidit in tempestate; non patitur nubiũ concursus nobis conspiciam esse celi pulchritudinem, sed quamuis milites habeamus oculos perspicaces, & acres, nequaquam pertingere possumus ad illam supernam iucunditatem. Ceterum vbi iam radiorum calor discussis nubibus solem ostendit, rursus & cali decorem ostendit. idem accidit in nobis ira feruentibus dum simultas velut densa nubes ante oculos, & aures stat, facit vt voces, aspectusq; videantur aliter quàm sunt. Verè, ac Sapienter Chryf. nam vt fumus mordicans oculos, non videre permittit, quã pedibus adiacent: sic iracundia oboriens rationem obfuscat, & quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non sinit ipsam iracundia sine labore poteri ac molestia. Sed nemo melius irati hominis habitum, nemo irati, atque impotentis animi virus plenius summa cum breuitate expressisse videtur Propheta Psal. 57. 5. 6. & c. Furor illius secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surda, & obturantis aures suas, quã non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus, ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens, sicut cera, quã fluit, auferentur.*

IO.
Ira morbus
periculosissimus.

Neq; ista mira, aut noua videri debent, cum ira periculosissimus morbus sit; nã sicut in moralibus animaduertit Plutarch. vt iuxta sententiam Hippocratis morbus est periculosissimus, in quo ægrotus subindẽ mutat oris habitum, ac sui dissimilimus redditur; ita nullus est animi morbus ira periculosior, quã vultum, vocem, incessum sic mutat, vt idem alius esse videatur. quã rem Seneca lib. I. de ira, cum ostendere vellet, rectè iram breuem insaniam dici, sic scribit c. I. vt furentium certa indicia sunt, audax, & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria: ita irascentiũ eadem signa sunt. Flagent, & micant oculi, multus ore toto rubor, estuante ab imis præcordijs sanguine, labia quatiuntur, dentes cõprimuntur, horret, ac subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens, articulorũ se ipsos torquentiũ sonus, gemitus mugitusq;, & parum

A explanatis vocibus sermo præruptus, & cõplosa sapiẽs manus & pulsata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnasq; ira minas agens, sæda visu, & horrenda facies, deprauantiũ se, atq; intumescentiũ. q; q̃so mõiũ truculenti, & immani; q; crueta magis, magisq; horribilis visu describi bellua poterat, q̃ fuerit à Seneca Phil. nõ ignobili, ira depicta?

Sed ne rem hanc sine exemplo prætereamus, attulisse vnũ illud fati sit ad iracundiã cæcitate, & vefaniã ostendendã ex I. Reg. 20. cum .n. animaduerteret Saul Ionatham filium suum cuius regnũ quantum fieri poterat, stabilire cupiebat, cũ Dauide amicitiaẽ sãdus inijsse, eiusq; rebus sum moperẽ fauere, censens eam animorum coniunctionem, multum obesse posse ne regnaret Ionathas, grauibus verbis filium increpauit. Fili, inquit v. 30. 31. mulieris virum vltro rapiens nunquid ignoro quia diligis filiũ Isai in confusione tua, & in confusione ignominiosa matris tua? omnibus .n. diebus quibus filius Isai vixerit super terrã, non stabilieris tu, neq; regnũ tuũ. Itaq; iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est. vide sine lector quo dirigeret persecutiones suas, & inuidiam, quibus Dauidem persequeretur, vt stabiliret, nimirum, regnũ filij, illudq; stabile, ac firmum ei relinqueret? hæc illum vna cogitatio torquebat; hæc noctes, dies, vexabat. Sed audi quid Scriptura statim post prædicta subijciat: v. 33. cum .n. audisset Ionatham pro Dauide rogantem, quare morietur, quid fecit? arripuit Saul lanceam vt percuteret eum. quis non hunc hominem cæcum planè, ac de potestate mentis deiectum arbitretur? Ecce qui tantoperẽ stabilire filio regnũ optauerat, cõfestim quasi immemor, & sui oblitus arrepta lancea illum cõfodere tentat, quo de medio sublato omnis quoq; spes stabiliendi regni sublata fuisset, & in cassum omnis eius labor, & studium ruiisset. sed hæc ab eius mente, & recordatione abstulit ira, quã illum nullo consilio ad inferendam nato mortem infeliciter vrgebat.

Postremò magnum antidotum contra iram est, animaduertere quàm grauitè, quàm frequenter, quàm ferio diuina Scriptura irã damnam, tanquam rem valdè nobis noxiam, & quẽ animis, corporibusq; nostris plurimũ obsit. Iob 5. 2. verè stultũ interficit ira. & 18. 4. qui perdis animam tuam in furore tuo. & 36. 18. non te superet ira, vt aliquem opprimas. Salomon Prou. 15. 18. vir iracundus prouocat rixas, & qui patiens est mitigat suscitatas. & 22. 24. noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum viro furioso. & Eccl. 7. 10. ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. & II. 10. aufer iram à corde tuo. Et Prou. 17. 4. graue est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti vtroque grauior. Eccl. 27. 33 ira non habet misericordiam, & 30. 26. ira, & furor vtraq; execrabilia sunt; & zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectutẽ adducunt. Græcè ἡσυχία cogitatus, id est, cura, & sollicitudo; & Christus apud Matt. c. 5. 22. omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Iaco. 1. 19. sit omnis homo tardus ad iram. Iaco. 1. 20. ira viri iustitiam Dei non operatur. & Paul. Rom. 12. 19. nõ vosmet ipsos defendentes, sed date locum irã. & Eph. 4. 31. omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cũ omni malitia. & irascimini, & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram. nolite dare locum Diabolo.

II.

Saulis per
iram impo-
tentia.

12.

Ira à Deo
sapiensimè &
grauissimè
prohibita.

DIGRES-

DIGRESSIO XIII.
MORALIS

In qua duæ de ira quæstiones dissol-
uuntur.

1.
Cur non pudeat nos iræ,
cū in pudeat
luxuria.

NON erit ab re post præcedentem de iræ remedijs digressionem duas in hac quæstiones de eadem proponere, vt melius natura, vis, & gradus iræ cognoscantur. Quæstio igitur prima sit hæc: si ira tam turpis est, & ita vt hæc tēnus ostensum est, hominem immutat, cur quæso inquiet aliquis, iræ nos non pudeat passim, quæ hominem in breuem insaniam ferè conuertit, quæque illum de rationis arce deturbans quasi in belluam transmutat? cū tamen propter obscēnos corporis motus vehementer erubescamus, & earum aspectum auersentur omnes. Altera est quotuplex irarum genus sit, vt quod maximè fugiendum sit iræ genus intelligamus. Primæ quæstioni sic occorro, ideò obscēnos corporis nostri motus erubescimus, quia nimirum partes corporis in nobis inobedientes sunt rationi, ita vt minus, quàm cæteræ obsequantur illi, nec facillè eiusdem imperio, quasi freno regi, & coerceri valeant. hac autem partium inobedientia præcipuè punita est inobedientia primorum hominum erga Deum.

2. Quam rem sapienter docuit Augustinus libro decimoquarto, de Ciuitate Dei capite decimoquinto. merito ait, huius libidinis nos maximè pudet; merito & ipsa membra, quæ suo quodam, vt ita dixerim, iure non omnimodo ad arbitrium nostrū mouet, aut non mouet, pudenda dicuntur, quod ante peccatum hominis non fuerunt. nam sicut scriptum est nudi erant, & non confundebantur, non quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nuditas nondum erat; quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat; nondum ad hominis inobedientiam redarguendum sua inobedientia caro quodammodo testimoniū perhibebat, & c. 20. inquit: pudet igitur huius libidinis humanam sine vlla dubitatione naturam. & merito pudet: in eius quippè inobedientia, quæ genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit, & potestati voluntatis se eripuit: satis ostēditur, quid sit hominis illi prima inobedientia retributum, quod in ea parte maximè oportuit apparere, quæ generatur ipsa natura; quæ illo primo, & magno in deterius est mutata peccato, à cuius nexu nullus eruitur: nisi id, quod cū omnes in vno essent, in communem perniciem perpetratum est, & Dei iustitia vindicatum; Dei gratia in singulis expietur. Hæc Augustinus.

3. Iam ad iram veniamus: quærimus enim cur istarum corporis partium pudeat nos potius, quàm aliarum etiam cū illæ irrationabili, & vitioso motu incitantur? nam cū ira exandescimus, igneo rubore inflammatur vultus, eminent oculi, distorquetur os, præpeditur lingua, & plures alij, quos superius memorauimus, motus excitantur planè homine indigni: nec tamen proterea ita erubescimus, vt propter aspectum, vel motum etiam minimè vitiosum illarum partiū de quibus dixi. Respondet Aug. q. in ira, vel alijs perturbationib⁹ motus membrorum, tametsi vitiosi, ferè tamen

A pendet ex imperio voluntatis: cū tamen istarum partiū motus, tametsi vitio careant, voluntatis tamen imperio, nec reguntur, nec mouentur: quos, cū primi homines verecundarentur, nec possent comprimere, cū id maximè vellent, ficulneis subligaculis nuditatem, & turpitudinem suam quàm primū operire studuerunt. hinc natum intestinum illud, & pudendum bellum inter carnem, & spiritum. Audi iam Aug. c. 10. ea de re sic differente: quod aut iræ opera, aliarumq; affectionū in quibus, dictis, & factis non sic abscondit verecundia, vt opera libidinis, quid causa est, nisi quia in cæteris membra corporis, non ipsa affectiones, sed cū eis consenserit, voluntas mouet, quæ in vsu eorum omnino dominatur? nam quisquis verbū emittit iratus, vel etiā quemquā percussit, nō posset hoc facere, nisi & lingua, & manus iubente quodammodo voluntate mouerentur, quæ membra, etiā cū ira nulla est, mouentur eadē voluntate. at verò rebelles illæ corporis partes ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, vt moueri non valeant, si ipsa defuerit, & nisi ipsa vel vltro, vel excitata surrexerit, hoc est quod pudet, hoc intuentium oculos erubescendo deurat: Tantum Augustinus. Restat nunc vt secundæ quæstioni satisfaciamus.

B Aristot. l. 4. Ethic. duplex facit genus iratorum hominū, alios enim dicit esse procliuēs ad suscipiendā, & deponendam irā, quos ἀροχόλης, id est, summæ, & incensæ bilis vocat, alteros aut appellat πικροχόλης, i. amaræ bilis homines, implacabiles, & iræ tenaces, eius verba huiusmodi sūt: iracūdi sunt irrisibiles, celeriterq; irascuntur: sed iudē sunt placabiles, irascendiq; sine cūdo faciūt, quod quidem in illis optimū est; quod illis proterea contingit, quia iram nō comprimunt, neque prohibent, sed statim iniuriam acceptam, si quidem possunt, referunt: idcirco vocant eor ἀροχόλης, quasi dicas, summoperè biliosos, & iracundia exardescentes, vnde nomen natum est. At qui sunt amari, quos πικροχόλης nominant: propemodum sunt implacabiles, diuq; in iracundia perseuerant. iram enim comprimunt, quæ tunc quiescit, cū iniuriam vlti fuerint. vltio enim iram sedat, doloris loco voluptatem afferens. sed si nō possint vlcisci, quasi graui quodam onere premuntur, intra se iram coquentes. ad iram verò in se ipso conquoquendam, longo tempore opus est. sic Sapienter Arillot.

C Talis fuit ira Esau aduersus Iacob, dum diceret in corde suo: Venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. talis & ira Cain contrā iustum Abel, cui Deus dixit; quare iratus es, & cur concidit facies tua; videlicet ira in odium versa, vt Rupertus lib. 4. Commen. in Gen. c. 3. trabali pondere declinauit in terram vultum, & oculos eius; terram namque aspiciunt, qui crudelia meditantur; vnde est illud in Psalm. (16. 11.) projicientes me nunc circūdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. vtrumque ab illo requirit Deus: dixit enim quare iratus es, addiditq;: & cur concidit facies tua? siquidem etiam si non occidere vellent, iam pro tali causa iratum fuisse, scelus est, peccatum diabolicum est, quia diabolum imitatur, qui alterius iustitia inuidet. Alias autem moueri, vel irasci, humanum est, dummodò ira prius resideat, quàm peccati opus generet. quæ propter in Psalm. 4. dictum est: irascimini, & nolite peccare; quæ dicitur in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compu-

4.
Duplex ge-
nus iratorū.

5.

gimini,

gimini, ac si diceret, et si ad horam ut homines, mouemini, nihil tamen per iram operemini; & de hoc ipso quod moti, vel irati fuistis, citò penitemini, sed hanc iram, quæ iratus est Cain, nusquam scriptura concedit: nam ipsa est inuidia Diaboli. bene ergò Deus utrumque requirit dicendo: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? quia videlicet iratus fuerat inuidendo, & conciderat facies eius parricidium meditando.

6. Ex quibus constat, omnem quidem inordinatam iram malam esse, & vitandam, cæterum irasci, ita ut non resideat in corde ira, sed abigatur illicò antequam ulterius progrediat, humanum est, & veluti primus iracundiæ gradus. ita verò excandescere derepente, ut non statim comprimatur irati animus, sed ad vindictam rapiatur, quamuis non diu sic persistat, sed faciliè conquiescat, & placetur, alter est deterior iam iracundiæ gradus, & ab hominis ratione magis alienus. At cum ira in odium vertitur, cum implacabilis est, cum diu, multumque compressa secum cogitat fratrem perdere, iam omninò scelus est maximum, & diabolicum planè, præsertim si ex inuidia nascatur, hominem verò exuere hominem facit, & non modò belluam, sed diabolum etiam induere.

DIGRESSIO XIV. MORALIS

De Dilectione inimicorum in vers. 44.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.

1. **M**ERITÒ mater Ecclesia initio quadragenarij ieiunij nobis inimicorum dilectionem à Christo Domino tantoperè commendatam, & præceptam tanquam carissimis filijs proponit. nouit enim pia mater non vltimas partes habere odium, & inuidiam inter ea, quæ salutaris ieiunij fructum auferunt, & ob id ipsum Isaïæ voces filiorum auribus infert; quibus sic ille Hebræos increpabat capite quinquagesimo octauo, quart. *Ecce ad contentiones, & lites ieiunatis, & percutitis pugno impiè, & omnes debitores vestros repetitis.* Meritò sanè. Nam ad hoc potissimum tempus ea Apostoli pertinet exhortatio, qua nos admonet leuare puras manus sine ira, & disceptatione. omninò ieiuniū, & orationem oportet minimè proximi charitate destitui. Ut ergò cœlestibus his muniti armis aduersus omnes inferni duces acriter, constanterque pugnemus, ijs diebus, antequam **C H R I S T I** exemplo nos doceat certare cum hoste, ieiunio instruit, arguatur oratione, vnit charitate.

2. Et verò plurimæ sunt siue è media Philosophia petitz rationes, siue ex Euangelio; Christi, & Apostolorum vocibus, Sanctorum exemplis, antiquorum Patrum Testimonio confirmatæ, quarum hic aliquas est animus breuiter insinuare magis, quàm persequi. Est enim locus hic sanè lubricus, in quem passim impingunt homines dum proni ad vindictam feruntur falsi honoris, ac vanæ gloriolæ decepti titulo, quasi igominiosum sit homini iniuriam

A ab alio acceptam non vicisci. Ut ergò tam peruersum dogma; tam perniciosum errorem, tam pestilentem doctrinam, quæ altas iam pridem radices in quorundam hominum animis iecit, funditus deleamus, extirpemus, profligemus, conabimur pro virili aliquot rationes paucis afferre, quibus gloriosum esse homini, & planè necessarium inimico parcere, & iniurias condonare, ostendemus.

Principiò si quantum damnum accipiat homo, dum iniuriam viciscitur diligenter attendas, faciliè tibi persuaseris ut cum inimico concilieris; præsertim si animo complectaris, quantæ ea res futura sit vtilitati. testem in primis affero huius damni assertorem egregium Chrysoctomum homilia vigesima septima in Genes. nihil, inquit, *omnium Deus ita odit, & auersatur, ut hominem vltionis avidum, & in animo suo seruantem inimicitias. tantum enim eius peccati damnum est, ut misericordiam Dei reuocet, nec locum habere sinat.* quod mox eleganter ostendit Parabola ex Euangelio desumpta, ubi decem millium talentorum debitor, condonationem illorum omnium adeptus est: sed postea, quod conferuum centum denarios debentem expectare noluisse, his acriter reprehensus est à Domino: *serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me, nonne ergò & te oportuit misereri conserui tui? nec id satis.* Verum etiam in tetro carcere coniectus est.

Postquam parabolam subiecit Christus; sic & Pater vester faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Quare verissimè Sapiens admonuit Ecclesiast. vigesimo octauo, primo, qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. homo homini reseruat iram, & à Domino quarit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccato suo deprecatur? ipse cum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? tandem sic concludit Sapiens: *memento nouissimorum, & desine inimicari.*

C Quæ maior, rogo, infania exogitari poterit, quàm idèd insanire velle, quod prius alter insanijt. quæ ratio suadet ut tu malè agas propterea quod alter fecerit malè? neque enim tu desinis esse iniuriosus, si alteri, qui tibi iniuriam fecit, parem tu, vel maiorem etiam, vicissim iniuriam feceris. nam sicut iniustitia nunquam in iustitiam euadere potest, ita neq; vnquam iniuria ius esse poterit, quamuis post alteram illata sit, neq; vnquam peccatum peccato repensum, peccati vim, rationem, & nomen exuet; stultum igitur est iniuriosum esse velle, & iniuste agere, & peccatum velle committere, quia alter tibi iniurius fuit, vel graue aliquid commisit in te. rogo si cum per viam luto, ac sordibus inquinatam incedis, tibi fortè occurrat aliquis non satis animaduertens quid agat, & guttulis aliquot sordidæ illius aquæ aspergat pallium tuum; tu verò excandescens eius viciscendæ iniuriæ causa in medium lutum toto insilias corpore eo solùm animo ut vicissim illum respergas, quis risum tenere poteris? quis prudens æquè atque imprudens non contemnat te qui alterum leuiter ut attingas te tu-

inimicis reconciliandi ob damnum quod oritur ex odio.

3. Non insanendum ob alterius insaniam.

tum ita foedaueris? tale quid igitur cogita te
facere cum vt iniuriam vlciscaris, alium cōtra
legem Dei offendis.

Quid diceret si animaduertes aliquem
qui vt inimico vulnus infligat pugione prius
cor suum transfuerberet, vt ita pectus suum
transfodiens eodem leuiter pugione lædat
inimicum, qui illi tum fortè à tergo est. An nō
tu hunc dementem omninō iudicares? idem
& de te iudicium fer, dum vindictę studio ini-
mico honorem detraxisti, bonis spoliasti, vel
quod summum est, etiam vita, hæc enim om-
nia mala, quia temporalia sunt, non multum
æstimanda sunt præ illis, quæ tibi intulisti, dū
tua te manu vltus es, prius animam occidisti
tuam, quàm corpus alterius vulnerares; nam
qui non diligit manet in morte. 1. Ioan. 3. 14.

Et verò ij, qui vindictam de fratribus su-
munt, meritò api similes esse dicuntur, quæ
ira exardescens circuit, fuffrat, & tandem le-
uiter pungit hominem; sed longè maiore
suo malo, quàm eius, quem iniecto aculeo
vulnerauit, is enim exiguo adhibito luto, non
multò post curatur, cum tandem infelix illa
apis moriatur, & dum vlciscitur, animam
perdat. Sic apibus suos hostes iurè comparat
Dauid Psal. 117. 12. circumdederunt me sicut
apes. Verè irati hominis cogitationes vt ex Philo-
ne Hieronymus ait, partus sunt vipera viscera
matris corrodentem admirando natura secreto.

Quæ cum ita sint, adeò nobile illud Plato-
nis ingenium percuterunt, vt in dialogo, cui
titulus Criso, sic differentem induxerit Socra-
tem: Nullo modo iniuriandum est, neque si passus
fueris iniuriam, vlciscendum, vt vulgus putat, per-
paucis autem sic vel apparet, vel apparebit, neque
igitur vlcisci decet, neque malefacere cuiquam ho-
minum, quodcumque ipse passus fueris. Quibus cō-
sentit Plutarchus in eo egregio opusculo, quod
de capienda ab inimicis vtilitate conscripsit.
Oblata, inquit, occasione vlciscendi inimicum, eum
missum facere æquanimitatis: qui verò, & misera-
tur inimicum afflictum, & opem fert indigenti, hunc
omnes amant, & laudant, ob animi humanitatem,
& bonitatem. Hinc est quod interrogatus ali-
quando Diogenes: quomodo vlciscar inimi-
cum? paucis quidem, verum scitè: respondit:
probus esto. Quid quod laudare etiam inimicum
maiores sæpè conciliat laudanti laudè, quàm
laudato? Tullium de Cæsare dixisse affir-
mant; cum statuas Pompeij euerteris vetuit, suas sta-
bilisse.

Aristotelem quoque, testis est Elianus, Ale-
xandro magno natura alioqui iracundo, con-
suluisse, vt omnibus se superiorem æstimans
maledicta contemneret, quamuis Christianus
non ita maledicta contemnere debet quasi cō-
uiciatore melior sit, sed quasi maledicto for-
tior. Omnis enim iniuria, inquit Tertull. lib. de
pœnit. seu lingua, seu manu incussa, cum patientiã
offenderit, eodem exitu dispangetur, quo telum ali-
quod in petra constantissima duritia libratum, &
obtusum, concidet enim ibidem irrita opera, & in-
fructuosa, & nonnunquam repercussum in eum, qui
emisit, reciproco impetu, sauiet; nempè, idcirco quis te
lædit, vt doleas, quia fructus lædentis in dolore læsi
est. ergo cum fructum eius euerteris non dolendo, ipse
doleat necesse est, amissione fructus sui.

A Proprium est magnitudinis vera, ait Seneca lib.
3. de ira cap. 25. non se sentire percussum. Sic im-
mans fera ad latratum canum lenta respexit: sic il-
lisus ingenti scopulo fluctus assultat. qui non irasci-
tur, inconcussus in iniuria persistit, qui irascitur,
motus est. non ergo iniuriam pati, sed iniuriam face-
re, vel rescire pati malum est.

Quòd præclarè satis docuit Chryf. hom. 76.
quemadmodum, ait, nullus nos ledere poterit, nisi à
nobis ipsis ladamur. Sic nisi nos ipsos vituperemus,
nemo alius nos vnquam dedecorabit. ponamus enim
mirabilem quemdam, atque insignem esse virū, quem
omnes, adulterum, furcm, sepulchrorum euerforem,
homicidam, latronemq; prædicent, ille verò nec irri-
teretur, nec molestè ferat, nec alicuius huiusmodi rei si-
bi conscius sit, quæ igitur inde vituperatione leditur?
nulla profectò. quid, inquires, si multi malum de ipso
habeant opinionem? nulla inquam omninò vituperati-
one læsus est. sed illi se vituperarunt, qui aliū quàm
debet virum talem existimant. dicit quæso. Si quis solè
tenebrarum auctorem existimet, soli ne an sibi detra-
xit? sibi videlicet, ipsi, cum furiosi, & insanientis opi-
nionem consequatur. eodem profectò modò, qui prauos
bonos esse putant, & è contrario, se ipsos vituperant.
Rectè Chryf. muliebri enim est, conuiciū con-
uicio mox repellere, nam vt Ambr. ait, primo
officiorum c. 6. qui citò mouetur iniuria, facit se
dignū videri contumeliis, dum vult indignus videri.

Damascenus in parallelis, quàm graue ma-
lum sit homini vindictæ desiderium, & fratris
odium: comparatione facta cū alijs vitijs præ-
clarè ostendit: cum omne, inquit, peccatum graue
est, tum nil grauius iniuriarum recordatione atq; a-
uaritia, non dixit (Apost.) fornicationem idolorum
cultum esse, sed auaritiã. Soror porò auaritiã, ini-
uriarum recordatio est; graue enim hoc peccatū est,
& nefariū. Et enim reliqua peccata, & si mala sunt,
tamen ad breue dumtaxat tempus durant, vt quæ v-
nius hora momento perigantur. furtum admisit quis-
piam? vna hora hoc scelere admissio, deinde pœnitenti-
am fortasse agit. cædus crimine sese constrinxit ali-
quis? malum est id quoq;. Ceterum vna hora commissio
facinore, reliquis horis eum pœnitere potest. At qui ini-
uriarum memor est, singulis horis peccat, ac vitium
in pectore circumfert. Etiam si in templum egredi-
atur, non tamen puras ad Deum preces mittere potest,
cum prauo, & infecto, in proximum animo sit, ani-
mus iniuriarum memor, nunquam à peccato purus:
nunquam eleemosynam impertit. Nam qui charitatis
expers est, nec misericordia commouetur, nec opitu-
latur. Sic Damascenus.

Possumus & indè ostendere quàm fatuum
sit velle vindicari, quia sæpè iniuria est ex eo-
rum malorum genere, quæ restitui nō possunt,
sed patienter si tolerentur magnam passo glo-
riam, nomenq; conciliant. Quare S. August.
de serm. Domini in monte lib. 1. cap. 36. & 17.
tria iniuriarum exempla, quæ à Christo po-
nuntur expendens. quorum Primum illud est.
Si quis te percusserit in vnum maxillam. Alterum: Si
quis tunicam tuam tollere voluerit. Tertiū: Si quis
te mille passus angariauerit: in his, inquit, sanè gene-
ribus trium exemplorum, nullum genus iniuria præ-
termisum esse video, namque omnia, in quibus im-
probitatem aliquam patimur, in duo genera diui-
duntur: quorum alterum est quod restitui non potest,
alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non po-
test vindicta solatium quari solet. quid enim prodest

4. Nemo ledat
seipsum gra-
uiter, vt lau-
dat alium
leuiter.

5. Vindicta cu-
pidi apibus
similes.

6. Platonis in-
fignis senten-
tia de remi-
tendis iniu-
rijs.

7.

8.

Nemo ledi-
tur nisi à se-
ipso.

10.

Ire & au-
ritia graui-
sa.

11.

Vindicta cu-
piditas fa-
tua.

Tribus modis sapientia exercetur.

12. Vtilitas ex iniuriarum remissione.

13. Dimitte vt dimittatur tibi.

quod percussum repercutis? numquid propterea aliquid quod in corpore laesum est, restituetur in integrum? sed tumidus a nimis talia fomenta desiderat. sanum autem, firmumque ista non inuuant, quin potius misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, quam alieno supplicio suam mitigandam, qua nulla est. neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correptionem valet, etiam ipsa enim pertinet ad misericordiam. Gregor. etiam hom. 35. in Euangel. sciendum est, ait, quod tribus modis virtus sapientia exerceri solet. alia namque sunt quæ à Deo; alia, quæ ab antiquo aduersario; alia, quæ à proximo susinemus. à proximo namque persecutiones, damna, & contumelias: ab antiquo verò aduersario tentamenta: à Deo autem flagella toleramus. sed in his omnibus tribus modis, vigilantis oculo semetipsam debet mens circumspicere: ne contra malis proximi pertrahatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta aduersarij seducatur ad delectationem, vel consensum delicti; ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmuratiõis. Ex his ergo quæ tum Aug. tum Greg. affirmant constat inutile, stultum, & vitiosum esse iniuria iniuriam velle repellere, & hæc sit prima ratio, quæ nos ab vliscenda iniuria auocare debet: quæ tota iniunxitur damnis, quæ plurima inde existunt.

Verum non minus efficax est ratio ad parcendum inimicis inuitans, quæ posita est in ingenti, quæ inde proficiscitur, vtilitate. Isidor. Clarius orat. 53. in Math. diligenter expendens ea Christi verba Matth. 6. si non remiseritis hominibus peccata sua, nec Pater vester remittet peccata vestra. sic scribit: hac res si attentius cogitaretur, optare quisque deberet, habere aliquos, quorum offensiones essent remittenda. quod hac similitudine potest intelligi. fingamus liberalissimum quempiam Regem, aut Principem, qui multos habeat, qui sibi plurimum debeant, qui etiam cupiens ab alienum, quod alijs deberetur in tota ciuitate dissolui, legem promulgaret, vt quicumque suis debitoribus remitterent, grauius, vel exiguum esset, quod deberent, fore, vt Rex maxima quaque debita illis remitteret. quicumque verò neminem haberet, qui sibi deberet, oportere eum, quicquid deberet Regi ad teruntium persoluere. in hac lege quisquis debitorem nullus habuisset, & multa Regi deberet, multo deteriore, quam ceteri, esset conditione, optaretque aliquos habere, quid sibi quidpiam deberent. Ad hac ipsa est lex caelestis Patris, qui etiam cupiens habere occasionem ignoscendi, permittit offensiones inter homines accidere, vt omnes debitores aliquos habeamus, quibus remittendum sit, vt possit ipse maxima nobis remittere debita, qua illi debemus. Illustre sanè exemplum, & illud efficiens quod volumus ostendere, videlicet, ex condonatione iniuriarum, satis magnam consequi vtilitatem.

Sed est præterea, quod ad eandem cogitationem inducit, aliud medium. nam si tua te manu vindicare vis, contra te Deum habebis iudicem, qui non dimittet, nisi dimiseris. Quod si tacitus, ac patienter iniuriam perferas Dei amore, & ab iniuria manū abstinueris, tunc Deus ipse te vliscitur, tuas tuetur partes, à te stat contra inimicum tuum; mihi, inquit, vindictam, & ego retribuam. quantò hoc æquius, & tibi etiam melius sit Dauid suo exemplo declararet, dum Deum sic obsecrat: de vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant aequitatem.

A doceat te idem ratio ipsa: quid enim magis à ratione alienum esse potest, quam vt idem sit actor, & iudex? quare in nulla benè constituta Republica permissum est, vt sibi aliquis ius dicat. cum ergo affectum te ab altero iniuria quæteris, actorem te ipse constituis. quomodo ergo etiam iudicis partes assumis? quod quidem iudicium, quam multa sequantur absurda deplorare magis libet, quam ostendere. hinc enim natae sunt illæ impiæ, & in Deum scelestæ leges, conuitium alapa vindicandum esse, alapam vulnere, vulnus nece, & sexcenta alia mala inde nascuntur, quibus prudens superfedeo. multò igitur æquius est Deo ius suum commendare, & pro inimicis, prout ipse præcipit, deposito odio exorare; sic enim contumelia in laudem, iniuria in honorem, & quod in speciem dedecori tribuebatur, in summam gloriam conuertetur, vt tantò illustrior sis futurus, quantò contra maiora mala fortior fueris.

B Oranti Stephano pro inimicis cæli aperti sunt, quia nimirum patent cælestes ianux precibus hominis, cuius caritatis viscera aperta sunt aduersarijs; contra verò his obseratæ sunt, qui inimicitijs studentes viscera caritatis claudunt, ne proximi ad ea penetret amor. quod vel illo Auilæ exemplo in epist. 6. confirmari potest: narrat ille Elizabetham Vngariæ Regis filiam aliquando orasse Deum vt quoslibet qui eam contumelia, vel iniuria aliqua affecissent, afficeret ipse Deus peculiari aliquo beneficio, ita ve iniuriæ & contumeliæ beneficium responderet. tunc ergo de cælo, ait; significatum esse illi non antea suis precibus Deo illam sic placuisse vniquam atque tunc, in eius verò tam propensæ in inimicos dilectionis compensationem, omnium sibi peccatorum condonationem fieri.

C Narrat quidam vir pius, & literatus didicisse se de viris fide dignis sempiterna memoria celebrandum cuiusdam mulieris facinus. vidua erat vnicum dumtaxat filium habens, illustrem illum, & amplissimi patrimonij hæredem, occidit hunc quidam eius inimicus, & continuò ne caperetur sese abdidit in certum quemdam locum. cumque diligenter à Iudice quæreretur ad necem, audiuit mater interfecti filij vnici ac prædilecti nescio à quo, locum in quo se ille occultauerat; quare ne filij interfecto in manus iudicis veniret; expeditis nuncijs misit ad illū equū, & pecunias, monēs, vt sibi fuga confuleret, quia alioqui eò missurus erat iudex, qui illum raperet ad necem. tantum potuit in vnici matris vnico filio per summam iniuriam orbate, Dei præceptum, & amor. sed quid postea acciderit aduerte. Res plane mira, cum illa eo tam præclaro facinore perpetrato, genibus nixa pro dilecti filij anima Deum rogasset, oranti illic apparuit filius cælesti lumine circumfusus, amantissimam matrem sic alloquēs: Mater cum inimico pepercisti, & preces pro me ad Deum fudisti, tunc verè mater mea effecta es, longè præstātius, quam cum me mudo genueras. tā enim insigni caritate obtinuisti à Deo veniā mihi omnium meorū peccatorū, vnde factum, vt cum adhuc purgatorijs pœnis multos annos deberem peccata expiare, tuo

14.

15. Osa. fer. & cin Exemplum insigne.

illo quod pro me obtulisti sacrificio, id est, illa pro inimiçi salute, sollicitudine & cura, illa pro me fusa oratione, ecce letus iam ad cæleste gaudium conuolo. tantum valet apud Deum inimicorum dilectio. Nec in præteritis relinquam, illustre illud, quamuis peruulgatum, B. Ioannis Gualberti ad eandem rem pertinens exemplum; quod leges apud Surium 12. Iulij; Quodam die Ioanni cum armigero suo (sic enim id narrat Blasius Melanesius eius vitæ scriptor) Florentiam tendenti in ipso itinere capitalis eius hostis (is cognatum eius occiderat) ex insperato fit obuiam loco ad eum angusto, vt neutri locus pateret à via deflectendi. tam verò hostis planè inermis, cum haud dubiam necem sibi paratam cerneret, concepta subito fiducia, ab equo desiliens, humi se prosternit, iunctisque cancellatim ad pectus manibus pro crucifixi amore, veniam, vitamque sibi deprecatur. compunctus Ioannes audito nomine crucifixi, pacem offert, metum ponere iubet, culpamque ei ex animo remittit. hoste dimisso Ioannes ad Ecclesiam quamdam deflexit, cumque ibi coram crucifixi imagine flexis genibus Christi vulnera contemplaretur, vidit, dictu mirabile, Christi caput ad se inclinari tamquam gratias agentis, quod pro eius reuerentia hosti capitali pepercisset. Ioannes autem illa Christi bonitate attractus protinus relicto sæculo Monasterium ingressus est, & tam sanctè vixit, vt in numero sanctorum sit. si aliud simile desideras exemplum, lege Thomam Canthipratensem in Apario 1. 2. cap. 18.

16. Non omitam illud, quod animaduertit acutè Greg. Expendens enim illa Domini verba Jerem. 15. 1. *si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, idè tu noli orare pro eis;* quibus quantum orando potuerint apud Deum Moyses, & Samuel ostenditur. more enim hominum loquitur Deus, quomodo dicimus, nec si Pater meus id à me posceret, darem: quo dicendi modo quanti faciamus parentes, & quantum eorum apud nos preces valeant ostendimus. sciscitatur Gregor. cur posthabitis tot antiquis Patribus, soli numerentur Moyses, & Samuel. Respondet lib. 8. moral. c. 9. non aliud quam quod Moyses, & Samuel orauerunt pro inimicis; Samuelem enim grauiter offenderant Israelitæ, dum eo quasi contempto Regem postularunt, quod factum cum postea tantoperè displicuisse Deo animaduertent, & ob id meritò iram Dei experiri timerent, rogarunt Samuelem vt pro illis Dominum, eiusque vindicem iram sedaret. Respondit illis prompto, atque hilari animo Samuel: absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis. De Mose clarior res est, quam vt probatione egeat, cum toties pro ingrato, rebeli, & tantum non lapidibus petente se populo obnixius exorauerit. hæc ergo iniuriarum obliuio, hæc aduersus infensos, & aduersarios caritas, hæc pro inimicis sulæ preces, causa fuerunt cur Moyses, & Samuelis tantum valerent apud Deum preces; quod quam magnum bonum sit non est qui ignoret. finis non esset, si singula bona dilectionis proximi persequi vellemus. & quia longius progressa est

A hæc digressio, reliquas rationes ad dilectionem inimicorum incitantes, in sequentem digressionem reijciemus.

DIGRESSIO XV. MORALIS.

Reliquas rationes prosequitur auctor pro diligendis inimicis.

VIRO Christiano satis ea ratio esse deberet quod dilectio inimici Christi Domini præceptum sit. ipse enim est qui loquitur illis verbis: *ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.* ego Pater, & Creator vester cui debetis quidquid estis. ego Dominus, cui non obedire summum piaculum est. ego Iudex vester, in quem tam multa peccastis. ego qui diligendo inimicos præiui exemplo. ego qui in vos tam multa contuli beneficia. ego qui toties in me peccantibus vobis errata dimisi, ego dico vobis: *diligite inimicos vestros,* propter me facite, non propter illos. Ex hac vita sublato Iacob vt Gen. cap. 50. memoriæ proditum est, timentes fratres Ioseph ne fortè memor ille iniuriæ, quam ab illis passus erat, redderet eis omne malum, quod fecerant illi: hanc inierunt ad eum placandum rationem tamquam omnium optimam, & efficacissimam; significarunt ei per nuncium dicentes: *Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hac tibi suo nomine diceremus: obsecro vt obliuiscam scelera fratrum tuorum, & peccati, atque malitia quam exercuerunt in te, nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc; quibus auditis fleuit Ioseph; qui & venientibus ad eum fratribus dixit: nolite timere; ego pascam vos, & paruulos vestros, consolatusque est eos, ac blandè ac leniter est locutus.* tantum valuit apud Iosephum dilecti parentis recordatio, & voluntas.

Quod clementiæ genus admiratus Rupertus sic scribit lib. 9. comm. in Genes. cap. 42. *ingenita clementia laus est Ioseph, quod auditis verbis fratrum suorum humiliter & dolenter veniam sceleri ab ipsis commisso implorantium, non solum euignouerit; verum etiam dolorem, & fletum cum illis communicauerit. sanctissimum profectò remissionis genus, hoc est, nisi qui peccauerunt, non flentibus, sed tantum confitentibus, solum flere illum, qui peccatis offensus indulget; & orantibus pro indulgentia, piis quoque reddere lacrymas cum venia.*

Subdit postea Rupertus & hoc documentum; *attamen vbi mulcet pietas, illic pariter pungit veritas: ne sic de remissione eius, qui laesus est, fratres gaudeant vt à sollicitudine iudicij Dei mentis oculos claudant. nolite, inquit, metuere: num Dei possumus resistere voluntati? hoc planè pietatis est. sed quod subdit: vos cogitastu de me malum, & Deus vertit illud in bonum: hoc aspera veritatis est. vtile omnibus qui præsumunt, hinc exemplum sumendum est, vt citò quidem in se peccantibus remittant, & insuper bona pro malis retribuunt; verum de Iudicio Dei, peccatores nimium securos esse non sinant.* hæc tenet Rupertus. Potuit hoc efficere pietas in parentem mortalem, & peccatorem, & nõ poterit Christi præpotentis Dei Patris filius, idemque Rex regum, & Dominus dominantium hoc à no-

1.
Dilectio inimici Christi præceptum.

2.
Ioseph Patriarche mansuetudo.

3.
Veritas & misericordia obuiabunt sibi.

aliud.

Moses & Samuelis obuiam orantium pro inimicis.

bis obtinere, vt propter illum, & tot ac tanta in nos collata beneficia, fratribus dimittamus, qui multò plura in ipsum Dei filium peccauimus?

4. Quod si ille tibi diceret *propter ipsum inimicum*, qui tibi iniuriam fecit, dimitte illi. excusare posses, non mereri illum delicti condonationem, sed indignationem; non amorem, sed odium; non beneficium sed vltionem. nunc autem non id tibi dicit Christus propter illum fac, sed *propter me*, cui totum te, & omnia tua, semper debes, quem toties offendisti, cui decem millium talentorum debitor existis, & à quo si id præstiteris immensum gloriæ pondus consecuturus es.

5. Et verò qua fronte à Deo Patre vt tibi tua condonet peccata propter Christi merita, postulare audes, qui tuo aduersario propter eundem Christum ignoscere non vis? ego, inquit Christus, ego præcipio, vt inimico remittas iniuriam. Ego peto vt *propter me* id præstes, qui tam multa indigna, & acerba passus sum pro te; non meretur ille; at mereor ego.

6. Quin illud verissimè scito, te, nisi inimico ignoueris, prius offensurum fore Christum, quàm inimicum. finge quæso animo cum inimicum adoreris, inter te, & illum Christum Dominum medium intercedere, nec posse te inimicum lædere, nisi sacrilego ausu prius lædas Christum. quantum rogo hoc esset crimen? nam si Pater esset qui intercederet medius, aut rex, abstineres procul dubio manum à vulnere, ne vno ictu Patrem transfuerberares, vel regem simul cum hoste, atqui non Pater est terrenus, qui intercedit inter te, & inimicum tuum, sed Pater cælestis, sed creator, denique Deus est, & Dei præpotentis filius. Is est qui præcipit, is est qui tibi dicit, *propter me* ne fratrem læde. si enim id feceris, me prius iniuria, & vulnere afficies. neque verò ista figmenta sunt, sed ita verè accidit, in inimicum peccare non potes, nisi prius in Deum pecces, ait enim: *quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

7. Sed dicit aliquis, impossibile est inimicos diligere, vel certè graue est iniuriam pati, & calumniam. atqui aliter grauißimi Patres sanctitate, prudentia, & totius literaturæ laude ornati sensere. Audi Chrysostrum. homil. 78. ad populum Antiochenum; *non est, inquit, graue, non est ò homo, quousque circa presentia stupidus haeres? nec enim id Deum instituisse si graue foret. animaduerte verò: qui fecit iniuriam, abijt habens quidem pecunias, sed & conscientiam percussam: læsus autem pecunijs quidem priuatus, habens autem apud Deum fiduciam, possessionem innumeris digniorem thesauri.* Sapienter Chrysostrum. nam certè longè turpius, & grauius est facere, quàm pati iniuriam; imò verò omnium malorum maximum Socrates censebat facere iniuriam: Itaque se potius optare, pati iniuriam, quàm facere. igitur potius commiseratione dignus est, qui iniuriam intulit; quod hoc exemplo illustrari potest. si quispiam phrenesi laborans recta te monentem molestè ferret, tibi que iratus præ rabie, ac vehemènti furore, caput suum parieti illideret; an non tibi potius commiserationem excitaret, quàm

A iram? quid si arrepto pugione leuiter tantum te attingeret, se verò ipsum altè confoderet, rogo nonne tibi lacrymis & dolore magis, quàm vindicta dignus videretur? idem iudicatio de eo, qui alium contra ius lædit. qui enim iniuriam infert graui phrenesi correptus est, & grauiori se vulnere confodit, quàm illam cui fecit iniuriam; imò verò hic maius inde bonum, & præmium consecutus est, si patienter tulit; graue ergo videri debet iniuriam facere, non perpeti.

8. Nec diuersa est Augustini sententia, neque à Chrysostrum aliena; sic enim serm. 61. de tempore ait; *in omnibus scripturis Deus tibi dicit, quia potes (inimicos diligere) tu è contrario respondes non posse: considera nunc, vtri, tibi, an Deo debeat credi. Et idè quia veritas mentiri non potest, iam vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas, quia nec impossibile aliquid potuit imperare, quia iustus est; nec damnaturus est hominem pro eo, quod non potuit vitare, quia pius est. Quid tergiversamur in Cassum? nemo enim quantum possumus melius nouit, quàm qui nobis ipsum posse donauit. tot mulieres, clerici, pueri, tanta, & tam delicata puella, flammæ & ignes & bestias aquamiter portulerunt, & nos stultorum hominum conuitia dicimus tolerare non posse, quæ nobis malorū hominū nequitia inferuntur, si possumus etiam vsque ad mortem illorum nostras iniurias vindicamus: vnde nescio qua fronte, vel qua conscientia cum omnibus sanctis in aterna beatitudine partem habere desideramus, quorum exempla sequi in rebus minimis non acquiescimus.* Et serm. 5. de sanctis idem S. Augustin. respondens obiectionibus istorum hominum, sic ait: *sed dicit aliquis: grandis labor est inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. nec nos negamus fratres, non paruus quidem labor est in hoc seculo, sed grande erit præmium in futuro, per amorem enim hominis inimici efficietis amicus Dei: imò non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse Dominus dixit: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui in calis est. si te aliquis homo diues in hoc seculo vellet ad optiuum filium facere, quomodo seruitores, quas ei dignitates impenderes, & seruorum, eiusque seruitia durissima, & aliquoties etiam turpissima sustineres conuitia, vt ad caducam, & fragilem eius hereditatem peruenires. quod ergo ille sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter vitam eternam: conuincimur enim certissima ratione. quia propter Deum possumus quidem, sed nolimus iniuriam sustinere. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriam facit, si nos etiam in faciens maledicit, nec respondere aliquid asperum, non dicam vicem reddere ausi sumus. quare hoc? ne ab illa persona potente adhuc maiora, quàm pertulimus patiamur. quod à nobis extorquet hominis timor, deberet à nobis exigere Christi amor.* hæc scitè August. quibus efficitur cessare debere omnem eiusmodi factiem excusationem, de grauitate, vel impossibilitate dilectionis inimicorum.

9. Verùm illud omninò leue, vanum, & indignum planè; non dicam Christiano homini, sed vel homine philosopho, qui tamen ipsum rationis lumen non deserat. Ais, honoris te facere iacturam si læsus taceas, & fore vt tamquam vilis, & ignobilis habere si te non vlsceris. quid si tibi ostendam honores

9. Non leditur honor, si remittatur iniuria.

te lon-

te longè maximos, si peperceris adepturum? quæ, rogo, maior nobilitas esse, aut excogitari potest, quæ maior gloria desiderari, quàm ut quis Dei filius sit, & habeatur? è contrario quod maius opprobrium, quæ magis infamis ignominia esse potest, quàm diaboli in se faciem, formamque exprimere, eiusque filium censerit? si ergo ostenderimus te in filium Dei euadere posse parcendo inimicis, diaboli verò si non peperceris, quod volumus efficiemus. iam audi nò me, sed Christum. quid ait Christus? quid te ille docuit? *diligite inimicos vestros, benefacite hiis, qui oderunt vos, & orate pro persecutentibus, & calumniantibus.* quid inde? *ut sitis filij patris vestri qui in calis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* & tandem sic rem totam definit. *Estote ergo perfecti sicut & Pater vester celestis perfectus est.* ergo Deo dignum est hostibus ignoscere. ergo res est quæ generolos Dei filios nos esse declarat. Non enim puto tam planè amentes esse istos ut dicere audeant credendum esse magis mundo, quàm diabolo.

10.

Erant filij diaboli.

Iterum quid de diabolo dicat Christus Ioan. 8. 44. attende. *Vos (cum Iudæis loquitur, qui eum interficere, odio, & invidia pleni querebant) ex Patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio. Ecce tibi ex cuius progenie sint, qui alios ira, atque odio inflammati cõtumelijs afficere, perdere, interficere student. Vide quem imitentur. certè non alterius, Christi sententia, filij sunt, quàm diaboli. non alium emulantur, quàm eundem diabolum, cuius facta iniqua, cuius odia infesta præ se ferunt. eant nunc homines isti, si Deo placet sapientissimi, & rideant eos, qui alijs ignoscunt, ceu viles atque ignobiles homines, & ut aiunt, tanquam inermes pecudes: cum planè ipsi non modò dementes, & tamquam efferatæ belluæ sint, sed deposita hominis, diaboli in se formam assumant, cuius ignominiosissimæ improbitatis, & omnis generis dedecoris, ceu furij agitati imitatores, ac filij sunt.*

11.

Meritò proindè D. Petrus 1. c. 2. 21. 23. urget nos, ut tantam gloriam filiorum Dei non amittamus, idque non aliter efficit, quàm proposito Christi exemplò; *Christus, inquit, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* quænam? *qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.* ut ergo tanto Patre digni simus filij, ut tantæ gloriæ amplitudinem consequamur, pro iniuria gratiam, pro malefactis beneficia reddamus oportet. hoc nobis gloriosum, hoc honorificum esse putemus, sic enim Dei filij, & imitatores efficiemur, qui non satis habuit veniam crucifigentibus se postulare, verùm culpæ etiam illorum quamdam excusationem aliquo modo ostendit, dum sic Patrem oravit, & quidem in medijs ipsis iniuriarum, dolorum ac persecutionum fluctibus: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* O vocem ad durissimi cordis odium dissolendum potentissimam. O vocem melius loquentem, ut cum Paulo dicam, quàm Abel sanguinem, qui in terram fusus vindictam in fratrem clamabat, cum contra Christi san-

A guinis aspersio, & vox veniam impleret, & gratiam. Ad hunc nos dignitatis gradum prouehit Apostolus Ephes. 5. 2. dum ait: *estote ergo imitatores Dei sicut filij carissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos,* hac enim dilectione, præsertim, qua inimicos complectitur simul, & amicos, secernit Christus, qui sint eius veri filij, quod enim Isaac dixit Iacob, *accede huc ut tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau an non,* Genes. 27. sic Christus non alios agnoscit filios benedictione, ac primogenitura dignos, quàm eos, qui perfectam etiam inimicorum dilectionem

B habuerint; propterea dixit Ioan. 13. *in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inimicem.* & alibi. Matth. 5. 48. *estote perfecti sicut & Pater vester celestis perfectus est.* quam sententiam sic expendit Cyprianus de bono patientiæ: *si nobis Dominus, & Pater Deus est, sectemur patientiam Domini pariter, & Patris: quia & seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres. qualis verò in Deo, & quanta patientia, quod in contumeliam sua maiestatis & honoris instituta ab hominibus profana templa, & terrena signa, & sacra sacrilega patientissimè sustinens, super bonos, & malos aequaliter facit diem nasci, & lumen solis oboriri, & cum imbribus terras rigat, nemo à beneficijs eius excluditur, quo minus iustus, similiter, & iniustus indiscretas pluias largiatur. videmus inseparabili aequalitate patientia nocentibus, & innoxijs, religiosis, & impijs, gratias agentibus, & ingratis Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus miscere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescente, prata florere; & cum crebris, imò continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat.*

C

D Est & alia ratio inimicorum dilectionem persuadens non minus vera, quàm efficax. si enim qui læsus est primum suæ iniuriæ, vel damni auctorem subtiliter animo repeteret, eumque Deum esse agnosceret, libenter haud dubito cuncta perferret, quæ inferuntur damna, & tanquam à Deo Patre optimo, ac de suis filijs benemerente omnia susciperet. Quamuis enim eorum malorum, quæ pœnæ dicuntur à Theologis, quæ peccata sunt, creatura ipsa vera ac propria causa sit, neque villo modo Deus quod nihil tam Deo repugnet quàm peccatum: eorundem tamen, quæ pœnæ, & medicinæ quædam ac supplicia pro peccatis debita sunt, & in vtilitatem, meritum, & dignitatem hominum referuntur, præcipua causa ac prima Deus est; qui mala aliorum voluntate vritur in bonum, & emolumentum electorum, permittens malum propter bonum. neque ob aliud Isa. 10. 5. vocat Deus Assur *virgam furoris sui,* qua Israelitas velut filios castigabat: Hinc Attila *flagellum Dei* rectè vocatus est. hinc Amos trigelimo sexto dicitur: *si erit malum in Ciuitate quod Dominus non fecerit?* hinc Iob: *manus, inquit, Domini tetigit me.* & Christus Petro, *Calicem quem dedit mihi Pater non vis ut bibam illum?* ergo cum te persequitur inimicus diligenter repete primam persecutionis causam, tibi que persuade

12.

Deum esse, qui tamquam pius Pater te non aliter quam vt dilectum filium corripit: ad quam rem confirmandam non alium adhibebo testem, quam Paulum, qui ad Hebr. cap. 12. 6. sic scribit; *quem diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium quem recipit; & paulo post v. 8. subdit: quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis.* Sic Paulus monet. nam si Pater filium corripit, quando crimen aliquod admittit, quid mirum si te Deus Pater castigat, cum delinquis: vnde Augustinus ait, serm. 4. de verbis Domini: *si iumenta verberas, & stimulas vt tibi seruiant; cur nos, cum iumenta Dei simus, ab eo flagellari non debemus?* hæc cogitatio, tam altas radices iecerat in corde, & animo Dauidis: vt propterea vlscisci sibi à Semei illatam iniuriam nullo modo voluerit. 2. Regum 16, 10. Dicebat enim: *dimitte eum vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit?* ergo si cum iniuriam pateris, Dei te castigantis manum attenderis, nã tu etiam dixeris; Dominus præcepit aduersario meo vt malediceret mihi, & quid ego sum qui audeam dicere, quare sic fecerit?

13. Sed si cunctas persequi rationes velim finis non erit. Quare quæ hac digressionem hæcenus scripsimus, sanctissimis Christi verbis tandem confirmemus. Animaduerte obsecro quàm seriò, quàm frequenter, quàm magno studio, & accurata diligentia hanc de dilectione inimicorum doctrinam nobis commendatam voluerit, & inculcauerit cap. 5. præsertim eo 6. Matt. primò enim Beatos prædicat eos, qui iniuste iniurijs, & contumelijs appetuntur. Atque ad eos conuersus, *gaudete, inquit, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in calis.* Deindè iudicij, concilij, & gehennæ ignis comminatione deterret ab illatione iniuriæ, ira scilicet, & verbis probrosis; *ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, & quæ sequuntur cap. 5. v. 22. sequenti verò v. 23. vetat ad altare suum accedere, sacramentorumque beneficio frui eum, qui iniuriam fecerit, contumeliamve rependerit, nisi prius reconciliatus fuerit fratri suo.* Quarto Matth. 6. 15. negat à se gratiam, vel remissionem peccatorum sperari debere, nisi prius fratri remittamus debita, idque ex animo, ac verè. quod etiam sub finem cap. 18. 35. eiusdem Matth. continetur. Adhæc iubet vt vna contumelia, vel iniuria accepta, prompti simus ad maiorem, Matth. 5. 39. *ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram, & quæ sequuntur v. 40. 41.* Vult & inimicos diligi non verbis modò, verum etiam factis, preces Deo pro illis offerendo, atque alijs modis beneficiendo vt sitis, inquit, *filij Patris vestri qui in calis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* præterea Matth. 6. 1. id nos facere monet non nostri commodi, vel gloriæ humanæ captandæ causâ, quod Ethnicis solent: sed ad maiorem Dei gloriam, & animæ salutem, alioquin, inquit, *mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in calis est.* tandem Matt. 5. 48. totam hanc suam doctrinam tamquam maximè ad perfectionem Christianæ religionis

A pertinentem, præclara hac sententia absoluit: *esote ergo vos perfecti sicut & Pater vester cælestis perfectus est;* quasi hoc dogma de non vindicanda iniuria, deque amplectenda inimicorum dilectione, summa sit perfectionis, filios nos Dei efficiens, & imitatores. Si ergo tam grauibus verbis, & efficacibus sententijs, hanc rem nobis & commendauit, & præcepit Christus, eandemque toties inculcauit, & suo demum exemplo confirmauit: quis erit, modò sub suaui Christi iugo esse voluerit, & Christianus censerì, qui non libenti, ac prompto animo propter Christum omnes iniurias, & contumelias inimicis condonare velit?

14. Quod si tanto ardes inimicos prosequendi studio, ostendam ego tibi quis tuus verè inimicus sit, cum quo nunquam fœdus inire, nunquam conciliari, quem summo odio semper odisse debeas; is dæmon est, capitalis Christianorum præsertim hostis, & perniciosus, qui pestifero odio à Christi seruis, & electis nunquam non dissidet, sanguinem semper sitiens, semper in perniciem nostram intentus, vt incautos opportunè inuadat, & cælestem nobis à Deo promissam hæreditatem auferat, & tandem secum ad sempiternas pœnas infelicitè trahat. is est cum quo tibi acriter contendendum est; is qui hominem instigauit, & permouit vt tibi malum inferret. quemadmodum enim si quis cum equite pugnaret à quo tandem vulneraretur, stultus sanè esset si prætermisso equite, equum vlscisci vellet, qui tantum instigatus, & impulsus nocuit. idem tibi euenire cogita, quando in hominem inueheris, eumque vlscisci vis propter illatam iniuriam, cum tamen præcipua iniuriæ causâ dæmon sit; qui verò te iniuste offendit, est tamquam equus, cui dæmon insidet, eumque impellit, atque instigat vt tibi noceat. excipe & aliud simile exemplum; an non insanire iudicaberis, si cum te adoritur stricto gladio inimicus, vt te percuciat, tu prætermisso aduersario contra gladium totus feraris, qui mouetur aduersarij manu, quo te, illo districto, punctim, cæsimque perdere contendit. Idem vsuuenit cum tu prætermisso dæmone, hominem, qui commiseratione potius dignus est, implacabili odio persequeris; qua vna re vero hosti dæmoni consentis, par es, & rem efficis gratissimam, qui tamen præcipua illati mali causâ fuit; fratre enim tamquam instrumento vsus ille est, licet voluntario, verum decepto & falso tamen ab illo. Audi Apostolum potius qui docet nos, quem hostem odisse debeamus; Ephes. 6. 12. 13. *non est, inquit, nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rottores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus; propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo.* hunc ergo inimicum tuum cogita. Neque verò ided instigat hominem dæmon contra te, quia vel solum, vel multum curet tuis te bonis terrenis spoliare, vel quod tuis vulneribus, & damnis corporalibus contentus sit, quæ ab instigato homine inflicta sunt; non enim magni hæc pendit. Sed Dei inimicum te constituere, animam tuam per odium, & impatientiam occidere, denique in infernum rapere cogitat, &

petijt Iobum, bonis filijs, sanitate spoliare, non quia multum ista curabat, sed vt per hæc ad impatientiam induceret patientissimum Dei Athletam, & tandem animam raperet. Huc ille maximè spectat. Huc omnia consilia, vires, studia, cogitationes omnes, & malefacta refert. Et tu tamen insanus non modò non illum odisti, verù illù sequeris, illius praua iussa amplecteris, quibus te per iracundiam incendit, & inflammat odio, vt inimicum hominem contra Dei præceptum offendas. quâto iustior fores, si in alia omnia ires, & contrariam insisteres viam, vt dum dæmon, callidus veterator sollicitat te, inimico vt irascaris, vt iniuriam rependas, tu è contrario molli, ac leni responso irati hominis iram mitigares, illi libenter parceres, benevolentiam ostenderes, denique malefacta benefactis cumulares. Sic enim dæmon à te victus abscederet quasi graui accepto vulnere, & ingenti contumelia affectus. Fac rogo Clementissime Iesu vt hæc nostro pectori doctrina semper infideat, & vt inimicos fratres ex animo diligamus, propter te, qui cum inimici essemus pro nobis sanguinem tuum sanctissimum fudisti, & vitam Patri liberaliter obtulisti.

DIGRESSIO. IV. XVI.
MORALIS

In vers. 25. esto consentiens aduersario tuo.
De similitudine inter Canem & conscientiam, quæ rectè intelligitur per aduersarium cui consentiendum est.

DVos nobis Deus socios attribuit, & quasi in hac peregrinatione comites, ne aberraremus, Angelum, & conscientiam, quæ significata sunt per Raphaelem iuuenem & canem, qui Tobiam peregrè profectum comitati sunt, vt Asmodæum fugaret, & connubij nexum firmaret; quæ duo nobis in hac vita præstanda sunt, vt Dæmonem enim propulsemus, & Deo animam copulemus, enitendum nobis est; & quidem Raphael rectè tutelarem Angelum repræsentat, cui plurimum debemus, sed de hoc alibi: conscientia verò cane significatur.

Canis nunquam Dominum deserit, conscientia à natura insita, semper animæ præsens est. Canis odoratu pollet, conscientia utilia, noxia, bona, mala, dijudicat. Latrat canis cum fures cernit, proclamat conscientia, cum peccata subodoratur. Canis sæpè percussus iterum redit ad Dominum, sæpè repulsa conscientia, à suo munere non recedit. Gaudet canis cum Domini vultum hilarem conspicatur, læta est conscientia cum animam nullis conspurcatam vitijs contuetur.

Cæterum duo præsertim commendant in cane: Basil. hex. hom. 9. & Ambros. hex. lib. 6. cap. 4. Vnum quod odoratus sagacitate, quasi syllogistica ratione vtatur, dum feram insequitur. Quam rem sic explicat Basil. *nam cum eius fera vestigia, quam persequitur inuestigat, siquidem inuenerit ea pluribus sese findentia modis, diuortia viarum singulatim, digressionesq, quasunque in*

A partes ferant, vbi suo illo sagaci odoratu perlustrauit, vocem propè syllogisticam per ea, que agit, elicit hoc pacto: fera quam persequor inquit aut hac, aut illa, aut ista diuertit parte, atqui non hac, non item illac, restat ergo illam istac abijisse via, atque ita falsa tollendo, verum inuenire solet. Quid plus faciunt, qui per linearum descriptionibus designandis tanta eorum grauitate sedent, literarumq, pulueri inscriptio, è tribus vbi duas propositiones sustulerint vt falsas, in ea demum qua trium reliqua est, verum comperitur? Hæc de cane Basil. conscientia verò naturali ratione, vel synderesi, Christum ceu ceruum matutinum sequens, vbi dubium aliquod, ancepsq; iter offendit, statim omnes viuendi, vel agendi vias, rationesq; perlustrat, & quæ nam sit verior ac probatior dijudicat, nec fallitur, quidquid enim non est ex fide peccatum est.

B Alterum quod commendant in cane Patres est tenacem esse beneficij, & gratiæ memorem: quare & excubias exercet: & externos prohibet, & mori pro Domino est paratus. Audi eundem Basil. loco citato: *memoria verò beneficiorum animantis huiusce, gratiaq, reddenda, quem ingratum, beneficiorumq, immemorem non pudore, ac dedecore asperserit? Iam quidem & interfectis à latronibus in solitudine Domini, complure è cadaueribus canes non recessisse, sed ibidem expira, se memoria traditur. Nonnullos etiam cade adhuc recente duces illis fuisse qui latrones inquisierunt, & ad poenam maleficos rapti fecerunt. Quid hic isti dixerint, qui nullo suum opificem, altoremq, Deum prosequuntur amore, sed vt amicum etiam & necessarium non videntur, qui loquuntur aduersus Deum iniquitatem, eiusdem participes mensa facti, & ad alimoniam sumendam admissi, aduersus beneficium tuum altorem blasphemat voces tolerant efferrè? Hæc de Cane Basil. Porro conscientia comes fidissima, neq; in prosperis, neque in aduersis animam deserit, perterret hostes, & animam peccati consciam carpit, arguit, mordet, excruciat, & cum ea viuere, cum ea mori semper affectat. Addit auctor glossæ magnæ mysticæ in cap. i. Gen. his duabus proprietatibus canis, tertiam eiusdem, nimirum vigilantiam sanè admirandam: assidet semper in ianuis vigil, & vel paruo fragore audito oblatrat, externos mordet, & pandit. Verum nihil conscientia vigilantius, confidet in ipsa cogitationum ianua, nunquam somno corripitur, quin cuncta quæ cogitat anima conspicit. Si quid verò animæ pacem interturbare nouit, exclamat, & quasi oblatrat, mordetque morsu etiam amarissimo, nec minis terretur, nec demulcetur blanditijs.*

C Iezabel è fenestra in viam proiecta à canibus dilaceratur, & anima è gratia decidens in viam publicam, nempè in vitæ infamis contumeliam projicitur, & conscientia morsu perpetuo extimulatur, excruciat, dilaceratur. Verum sicut Lazaro canes lingebant vlcera, ita peccata, iusti conscientia lingit, vt sanet; fateor tamen tam multis interdum obrui vitijs conscientiam, tot onerari malis, vt prænimietate vitiorum vix contra hiscere audeat, & qui eò deuenire miserix canibus mutis similes sunt non valentibus latrare.

D Anima peccati Iezabel similis.

1. Duo comites nostri, angelus custos & conscientia.

Conscientia canis.

2. Canis natura.

3.

4.

5.

6.

CAPVT V.

A. 6. I.



1. **T**tendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in Calis est.
2. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrita faciunt in synagoga, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua.
4. Ut sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.
5. Et cum oratis, non eritis sicut hypocrita, qui amant in synagoga & in angulis platearum stantes orare: ut videantur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem suam.
6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito, & Pater tuus, qui videt te in abscondito reddet tibi.
7. Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici. Putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.
8. Nolite ergo assimilari eis, scit enim Pater vester, quid opus sit vobis antequam petatis eum.
9. Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.
10. Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra.
11. Panem nostrum super substantialem da nobis hodie.
12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
13. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.
14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra.
15. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.
16. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes: Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.
17. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.
18. Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondito: & Pa-

- ter tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.
19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra ubi arugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur.
20. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque arugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur.
21. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.
22. Lucerna corporis tui est oculus tuus, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.
23. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, ipsa tenebrae quanta erunt?
24. Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet, non potestis Deo seruire, & Mammona.
25. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini; nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum?
26. Respiciete volatilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester caelestis pascit illa. nonne vos magis plures estis illi?
27. Quis autem vestrum cogitans potest adhaerere ad staturam suam cubitum unum.
28. Et de vestimento quid solliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent.
29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis.
30. Si autem fenum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modica fidei?
31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur?
32. Hac enim omnia gentes inquirunt, scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.
33. Quarite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adicientur vobis.
34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malitia sua.

Vide huius
historiae c.
20. v. 34.
lib. 5.

SCHOLIA.

I.

VBI Dominus præcepta quædam Decalogi declarauit, & corruptelas legis quædam Phariseorum sustulit, transit nunc ad exponendum finem, vel modum eorundem præceptorum, ac docet: cauendam esse in primis inanem gloriam in omnibus operibus iustitiæ. Et quia nimis longum fuisset de singulis præceptis operum bonorum differere, reuocauit omnia ad tria capita. Orationem, ieiunium, & eleemosynam, quorum primum erga Deum, alterum erga nos ipsos, tertium erga proximos exhibemus, & vno mentem, altero corpus, tertio bona externa sacrificamus, vt Theor. 1. declarauimus, cap. 4. n. 4.

Vana gloria cauenda.

2.

1. *Attendite ne iustitiam*] vult nos cauere à vanæ gloriæ studio, tamquam ab insidiosissimo, & periculosissimo Serpente, quem effugere vix possit, qui tota mente non attendat. Quare August. in regu. *quæcumque*, inquit, *iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant:* & Chrysost. 2. expof. in Matt. præ omnibus vitijs carnalibus periculosius esse dicit in hominibus vanæ gloriæ vitium. Cùm enim omnia mala seruos Diaboli vexent, vana gloria magis vexat seruos Dei.

3. Iustitia nomine bona opera intelliguntur.

4.

Nomine *Iustitia* ipsa bona, quæ facimus, intelligit, quæ vult vt benè etiam faciamus, finem illis præstituentes, non laudationem hominum, sed Dei honorificationem. Pro *Iustitia* Græci codices habent *ἀγαθότης*, id est, *eleemosyna*: quare quidam per iustitiam hic, beneficentiam, seu eleemosynā intelligunt: nam & paulò pòst subdit: *Cùm ergò facis eleemosynam*. Sic Gen. 30. 13. vbi nos legimus *miserecordiam*, 70. *ἀγαθότης*, id est, *iustitiam* legunt, itemque cap. 31. 23. Deut. 24. 13. vnde Psalm. 102. 18. *miserecordia autem Domini ab æterno* &c. dum subditur, & *iustitia illius in filios* &c. repetitio est eiusdem sententiæ, quod enim prius *miserecordia*, postea *iustitia* vocatur; item Psalm. 111. 9. *differfit dedit pauperibus, iustitia eius* &c. vbi eleemosynam vocat *iustitiam eius* per Hebraismum, 2. Corinth. 9. 10. fruges iustitiæ, vocat *eleemosynas* Apost. vt enim fruges in arua, sic eleemosynæ in pauperem seminantur, multiplicantur. Rectè autem misericordia *iustitia* nominatur, quia magna pars est iustitiæ, vel quia iustum est, vt miseros nostro foueamus beneficio. Probabilis quidem expositio.

Sed puto *iustitiam* vniuersim hic sumi pro omni virtutum opere, præsertim quod proximis exhibetur: verosimile enim est Hebraicè Matthæū scripsisse *iustitiam*, credo etiam interpretem legisse *ἀγαθότης*, hinc Augu. lib. 2. serm. Dem. in mon. cap. 5. generaliter, inquit, iustitiam appellauit, deinde particulariter exequitur. Rectè Augustin. Nam ad iustitiam pertinet ieiuniū, oratio, & eleemosyna, vt patet ex sequentibus. Vide D. Thom. 1. 2. q. 108. 3. 4.

Alioquin mercedem] quia æquum est, vt cui quisque laborat, ab eo mercedem accipiat, & vt vnus laboris non duplex, sed vna sit merces. Rectè igitur dicit Dominus habituros istos mercedem apud homines, quorum respectu operantur, nimirum inanem gloriam, quam quærunt. apud Deum verò non habebunt, cuius causa non faciunt.

5.

Non aduertantur hæc verba illi sententiæ: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*. Nam statim adiecit, quo sine id fieri debeat: *vt glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*. Sic ea videri non prohibet Dominus. Quare hic non dixit tantum, *attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*, sed illicò subiicit, *vt videamini ab eis*, hoc enim modo prohibet fieri

A

coram hominibus opera bona. Vide item num. 7.

2. *Noli tuba canere*] vniuersim deccit fugiendam ostentationem, & inanem gloriam; nunc speciatim in quibus præsertim operibus sit vitanda demonstrat. itemque, quia prædixerat discipulis: *nisi iustitia vestra abundauerit plusquam Phariseorum*, nunc qualis sit Phariseorum iustitia, & qualem esse suorum velit, declarat. Pharisei enim, quos hypocritas vocat, daturi eleemosynam proclamari tubis curant, quo tempore, vel hora sit ab illis danda, vt laudem inde venentur hominum, verò, inquit, Christiane, *noli tuba canere ante te*.

Vbi obseruandum conuocari olim solitam plebem tuba num. 10. 2. *Fac tibi duas turas argenteas ductiles quibus conuocare possis multitudinem*. vnde etiam vsus manasse videtur olim apud hypocritas conuocandi pauperes ad eleemosynam tubæ sono. Hæc respexisse videtur Christus.

B

Alij quidam quoniam nomen *hypocrite* histrionicum est, & significat eum, qui alia persona cùm sit, aliam agit, & in vniuersum simulatorem, vt testatur etiam August. de sermone. Dom. putant esse hic allusionem ad tragediæ & comediæ morem, quarum initio tubis canitur, vt populus instruat, histrionem exire, quod & verbum *spectandi* confirmat, quo superius vers. 1. vsus est, *πρὸς τὸ θεῶν, vt spectemini*, quæ est vox theatralis, vnde theatrum. Significat igitur hypocritas simulatores esse, & laruatos quodammodo, ideoque spectari velle. Verus sensus videtur, vt *tuba canere* sit ostentare eleemosynam, vt figurata sit locutio. Quare August. sic interpretatur, noli tuba canere, *noli scire velle innotescere, vt hypocrita*. Et iuxta hunc sensum non est necesse dicere in more positum fuisse tubæ clangore conuocare pauperes ad eleemosynam: quamuis figuratus hic loquendi modus desumptus videatur à consuetudine conuocandi multitudinem tubis argenteis num. 10. Per hypocritas verò potissimum Phariseos intelligere videtur, vt dixi. Sane benè hypocrita dicitur, & simulator, qui eleemosynas largitur, vt honorificetur ab hominibus: non enim, id est in corde, quod exterius simulat, hoc est, misericors, sed crudelis potius, & immisericors, vt qui non motus misericordie affectu, sed laudis audiditate agit, quod agit, eoque magis est crudelis, quod ex aliena miseria, & ignominia propriam laudem, & gloriam venatur; alibi in Scrip. hypocrita impium hominem significat ex Hebr. idque non rarè in Job.

C

In synagogis, & in vicis] id est, conuenticulis, non enim hic, & paulò inferius, vbi de oratione agitur propriè Synagoga sumi videtur, tantum scilicet pro certis illis domibus in quas conueniebant Iudæi ad audiendam legem.

D

Suum] quam optabant. Seu operi illi conuenientem, humanam nempè laudem.

3. *Te autem faciente eleemosynā nesciat sinistra*] Hyperbole est, quasi dicat, occultissima sit, ita vt ne tu ipse quidem scias, si fieri potest. Alij sensum putant esse hunc: aded debere nos iustitiæ nostræ testes effugere, vt si sinistra manus nostra oculos haberet, videre tamen non posset quid dextera boni faceret. Dextræ autem actionem tribuit, quia ea eleemosyna porrigitur, cui sinistra assistit, vt si oculos haberet, ignorare nõ posset, quid dextera faceret. Simile quid habetur Ecclesiast. 29. 15. *conclude eleemosynam in corde pauperis, & hac pro te exorabit ab omni malo*.

Obserua tamen aliud esse velle se videri ad captandam popularem auram, aliud velle opera sua videri de qua re dicitur: *Sic luceat lux vestra coram hominibus* &c. itaque quod opus recta intentione sit, debitisque circumstantijs, occultum sit, etiam si in oculis hominum fiat.

6.

In v. hunc vide Augu. Ser. 54. de diuer. eccl. 10. 600. de tempore Basil. 9. cõ. pen. 197.

7.

4. In abscondito] id est, tibi soli, & Deo cog- nita.

Pater tuus, qui videt in abscondito] id est, etiam occultissima quæque, quasi dicat, conscientiam tuam.

Reddet tibi] mercedem, quasi dicat, neque ve- rearis, vt incognita eleemolynã tua tibi pereat, nam & si homines latet, Deum Patrem tuum mi- nimè laet. Apud Græcos legitur, hic & hoc in aperto, ac si dicat, reddet tibi, nempe mercedem etiam coram hominibus, id quod in die præsertim iudicij fiet. Ita olim tempore Aug. latini legebant, Græci non legebant. lege illum li. 2. de ser. Dom. videtur quidem pulchra antithesis respondens verbo, in abscondito: verum nunc ex correptis bi- blijs colligimus non esse hæc legenda.

5. Et cum oratis] post eleemosynas meminit o- rationis.

Qui amant] G. ὁ φιλοῦν; quia amant, non e- nim hic, philusin, pro solent positum esse videtur, vt vult Eras. Sed sensus est potius, amant stantes orare, vt etiã postea dicitur à Matt. 23. amant vo- cari ab hominibus rabbi, & amat primos recubitus. Fortè interpres noster legit ὁ. Vide Pammelium in Cyprianum lib. 3. ad Quirinum.

In synagogis, & in angulis platearum] Anguli platearum non sunt hic platearum recessus, vt quidam volunt, sed flexus platearum, & compita, vbi viæ diuersæ concurrunt, adeoque multi homi- nes. Auctor tamen imperfecti de secretis locis exe- ponit, quasi hi simulint nolle se videri orare, cum nihil magis velint: ita enim captant auram popu- larem, dum se illam fugere significant, abditum, & secretum locum eligentes in plateis. Cæterum prior sensus videtur vereor huius loci. Benè verò addit in angulis non vicorum, sed platearum, hoc est latorum viarum, vbi maximus est diuersorum hominum concursus.

Stantes] non fit mihi verosimile olim iudæos stantes orare solitos, quamuis quidam id sibi col- ligere ex oratione Pharisei apud Lucam videan- tur. Itaque stantes intelligo fixos, immobiles, ve- luti raptos secundum Maldon, hic, vel potius, vt credo, stantes situm innuit: nam in plateis sic stan- tes non complicatis genibus credibile est orasse.

6. In cubiculum] vult nos fugere hominum cõ- spectum, dum orationi vacamus, nisi dum ratio loci, & laudabilis consuetudo, & circumstantiæ aliud suadēt. Id quod re vera, & potissimum Chris- tus hic requirit in orante, non est, vt teneamur omninò ingredi verè cubiculum, & ostium clau- dere, sed inanem tantum hominum gloriolam fugere, & laudem. Hoc enim est in cubiculo ora- re, vt sit intentio in occulto. August. lib. 2. de serm. Dom. in mon. cap. 6. quæ, inquit, sunt ista cubicu- la, nisi ipsa corda: parum est intrare cubicula si porta pateat.

In abscondito] Interl. id est cordis intimo.

Reddet tibi] scilicet mercedem illius operis, vel quod petis oratione. G. reddet tibi in propatu- lo. Obseruandum quod narrat Epiphanius in Phy- fio. cap. 1. de Leone: Cum leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, sua ipsius vestigia cauda obte- git, ne illis insistentes venatores, lustrum inueniant atque ipsum capiant. Sic Dominus noster Iesus Chris- tus spiritualis leo, qui vicit ex tribu Iudæ, radix Da- uid, à patre missus sui ipsius spiritualia cooperuit ve- stigia, id est diuinitatem suam; se enim exinaniuit, & in Maria ventrem descendit vt saluaret fraude de- ceptum hominum genus, & Verbum Caro factum est, & habitauit in nobis: quapropter illi qui ignorabant de super illum descendisse dicebant: quis est iste Rex gloriæ? Sanctus verò spiritus, Dominus, inquit, virtu- tum ipse est Rex gloria &c. Nec aliter tu spirituali

A homo, cum fecerit eleemosynam sinistra tua dextera opus ignoret: ne te Diabolus ex bonis operibus inuesti- et, & ad peccandum allicias.

7. Nolite multum loqui] Ne futili verborum profusione vtamini, & inanibus repetitionibus. Casianus collat. 9. cap. 35. habet: frequenter, sed breuiter orandum. August. epist. 121. cap. 10. non est multiloquium si diutius oretur, & Christus pro- lixius orauit, vt nobis exemplum daret. Dicuntur in Aegypto monachi crebras habere orationes, sed breuissimas ne per productiores moras habe- tetur intentio, quæ tamen si perduret non est rum- penda. Multum loqui est rem superfluis agere ver- bis, uultum autem precari, est diuturna cordis ex- citatione pulsare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, & fletu, quàm sermonibus agitur.

G. ἄπλοῦν & ἁπλοῦν. pro quo nos multum loqui, & multiloquiũ. Significat autè non simpli- citer multũ loqui, sed loquacitatẽ, & futile verbo- rũ profusionẽ, vt cum idem frequẽter & sine caus- sa repetitur. Deficitur vox à Barto Poeta his re- petitionibus abundante. Interdum in orando ad affectum accendendum, & declarandum idem re- petimus: & tunc non est simplex repetitio & sine causa, sed utilis & crebra petitio.

Sicut ethnici] Deæ Syriæ cultores multa phana- ticè effutire solitos scribit Apuleius lib. 8. & indi- catur etiam 3. Reg. 18. 27. inuocari solitum Baal multo clamore, nam cum esset meridies illudebat illis Elias dicens; clamate voce maiore, clamabant ergò voce magna, sed non iustificabantur, neque erat vox, aut sensus audientis. non igitur prolixas orationes reprehendit, sed tales, eoque modo, quo à gentilibus fiebãt; qui putabant, quod dum plura, & clariore voce ac studio affectata vercorum co- pia orarent, exaudirentur magis.

In multiloquio] in, pro, propter, quasi Deus po- tius exaudiat, vel melius intelligat, qui plura lo- quuntur, & copiosius. vide Gregor. Nyssen. lib. de oratione.

8. Scit enim Pater vester] quærit August. quid opus sit oratione; si nouit Deus, quid opus sit nobis, antequam petamus eum? Respondet, quia ipsa ora- tionis intentio cor nostrum serenat, & purgat, ca- paciũque efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritaliter nobis infunduntur, non enim am- bitione precum nos exaudit Deus, qui semper pa- ratus est dare suam lucem nobis vitalem, sed nos non semper parati sumus accipere, cum inclina- mur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur. Hieron. quoque eandem hic contro- uersiam mouet, consurgit, inquit, hoc loco quadam heresis, Philosophorum quoque peruersum dogma di- centium: si nouit Deus, quid oremus, & antequam petamus, scit quibus indigemus, frustra scienti loqui- mur. Breuiter respondendum est, uis non narratores esse, sed rogatores, aliud est enim narrare ignoranti, aliud scientem petere &c.

Pluribus eandem quæstionem declarat Chryso- tom. 19. in Matt. orandum est, inquit, non vt Deum doceas, sed inflectas; vt familiaris efficiaris, interpel- lationis frequentia, vt humiliter orando, viã pec- catorum tuorum sapè recorderis. Hæc ille. Adde velle id Deum, vt merita per orationem accumule- mus; vt hoc religionis, & humilitatis actũ ipsum colamus, vt bona omnia ab eo emanare profitea- mur; vt ad illum tamquam ad Patrem confugia- mus, vt mentem à terrenis curis ad cœlestia trans- feramus; denique, vt fidei, spei, & charitatis actus exerceamus.

9. Sic ergo] Sic, id est, in hæc sententiam, etiã- si alijs verbis vti contingat. Vos] Emphasim habet: distinguit enim à Iudæis, & Ethnicis.

Pater noster qui es in celis] hæc præfationem

8. nra ina m gloriam se Gregor. no. 11. in ang & ho. de fatuis iugm. & li. moral. c. 2. & lib. 12. p. 24.

9. Anguli pla- tearum qui.

10. lege Basil. 1. 277. com- en & Ana- tasius q. 2. om. 1. bi- lio pat.

11.

Multiloquiũ quid sit.

12.

7

C

D

13.

Etiã Deum scias neces- sariam, nihil omnino orã- dum est, & cur.

14.

Orationem Dominici am- pponit Am- brosius. Sarr- 4. Chry- som. 67. & Aug. serm. 4. 30. Rom

conu.

Vide item
serm. 182. de
temp. & ser.
28. de verb
Domini.

Sub patris
nomine que
consideran-
da.

continent, monent enim nos primùm adoptionis diuinæ, dum dicimus, *Pater noster*: & peregrinationis terrenæ, qui es in cœlis; vt simul nos intelligamus egere auxilio, quia peregrini; & fiduciam concipiamus petendi, quia filij. Sic Bernard. serm. de natali Beatæ Mariæ, qui dicitur *de aqua ductu*.

Deinde hæc eadem sunt quasi procœmium captans benevolentiam. ex August. lib. 2. serm. Dom. in mon. cap. 18. nam cum dicimus, *Pater noster*, laudamus Dei bonitatem, qui pater dignatur a vilissimis mancipijs appellari, cum addimus, *qui es in cœlis*, laudamus eius potentiam, & excellentiã, quæ duo exprimuntur illis vocibus, *optimus*, *maximus*.

Tertiò excitant hæc in orante amorem, dum dicimus *Pater noster*; & timorem cum subiungimus, *qui es in cœlis*, quasi altissimo solio sedens terrena simul, & cœlestia moderetur.

Quartò ratione insinuant, cur Deus possit, & debeat nos audire: nã si Pater, debet filijs quod iuste postulât, non negare: si in cœlis, vt summus rector potest, quæcunque voluerit, facere.

Quintò, inquit Cyprianus, moneri nos his verbis patri terreno renuntiasse, & patrem cœpisse in cœlis habere, ac proinde non terrenam nobis, sed cœlestem ducendam vitam. Iam ad singula verba descendamus.

16. *Pater*] prima persona Trinitatis intelligitur; sic Tert. Amb. Cypri. Aug. & c. licet in Patre sit intelligendus & Filius, & Spiritus sanctus; nam vna omnium natura, potestas, voluntas & c. sicut & Ecclesia dirigit ad Patrem orationes, & subdit *per Dominum nostrum & c. qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti*, dicitur autem hic Deus, *Pater*, non tam creationis, quàm adoptionis ratione, quia est propria noui testamenti. Sic August. qui etiam lib. 2. de serm. Dom. in mon. cap. 8. obseruat Iudæos in monte Syna audisse; *ego sum Dominus*, vt seruos: nos vt filij orare iubemur, *Pater noster*. Confirmatur hoc ratione, quia cum etiam ethnici sint à Deo creati, non possunt tamen nobiscum orare, *Pater noster*, non enim sunt regenerati, & ob id additur, *noster*, scilicet reparatorum. meritò Chrysof. serm. 71. hominem compellâs ait, *homo, quid commune cum terris tibi, qui confiteris tibi genus esse de cœlis? ergo cœlestem vitam monstra in habitatione terrena, quia si quid in te gesserit terrena cogitatio, calo maculam, cœlesti generi iniuriam intulisti*.

Noster] præter dictam rationem, ita loquimur, quia hæc est oratio publica ecclesiæ, & cum Deum oramus, tamquam Ecclesiæ membra orare debemus. Adhuc monentur, nobiles, & diuites, ne se supra cæteros extollant: quia hic fatemur nos fratres esse? Monemur & vnitatis & pacis; denique *noster* dicimus, quia solus Christus dicere potest *Pater mi*: nam naturalis est filius, nos adoptione.

17. *Qui es in cœlis*] est quidem Deus vbique, sed in cœlis se magis manifestat, hinc *cæli enarrant gloriam Dei*. Et hæc est vera sententia. Quidam per *calos* sanctos intelligunt. Monemur & his sursum habere cor dum oramus. Quod si Deus in cœlis est, ergo valido non oris, sed cordis clamore opus est, vt audiamur de profundis clamantes.

18. *Sanctificetur nomen tuum*] Sanctè colatur, & prædicetur, & id verò, & sequentia verba optantis sunt, inquit, Emmanuel, & hæc est prima petitio. In scripturis nomen Dei, pro Deo poni solet. Nomine enim cognoscitur, inuocatur, & celebratur. Non sic petitur, inquit August. *sanctificetur nomen tuum*, quasi non sit sanctum nomen Dei, sed vt sanctum habeatur ab hominibus, id est, ita illis innotescat Deus, vt non existiment aliquid sanctum, quod magis offendere timeant. Tertul. lib. de orat. suspenfa enunciatione, non dicentes, san-

A. *ctificetur in nobis, in omnibus dicimus. taque ab omnibus sanctificari velle significamus, dum à quibus velimus sanctificari non dicimus.*

10. *Adueniat regnum tuum*] secunda petitio, regnum scilicet cœleste, quasi dicat, fac vt tecum regnemus, aliqui de regno gratiæ exponunt, sed minus ad literæ sensum.

Regnum Dei quadruplex est. Primùm pro domino in omnes creaturas sumitur. Secundò pro eo, quo per gratiam regnat in iustis. Tertiò pro regno, quo cum beatis nunc regnat in cœlis. Quartò pro eo, quo regnaturus est in fine mundi subactis hostibus, & morte sublata, omni principatu, perfectissimè cum suis Sanctis, nullis existentibus scandalis in regno suo, nullo deficiente, qui ad illud pertineat. De quo petière discipuli Act. 1.

B. *6. Domine si in tempore hoc restitues regnum & c.* Hic primo modo constat non sumi, secundo modo accipiunt Ambrosius & Hieronymus. tertio modo Cyprianus, quarto verò Augustin, & Chrysof. vt & Theophylactus. Nobis placet intelligendum hic esse regnum principaliter, quarto modo, licet etiam comprehendamus sub illo tertium modum, & ita vtrumque complectentes regnum cœleste vocamus. Vult porrò Dominus nos precari (vt dicit August. ad Probam) aduentum eius, quo desiderium nostrum ad illud excitaremus, vt nobis veniat, & in eo regnare mereamur; Deinde voluit Dominus nos tam bonæ conscientiæ esse, vt non formidemus eius aduentum perere, & expectare. Itaque nemo dicere rectè poterit hoc modo, *adueniat regnum tuum*, nisi qui despectis rebus his, vt bonus filius patri coniungi optat in regno suo, quod qui non audet precari, precetur saltem, vt regnum Dei veniat tertio modo, vel etiam secundo, is enim modus bonus est, sed non ita ad literæ sensum facere videtur. Quamquam etiam dici potest, petere nos vt tale regnũ, siue tertio, siue quarto modo intelligas, nobis suo tempore adueniat, cum mors, Deo volente, irrepet, quæ omnibus impendet.

Fiat voluntas tua] Tertia petitio est, & est sensus: Fac vt tibi obediatur; Duplex ponitur Dei voluntas, à Theologis, altera *signi*, nimirum præcepta, & prohibitiones, quibus Deus significat quid à nobis agi, vel non agi velit. Altera *beneplaciti*, qua Deus vult absolute aliquid fieri, quæ semper impletur, quam nulla vis externa impedire potest. Hic accipitur primo modo, petimus enim vt gratia, & auxilium Dei nobis adsit, quo possimus ac velimus Diuina implere mandata.

Notat Auctor operis imper. non esse dictum: fac in nobis tuam voluntatem: nec faciamus tuam voluntatem, sed *fiat voluntas tua*, vt intelligeremus obedientiam legis esse opus non solius Dei, nec solius liberi arbitrij, sed vtriusque.

Quamquam potest aliquo modo referri hæc petitio, ad voluntatem quoque beneplaciti: quatenus debemus numquam reprehendere voluntatem hanc Dei, & eius beneplacitum, nec obmurmurare, etiam si nos affligi, & premi velit, verum ei libenter, & patienter acquiescere.

Ceterum ex August. enchyr. cap. 151. non semper nobis optandum est, vt fiat quod vult Deus fieri voluntate beneplaciti: numquam tamen displicere debet Dei consilium, sæpè enim aliud competit Deo, vt velit, aliud nobis: immò Iudæi mala voluntate voluerunt, quod Deus voluit Christum occidi.

Sicut in celo & in terra] sicut in celo scilicet ab Angelis, subintelligitur, ita & in terra, scilicet ab hominibus, optamus enim vt sicut in celo Angeli sancti Deo promptè, perfectè, atq; in omnibus obediunt, ita & nos per Dei gratiam faciamus;

19.

Regnum Dei
quadruplex.

20.
Duplex Dei
voluntas.

21.

22.

11. *Panem nostrum*] Petitiō quarta intelligitur ab aliquibus hoc loco panis principaliter quidem spiritualis, putā V. Eucharistiz, & Sacramentorū, ac verbi Dei. Sic Rabba. lib. 1. de institutione Sacerdotum cap. 3. Chrysof. serm. 68. Chroma. in Matt. cap. 6. Sic Aug. lib. 2. de ser. cap. 12. D. Hiero. contra Pelagia. Amb. lib. 5. Sacra. c. 4. vbi hæc habet de Vener. Eucharist. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Sic vive vt quotidie merearis accipere.* Sic Cyprian. in expositione orat. Domin. & lib. 4. epist. epi. 6. Tertul. lib. de orat. Dominica. Hi omnes de Vener. Eucharist. præsertim exponunt locum hunc. Deindè etiā panis intelligitur corporalis: Breuiter intelligitur omnia subsidia ad vitam tam animæ, quam corporis conseruandam necessaria. Sic Tertul. Cyprian. Nyssen. Theophyl. Euthym Beda &c. Cū verò aliqui explicant de solo pane spirituali, intellige principaliter. Sic Patres, & in primis sic August. exponit, ne secum puer li. 2. de ser. cap. 12. nam in Enchir. ca. 15. & epist. 121. cap. 11. etiam de corporali interpretatur. At magis à Christi mentem Chryf. hom. 20. in Matt. & auctor imperf. ca. 6. de pane corporali exposuere. Tolet. in cap. 11. Luc. an. 10. etiam ad id confirmandum citat Nyssen. tracta. de orat. Basil. rez. breu. R. 252. Tertul. tract. de orat. Cyprian. eodem tract. Hier. Matt. 6. Aug. epist. 121. cap. 12. adducens illud prou. 30. *paupertatem, & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui &c.*

Aduerte consueuillè scripturam nomine panis, omne genus cibos significare, quibus ad sufficiens vitam quotidie vitimur. Gen. 3. 9. *in sudore vultus tui vesceris panem tuo,* ex hom. 2. 20. *vocate eum vt comedat panem.* Mar. 3. *ita vt non possent manducare panem,* &c. ita &c. hic.

23.

Super substantialem] vox Græca ὑπερβασιαν, quæ est tam apud Matt. quam Luc. videtur posse significare *super substantialem*, vel *eximium*: nam Hieron. inquit, idem sunt ὑπερβασιαν & ἐξίμιον, id est, peculiaris, electus, eximius. Scribit autem sic Hier. in Matt. *in græco habetur ὑπερβασιαν, quod verbum 70. interpretes ὑπερβασιαν frequentissime transferunt, considerauimus ergo in Hebræo, & vbi cumq; Septuaginta periuision expresserūt, nos inuenimus segullah, quod Simmachus ἐξίμιον, id est, præcipuum, seu eximium translulit, licet quodam in loco peculiare interpretatus sit.* Hæc ille. Et quidem periuision, sumi pro acceptabili, & peculiari, perspicuum est ex Paulo ad Titum 2. 14. *& mundaret sibi populum acceptabilem.* G. ὑπερβασιαν, id quod videtur desumpsisse Paulus ex Deut. 7. 6. *se elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris,* vbi 70. translulerunt periuision.

24.

Ceterum, *super substantialis* sumi debet pro *substantiali*, seu essentiali, vel valdè substantiali, vt non tam ad excellētiam, quam ad necessitatem referatur, & idem est si dicatur peculiaris, vel eximius. Ita exponunt græci, *super substantialem*, id est substantialem, hoc est, substantiæ nomine alendæ accommodatum, quare apud Lucam interpretes huc respexit, dum *quotidianum* vertit, id est, quo pane quotidie indigemus. Et hoc modo deducitur ab ὑπερβασιαν, i. substantia, itaq; illa præpositio, *super*, vel necessitatem tantum significat, sicut dicere cōsueuimus, *supereminere*, *superabundare*, id est, valdè eminere, valdè abundare, ita *super substantialem*, id est, valdè substantialem, essentialēq; nobis, vel certè cum Græcis nulla habenda est ratio præpositionis, exponit enim Græci pro substantiali. Non desunt tamen, qui sentiāt, idem esse ὑπερβασιαν, quod succedentem, id est, *quotidianum* seu indigentiz nostræ panem, vt Syriacè legitur. Et verò D. Amb. lib. 1. de Sacra. cap. 4. docet latinum interpretem apud Lucam translulisse, *quotidianum* ex eo quod græci aduenientem diem appellent ὑπερβασιαν, seu

ὑπερβασιαν ἡμετέραν, iuxta quam nominis interpretationem dicendum est *epiusion* nō derivari à nomine *υσία*, nec à verbo ἔμι, id est, sum. Sed à verbo ἔμι, quod significat *ire*, vnde ἔμιμι, i. *aduenio*, vt panis *epiusion* idem sit, quod *panis quotidianus*, quasi quotidie adueniens, quæ deductio rectè conuenit interpretationi nostri interpretis apud Luc. 11. in quæ sensū D. Hier. loco cit. contra Pelagia. testatur, in euangelio, quod dicitur secundum Heb. eos se pro pane substantiali repperisse *mahar*. id est, craftinū, & eandem ob causam Severus Alexandrinus Patriarcha lib. de ritibus baptis. & Syntaxeos apud Syros receptis (vt testatur ibidem. D. Hieron.) *panem indigentia* nuncupauit. Vide Blasium in cap. 2. Apoc. comment. 3. sec. 4. num. 7. sub finem.

Nostrum] Si de Vener. Eucharistia, & Sacramētis intelligas, *nostrum*, expone fidelium, sic Cypr. vel vniuersim *nostrum*, id est, quia nobis donari solet. Greg. lib. 33. moral. cap. 1. vel *nostrum*, id est, hominum, non pecudum, vel *nostrum*, id est, nobis necessarium.

Da nobis hodie] id est, quamdiu dicitur *hodie*, hoc est, tempore huius peregrinationis, seu vitæ huius mortalis, sic Cyril. Catech. 5. mysta. & Aug. epist. 121. cap. 1. & lib. 2. de ser. Dom. cap. 12. Aliter fumitur præcisè pro *hoc die*. Sic Tertull. Cyprian. Chrysof. quo modo si sumas, tunc cum nomine panis significantur omnia subsidia generatim vitæ necessaria, non solum omni die, sed etiam omni hora, & omni momento dici potest, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quoniam nullus est dies, hora nulla, aullum momentum quo aliqua in re subsidio Dei non ezeamus: etiam si nō omni die, vel hora sacramentis, vel pane corporali indigemus. Emman. in notis in hoc verbum, *hodie; quotidie*, inquit, *peti vult, & agnosci eius beneficium esse semper, quod viuimus.* Tol. Luc. 11. in hoc verbum, *hodie*, in om. addit, *vt saltem necessitas cibi urgeat nos, vt frequenter Deum adeamus, & mentem ad caelestia erigamus.* Nyssen. tract. de orat. & Chryf. hom. 20. in Matth. volunt id dictum esse ad significandum vitæ huius incertitudinem, cuius nihil est certum, nisi præsens. Diaria enim est vita nostra, cū de futuro nihil habeamus certi. Cyprian. tract. de orat. notat noluisse Christum vt in longum tempus postularem cibum, sed in præsentem diem, optima ratione, nam cū petamus regni caelestis auctum, non decet huius temporis cibos in longum tempus optare ac velle. Iterum Chryf. in hom. non vult, inquit, nos conteri sollicitudine superuenientis diei quod explicat Gagnæ. Dum ait: *vult nos in diem postulare, vt ne nimis solliciti de craftino, in multos dies nobis præparemus, sed certos nos esse curæ patri caelesti, qui etiā passeres fame perire non sinit, contenti simus hodiernum panem postulare, cras craftinum peturi.* Hæc rectè à Gagnæo dicuntur de pane corporali, quem hic iubemur petere, quomodo Cyprianus loquitur, dum ait: *qui in vno conuiuio tantum expendit, quantum potest multis diebus sufficere, non quotidianum cibum manducat, sed multorum dierum.*

D

12. *Et dimitte nobis debita nostra*] id est, peccata siue mortalia, siue venialia, pro quibus debetur satisfactio per poenitentiam, & bona opera, quæ tamen sine Dei gratia, qua peccata dimittuntur, præstari non possunt.

Ex hac quinta petitione tria eliciuntur. Primum omnes homines, quamuis iustos in hac vita non carere peccatis: cū omnes dicant quotidie: *Dimitte nobis debita nostra.* Hinc secundò sequitur esse quædam peccata venialia, quæ cum ipsa charitate consistunt. Tertio colligimus post baptismum esse adhuc locum poenitentiz: est enim hæc oratio propria baptizatorum, & licet instituta

25.

26.

esse

esse videatur ad peccata venialia delenda, valet tamen etiam ad impetrandam peccatorum mortalium indulgentiam. Chrysoft. hom. 20. cap. 6. in Matth.

27. D. Ambr. li. 5. de sacra. c. 4. improbos etiam diaboli debitores esse, non modò Dei: *qui eras*, inquit, *liber in Christo, debitor factus es diaboli*. Peccata, veluti pecuniam diabolo homini cõeneratur, pro cõenore miser homo æternas soluit pœnas: ab his vsuris liberos reddit Christus iuxta illud Psal. 71. 14. *Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum*; in quem locum: *Qua sunt ista vsura*, inquit Aug. *nisi peccata, quæ etiam debita nominantur*, &c. ab his ergò debitis liberari petimus.

28. Præter remissionem iniuriarum etiam pœnitentia necessaria ad salutem.

Sicut & nos dimittimus] Remissionis obtinendæ à Deo adijcitur conditio, cæterùm sola non satis est, nisi adfit pœnitentia, sine ista tamen conditione nemo speret remissionem peccatorum; illud verissimè ait Cai. Deum, hùc qui proximo dimittit, ac relaxat acceptas iniurias, peculiari quadam ratione adiuturum, vt pœnitentiam assequatur & veniam. Metuenda vox Christiãssis, qui infensissimò sunt erga fratres animo, neq; vllam eis remittere volunt iniuriam. certi enim esse debêt, ex hac orandi formula, quam nobis Christus præscripsit, numquam remissum iri nobis à Deo delicta nostra, nisi vicissim aliena remiserimus. Audi id quod Ecclesiast. 28. 1. 2. 3. 4. 5. scriptum est: *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam & peccata illius seruans seruabit, relinque proximo tuo nocenti te, & deprecanti tibi peccata soluentur*: homo homini seruauit iram, & à Deo quarit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cum caro sit, seruauit iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Itaque si nos debitoribus nostris, i. ijs, qui nos offenderunt, non remittimus, neque nobis remittet Deus. Vnde Luc. 11. 4. dixit: *Si quidem nos dimittimus omni debenti nobis*. Vide quid Nyssen. scr. bat orat. 5. de orat. Dom. Ordo, inquit, quodammodo inuertitur, vt audeamus sperare futurum, vt Deus nostra facta imitetur. Vt dicas, quod ego feci, Domine fac, solus, solue, dimisi, dimitte. id quod etiam habet Theophylact. cum ait: *Habet me Deus vt exemplar, & quod facio alij, facit & mihi*.

29. Aug. hom. 42. *Induxit nobiscum*, inquit, *Deus patrum, & placitum, firmumq; chirographum, vt dicamus, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Qui vult dicere efficaciter, dimitte nobis debita nostra, oportet quod dicat veraciter: *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si hoc quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit: illud quod prius est inaniter dixit*. Hinc Marc. 4. ait Dominus: *in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*: & Matth. 18. Seruus, qui conseruo suo noluit dimittere, in carcerem religatur. vt notat Cyprian. & Chryfolog. ser. 71. Recte, ait, *homo tu tibi misericordia factus es ipse mensura, quantum quærò misericordia, fac tantum*. Optimè Chrysoft. *A nobis tota hæc res*, inquit, *sumit exordium, futurumq; de nobis, in nostra est potestate iudicium*. Ipsum reum, Dominum Christum fecit esse sententia, quemadmodum, inquit, tu tibi iudicaueris, ita etiam tibi iudicabo. Si enim dimiseris conseruo tuo, à me quoq; eandem gratiam consequeris. Hæc ille.

30. Et vide quantum tibi dignitatis accersat obseruatio conditionis huius: solius Dei opus est remittere peccata, & quidem nobilissimum, nam quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Luc. 5. O insignem Dei clementiam, hoc tibi opus communicat Deus, atque aded in tua ponit potestate, vt eo ascendere valeas dignitatis, vt vel ipsi Deo per virtutem assimileris, vt inquit Nyssenus,

A ita vt quodammodo Deus esse videaris, dum facis ea, quæ solius Dei est facere. cætera in Theor.

13. *Et ne nos inducas in tentationem*.] Nempe deferendo, seu permittendo superari, q. d. da gratiam tantationes vincendi, sic Hieron. cap. 26. in Matth. Cyrill. Catech. 5. mysta. August. epist. 121. c. 11. & 2. de serm. Domini, ca. 14. Cassian collat. 9. c. 3. vel aliter sensus est, ne nos permittas tentari, tentatione, quæ impellit ad malum culpæ, ne fortè cadamus. Itaque conscij nostræ fragilitatis, petimus non tentari. Videtur Tertulliani in lib. de orat. Dom. Nysseni orat. 5. de orat. Dominica. & Eutychiij in c. 6. Matth. immò & Augustini de bono perseuerantiæ, cap. 6. vbi citat Cyprianum. & videtur hæc expositio probabilior, nam non induci in tentationem hoc videtur continere, ac significare vt Psal. 65. *Induxisti nos in laqueum*, i. induxisti nos in tentationem, vt vel Augustinus ibi faretur, non enim significat Dauid, se victum à tentatione, & ita videtur accipiendum illud Christi: *Orate ne intretis in tentationem*, secundum Basil. in regul. breu. Resp. 221. li. 1. et autem D. Iacobus dicat: *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis*; his tamen tantum significat, quod licet tentatio petenda non sit, nihilominus non solum fortiter, sed & cum gaudio toleranda est. Quod autem toleratur non petitur, nec amatur. sancti vel certiores facti de victoria. petierunt aliquando tentari, vel certè huiusmodi exempla veneranda potius, quàm imitanda sunt. Est quidem vtilis tentatio, verùm periculosa.

C Fortè qui primam expositionem sequuntur vt D. Aug. D. Tho. Caiet. Abul. Lyran. D. Bonau. Luc. 11. Titelman. Hessel. Carthusian. Catechif. Concilij Tridentini, & alij, non verba ipsius orationis, sed intentionem, sed finem orantis, consideraerunt, qui est euitatio peccati futuri. hoc enim intenditur, hic scopus est in hac sexta petitione, ided enim petimus non tentari, ne in peccatum tanquam infirmi incidamus, quare si cognoscere mus nos lapsuros, nequaquam fore in peccatum; libenter ad maius meritum, & Dei gloriam tentari vellemus. Itaque non reiicienda est prima illa expositio, quæ communior videtur: quam Tolet. sequitur Luc. 11. adnot. 15. & 16. vbi docet non esse rogandum Deum (generatim loquendo) vt omnem impediatur tentationem, neutrumque communiter vult esse petendum; nec vt tentemur, neque ne tentemur: quia illud est t. meritatis, hoc formidinis. non negat tamen licere aliquando petere, vt aliquà à nobis tentatione auferat, aut ne nos certa aliqua têtatio adoriatur; cum meritò veremur ne nobis noceat, aut à maiori bono auertat, quod fecit Paul. 1. Cor. 11. cum sibi auferri stimulû carnis petijt. Gagnæus in hæc verba sic habet: *Varia*, inquit, *sunt tentationum species: vna probatio nis, qua, afflictionibus, pro nostra salute tentat nos Deus, de qua Iacobi 1. Omne gaudium, &c. Alia est tentatio seductionis, qua ad peccatum trahit, que est à mundo, carne, & diabolo. & in hac tentatione dicitur inducere Deus, quomodo & indurare, cum nostris exigentibus commertis (vt à peccato, peccatum attrahi solet) in diuersa nos fligita labi sinit, & hanc Christianos deprecari iubet, hac orationis forma Christus. Sed hanc interpretationem Gagnæ. arbitrò non differre à prima illa Aug. quam non exclusimus omnino.*

Sed libera nos] Est vltima, ac septima petitio. per malum, non diabolum, vt Nyssenus, Cyrillus, Chryfostomus, Euthymius, Theophylactus intelligas, item Ambrosius, Chryfologus, Cassianus, sed res omnes malas, ac potissimum præsentis vi-

31.

32.

33. Per malum quid intelligendum.

ta calamitates, in quas incidimus ob Adæ peccatum: id quod confirmat Ecclesia subiungens: *Liberā nos quæsumus Domine ab omnibus malis, præteritis, & c.* Sic August. Cyprian. Rupertus, Beda, & c. nec refert quod dicatur *ἀπὸ τοῦ πονηροῦ* cum articulo; nam *πονηροῦ* cum articulo suo, non raro accipitur pro re mala, vt Roman. 12. odientes malum, & c. Aduerte in hac petitione petere nos liberari à malo, in præcedenti à tentatione; vel in hac petimus liberari à malo poenæ, in altera à malo culpæ præsertim secundum expositionem August. superius allatam primo loco; & etiam secundum alteram expositionem aliquo modo: petimus enim liberari à tentatione ne incurramus in malum culpæ; vel denique in hac à præsentī malo eripi postulamus, in altera à futuro: quæ omnia simul iungendo, perimus hic liberationem ab omni malo præsertim poenæ, quod nos premit in hac vita. Græcè & Syriacè additur: *quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula.* desumptum id videtur ex 1. Paralip. 29. 11. 12. vel inserta sunt ex consuetudine quam habent Græci eam recitandi post orationem Dominicam in Lythurgia, vel sacrificio Missæ, sicut nos subdimus, *Liberā nos quæsumus Domine*, non sunt tamen de textu.

34. *Amen*] ita sit q. d. precamur vt quod petimus verum sit, id est, fiat nobis. est ergo oprantis particula. Alibi habet vim confirmantis, quod dicitur; vt *Amen dico vobis*, i. verè dico, vel cum dicta aliorum confirmantes, vel assentientes dicimus, *Amen*, i. ita est, verum est. ergo *Amen*, idem videtur esse, ac *verè*.

35. Sunt, qui sex tantum agnoscant petitiones orationis Dominicæ: nam in vnam iungunt sextam, & septimam; & probant: quia si essent separatæ, non diceretur; *Sed libera nos à malo, verum potius. & libera nos.* Sed Resp. quod non additur; *Sed*, quasi ad explicandum id, quod ante præcesserat: id enim superuacaneum, & breuitati repugnans esset. sed quasi per modum correctionis ponitur, & aliquid maius significat; ac si diceremus, *sed potius*: vt sit sententia hæc: non modò nos non inducas in tentationem, quin potius libera nos, & c.

36. Apud Lucam duæ omittuntur petitiones, *Fiat voluntas tua, & Libera nos à malo.* Sed forte in curia librariorum intercederunt, habentur enim Græcè & Syriacè. vel fortè Dominus non integrè tradidit orationem Dominicam apud Luc. instituebat enim alios auditores (neque enim eodem tempore id factum) putà discipulos minores, quibus omnia breuius & imperfectius tradere solebat, quibusque fortè (id quod notat Rupertus) non integram tradidit orationem. Quod si non placet, dic cum August. in Enchirid. c. 116. propterea omittas. illas duas petitiones apud D. Luc. quia continentur aliquo modo in præcedentibus: non quod sint eadem cum illis, sed quod sint valde similes: nam quodammodo tertia est repetitio primæ & secundæ, & septima est tanquam vna cum sexta; idem fecisse videtur Luc. de beatitudinibus, cum tantum quatuor numerat, cum tamen octo; vel minimum septem sint.

vide Aug. o ho 6 & 10 & ser. 70 de tempore.

14. *Si enim dimiseritis*] declarat quare remissionem peccatorum potendam docuerit cum ea conditione, sicut & nos dimittimus, & c. Hinc notat Augustinus prætermisiss omnibus alijs petitionibus hanc maximè docuisse, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos, & c.* nam non multum fuerunt illa commendanda, in quibus si peccator est, vnde curetur agnoscat: commendanda cætera, in quibus si peccaueris non est vnde saneris Sic citat hic Iansen. Aug.

Exemplum retinendæ fraternæ charitatis insignæ, vide apud compilatorem Baronij Anno Do-

A mini 260. sub Sixto Papa p. 150. c.

Dimittet] si rogaueritis ipsum. non quod nostra remissio remissionem mereatur peccatorum, sed quod impetratura sit, si accedat saltem oratio: & ideò *Dimittet*, inquit, non *dimittis*. August. 21. de ciuit. vltimo, sic videtur exponere, *Dimittet vobis peccata vestra*, i. quotidiana, qualia vos tantum habetis.

15. *Si autem*] August. in Enchir. c. 74. hæc verba tonitruum vocat, ad quæ vtinam expergiscantur, qui iniquos odio habent. *Mentiri*, inquit, *veritas non potest, si non dimiseritis peccata hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ad tam magnum tonitruum, qui non expergiscitur, non dormit, sed mortuus est, & tamen potens est Deus etiam mortuos suscitare.*

Hominibus] Est antithesis inter homines, & Deum, q. d. si vos conseruis, & æqualibus non remiseritis, sc. delicta vestra hominibus: *nec pater vester, & c.* Illa enim, delicta vestra non habentur in hoc v. 15. post ea verba; si autem non dimiseritis, immò nec in textu nostro emendato sunt.

Nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra] nempe multò maiora, quippe quæ in Deum sunt. Iubemur ergò facere quod minus est, vt obtineamus quod maius, nimirum vt centum, dimittamus conseruis, quo nobis vilissimis Dei mancipijs 10000. ab ipso summo Domino nostro dimittantur, similis sententia habetur] Eccl. 28. 1. 2. 3. 4. 5.

16. *Cum autem ieiunatis*] iam ab ostentatione ieiunij auocat, vt prius ab ostentatione elemosynæ, & orationis.

Tristes] *ἄκατοι*, eos, qui tristi sunt vultu significat, id est, terrici sunt, licet non animo. Vetz Dominus vultu tristitiam ostentare diebus ieiunij, quod est fieri tristem; nam vix potest animo non sentiri tristitia, dum venter latrat: conari tamen nos potius vult hilari esse vultu. Verè autem hoc genus tristitiæ huiusmodi simulatoribus conuenit.

Exterminant] Græcè *ἀφανίζουσι*, i. demoliuntur. Syriacè *Deturpant*. scilicet vultus statum, seu speciem naturalem mutant pallorè affectato, & seueritate potius obscurant significat vox Græca, dum scilicet natiuum, vegetumque colorem, aut tristitiæ simulatione, aut alicuius medicamenti artificio in pallidum, tetricumque conuertunt, contra ac fucatae mulieres faciunt.

Gloss. *Exterminant*, i. extra terminos humanæ conditionis abducunt.

Ad mores facit, ne exterminemus faciem, hoc est, ne conscientiam nostram veluti à nobis separemus, eius abijcientes curam, & veluti eam ablegantes à nobis, quasi conscientia careremus, vt qui 1. ad Timoth. 4. cauteriatam dicuntur habere conscientiam, ne similes illis simus, qui camelum deglutunt. Matth. 23.

Receperunt mercedem suam] Interl. laudem, quam voluerunt, non adoptionem filiorum.

17. *Vnge*] Metaphora est, quasi dicat ne ostentes, potius dissimula ieiunium, vultus lætitiæ more conuiuantium ad dissimulandum potius, quam ostentandum ieiunium. Palæstini his vnguentis vti solebant in conuiujs, & lætitiæ tempore; in mœstitia verò abstinere; immò & Orientales omnes Ruth 3. 2. Reg. 12. 20. & 14. 2. & 4. Reg. 4. 2. Iudith 10. 3. & 16. 10. Esther 2. 12. Luc. 7.

Prædix in 16. cap. Ezechielis videtur significare, vntionem hanc fieri solitam apud Hebr. vnguento ex oleo, & speciebus aromaticis cõdito, vt patet, inquit, in lib. Reg. aromata, & oleum optimum, i. vnguentum 4. Reg. 20. 13. iuxta Hebræos. Sic lumitur Cant. 1. 3. *Curremus in odorem vnguentorum tuo-*

37.

Vide Chry. hom. 9. & 10. ex var. in Math. Orig. hom. in di. ser. 7.

38.

39.

rum, & Isai. 61. 3. *Oleum gaudij pro luctu*, & Psalm. 44. 8. *Vixit te Deus Deus tuus oleo latitia*; quibus locis allusio fit ad vnguentum, quo tempore latitiae conuiuiz inungebantur vt videre est 2. Reg. 14. 2. lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo. & ex verbis hic Christi, *vnge caput tuum, & faciem tuam lana*, atque in Ioan. 12. 3. & Marc. 14. 3. legitur mulier pedes, & caput Christi vnxisse vnguento nardi pistici pretiosi. fuerunt tamen varia vnguentorum genera, de quibus idem Pradusetiam agit in Ezechiel. ca. 23. vers. 41. in illa *Thimiam meum, & vnguentum meum, &c.*

Itaque quod hic omnino vult Dominus, est, vt ostentationem fugiamus ieiunij, propterea consultit, vt hilaritatem potius vultu praeferamus, & ad ieiunium dissimulandum symbola conuiuantium suadet adhibenda.

Moraliter, facies hominis interna est conscientia, vt vult Bernard. serm. 1. in c. ieiunij, hęc ablucenda, hęc ornanda, nec poteris te excusare, si turpis, & immunda sit conscientia. Nam faciem quidem non vides corporis; & ideo habes quid resp. ondeas, si dicatur tibi fordidam te habere faciem: at conscientiam tuam vides, alterius non vides, cum contra faciem alterius videas, tuam non videas: vt vel hinc discas aliorum conscientiam, & facta non scrutari, te solum iudicare.

Vnctio porro capitis vt Bernard. loc. cit. habet, fit deuotionis oleo: *Vnctum caput potest, inquit, mens deuota intelligi.* Cum ergo ieiunas vnge caput hoc vnguento. Vel secundum Aug. lib. 3. ser. Dom. c. 30. significat latitiam spiritualem, quæ ad ieiunium, & opera poenitentiae promptè præstanda multum iuuat. Chryl. *Caput vngit, qui Christum potat, cibos.*

18. *Ne videaris hominibus*] Interl. *Hominibus ieiunas, qui fauorem eorum captas*; Gloss. *Deo ieiunat qui pro eius amore se macerat, & quod sibi subtrahit, alteri largitur.*

Patri tuo] Interl. coelesti Remi. sufficit, vt qui est inspector conscientiae, sit remunerator.

Qui est in abscondito] verè est Deus absconditus. Isai. 45. nunc latet, sed mercedem reddet in propatulo.

Videt in abscondito] i. in conscientia, vbi ipse est. sic Interlin.

19. *Nolite thesaurizare*] auocat nunc à cupiditate & sollicitudine habendi res mundanas, nam vt inquit Chrysofom. in hom. expulsa vanæ gloriæ ægritudine docet contemnendas diuitias, quas illa maximè facit concupiscere.

Per thesauros terrenas opes intelligit. patet ex v. 24. *Non potestis Deo seruire, & Mammona.* Aliqui sic, & bene hęc connectunt cum præcedentibus: vt *Theaurizate*, i. opera charitatis & beneficentiae ieiunio iungere (vt & Isai. 58. insinuat) nunc moneamur.

Est autem efficacissima hęc Christi ratio, v. 19. & 20. contenta, duplici nomine ex Chrysof. primum quod terrenum thesaurum ostendat facile patere noxæ, & propterea quod terrenus est non posse esse perpetuum. Coelestem verò tutissimum esse, & propterea quod coelestis sit, nobis fore cum coeli possessione perpetuum. quis autè nollet potius tutos, & perpetuos thesauros, quàm periculis obnoxios, & minimè perpetuos? Deinde patet efficacia huius persuasionis, quia inde Dominus ad eleemosynam exhortatur, vnde homines sibi metuentes ab ea abstinēt. Timent ne deperdatur, & decoquatur pecunia; contra docet Christus tunc demum eam nos maximè recondere, ac tutam nobis seruare, cū in pauperes distrauerim, imò perdimus, si nõ erogauerimus. Similis exhortatio habetur 1. ad Tim. vlt. *diuitib. huius saeculi praecepe, &c.*

A 20. *Theaurizate autem*] thesaurizare thesauros in terra est, quomodo libet terrenas facultates in mundo colligere, aut collectas apud se seruare. *Theaurizate autem thesauros in celo*, est apud Deum comparare, & colligere futurorum præmiorum merita; quod quidem speciatim fit per eleemosynarum elargitionem) generatim per quæuis opera bona. Hic præsertim de thesaurizatione, quæ per eleemosynam fit; de qua Luc. 12. & Tobiz. 4. & 12.

Vbi arago, & tineæ] Aduerte, quod Dominus indicaturus incertitudinem terrenorum thesaurorum tria ponit secundum tres diuersitates diuitiarum: metalla enim æruginem, vestes tineam demolitur; alia neque æruginem, neque tineam timent, vt lapides pretiosi. Et ideo ponit generale detrimentum, scilicet fures.

G. *ὁὐκ ἔστιν χρῆμα, ἡρῶν ἢ ἀκρίβια.* ὁὐκ ἔστιν ἀκρίβια, sed tineam videtur significare, vt patet Ecclef. 41. iacob: 5. vbi ὁὐκ ἔστιν vertitur *tinea*. ἡρῶν proprie comesturam, vel comestionem significat vt legit Cyprian. lib. 3. ad Quirinum. Et Chrysof. in 2. expositione, inquit, omnia bona mundi triplex tollit interitus. Aut enim à semetipsis veterascunt, & tineant, sicut vestimenta; aut ab ipsis Dominis luxuriosè viuentibus comeduntur; aut ab extraneis, vel dolo, vel vi, vel calumnijs, vel quolibet alio iniquo modo diripiuntur, qui omnes fures dicuntur, quia per iniquitatem festinant aliena facere sua. Theophylactus dicit, quod ὁὐκ ἔστιν refertur ad vestes, ἡρῶν ad cibos. *A Erugo, inquit, & tineæ corrumpunt cibos & vestes, fures autem aurum, & argentum*: quare consentit cum Chrysof. Lucas 12. solum tineæ meminit, vbi Græcè habetur. ὁὐκ ἔστιν. *Allegoricè*, Euthym. in cap. 6. Matth. inquit, *tineæ, & corruptio*, seu ærugo, significat inductam in animo opinionem qua latenter corrodit bona, circa qua ipsa versatur. *Fures autem effodientes, laudes sunt, quæ extrinsecus subingrediuntur perfodientes lenia proposita, & compilantes recondita virtutum diuitias.*

C 21. *Vbi enim*] q. d. sic enim cor in coelestibus habebitis, & ad ea perpetuò aspirabitis: fortè enim erat id eo tempore proverbium; nam vt quibusdam placet, solet Christus vñtatis vti prouerbij. hic ergo altero argumento de thesaurizando in terra auocat. quid enim infelicius? quid iniquius? quàm terræ inhærere? quàm vera sic hęc Christi sententia lege apud Surium in vita Beati Antonij Patruini, vbi ostenditur cor cuiusdam diuitis mortui in medio nummorum sepultum adhuc recens inuentum fuisse, vt prædixerat B. Anton. lege & Aug. ser. 5. de tempo. G. habetur *thesaurus vestis, cor vestrum, & loco, est, habetur: erit.*

D 22. *Lucerna corporis tui*] Gr. non est, *corpora tui, & oculus tuus*, sed absolutè *Lucerna corporis est oculus*. Tota locus est metaphoricus: à corpore ergo ad animum transferendus, in qua mens, velut in corpore oculus, qui dicitur lucerna, quia illuminat recepta solis, aut candelæ in se luce: & quod in domo est lucerna, hoc oculus est in corpore.

Simplex] i. purus, sincerus, hoc est, sine humorum admistione.

Lucidum] illuminatum ad operandum quasi oculatum, vel oculus totum erit: omnia enim membra per oculum ad fungendas actiones suas vident.

23. *Si autem oculus tuus*] Dices quorsum hęc verba, quæ his duobus ver. 22. & 23. continentur, spectant? Chrysof. & auctor imperf. ita coniungunt: *Dixerat paulò ante: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Cum ergo cor sit in animo, quod oculus in corpore: declarat ex similitudine oculi

Theaurizare in celo quid.

42.

43.

Vide Ber. de præcep. & disp. post med.

44.

Vide Aug. l. 2. qq. euang. 15.

40. Facies hominis conscientia.

41. Vide Chryl. de com. panis 3.

Efficacissima Christi ratio.

corporis, non posse se animum bene habere cum cor est in thesaurum intentum, & auaritia obsecratum. possunt etiam referri hæc ad omnia superiora, quibus dixit bona intentione elemosynis, ieiunio, & orationi vacandum, & hanc bonam mentis intentionem oculum vocat animi: est enim intentio lucerna, hoc est, index nostrarum actionum.

45.

Oculus intentio hominis.

Perer. in c. 14. ad Rom. disp. 6. respondens ad argumentum illorum, qui putarunt, omnia, quæ agunt infideles sine speciali aliquo Dei auxilio esse peccata, quæ videtur sententia Greg. Arim. 2. d. 26. 27. & 28. sic hunc locum interpretatur, Si oculus tuus nequam fuerit, &c. Hic, inquit, per oculum figuratè intelligitur intentio hominis respectu finis, sed duplex est intentio, altera generalis, respectu totius vite, quæ pertinet ad vltimum finem, quem sibi quisq; designat, & constituit: altera est particularis, in hoc vel illo opere faciendo, quæ si praua fuerit, necesse est o-
pna ex ea proueniens, licet per se malum non sit, male tamen fieri. Si autem prior illa generalis intentio mala fuerit, erit quidem & homo ipse malus, & vita eius magna in parte mala; & tamen non obstante poterit iste homo particulare aliquod opus bona intentione particulari facere, vt dare elemosynam pauperi ex commiseratione, ea diligere, atque honorare parentes ex naturali quadam dilectione, & reuerentia.

Nequam] πονηρος, i. malus, seu male affectus, vitiatu, immudus, hoc est sic, vt videre non possit. Si ergo] ergo, non illatiuè est hic positum, sed inceptiuè, seu continuatiuè, videturque poni Græcè ε, pro κα, & ergo, pro enim. redditur enim causa. Continuat igitur sermonem: vt sit sensus: Si namque lumen, nempe oculus, qui pro lumine est toti corpori, cui correspondet in anima mens, seu mentis intentio, seu potius mens intendens in bonum finem, recteque attendens, & inspicieus: vt n. 46. explicabo: si inquam oculus qui est loco lucernæ reliquis membris tenebrosus erit, hoc est, vitiatu, & corruptus: reliqua membra, quæ ex sese tenebræ sunt, quippe earum lumen est oculus, in quantis versabuntur tenebris, quam multipliciter deficient à functione recta suorum muneru, Iquam crassa tenebræ te opprimunt? hæc metaphoricè ad mentem ipsam applica, vt sit sententia hæc. Nam si mens, eiusq; intentio, quæ data est, vt animam tota illuminet, fuerit tenebrosa, reliquæ animæ vires, quæ ex sese sunt tenebræ, quæ nomine etiam corporis per metaphoram significatur, quæ tenebræ erunt totæ, hoc est, quam multipliciter, & grauiter omnino versabuntur in tenebris peccatorum. Vide ergo quam magnum malum sit cor habere defixum in terra, vel etiam deprauatum sinistra, & impura aliqua intentione, i. ambitione, vel cupiditate rerum terrenarum, & vniuersim errore aliquo, vel vitio laborare.

46.

Obseruanda sunt hic tria, primùm Aug. l. 1. qq. euang. 15. & l. 2. de serm. Dom. in mon. c. 21. Greg. lib. 8. mor. ca. 6. oculum intentionem interpretari. Chrysost. hom. 21. in Matth. & Hieron. Matth. 6. mentem ipsam seu intellectum. Quare nos redè vtrumque coniunximus n. 45. vt intelligeremus mentem quidem ipsam, verum non sine recta intentione.

Alterum est, Tolet. Luc. 11. adnot. 81. per corpus intellexisse ipsum corpus oculi, verum non probatur: nam additur: totum corpus tuum, vt proinde contraponi videatur soli oculo. dicitur autem illuminare & corpus seu lucidum esse prout habet accensum lumen oculi, & eo participat; sic enim rectè operatur totum, & eius potentia, ac membra.

Postremò aduertit ferè Ianse. c. 42. concor. hic: nõ esse hæc verba: Si oculus tuus simplex, &c. ita in-

A

telligenda, quasi nihil erroris, aut peccati sit in eo, qui metem habet puram: sed quod nihil horum sit dominarurum ei, sitq; absorbendum à prædominante luce coelesti, & rectæ intentionis, quidquid adhuc est tenebrarum, vel potius cum 1. ol. in Luc. 11. adn. 79. dicendū: cum mens omnino sana est, absq; vilo errore, & vitio, opera exteriora vti que bona sunt. neq; enim contingit malum opus externum, nisi præcedente aliquo vitio in intellectu, nempe errore, vel iudicio falso, saltem pratico, aut aliqua inconsideratione, cum etsi bona est intentio, possit esse malum opus ex errore intellectus. Rectè igitur per oculum præsertim mentem ipsam intelleximus cum tñ intentione coniuncta. Qui verò solà statuunt intentione nõ bene declarant, quomodo stã te recta intetione semper op^o bonu sequatur; videtur. n. Christus vniuersaliter loqui, hoc est semper.

B

24. Nemo potest duobus dominis seruire] videtur & hoc quibusdam prouerbium fuisse. Tertio ergo alio argumento à coaceruandis diuitijs animi nostri curam auertit. Ne quis enim arbitretur posse se cor & in cœlis, & in terra habere, hic & ibi thesaurizare, quomodo vitare videretur damnū tenebrarum, quod secunda ratione inferebatur; ostendit nūc non posse animum in diuersa esse distractum, hæc enim est amoris natura, vt non nisi vnus esse possit; Chryl. ho. 22. & auctor imperf. 16. docet eò hæc spectare: nam quia dixerat v. 19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra; probat nunc non esse id faciendum, quia non possumus Deo seruire, & Mammonæ. Vnde etiam verum est, quod diximus nouam hic rationem contineri, quæ à diuitiarum studio nos auocat.

C

Quod verò dicitur, nemo potest duobus, &c. videtur intelligendum, de dominis non modò dissidentibus, seu contraria imperantibus, sed diuersa etiam mandantibus: quia natura (inquit Maldo) ipsa prohibet, vt amor serui in diuersos distrahatur dominos: vt neq; vna mulier duos maritos habere potest, etiam si contraria non præcipiant, ob naturam vid. amoris, qui in diuersa diuelli nõ patitur. Vnus autè Dominus multos seruos habere potest, quia Domini est seruum regere; serui, Dominum amare; imperium diuidi potest, amor diuidi non potest; diuitiæ igitur licet iniquè non parètur, nec iniuste dispèntur, si tamen amantur à Dei amore auocant. Hinc impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum. Matth. 19. 26.

D

Dominus] dominum vocat eam rem, cui nimis dediti sumus, & quodammodo seruimus, vt Rom. 6. 16. & 2. Pet. 2. 19. sic Basil. in moral. regul. c. 1. quare non dixit; nemo potest duos dominos habere, sed, duobus dominis seruire. itaq; hac vulgata perdemia; quod nemo possit duobus dominis seruire ex animo; aut quibus æquè affectus idem seruus sit (nequeunt enim esse. duo domini ita similibus moribus, vt æquè vtriq; afficiatur seruus) hac, inquam, perdemia probat non posse nos seruire Deo, & mammonæ, i. vacare rebus cœlestibus, & coaceruandis diuitijs totos intèdere. non enim verat diuitias simpliciter habere, sed ne Mammonæ seruiamus, tanquã domino, neq; diuitiarum serui simus. Sumus autem dum à Dei cultu atq; amore ab illa cura nos abduci sinimus. quare prouerbium illud multò magis veritatem habet in Deo & Mammona, qui contraria omnino iubet, quam in dominis temporalibus, vt vulgò vsurpabatur. Hęc, quæ nos ratione amoris, cuius est natura, vt difficile sit, vel fieri nequeat, vt ad diuersa rapiatur vero, eodemq; affectu exposuimus; plurimi explicant de duobus dominis saltem contraria præcipientibus, vel qui subordinati non sint, sed placet magis prior sensus, tanquam magis huic loco conueniens, ac meti Christi licet alter sensus veritatem contineat.

47. Vide Aug. 1. qq. euang. c. 36. & 2. de ver. Dom. c. 22. & seq.

Duobus dominis quomodo & quibus seruire non possit.

Aut

48.

Aut enim vnum odio habebit, & alterum, &c.] Sicut qui vnum sumant pro primo, alterum, pro secundo, per hebraismum. Sed nihil est, quod eò effugiamus. Facilis est enim sensus: aut enim ex duobus dominis, vnum, si duos habuerit, odio, non seruiendo illi; alterum verò amore, illi addictus, prosequetur. Aut vnum ex eisdem duobus, & si nò diligat, tolerabit, i. illius seruitutē, & alterum spernet, neq; illi curæ erit. vide n. eodem paulò inferius.

Sustinebit] G. ἀνέξω, suscipiet, vel adhærebit. Syriacè honorabit. Nos legimus, sustinebit, i. tolerabit, illi adhærendo.

Mammona] i. diuitijs. vox est Chaldaica: quamquam mammon Chaldaicè, mammona Syriacè, diuitiæ dicantur, vt Hier. hic docet, & lingua Punica lucrum mammon appellatur, vt habet Aug. li. 2. de fer. Dom. & serm. 35. de ver. Dom. secundum Luc.

Secundum quoddam geminatio ista: aut vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & c. significat duplex seruitutis genus. Nam quidam seruiunt liberaliter, & spontè; quidam seruiliter, & coactè; si ergò spontè seruiat, vnum dominum odio habebit, nec se illi addicet, & alterum diligit: si verò coactè, vnum sustinebit, & alterum contemnet. Aug. verò vnum & vnū ad mammona referens: alterum, & alterum verò ad Deum, sic explicat: aut mammona odio habebit, & Deum diligit, aut mammona sustinebit & Deum contemnet. Ideoque vult in secunda parte non esse dictum: aut vnū diligit, & alterum odio habebit; sed sustinebit, & contemnet, quod durum patiatur dñm, quisquis seruit mammonæ; nec Deum quisquam odisse propriè potest. Verum hic Domini sermo generalis est, nò applicatus certis duobus dominis, putà Deo, & mammonæ. Alijs videtur hic, vnus vni, alter alteri opponi, & cum dicit in secunda parte, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet, incipere à posteriori membro prioris partis, & vnus dicere, què ante alterum dixerat. hoc enim videtur oratio, & consuetus loquendi modus requirere. sed tunc si sic exponas inanis ferè apparebit repetitio, vt si dicas, aut Petrum odio habebit, aut Paulum diligit, aut Paulum sustinebit, & Petrum contemnet. magis placet alijs vnum pro primo, & alterum pro secundo accipere per Hebraismum, sed diximus n. hoc eodem initio non esse opus eo Hebraismo. nobis videtur vnum hic, & alterum non certam significare personam, sed vnam ex duabus quæcumque sit, quam designare velis, alterum verò alteram ex eisdem, quæ reliqua est, & sic sumitur, siue in prima, siue in secunda parte; vt superius exposuimus hoc n. 48. initio addit verò secundam partem, quia potest non diligere aliquis eum, cui tamen seruit, vel adhæret, atq; aded tolerabit illum; sicut potest aliquis non seruire vni vel ex odio, vel non curando illum; vel dicere per has duas partes significari duplex seruitutis genus, liberū, & coactum, vt paulò antè dictum est hoc eo. n. secundum ergò nostram interpretationem non videtur hic locus habere difficultatem vllam.

25. Ideo dico vobis] Infert ex superioribus, vbi dixerat, non thesaurizandum in terra, nec mammonæ seruiendum, infert, inquam, omnem sollicitudinem rerum necessariorum ad vitam, vel vestimenta esse refecandam. Anima pro altera parte cõpositi sumitur, quia opponitur corpori; verum quia ea viuimus, hebraicè hic ipsa pro vita collocatur, vel appetentia, vt paulò post fusius dicā. improbat igitur sollicitudinem, nimirum timidam, & anxiam rerum quàmuis necessariorum, & eam, quæ ex diffidentia Dei nascitur, vt patet ex v. 26. 28. 30. & eam, quæ à Dei seruitute distrahit sup. v. 24. cuiusmodi est ea, quæ est superflua; & eam item quæ dicitur præoccupata, vt dum solliciti sumus

49. Vide Chryso log. ser. 163. D Th. 1. 2. 9. 108 & 3. ad. 5. Aug. 2. 99. enang. 24. & c.

A

de ijs, quæ futuro tempore sunt curanda; & eam, quæ est præpostera, cuiusmodi est ea, qua præpostero ordine sumus solliciti, vt si quis euangelizet propter cibum acquirendum; cæterum hic Dominus contra anxiam sollicitudinē inprimis, & præoccupatam loquitur, quæ de Dei diffidentia nascitur, & nimis addicit nos rebus terrenis. Anxietas est, dum quis varijs distrahitur cogitationibus de futuro rerū, vel laborum suorum euentu, metuēs anxie, ne non cõsequatur vitæ necessaria, vel quod expectat; quæ verò hic falsò hæretici quidam, vel quidam monachi inferebant, confutat bene Aug. integro volumine de opere monachorum.

Anima vestra] Pradus c. 7. in Ezechiel. n. 19. habet animam pro ventre in scripturis aliquando poni, quod ostendit per illud Ezech. 7. 19. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Præclare hic vates confundit animam cum ventre. nam anima hoc loco est appetitus cibi, vt notat Pradus, cõcupiscentia, vel vis appetitiua, vt Psal. 106. 9. quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis. Vnde infert idem Auctor, intelligentiam huius loci Matt. Ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis. i. ventris indigentia. Idè Pradus c. 16. Ezech. 27. v. declarans illud: Et dabo te in animas odientium te, sic scribit: anima, teste Rabi Dapid, hoc loco est vis animalis, appetitus, appetentia, desiderium, vota, ea scilicet facultas, qua appetimus corpori consentanea, & qua communicamus cum belluis vnde dicimur animales, à D. Paulo: animalis autem homo, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2. 14. sic vsurpari dicit in Psal. 26. 12. Ne traderis me in animas tribulantium me, i. in desideria, voluntatem: & in Exod. 15. 9. eodem modo vsurpatur, diuidam spolia, implebitur anima mea. & in Psal. 40. 3. & non tradat eum in animam inimicorum eius, i. desiderio, sic in loco cit. Ezec. 6. itèq; hic apud Matth. ne solliciti sitis anima vestra, quid manducabimus. sic Pradus. Putat igitur sumi hic animam pro ventre, & pro appetentia, & indigentia cibi. Aug. per animam, vitam intelligit. Posset & tertio sumi pro ipsamet anima, quæ non potest in corpore seruari sine cibo, quod videtur magis probandum hoc loco. nam inferius ita videtur sumi anima, cum dicitur: nōne anima plus est quàm esca, & quia etiam videtur opponi corpori. quàmuis simul hæc omnia coniungere possimus, vt sermo hic sit de anima, quatenus appetit, vt viuat in corpore. Cum aut dicitur anima vestra, exponas de anima vestra.

B

Aduertendum hic aliud esse ἀνέξω, quod propriè significat studere, & diligentem esse, aliud, κενεμενω, quod propriè est corde anxium & disentum esse ob aliquam rem. & κενεμενω propriè significat internam illam cogitationem circa varia distractam, non externam diligentiam, quam ἀνέξω significat. hinc sæpè apud Paulum vbi nos legimus sollicitudinem, vel sollicitum, Gr. est ἀνέξω, & κενεμενω, vt cum dicitur, qui præest in sollicitudine, & sollicitudinē non pigri, Rom. 2. 2. Cor. 7. & 8. & c. Itaque patet eam sollicitudinem reprehendi, quæ abducit nos à spiritualibus, quasi non curæ simus Patri cœlesti, ac non ille his quos condidit, quod se dignum est facientibus victum suppeditaturus sit. Alioqui non vult hoc loco pigros nos, & otiosos esse, neque non pro victu laborare.

C

Nonne anima] Tollit anxietatem hoc primo argumento; nonne anima plus est, quàm esca, & corpus, plus quàm vestimentum? i. qui dedit nobis potiora, corpus sc. ac vitam, nunquid non & escā largiturus est, qua alantur, & vestimētum, quo tegantur, se petentibus? Idq; probat adhuc magis, & confirmat deinceps à v. 26. vsque ad 33. quinque alijs rationibus.

D

Sollicitudo non diligens prohibetur.

50. Anima pro ventre.

51.

26. *Respicite volatilia*] est secunda ratio : si tātāram habet auium curam Deus, quarum est creator, quantō maiorem de vobis habebit, quos amat vt pater, & qui prāstantiores longē estis? Aues prācipuē nominat, quia longius à cibo absunt, & vt omnium se rerum prouidentiam habere ostendat, incipit à coelo, & inde ad terram venit dum ait: *Considerate lilia agri, &c. Volatilia caeli*, dicit quia sunt apud nos aues etiā, quę pascuntur hominū prouideria, sicut paulō post nō simpliciter lilia, sed agri dixit, quia sunt hortētia lilia sub hominū cura.

Magis pluris] multō prāstantiores sitis, Deo quē chariores.

Pater vester] q. d. bestiarū, & auū Dñs est, vester verō ēt Pater, multō igitur magis vestri curā geret.

27. *Quis autem vestrum*] ponitur tertia ratio ex Luc. 12. 26. venari possumus loci huius intelligentiam, in primis nulla est hic argumentatio à minori ad maius, quasi minus sit adijcere cubitū, quā cibum quærere vel parare; neque enim vlla est hic comparatio, sed absolutē docet alia quadā ratione amputandam esse nimiam ac superfluum sollicitudinem rerum necessariarum, si enim quid minimum, putā cubitum adijcere tuę staturę non potes, etiā si maximē sollicitus sis, sine Dei prouidentia (Deus enim id facit) noli sollicitus esse de cibo, & potu, & huiusmodi vitę necessarijs nihil enim tua hac similiter poteris efficere sollicitudine, nisi Deus dederit, sicut enim pēnē incogitantibus nobis ad iustam magnitudinem crescere nos facit pater cōlestis, ita & indubiē absque anxia nimis nostra de victu sollicitudine, nos aliturus est. Ergo ostendit hoc loco Christus eiufmodi vanam nō posse sollicitudinem; nisi Deus prouideat. Id quē exemplo ex cubiti augmento desumpto. Iactemus igitur in Deum cogitatum nostrum, ipse nos enutriet; ipsō non prouidente, nihil tua te iuuabit sollicitudo.

Secundū aliquos, vt Euthy. cubiti exemplum attulit, quia hęc est mensura staturę hominis: dicitur enim habere quisque quatuor cubitus suos longitudinis, & totidem latitudinis, scil. extensis brachijs. Sed videtur potius posuisse cubitum, vulgariter loquendo, pro minima parte corporis, cum sit vna ex minimis mensuris. Hilar. hęc potius spiritualiter, quā secundū literam ad staturam corporis Christi applicat.

Cogitans] *ἰσχυρὸς*, i. cogitabundus, seu quamuis se cogitando discruciet.

28. *Et de vestimento*] est quarta ratio. Crescūt vilissima agri lilia, & decorantur Dei prouideria. Qui igitur fiat, vt Deus homines non vestiatur? Lilijs duo insunt, summa pulchritudo, & ornatus omnē exuperans vestiarium Salomonis cultum, tanto hominū studio & artificio elaboratum. Inest & infima vilitas. vtramque & pulchritudinem, & vilitatem exaggerat Dominus. Illam quidem elegantię, & ornatui Salomonis regum summi prāponit, & quidem tunc, cum summa eius esset gloria, neque enim omni tempore fuit summa, quamuis & illud: *In omni gloria sua*, accipi possit toto tempore quo regnavit. Hanc verō, i. vilitatem indicat cum ea *κόρυς*, i. *fenum* vocat, cum tamen prius agens de pulchritudine *lilia* vocasset. Hinc colligere nos vult, nihil tam vile, tam abiectum esse, cuius Deus summam non habeat curam.

Chrysof. gloriam, regnum interpretatur, & totam illam quam regnavit ætatem, sic scribens ho, ib. Mat. 6. Salomō florū decore superatus est, & nō semel aut iterū, sed tota prorsus illa quę regnavit ætate; hoc. n. significauit dicēdo *in omni regno suo*. Verū aptius ad hęc cōparationē cū pulchritudine & ornatu liliorū Hilarius interpretatur *gloria* ipsam vestimētorum pulchritudinem & splendore.

Quomodo crescūt] sic. n. vestiuntur & ornatur, crescentib. nimirū & auctis folijs nouo ac nouo in maturescēdo colore, ac per incrementa venustiore, vt mutare videātur indumēta, dū per spatia crescūt, quousq; totā suā pulchritudinē, plenē auctā iā aperiat. Et sicut Anna faciebat Samuēli tunicā paruellā quā afferebat statutis diebus. Reg. 2. 19. Cū. n. puer cresceret per nouitatis incrementa, vt inquit Greg. oportebat semper maiore illi tunicā à matre deferri. Ita eandē videtur Deus prouidentia ostēdere cū florib. quos secundū varia incrementa, vario modo ac splendore vestit, quę per varia foliorū integumēta & inuolucra aperienti sese, manifestat sensum, quousq; ad pfectā pducatur mēsurā & quantitātē, & pfectę pulchritudinis amictu exornet. vt merito dixerit Christ⁹ Dñs: *Considerate lilia agri, quō crescūt*: hic. n. diuina Dei prouideria maximē nitet. Itaq; hęc à Christo nō p hyperbolē dicta sunt, sed re vera æstimata rerū natura, vt colorū & similia, nō humana estimatione. verē. n. naturales colores & c. pstantiores sunt ijs quę arte naturę æmula fiūt.

Laborant] vt viri. *Nent*] vt fœminæ.

29. *In omni gloria sua*] In pro cum videtur poni q. d. tūc cū regalib. vestimētis prāfulgebat, ac decorus & gloriosus erat. Hier. *quod sericum, ait, quę regū purpura, quę picūra texturū potest floribus cōparari: quid ita rubet vt ros? quid ita cādet vt liliū? violę verō purpurā nullo superari murice, oculorū magis quā sermonis iudiciū est.* Quod si colores florum naturales veri sunt, factitij verō & eorū æmuli, q. in regū vestimētis sunt; Verē igitur, ait Chryf. *quātū distat à veritate mendaciū, tantū illorū Salomonis vestimētorū amictus, & horū quoq; florū discrimen interiacet.* Habet & aliud decus florū amict⁹, quod ita nitidus ac mūdus est, vt eorū mūdities oēm vestimētorū regaliū splendore superet. sordidatur. n. cū hęc fluxa p terrēa trahūtur, vel certē sordescere ac teri ipso vsu necesse est. Quā rē sic Nyss. ho. 1. in Cāt. expressit: *magna ex parte cū in rectū à radice in star arūdinē excurrerit herba lily, tūc florē edit ex vertice, nō modico intercedēte intervallo à terra rātū distās quātū vt opinor satis sit ad hoc vt maneat pura in sublimi pulchritudo nō inquinata mixtione cū terra.*

Cate. um de cultu & lauitia Hebręorum, in primis verō Salomonis vide Pine. l. 5. c. 5. de reb. Salo.

Obseruandū vocabulū *gloria* non rarō in sacris literis significare id, vt notat Perer. c. 3. ad Ro. quod in vnaquaq; re maximē cōmendat, & magnificat, & clarificat eā rē, facitq; maximē spectabile & venerabile, & laudabile. Vñ ignis ille, & claritas, tonitrua & fulgura & c. q. apparuerūt in mōte Sina, cū Deus daret legē Moisi appellatur gloria Dei, quod maiestātē Dei, & præsentiā venerabile, atq; formidabile facerēt. Sic dicitur Exo. 24. 16. *operuit nubes montē, & habitauit gloria Domini super Sinai. erat species gloria Domini quasi ignis ardēs super verticē mōtis;* & Exo. 40. 32. pfecto tabernaculo dicitur: *gloria Domini impleuit illud, nec poterat Moyses ingredi tectū sēderis, nube operiente omnia, & maiestate Dei coruscate.* Simile qd habetur 3. Reg. c. 8. 11. Hinc ēt est, quod arboris pceritas, & pulchritudo, & vberitas fructuū, nō solū ipsius, sed ēt agri, & capi, vocari solet gloriā eius, arboris, vel agri, Isa. 35. 2. *Gloria Libani: decor Carmeli.* Adhęc quoniā remissio peccatorū, & iustificatio hominis maximē clarificat Dei bonitātē, idcirco iustitia Dei, quę id prāstat, appellatur gloria Dei. Rom. 3. 23. *Oēs. n. peccauerūt, & egēt gloria Dei.* Tale est, quod ecclesia in quadā oratione dicit Deo: *Deus, qui omnipotentia tuā parcēlo maximē, & miserādo manifestas;* Postremō ingentem diuitiarum copiā, & exuperantiam lauitiamq; regis Salomonis pferat in vestitu, Dñs vocauit gloriā eius ob eandē rationem, dicēs: *quoniā nec Salomō in omni gloria sua coopertus est, &c.*

Sicut

52.

53.

Cubiti exemplum curā Christo allatum.

54.

Lilijs duo insunt, & illud.

55.

Gloria in Scriptura quid.

Sicut vnū ex istis] propterea dictū videtur sicut vnū ex istis in omni regno suo, inquit Chryso. nā nec ab vno quidem flore victus est Salomon, alium verò inuenitur imitatus, sed omnibus pariter cessit.

56.

30. Si autem] autem legendum vt habetur græcè, nō enim. Est] scilicet in agro, q. d. viger sic vestis] tam apposite vt nihil in flore superfluum esse videatur, nihil laxum aut fluens, aut inconcinnum, aut sinuosum, vel deforme, nihil angustum, & sine debita mensura, vt sæpè in hominum vestimētis certere est. Deinde lilia suo splendore lucent, homines non sua sed aliena luce fulgent, lapillorum nimirum, pellium, margaritarum decore fulgido.

81. Nolite ergo] vide Aug. de opere monachorū; 77. & de mendacio c. 15.

32. Hac enim omnia gentes inquirunt] Anxiè, non fidentes Dei providentiæ. Dux hoc v. latent rationes quinta & sexta, quibus auocat à sollicitudine, & quia hæc est propria ethnicorum; & quia benignum Patrem habemus, qui nouit omnia, quibus egemus, nec dubium, quin velit filijs providere quæ scit necessaria.

33. Querite ergo primum regnum Dei] Ne verò prætextu fiducia in Deū totos dies iteramus, nihilque agamus otiosi, subdit: querite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, i. querite ergo primum vt iustos vos reddat Deus ex impiis, ac demum regno suo dignetur. Id enim primum, præcipuumque est, quod spectare in suis petitionibus Christianum oportet. Cætera enim ad victum necessaria sunt nobis in hac vita, velut adminicula ad regnum illud consequendum: vt scilicet quod naturæ sufficit alicui, veltitique, studiosis, ac secundum Deum actionibus, misericordieque operibus intenti, tandem regnum illud consequi possimus: quod qui præcipuum daturus est, & reliqua quoque concedit; Ideo addit: & hæc omnia adijcientur vobis: sic Gagnæ. hic.

Poteest iustitia distingui, à regno, vt sit regnum, quo Deus in cælis cū sanctis regnat, vel sit eius gratia qua in nobis regnat in terris. Iustitia verò sit facere voluntatē eius, ac mādāta seruare, quod sc. nobis Deus præscripsit, propterea enim vocat iustitiam eius, i. Dei. Posset item iustitia idem quod regnū significare, vt explicat. onis causā ponatur: Rom. 14. 17. non est regnum Dei esca, & potus. sed iustitia, gaudiū, & pax in Spiritu S. vbi D. I. hom. ait: regnum Dei vocari à Paulo, id per quod principatiter Deus regnat in nobis, & per quod ad regnum ipsius peruenimus. Porro regnat Deus præcipue in spiritu hominis. Io. 4. 24. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate adorare oportet. In spiritu autem sunt intellectus, & voluntas. in his igitur Deus regnat per fidem, spem, & charitatem: esca verò & potus, & alia quælibet bona corporalia, vel externa per se nō pertinent ad regnum Dei, sed ea dumtaxat ratione, vt ordinantur ad interiora bonā hominis, in quibus consistit regnū Dei secundū illud Luc. 17. regnū Dei intra vos est. Pertinet autem ad regnum Dei istiusmodi bonorum exteriorum vel inopiam æquo animo tolerare, vel eorū abūdātia modestè ac cōtēperanter vti.

58.

Verissimum est itaque illud Apost. 1. ad Cori. 8. esca nos non cōmēdat Deo: neque enim si non māducauerimus deficiemus: neque si māducauerimus abundabimus. Sed illud nos commendat Deo, quod de se dixit Apost. Scio & abundare, & penuriam pati. Iustitiā verò vocat Apost. rectā voluntatē reddēdi vnicuique: quod suū est, pax verò opus, & effectus est iustitiæ, sicut iniustitia causa est perturbationū, & discordiarū. Gaudiū verò refertur ad modū, quo iustitiæ opera facere oportet, prop̄tē videlicet. & cū voluptate, ac gaudio, vt rectè proinde Arif scripserit. I. Eth. non esse iustū, qui iustitię operatione

vide Greg 15 mo. al. c. 20. Chryso. ho. 24. in Gene. Cyp. de orat. dom. cap. 8.

57. Iustitia à regno distinguitur.

A

nō gaudet: & sicut umbra sequitur corpus in luce positum: ita voluptas & gaudiū cōsequitur actionē hominis cū virtute, siue iustitia perfectā. Denique addit Apost. in Spiritu sancto i. à Spiritu S. qui est causa effic. es veræ iustitiæ, pacis, & gaudij. Sic Pere. in locū hanc ad Rom. Disp. 3. & verò iustitia etiā apud Apost. vt & hoc loco cōplectitur Dei voluntatē, & quod ille præscripsit nobis, vt seruemus, ita vt generatim sumatur nō pro sola speciali virtute iustitiæ.

Primum] Ante omnia, præcipue, maxime; ergo dicit aliquis, secundo loco querenda sunt terrena, at prohibuit omnem sollicitudinem? Resp. posse secundo loco queri citra malam sollicitudinē auertentē nos à regno Dei, & cogntē seruire māmone.

Sed excipies nullo modo querenda, quod dictū sit: & hæc omnia adijcientur vobis, nō igitur villo modo vult ea queri, si adiecturus ipse est? Resp. qui nō primo, sed secundo loco querit hæc sollicitudine bona, ac diligētia nō videtur querere ista, saltē in se, sed in ipsis potius Deus queritur, qui hoc vult. Adde quod hæc & à Deo datur dū habetur, & sæpè nobis nō querētibus adijciuntur. Denique per hos declarat fidentes Deo nos esse debere, quod nō deerit omnino, & idcirco à nobis omnē malā sollicitudinē deponendā. videtur autē hic latere metaphora à rebus vilibus, quæ nō cōputantur in pretiū, dū res pretiosæ emūtur sed corollarij loco datur, propterea nō est dictū dantur, sed adijcientur, præsertim cū nihil in his magnū respectu cælestiū.

59.

B

34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum] Iam de præoccupata sollicitudine verba facit. In oratione Dominica docuerat nos orare, panē nostrū quotidianū à Deo postulātes, quantum scilicet nobis in singulos dies sufficit. i. sufficit si hodie laboratis pro hodierno victu, sine præoccupata sequentis diei, & nimia sollicitudine; ita nūc pene idē dicit. & vero: Nolite ergo solliciti esse in crastinū dū ait: de sollicitudine semper mala loquitur, bonā verò, quæ presentis diei nominare possumus, i. necessariā, quæq; anxia non est, non prohibet, ideò docuit dicere, panē nostrū quotidianū lege Luc. 12. 29. Iac. & 4. 13.

60.

C

In crastinum] i. in diem sequentem, vel etiam in crastinum (& melius) i. in futurū, sollicitudo propriè de futuro est, ideò dixit in crastinum, nimirū, vt sic melius significaretur nimia sollicitudo, quæ per curam presentis diei non tam benè indicata fuisset. hæc enim potius necessariam, & vtilem sollicitudinē significat hoc loco.

Sibi ipsi] continetur & hic alia noua ratio auocans à sollicitudine, quod qui de crastino est sollicitus, superfluo, & nimio curarum pondere se premar, cū supra diei presentis afflictionē, superaddat futuri diei, i. consequentis tēporis afflictionē. Docet itaq; non oportere addere sollicitudinē sequentis diei. Vel dicit: sufficiat diei crastinæ sua sollicitudo, vt non oporteat eam hodie anteuertere vel anticipare, dum verò ait: sibi ipsi, perinde est, ac si dicat, de se, hoc est, sufficiat crastina sollicitudo de rebus necessarijs videtur autem per propositam loqui, dum dicit: crastinus dies sollicitus erit sibi ipsi, & sufficit diei malitia sua.

Diei] i. cuique; Malitia] i. afflictio, quam affert, scriptura siquidem, a duersa, & molesta more vulgi, mala vocat. Scholastici mala vocant dicunt, distinguentes ea à peccatis, quæ vocant mala culpa. lege Basil. in regu. breuior. interrog. 206. 30. 22. Canisium l. de Ioanne. c. 10. fol. 273.

Ex hoc. v. 34. oritur sequens hæc dubitatio, an patiatur Dominus, nos esse sollicitos in presentem diem, verat enim dumtaxat, ne in crastinum solliciti simus? Licet D. Hier. & Gloss. ord. videatur id affirmare; videtur tamē Christus omni nos sollicitudine liberare, quæ nimirū mentē à diuinis rebus

Sollicitudo
prohibetur,
non labor.

auocat, siue sit hodiernę rei, siue crastinę sollicitudo. Mens igitur Domini est omnem profus sollicitudinem nimiam, anxiam, ac non necessariam amputare. hanc autem sollicitudinem in crastinū vocauit, quia sollicitudo proprię de futuris est, nō de his, quę in promptu sunt. præsertim cum sollicitudo de crastino nō tantam præ se ferat necessitatē, quantam sollicitudo in hodiernum diem quod in dicasse videtur Dominus, dum subiecit, *crastinus dies sollicitus erit sibi ipsi*, nec dixit: crastino die eritis solliciti, sed *dies ipse erit sollicitus*, vt indicaret necessariam sollicitudinem, quam quilibet dies secum affert, cui homo superfluum addit.

Rectē D. Hier. adherit, anxiam sollicitudinem prohiberi, non laborem, labor, inquit, exercendus est, sollicitudo tollēda. neque enim dictum est, *no- lue laborare, sed nolite solliciti esse*. D. Chry. quoque hom. 22. non dixit Dominus, inquit, quia feminare non debeas, sed quia sollicitus hinc, atque anxius esse nō debes, neq; ait: nō oportet operari, sed quia pusillanimum esse nō oporteat, & curarum angore distēdi. Et auctor imperfecti ait: solliciti esse veramur, laborare iubemur, sic enim & Dominus loquens ad Adā non dixit: cū sollicitudine facies tibi panē, sed cū labore, & sudorē faciei tuę. lege item Aug. de opere Monachorū to. 3. De hac sollicitudine Dominus Mat. 13. loquitur, dū ait: *Sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocant verbum*. hęc enim sollicitudo Mamonę seruit, & avaritię studet, nec mediocritatē, necessitatemue aspicit, sed superflua quærīt, vnde patet cur Dominus, sic exorsus fuerit: *non potestis Deo seruire & Mammonę*, statimq; subiecit: *ideo dico vobis ne solliciti sitis*. Vide & in hunc locum Basilium in regul. breu. interrogatiōe 106. 207.

Ex his patet, non oēs eos sollicitos esse in crastinum, qui ea in præsentī tempore curant, quę in futurum erunt necessariā, sed qui in præsentī tempore occupantur ea cura, quę secundum rectam rationē non congruit, tempōri præsentī, sed futuro. Itaq; cura incumbens præsentī tempori de futurorū prouisione, & apparatu non est crastina, sed hodierna cura, quam habuit Ioseph in Aegypto post septem annos fertilitatis, prospiciēs sepe sterilitatis futuros, & Dominus oculos habuisse dicitur. Aug. expositio qui per crastinū temporalia intelligit, vel Chryso. accipientis crastinum, quicquid quotidianę vitę, quę per hoc hodie significatur, est superfluum, non est literalis.

THEORIA I.

De Diuinis oculis, in illud v. 4. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.*

Pertinet ad hūc locū, quę Pineda habet c. 10. in Job. v. 4. nimirum: Proprium esse Principis, aut Iudicis vt sit reipublicę oculus, quod eius sit cūcta dispicere, quod in suprema reip. parte, & loco relideat; quod illi se diuina lux largius cōmunicet, nisi ille sit rebellis luminī; quod alijs tāquam cæcis ducatū præstet; quod mutuū inter principes, & subditos auxiliū præstari debeat, vt subditi illū portēt humeris, velut debilē, aut delicatū, & ille vię dux sit, mutuat hic oculos, mutuant illi pedes, qua ratione antiqui oculato sceptro finxere regē, Isa. 29. 10. *claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros*, &c. quare cū De⁹ ipse supremus omnīū sit princeps, iudex, absoluteq; Domin⁹, maximē propriū erit illi cūcta videre, dispicere, diiudicare, nihil vt illū latere possit, quāuis in abscondito positū sit, vt meritō nō semel apud Mat. legas de Deo, q^d videt in abscondito. Alterū est obseruandū, latū esse discrimē in-

A ter hominū, ac Diuinis oculis, oculi hominū carni sunt, ac p̄inde illos pro minimo habet Paul. 1. Cor. 4. 13. *mibi autē pro minimo est, vt à vobis iudicet*, Sic 1. Reg. 16. 7. *dictū est Samueli: ne respicias vultū eius, neq; altitudinē statura eius*. Sic Sap. 3. 2. *visi sunt oculis insipientium mori*, nec mirū; cū. n. humanus & carnis ocul⁹ externā dūtaxat faciē contēpletur, secū frequēter quoque rapit mentis iudiciū, ne ad interiora penetret; quare illud petebat Dauid obnixē: Ps. 118. 37. *auerte oculos meos ne videāt vanitatem*, i. ne externa modo rerū specie oblecter, sed penetrē, per spiciāque, quid intus subsit solidę substātię, an verò externus splēdor inanis sit; nā auertēdi ver bū eo loco p̄prie est trāsire, aut transgredi, est .n. eadē vox Ps. 103. *terminum posuisti, quem non trāsgradientur*. & Hier. 23. quasi ebrius, & quasi homo madidus à vino, p̄prie quē trāsit, transgreditur vinū. Itaq; sensus est in tertia cōiugatione, trāsire, vel pertrāsire fac oculos meos ad internā sc. rerū substātiā, ne me decipiāt externa specie, ne de reb. secundū faciē iudicē; vanū autē est, quod oculos tm pellicit inani quodā splēdore, cum tamen intus nihil habeat solidi, vt quod verū aurū nō est; quāuis videatur: sicut .n. res mūdi, & omnis caro fenū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Isa. 40. 6. & c. 31. 3. *Aegyptus homo, & non Deus, & equi eorū caro, & nō spiritus*, i. externa species sine re, sine robore. Sic igitur sunt oculi carni secundū carnē iudicātes. Hinc concupiscentia oculorū enascitur, quę hominē præcipitē agit, vt vana confectetur.

Iterum cū caro pingue aliquid, & crassum significet: neq; .n. caro & sanguis Dei mysteria reuelāt, Mat. 16. 17. neq; sapiunt ea quę spiritus Dei, Mat. 16. 23. non mirum si externis dumtaxat trahatur, nec interiora penetret; vnde in insipientiam, & errorē decidat; quid enim nequius, quā quod excogitauit caro & sanguis?

C Nō sic Diuini oculi, immò verò incredibili quadam perspiciatate insignes sunt: quod & ipsum Dei nomen græcum indicat *θεός à θεομα*, quod est spectare, dispicere, contemplari, id quod notat Nyss. ora. 5. in can. 1. ideoq; ait, dici sp̄sum similit̄ caprę, quod animal dorcas dicitur à vi cernendi; Deus. n. de cœlestibus mōtib. despicit terrena cūcta. Meritō igitur Deus oculos suos cōmendat ab ijs omnibus, q̄ ad sincerē videndū, iudicādumque, ac citra omnē errorē necessaria sunt. Et quidē primum à lumine: licet. n. in abdito, occultoq; loco positę, ac plusquā cimberijs tenebris demersę sint res, habet tamē Deus intimū insitumq; lumen, vt quasi per extramissionē radiorum obiectū luce perfundere videatur, & ad cernendum aptissimum reddat. Eccl. 23. 38. *oculi eius lucidiores sole*. Apo. 1. 14. & 2. 18. *oculi eius tamquā flāma ignis*. Dan. 2. 22. *nouit in tenebris cōstituta, & lux in eo est*. Ad hęc ita est cū obiecto cōiunctus, vt nō modò proximus illi sit, sed intimē etiā in illo sit, illudq; peruadat, ac permeet, vt sic dixerim, quę cōiunctio nō solum diuinā visionē nō impedit, verū pot̄ in causa est, vt res intimē cognoscatur Prouer. 15. 3. *in omni loco oculi Domini*. Hier. 23. 24. *si occultabitur vir in absconditis, & ego nō videbo eū dicit Dominus: cælū & terrā ego impleo*. etenim q̄a intimē adest reb. omnib⁹ Deus, hinc fit, vt eius præsentia, atq; esētia omnia nō solū

Discrimē in
ter oculos
Dei & ho-
minum.

Auertēdi
verbū quid.

3.

Oculi Dei
quā per-
spicaces.

5.
Princeps
Reip. ocu-
lus.

2.

con-

contineantur, sed etiam impleantur. Quicquid enim solidi habent, ab eo habent, qui intime illis adest.

4. Postremò Diuinus oculus eminenti quadà ratione cunctas videntis facultates, atque modos complectitur, vt proindè fateri omninò oporteat Diuino oculo infinitam videndi facultatem inesse, ps. 83. 9. *qui finxit oculum, non considerat?* heb. non videt? quare meritò Iob sic cum Deo loquutus est, 10. 4. *nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis?* q. d. cum Deo mihi res est, qui in cognoscenda, atque discernenda veritate errare nequit, vel meā innocentiam ignorare. Secus ac hominibus accidit; vel fortè etiam Iob sensus est: vt respiciat ad carnos iudicum oculos, qui ex speciei, & carnis splendore iudicant, & personas, quas fulgere vident, in iudicio accipiunt: sordidos vero, ac pauperes contemnunt, & neque audiunt, neque aspiciunt. at Deus non despicit pauperem, non accipit cuiuspiam personam. Isa. 11. 3. *non secundum visionem oculorum iudicabit, (70. non secundum gloriam iudicabit) sed iudicabit in iustitia pauperes.* hi enim non habent qui à se propulserunt potentiorum, vel improborum calumniam & iniuriam contra omnem iustitiam.

5. Neque verò dissimulanda est hicalia Diuinorum oculorum proprietas, à qua longè sèpè absunt hominum oculi. Illud certè est humanum ingenium, cuius imaginem præbuit Saul. 1. Reg. 18. 9. *non rectis oculis Saul aspiciebat Dauid,* chaldaicè, malo oculo aspiciebat. Sed in heb. simplex est vox, *ghaien*, à verbo *ghaian*, quod est oculare, aut obseruare oculis. q. d. erat Saul oculos Dauidem. at quàm procul id à Diuina bonitate sit is demū planè intelliget, qui attendat eum, qui cum per summum scelus alapis appeteretur, velatam tamen faciem, & opertos oculos habuisse uarratur Marc. 14. 65. Luc. 22. 64. quod præsignificauit Dauid 2. Reg. 17. 30. cum ascendebat cliuum oliuarum scandens, & flens nudis pedibus incedens, & operto capite, & oculis opertis, & quasi clausis luminibus rem totam Diuinæ prouidentiae, atque oculis permitteret, quod notatur Psal. 34. 14. *quasi lugens, & contristatus. (i. operto capite more lugentium) sic humiliabar.*

Itaque vide lector quantum inter hominè & Deum intersit, ille qui se aliquando læserit toruis, ac minacibus oculis aspicit semper iniuriarum memor: hic grauissimis contumelijs affectus quasi opertis oculis dissimulat; & peccantes non despicit verum ad se trahit & venientes obuijs excipit vlnis. hæc obiter de Diuinis oculis ex Pineda.

THEORIA II.

In eundem Matth. locum: de cordis humani profunditate.

1. **M**onet nos hic idem Matth. locus non semel positus: *Deus videt in abscondito*, cordis nimirū arcana penetrās, ac secreta nulli peruia iudicās: vt aliquid de humani cordis profunditate dicamus, ad hunc textum illustrandum ea quæ de hac re Pradus habet accersentes, Ezech. 8. 12.

1. Deus intuetur ac penetrat corda hominum.

A) Rectè, ac verè Hier. c. 17. 9. testatur, *prauum* (vafum scil. & mendax, seu inaccessum, adituque impossibile) esse *cor hominis, & inscrutabile*, sicque rursus sciscitatur; *quis cognoscet illud?* & vt quàm verum sit illud quod Matt. hic habet de Deo, quod in abscondito vidcat, hoc est, conscientiam penetret, & cordis penetralia peruat, intelligeremus; interrogationi Deus ipse respondet: *ego Dominus*. Solus enim est, qui cordis latibula peruestiget. Contra ac impij arbitrantur. Eccl. sia. 23. 26. *quis me videt, tenebra circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vercor? delictorum meorum non memorabitur altissimus;* quare iure Theodoretus dixit: *caussa quippè impietatis est Dei obliuio*, qui enim sibi peruaferant, nil eorū, quæ ipsi committerent, à Deo inspici, eò iniquitatis processerunt; sed docet nos Dauid aliter sentire, & loqui Ps. 25. 8. *prouidebam Dominum in conspectu meo semper*. est igitur adeò inscrutabile cor hominis, ac profundum, vt soli Deo scriptura tribuat, quod renes, ac corda hominum scrutetur. & quidem per renes, affectus, per cor mentem, & studium significare solet scriptura, rectè proindè Pau. dixit 1. Cor. 2. 11. *quis hominum scit, quæ sunt hominis, i. quæ q̄s in animo voluat, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* & iterum 1. Cor. 11. 28. *probet autem seipsum homo, quia nulla creatura alia scrutari potest, quæ in penetralibus humani cordis latitât, nisi homo ipse sua prodat consilia, cogitationes, & studia.*

C) Quare sibi committitur sui ipsius examen, & testimonium, atque iudicium, nullus enim est alius, qui possit hominum corda penetrando iudicare. Proindè quo seipse homo iustè iudicaret, & veniam malè commissorum obtineret à Deo, in cordis humani basilica tribunal constituit ipse Deus, legesque in eius tabulis incidit; rationem namque creauit iudicem, conscientiam actorem, testes cogitationes, iuxta illud Pauli: *ipsi sibi sunt lex* (qui ostendūt op̄ legis scriptum in cordibus suis) *testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se cogitationum* (turbæ) *accusantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominum* &c. Sic Dauid 2. Reg. 12. 5. rogatus iudicium iustū tulit inscius contra se: *viuit Dominus, quoniam filius mortus est*. Sic & ab Achab 3. Reg. 20. 40. extorta aduersus seipsum est mortis iusta damnatio *hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti*. Sic enim illi dictum est.

2. Tribunal in corde hominis.

Vndè patet, quod homo liber ab affectu contra seipsum pro meritis supplicium decernat, quod tamè nequit perturbationib⁹ excæcatus. Atque hoc est, quod sibi voluit Dauid cū Ps. 50. 6. dixit: *tibi soli peccavi & c. vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum inimicis* (seuerior) sèpè tamè cor humanū cõtendit delictū occultare vt patet Hier. 2. 23. *quomodo dicis, non sum pollutus, post Baalim non ambulavi? vide vias tuas in conualle; & iterum; quid niteris bonam ostendere viam tuam? ego iudicio contendi tecum, & quod dixisti, non peccavi.* & Isai. 7. 12. dixit dissimulans Achaz; *nō petam, & non tentabo Dominum; cū reuera illi potius dissiderit; & Saul 1. Reg. 15. 20. gloriatur, immò audiui vocem Domini & ambulavi in via per quam misit me Dominus & c. tulit autem de*

3.

prad.

prada populis oues; & boues, vt immolet Domino. Sed infra, se prodit, peccani timens populum & obediens voci eorum.

Sed quid mirum est à nemine iudicari, inuestigariue posse cordis humana consilia, cū neque ab ipso homine exactè cognoscantur, nisi diuino lumine illustrato? *Lucerna Domini*, ait Sapiens, Prou. 20. 27. *Spiraculum hominis quæ inuestigat omnia secreta ventris*, i. vt Greg. habet 3: par. curæ Pastor. c. 3. *Diuini afflatus illuminatio, cū in mentem hominis venerit, eam sibi metipsum illuminans, ostēdit: quæ ante spiritus aduentum cogitationes prauas, & portare poterat, & pensare nesciebat, &c. Spiraculum itaque, seu spiritus hominis, nisi diuina luce communicata lucerna Domini efficiatur, obire quidem potest consilia, & cogitationes suscipere, sed eas examinare non potest. Scrutabor*, inquit Deus, *Ierusalem in laceris*. Soph. 1. 12. at vbi lucernæ admouentur tenebræ sunt.

Hinc est vt toties in facris literis duplicis cordis, vel animi mentio fiat, damneturque in corde, & corde loqui, laudeturque facere veritatem. Itemq; ex toto corde sapientiæ studium amplecti. est enim adeo abstrusum cor ipsumet homini, vt cū hoc reuera desideret, aliud sibi velle persuadeat, quod est mendacium loqui, facere, sibi ipsi imponere, & ceu duplex cor gestare in pectore, vel semicorde cogitare, & operari, propter quod Deus Isā. 31. 6. hortatur, vt profundo, & toto corde ad Deum reuertatur Israelitæ, sicut toto corde, ac pleno affectu ab eō recesserant sectantes Baal; *conuertimini*, inquit, *sicut in profundum recesseratis filij Israel*; & quidem merito, quia sibi ipsi imponit homo, sæpè cū aliqua aduersitate stimulante ad Deum reuertitur, id quod re ipsa contigit Iudæ Hie. 3. 10. *non est reuersa ad me prauaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio*.

Difficile est energumeni verba iudicare, vnde nam sint ab ipso ne homine, an à dæmone, cū eodem prodeant ore: nec facilius est cogitationes æstimare proprias, à spiritu ne hominis, an Dei proficiantur. Discretio spirituum à Spiritu S. Ecclesiæ communicatur, qua perfoditur paries intimi recessus humani cordis, & abominationes in ipso absconditæ propalantur.

Denique quæ sit profundum cor hominis, illud vel maximè ostendit, quod eā laudē sibi soli tribuit Deus vt arcana cordis humani rimetur, & intueatur. Hierem. 17. 10. *ego Dominus scrutans corda, & probans renes*. Psal. 63. 7. *accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*: i. subeat hominem cogitatio quantumuis profunda, & abdita: profundius subit Deus, vt eam intueatur, & iudicet, & Psal. 32. 15. *qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum*, i. ideò intelligit opera, & cogitationes, quia animas creauit singulorum, alioqui ignoraturus. Postremò Psal. 38. 3. *intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti*. i. studia, & circumgyrationes, hoc est consilia, & subdit, reddens rationem, *tu formasti me, &c.* Hæc Pradus licet non omninò his.

4. Ipse homo, nisi à Deo adiutus cor suum non penetrat.

5. Cor duplex quid.

6. Obfessorum à dæmone verba dubium à quo fiat.

7. Cordis humani profunditas.

A

THEORIA III.

De Oratione Dominica, de eius præstantia, numero, & ordine Petitionum.

Præstat diuinissima hæc orandi formula cæteris omnibus, quas humana ratio, vel vnquam excogitauit, vel excogitare potuit. Et primùm quidem præstat auctoritate; Dei etenim filio condita est. præstat breuitate; vnde Tertull. l. de ora. *breuitas ista magna*, inquit, *ac beata interpretationis substantia sulca est, quantumque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus*. Et Cyprian. l. de ora. dom. *qualia sunt*, inquit, *orationis dominica sacramenta, quàm multa, quàm magna; breuiter in sermone collecta; sed in virtute spiritualiter copiosa vt nihil omnino pratermissum sit*. Præstat perfectione; ita Tertul. l. de ora. hanc Euangelij breuiarium vocat. Hic enim admonemur quid sperare, quid amare, quid colere, quid agere, quid fugere, quid appetere, quid contemnere debeamus. vt huc meritò referri possit, quod Celestinus Epistol. ad Gallos c. 11. scribit: legem credendi adde, & operandi, lex statuit suppliandi. Deinde omnia, hæc oratio comprehendit, quæ vel vt necessaria, vel vt vtilia à Deo petenda sunt. Præstat ordine; primùm enim, quæ ad Dei gloriam spectant, deindè temporalia ponuntur. Præstat efficacitate; quid enim magis Deum Patrem mouere potest, quàm eius Filij oratio, cuius est præceptis salutaribus præscripta; & diuina institutione fortinata? sciebat videl. Christus Dominus quisnam esset apud Patrem efficacior orandi modus, eumq; immenso, quo in genus humanum ferebatur amore, nobis tradidit. Denique præstat necessitate; in constitutionibus Apostolicis l. 7. c. 25. monentur Christiani ter in singulos dies diuinam hanc orationem recitare. In Conc. Rhemen. 1. c. 2. sub Leone III. Scriptum legimus, nõ licere homini Christiano, eam ignorare aut non tenere memoria, aut non intelligere, in conc. Tol. 4. tempore Honorij Pap. 1. nu. 9. sic legitur: *in tantum quotidie hæc oratio dicenda est, quatum & ipso titulo vtitur, dū vocatur oratio quotidiana. Sic eã sancti Patres nūcupauerunt. & postea: Sanctus Hilarius dicit: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quid. n. tam vult Deus, quàm vt quotidie Christus habet in nobis, qui est panis vite, & panis de celo? & quia quotidiana oratio est, quotidie quoque vt detur, oratur*. Hæc de præstantia.

B

C

D

Iam si de numero agatur Petitionum breuis est, sed verissima responsio, & omnium fermè doctorum, septem continere Petitiones.

Verùm quod attinet ad earumdem petitionum ordinem: S. Aug. in Ench. c. 11. & l. 12. de ferm. Dom. in mo. c. 17. docet tribus Petitionibus prioribus peti res æternas, posterioribus temporales. Corn. Ianse. plenius rem totã explicat in cõcor. Euan. Scribit enim: primò peti bonorũ largitione. Secūdò malorũ remotione, & inter bona primò bonũ Dei; *Sanctificetur nomē tuum*, secundo bonũ nostrũ summũ, *adueniat regnũ tuũ*. Tertiò bonũ nostrũ mediũ, hoc est, gratiam implendi mandata; *fiat voluntas tua*. quartò bonum nostrum infimum, i. sub-

L. Oratione Dominica vnde præstancior alijs.

Est perfectissima.

Completur omnia.

Est efficacissima.

2.

fidia

fidia temporalia; *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. inter mala primò petimus remotionem mali præteriti, *dimitto nobis debita nostra*, &c. Secundò mali futuri, *& ne nos inducas in tentationem*. Tertiò mali præsentis, *Sed libera nos à malo*.

3. Plenissimè S. Thom. 2. 2. q. 83. a. 9. ita petitionum ordinem digerit: quoniam oratio interpres est recti desiderij apud Deum, desiderium autem hoc actus est charitatis, qua diligimus Deum, in se, & nos in Deo. Ideò primò petimus gloriam Dei, vt sanctificetur nomen ipsius, quæ petitio nascitur ex amore, quo diligimus Deum in se. Secundo beatitudinè nostram, quam habebimus, cum adueniet regnù Dei, & hæc petitio oritur ex amore, quo diligimus nos in Deo. Tertiò mediũ principale, & per se ad beatitudinè, id verò est obediètia legis: nam per obedientiam legis mereamur beatitudinè. Quartò medium per se, sed instrumentarium. i. panem tum spiritalem verbi, & sacramentorum, tum etiam corporalè. Quinto medium per accidens. i. remotionem peccati præteriti, quod propriè excludit à regno & opponitur primo nostro bono. Sextò aliud medium per accidens. i. remotionem peccati futuri, ne videl. superentur à tentatione, quæ impedit, ne Dei præcepta seruemus, quod erat bonum nostrum secundum. Septimò aliud medium per accidens. i. remotionem mali præsentis, omnium videl. huius vitæ miseriarum, quatenus impediunt sufficientiam temporalium bonorum, quæ suo modo ad vitam æternam consequendam, vel necessaria, vel vtilia sunt. Quare mala ista, quæ in postrema petitione remoueri cupimus opponuntur tertio nostro bono quod in quarta petitione à Domino postulamus. Vide Card. Bellar. to. 3. l. 1. de bon. oper. c. 5.

4. Albert. in Mat. videtur accommodasse septè spiritus Dona, de quibus Isai. 1. & septem præcipuas beatitudines septem istis petitionibus, nã prima inquit petitio regitur spiritu sapientiæ, qui est sapor Diuinus ex esse Diuino in nobis, & perficitur pacificatione cordis, quãdo illi esse diuindn. hil in nobis repugnat. Secunda autè regitur spiritu intellectus, qui regnù Dei mètis illustratione declarat, & perficitur munditia cordis, & scã. lala de regno Christi eliminat, & Tertia regitur spiritu consilij qui agèda secundũ Dei voluntatè persuadet, & perficitur in misericordia quæ incipit à seipsa, miseriam omnem inordinati actus propellente. Quarta autè regitur spiritu fortitudinis, qui velut cibo sumptio cor nostrũ confirmat ad ferèda patienter aduersa, & perficitur esurie, & siti iustitiæ, quæ magis in esse Diuino sustentat, quã panis, quem quotidie sumimus. Tres porrò reliquæ sunt de amouendis malis, & ideò quinta regitur spiritu scientiæ qui docet cõuersari, & ostèdit, quæ sunt debita quibus tenemur, & perficitur luctu, qui lauat delicta commissa. Sexta autè regitur pietate cultus Dei: auertit autè tẽtationes in quas induci possemus, & labi in cõtraria pietati cultus Dei, & perficitur Christi mansuetudine, qui non permittit nos tentari supra id quod possumus, & oues suas rapit de manu sua. Postrema regitur spiritu timoris,

A qui retrahit à malo, & perficitur paupertate Spiritus, quæ in omnibus temporalibus humiliter sapit, & agnoscit sufficientiam suam solum ex Deo esse. Ita efficitur, vt istis septè petitionibus, septem Dona spiritus impetrentur, quibus etiam virtutes, & perfectiones, quæ ad beatitudinem faciunt acquiruntur.

THEORIA IV.

Quomodo Deus Pater dicatur.

B Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in expositione orat. dom. *reuera*, inquit, *Pater omnium nostrum est quasi* *πᾶντα τ. πᾶν*, hoc est, omnes conseruans; Petrus Chrysol. serm. 77. *qui iudicem*, ait, *mutauit in Patrem, amari voluit, non timeri*. D. Bernard. ser. 15. in cant. *vbi*, inquit, *illud. quod apud antiquos tam terribiliter, quã frequenter intonare solebat: ego Dominus, mihi dicitur oratio, cuius principium nomine dulci paterno sequentium obtinendarum petitionum præbet yduciam*. &c. Augu. l. 2. de ser. Domin. c. 8. *nusquam inuenitur*, inquit, *præceptum populo Israel, vt diceret Pater noster, vt oraret Patrem Deum. sed Dominus eis insinuat, inquit, tamquam seruentibus, secundum carnem viuentibus & c. 9. vtatur voce noui testamenti populus nouus ad æternam hereditatem vocatus*.

C Multis autem de caullis Pater dicitur. Pater est creatione omnium quidem, maximè verò hominum; *an non ipse pater tuus est, qui fecit, & creauit te*, iuxta illud Job. 10. *manus tua Domine fecerunt me*, Deut. 32. *numquid non ipse Pater tuus, &c. Deum qui te genuit dereliquisti?* Pater est ratione educationis. Dat enim etiam omnem carnem, & oriri facit solem suum super bonos & malos, & Isai. 1. *filius enutriti & exaltaui*. Porrò educat nos, & enutrit liberaliter, & magna cum miseratione Psal. 102. *quomodo miseretur Pater filiorum* &c. hinc ab Apost. 1. ad Corinth. 1. vocatur Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Isai. 49. *sipotesi*, inquit, *obliuisci mater*, &c. Propterea comparat se Christus Gallio, quæ præ cæteris auib. pullis suis compatitur Matt. 23. Vocamus tertio & Deum Patrem ratione eruditionis. erudit enim per occurtas reuelationes, quod cum Prophetis fecit. 1. Corinth. 2. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*, vel per inspirationes. Psal. 84. *audiam quid loquatur in me Dominus Deus*. vel per prædicatores quibus Matt. 10. dicitur: *non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri*. Pater etiam noster est correctione, prouerb. 3. 12. *quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi*, est enim in eo qui corripitur à Domino, aliquid quod displicet, id scilicet propter quod eum castigat, & quod emendatum cupit. & tamen dicitur: Dominus complacere sibi in illo; quia illum suo beneplacito elegit ad vitam æternam ad quam sua eum castigatione promouet. heb. 12. *flagellat Deus omnem filiũ, quem recipit*. vbi Gl qui excipitur à numero flagellatorum, excipitur à numero filiorũ, per quã correptionè non ad interitũ corripimur, sed ad emèdationè, vt nã cũ hoc mũdo dãmur, & ad Co. 11. 32. alioq. *qui in laboribus hominum nõ sunt, & cum hominib. non*

2. Multas ob causas Deus Pater dicitur.

flagellabuntur. Psalm. 72. 5. Sed cum *Demonibus* ut habet Glof. Postremò nobis hæreditatem in cœlis liberaliter largietur tamquam filijs Pater: *Venite benedicti Patris mei percipite* & c. quam etiam hæreditatem indicavit, dum dixit: *Pater noster, qui es in cœlis*, ea enim nõ est terrena, sed cœlestis, quam explicat D. Pet. 1. c. 1. 3. 4. *regeneravit nos in spem viam & in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conservatam in cœlis*: Huius tu si filius Dei eris, ita ut nomini respondeat res, hæres institueris. Rom. 8. 17. *quod si filij & hæredes*. Qui autem sint filij declarat Paul. ibid. vers. 15. *quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei*.

Huius Patris sanctitatem imitari debent omnes Patres familias. licet enim cœlestis pater virtutum exemplar sit omnibus quod imitentur; se tamen illi similem bonus in primis pater familias exhibeat oportet. Meritò à quibusdam circuli centro comparantur patres, nõ ob id tantum, quod sicut à centro multæ licet lineæ ducantur diuisæ inter se, quælibet tamẽ linea vendicat sibi totum centrum, ita patrem totum sibi vendicant singuli filij; & quod in proverbio est, vnus pater centum filijs sufficit. Verùm ob illud maximè instar cœtri sunt patres familias, quod centrum ab omnibus lineis respiciatur, non aliter sanè parens familiæ, liberisque imitandus propolitus est. Quod sapienter Plutar. c. l. de liberis educan. docuit, dũ sic scripsit: *ante omnia debent parentes nihil peccando, omniaque pro officij rationibus agendo, euidens sese liberis exemplum præbere; ut in istorum vitam, tamquam in speculum intuentes à turpibus dictis, factisque auertantur*. Etenim *qui peccata filiorum increpantes, ipsi in eadem prolabantur vitia, si se non sentiunt sub illorum nomine semetipsos accusare*. Quorum verò tota vita turpis est, si ne seruos quidem obiurgandi libertatem sibi relinquunt, nedum filios. Quare patris nomen in sacris literis idem est non rarò, ac magistri, & præceptoris, ita ut, & præceptor, qui sanctè, & diligenter munus suum obeat, pater meritò sui alumni appelletur. Sic videbis 4. Reg. 2. 11. & c. 6. 21. Iud. 18. & alibi.

4. *atris appellatio magni momenti.*

Porro (ut iterum eò reuertamur, vnde digressi sumus) patris appellatio magni momenti est apud Deum. Ierusalem, Hie. 3. Fornicariam ciuitatem, & sub eius typo quamlibet peccatricem animam adhortatur Deus, ut ipsũ Patrem appellet, si velit veniam facillè impetrare. Sic enim vers. 3. 4. ait: *polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis, & c. frõs mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, ergò saltem amodo voca me: pater meus, dux virginittatis mea tu es*; quasi tanto nomine audito statim ad misericordiam commoueat, sicut pater amplecti, & exosculari solet filium infantulum, cum ei repetita identidem patris appellatione blanditur. Quare Dominus, cum discipulos orare docuit hinc inchoare orationem præcepit. indeque dumtaxat prodigus ille filius reconciliationis fiduciam concepit: *ibo, inquit ad patrem meum, & dicam ei: pater peccaui in cœlum, & coram te*. Hunc orandi modum vsurpauit Isai. 63. 15. *attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo. vbi est Zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum & miserationum tua-*

*rum? super me continuerunt se. tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum: Vbi aduerte primum, significasse prophetam Deum ad eò clementem esse, ut Abrahamus, & Iacob præ illo nomen patris minimè mereantur; id enim est: Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Deindè aduerte appellasse fortitudinem Dei, misericordiam, Vbi est fortitudo tua? multitudo viscerum tuorum, & c. Deus enim misericordiæ operibus maximè omnipotentiam suam declarare solet. Tertio obserua admirandum prophetam dixisse dum nomine populi Deum exorare conatur, *super me continuerunt se*, quasi nouum quiddam, sit in Deo posse misericordiarum suarum viscera continere; quin ea liberaliter effundat. Postremò bis appellasse prophetam Deum Patrem: fuit enim semel Pater per creationem, & iterum per Redemptionem.*

THEORIA V.

In quintam Petitionem.

Peccatum ait Euthym. obnoxium reddit hominem, sicut æs alienum, & Tertul. l. de ora. c. 7. *debitum in scripturis, ait, delicti figuram esse, quod perinde iudicio debeat, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donec exactio sicut illi seruo Matt. 18. Dominus debitum dimisit. D. Ambros. l. 5. de sac. c. 4. improbos etiam D'aboli debitores esse, ait, qui eras, inquit, liber in Christo, debitor factus es diaboli. q. d. Ambros. peccata veluti pecuniam diabolus homini sengeratur. pro sēnore miser homo æternas soluit pœnas, ab his vsuris liberat nos Christus. Itaque secundum Tertull. per metaphoram à debitoribus sumptam, vel ut inquit Euthym. ab his qui ære alieno constricti sunt; vel secundum Amb. à sengeratoribus ducta translatione peccata, debita dicuntur.*

1. *Peccata vnde debita dicuntur.*

Card. Tol. adn. 13. in c. 11. Luc. adnotat peccatũ debitũ dici ab effectu, quod debitum inducat, reddatque hominem debito obnoxium; nam qui in peccatum incidit Deum offendit, iniuriæque afficit, & indè est, ut debitor sit ad satisfaciendum pro commissa culpa: quam satisfactionem, nisi Christus pro nobis sua morte patri obtulisset, semper homo debitor permanisset, ac proindè reus semper æternæ pœnæ fuisset. Cũ ergo debita dimitti petimus, deleri peccata rogamus, & à nobis auferri gratias quidem & sine pretio si nos respiciamus, non item respectu Christi; qui pretium pro nobis soluit. Meritò peccata debita vocauit, ut significaret, quantum peccata noceant peccantibus, cùm per illa obnoxij sint debito satisfaciendi Deo, & pœnæ, cui numquam sit imponendus finis, nisi veniam assequantur ab eo, quem offenderunt.

2.

Sed de quibus, inquires, peccatis hic Sermo est? Resp. generatim omne peccatorũ genus intelligi, quod præterquam quod ex parabola Matth. 18. colligitur, vbi habetur: *omne debitũ dimisi tibi, quia rogasti me*, quod debitũ constat fuisse decem millium talentorum, ut intelligas non leuia tantũ peccata petere nos debere,

3.

vt no-

vt nobis dimittantur, sed etiam grauiam; nam in tam magna summa decem millium talentorum quadrans quoque comprehenditur, quo leue peccatum intelligitur, vt notat Tertul. de orat. Dom. Præter hoc inquam sequentia verba idē indicant, *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: at nos condonare debemus proximis, & grauiam, & leuiam. Porro ex hac petitione sic exposita tria colligemus, præter ea, quæ in Scholijs ver. 12. adnotauimus. Primum quidē eam omnibus conuenire fidelibus adultis tam iustis, quàm peccatoribus. Nemo enim sine peccato uiuit, vt docet August. lib. 3. de pecca. meri. & remis. cap. 13. ab istis tamen excipienda est V. M. vt lib. de nat. & grat. cap. 36. apertè testatur, se, cum de peccatis agit nullam de V. M. propter reuerentiam filij se velle habere sermonem, quod tamquam dogma fidei habendum decreuere Triden. Patres, dum declarant Beatam Virginem nullum toto vitæ tempore actuale habuisse peccatum, non ex gratia ordinaria, sed ex singulari priuilegio. Nec propterea putes abstinuisse, B. Virg. à Dom. orat. etiam quoad hanc partem: vsurpauit enim eam, non pro se, cum non indigeret, sed pro corpore fidelium. Omnibus enim fidelibus, non nobis tantum cum indigemus, petimus relaxari peccata. Fateor Aug. lib. 2. contra epist. Parmeni. cap. 10. intellexisse hanc petitionem de leuibus peccatis, & alibi, sed id intelligendum est, non quod excludantur grauiam, sed quod locum etiam habeat in iustis, ubi sunt tantum venialia, ita vt non sit necesse habere aliquem mortalia, vt de se dicere possit: *dimitte nobis* &c. Sufficit habere venialia. Alterum verò hinc colligere est ex Chrysof. hom. 20. in Matth. hanc orationem esse fidelium, qui iam per baptismum Deum appellant Patrem. Vnde etiã patet, post baptismum nos veniam petere debere, vt Christo obediamus, orantes: *Dimitte nobis debita nostra*.

Ceterum vt huius petitionis sensum, clarius aperiamus, quatuor obseruabimus. Et primum quidem illud obseruandum venit, nobis hic præcipi, ea solum debita dimittere, quæ sunt cum offensione coniuncta, idque tantum quoad offensionem animi, scilicet vt non oderimus proximum, qui nos læsit, neque cum eo inimicitiam geramus, vnde etiam fiet, vt non cogamus eum refarcire damnum, si forte id facere sine maximo detrimento non possit.

Alterum erit secundo loco animaduertendum, etiam non postulanti esse dimittendam iniuriam. quod autem S. Augustin. in Enchir. cap. 73. scribit, 'fortassè intelligendum est de remissione, quæ fit per signa externa, non de ea, quæ solo animo fieri potest.' Nam lib. 2. de ferm. Dom. cap. 13. affirmat necesse esse omnibus dimittere, etiam non petentibus.

Sequitur tertium, quod cum quis in aliquo est peccato voluntariè, & perseuerans in eo, licet iniurias ex animo remittat, si conuersionis gratiam, nec cupit, nec à Deo ex animo petit, is non impetrat. Secus si ex animo petat, & conuersionis gratiam cupiat, quamuis concupiscentia victus in peccato hæreat. Nam Deus, qui illi bonum illum animum dedit perficiet sua miseratione, quod cœpit, si ille pergat pe-

tere ex animo. Postremò quarto loco obseruandum id quod Cassianus collat. 9. ca. 22. scribit: fuisse aliquos, qui cum iniurias condonare nollent, ne mentirentur, præterbant ea verba inter orandum in orat. Dom. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. At hi qui huiusmodi sunt frustra petunt, etiam si taceant ea verba: cum Dominus ver. 15. dixerit: *Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra*. Deindè ijdem quamuis non mentiantur, dum tacent ea verba, dum tamen non condonant iniurias, nec cupiunt gratiam, qua incipiant velle eas condonare, mentiuntur in reliquis huius orationis partibus, dum eas pronuntiant sicut & reliqui peccatores: qui conuerti nolunt, sed obfirmato animo peccato indormiunt, neque id ex animo, ac verè postulant à Deo, vt ad meliorem frugem se recipiant. Quomodo enim audebunt hi dicere, *Pater noster*, qui nolunt esse filij? quomodo, *sandificetur nomen tuum*: per quos nomen Dei affidè blasphematur? quomodo, *adueniat regnum tuum*, qui nihil magis, quàm aduentum Domini timent? quomodo, *fiat voluntas tua*, qui suam & non Dei voluntatē semper faciunt? Reuera tamen, qui orat, *dimitte nobis debita nostra sicut & nos* &c. atque aded petit sibi remitti debita, nec alijs relaxat, D. Thom. in Matt. affirmat hunc neque reipsa mentiri, neq; aduersum se precari. Nec deest ratio ad id affirmandum: pronuntiat enim ea oratio sub Ecclesiæ persona, ac nomine illius profertur, quam constat remittere omnem ex animo iniuriam, quicquid sit de orante. Rectè quidem hæc, quia non dictū est, vt oraremus, *dimitte*, sicut ego dimitto, verum *sicut & nos dimittimus*. Id quod vt verū sit, satis esse debet, quod in Ecclesia multi sunt, qui dimittant. Lege præter Catechismum Roma. Abul. Matt. 6. 116.

THEORIA. VI.

In eadem Petitionem: *dimitte nobis* &c. *Sicut & nos* &c. An liceat aliquando quæ nostra sunt, iudicio repetere, & an id aliquando expediat.

DE iure litigandi variæ sunt Doctorum sententiæ. D. Aug. to. 4. l. 2. de ser. Dom. in mon. c. 13. explicans hanc eamde, quam versamus, petitionem, non putat, sine peccato me quidquam à proximo corā Iudice petere posse; sic enim scribit: *Seruum Domini, vt ait Apost. nõ oportet litigare. Qui ergo vel spontè conuentus pecuniam debitam reddere noluerit, dimittenda illi est. duas enim ob res nollit reddere, vel quod non habeat, vel quod auarus sit, reiq; aliena cupidus, vtrumque autem pertinet ad inopiam, nam illa inopia est rei familiaris, hæc animi.* & paulò post: *cum in orat. inquit, dimitte nobis, dicimus, de omnibus, qua in nos quisq; peccat, loquimur, ac per hoc etiam de pecunia: peccat autem in te, qui tibi pecuniam debitam, cum habeat vnde reddat, recusat reddere, quod peccatū si non dimiseris, non poteris dicere, dimitte nobis, sicut & nos dimittimus.* Eodem ipse Aug. tendere videtur explicans illa Psal. 118. verba: *iniquos odio habui.*

Verum non est iudicandum damnari his ab Aug. contentionem in iudicio, quasi ipsa per

4.
Hæc petitiõ
quibus con-
ueniat.

5.
Obseruanda
circa hæc
petitionem.

7.
Nota.

3.

Oratio Do-
minica non
conuenit pec-
catoribus.

9.

1.
An liceat via
iuri suam re-
petere.

se sit mala, & quasi semper peccatum sit sua iudicio repetere, & multò minus quasi ipsa iudicia & tribunalia iudicij per se sint mala, cū loco citando nu. 2. Paulus suadeat vt instituantur inter ipsos fideles, quod ipsū Aug. nō latebat: sed damnat Aug. vt & Paul. contentione scandalosam ex accidenti aliquo; qualis nimirū erat illa fratrum corā iudicib. infidelibus, atq; aded eā quæ fit facile ac temerè cum cōtentione, & detrimēto pacis nō sine offensione fidelij aliorū, vel etiā inimico animo vindictam querēte &c.

2. Doctor Olaius in quibusdā manuscriptis: Sic habet de hac re scribens: *principiō dico licere nobis aliquādo, quæ nostra sunt iudicio repetere. Hoc apertissimè colligitur ex illis D. Pau. 1. ad Cor. c. 6. 12. verbis: omnia mihi licent, sed nō omnia expediūt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. quib. verbis apertissimè significat, ei, cui ius suū clare constat, licere quæ sua sunt iudicio repetere, nam cū duo proposuisset, alter ū v. 7. quare non magis iniuriā accipitis; alterum v. 8. sed vos iniuriā facitis. Prius de illis differuit, qui iniuriā faciunt, deinde loquens de illis, quos vult potius pati iniuriā, quā litigare, subdit: omnia mihi licēt, sed nō omnia expediūt. Vbi contra multorū sententiam arbitror, verbum, licere, D. Paulo nō significare posse simpliciter, sed honestū esse, aut non esse prohibitum. Sicut & Matt. 14. dicitur: nō licet tibi habere vxorē fratris tui. & c. 8. huius eiusdem Epif. Prioris ad Cori. in eadem significatione nomen licentia vsurpatur. Iam q̄ sequitur, numquā expedire, repetere q̄ suum est, iudicio, in D. Thomam aliqua ex parte dico, qui tantum hoc dictū putat perfectū viris, quib. nihil est proprij. Ego omnibus dictum hoc puto & sanè, cum sit certum ei, qui ius habet aliquid iudicio petendi, licere & iudicio contendere, & nō contendere, sed debitum potius remittere, cumquē dubium non sit, quin hoc sit prestabilius, & ad tranquillam & charitate plenum vitā spirituales statum magis faciat iure suo cedere, quā in iudicio litigare; consequens est, hoc numquam expedire. i. semper illud vt prestabilius esse recipiendum, id quod apertè etiam illa verba significant: quare non magis iniuriā accipitis? quare non magis fraudem patimini?*

3. Postremò assero D. Paulum verbis illis: iam quidem omninò delictum est in vobis; quod iudicia habetis inter vos, nec significasse (vt quidā existimant) vtrūque litigatorem semper peccare; nec (vt alij arbitrantur) nomine delicti, solā perfectionis priuationem intellexisse; sed contendere, demonstrare illum his verbis voluisse, litem aded detestandam rem esse, vt vix fieri possit, aut prorsus sit impossibile oriri litem vllā, quin nascatur illa ex alterutrius litigantis peccato, siue intendenti, siue defendenti. Nam si ius suam perspicuè probare nō potest intendēs, quis illū omninò à peccato poterit excusare, q̄ intēderit? Si probare potest; quē admodū obsecro defendēs sine peccato in lite perseuerabit? ergo et si nō semper vterque litigans peccet, lit tamen vel nō nascitur, vel non vixit sine alterutrius peccato. Hoc volens significare D. Paulus statim post prædicta verba, & innocentium, & nocentium mentionem fecit, illorū, cum ait, quare non magis iniuriā accipitis? horum autem cum subdit: Sed vos iniuriā facitis, &c. Haftenus Olaius in manuscriptis.

DIGRESSIO I.

De Sacra cærimonia, qua Ecclesia die Cinerum vtitur.

1. Quoniam Euangelium hoc cap. 4. à nobis expositum, cum ieiunatis nolite fieri sicut

A hypocrita tristes. &c. vt habes v. 16. & seq. incidit in primum diem Quadragesimæ, pauca quædam de cinerum cærimonia concionatoribus non omninò inutilia dicam breuissimè.

Omninò duobus videtur mihi ea cærimonia constare, & capitis demissione, dum illud reuerenter sacerdotū manib. subditur: & cinerum supra caput impositione, vbi maximè vigent hominis sensus, atq; mēs. Imprimis capitis demissio symbolū esse videtur hominis penitentiā agētis, cum. n. depresso capite, incederet Achab 3. Reg. 21. 27. 29. Dixit Dominus ad Eliā: *nonne vides Achab humiliatum?* pro eo autē, quod habemus v. 27. *ambulauit demisso capite*, 70. habent & iuit, alij ex Heb. incesit, vel ambulauit sensim, aut pedetentim instar lugentium, & mœrentium. Illud ergo hac cærimonia indicamus, nos scilicet ob peccata lugere, ac mœrere, & ad hoc nos mater Ecclesia inuitat, vt præterita desleamus crimina, ac si dicat, age poenitentiam in fauilla & cinere.

2. Iterum sicut capitis elatio ad superbiam, animiq; fastū pertinet Pl. 28. 2. *qui oderunt, te extulerūt caput*, ita demissio esse capite humilitatē insinuat: & hęc Ecclesia mater à filijs postulat. nulla enim alia re magis nos Deum placare posse delictis offensum, quā hac vna virtute; sicut autem capitis, id est, animi elatione Dei incurrimus indignationem, ita in eius nos insinuabimus amicitiam, per cōtrariam depressionem non tam capitis, quā animi.

3. Tertiò capitis extollentia vincens est, audacterue loquentis Pl. 26. 5. *nunc exaltabo caput meum super inimicos meos.* & Pl. 109. 7. *de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput*, id est, licet vulneratus, & sanguine fluens abscedat prælio, euadet tamen victor, ac triumphabit: Depressio igitur capitis contrarium omninò significabit: est enim is habitus hominis non sustinētis feuerissimi iudicis vultum, nec fidentis causa sua. Igitur significare nobis vult pia mater hac corporis submissione, vt peccata nostra non exculemus, sed tamquam coram iudice Deo positi, percutiamus pectus nostrum, & culpas fateamur, vt veniam commereamur.

4. Quarto loco demissio capitis erubescentiā pudibundi, ac mœrentis hominis significat. Sic igitur vult nos Ecclesia cum publicano, vt erubescens ob delicta nostra non audeamus oculos ad cælum leuare, quia hęc sapientia sit humiliati hominis iuxta Eccl. 11. 1. *exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet, & tunc leuare poterit faciem.* Job. 11. 15.

5. Postremò capitis demissio referri potest ad ærumnarum pondus, quæ caput, & ceruicē infœlicis hominis opprimunt, sicut vincula, & ferri pondus grauissimum, pertransiere animā Ioseph in carcere positi, vt vix respirare possent. Docet ergo nos mater nostra, vt vitæ huius tot calamitatibus oppressi, & ærumnarum pondere grauari suspiremus ad Deum cum Dauide Plal. 3. 4. *susceptor meus es tu, & exaltans caput meum*, ne grauissimis scil. calamitatibus succumbam, sic enim fiet, vt audituri simus *capit a vestra.* Sicut sponsa dum laboribus tribuatur, leuabat tamen caput sponsi leuata tatum; *leua eius sub capite meo*, Cant. 2. 6. *incedam, sed erectos semper valeam*

Cærimonia cinerum suscipiendi ex duobus consistat. Capitis demissio quid designet.

3. Capitis exaltatio quid designet.

tollere vultus. Et hæc de capitis depressione. lam ad cinerum ritum veniamus.

Duo nos hæc tã salubris cerimonia in memoria reuocat. Primũ vnde nã simus? quẽ origo nostra. Deinde quo miseri tẽdamus, quidue tandẽ expectemus? quorũ vtrumq; attigit Iob c. 10. v. 9. *memento quãso quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* Principiõ monemur nos ex vilissimo luto cõditos esse, nec habere posse vnde in altũ efferamur, vt meritõ dixerit Iob Deo: *memento quãso quod sicut lutum feceris me.* Hinc est quod in sempiternã memoriã Gẽ. 2. 3. scriptum est: formasse Deum hominẽ de limo terrã, quo loco in Hebrã. & apud 70. tantũ est, formasse Deum hominẽ puluerẽ de terra, vt etiam habet Aug. 6. & 7. de Gen. ad lite. c. 1. quamquã secũdo de Gẽ. contra Manich. legat, finxit Deus hominẽ de limo terrã. Sed idẽ est, siue de limo dicas, siue de puluere: nã subintelligendũ est, de puluere permisto aqua, vt sit lutũ, propterea cũm prãmisisset Moyses: *mons ascendebat irrigãs vnuer-sã superficiẽ terrã;* continuõ subiecit, *formauit igitur Deus hominẽ de limo terrã,* hoc est, de terra madefacta. Quare noster interpres optimẽ vertit, *de limo terrã.* Vult igitur pia mater nostra, vt initia creationis nostrẽ mente repetamus, vt luti illius memores, vnde conditi sumus, abijciamus nos, neq; in præceps ruituri supra nos feramur. Hæc enim attendita meditatio vilitatis nostrã, mirũ est, quantoperẽ nos collustret, atq; illuminet, & in officio cõtineat. Huc respexisse videtur Dominus, nempẽ ad opus creationis nostrẽ, cũm cæco nato, visum, lumenque luto impõsito restituit, vt August. Cyril. Chrysost. Ambr. sapienter adnotarunt. qua re insinuata nobis est tam salutaris luti diligens, & attendita meditatio, vt spiritaliter collustremur.

Sed nõ hanc tantũ vtilitatẽ nobis hæc cerimonia adfert, sed illã etiã, vt nos morti obnoxios esse intelligamus, & in puluerẽ aliquando redigendos. reuocat enim nobis in mentẽ diẽ mortis, quã recordatio, veluti viuẽtẽ mortẽ reddit, quã recordationẽ si abijcias, veluti mortua tibi mors est; at si ea in te vigeat, viuet tibi mors ita vt locovite sit tibi futura, ac per illã sic viuẽtẽ ingentes poteris de hoste reuere triumphos; nõ secus ac Samson Iud. 15. mortui animalis osse, hoc est, mandibula, mille Philistẽos percussit. Mors viua mirũ est quanta diaboli regno damna inferat, quantum eius vires deprimat, quantis deniq; cladibus infernas hostium phalanges afficiat: sentiet, qui experietur.

Si sapias imitere Samsonẽ eum dẽ Iud. 14. declinauit is à via, vt videret cadauer leonis. Contẽplare, rogo, parumper regũ, ac sapientũ cadauera. Declina parumper, quãso te, à via, hoc est, deflecte à tuarũ cogitationũ, ac negotiorũ, sæculariumq; curarum semita, siste gradum, dum magnorum ducũ, ac principũ monumẽta vides, & cum Baruch c. 3. 16. dicas: *vbi sunt principes gẽtiũ, & qui dominantur super bestias & c. exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Non pigeat lectorem Basilium de morte differentem legere.

In hoc cinere multo melius, quã in illo Dan. 14. deprehendes astus, & Dæmonum dolos, eorum vestigia obseruabis prudens, vt mille nocendi artes intelligas, ne te decipiant.

Ad hanc per mortẽ reportandã de hostib. vi-

6. Sufceptio cinerum duo in memoriam reuocat.

7. Mortis memoriam reuocat.

8.

9.

10.

A Storiã accedit, simulq; docet nos fortissimus ille Gedeon, dum milites suos talibus instruit armis Iud. 7. *dedit rubas in manibus eorũ, lagenasq; vacuas, ac lapides in medio lagenarũ.* quib. illi muniti armis, clangentib. tubis, lagenis effractis, accensisq; lapidibus, fregerẽ hostium agmẽ, & de Madianitis gloriosum reuexere triumphum. At nõ minus potentia sunt arma, quibus nos Christus multõ Gedeone præstantior armat, nimirũ fractã lagenã fictiles, hoc est, fractã, & in cinerem redactã fidilia nostra corpora, horrendũ itẽ personans extremi iudicij tuba, tartareoq; igne inflammatã lampadẽ. dicã clarius si quis Christianorum pectus muniat assidua mortis, iudicij atq; inferni consideratione, ille, nõ dicã Madianitarum, quod parum est, sed mudi, sed Dæmonum innumeras, terribilesq; acies profligabit.

B Huius rei meditatio Patrẽ illũ nostrum Franciscum Borgiam cõpulit, vt diuitijs, honoribus, dignitatib. nuntio remisso abiectissimã seruorum Dei in Societate nostra vitam arriperet. dum magnã illius imperatricis Elisabethã cadauer aspicit, dum eius mortuã sceditatem & fœtorem aduertit, simulq; in memoriã reuocat, qualis illa olim fuerit, quã pulchra, quantis honorib. affectã, legẽ historiã apud Ribadanierã.

C Postremõ coronidis loco, antequam huic digressioni finẽ imponam, hoc ex Plinio naturalis hist. l. 10. c. 33. nõ grauabor referre, perdicem in pauore resupinam in sulco, gleba terrã pedibus apprehenso se operire, nimirum vt aucupis truculentas manus effugiat. Tu quoq; si sapias, si viperẽ, ac tartareũ aucupẽ vis euadere, hoc te sacro puluere operias, & tutus eris. Hæc obiter.

DIGRESSIO II.

In eandem Ecclesiã cerimoniam.

H Orum, quã ab Ecclesia vsurpantur verborum, *memento homo, quia puluis es, & in puluerẽ reuertetur,* ingis, ac diligẽs meditatio, primũ humilitate, quã vt virtutum fundamentum est, ita & salutis initium, imbuet animum.

Deindẽ vterius progressã, rerũ omnium, quas admirari mundus solet contemptum suadebit, qui nõ parũ ad progressum in virtute faciendũ pertinet. Tandẽ arctã, quã ad vitã ducit viã indefesso pede perambulare faciet, in quo consummatio quãdã vitã spiritalis attenditur; nam *qui perseverauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit.* Vt ergo à primo ordiamur, quis quãso nostrũ sensu carnis inflatus, ad eõ longẽ extra se abcessit vt non subitõ se intra se recipiat, immõ in se tabescat, si modõ serio secũ cogitet, quod puluis sit, quodq; in puluerem sit rediturus. Puluis iste supra caput positus, non ne singulorũ capita pulsat, ac tundẽs tacitẽ dicit: *quid superbu terra, & cinis? putredini dic: pater meus es, mater mea, & soror mea vermib.* Iob. 17. hæc certẽ causa est, vt nõ humiliemus animas nostras, quod ceruices, cristasq; nõ deprimamus erectas, quia nimirũ in cinerẽ, qui ex cinere sumus, nos redigẽdos nõ meminimus, non sic magnus ille Dei amicus Abrahã, & Patriarcha insignis, cui dictũ: *in semine tuo benedicetur omnes gentes,* Gen. 22. qui dũ ante conspectũ Domini venit, in terrã cadit, pronus adorat, tremẽs loquitur: & in Euangelio ille, quo interatos mulierũ nõ surrexit maior, Ioannes Baptistã, dũ videt secũ ad Iordanis aquas baptizan-

II.

II.

1. Verba illa: Memento homo & c. quid nos doceant.

2.

dum accersisse, totus horret, sanctum refugiens verticem attingere.

3. Quid queso tam excelsos viros Abrahā, & Ioāne tantoper èdepressit? recordatio pprie cōditionis. Loquar, inquit ille, ad Dominū, cū sim puluis, & cinis? Qui est de terra est, ait hic: de terra est, & de terra loquitur; qui de cælo venit super oēs est. Ecce tibi quātas habeat vires pulueris huius attenda cogitatio, præ quo nihil est argentū, nihil aurū, & verò nihil tā pretiosum est in reb. istis, vt cū hoc puluere conferri queat, q̄ dū deprimit, erigit; dū fordidare videtur purgat; dum tenebras afferre censetur, lumen ingerit immensum.

4. Quantā verò (quod secundū erat ex tribus p-
positis) efficacitatē habeat hic idē puluis ad ingenerandū animis nostris rerū omnium, quas mūdus suspicit despicientiā, siue diuitiā sint, siue voluptates, siue honores; ille demū nquit, q̄ in huius pulueris meditatione diu ac seriō versatus est. Diuitiā nō animū percellēt nostrū, si te cras moriturū, i. paulò pōst attēdas. Quis nāque est, qui dicere valeat; craftinus dies illucescet mihi, nūquid arbitramur, q̄ cū morietur homo, sumet omnia, quodue descēdet cū eo gloria eius? Audi miser scripturā Luc. 12. hominis cuiusdam diuitis, vberes fructus, ager attulit, & cogitabat intra se dicēs: quid faciā, quia nō habeo, quo congregē fructus meos, & dixit, hoc faciā, destruā horrea mea, & maiora faciā. & illuc cōgregabo omnia, que nata sunt mihi, & bona mea, & dicā anima mee, anima habes multa bona postea in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, epulare; dixit autē illi Deus: stulte hac nocte animā tuā repetā à te, quā autē parastu cuius erūt? rectē igitur Apōst. monet: nihil intulimus in hūc mundū, hāud dubiū quia nec auferre

5. quid possumus. facile igitur contēnit omnia, qui semper cogitat in puluere se rediturū, facile honores fugit, facile voluptates foedissimas despicit, quod carnē suā paulò pōst in putredinē vertendā esse attēdit, quā horreat, & ocul⁹ inspicere, & manus cōtingere. Tūc cubile tuū nuda, ac frigida erit humus, & subter te sternetur tineas, & operimentū tuū, futuri sunt vermes, hic diuitiarum, hic voluptatum, hic gloriæ finis est. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Eccl. 1. 1. si dixisset omnia vana sunt magnū quid dixisset; Nunc non dixit, vana sunt, sed vanitas, quod quāto sit priori vehemētior, qui nō percipit frustra ei explicet nostra oratio. neq; id solū ait, sed vanitas vanitatum, qua phrasi apud heb. vanitatis magnitudo exprimitur. Neq; hoc cōtētus dixisse rursū, eam dē geminationē posuit, vt indicaret, non solū omnia insigniter esse vana, & plusquā vana, verū plusquā etiā vanitatē. Quis igitur nisi vanus profusus hęc appetat? quid autē, vel quantū sit vanū, vel vanitas ex notione harū vocū intelligere oportet, vt sapiētis sensū, mentemq; cōplectaris: vanū igitur tū apud Latinos, tū apud heb. bifariā accipitur, primū pro vacuo, & inani, iuxta illud Poetę: expectata seges vanis elusit auenis. Deinde pfallaci ponitur, vt est apud eundē Poetā: Ni frustra auguriū vani docuere parētes. Apud heb. i. tē, vanū, vel vanitas, seu vanitas vanitatum havel hualim iuxta Rabi Dauid significat, id q̄ nō est q̄ppia, i. vacuū, & inane, aut certē, q̄ mox definit, aut euanescit, vt est flatus qui ab ore pcedit. Sic Psal. homo vanitati similis factus est, sequitur e-

6. 7.

A nim: dies eius sicut umbra praterunt, quod prioris interpretatio est. Interdū verò vanum, & vanitas, fraudulētum, & mendacē, & fraudē, vel mendaciū significat, Prou. 13. 11. Substantia festinata minuetur. heb. substantia, quæ est ex vanitate minuetur. hoc est, diuitiā fraude cōparatā elabētur. Item Ps. 61. 10. veruntamen vana filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiāt ipsi de vanitate in idipsum: vbi vana, & mendaces nō alia ratione cōponuntur, quā apud Virg. 2. Aen. nec si miserum fortuna Sinonē finxit, vanū etiā, mendacemq; improba finget. Est porrò sensus huius versiculi duplex (facit. n. egregiē ad rē nostrā) primus filij hominū vana & mendaces in stateris, ita vt si appendantur in stateris, vel ita vt appēsi in stateris appareat eos decipere, & nō tāti esse, quanti putātur. atq; adēd vnā oēs seipfos vanē, ac mendaciter decipere, dū se putant plus esse, quā reuera sint. Sed elegātissimē per *mutuo* sic secūdo expones referēdo (vt in primo sensu) etiā illud, in stateris, ad sequentia potius, per anastrophē; si ascēdant, inquit, in alterā libræ lancē inanitas, in alterā verò vniuersum humanū genus, ignobiles, & nobiles, filij hominū, & filij viri ex heb. pfectō inanitas ipsa prēpōderabit. heb. ad verbū, in stateris vt ascēdāt ipsi (sunt) præ vanitate pariter, i. vanitate sunt ad vnū cuncti leuiiores; Est ergō anastroph. ibi, in stateris vt, pro, vt in stateris positi decipiāt, & fallāt, ipsi præ vanitate in idipsum. i. ad vnū oēs pariter leuiiores vanitate, q. d. si ponerētur in libris credūtur aliquid esse, & pōderare, cū tamē vanitas, si in alterā lancem inferatur, prēpōderatura sit, ita fallunt, & decipiuntur: nā videntur aliquid esse, & nihil sunt: videntur futuri multo pōderosiores, & tamen ab inanitate eleuātur. Elegantissima *mutuo* ad deijciendū quorūlibet fastū, & hic sensus videtur esse verior. Deut. 32. 21. per flexū quēdam vanitas Idolis tribuitur. ipsi me prouocauerūt in eo, qui nō erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. hoc est, idolis. Vocat autē Moses: vt & Hier. 8. 14. idola hualim, i. vanitates, tū quia nihil sunt, tū quia specie mētiuntur hominem, aut aliud animal, cū nec viuāt, nec sentiāt. Hinc Paul. Rō. 1. alludēs ad hebraic. vocē, idolum apertē mendacium vocat. Eccl. igitur (vt vnde discessimus eō regrediamur) hoc ibi agit dū illud profert, vanitas vanitatum &c. vt animos mortalium affixos vmbri rerum terrearū ab earum amore abducat, quod vt psuadeat ipsa rerum experientia se cōperisse affirmat omnia q̄ sub sole sunt & inania esse, & fallacia, etenim vapor sumi, & aura tenuis sunt, quæ mox enanescūt. Deindē primo quidē aspectu cōceptæ animo spei applaudunt, sed postea frustrantur, promittunt felicitatem, sed nō præstāt, nec tātum nō præstant, sed in æternā miserā præcipites agūt sectatores. Igitur filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

B

C Restat tertium eorū quæ initio proposuim⁹; quid queso aliud præmissæ hæ inferūt, quàm vt illud gnauiter, diligenterq; obeam⁹, quod monet Ioel. 2. cōuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & plāctu, & scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra? Fac igitur iuxta Apōst. cōsiliū Rō. 6. sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immūditatē & iniquitati ad iniquitatē, ita nūc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in

D

8.

9.

10.

II. Ad penitētiā inuocat.

fan-

sanctificatione. Audi eum de quo celestis testatur Pater, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, iubet verò vt ipsum audiamus; quid igitur hic? cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, de deserto, vbi erat cum bestiis in Galilæa venit, sic euangelium exorsus: *Pœnitentiã agite, appropinquauit. n. regnũ calorum*, & vt cetera pœnitentiæ opera omittat: Audi de ieiunio ad quod nos quadragesimæ tẽpore inuitat ecclesia, quid idẽ Christus præcipiat: *Cũ ieiunatis nolite &c.* tres statuit cõditiones, quibus uos ieiunare vult. Cũ ieiunas nõ tuã quæras gloriã, sed Dei, hoc age vt ille sanctificetur, nõ vt tu lauderis. Vnge caput tuũ. Vngitur caput, cũ propter Deũ, & Christũ, qui secundũ Apof. caput est nostrũ, ieiuniũ assumitur, hæc est prima cõditio, q̃ ieiuniũ Deo acceptũ reddit si in veritate fiat, si absit hypocrisis, fictio, & simulatio.

12. Tres ieiunij conditiones.

13. Secunda est, vt in animo non vigeat affectus peccandi, petierat Iudæi à Deo, cur non respexisset eorũ ieiunia. Respondit ille Isa. 58. *8. ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.* vbi voluntas ex heb. vehementẽ affectũ animi, & propensionem in aliquid significat. Vt sit sensus: quia voluntati vestrę vehementer propensę in auaritiã, voluptatem, superbiam studetis, vtinam hoc in ipsis quadragesimæ ieiunijs Christiani nõ agerẽt, & quidem tanto turpius, quanto sanctiores hebræis esse deberẽt. *nolite ieiunare sicut vsq; in hæc diẽ, vt audiatur in excelsis clamor vester*, inquit Dominus, *nõ ne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes &c.* hoc ergo docuit Dominus cũ dixit: *faciem tuam laua.* Facies conscientia est. hanc lauamus, quando deponimus affectũ peccandi, & plangimus, quod peccatum est.

14.

Tertia cõditio, vt prædictis opera admisceamus charitatis, qualia sunt esurietẽ pascere, nudũ operire, egenos, vagosq; in domũ inducere, & quæ p̃terea loco ci. docet Isa. Hãc conditionẽ satis apte nobis demõstrat Dominus, cũ ait: *nolite thesaurizare vobis thesauros in terra &c. thesaurizate autem vobis thesauros in celo*, & quæ sequuntur.

DIGRESSIO III.

Quod oratio, ieiunium, & eleemosyna recte vnã confocientur, vtilissimeque iungantur, quod & Christus hoc c. in sinuauit hæc tria simul tradẽs, & Orationi ieiuniũ, & eleemosynã adiungens.

1. Raphael Tob. 12. 8. hanc, quã nunc tractamus doctrinã paucis quidẽ, sed cœlestib. planẽ verbis edocuit: *bona est, inquit, oratio cũ ieiunio, & eleemosyna magis, quã thesauros auri recondere.* Non quod nunquã esse debeat oratio, quin simul quispiam ieiunet, stipem det, aut contra. Sed quod hæc vtilissimẽ iungantur, meritoque confocietũ. Alioquin sententia potest esse, bona est oratio, & ieiunium; & eleemosyna, quia tria hæc Tob. & Sara crebrò admodum colere, vnãque confociare solebant. Prior tamẽ sensus textui conuenientior est, & Theologis, sanctisque Patribus. idẽ. n. aiunt quidam duabus in cœlum alis surrigi, humoq; attolli orationem, ieiunio, & eleemosyna.

1. Angeli Raphaelis optima doctrina.

2. Verũ cur oratio cum eleemosyna, & ieiunio, Raphaelē teste, Deo gratissima est? an quia cũ

A oratio sit, vt Damasc. inquit, eleuatio mentis in Deum, tanto magis mens ipsa eleuatur, quanto oras à grauaminibus expeditior existit? duo. n. sunt grauamina, quæ mortales valdẽ deprimũt; oblectamentum carnis videl. & terrenorum affectus. Illud autem grauati corpori animã subijcit: & hic fecibus terræ ipsã animã suffocat. Hinc ab vtroque expeditus homo, facilius ad Deum mente conscendit; an quia si oratio eleemosynæ associatur, operi charitatis, Deo gratissimo coniungitur. Et si ieiuniũ addatur, quãto magis animalis homo, per ipsum debilitatur, tanto magis spiritualis roboratur? His igitur, tanquam duabus alis euolat oratio; Sic ille.

Duo homin. grauamina.

B Ad eandem rẽ, nempe ad tria ista connectenda hortatur D. Cyp. l. de orã. Dom. orantes ait, *non infructuosus, nec nudis precibus ad Deum veniat; inefficax petitio est, cũ precatur Deum sterilis oratio.* Nam cũ omnis arbor non faciens fructũ excidatur, & in ignem mittatur, vtique & sermo nõ habens fructũ promereri Deũ nõ potest: qui nulla est operatione factus. Et idẽ scriptura Diuina instruit dicens: *bona est oratio cũ ieiunio & eleemosyna. nã qui in die iudicij premium pro operibus & elemosynis redditurus est, hodie quoque orationis cum operatione venientis benignus auditor est.* Et speciatim de misericordia in l. de opere, & de eleemosyna idem Cyprian. sic scribit: *qui obturat aures, ne audiat imbecillum, & ipse inuocabit Deum, & non erit qui exaudiat eũ. neque enim promereri misericordiam Domini poteris, qui misericors ipse non fueris; aut impetrabit de Diuina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fueris humanus. Quod item in Ps. Spiritus S. declarat, & probat dicens: Beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ, in die mala liberabit eũ Dominus.*

3. Sterilis oratio inefficax.

C Quorum præceptorum memor Dan. 4. 24. cũ Rex Nabuchodonosor aduerso somnio territus, estuaret pro auertendu malis ad diuinam opem impetrandam remedium dedit, dicens: *quamobrẽ rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet (Deus) debitũ tuis. Cui rex non obtemperans aduersa, qua viderat & infesta perpeffus est: qua euadere, & vitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset.* Hæc Cyprian.

4.

5.

D Theologi passim & D. Tho. in ad. q. 15. a. 3. opera omnia satisfactoria in vniuersam reuocare solent ad tria hæc, orationẽ, ieiuniũ, & eleemosynã: quoniã his tribus generib. operũ quasi priuamus, & abdicamus nos tribus etiã bonorũ generibus, ad quæ referũtur omnia, nẽpẽ bonis corporis per ieiunium; bonis fortunę per eleemosynã; & quodãmodo etiã bonis animæ per orationem; non quia oratio nobis omnino illa detrahat, (nec enim possunt animi bona per aliquem virtutis actum verẽ auferri) sed quia illa per orationem certẽ Deo subijcimus & eatenus quidem quodãmodo nos illis abdicamus.

6. Opera satisfactoria tria.

Est & aliã ratio, cũ omnia opera satisfactoria ad hæc tria genera possint reuocari: nempe si in satisfactione rationem etiã medicinæ, & cautelæ consideremus, ita. n. ad orationem referri possunt opera, quæ valent ad euitanda ea peccata, quæ committuntur ex superbia vitæ; ad ieiunium, quæ valent ad cauẽdum illa, quæ comittuntur ex concupiscentia carnis; ad eleemosynã illa, quæ valent ad cauẽdũ ea quæ committuntur ex concupiscentia oculorum, ex quibus tri-

7.

bus quasi radicibus oriuntur omnia peccata quæ sunt in mundo ut ait. D. Ios. & explicat D. Tho. lo. ci. vide Valen. to. 4. d. 7. q. 14. de satisfact. p. 3.

8. His accedit, quod per omnem virtutem ordinamur, vel ad Deum, vel ad proximum, vel quoad nos ipsos. Per hæc ergo tria possumus Deo satisfacere. Ad hæc per tria ista n.embra significantur: nam per orationem ad Deum ordinamur, & sub illa continentur omnes actus religionis, charitatis, & similes, ut satisfactorij; per elemosynam ordinamur ad proximum, ad quam reuocatur omnis actus honestus, qui ad alterum tendit, & qua parte pœnalis est, potest esse satisfactorius. Per ieiunium bene disponimur in nobis ipsis, sub quo comprehenduntur cunctæ corporis afflictationes, persequutiones, affectuum moderationses, & huiusmodi.

De his tribus operibus qui nam auctores tractent, docet Valen. to. 3. d. 3. q. 9. de elemosyna, & d. 9. q. 2. de ieiunio, & d. 6. q. 2. de oratione initio semper.

DIGRESSIO IV.

MORALIS

In ver. 24. *Nemo potest duobus Dominis seruire: Quod Deus sit supremus omnium Dominus, & quod illi multis nominibus seruiendum sit.*

Volens Diuus Thomas 1. 2. q. 1. a. 5. ostendere vnius hominis non posse esse multos vltimos fines, ostendit id ex hoc loco Evangelij, quem præ manibus habemus; quod *nemo possit duobus Dominis seruire*. Id quod etiam hac ratione confirmat: vltimus finis est bonum vnde quaque perfectum, & omnino absolutum. Quod autem tale est, oportet ut ita appetentis ipsum satiet appetitum, ut nihil præterea relinquatur extra ipsum appetendum. Ad hæc, esse vltimum, ac supremum finem, idem est, ac esse aliquod primum omnium operationum principium propter quod omnia, & ut ipsum propter se sit. sed quod est huiusmodi non potest esse nisi vnum, hinc enim fit ut, sicut in omnibus motibus necesse est tandem deuenire ad vnum primum moues immotum; ita & in appetendo ad vnum finem deuenire necesse sit. Ergo vnus est Dominus supremus; idem enim qui finis imperans, & mouens, idem & supremus Dominus est. ex hac ergo subtili ratione D. Thomæ habemus, vnum dumtaxat posse esse omnium dominum; nec in plures id hominis competere. Verum, cum aliunde constet solum Deum esse posse hunc vltimum finem: ipse enim est *principium & finis, primus & nouissimus*, sequitur quod ut inuolucrum clypei causa factum est, ut vagina gladij, ut domus inhabitandi gratia, sic homo propter Deum. ergo illi subiectum, ac veluti mancipatum esse oportet, seque ad eum tanquam ad regulam, à qua deflectere nefas sit, conuertere debeat. & hæc sit prima ratio, quæ nos seruituti Dei totos adigit.

2. Sed præter hanc primam rationem ex fine

A vltimo desumptam, aliæ sunt ut ad vulgi captum magis accommodatæ, ita non minus veræ, quæ necessariò efficiunt humanam naturam ex ipsa sua conditione verum, ac legitimam Dominum habere summum illud, & infinitum numen, à cuius nutu, & arbitrio tota dependere, & ad quod totam vitam, & actiones singulas referre debeat: Secunda igitur ratio duci potest ex diuinæ naturæ præstantia; verissimum enim est quod Aristot. 1. politicorum cap. 3. demonstrat; tantam esse posse inter res ipsas creatas distantiam; ut aliæ alijs naturali iure subdantur; nam in homine ratione procul dubio tanquam natura digniori principatus supra cæteras vires debetur, inter animalia homini; inter homines, qui maximè corporis forma, virtute, prudentia, ac iudicio pollet, eum dicimus esse dignum imperio; imò & inter res naturales inanimas, ut quid præstantius, ita dominari cæteris videtur, velut ignis cæteris elementis, sol reliquis astris. Igitur quanto id verius rogo erit, inter Deum, & hominem, inter quos immensum intercedit interuallum si naturæ, sapientiæ, bonitatis, potentia, & aliorum eiusmodi proprietatum conditionem spectes? est enim homo si cum infinito illo numine comparetur, non dicam ut punctum sicut terra est respectu totius cæli complexus, sed ut nihilum potius: Etenim *magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudo eius non est finis*. Est ergo natura princeps, ac dominus omnium, à cuius iussu ne pedem quidem, aut latum digitum, ut dicitur, recedere vnquam decet.

C Iam sit tertia ratio quæ tota à creatione petitur. Deo rerum omnium (licet aliæ non essent rationes) ideò legitimus dominatus tribuitur, quia ab illo conditæ sunt: sic enim Dauid testatur, *Domini est terra, & plentudo eius. itemque ipsius est mare*; cuius rei mox causam postulans, subdens ait: *& ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius*. Proinde meritò Aggæi. 2. 9. *meum*, inquit *Deus, est argentum, & meum est aurum*. & in lib. Iob cap. 41. 2. *omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt*; nimirum, omnium est ipse conditor: quam rationem Paulus Actor. 17. 24. cum apud Athenienses concionaretur, sapientissimè vsurpauit; *Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cæli, & terra cum sit Dominus*. ergo quis non videat clarissimè ex his colligi, hominum dominatum Deo hac etiam ratione deberi? quod rectè vidit Bernardus de quadr. debito, dum sic scripsit: *Ecce, inquit, in ianuis est qui fecit cælum, & terram, & creator tuus est, tu creatura; tu seruus, ille Dominus; ille sigulus, tu figmentum. totum ergo quod es, illi debes à quo totum habes, illi præcipue Domino, qui & te fecit, & benefecit tibi, &c. huic re vera totis medullis, totis viribus seruiendum, ne fortè indignationis oculo te respiciat, & despiciat, & conterat in æternum*.

4. Huic autem creationis vinculo, quo ad seruiendum Deo arctissimè astringimur, additur, ut tantò fortius sit, præceptum diuinum, quo, incredibili caritatis significatione iubet Deus a-

mari se à nobis potius, quàm sibi seruire; in quo tamen amoris præcepto, & seruitus, & timor, & obedientia sub suauissimo amoris nomine, continentur; amor enim, qui animâ facit potius esse vbi amat, quàm vbi animat, ad obsequendum Deo quem amat, eumque timendum, maximam habet efficacitatem; & hæc quarta tanti debiti, quo Deo seruire tenemur, esse ratio potest; quæ tota ex præcepto diuinæ dilectionis sumitur.

5. Est & quinta causa eiusdem debiti tam magna, vt eam non modò verbis exprimere, verùm nec cogitatione complecti quis valeat, quam Paulus 1. ad Corinth. 6. 20. paucis aperuit, *non estis, inquit, vestri, empti enim estis pretio magno;* hoc autem est totus ipse Christus nobis datus, totus in nostros vsus expensus; nam & sanguinem suum fudit, & animam posuit, & cruciatus atroces sustulit, ne ego infelix peccator perpetuos sustinerem; sumus ergo illi obnoxij quasi serui emptitij; iam inquit Bernardus de diligendo Deo, *si totum me debeo pro me factò, quid addam iam pro refectò, & refectò hoc modo?* nec enim tam facillè relectus, quàm factus: denique paulò post subdit, *in primo opere me mihi dedit, in secundo se, & vbi se dedit, me mihi reddidit, datus ergo & redditus, me pro me debeo, & bis debeo. Quid Deo retribuam pro se? nam etiam si me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum?*

6. Accedit his & sexta causa ex præmij immensitate; impendendo enim ac dando nometipfos æternam illam gloriam, felicitatemque emere possumus. *Res enim ista* (id est illa gloria) *inquit Augustinus, tanti valet, quantum est tu; se dæ, & habebis illam.* Vide ergo quàm magnum præmium, quàm ingens merces tuo in Deum obsequio proposita sint: quod bonum si assequare, & Deus possidebit te, & Deum tu possidebis, & ita erit tibi Deus omnia in omnibus. incipe ergo nunc à Deo possideri, te totum illi impendendo, vt postea perfectissimè ab illo possidearis in gloria, eumque sine fine possideas, id est, habeas omne bonum.

7. Postremo & est vltima ratio meminisse oportet eius promissionis, qua in baptismo regenerati, vltro ac spontè Dei nos seruituti subiecimus, ac veluti iureiurando strinximus. Quod si fidem datam frangere, & iusiurandum violare scelus est, quantum erit non stare dictis, atque conuentis in ijs, quæ Deo fide data promissisti? in mentem reuoca, quid interrogatus, an abrenunciare diabolo, & operibus eius, responderis; renunciare te pollicitus es: vide cui promiseris, & renuncia non verbis solum, sed etiam moribus. Quamquam & ipse baptisimus pactum quoddam est cum Deo initum secundæ vitæ purioris, ac sanctioris instituti in eo positi, quod expressit Apostolus ad Coloss. 3. 3. *mortui estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.* Cùm ergò tam multis, tam efficacibus rationibus astringamur seruituti Dei, quis erit tam amens, tam à recta ratione alienus, qui Deo neglecto, vero, solo, ac naturali Domino, dæmoni se, carnisque voluptatibus, vel mundo, in seruum tradere velit; cuius seruitutis stipendium non aliud sit, quàm mors?

A Sed vide quanti Deus hominis seruitutem; & obsequium faciat: Tertullianus contra Hermodogenem acutè obseruauit scripturam sacram numquam antea Deum Domini titulum honorasse, donec hominem condidisset. Cælos condiderat, in illis angelos, volucres in aere, in mari pisces, animantia in terra, quorum omnium, quamuis reuera Dominus esset, numquam tamen se *Dominum* appellari voluit, sed tantum Deum dici se placuit: *In principio creauit Deus cælum & terram &c.* At vbi ad hominem ventum est, vbi illum de terra produxit; tunc demum Domini nomen assumpsit. Sic enim legimus: *Formauit igitur Dominus hominem de limo terra,* quia nimirum, voluit illum sibi peculiari quadam ratione obnoxium esse, supra cetera animantia declarare, simulq; monere hominem, ne se, suæ dignitatis oblitus, rebus his fluxis, ac caducis, cum insigni ignominia subderet; sed cælestibus potius inhærens supremum finem suum, ac Dominum, cui inseruire debeat, ante oculos semper haberet.

B Quare meritò Christus Dominus dixit, neminem posse Deo, ac mammonæ simul seruire; nam qui diuitijs non seruit, sed illas sibi, ac Deo seruire compellit, potest Deo seruire. Neque enim dictum est, non potestis Deo seruire, & diuitias habere, habere namque illas Patriarchæ, habuere Reges plures sancti, & Deo deuoti, & tamen diligentissimè Deo seruiuerunt. At diuitijs seruire, ita vt simul Deo seruias, hoc ipsum est quod dicimus simul stare non posse, & omninò qui mancipium diuitiarum est, esse Dei seruus numquam poterit: quod si scire aues vnde cognoscere possis, num tu diuitijs, an illæ tibi dominantur; disce de Centurione, quid sit alijs dominari, & intelliges quod desideras: *Ego,* inquit ille, *homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & seruo meo fac hoc, & facit.* Ergò si diuitijs veris tanquam potestatem & dominium in illas habens, & eas nunc ad Xenodochia, nunc ad pauperum domos, nunc ad pedes Apostolorum mittis Dominus illarum es; tu illis, non illæ tibi dominantur. E contrario si occures inopi à te stipem Christi nomine mendicanti, & oculos aliò conuertas, obtures aures, & indè te proripias, non ausus diuitias contingere; mancipium es, & quidem vile Mammonæ. Et verò quis non eum diuitiarum seruum dixerit, qui in illis acquirendis, conseruandis, amplificandis nimium sollicitus est, qui traicit maria, altissimos montes superat, æstuat, riget, nullo parcat labori, vt tandem diues sit. An non isti diuitiæ imperant, & mittunt quò volunt? an non cogunt laborare, an non vtuntur vt mancipio?

D De his enim Dauid Psal. 75. 6. verè dicit: *dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis;* somnio enim similis est vita eorum hominum, qui viri diuitiarum sunt, hoc est, quibus diuitiæ dominantur, neq; enim dixit Propheta diuitias virorù, sed viros diui-

8. Deum magni facit hominis seruitutem.

9. Habere diuitias quis potest, neque tamen illis seruire.

10. Diuitiæ sunt mancipia hominum, in quibus sunt similes.

tiarum; ij enim quib. diuitiæ dominatur, & qui illis nõ vtuntur vt instrumento ad bona opera, cū tempus moriendi adest, nihil inueniūt boni in manibus suis, quod per diuitias affecti fuerint; sed gemūt potius se simul & diuitijs orbari, & cælestib. bonis excludi; & tandē vident miseri omnia illa, in quibus confidebant, tanquam fomnium abijisse, & velut fumum euanuisse.

Proindē meritō ab his abhorrēs Iob 21. 16. ait; *veruntamē, quia nõ sunt in manu eorū bona sua, consiliū eorum longē sit à me.* Quod Hier. ex Hebr. sic vertit: *nō inuenerunt, viri exercitus, manus suas, nimirum, quamuis potentes ac fortes; tenacissimē diuitias suas amplexati fuerint; ipsas tamē cum diuitijs manus, videtur iustus Iudex Deus, illis præcidisse, vt neq; diuitias retinere possent, & cōseruare, nec manus extēdere ad cælestis præmij consecutionem, quas ad furta, & rapinas, nõ ad pauperes extēderūt.* quo potest nostra lectio rectē accōmodari, qua significatur simul cū vita vsus, atq; potestātē fruēdi suis diuitijs illis ademptam esse. D. Greg. allegoricē potius ait: *bona in manu habet, qui despiciēdo temporalia sub dominio mentis premis.* Iusti aliquando diuitias possederunt, nõ tamē in corde eas reposerūt, obediētes illi, quod dicitur in Pl. 61. *diuitia si affluant nolite cor apponere,* in manu eas collocauerūt, vt eas largirētur, & eis vterentur tanquā Domini. qui verō diuitijs seruit, nõ eas hābitas manu tenet, sed ab eis, quas habet captiua mēte tenetur; idē consilium eorum longē sit à me. quodnam consilium temporalibus frui, æterna negligere, salutē temporālē cum damno interiori appetere.

Nihil istis curę est quod Dominus præcipit, *quærite primū regnū Dei, &c. Nemo potest duob. Dominis seruire, Deo & Mammona.* Ceterum isthęc tā vilis diuitiarū seruitus adēd in Christiano præsertim homine magnū scelus est, vt in scripturis cum idololatria cōparetur; sic. n. testis est eius rei locupletissimus Paul. Ephes. 5. 5. sic scribens; *hoc. n. scitote intelligētes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorū seruitus, nõ habet hereditatē in regnō Christi, & Dei.* nam vt rectē ait Hier. ad Rusticū Monacum, *ridiculū videtur quod aliquis iudicetur idololatra, quia duo grana thuris offert creatura, qua Deo debuit offerre, & ille nõ iudicetur idololatra, qui tantū seruisium vitæ, quod Deo aduit offerre, offert creatura.* Hęc Hier. nõ negans ex genere quidē suo, vt aiunt, grauius peccatum esse idololatriā, sed significans multis alijs circumstantijs spectatis, grauiissimū scelus esse auaritiā, & quandā idololatriæ formā, vel speciem, quæ sententiā sic stabiliri potest: primū quidem quod diues se colat vt Deū, & verē etiā coli ab omnibus velit, se superiorē omnibus, nullius egentē existimat, & à se ceteros pendere gaudet; deniq; veluti quendā Deū tantū se non odorari vult. Quare Paul. 1. ad Tim. 6. 17. verissimē dixit: *diuitib. huius seculi præcipe. nõ sublimē sapere, neque sperare in incerto diuitiarum:* facilē enim in superbiā erigitur diues, quod exēplo Nabuchodonosor Arphaxat Iudith. 1. & Amā Esth. 6. ita clarū est vt probatione nõ egeat. Deinde & hac ratione idē confirmari potest insanā diuitiarū cupiditatē quoddā idololatrādi genus esse; etenim auarus diuitias quasi Deū colit, cū nõ solū propter eas Deū relinquat, sed in eis totam spem suā collocet, nec se villo præterea indigere,

putet cū eas possidet; & nihili pēdere videtur quod cælestib. rebus atq; adēd Deo ipso priuetur, & ita viuit, vt maximū malum arbitretur si diuitijs careat, summū verō bonū si illis affluat; isti enim sunt, de quib. David Pl. 48. 7. *qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarū suarum gloriantur.* Experiētur miseri errorē suū, cū ad extremū diem rideri se à contemptorib. diuitiarū dolebūt, atq; omni ope destitui; de huiusmodi enim diuite ait Vates Plā. 51. 8. *videbunt iusti & timebunt, & super eum videbunt, & dicēt: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum iuarum.* Igitur cū hæc in diuitiarum amatoribus cernantur potissimum, neque ita clarē in alijs peccatis appareant, non mirum si idololatriæ nomen potius auaritiæ tribuatur, quā alijs.

DIGRESSIO V.

Septem singularia Dei beneficia, quæ olim populus Hebræus habuerat, aptantur septem alijs prærogatiuis, quibus à Deo donantur qui ei seruiunt.

Diuus Chryf. orat. 3. aduersus Iudæos, Nicolaus de Lyra super 6. ca. prioris li. Machabæorū, & Petrus Galatinus li. 4. c. 17. referūt septē insignia Dei beneficia, quibus olim Deus peculiarem sibi populū affecerat, quibus postea Iudæi Babylone reuersi caruere post captiuitatē Babylonicā; quæ ego ad Dei seruos conabor hic accōmodare. Vnū fuit arca foderis à Mōse fabricata, qua postea caruisse Hebræos non obscurē ex Ierem. c. 3. 16. haberi potest. *In diebus illis, inquit, nõ dicent vltra; arca testamenti Domini, neq; ascendet super cor, neq; recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra.* Erat arca ex lignis settim. Erat setta arbor nascens in deserto Arabiæ similitudine accedēs ad spinā albam colore, & folijs, nõ magnitudine; erat enim multō maior. Eius lignum forte, imputribile, læue, atq; adēd pulchrum. tegebatur arca auro, coronam habens circumcirca; in ea tabulæ duæ lapideæ. Sic. 3. Reg. 8. 9. *in arca autē non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horeb.* idē dicitur 2. Par. 5. 10. Quare cū Paulus ad Hebr. 9. 4. dicit, *in qua vrna aurea habēs māna, & virga Aaron quæ fronderat; & tabula testamenti,* vel sumit, in, pro, cum, hoc est, cum qua, more Hebræo; vt Osee 4. 3. *propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre colli; pro cum volucre, & cum bestia: vel, in qua,* refertur ad tabernaculum. Est enim Græcē fœmini generis οὐνῆ. Erant ergō vrna cum manna coram arca, itemque virga Aaron, &c.

DHoc ergo beneficium facilē erit ostendere in seruis Dei. Est enim iustus Dei seruus singulari Dei beneficio arca Dei, in qua Dei dona continentur; vestitur vndique auro, nimirum caritate. Nascitur in deserto mundi huius, & proindē de lignis settim conflata dicitur fuisse arca; quæ ligna tres insignes prærogatiuas seruorum Dei significant. Sunt enim fortes, corruptioni minimē obnoxij, & benè politi. fortes contra innumeras inferni phalangas; corruptioni peccatorū non obnoxij, quib. Dei munere liberantur; nā leuiora peccata licet contrahant, non itē propter illa corruptioni, & interitui potentiuntur quoq; subinde, & pulciores efficiunt.

II.

II.
Diuitiarum
seruitus ido-
lolaria.

Iustus Dei
seruus etc.

tur, præclaris Dei donis & munerib. insigniti. gellant supra se, vt & arca, coronâ, quâ si gloriâ illâ cœlestē, quâ expectant, dixeris, n̄ tu haud erraueris, hæc enim à Deo illis parata velut supra caput iusti eminet. Quoniã verò lex Dei in corde ipsius iusti est, proindè meritò dicemus legis tabulas esse in hac mystica arca, hoc est, in anima iusti: nec illud caret mysterio, quod corâ arca essent mâna, & virga; fruitur. n. Dei seruus, & saginatur sanctissimo Christi corpore, omnē in se suauitatē & dulcorē claudente, & Christi summi sacerdotis crucem longè præstantiorem Aaronis virga, intentis oculis rationis, tanquam ante se positam contemplatur. Hoc ergo sit primum priuilegium, & prærogatiua seruorum Dei, respondens primo Hebræorum.

Alterum verò hebræi populi beneficiũ erat propitiatoriu, quod vocabâr, aureũ illud omnino: quod nihil aliud erat, quã operculũ, quo arca tegebatur; vnde oracula, & responsa Dei frequenter Iudæis dabâtur. ante hoc operculũ erât duo cherubim, quorũ vultus orientē versus spectabant, occidentē humeri, & duabus alis hinc meridiem, illinc Aquilonē indicabant. reliquis duabus propitiatoriu obnubebât. Quæ sic ad rê nostrã accõmodari possunt: propitiatoriu Christu est, de quo 1. Ioan. 2. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, ante cuius conspectũ sunt omnes Angelorũ chori, eumq; perpetuò reuerentur, & adorât; quib. Pater, cum iterũ introduxit primogenitũ in orbẽ terræ, dixit, & adorent eum omnes Angeli Dei ad Heb. 1. 6. aptè verò ad rem nostrã dicitur propitiatoriu supra arcã p̄dere, quia Christus Dominus singulari quadã ratione ac prouidentia, rectorē, pastorē, & protectorē exhibet se seruorũ suorũ, & eos protegit à quacũq; hostiũ impressione, & malorũ incurfu, de seruis. n. suis dicere verè potest Deus quod olim dixit de peculiari sibi gente Hebræorũ Exod. 19. 4. 5. 6. *vos ipsi vidistis qua fecerim Aegyptijs, quomodo porta uerim vos super alã Aquilarũ, & assumpserim mihi, si ergo audieritis vocẽ meã, & custodieritis pactũ meũ, eritis mihi in peculium de cunctis populis. mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnũ sacerdotale, & gens sancta.* hæc autè singularè in suos seruos curã, in Iobi historia manifestissimo argumento cernere possumus. De quo vel ipse dæmon c. 1. Iob. 10. testatur, *nonne tu uallasti eũ, ac domũ eius, vniuersamq; subst. antiã p̄ circuitũ, operib. manũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra; & de Iusto Dauid, gloria, inquit, & honore coronasti eum.* Etenim Christus est gloria, & diadema decoris, capitib. iustorũ imminens. Ex hoc verò propitiatorio deriuatur ad Sanctos Dei seruos dona, & doctrinẽ lux. ipse. n. Christus est ipforũ doctor, illustrator, ipse in eos cœlestes voluptates instillat; arcana diuina aperit; denique ipse est qui de anima dicit Osẽ 2. 14. *ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.*

Tertia erat Iudæorũ prærogatiua fulgor ex duodecim lapidib. pretiosis, qui erât in rationali pontificis, mirabiliter emicãs, atq; exsplēdēscens, & futuros euētus Iudæis præmõstrans, cuius rei testẽ habemus Ios. 1. 3. antiq. Iud. c. 9. Porro hi lapides Urim & Tummim Heb. nomine etiã signabantur, quod illorũ fulgore futura etiã prædicere solent, vel certè quod ad eorũ prædicatõs verè futura aliquando prædice-

ret. qua de re Exod. 28. 30. *poros autè in rationali iudicij doctrinã, & veritatẽ, qua erũt in pectore Aarõ.* Sed neq; hic fulgor, & longè etiã præstãtior seruis Dei deest. Etenim virtutes, quib. illorũ animus diuinius fulget, tanquã clarissima sidera, nõ mentē illorũ tantũ illustrant, sed vniuerso etiã mundo lucē afferunt incredibile, quo sanè fulgore præmonstrantur multò nobiliores futuri euētus, victoria scil. de prostratis, triũphatisq; hostibus animã, & cœlestis gloriæ adeptio; neq; enim aliundè melius quã ex virtutibus quæ animo insunt, augurari de hoste victoriam, & cœlestis palmæ consecutionem possumus.

Quartũ beneficiũ fuit Spiritus S. gratia, spectabili aliquo signo interdũ immiscēs se sacræ vnctiõni, qua vngebãtur Reges, & Pontifices: hæc ergo vnctio rectè significat donum gratiæ, qua consortes, & participes sunt iusti naturę diuinę. Hoc ergò nõ sine interuentu Spiritus S. tanquã diuino oleo vngetur; lucet enim oleũ, vulnerib. medetur; lucetatoribus vtile est, atq; cursoribus; & gratia Dei lumē est quoddã cœlestē; medicinã facit peccati nostris; fortes etiã, & robustos ad lucandũ reddit, & ad currendũ viã mandatorũ Dei alacres, & próptos facit. Spectabilis est etiã aliquo modo spiritualis hæc iustorũ vnctio, nã ex operationib. Sanctis, & ardore Spiritus seruorum Dei, quasi oculis corporis cernitur. nec minus efficax hæc quã illa vnctio, nã & sacerdotes, & Reges facit, cum pij ius per illã ad cœlestē regnũ consequendũ acquirãt, & vt acceptabiles Deo hostias offerre possint, idoneos facit, dum vel seipsos Deo cõsecrãt, vel bona opera in Dei laudẽ, & proximorũ vtilitatẽ offerunt. de quib. sacrificijs Malachiã interpretari possumus c. 3. 3. *& purgabit filios Leui* (i. sacerdotes noui testamēti; quorũ figura fuerũt filij Leui. vbi licet de veris sacerdotibus sermo præcipuè esse videatur, possumus tamen mystico sensu intelligere oēs iustos.) *& colabit eos quasi aurũ, & quasi argentum* (aurũ. n. purificatur igne, & colatur, vt penitus secernatur scoria, & immunditia omnis) *& erũt Domino offerentes sacrificia in iustitia* (castè, & sanctè ministrabunt, nõ vt sacerdotes illi de quib. locutus fuerat Mala. c. 2.) *& placebit Domino sacrificiũ Iuda & Hierusalẽ* (Ecclesiæ Christi) *sicut dies saculi, & sicut anni antiqui* (sicut sacrificia vetera quæ accepta habere Deus dignatus est) *hi sicut non æqualitatem, sed similitudinem quandam rei figuratæ ad figuram significat.*

Quintũ erat ignis de cœlo lapsus, & cõsumēs sacrificia, huius instar esse caritatẽ à Deo cœlitis infusã animis seruorũ suorũ, est qui dubitet nemo, modò charitatis vim & dignitatẽ teneat. Et verò hunc ignẽ pollicitus est Dominus Mala. 3. 2. 3. vbi sic legimus, *ipse quasi ignis conflãs, & quasi herba sillonũ, & sedebit conflãs, & emundãs argentũ*, q. d. ipse Messias instar ignis conflantis, hoc est, purificãtis metalla. gratia, & spiritu caritatis suę purgabit homines, sicut ignis metalla. *& quasi herba sillonũ*, quã nos saponariã vocamus, candidissimas reddet animas seruorũ suorũ. Neq; id perfunctoriè faciet, sed sedēs, h. e. ex professo, *& emundabit argentũ*, hoc est, sicut argentũ populum suum Christianum emundabit, quẽ respectu cæterarũ gentium meritò argentũ vocat, sicut sacerdotes mox sequentib. verbis cõparat lauro, quod respectu populi sanctiores, & luci-

diodes

Propitiatio
riũ Iudæorũ
Christum fi-
gurabat.

Fulgore ex
Lapidibus
pretiosis.

diores esse debeant. Est autē tantarū viriū, & efficacitatis hic ignis de cęlo descendēs à Christo, vt vel vnus, modò præstanti in Deū caritate flagret, instar multorū esse possit ad conuertenda ad Deū hominū quorumcunq;, quamuis durissima corda, quod fecisse Apostolos accepto Spiritu S. & legimus, & videmus, de quibus Spiritus sancti igne accensis, & inflāmati Zacharias 12. 6. sic vaticinatus est; *in die illa ponam duces Iuda (Apostolos, & cęteros Ecclesię principes, & antesignanos) sicut caminum ignis in lignis, & sicut faciem ignis in fano, & deuorabunt ad dexteram, & ad sinistram omnes populos in circūita.*

7. Sexta Hebręorū prerogatiua donū fuit prophetię: nā prophetarū omniū qui ex officio eomunere fungerētur, quiq; quasi generalē, atque ordinariā haberēt prophetandi gratiā, nouissimi fuerūt Aggęus, & Zacharias, hisq; posterior Malachias, quē pleriq; Esdrā fuisse arbitrantur. Iā prophetię loco est in seruis Dei, virisq; iustis cęlestis quędā illustratio ad cognoscenda diuina, & participatio quędā diuinorū arcanorum, præsertim verò scripturarū sensus, & intelligentiā, de iusto. n. cecinit illa Dauid Psal. 1. 2. *in loco Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte, aperire .n. solet illi Dominus sensū, cūm expedit vt intelligat scripturas.* Ob id illū meritò felicissimē arbori cōparat Dauid: subdit enim ibidē v. 3. *& erit tanquā lignū qd plantatū est secus decursus aquarū, quod fructū suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet,* tria siquidē cōmendant arbore; aqua, fructus, & vt ita fortunata sit, vt ne foliū quidē malē cedat, ac disperdatur. Sic virū iustū tria fœcundū, ac felicem reddunt; meditatio legis diuinę, fructus bonorum operū, ac virtutū: & quod omnia illi beneuertant, & prosperos euentus habeant; hæc enim tria faciunt, vt vir pius fœcundę arbori rectē cōparetur, ratione enim iugis meditationis scripturarū, quę velut aquę cęlestes sunt, quę irrigāt, & fœcundant animę nostrę terram, rectē iustus dicitur arbor, secus decursus aquarū sita. Hinc suo tēpore fructus, hinc itē est vt ne foliū quidē malē cedat, sed omnia benē: in quib. tria illa cōtinentur, quę fortunatę arbori Dauid attribuit.

8. Septima est prerogatiua, & beneficiū 6. quoq; anno triplicatus terrę fructus in 3. annos, propter septimi anni quietē, cibati hominum suffecturus, & promissum fuerat à Deo Leu. 25. sed neq; hoc beneficiū deest seruis Dei, immò multò magnificentius in illis cernitur. triplicata .n. velut annona alit suos Deus, & primū dum vitā hanc viuūt, reficit illos interiori quiete, gaudio Spiritus S. ac spe cęlestiū præmiorū. Deinde in morte magna quadā animi, ac conscientię securitate recreat; Tertio tandē suauissimo deitatis glorię nectare in æterna beatitudine pascit. Nisi malis dicere, quod verissimū etiā est, triplicatū hunc fructum esse vnum quidē quod iusti in æterna beatitudine videntes Deū, illū cōprehendent. i. citra oēm metū perdendi amplius illum, summa cū pace, ac securitate veluti manu tenebunt eum, quod quidē voluntate per caritatē accensā, veluti ore admoto, Deo intimē adherescant, eiq; coniungentur, & tanquam suauissimum fructum intrā se quodammodo admittent. Deniq; eius diuinitatē per fruitionem gustabūt suauissimē, quę sunt tres animę dotes,

A quibus à Deo iusti in æterna beatitudine donabuntur tanquā triplicatus eiusdē animę fructus.

Verū iterum, atq; iterū monendi sumus vehementer, vt timeamus, ne idē nobis accidat, quod peculiari Dei populo euenisse nō ignoramus. his enim, quę hactenus exposuimus, præclarissimis septē Dei beneficijs, atq; ornamenti caruere Iudæi, postquā discussa babyloniorū seruitute in patriā regressi sunt, videlicet propter metis inconstantia, & ingrati animi notā, quare diligenter videamus etiā, atq; etiā nos, ne propter animi fœcordiā, & signitiē quamdam in Dei obsequio, & ingrati animū à Dei seruitute deficiamus, & priuemur meritò tā præstantib. seruorū Dei priuilegijs, quibus fortassis, aliquando frui cœpimus, ac proinde ea qua monet Paul. ad Ro. 11. 20. 21. altius menti inferamus oportet, neque vnquā memoria labi, aut excidere sinamus. *Nobis alitū sapere, sed time. Si enim Deus naturā libus ramis non peperisset, ne forte nec tibi parcat.* Sic Paulus &c.

DIGRESSIO VI.

In vers. 25. *Ne solliciti sitis anima vestra quia manducetis, &c.* quę sollicitudo à Christo reprehendatur.

C Quamuis in Scholijs ea videamur dixisse, quę satis videbantur ad habendam germanā verborū Christi sententiā, dum de vitā dā sollicitudine temporalium differit: placet tamē nunc eadē paullò fusius ex D. Thom. cōfirmare: prius tamē quomodo sit hoc Domini præceptū ex D. Basilio intelligendū. i. quouf; progredi putandū sit, breuiter indicabo. Proponit eam quæstionē Basil. in Regul. breuior. interro. 206. *cūm Dominus precipiat, inquit, nō debere nos esse sollicitos, quid esuri sumus, aut quid bibaturi, aut quibus nos vestibus induerē, quouf; præceptū hoc progredi putandū est: quomodo eū ei satisfiet?* Respondet, omnino mandatū hoc, sicut & reliqua omnia, vsq; ad mortē tenendum est: *siquidē Dominus etiā ipse obediens fuit vsq; ad mortē. Comparatur autē per fiduciā in Deum. Etenim prohibita, Dominus, sollicitudine, confestim pmissione adicit cū ait: Scit enim Pater vester cęlestis quibus opus sit vobis, antequā petatis eū. Talis erat Apostolus (2. Cor. 1. 9.) cūm diceret, responsū mortu habuimus, vt non simus fidentes in nobismetipsis, sed in Deo, qui suscitatur mortuos, quippē qui qd ad animi ipsius propositū, ac paratā voluntatē pertinebat, quotidie moreretur, benignitate autē Dei in vita retineretur. Quæ quidē causa erat, cur fidenter diceret: Quasi morientes & ecce viuimus. Porro huiusmodi animi inductionē adiuuat vehemens in sequendū Domini mandatis studium, & inexhausta, inexplebilisq; eorum dōm cupiditas: in qua qui est, hic ne spatium quidem habet, in quo ad curandas corporis necessitates mentis cogitatione possit delabi.* Sic Basilius.

D Ex cuius verbis tria valdē vtilia documēta desumere possumus. Primū ad mortē vsq; vitandā esse sollicitudinē, etiam si ad maximas angustias redacti, & in extrema rerū omniū penuria positi nobis ipsi videamur. Alterum est, modum ac rationem vitandę sollicitudinis esse fiduciā in Deo, quā indicat se habuisse spōsa, quę ascēdit de deserto delitijs affluens innixa super dilectū suum, non sine ingenti supernarū mentiū admiratione Can. 8. S. Bern. in hæc verba, quę est ista quę ascendit &c. innixa super dilectū suum, frustra, inquit, sponsa nititur, si non innitatur: si autē innitatur,

tur omnia possibilia sunt inuicē super eum, qui omnia potest. non igitur mirum, si cum ex deserto ubi nihil est deliciarū, sed summa rerū omniū indigētia, nullum hominum solatium, ubi aspera montium iuga viā difficilē reddunt, ascēdat tamen sponsa tanta cum agilitate & facilitate delitijs etiā affluens, nec sine cælestiū admiratione. quia nimirum ijs, qui magna Deo fiducia innituntur, quæ aspera sunt, & amara, in facilia vertuntur ac suauia, & ubi deest humanum, ibi diuinum præsto est auxiliū. Tertium documentū est, vt si refecare omninō vanam, superfluam, & intempestiuam sollicitudinem volumus, & fiduciam in Deo collocare placet, magno, ac vehementi studio incumbamus in exactam, ac diligentem mandatorum Dei custodiam, vt ita nullus vanis, & inutilib. cogitationibus locus in nobis detur, & amor terrenarum rerum diuinorum præceptorum amore sopiatur. Sed iam D. Thom. loquentem audiamus, in quo non tam verborum ornatum ac phaleras spectare, quàm verborum vim admirari, & profundæ sapientiæ sensus haurire debemus. Tria sunt in D. Thom. præcipua loca in summa, in quibus hac de re acutē differit.

Primus est 1. 2. q. 108. a. 3. ad 5. Dominus, inquit, sollicitudinem necessariam non prohibuit, sed sollicitudinem inordinatam. Est autem quadruplex inordinatio sollicitudinis vitanda, circa temporalia. Primo quidem vt in eis finem non constituamus, neque Deo seruamus propter necessaria victus, & vestitus, vnde dicit nolite thesaurizare vobis &c. Secundo vt non sic sollicitemur de temporalibus cum desperatione diuini auxilij, vnde Dominus dicit: scit Pater vester quod his omnibus indigetis. Tertio, ne sit sollicitudo presumptiuosa, vt scilicet homo confidat se necessaria vita per suam sollicitudinem posse procurare absque diuino auxilio, quod Dominus remouet per hoc quod homo non potest aliquid adijcere ad statum suam. 4. per hoc quod homo sollicitudinis tempus præoccupat: quia scil. de hoc sollicitus est nunc, quod non pertinet ad curā presentis temporis, sed ad curā futuri; vnde dicit: nolite solliciti esse in crastinum.

Alter locus D. Thom. est 2. 2. q. 55. a. 6. ait enim sollicitudo importat studium quoddam adhibitum ad aliquid consequendū. manifestum est autem quod maius studium adhibetur, ubi est timor deficiēdi, & idē ubi est securitas consequēdi, minor interuenit sollicitudo. Sic ergo sollicitudo temporalium rerū tripliciter potest esse illicita. Vno quidem modo ex parte eius de quo sollicitamur, si scilicet temporalia tanquam finem queramus. Vnde & Aug. dicit in l. de opere Monachorum: cum Dominus dicit nolite solliciti esse &c. hoc dicit vt non ista intueantur, & propter ista faciant quidquid in Euangelij predicatione facere iubentur. Alio modo potest esse temporalis sollicitudo illicita propter superfluum studium quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quod homo à spiritualibus, quibus principaliter inseruire debet retrahitur. Et idē dicit Mat. 13. quod sollicitudo seculi suffocat verbum. 3. modo ex parte timoris superflue, quando scil. aliquis timet, ne faciēdo quod debet, necessaria sibi deficiat. Quod Dominus dupliciter excludit. Primo propter maiora beneficia homini præstita diuinitus præter suam sollicitudinē, scil. corpus & animam. 2. propter subuenti onē, qua Deus animalib. & plentis subuenit absque opere humano, secundum proportionē suā naturæ. 3. ex diuina prouidētia, ppter

3. Quadruplex inordinatio sollicitudinis circa temporalia.

4. Sollicitudo temporalium tripliciter illicita.

A cum ignorantia gentiles circa temporalia bona querenda principaliter sollicitantur. Et idē concludit quod principaliter nostra sollicitudo debet esse de spiritualibus bonis, sperantes quod etiā temporalia nobis proueniant ad necessitatē, si fecerint quod debemus.

Verū antequā ad tertium, eumq; postremum D. Thomæ locū veniamus, libet hic occasione harum rationū, quib. Christus tanquā doctor persuadere nobis conatur vt noxiā terrenarum rerum sollicitudinē refecemus, exclamare cū Pet. Chryl. ser. 163. δ quantū se superna pietas hominis amore deponit: nā qui poterat præcepta sua sola auctoritate firmare, toto insinuat, & astruit labore doctoris: vt qui sufficiebat in sola fide promissionis suæ terminū collocare, auditores ad fidē promissi, sua foris perducit exēplo. sed iā ad D. Tho. reuertamur.

B Is 2. 2. q. eadē 55. a. 7. de intempestiuā sollicitudine sic doctē differit: nullū opus potest esse virtuosū, nisi debitis circumstantijs vestiat. inter quas vna est debitū tempus secundū illud Eccles. 8. 6. omni negotio tempus est & opportunitas, quod non solū in exteriorib. operibus, sed etiā in interiori sollicitudine locū habet. Vnicuiq; enim tēpori cōpetit propria sollicitudo, sicut tempori æstatis cōpetit sollicitudo metendi; ipsi autumno autem cōpetit sollicitudo vindemia. Si quis ergo tēpore æstatis de vindemia iā esset sollicitus, superflue præoccuparet futuri temp. sollicitudinē. Vnde huiusmodi sollicitudinē tanquā superfluā Dominus prohibet dicens: nolite esse solliciti in crastinū; vnde subdit; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. i. suā propriā sollicitudinē habebit, qua sufficit ad animū affligendū. Et hoc est q; subdit: sufficit diei malitia sua. i. afflictio sollicitudinis, & respondēs ad 1. sic ait idē D. Th. formica habet sollicitudinē congruā tēpori, & hoc nobis imitandū proponitur Prou. 6. 6. Vade ad formicā d piger, & cōsidera vias eius, & discē sapientiā; Quæ cum nō habeat ducē, nec præceptorē, parat in æstate cibū sibi, & cōgregat in messe q; comedat. Sic licet in futurū prospicere: Et talis futurorū sollicitudo laudabilis est; deinde ad 2. respondens subit: Ad prudentiā pertinet prouidentia debita futurorū, esset autē inordinata futurorū prouidentia, vel sollicitudo, si quis temporalia, in quib. dicitur præteritum & futurum tanquam fines quæreret, vel si superflua quæreret, vltra presentis vite necessitatem, vel si tempus sollicitudinis præoccuparet. Denique ad 3. addit: Sicut Aug. dicit in lib. de serm. Dom. in monte cum viderimus aliquem seruum Dei prouidere ne ista necessaria sibi desint, non iudicemus eum de crastino sollicitum esse &c. Non ergo Dominus improbat, si quis humano more ista procurat: sed si quis propter ista non militet Deo.

C His addere possumus id quod habet D. Th. q. 188. a. 7. ad 2. ubi paucis declarat ex sententia S. Patrū, quomodo nō sit de crastino cogitandū, sic enim scribit quod ergō dicitur: nolite solliciti esse in crastinū, secundū Hier (Glos. ord. circa finē ca. 6. Matt.) sic exponitur: sufficit nobis presentis tēporis cogitatio: futura, qua incerta sunt, Deo relinquamus. Secundū Chryl. sic (hom. 16. in Matth. tub finem in opere imperf. tom. 2.) Sufficit labor quem pateris propter necessaria, noli de superfluis laborare. Secundū Aug. sic: cum aliquid boni operamur, non temporalia, qua significantur per crastinum, sed æterna cogitemus. Hæc D. Thom.

D Ex tota ergō hac doctrina D. Thom. intelligere est non obscurē, septem esse noxiæ sollicitudinis

5.

6.

7.

7.

8.

itudinis

tudinis gradus: primus est cum temporalia quærentur vt: finis. Secundus, cum superfluū in ijs quærendis studium adhibetur. Tertius, si ea quis ita quærat quasi per suas vires citra Dei auxilium illis potiri possit, nec illa à Deo speret, vel petat. Quartus, si intempestiuè, vel importunè circa ea quærenda occupet se, atque adeo ante tempus anxius sit. Quintus, si nimio timore angatur ne in egestate desint. Sextus, si superfluis abundare velit, & propterea sollicitè laboret. Postremus, si propter ista ita sollicitus sit vt quæ sui muneris sunt, & ad diuinum obsequium pertinent, propterea omittat.

DIGRESSIO VII.

De vitanda rerum temporalium sollicitudine.

SI dignitatem suam homo perpenderet, & vbi suas cogitationes & curas figere deberet, diligenter animaduertere, nullo arbitro negotio res terrenas tanquam longè se inferiores contemneret, & indè totus dependeret, vbi terrena, ac cælestia bona, propter quæ ille conditus est, posita esse videret, optimè eloquentissimus Philo in eo libro qui inscribitur de eo, quod deterius potiori insidiari solet, sic scribit: *solum in terris cælestem plantam fecit hominem (Deus) ceterarū in terra defecit capita, omnes enim humi caput habent, soli homini sublime dedit, vt alimenta cælestis incorruptibilia quærat, nō terrena ista corruptioni obnoxia. Quapropter corporis nostri partem insensatissimam longè à ratione secretam, pedes, seu radices ad terram applicuit. Sensus autem mentis satellites, & hanc ipsam longissimè à terra iussit habitare, & ad aetheris, cæliq; numquam interituros alligauit ambitus.*

Quid ergo miramur si tanto nos studio Christus à superflua rerum mundanarum sollicitudine auocare contendat, nolite, inquit, solliciti esse anima vestra quid manducetis, neque corpori vestro quid vestiamini &c. *degener nimis animus, inquit Petrus Chrysologus loco cit. mens tota seruilis est, qua coquorum assatq; squallores coquina, hesterni horrore fatentia perquirat obsonia, cui iugiter regius deseruis atque adiacet apparatus. Noli ergo, homo, inania prouidendo gemere, noli laborare caduca præparando, quia prandij tui semper, & vbiq; Deus præparator assistit. quis rex deuotis militibus debitam non procurat annonam? quis Dominus fidelibus seruis iusta cibaria non ministrat? quis Pater non dat panem filijs? si ergo nobis Deus & Rex, & Dominus, & Pater est, quid negabit? stipendijs suis militans derogat miles Regi, suis sumptibus viuens Dominum seruum accusat, pro se sollicitus filius culpam superstitè Patrum. Noli ergo homo exponere Deum pro te taliter cogitando, qui & iustitia regnantis, & dominantis studio, & generantis affectu in se totam tui recipit sollicitudinem, refudit & curam dicendo, nolite solliciti esse anima vestra quid manducetis.*

Idem Auctor in illa verba Luc. 12 & 24. *considerate coruos, quia non seminant, neq; metūt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos, quantum magis vos pluri estis illis? stultam ostēdens esse sollicitudinem rerum temporalium, sic scribit. Dubium meris infidelem, ad auem mittit amicam belli, furoris sociam, insatiam sanguine, & in ipsos mortuos ferro grauius sauiens. namque cessante gladio carnifex improbissimus exanimis*

A *grassatur in corpus. Lanias, dissipat, spargit, ne quid funeris inuentum quieti misericors sepulturæ commendet. Itaque Dominus exemplo tali exaggerat dubitanti insaniam, qui putat Deum hoc pijs filijs denegaturum, quod impijs auibus subministrat: & existimat relinquentibus propter se patriam, domum, parentes, filios, coniuges, victus subsidia nō daturum, qui nascenti indulget crescere, terminauit corporis incrementum. O miserum, & tota infelicitate dignissimum, cui cum det regnum, suspirat panē: cum perpetuitate donetur, desierit potum: cum immortalitatis gloria induatur, plangit corporis vestimentum. Hęc non minus eloquenter, quàm sapienter Chrysolog. quibus constat indignam planè homine, & stultam esse hanc cogitationem in quærendis temporalibus rebus nimis anxiam. Nec dissimulandum quod Chryso. hom. 13. in Mat. respondens cogitationi eorum hominū, qui sollicitè nimis ista quærent, *Huc accede (inquit) homo, vt quid omnem sollicitudinem tuam, & diligentiam conuertis in cibum, & ea qua corpus spectant? Respondebis, quia his opus habeo, esto: sed ideò magis confidas, & minus sis sollicitus oportet, quia si superflua essent, non est cur à Deo expectes tibi de illis prouideri; sed cum sint, vt sunt necessaria, non voces in dubium illius auxilium, & fauorem, si modicam operam tuam, qua ex te requiritur, adhibueris, si aded pascit volucres, vt nunquam vna absque refectioe præuia, se det quieti, si lilia & flores sic vestit &c., cur non confidet in Deo homo &c.**

C Ceterum hanc curam inprimis alit, ac vehementer fouet immodicus diuitiarū amor: nihil enim æq; anxium, & sollicitū reddit hominem, ac superfluū vel in acquirendis, vel amplificandis, vel conseruandis diuitijs studiū, & sollicitudo: nihil æq; à cælestiū rerum contemplatione animū auocat. tria enim insunt diuitijs, dū dominantur homini, quæ à Dei obsequio diffidēt plurimū, & hominem terrenis affigunt; diuitiæ siquidem conseruari, augeri, & magnificari volunt; at Deus mandat vt fideliter administrantur, & in pauperes erogentur. Iterū eadem amantū corda ad se trahunt, vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū, cum contra præcipiat Deus, *fili prabe mihi cor tuū, & per Dauidē monet, diuitie si affluant nolite cor apponere.* ipse eadem sollicitudinē, laborē, timorē secum aduehunt. At Deus è contrario hæc à nobis procul abesse vult; nolite, inquit, solliciti esse. Igitur nemo Deo seruire & mammonæ iniquitatis simul potest, neque fiet vnquam vt dum diuitiarum cupiditas animū occupat, sine sollicitudine viuamus.

D Enimuerò rectè Amb. de diuitib. differens l. de Nabuthe. c. 14. *desideriorū, inquit, suorum estu volūtur, & quodā salo fluctuāt, rectè Chryf. ho. 59. in Gē. mare, ait, fluctibus non ita intumescit, vt talē animā à cogitationib. & afflictionib. infestari videremus. Quod Aegyptiorū exēplo D. Greg. l. 18. mor. c. 25. illustrat; Israeliticus, inquit populus custodiam sabbati accepit in munere; Aegyptus muscarū multitudine percussa est; populus namq; qui Deū sequitur, accepit sabbatū, i. requiē mentis, vt nullo in hac vita desideriorū carnalium appetitu fatigaretur. Aegyptus verò qui huius mundi speciem tenet, muscis percutitur; musca. n. nimis insolens, & inquietum animal est, in qua quid aliud quàm insolentes cura desideriorum carnalium desognantur? Sic Greg. sub*

nomine verò desideriorum carnalium, diuitiarum etiam & omnium mundanarum rerum superfluas curas, & sollicitudines intellige.

7.

Testis est Iustinianus Patriarcha qui in l. de disciplina monastica c. 4. diuitiarum affectum, & cupiditatem à cœlestium rerum contemplatione auertere, & imis affigere testatur. sic .n. scribit: *hic affectus (diuitiarum) presentia amat, temporalia cumulat, spiritualia negligit, & cum totus se spargit in inuis, nihil potest amare de summis.* Verè; nam vt nubes solis nobis aspectum auferunt, ita nimix rerum terrenarum curæ, cœlestium, ac diuinarum rerum cogitationem impediunt. & sicut oculis nostris iniectus puluis, lumen solis eripit; sic mentis oculos diuitiarum puluis ita obfuscat, vt veritatis lumen haurire nõ sinat, neq; .n. vno oculo terram, altero simul cœlum spectare possumus.

8.

Diuitijs ad
diti Caino
similes.

Quarè qui diuitijs addicti sunt, earumq; curis anguntur, similes mihi esse videntur Caino, cui dictum est Gen. 4. 12. *vagus eris, & profugus super terram;* Porro Cain possessionem significat, nam qui locuples est, & multa possidet, nullam habet fermè fixam in terra sedem. huc illic cursitans miseram, & inquietam ducit vitam, curis vbicumque sit pungentibus semper obnoxius. Quantò rogo fatius esset vt Christum sequentes in rebus his quæ ad corpus & vitam hanc pertinent, ab illo toti penderemus certi ipsi nos curæ esse, & neque vnquam deserendos fore, & vel in summa penuria copiam, in extremis angustijs latissimam annonam suppetere Deo, vt suos alat, quod verissimè de illo prædicat Dauid Psalm. 32. *Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* quàm larga verò sit, & liberalis paterna Dei erga suos prouidentia, idem vates qui expertus sæpè fuerat sic canit Psalm. 33. 9. *gustate, & videte quoniam suauis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo: & v. 10. Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum: & v. 11. diuites egerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.* vbi obseruandum est loco diuites Hebræa habere, leones: quo non obscure significatur, iustos tanquam oues à Deo pasci, auaros verò diuites, qui morè leonum prædæ inhiare solent, & in aliorum hereditates inuolare, non rarò spe sua, votisque frustrari.

9.

Iam audi Augustinum sapienter Dauidis verba exponentem, & refutantem, quæ contra ab aduersarijs parum in Deo fidentibus obijciuntur: *timete Dominum, inquit, omnes sancti eius, quia nihil deest timentibus eum. multi enim propterea nolunt timere Dominum ne famem patiantur. dicitur illis nolite fraudem facere: & dicunt, vnde me pasco? non potest ars sine impostura esse, non potest negotium esse sine fraude, sed fraudem punit Deus. time Deum. sed si timuero Deum non habeo vnde viuam, timete Dominum omnes sancti eius, quia nihil deest timentibus eum, & c. Pascebat te Dominus contemnente te, & deseret te timentem te? Attende & noli dicere, ille diues est, & ego pauper sum: ego timeo Dominum, ille non timendo quantum acquisiuit? & ego timendo nudus sum: videte quid sequitur: diuites egerunt, & esurierunt, inquirentes autem*

A

Dominum non minuentur omni bono. si ad literam accipias, videtur te fallere. respicis enim multos diuites iniquos mori in diuitijs suis, & c. & dicit in animo tuo si forte nosti aliqua peccata, & scelera ipsius: ego noui quanta fecerit iste homo; Ecce senuit, mortuus est in lecto suo, deducunt illum sui, pompa tanti funeris celebratur, agnouit quæ fecerit, decepit me Scriptura, & fefellit, vbi audio, & canto, diuites egerunt, & esurierunt. quando iste inops fuit? quando esuriuit? inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono: quotidie ad Basilicam surgo, quotidie genu flecto, quotidie inquirō Dominum, & nihil boni habeo. iste non quæsiuit Dominum, & inter tanta bona defunctus est, sic cogitantem suffocat laqueus scandali. escam enim mortalem (vt volucres) querit in terra, & veram mercedem non querit in cælo, & mittit caput in laqueum diaboli (vt aues in laqueum venatoris) constringuntur ei fauces, & tenet diabolus ad malefaciendum, & c. noli ergo sic intelligere (Prophetæ verba) & quomodo intelligam? in bonis spiritualibus (timentes autem Dominum non deficient omni bono spirituali) sed vbi sunt hæc bona? non videntur oculis, sed corde. non video ipsa bona. videt illa, qui amat & c. et si non vides fidem (oculo cordis) quare amas seruum fidelem? & c.

B

Illustrat hoc postea August. exemplo quod paucis tale est, nam si habeas seruum formosum, statura corporis insignem, hilarum, vegetum, colore viuudum, verum furem, nequã, fraudulentum: alium verò habeas facie deformem, colore tetrum, vili corporis statura, verum fidelem, parcum, sobriũ. Rogo te vtrum istorum diligas, vtro potius vti, vtro frui malis? Certè si oculos carnis interrogas, vincit apud te pulcer iniustus; si oculos cordis, vincit deformis fidelis. aliquid ergò melius est in hoc quod oculo cordis vides, quo caret ille, & propter quod istum illi præfers, istum amas, & illum odisti. Videtne quanto digniora, & amabilia sunt bona spiritualia, quæ qui oculos corporis habet, & non mentis, non videt, & non magni facit, quia nescit illa.

C

Subdit postea August. quasi totius quæstionis conclusionem inferens: *cum repletus fueris spiritualibus diuitijs pauper eris? & ille diues idèd fuit, quia habebat lectum eburneum? & tu pauper es, cuius cubiculum cordis plenum est tantis gemmis virtutum, iustitia, veritatis, caritatis, fides, patientia, & tolerantia? Explica diuitias tuas, & compara diuitijs diuitum; si fidem inuenires venalem, quantum pro illa dares? quam te voluit Deus gratis habere, & ingratus es, egent ergò illi diuites, egent. Et quod est grauius, pane egent. ne fore putetis quia auro egent, & argento, quamquam & hoc egent. quantum habuit quidam, & quis eum satiauit? sic mortuus est egens, quia plura volebat acquirere quàm tenebat; egent & pane. quare egent & pane? si intelligas panem, ille enim dixit: ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. & beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Hæc August. Neque propterea credere debemus solis bonis spiritualibus abundare iustos, qui in Deo spem suã omnè collocant, in ijs verò quæ ad hanc vitam, & corpus pertinent negligi omninò, ac desereri à Deo. Cum enim expedit iusto multa bona etiam terrena possidere ad elemosynas erogandas, ad Dei seruos alendos, ad Dei cultum amplificandum, non deerit Deus hæc illis affa-*

10.

11.

D

tim tribuere ad maius illorum meritum, sic fecit cum Patriarchis, & cum Dauide, qui Ierosolymis immentum diuitiarum thesaurum congregauit, vt Deo templum ædificaretur. quoniam verò vt plurimum vtilis est, vt homini iusto ea tantum subministrantur, quæ ad vitam honestè, vel etiam parè sustentandâ necessaria sunt; idè se talè passim cū illis exhibet Deus, vt habeant quidem vnde sustententur, sed etiã habeant vnde eorum patientia, & inopia coronetur magis in cœlis, & ditiores sint tanto maiore virtutum incremento. Verùm & in hac diuite iustorū paupertate quod à Deo illis datur sufficit illis, nec plura, aut maiora deferant, melius est enim modicum iusto super diuitias peccatorum multas; cum tamen diuites avari semper esuriant ac sitiant, non secus quàm si insatiabili hydropisi laborarent. Deniq; si ad maiore Dei gloriam, & iusti alicuius sublimiore dignitatè in cœlis, & ad aliorum exemplum expediat interdum mendicè viuere, & præ rerum temporalium penuria etiam è viuis excedere, facit id Deus singulari suo beneficio, ac benevolentia in iustos, verùm tunc auget bona spiritualia, addit interius non patientiam modò, sed præpensam etiam ad patiendum voluntatem, cum summa animi voluptate cõiunctam, ita vt hoc tanquam maximum Dei donum excipiatur à iusto. sic verissimum est, nunquam minus iustū à Deo derelinqui, quàm cum in summa mendicitate positus est.

12.

Quarè audiamus Christi præceptum, audiamus & pareamus: *quarite primum regnum Dei, & hac omnia adijcietur vobis*, & hac vna cogitatione posthabita rerū temporalium cura, oculos metis ad cœlestia conuertamus, & cõquirendis spiritualibus diuitijs omni studio incubamus; sic .n. omnia nobis prosperè euenient: cuius rei non pauca, neq; ignobilia habemus exèpla in Scripturis. Abraham insignis ille Patriarcha relicta patria, ac paterna domo Deo iubete ad aliena, remota, & ignota loca pfectus est; sic .n. de eo Paulus ad Heb. 11. 8. testatur: *obediuit in locū exire, quem accepturus erat in hereditatē; & exijt nesciens quo iret.* exijt verò nulla laborans sollicitudine, & terrenarū rerum cura: exijt tamen diues insignis in Deum spe, quæ nusquam illum fefellit, vbiq; .n. Deum, tanquam parentem optimum expertus est, qui illum ex omnibus periculis eripuit, & cunctis bonis abundare fecit. Iacob item omnibus fermè rebus destitutus, ne dicā nudus, ex Syria in Mesopotamiam peregrinari cœpit, & in baculo suo, hoc est, omni alio præsidio vacuus, Iordanè transijt, & cum Deo quasi cõueniens petijt, vt cibum ille sibi, ac vestem suppeditaret, se verò ea cogitatione munitum, eius seruituti nõ defuturum nouit. Gen. 28. nec hac sua spe excidisse vnquam, dum testamentū conderet, verbis illis significauit Gen. 48. 15. *Deus in cuius conspectu ambulauerunt Patres mei, Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea, vsq; in presentem diem.* & v. 16. *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat puerus istus.* Quid dicam de Ioseph eius filio? de quo sic Dauid affirmat Psal. 104. *In seruum venundatus est Ioseph, donec veniret verbum eius, eloquium Domini inflammavit eum, misit rex, & soluit eum.* quid plura? *Cõstituit eum Dominum domus suæ, & principem omnis*

Abraham fiducia.

Item Iacob.

A possessionis suæ. De præclaro verò illo duce Iosue res clarior est, quàm vt multis dici debeat; illum enim Deus postquam copiosissimi exercitus in peruasta solitudine curam suscepit; his allocutus est; *non dimittam te, neque derelinquam.* Ex quibus verbis non minus acutè quàm verè Paulus confirmat: mores esse debere sine auaritia, oportere enim contentos esse præsentibus; *ipse enim dixit, inquit Paulus, Hebræor. 13. 5. non te deferam, neq; derelinquam.*

Non esset finis si singula persequi velim. factis fuerit quæ de Daniele, & Helia scribit Cypria. l. de orat. Dominica c. 8. subiēcisse: *querentibus, inquit, regnum, & iustitiã Dei omnia promittit apponi. Nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deo ipse nõ desit. sic Danieli in leonum lacu iussu Regis incluso, prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes, & parcentes, homo Dei pascitur. sicutur Helias in fuga, & in solitudine coruis ministratibus, & volucribus cibū sibi apportantibus, in persecutione nutritur. Atque à humana malitia detestanda crudelitas: fera parcūt, aues pascunt, & homines insidiantur, & sauiunt!*

13.

Constat igitur verissimam esse Christi sententiã, si quæsiuerimus primum regnum Dei, & iustitiã eius, hæc omnia adijcienda fore nobis. Acutè sanè animaduertit Tertull. l. 3. cõtra Marcion. c. 4. in illis verbis quibus Isaac Gen. 27. 28. Iacob benedixit; *det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ;* prius cœlestē rorem, deindè verò terræ pinguedinem peccatum esse, quia nimirum sciebat vir sanctissimus priora esse cœlestia terrenis, & prius illa esse quærenda, posterius ista: *Animaduertenda est, ait Tertull. structura benedictionis; nam circa Iacob, qui posterioris populi figura est, id est, nostri, prima promissio cœlestis est roris, secunda terrena opimitatis. nos enim primò ad cœlestia inuitamur, cum à seculo auellimur, & ita postea inuenimur terrena etiam consecuti.* sic Tertull. quamquam in benedictione hæc non sine mysterio contrarius obseruatus fuerit ordo; præcessit .n. v. 39. *in pinguedine terræ;* & subsequutum est. v. 40. *& in rore cœli desuper erit benedictio tua,* quia nimirum mali, & diuites non secundum Deum, præferunt terrena cœlestibus, & æternis caduca; ac proindè illis accidit, vt neq; hic ventrem, id est, infinitum habendi desiderium expleant, neque ibi, mentem cœlestibus bonis impleant.

14.

Quam rem clarissimè mihi indicasse Spiritus sanctus videtur Aggei. 1. 5. *Ponite corda vestra super vias vestras. v. 6. seminastis multum, & intulistis parum; comedistis, & non estis saturati; bibistis, & non estis inebriati; operuistis vos, & non estis calefacti.* & c. v. 9. *quã ob causam dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisq; in domū suã.* Ecce tibi vnde fiat sepè, vt rebus omnibus etiã terrenis destituti videamur; & merces operi nostro nõ respõdeat, vt laboremus multū, & quod labore parere volumus, non obtineamus, fitq; plerumq; vt nec Deum, nec terrena possideamus, quia nimirum nihil cœlestia illa curamus, nullam regni Dei, eiusq; iustitiæ rationem habemus.

15.

Vt, igitur, vt apud Amos Prophetã legimus c. 6. 1. *qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samaria; ij sunt, qui omni de rebus cœlestibus cura deposita, bonis tantum terrenis inhiant,*

16.

& in

& in suis laboribus, arte, studio, industria, non in Deo fiducia collocant. ij sunt, de quibus Habacuc. i. 16. qui immolant sagene sua, & sacrificant reti suo, quia in ipsis in crassa est pars eorum, & cibus electus eorum. verè .n. diues in more idololatrarū sagene suæ immolat, & reti sacrificat, cum totam suā spem collocat in seipso, atque ad eò in ijs rebus, quibus honores, voluptates, diuitias, & supra ceteros potestate adipisci se posse sperat; non secus, quā si piscator sagene suæ, & reti suo diuinos exhiberet honores, & per illa capiendis de mari piscibus ditatus sit.

17. Nec mirum quod ad tam absurda deueniat qui in se ipsis, ac sua industria, & solitudine confidunt, & non in Deo; inebriant. n. hominē quodammodo curę, ac solitudines rerū temporalium, quæ in his perquirendis ponuntur, & mentis aciem ita retundūt, vt videre Deum nequeat. quod Dominus significasse mihi videtur, dum sic nos admonens dixit: Luc. 21. 34. *Attendite ne grauentur corpora vestra crapula & ebrietate, & curu huius vite, & superueniat in vos repentina dies illa.* & v. 35. *Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem vniuersa terra.* Vbi illud in primis obseruandum est nō indiligenter, instar vini, curas, & solitudines, ac studium diuitiarum inebriare hominem, & à se alienare rationem; nam vbi semel animum hominis occupat, ita rationis arcem tenent, vt non super sit in ea Deo locus, nec cęlestiū contemplationi. Deindē & illud animaduersione dignissimum est in prædictis Christi verbis, diem illum supremum orbis tanquā laqueum superuenturum, & inexpectatum, non quidem omnibus, sed ijs duntaxat, qui sedent super faciem vniuersa terra: hos autem maximè auaros homines esse, meritò existimandum est. hi enim in mundanis istis, ac caducis rebus suauiter sedent, quia nihil præterea aliud amant, aut cogitāt, & vt inquit Albertus Magn⁹, desiderio, & affectu totam terram sibi vīsupare desiderant, ac propterea sedere non vno loco, sed super vniuersam terram dicuntur à Domino, sed de his satis.

DIGRESSIO VIII. MORALIS

In vers. 28. *Considerate lilia agri quomodo crescunt, &c.* De Lilijs agri, & de Lilijs cœli.

1. **L**ABIA sponsi lilia dicuntur Can. 5. 13. Iusti enim viri, & Apostolici labia sunt Christi, & lilia agri. Nam in lilijs tria notanda sunt, vt docet Guilhelmus Cant. 5. 13. *Aureus color intus, candor foris, atq; odor eximius: sic viri Apostolica gratia intus fulgent, foris nitent, & redolent. Intus, vbi solus Deus videt, fulgent auro Sancta deuotionis: foris nitent candore bona actionis, & dum caute se abstinēt ab omni specie mali, suauolentiam bona opinionis latius dispergunt.*

2. *Quomodo subsistunt lilia ista, qua neque laborant, neque nent, & tamen nec Salomon in omni gloria sua coopertus fuit sicut vnum ex ipsis? Non laborant, neq; nent, quia didicerunt à Magistro suo nō sollicitari de crastino, didicerunt non Euangelizare, vt manducēt, sed in inducere, vt euangelizent. Nunquam cum anxia sollicitudine dicāt: quid manducabimus, quid bibemus, aut quo operiemur, sed cum alacritate prædi-*

A cant verbū Dei, & hac omnia adiunguntur eis; in tantum, vt nec delicatissimus Salomon coopertus fuerit sicut vnum ex lilijs istis: quia ille in sua affluentia nunquam dicebat sufficit, sed affer, affer. At lilia ista eo quod sciant abundare, sciunt & penuriam pati, siue in abundantia, siue in penuria nihil norunt dicere, nisi sufficit. Melius ergo pascuntur, & operiuntur, quā Salomon in omni gloria sua: & hac quidem extrinseca eorum, ceterum internam eorum iucunditatem qui queat explicare? *Quantus putas delitijs affluunt ruminando iugiter panem vite, in quo omnis sapor est suauitatis? fidenter dixerim, quia nec ille studiosissimus deliciarum venator Salomon, tantum iucundari potuit in omni gloria sua, quā tunc iucundabatur vnum ex istis lilijs, qui dicebat: infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? delirare forte videor dicendo hæc, sed ei qui nōdum didicit delectari in Domino, & sancti amoris, quo in Dominum sancti flagrant delicias in semetipso expertus non est.*

B Itaque lilia ista mirè affluunt delitijs, & tamen circumferunt corpus mortis: sunt incluta, decorem induta melius quā Salomon, & tamen distillantia myrrham, sed myrrham primam, nam myrrha secunda ad eos nō pertinet. Myrrha prima: est mors prima, de qua dicitur per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors Rom. 5. 12. & ita in omnes homines pertransiit. Myrrha verò secunda, est mors secunda, de qua dicitur, qui vicerit non ledetur à morte secunda Apoc. 2. 11. Item incredulus, & execratis fornicatoribus, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardente igne, & sulphure: quod est mors secunda Apocalyp. 21. 8.

C Quod dicitur in omnes homines pertransisse mors, id si dicam redundare ad lilia, parum est: quia redundat ad liliam liliorum ipsi sunt redemptorem nostrum, nam & ipse non peccatum, sed stipendium peccati Rom. 6. 23. traxit ex Adam missus à Patre in merā similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne: Rom. 6. 3. vt per susceptionem mortis prima liberat nos à debito mortis secunda. Pide ergo dignatus est amaritudinem myrrha prima in se ipso experiri, vt amaritudinem myrrha secunda à nobis potenter, clementerq; auerteret. Denique & ipse stillabat myrrham primam dicens: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Itaque in lilio liliorum myrrha prima fuit susceptio pia dignationis, sed in alijs est transfusio iuste damnationis.

D Eadem myrrha, sed dissimilis valde in illo, & in istis. in illo stipendium peccati, sine peccato, in istis stipendium peccati, cum peccato; in illo mors indebita, in istis mors debita, & quantum in se est pertrahens in mortem secundam. Quantum in se est, dico: qui quod hoc in predestinatione ad vitam aeternam non efficit ex indebita morte Redemptoris prouenit.

Ex alio quoque myrrhata sunt hæc lilia, ex alio lilia sunt. Lilia sunt in eo, qui de tenebris ea vocauit in admirabile lumen suū. Myrrhata verò sunt ex eo propter cuius peccatū mors prima in mundum intrauit.

Porro labia sponsi non distillant, quod lilia sunt, sicut sponsus, sed quod myrrhata sunt, sicut & ceteri filij Adam. Non distillāt, quod lilia sunt, quia suā excellentiā siue iustitiā minime prædicāt: quippe humiliter de se sentiūt, & quod in eis de dono Dei eximium, atque sublime est, humili, quantum in ipsis est, silentio contegunt, non ambulantes in magnis, & mirabilibus supra se, sed iuxta se. Vnde Apost. cum ingens ei materia se prædicandi suppeteret, parco, inquit, 2. Cor. 12. 6. ne quis me existimet supra id quod videt in

me, aut audit aliquid ex me. Sed sancti viri myrrham primam distillant; quia dissimulata humiliter excellentia sua communem sibi cum omnibus filiis Adam natura mortalis conditionem deplorant. Siquidem ut scriptum est graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris ipsorum, vsque in diem sepulture in matrem omnium. Eccl. 40. 1. Denique cum Paulus esset aded insignis inter lilia, labia sponsi, ut fiducialiter diceret in se loqui Christum myrrham primam distillans cum gemitu dicebat Rom. 7. 24. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortui huius? huius inquam, cuius myrrham primam, quamdiu hic viuimus miserè experimur. Hæc Guilhelmus exponens illa: labia eius distillantia myrrham primam Cant. 5. 13. vbi per labia sponsi intelligit viros excelsos in verbo gloriæ, ut ipse loquitur. per quos utique redemptrix veritas mundum dignata est pacificè alloqui & piè osculari. Vndè Apost. posuit, inquit, in nobis verbum reconciliatiouis 2. Cor. 5. 19. q. d. per nos, tanquam per labia propria loquitur Dominus pacem in plebem suã, & osculum reconciliatorium porrigit eis.

7. Hactenus de lilijs agri, nunc de lilijs cœli. Cant. 2. 16. vbi dicitur de dilecto, quod pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbra, dilectus pascit inter lilia, & pascitur in lilijs, & pascit ipsa lilia, & vestit etiam lilia. Si namque lilia agri sic vestit, ut nec Salomò in omni gloria sua coopertus sit, sicut vnum ex istis: quanto magis lilia cœli; sancti Angeli lilia cœli sunt, iusti dum hic degunt, lilia agri. vtriq; propter fragrantiam, & nitorem. vtrobiq; Maria fuit, & est lilium liliorum, hic iusta iustorum, & castorū, illic regina, & Domina Angelorū.

*lilia cœli
angeli sunt.*

8. Nunc agamus de cœli lilijs. Planè illa non laborant, ut pascantur, neque nent, ut vestiantur, sed qui condidit ea, cibus est eis vitalis, & vestis nuptialis. Sed tamen & ipse ut pascit lilia, sic pascitur inter illa, lilia cum lilijs: pascit diuinitas eius, pascitur humanitas. se Deo pascit se hominem, & secum pascit Angelos, & Matre plenitudine Diuinitatis suæ pascit humanitatē suam spiritualiter, eò quòd in ipsa humanitate habitet omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter Collossen. 2. 9.

9. Sed Angelos pascit quasi micis cadentibus de mensa sua, tribuens sc. eis participationem sui pro captu eorum. Aliud est pasci ad mensam, aliud est pasci sub mensa. Ad mensam diuinitatis pascitur humanitas verbi, quia sola habet plenitudinē. Sub mensa verò, & quasi de micis pascuntur Angeli, plenitudinem non habentes.

10. Sed quomodo Dominus promittit electis omnibus, quod sint esuri, & bibituri super mēsam eius in regno suo Luc. 22. 30. Respondeo cum eodem Guilhelmo; mensam super quam pascuntur Angeli & sancti esse sub mensa, ad quam pascitur humanitas verbi. Illa est mensa participationis, hæc mensa plenitudinis: ista est incarnati vnigeniti, illa filiorum adoptiuorū.

Igitur ratione cibi eiusdem, & si in diuersis menlis appòsiti, dicitur illic inter lilia pasci, qui hic in mundo spinosus quodammodo inter spinas dignatus fuit versari. Similitudine carnis peccati tantum spinosus erat, non tamen verè aculeata spina, ut cæteri: quia nō erat peccator, ut cæteri. homo similis nobis pascibilis, sed non similis nobis peccator.

A Versatur illic inter Angelos, & electos, lilia cœli, donec aspiret dies, dies illa, de qua veritas discipulis ait Luc. 17. 22. desiderabitis videre vnum diem filij hominis, & Proph. Psalm. 83. 12. melior est dies vna in atrijs tuis, super millia, super millia dierum nostrorum, qui apud nos fluunt, & in quibus, defluimus, & sicut aquæ dilabimur. Dies ille nec vesperam, nec crastinum habet, immò neque secundum se mane habet, sed quo ad nos mane habebit; quia nos eum desideramus, & expectamus dū exoriatur nobis, nobis, in quã, dies ille mane habebit, sed vesperum omninò non habebit. incipiet nobis, sed non finietur: illucescet, sed postea non tenebrescet, & c. & quia hoc die aspirante, seu illucescente, tenebræ mox dissipabantur, ideò subditur, & inclinetur vmbra certè tunc velum ab oculis multorū auferetur, tūc apparebit, qui Deo grati sint, qui iusti, qui felices, qui miseri. Mundi iudicia duntaxat vmbra habet veritatis, sed hanc vmbra Sol iustitiæ Christus Juce sua coget euanescere, quando mundum iudicabit.

De lilijs, quæ ventrem vallare debent iuxta illud Cant. 7. venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs, lege Pinedam to. 1. pa. 103. vel c. 3. v. 7. n. 4. & 5. eundem etiam vide in hunc locum Matt. 6. 26. l. 6. de rebus Salomonis c. 5. & 6.

DIGRESSIO IX. MORALIS

De Prouidentia Dei exemplo Herinacei in v. 26. & 28.

C HERINACEOS seu Echinos prouidentie Dei monumentum esse nemo dubitabit, qui Basilium, & Ambrosium legerit, illum ho. 7. hexem. sic scribentem: *audiui, inquit, quendam eorum, qui maritimus in regionibus versantur, æquorem Herinaceum commemorantem, exiguam illam, paruipendendamq; bestiolam, tranquillumque indicem, doctoremq; sepe numerò, tempestatumq; nauigantibus fieri: qui cum ventorum perturbationem praesenserit, calculum hauri exiguum subit, sub ipso tanquam anchora se ipsum stabilis; detinetur enim illius pondere, ne facile fluctibus trahatur; ac agitur. id vbi nautici conspiciunt, futurum hoc indicio ventorum agitationem, tempestatemq; praesagiunt; nemo homo stellarum scientia pradius, nemo Chaldaeus procellas ex ortu siderum coniectans aeris turberam Herinaceum docuit. Sed marium dominator, atq; ventorum huic etiam animanti paruo, immensa sua sapientia vestigium euident, & apertū impressit. nihil est prorsus, quod sub prouidentiam Dei non cadat: nihil est omnino, quod à Deo neglectum sit: omnia explorat, omnia conspicit oculus ille peruigil, omnibus adest, facultatemq; salutis cuiq; praestat. Si Herinaceum Deus à sua prouidentia nō excludit, ea quæ ad te pertinent non explorat, non conspicit? Hæc eadem Ambrosius l. 5. hexem. c. 9. ornata & proluxa oratione prosequitur, quæ, si qui volet, apud eum legere poterit.*

*Herinaceum
prouidentia
Dei monu-
mentum.*

Intuere, quæso te lector, in tam paruo pisciculo insigne sapientie, prouidentieque Dei monumentum, simulque agnosce nullam esse prorsus rem sublimem, vel exiguã in hoc mundi teatro, quæ sapientie Dei radios, veluti quædam fulgetra nō vibret vel emittat, vt me-

ritò veteres Aegyptiorum sapiētes Argum, per quem mundum ipsum intelligebant, & lucidissimum hoc vniuersi theatrum sic effinxerint, vt oculos non in capite modò, verùm vniuerso etiam in corpore, & in ipsis extremis cruribus, ac manibus gestaret. nam rogo, quid aliud sunt rutilātes oculi in qualibet corporis parte, quàm illustria monumenta diuinæ prouidentiae, & clarissima testimonia in omni re creata quamuis parua, quāuis obscura, veluti impressa, insita, & insculpta?


3.
Et peccatoris
prudētis
typus.

Verū idē perexiguus piscis peccatoris prudētis nō obscurus typus, & exemplar est. præsēntit Echinus procellam futuram, & ne huc illuc facilè à fluctibus trahatur, & agitetur calculum mox arripit validum, cuius pondere detineatur, seque ea arte sistat, ne fluctuet. Iam verò si sapit peccator, haud immemor nouissimæ tēpestatis, impendentisq; mundo calamitatis ac miseriae hominum, qua lucidissima mundi sidera, sol, luna, cæteraq; castra pallescent, & obtenebrato, & veluti atra quadam caligine obtecto aère, horrendum mugiet mare, contremiscet terra, collidentur saxa, lugebunt arua, corruent montes, & præ timore arescent homines, denique magno igne cuncta flagrabunt, si, inquam, sapit peccator horum præcius, calculum arripiat, eoq; ita se muniat, vt non procellis istis furentibus iactatus, & illisus pereat. Calculus iste Christus est, de quo Apосто. 1. ad Cor. 10. *petra autē, inquit, erat Christus.* huc sese conferat per pœnitentiā peccator futurorū, & impendentium haud insciis malorum, dicatq; cum sponsa Cant. 3. *tenui eum, nec dimittam,* atq; hoc tam forti præsidio munitus, nulla timeat mala, nulla imminētia damna reformidet, verum tutus cum Propheta clamet: Psal. 22. *non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

CAPVT VI.

**DOCET NON
ESSE TEMERE IUDICAN-
DVM, VEL DOCENDVM: O-
ratione opus esse, & Operibus non fal-
sis, & mendacibus, sed iuxta San-
ctorum verba ambulandum,
& operandum.**

A. 7. I.

1.  **N**OLITE iudicare, vt non iudicemini.
2. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.
3. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo nō vides?
4. Aut quomodo dicis fratri tuo: sine eijcā festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo.
5. Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.
6. Nolite dare sanctum canibus; neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forē conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.

- A 7. *Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.*
8. *Omnis n. qui petit, accipit: & qui querit inuenit: & pulsanti aperietur.*
9. *Aut quis est ex vobis homo, quē si petierit filius suus panē, nūquid lapidē porriget ei?*
10. *Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?*
11. *Si ergo vos cum sitis mali, nostris bona dare filijs vestris: quantò magis Pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus se.*
12. *Omnia ergo qua vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: hæc est enim Lex, & Prophetæ.*
- B 13. *Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est, qua ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.*
14. *Quàm angusta porta, & arcta via est, qua ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.*
15. *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.*
16. *A fructibus eorum cognoscetis eos: Nunquid colligunt de spinis vvas, aut de tribulis ficus?*
17. *Sic ois arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor, malos fructus facit.*
- C 18. *Nō potest arbor bona malos fructus facere; neq; arbor mala bonos fructus facere.*
19. *Omnis arbor, qua non facit fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*
20. *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*
21. *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit volūtatē Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnū cælorū.*
22. *Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?*
23. *Et tunc confitebor illis: quia nunquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.*
- D 24. *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui adificauit domum suā supra petram.*
25. *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram.*
26. *Et omnis qui audit verba mea hæc, & nō facit ea, similis erit viro stulto, qui adificauit domum suam super arenam.*
27. *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.*

28. Et factum est: cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turba super doctrinam eius.

29. Erat enim docens eos, sicut & potestatem habebat, & non sicut Scriba eorum & Pharisei.

S C H O L I A.

NON oportet anxium esse in inuestiganda sententiarum connexionione in Euangelistis, neque enim sibi proposuerunt eo ordine scribere res quas narrant, quo vel dictæ, vel factæ sunt à Domino: præsertim in his, quæ ad eius doctrinam pertinent, cuius contenti sunt præcipua capita ante oculos ponere.

Cæterum si veimus utcumque rimari connexionem horum cum superioribus, dico visum esse Aug. l. 2. de ser. Do. quod cum prohibuerit superius temporalium rerum sollicitudinem, nunc vult eos Dominus, qui res istas non querunt, admonere, ne male de querentibus iudicent. Possunt namque bene, & male queri: atque ad existimandum eos, qui querunt bono animo querere, ut Paul. Rom. 14. 3. qui manducat, inquit, non manducantem, non spernat, & qui non manducat, & c. Paulo aliter auctor imperf. docuerat, inquit, c. 6. Matt. v. 12. dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos & c. & v. 14. si enim dimiseritis hominibus & c. propterea rectè subdit nunc: Nolite ergo iudicare, & non iudicabimini. Alij rectius, meo iudicio, ista cum his iungunt, quæ dicta sunt sub finem c. 5. Matt. idè; ex Luc. c. 6. confirmant, qui post illa verba: estote ergo misericordes: subiunxit hæc eandem sententiam; pertinent enim hæc ad dilectionem proximo exhibendam; ita Mat. hæc subdit; tanquam conexa cum ijs, quæ dixerat de dilectione proximi, quamuis inter illa, & hæc, quædam interposuerit.

Sed magis consentaneè ijs quæ c. 4. Th. 1. n. 5. diximus; sic conècte dictum est enim ibi à nobis: Dominum quædam impedimenta amouere, quæ obstant ijs, qui cupiunt ad perfectionem iustitiæ peruenire. Cum igitur c. 6. 19. Matth. amouisset sollicitudinem nimiam in accumulandis opibus, & v. 25. superuacaneam diligentiam etiam in procurandis necessarijs rebus sustulisset, nunc c. 7. Matth. tollit aliud impedimentum, quod est temerarium iudicium. de his hæc tenus.

1. Nolite iudicare] Pro faciliiori huius doctrinæ intelligentiæ; obseruandum in primis, non agi hic de publico iudicio, eorum qui præsumunt. Nam alioqui id genus iudicij Paulus exercuit 1. Cor. 5. 3. ego quidem absens corpore, præsens autè spiritu, iam iudicavi, ut præsens eum, qui & c. Exercuit Petrus Act. 5. 3. in Ananiam, eiusque uxorem. Exerceat passim Ecclesiasticæ, mundanæque potestates, quo sublato susque deque omnia ruere, perturbari, confundi, misceri necessè est. Rectè ergo Euthy. Matth. 7. scripsit non loqui Christum hic de publico, sed de priuato iudicio.

Denique obseruandum item est, neque omne priuatum iudiciu hic vetari. Est enim illud laude dignissimū, quod contra seipsum exercet quispiam, ad quod hortatur nos Paul. 1. ad Cor. 11. si nos ipsos iudicemus, non utique iudicemur. Tertio loco adhuc obseruandum, neque hic prohiberi iudicium omne priuatum de alijs. Nam ut rectè Aug. docet l. 2. de ser. Do. in mon. c. 28. licet iudicare de rebus certis, & manifestis: quod patet ex Mat. 7. à fructibus eorum cognoscetis eos. Vbi Aug. quod scriptum est, inquit, à fructibus eorum & c. de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, sicut sunt supra, blasphemia, furta, ebrietas, & si quæ sunt alia, de quibus iudicare permittitur.

Ad hæc rectè Iren. l. 4. c. 49. censuit, hac sententia non prohiberi correctionem proximi, quæ non

A potest esse sine iudicio. & verò neque hic prohibuit Dominus de dubijs iudicare, modò non ultra, quam quo nos ducunt indicia, iudicemus.

Obseruandum præterea est, neque ea vetari iudicia, quæ prudenter fiunt de alijs, ut sibi quis caueat, & ut aliorum emolumento consulat, licet non sint signa, vel argumenta aperta, cum quis non curiosè, vel temerè, vel cum inuidia, & odio, aut sine fructu iudicat de rebus dubijs. Quid igitur inquiet aliquis hic prohibetur?

Respondeo prohiberi hic à Christo Domino iudicium priuatum, de his, quæ in nostra sunt potestate posita, possuntque bene, vel malè fieri, si in malam partem interpreteris. Ita Basil. Reg. bre. resp. 164. & Aug. l. 2. de ser. Do. c. 28. sunt quedam, inquit, facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia & bono & malo fieri possunt, de quibus temerariu est iudiciu iudicare, maxime ut cõdemnemus. Hinc Rom. 14. 3. dicitur: qui non manducat, manducantem non iudicet. Videturque hic iudicare etiã pro condemnare sumi, ut non rarò in Scrip. vt 1. Cor. 11. 29. qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Io. 3. 17. 18. non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum, qui credit in eum non iudicatur, qui autè non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. & c. 16. 11. de iudicio autè, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Cæterum non tantum hoc modo sumitur, sed etiam pro eo quod est culpæ aliena facta dicta iudicando tribuere, cum bene, maleque fieri queant. Itaque iudicare utroque modo accidit, & utrumque hic completitur hæc vox, & à Christo utrumque reprehenditur, quæ duo distinxit Luc. c. 6. 37. nolite iudicare, & c. nolite condemnare. Illud ad culpam pertinet, hoc ad poenam; ut iudex prius iudicat aliquem esse homicidam, deinde poenam commertitam statuit; sic qui temerè iudicat priuato iudicio prius culpam aliquis notat, deinde hunc vt culpæ obnoxium dignum poena censet. Matth. ergo vna voce utramque notionem est complexus; licet Euthy. Matth. 7. pro damnare sumpserit.

B Prohibetur præterea iudicium in manifestis, quando ita iudicamus proximum, quasi eum amplius non debeat poenitere errati, adeo ut inemendabilem eum reputemus: hoc enim temerè iudicatur. Hinc Aug. l. 2. de ser. Do. 28. si manifestu, inquit, edacitatem, ebriositatemque cognoueris, & ita reprehenderis, quasi illa nunquam possit mutari, temerè iudicabis. Huc etiam pertinet, cum iudicamus proximum in eodem animo permanere, & emendatum non esse quod aliquando aperta peccata commiserit; sic Simo ille Phariseus mulierem peccatricem non iudicauit modò, sed & damnauit Luc. 7. 39. quæ Christus absoluit, sic Pharisei Publicanos iudicabant, & damnabant æterna, aut temporali poena dignos, & extra omnem spem salutis ponebant Matth. 9. 11. Christus autem ex illis Apostolos fecit v. 9. eodem cap.

C Demum prohibetur iudicium in manifestis, quando licet constet, mala esse opera, incertum tamen quis ea perpetrarit; quare si persona certa iudicetur auctor mali, temerè iudicabitur, sic Basil. Id ergo quod dubium est, siue in actionibus, siue in verbis, siue in personis iudicandum non est, de quo 1. Cor. 4. 5. nolite ante tempus iudicare, quoad usque & c. & Dominus hic: nolite iudicare.

Quamquam etiam maxime veter hic Christus ne cum ipsi iisdem, aut maioribus fortè peccatis obstricti simus, curiosè, & seuerè de aliorum minoribus iudicemus, ut patet ex v. 3. quid autem vides festucam & c. & Ro. 2. 1. propter quod homo & c. multò verò magis prohibet ne de alijs detrahendo iudicemus. Duplicem enim illi, de quo detrahimus facimus

D in iuriam

3. vide Aug. l. 1. ser. Dom. in monte, c. 8. 29 & tr. 202. de emp. Chryf. 1. de can. n. Basil. 7. 104. com. em. Ion agi hic e publico iudicio.

4. leque de omni priuato

iniuriam, & quod ipsi bonam de illo, vt charitas postulat, opinionem non habemus; & quod quam alij habent, denigramus. Irenæus lib. 4. c. 49. ad Dei dispositiones refert: *non utique*, inquit, (dum dixit Christus nolite iudicare) *iubet, vt peccantes nō corripiamus, nec vt his, quæ malè sunt consentiamus, sed vt Dei dispositiones non iudicemus iniuste; vt constat ex dictis, non ea est Christi mens.*

IO. *Vt non iudicemini*] Gr. ἵνα μὴ κρινῆσθε, vt non iudicemini, sic legendū, vt ex correctis biblijs nunc patet. Nec addenda illa verba, *nolite condemnare, & non condemnabimini*, non enim sunt apud Mat. sed apud Luc. dumtaxat, c. 6. 37. *nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini.* Sunt qui de hominum iudicio intelligāt, q. d. si vultis, ne perperā, ac temerè de vobis mundus iudicet, nolite etiam de aliis temerè iudicare, *in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*, i. prout proximos vestros tractaueritis, ita & ipsi tractabimini. si obloquentes, & iniqui censores eorum fueritis, & ipsi de vobis erunt.

II. At longè melius Aug. l. 2. de ser. Dom. c. 29. Chrysof. hō. 14. & auctor imperf. 17. Beda & alij ad Deū referunt, vt patet ex antithesi quæ hic latet. ac si dicat: nolite de hominibus iudicare, ne à Deo iudicemini. cohæret hæc sententiā, vel similis est illi; *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cōsequuntur*, scil. à Deo. similiter & cum ea; *si aut non dimiseritis hominibus, nec Pater vester, &c.* vbi Dei iudicium non hominū proponitur, sic Mald. Præterea eiusmodi promissio intellectā de hominum iudicio parui momenti est ex Paul. 1. Cor. 4. *mibi aut pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Gregor. item l. 8. ep. 45. ad Palla. docet idem: inquit enim, *inter verba laudantium, & vituperantium ad mentem recurrendum semper est. & si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magna tristitia generari debet: & rursus, si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiā proficere, quid enim si homines laudant, & conscientia accuset? aut qua debet esse tristitia, si homines accusant, & sola conscientia nos liberos demonstrat?* Ita Greg.

12. Cæterum aduerte ita Aug. ad Deum referre hoc iudicium, vt interim existimet; ideò hoc dixisse Dominū, vt insinuaret, eum, qui temerè iudicat, simul etiā iudicadū esse de hoc ipso iudicio temerario: huic autem iudicio non est obnoxius, qui temerè non iudicat. At non videtur id satis esse: hoc enim commune cum omnibus peccatis. qui enim adulterium committit, de hoc iudicandus est, de quo nequaquam iudicabitur is, qui non commisit: cum tamen hic aliquid peculiare videatur Dominus comminari ijs, qui alios temerè iudicant.

13. Quare Chrysof. hom. 24. in Matt. addit, iudicandum hunc quidem esse à Deo, sed acrius, ac seuerius, iuxta modum quo ipse alios iudicauit. Intellige verò iudicandum esse acrius non tantū de hoc peccato, verum etiā de alijs. Et hō. 13. ad pop. Antioch. sic scribit: *nolite iudicare, ne iudicemini. non enim quale fuit peccatum, tale illic in futurum apparebit, sed quandam magnam. & ineuitabilem additionem à iudicio in conseruum facto accipiet. sicut enim humanus & clemens, ac mitis maiorum peccatorum grauitatē succidit; ita acerbus, & crudelis, & implacabilis magnum pondus proprijs peccatis apponet.* sic ille. Quod potest confirmari, quia sicut, qui alios docet, si ipsemet perpetret, quæ docendo dissiadet, grauius in his delinquit, quàm is qui docetur, ita fit in eo, qui alios iudicat, & aliorum se cenfore constituit; vnde grauius, ac seuerius de ijs peccatis saltem, de quibus iudicat, iudicabitur, ad quod Paul. illud adiūgit Rom. 2. 1. dum

A *ait, in quo alium iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas*, nimirum inexcusabilem se redditis, qui alium iudicat, cum contra seipsum sententiam ipsemet ferat; atque aded à Deo suo proprio iudicio iudicabitur.

2. *In quo enim, &c.*] Hoc idem est, ac si diceret: secundum iudicium, quo de alijs iudicaueritis, de vobis iudicabitur. vnde tacitè colligit Hilar. non esse prohibitum omninò iudicare, sed malè iudicare, & si fecerimus, malè quoque. i. seuerè, & citra excusationem de nobis iudicabitur. Neq; hic spectandæ sunt oēs iudicij qualitates, vt quod sit temerariū, quod iniustū; neque. n. si nos temerè iudicauerimus, & iniustè, ideò Deus sic iudicabit. sola igitur curiositas, seueritasque iudicandi spectanda est; qua eadem Deus de nobis iudicabit; intellige eadem proportione: neque enim eodem modo Deus præmiat, vel punit vt nos, sed longè magis. significatur ergò hic quod, quò nos erga alios seueriores fuerimus, hoc etiam erga nos seuerior ille erit.

Et in qua] sensus est: talem se exhibiturū Deum in retribuendo malum, aut bonum, qualem homo homini se exhibuerit, & secundum proportionem prædictam intellige, & similitudinem.

Et hinc soluitur obiectio, quæ ex Luc. c. 6. 38. insurgit: *mensuram bonæ & consertam, &c.* quomodo igitur eadem remetendū nobis? an nō maiore potius. Respond. si proportionē spectes eadem: si rem datā, maiore: id quod Rō. 8. 18. explicat Apost. cum ait: *non enim sunt condigna, &c.* & 2. Cor. 4. 17. *quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.*

Olim gentiles hanc nobis sententiam obiiciebant: quasi oppositam alteri sententiæ Christi, qua non credentibus supplicia æterna cōminatur pro culpa tēporali; quærebant ergò, quomodo eadem mensura futura esset, cum altera æterna, altera tēporalis? In promptu est responsio: si spectes durationē æternam esse: verum quantum ad intentionem finitā esse, vnaq; est acrior, aut mitior altera; & hac ratione mensurari potest, & pro demeritorū quāritate maior, aut minor infigi. idem de præmio, seu gloria dicendum est, licet enim omnis sit æterna, non tamen in gradu æqualis & infinita. lege Augustin. epist. 48. & 49. ad Deo gratias quæst. 4. & lib. 21. Ciuit. c. 11. Fortè breuius dicemus Christum in his prouerbiales quosdam modos loquendi v. surpasse qui tunc circumferebantur: quare non oportet hæc nimium emungere.

3. *Quid autem vides*] ex postulatio quædam est, q. d. quare tu leuia vitia proximi perspicias, cum tua grauisima non animaduertas; similis ei, qui trabem in oculo habet, nec eam considerans totus fertur ad festucam in oculo fratris positam cernendam: quod certè nō vacat reprehensione. Primum abste expelle odium, & cætera vitia; deindè poteris iam eum quem diligis emendare. August. 2. de serm. Dom. in mon. cap. 30. Idem August. ser. 202. de temp. sic ait: *quid festuca, quid trabs significet videamus. subita iracundia festuca est; ira verò qua in longum tēpus protrahitur, dum per odium falsis suspicionib⁹ nutritur, trabs efficitur (i. odiū) ergo iracundia inueterata queritur ad trabem. & qua fronte ille, qui odium seruat in corde, illum iudicare præsumit, in cuius oculo non trabem, sed festucam esse cognoscit: nam cordis oculum festuca turbat, Psal. 6. turbatus est præ ira oculus meus; trabs excecat, 1. Ioan. 1. qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo vadat, quoniam tenebra obcæcauerunt oculos eos. secundū hæc ergo per subitanam iram cordis oculus turbatur, per odium lumen Charitatis extinguitur.* Vide eundē ser. 16. de verb. Dom. & hō. 5.

14.

15.

16.
Gentilium
obiectio.

17.

Quid] idem significat quod *quare*, vel *quorsum*. potest ergo bifariam sumi, primū, vt sit reprehensio quædam, quasi digni sint maxima reprehensione, qui huiusmodi vitio laborant quomodo sumūt Hilar. can. 7. Hier. Matt. 7. Aug. ser. 17. de verb. Domini Chryl. hom. 24. in Matt. Greg. p. 3. pastor. c. 10. vt hætenus exposuimus. potest sumi secundò, vt non solam reprehensionem contineat, quasi malè agant, qui hoc faciunt, quia nimirum sua maiora negligentes, censores sunt minorum culparum in alijs: verum etiam, vt significet, sine fructu vilo id facere eos, & ob id redarguat ipsos, & tunc, *quid* idem est, ac, *quorsum*.

18. Pharisei
corripimus
ur.

Porrò refertur ea sententia ad Scribas & Phariseos, qui cum grauiora committerent, seueri tamè erant Aristarchi, & obseruatores aliorum: Verum nullam hac censura populo vtilitatem afferebant. Nam quod fortè verbo ædificabant, vitæ exemplo destruebant; atque aded nullius erant fidei, & auctoritatis apud eos, quos à peccatis liberare debebant. Rectè enim Hilar. can. 7. scribit ex natura rerum esse, non prius aliquem purgādē de oculo fratris festucę idoneū effici posse doctōrē, quā de mētis suę lumine crimen grauantis perfidię eiecerit.

19. Festuca quid
sit.

Aduerte festucam vt Aug. notat ser. 16. de verb. Dom. esse initium arboris, seu trabis. i. arboris nouellę, & cuiuscūq; sati pullulus, vt ait Calep. trabs enim quādo nascitur prius festuca est; si tamen vocem græcam spectemus, quæ hic ponitur, nempè κάρφος potius significat breuissimā seu minimam aliquam ligni particulā. Hinc dicitur græcis κάρφος collectio eiusmodi particularum, quā Gale. recēset inter signa phrenesis. atq; hoc modo κάρφος pulchrè opponitur trabi; at festuca iuxta eam notionem, quam docuit August. magis coniungi debuisset cum arbore.

20. Hypocrite
dupliciter
peccant.

Interim significat in his Dominus hypocritas, de quibus loquitur dupliciter peccare. Primū, quod aliorū vitia ad quę, quod parua sint, conuiuendum esset, curiosius obseruent, & seuerius notent; de dè quod sua vitia maiora negligāt. Quod dum fit, duplex iam cōmittitur malū. nam qui peccantem in paruis admonet, cum ad grauiora sua vitia conuiuere; & sibi ex aliena correctione falsam sanctimonix opinionē parare studet, vnde v. 5. meritò hunc hypocritam vocat; deinde veritatem ipsam reddit odiosam ei, qui admonetur, & inutilē. idè subdit: *aut quomodo dicis fratri tuo, sine, & cæc.* Et pōst: *hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo, & tūc videbis, & c.* Ponitur autè v. 3. bis, *Vides*] & primo loco Gr. vt & apud Luc. c. 6. 41. est βλάπας, i. intueris, q. d. lyncæis oculis inspicis. secundo loco Latine quidè apud Luc. eodè v. 41. est, *non consideras*, & apud Matt. *vides* (vt hic v. 3. habes) at Græc. est verbum κενόω, id est, *animaduerto*, quod minus est, quam intueri, q. d. non modò non intueris, sed nec animaduertis κενόω.

21. Peccata tra-
bes.

Illud ad mores facit, quod peccata *trabes* dicuntur, caue ergò illa, ne æterno, & inextinguibili igni fomenta in te suggeras; si sunt festucæ in oculo ne tolera, vt enim paruam festucam in oculo ferre non potes, ita minimam in conscientia maculam ne sperne, sed aufer.

22.

4. *Aut quomodo*] Docuit non esse temerè iudicandū, nunc docet modū vtiliter corrigendū proximū, atq; aded iudicandi, neque. n. correctio fit sine aliquo iudicio præcedēte; videtur autè notare Scribas & Phariseos, nō modo temerè alios iudicantes, sed sine fructu alios corrigentes, & impudenter notantes. Luc. habet: *aut quomodo potes dicere*. Ostendit ergò sine fructu esse correctionē illam, & sensus est: tantum abest, vt eiiciatis vestra correctione festucam de oculo fratris, vt nec possitis dicere sine eijciam festucam; qui enim trabem

A suam nō considerat, difficillimè curabit ex animo verè, & syncerè, & vt debet alterius festucam eicere, non quod absolutè non posset fieri, sed quod ardui, atque difficillimi sit negotij, vt fiat, nempè rectè, vtiliter, & bona cum intentione. similis dicendi forma habetur Matt. 12. 34. *quomodo potest loqui bona, cum sitis mali?* non quod absolutè non possit id fieri, sed quod difficillimum sit.

5. *Hypocrita*] Admonet, vt qui aliorum vitia notare ac corrigere volet, prius saltem aperta sua vitia curet, & tunc, inquit, perspicies, seu videbis quando scil. cum fructu id poteris efficere & syncera intentione. est autè græcismus *videbis eijcere*, pro *dispicies vt eijcias*. Vocat hypocritas huiusmodi homines, nempè Scribas, & Phariseos, eisque similes, quia iustos se simulabant, alios reprehendendo, ac notando, cum reuera iusti non essent.

Cæterum obserua, non propterea vacare culpa Prælatum, si alios non corrigat, cum ipse peiora, aut similia cōmittit. quia debet seipsum prius purgare, & corrigere, vt idoneus sit, qui subditos corrigat & emendet. De Hypocritis lege Basil. Isai. 1. in illa verba: *erunt vt terebinthus* & c. vbi hypocritā quercui comparat. Nazian. Orat. de funere Patris, vbi cum meretricibus confert, quæ deformes quidem sunt, sed fucus se colorant. Matth. item 23. sepulchris dealbatis ad simulantur. Vide itè Grego. l. 8. mor. 24. l. 5. c. 16. Aug. epist. 64. vbi hypocritam ex superbia esse dicit. Porrò *Hypocrita* dicitur à verbo Gr. ὑποκρίνω, i. simulo, & aduerte eum propriè hypocritam esse, qui cū malus sit, alium corrigit, aut opus bonū facit, vt iustū videatur, & appareat, quales erāt Scribæ, & Pharisei, qui vt dicitur Mat. 23. *omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus*, qui etiā alios acriter de minimis reprehendebant, vt se iustos reprehēdit, nisi eo opere ostēdere velit se iustum cum nō sit, non est hypocrita. Itemq; is, qui ob humanam laudem bonū opus facit, ambitiosus est, non hypocrita, nisi id faciat, vt iustus appareat, & occultet, quod verè est. sic Aug. ser. 59. de temp. *quicumq;*, inquit, *vult se videri quod nō est, hypocrita est*. Et postea: *ex quibus omnibus intelligitur hypocritas esse, qui faciunt quodlibet, vt ab omnibus glorificentur. Mihi videtur & ille hypocrita esse, qui dicit fratri suo, dimitte, vt tollam festucā de oculo tuo, propter gloriam hoc faciens, vt ipse esse iustus videatur: vnde ei à Domino dicitur, hypocrita, eijce prius trabē de oculo tuo; non itaq; viri, sed causa virtutis mercedē apud Deū habet*. Idè habet lib. 2. de ser. Dom. c. 30. An verò qui in peccato est, possit ac debeat peccantem corrigere, vide in Theor. 1.

23.

Hypocrita
vnde dicitur.

C 6. *Nolite dare*] quæ horū cum superioribus connexiono quidam cū Aug. l. 1. de ser. Dom. sic nectunt, quia Dominus Matt. 6. 23. simplicitatem docuerat illis: *si oculus tuus fuerit simplex, & c.* nunc prudentiam docet, *nolite sanctum, & c.* sicut alibi Matt. 10. 16. *estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba.* Alij inter quos est Iansen. quoniam, inquit, de aliorum correctione meminerat, monet nunc, ne vbi nulla proficiendi spes affulget, correctionem adhibeant, sic etiam Strabus. Cæterum arbitrò potius, hæc ad ea pertinere, quibus superius Doctores instruebat. Neque enim, vt superius dixi solliciti sunt Euangelistæ ea. quæ Christus docuit suo prorsus ordine referre, sed pro vt in mentem veniebant. Verum in his non moror.

D *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos*] Quid per *sanctum* & *margaritas* intelligat, quæritur hic? D. Hieron. scribit; esse qui per porcos, infideles, per canes Christianos, qui post receptā fidem ad vomitū reuertissent, intelligant. Contra Chryso. & Euthy. canes, infideles, porcos carnales; Christianos intelligunt. nam & Christus infideles

24.
Vide Aug de
aduersariis
cōm. l. 2. c. 27
& ser. 74
de temp Jon
41 de dia.
& lib. 2 de
ser. Dom. c.
31. Chryso.
de compa-
cor B. fl.
250. cōpō.
& Greg. l.
Reg 5 sub.
firm. in
verba: ut
inter
nos
capula
tra.
P. 1. 1.
quæ
ser. 74
et m.

cans

canes vocat cum dicit, non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus, Matt. 23. 26. Mihi August. placet opinio, idem per sanctum, & margaritas, & per canes, & porcos significari, sicut apud D. Pet. ep. 2. c. 22. idem duplici metaphorico prouerbio altero canis, altero porci significatur: *tanquam canis reuersus ad vomitum suum, & tanquam sus lota in volutabro luti*. Aut si quid est differentiae, per sanctum, omnemysterium; per margaritas quae inter mysteria maxima & quasi pretiosissima sunt intelligi oportere. Per canes autem, & porcos duo hominum, siue fidelium genera notari, quibus tradenda mysteria non sunt, eos qui tantum contemnunt, ut canes nihil inter sanctum, & prophanum discernentes: & eos, qui non solum contempunt, sed insuper irritantur, & magis nocent, ut porci. Vel potius eosdem vocat canes & porcos, primum generatim ob immunditiam omnes illos, qui immedicabili tenentur impietate: speciatim vero canes, quod veritati oblatret. porcos, quod diuinis rebus foedissimas carnis & mundi voluptates praeponeant. solet enim porcus lutum margaritis praeferre. Hanc etiam pluribus explicationem doctè confirmat Maldo.

26. His certè quoque, qui vel ad sacra Dei mysteria accedunt immundi ut sues, vel rabidi ut canes, vel etiam aliis administrant Ecclesiastica sacerdotia & dignitates, vel etiam ipsa sacramenta quibuscumque passim indignè rectè conuenit illud quod Heli dictum est à Deo 1. Reg. 2. 29. *quare calce abiecti sibi victimam meam, & munera mea quae praecepi, ut offerentur in templo?* hoc nimirum est margaritas ante porcos proiicere, & sancta canibus dare; sancta, id est, diuina, dicuntur fidei mysteria, & sacramenta; margaritae etiam sunt ob pretiosa dogmata veritatis, quia sicut margaritae inclusae conchis, positae sunt ac latent in maris abdito ac profundo; sic diuina fidei nostrae mysteria, in verbis, adde vel signis & allegoriis quibusdam posita sunt, in altitudine sensus sacrarum Scripturarum, ut auctor imper. ait: & ut Aug. 1. 2. de ser. d. 31. dicit: ut margaritae, quaecumque spiritalia magni aestimanda sunt, & quia in abdito latent, tanquam de profundo eruuntur, & allegoriarum integumentis quasi apertis conchis inueniuntur, lege Gregor. in com. in 1. Reg. 5. sub finem, & 3. p. Psal. c. 5.

27. Ne forte, &c.] quidam duas has partes sic accipiunt: ut prior, scilicet, *conculcent* ad porcos pertineat; posterior scilicet, *dirumpant* ad canes, unde quidam Codices latini habent, *& canes conuersi dirumpant vos*, cum tamen vox, *canes*, non sit aut in Graecis, aut in Latinis codicibus emendatioribus. & quidam vertit: *nequando hi conculcent eas pedibus suis, & illi versu in vos lacerent vos*, addentes de suo pronomina *hi*, & *illi*; Quare potest etiam totum hoc & ad porcos, & ad canes simul referri. nam & conculcatio & laceratio etiam porcis, non modo canibus competit; scruunt enim apri, & vniuersim porci in eum, qui cibum porrigit impetum solent facere, & nisi iaciat, dirumpere.

28. *Vide in hunc locum Chrysostomus hom. 22. in epist. ad Heb. & h. 1. p. 9.*

7. *Petite* ad iumenta nunc etiam ostendit ad acquirendam perfectionem, & primum orationem assiduam. August. tria haec, petere, querere, pulsare opinatus est non idem significare 1. 2. de ser. Dom. verum 1. 1. retr. cap. 19. hanc opinionationem exiit: & merito quia hac verborum accumulatione exaggeratio insinuat, qua nos velit Deus infantes esse in oratione, sicut Paul. ait 1. Thess. 5. *sine intermissione orate*. Est igitur *petere* hebraica: commendat enim tribus istis vocibus fidentem, instantem, & ardentem precationem. Nam *petere* fiduciam, *querere* diligentiam, *pulsare ardorem*, & perseverantiam significat. Nam quis est qui petat, qui non cupiat id quod petit, & impetraturum se confidat; qui querit ceteris omisiss in id tantum quod inquiri-

A diligenter incumbit, vel intendit. At qui crebro pulsu ostium ferit, ardens desiderium ostendit. August. 1. 12. conf. c. 1. ait: *Petite & accipietis &c. promissae sunt, & qui falli timeat, cum promittit veritas*. Vide item 1. 2. de ser. Dom. in mon. c. 33.

Ut ergo habet Chryl. per haec quae adiecit: *querite & pulsate*, non obiter postulandum esse docuit, sed sedulitate multa, & magna patientia, frequentique pulsu, & certè sic omnibus persuasum est, nihil ferè dari, nisi petentibus, nihil inueniri, nisi à querentibus, nec aperiri ostium, nisi pulsantibus. sic enim vulgò dici solet. Quam consuetudinem respiciens Dominus dixit: cum maxima sint quae à Deo expectanda sunt bona; par est ut illa ab eo petitis summo desiderio, sedulo queratis, pulsatis ardentibus; & pertinaciter. Irenae. 1. 2. c. 18. 26. 33. ostendit, quod haeretici hoc loco abuterentur.

B 8. *Omnium enim*] generales huiusmodi sententiae, ac affirmantes promissiones non sunt simpliciter, & sine exceptione intelligendae. Itaque qui ita petit, ut debet, accipit; quae autem requirantur, ut omnino impetremus alibi, Christo auspice, trademus, interim lege D. Tho. 2. 2. qu. 83. a. 15. ad 2. Abul. Mat. 7. q. 15. D. Basil. constit. monast. c. 2. August. in 1. Ioã. c. 3. in illa: *si cor nostrum, &c.* & tract. 73. in Ioan. in Psal. 59. Euthy. Matt. 7. ubi ait, qui petit, nec accipit, aut indignè petit, aut non perseverat, aut tepidè petit.

9. *Aut quis est ex vobis*] fiduciam nobis insinuat, & animat ad petendum, quod, quae orauerimus, exoraturi simus, idque ex similitudine parentis terreni, qui cum non nisi bona filiis suis terrenis dare nouerit, multò magis Pater caelestis petentibus se filiis dabit, non fortasse ad eorum semper voluntatem, quod aliquando non dare, sed perdere esset, verum ad eorum utilitatem.

C Panem lapidi ob similitudinem coloris, & formae opponit; unde Diabolus dixit: *dic ut lapides isti panes fiant*; pisci vero serpente eadem ratione. Porro iis ostendit non solum Deum petentibus opem esse laturum, sed bona etiã daturum, panem, non lapidem, piscem, non serpentem. sic Chryso. hom. 24. Auctor imperf. 18.

11. *Cum sitis mali*] mali sumus, vel Dei comparatione, non natura iuxta Chryso. in hom. vel naturali procliuitate, ut Hiero. interpretatur; vel etiam moribus, & voluntate.

Nostis] Consuetistis, ut sol cognouit occasum suum, Psal. 103. 19.

Quanto magis Pater] Patrem patri, caelestè terreno, Deum homini, bonitatem nequitiae comparat, vsus argumento à minori ad maius.

12. *Omnia ergo*] vel haec pars dictorum epilogum continet. Dixerat, inimicos ut diligeremus, esse misericordes erga alios, non iudicaremus temerè, libenter petentibus daremus; nunc hortatur, omnia illa faciamus, sicut nobis fieri vellemus, vel certè docet hic modum quae petimus impetrandi: si alijs fecerimus id quod nobis ab illis fieri volumus, sic Aug. 1. 2. de ser. Dom. quod mihi maximè probatur.

Hac est enim lex] q. d. hoc principio summa omnium, quae in Lege, & Prophetis sunt, continentur. Porro legem quinque libros Moysis, Prophetas reliquos omnes appellauit Hebraeorum more, hoc est totum vetus Testamentum. Obseruandum est de ea hic agi dilectione proximi, qua proximum nec propter nos, nec propter illum, sed propter Deum diligimus, quod qui facit, Deum magis diligit. Confirmantur haec Rom. 13. 8. 10. ad Gal. 5. 14. & c. 6. 2. quibus locis ostenditur vnicò praecepto de proximo diligendo totam legem contineri.

13. *Intrate per angustam portam*] docet secundum administrandum ad perfectionem sci. conatum, & contentio-

29.

30. *Vide in euan. 2. q. 9. euan. gel. 22.*

31. *Vide in hunc locum Aug. ser. 5. de ver. Dom. & Regam 1. 11. 6. 34.*

Vide Aug. 1. 14. cin. c. 8. & Hiero. ad Celantiam. Chryso. hom. in Psal. 5. & hom. 13. ad pap. Antioch. Greg. lib. 6. moral. c. 16. & lib. 10. c. 4. & 1. 19. c. 13. & hom. 38. in euan. gel. 22.

32.

nem

nem proficiendi, & superadi omnes difficultates. Chryfō. opinatur idē per angustam portam, & arctam viam intelligi. Alij malunt per viā praecepta, per portam praeceptorū finem .i. ingressum in regnum cęlorū intelligere. Cū enim portam teneamus, finem vię tenemus. Gagnz. melius, per angustam, inquit, portam, & arctam viā difficile ab initio virtutis iter intelligit, qua rarissimē vulg^o incedit. lata aut porta, & spatiosa via, voluptatis via est, quo se penē oēs cōiciunt. Vult ergo Christus nō vulgi, ac plurimorū lata via voluptatis, quę ad interitū ducit suos incedere, sed paucorū & ex virtute degentiū, angustam virtutis portam intrare, & arcta via incedere; vide Hieron. ad Colan. Basil. q. 40. & 41. compen. reliqua in Theor. 3.

15. *Attendite a falsis*] Tertium nunc statuit adiuumentum perfectionis, electionē scil. bonorum magistrorum. Per falsos Prophetas nō oēs hypocritas, sed falsos tantum doctores, nempe hæreticos intelligit; Prophetarū .n. nomen apud Iudæos nō tantum ad eos, qui futura prædicebant, sed etiā qui legē Dei, & virtutis viā docebant, significabat. de hæreticis explicant hunc locum Theophyl. D. Thom. Lyran. Abul. Iansen. Theodora. l. 3. Hæreti. fab. in prol. author imper. Tertul. l. de præscr. c. 4. & alij. Confirmatur expositio hæc, q̄ isti doctores Pseudoprophetae, seu falsi Prophetę dicuntur, quod verba falsam doctrinā docentes, videntur significare. Falsi enim Prophetę sunt, qui vera prædicendo, falsa suadent, nec à Deo missi sunt, de quibus inferiūs v. 22. *multi dicent in illa die Domine, Domine in nomine tuo prophetauimus. Attendite*] .i. caute. *Veniunt*] non mittuntur, hoc proprium hæreticorū est, missione à legitimis prælatis Ecclesię, non expectare, ipsi se ingerunt, superbia, ambitione, cacodemone stimulatē, hinc Hiero. 23. *non mittebam Prophetas*, inquit Dominus, & ipsi surrebāt, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

In vestimentis] in, pro cum, ouium simulantes probitate verbis, & operibus extrinsecus factis. His enim fingunt veras se esse oues. vel per vestimenta ouiu, intellige eos, qui veniunt habitu pastorū, vt populum docēdo decipiant. solent enim pastores ouinis vestiri pellibus; rectē aut doctores pastorum voce significantur: quod rectē quadrat in hunc locum, vbi de falsis Prophetis sermo est.

Chryfost. *Catholici*, inquit, *doctores etsi peccatores non lupi rapaces; non enim propositū habent perdere Christianos*; vnde colligitur maximē hic de hæreticis doctoribus agi. Paul. Acto. 10. 28. monet, vt caueamus ab his lupis; *attēdite*, ait, *vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.*

16. *A fructibus eorum*] Quid per fructus intelligat ex v. 18. colligetur. *Nunquid colligunt*, &c.] significat verō à fructibus discerni posse falsos doctores; eosq; non esse tales, vt fructus boni, ab ipsis colligantur; sicut homines nō colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus Norunt. n. tales fructus non facere; rectē aut spinis, & rubis comparat, quia falsorum doctorum, & hæreticorum cōuersatio nocet ob pessimum exemplum eorum, sicut spinę, & rubi conrectantes pungunt, ac dilacerant. & ideo Matth. 23. monemur, *secundum opera nefaciāt.*

His accedit, quod rubus & spina à maledicto obnoxia propter peccatū terra initiū habuere Gen. 3. *maledicta terra in opere tuo. spinas & tribulos germinabit tibi*, nimirum non vt antea paucas, & paucis locis, sed copiosē, passimq; sentes, & plantas

Anoxiales progerminabit. nam spinę, & male plantę etiā antē peccatum fuerunt, sed post multiplicatę. Rectē igitur per hæc homines peccatis dediti significatur: sicut per ficū, & uuam egregia opera suauissimum intra se saporem continentia.

Nunquid colligunt] Aug. l. 2. de ser. Dom. c. 37. refert vocem illā, *colligunt*, non ad ipsos malos homines, sed ad eos, qui illos audiūt, & cū eis versantur. Quod si quando fructū afferunt, quia scil. sua prædicatione profunt interdū, non illis tribuendum est, sed diuinę prouidentię, quę sic decreuit, vt à vite scil. per spinas uua colligeretur, sicut qui mitteret manus per spinas, & à vite colligeret uuas; vitis verō nomine iuxta hanc August. comparisonem, veritas aliqui Dei est, quę ab illis profertur; Breuiter, siquid fructus à falsis Prophetis colligitur, illud non illis tribuendum est, sicut nec spinę de se proferunt uuas; Quamquam etiam ex malis illorum fructibus pij quidam homines noverunt sibi bonos colligere fructus.

17. *Sic*] Interl. scil. vt de spinis non colligatur uuz.

18: *Non potest arbor*] Hęc sententiā repetitur Matt. 12. 33. & Luc. 6. 43. sed non est omninō idē testimoniū in illis & hoc loco Matt. 7. sed diuersum, & alia prolātū occasione. nam apud Luc. positur doctrina generalis ad cognoscēdos omnes hypocritas. Apud Matt. 12. statuitur cōtra illos, qui peccantes contra Spiritum S. Christi miracula demoni adscribebant. Hic verō Matt. 7. datur vt signum ad cognoscēdos falsos dumtaxat Prophetas. Rursus apud Luc. spinę opponūtur ficub^o, & rubi uuis. Apud Matt. contra spinę uuis, & tribulę ficubus. Iterum ea quę scribit Luc. c. 6. in hac sententiā referendā, scribit Matt. ferē c. 12. necesse est igitur, vt quę scribuntur Matt. 7. diuersa sint ab his, quę scribuntur Luc. 6. vel etiā Matt. 11. Quare rectē Euthy. colligit distinctos esse sermones Matt. & Luc. diuersis locis, temporibusq; habitos; alijs item, & alijs audientibus, quamuis multa sint eadē in utroque sermone. Quod vel hinc maximē cōfirmatur, nam hanc sententiā, quam præ manibus habemus connectit Lucas præcedenti, in quā contra hypocritas dictū est, vt eiecta primā trabe, &c. festucam de oculo proximi educat; quod manifestum est ex particula causali enim; Apud Mat. verō longē diuersę sententię, & proposito connectitur, nempe vt falsos Prophetas ex fructibus discernamus De cap. verō 12. Matt. alibi.

His positis Matt. 7. per arbores bonas, vel malas, non intelliguntur hic parabolicē voluntate hominū bonę, vel malę, vt fortē c. 6. Lucę, & c. 12. Matt. seu ipsi homines mali, vel boni; sed parabolicē .i. sub parabola, vel similitudine arborū accipitur hic doctrina vera, vel falsa vel ipsi potius homines, quatenus videl. docent sanā, aut corruptam, aut perniciosam doctrinā. Vult. n. nos Dominus hic instruere, vt caueamus à falsis Prophetis, qui veniunt ad nos in vestimētis ouiu, intrinsecus aut sunt lupi rapaces. Docet aut ex fructibus posse dignosci, lupine sint, an pastores. i. hæretici ministri, an Catholici Episcopi. Constat aut ex operib^o ipforū hominū, qui nos docent, non posse cognosci omninō doctrinam, cū opera interna non videantur, externa autē sint communia vtrisque; & propterea autentur vestimētis ouium quibus lupi quoque se contegunt, quare Dominus, quia sciebat non posse discerni doctrinam ex opere, cū sæpē mali bona, ac vera doceant; dixit id quod habet Matt. 23. 93. *quę dicunt facite, secundum autem opera illorū nolite facere.* Propterea ergo nō dixit etiā hic ex operibus Pseudoprophetae nascēdos esse, sed maluit dicere ex fructibus cognosci debere: quamuis vt mox declarabo, etiam

Dixit etiam hic ex operibus Pseudoprophetae nascēdos esse, sed maluit dicere ex fructibus cognosci debere: quamuis vt mox declarabo, etiam

33. *Lege Chryf. hom. 11. ex var. in Mat. Tertul. de præscript. pa 5 Vincen. tii Lyrinen. Prophe. apud Iudæos qui.*

Proprium hæreticorū.

34.

35. *Copus dial. 6. c. 24. 25.*

Fructus hæreticorum.

36.

37.

38.

Per arborē bonas & malas quid intelligendum.

operibus eorum intelligi queat, non loqui eos tãquam spiritu Dei plenos, vt se fingunt esse. sed antequam hæc declarem, moneo prius dixisse me hoc nu. 38. paulò superiùs intelligi per arbores bonas vel malas, doctrinam veram, vel falsam, & addidisse, vel ipsos homines potius, quatenus sanã, aut corruptam doctrinam docent. Nam veluti de hominibus loqui videtur Christus potius, quã de doctrina ipsa. dicit enim ex fructibus eos scil. homines cognosci, & postea dicit arborem malã excidi, & in ignem mitti, quod hominibus ipsis conuenit. Quanquam si doctrinam dixeris, eodẽ cadit res, dummodò doctrinam nõ sumas per se, (sic. n. aliquo modo fructus est, vt dicam, vndẽ doctor falsus deprehendatur) sed cum doctore in quo in hæret, seu pro vt est in docente. Vult igitur Dominus hic Matt. 7. vt ex fructibus Pseudoprophetarum de ipsorum doctrina, atq; aded de ipsis doctoribus cognoscamus, vera ne sit, an falsa, lupine sint, an oues: & ided videndum est, quinam sint isti fructus.

39.
Fructus malorum doctorum seu hæreticorum.

Omni nõ fructus horum doctorum triplices esse posse videtur; ipsamet doctrina, secundũ se spectata, seu vt ad auditores peruenit, & in illis est; deinde sũt & alij fructus cõnexi cum doctrina, tanquã eius partus venenati, ac viperei. Postremò ipsa mala opera, quã virtutibus opponuntur; Hæreticus namq; ex ipsamet doctrina cognoscitur, dum habitu quidẽ externo sanctimoniam præferens occultas hæreses disseminat, vel in vulgus etiã iactat subdolè, ac latèter; sub Christi nomine videl. Hoc verò signũ erit hominis hæretici, cum ea doctrina animaduertetur ei repugnare, quã in Sacris Scripturis repperitur, & ab OEcumenicis Concilijs, ac Sanctis PP. traditur. Nolite, inquit Ioã. hoc iudicium assignans epist. 1. c. 4. 1. 2. 3. *omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. Quoniam multi Pseudoprophetae exierunt in mundũ, in hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est, & omnis spiritus, qui soluit Iesum ex Deo nõ est, & hic est Antichristus.* Idem signũ assignat & Paul. ad Gal. 1. 8. *sed licet nos, aut Angelus de calo euangelizet vobis praterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus, & nunc iterũ dico: si quis vobis euangelizauerit prater id, quod accepistis, anathema sit.* Hinc Theodoret. l. 3. hære. fab. in prolo. impia, inquit, *dogmata per se sufficiant ad suũ patrem ostẽdendum; ex fructu enim, ait Dominus, arbor agnoscitur.* Vincentius item Lyrinen. sic scribit: *ait Saluator, ex fructibus eorũ cognoscetis eos. i. cum cõperint diuinas voces exponere, & interpretari, tũc rabies intelligitur, tunc virus exhalabitur, tunc scindi sapem videas, Catholicam fidem cadẽ, Ecclesiasticum dogma lacerari, &c.* rectè hæc, quia proprius Prophetæ fructus, doctrina est.

40.

Fructus verò, qui sunt doctrinæ partus, hi sunt, quos numerat Bern. ep. 240. ad Hildefonsum Comitẽ: *basilica sine plebibus, plebes sine Sacerdotibus, Sacerdotes sine debita reuerentia sunt, & sine Christo deinde Christiani, Ecclesia Synagoga reputatur, sanctuarium Dei Sanctũ esse negatur, Sacramenta non Sacra censentur, dies festi, festiuis frustrantur solemnij: moriuntur homines in peccatis suis, rapiuntur anima passim ad tribunal terrificum; heu, nec penitentia reconciliata, nec sacra cõmunionem munit; paruulis Christianorũ Christi intercluditur vita, dum baptismi negatur gratia, &c.* quã, & multo plura partus sunt pestiferẽ horũ Pseudoprophetarum doctrinæ, repugnantes ac omni nõ contrarij fructibus, quos vera Catholicaq; doctrina parit: doctrina. n. Catholica ex se obedientiam, pacem, concordiam animorũ, reuerentiam erga Patres, ac maiores gignit: cum hæretica doctrina quasi natu-

raliter diffensiones pariat, sectas disseminet, gignat contumaciam licentiã viam aperiat, contemptum maiorum, & sexcenta id genus alia mala in respublicas inuehat.

Denique & tertij generis eorundem malorum Doctorũ fructus, sunt mala opera virtutibus contraria; Nam si penitus introspexeris, cum hæretici toti videri velint spirituales, & cęlestes, neminem eorũ inuenies, qui à recta fide & Ecclesia, ad suum ipsorum, vt vocant, Euangelium trãsfugerit, quem non aut ambitio, gloriãq; cupiditas pertraxerit, aut auaritia impulserit, aut libido incenderit. Profectò inquit Gagnæ. (vt ex capite ceteros discas) *qua Lutheri legislatoris noui Sanctimonia fuerit nescio, nisi quod sanctimoniam Virginẽ a se seductam constuprarit, ac in vxorem duxerit; quo non magis horrendum facturus est Antichristus cum venerit: ceteriq; euangelij sui promulgatoribus, vt idem faceret auctor fuit; nam qua fuerit modestia, virulenti eius libri docent, blasphemij ac stercorebus referti, vita spurcissime ducta predicat, mors denique infamie abundè testatur.*

Igitur hi sunt fructus triplices, quos hic intelligit Dominus; quod si dicas contra istos tertios fructus, multos esse doctores Catholicos nõ Pseudopphetas, in quibus tamẽ cernere sit istos tertij generis. eosdẽ fructus virtutibus cõtrarios, nõ igitur ex his cognosci poterunt Pseudopphetæ? Ad hoc Res. oēs Doctores quorũ fructus sunt mali, ex hoc ipso deprehenduntur, esse mali; sed falsi Doctores tũc esse deprehenduntur, inquit Ians. cum hi, quõuã doctrinam aliquã afferunt, iactant eã proficisci à spiritu, aut se Sanctos fingũt, & afflatos Spiritu S. eam doctrinã proferre: cum tamen doctrina eorũ & vita plenè cognita, inueniatur veritati, & virtuti esse cõtraria, ac proindẽ nõ profecta à Spiritu sancto, nec à Sanctis viris spiritu Dei plenis. Itaque ex falsitate quẽ inuenitur in eorum doctrina cum Scripturis pugnante, & Ecclesia; deprehenduntur falsi doctores, & rursus ex mala vita cognoscuntur non esse afflati Spiritu S. nec solidam, aut veram habere sanctitatem, quemadmodũ glorianantur; Neque enim hic Dominus voluit signum afferre, quo internosci valeant veri omnes Doctores, si per fructus opera ipsa speciatim accipiamus; sed quo dumtaxat veri ne sint illi, an falsi prophetæ qui se Spiritu Sancto afflatos simulant, prædicant, venditant, cum Diaboli spiritu verè pleni sint; ex quo noua quædam, & inaudita proferunt: hoc enim mala opera eorum testantur.

18. *Non potest arbor bona malos fructus facere* Iterum circa eadem verba non parua occurrit dubitatio, inquiet enim aliquis nonnẽ & boni & Catholici doctores malum aliquod aliquando committunt? An non etiam improbi, ac falsi aliquid boni interdum faciunt? quomodo igitur quadrat bonæ ac malæ arboris similitudo, cum illa non possit malos, hæc nõ possit bonos fructus gignere.

Equidem ad hanc obiectionẽ iuxta nostram interpretationem de veris ac falsis Prophetis, quos per arbores bonas, vel malas parabolicè diximus intelligi, nõ admodũ difficilè respõderi posse arbitror: tum quia in parabolis non singula conuenire & aptari debent rei cui applicantur; tum quia cum superiùs triplices distinxerimus Pseudopphetarum fructus quibus oppositi etiam alij tres intelligendi sunt, proborum, & Catholicorũ Doctorum, facilè erit intelligere quod attinet ad duo prima fructuum genera, Pseudopphetas nõ posse bonos afferre fructus, prioris, vel posterioris generis. nec veros, ac Catholicos posse malos eorundem generum. semper enim doctrina Catholica scripturis cõsonat, & Ecclesiæ, sicut semper hæretica repugnat qua hæretica. Iterumquẽ

semper

41.

42.

43.

semper ex illo pax, obedientia & cætera huiusmodi nata sunt sequi. Contra verò ex hæretica, qua hæretica sectæ, dissensiones, strages, ordinis perturbatio consequuntur, tanquam fructus cum illa connexi. At si de tertio fructuum genere verba faciamus, malis scilicet operibus aliis, ita obiectio hæc difficilem videtur habere solutionem. nam & Catholici doctores, & malos huiusmodi fructus, id est, mala opera habere possunt vel facere; itemque Pseudoprophetas non repugnat bona aliqua edere, quomodo ergo bona arbor non potest malos fructus facere, & mala bonos? & quomodo ex his fructibus Pseudoprophetæ cognosci queunt? sed quòd attinet ad hoc secundum paulò antè ex Iansè. responsum est n. 38. & 42.

44. Tribus autem modis responderi potest ad primum; sunt enim qui affirmant Dominum noluisse significare arborem bonam non posse facere vllū fructum malum, sed nō posse facere oēs, aut plurimos fructus malos; sic arborem malā non posse facere oēs, aut plurimos fructus bonos, sed vt plurimum facere fructus malos, quod benè quadrat in arbores. experimur enim in veris arboribus id euenire, vt arbores bonæ semper aliquos bonos fructus ferant, quamuis interdum aliquos aut nō perducant ad maturitatem, aut à vermibus corruptos, ac per hoc malos gerant; arbores item malæ. i. putridæ. i. nimis antiquæ, & cariosæ (id enim significat vox Græca σαπὸν δένδρον) non tantum producant multos fructus malos, & corruptos, sed etiam aliquos integros, & bonos. Nec disputo an oēs huiusmodi arbores sint eiusmodi, satis est reperiri arbores bonas, quæ malum interdum fructū producant, & malas, quæ bonum, ne quis mihi hic obiiciat spinas & tribulos & id genus alias.

45. Respondent secundò alij cum Augu. l. 2. de actis cum Felice Manichæo cap. 4. per arborem intelligi actualemente voluntatē bonam, quæ dicitur charitas, & malam, quæ dicitur cupiditas, vel si maus ipsos homines vt operantur vel ex charitate, vel ex cupiditate. Atq; ita fatemur arborem malam. i. siue cupiditatem, siue hominem potius, vt operatur ex cupiditate non posse facere nisi malos fructus; sed non sequitur propterea opera omnia hominis etiam peccatoris esse peccata, neque enim semper ex cupiditate operatur, sed ex bono naturæ interdum, & tunc certè facit opus bonum morale. Eodem modo vir iustus facit quandoq; opera mala, id est, peccata venialia, neq; tunc operatur ex charitate, sed ex corruptione dumtaxat naturæ.

46. Postremò dicere possumus: per fructus bonos, quos nō potest facere arbor mala, intelligi opera meritoria vitæ æternæ: per fructus malos, meritoria mortis æternæ, per arborem bonam doctorem bonum, per malam Pseudoprophetam. Hos enim malo intelligere hoc λόγος, quā hominem iustū, vel peccatorem. Hæc expositio est August. lib. 1. in Iulianum cap. 3. & lib. de gratia Christi c. 18. & 19. vide etiam eundem in Enchir. c. 15. & contra Adimantum c. 16. vbi hanc sententiā etiam exponit. Hæc mihi solutio maximè omnium placet: nam secundum Scripturæ morem fructus boni non dicuntur nisi opera salutifera, de quibus Ioan. 15. 5. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū, quia sine me nihil potestis facere. Rom. 6. 22. habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. ad Galat. 5. fructus spiritus sunt, &c. ad Ephesios quinto, fructus lucis est in bonitate, &cæt.

47. Docet hic Maldon. multos errores ex hac arbore bona, vel mala natos esse; vnum referam, quia facit ad intelligendum magis loci huius sensum. Dicebant Caluiniani non posse hominem operibus iustificari, sed iustum declarari, atque cognos-

A sci. neq; enim fit arbor bona quia facit fructus bonos, verum quia bona est, bonos fructus facit. Ex fructu sanè bono tantum bona esse cognoscitur. Cæterum si iustis operibus iusti non efficiuntur, sed declaramur tantum, vt nebulones isti aiunt; ergò iniustis operibus non efficiuntur iniusti, quia arbor mala non fit mala ex fructu malo, sed mala esse cognoscitur. Quare fit Adamū, qui bona à Deo arbor factus erat, peccare non potuisse, quia non potuit arbor bona malos fructus facere; quod si peccauit non fuisse tamen, iniuste agendo, factum iniustum: quia arbor ex malo fructu mala esse cognosci potest, mala fieri non potest. Vide in quæ absurda perfidi isti incidant. discant ergò quod ignorare videntur: hoc interesse inter naturales & morales causas: quæ illæ non ex bono, vel malo effectu bonæ vel malæ fiunt, sed quia bonæ, vel malæ sunt, bonum & malum effectum habent; istæ, non quia bonæ vel malæ sunt, benè vel malè agunt; sed etiam quia benè vel malè agunt, bonæ vel malæ fiunt; nec enim tantum quia temperantes sumus, viuimus temperanter, sed etiam temperanter viuendo, temperantes efficiuntur. Arbor causa naturalis est, homo moralis. neque verò requirendum est, vt omnibus in rebus Arboris parabolica similitudo homini cōueniat, vt insinuauimus numer. 43. satis est vtramq; ex fructibus cognosci. Postremò constat arborem malam dici respectu vsus hominis, non ratione naturæ.

B 21. Non omnis qui dicit mihi, &c.] Hilar. & Hieronym. in com. Augustin. lib. 1. de serm. Dom. ad solos Prophetas referri dicunt, de quibus internoscendis hic agebatur, qui non ex verbis, quamuis nomen Domini semper ore versent, ac terant: sed ex fructibus sunt iudicandi, & factis q. d. nolite credere omnibus, qui dicunt mihi Domine, Domine, multi enim id mihi dicunt, qui tamen non intrabunt in regnum cælorum, quoniam falsi Prophetæ sunt.

C Hic admonere lectorem obiter volumus cum Gagnæ. ne sibi fucum fieri sinat ab hypocritis hæreticis speciosa illa vocabula Christi, fidei, charitatis semper in ore gestantibus, & quibus ab aliis facile discreueris eos. non omnis enim qui mihi dixerit Domine, Domine, &c. est tamen generalis sententiā hæc in omnibus malis Christianis.

Domine Domine] significat consuetudinem hæc repetitio, ac frequentationem, vt sit sensus, non omnis qui dicere solet, non omnis qui dicitur mihi Domine Domine. Hæc quidam ad preces referunt, quibus orantes Christum Dominum vocare soleant. Alij ad fidem vt Hierony. Euthym. Theophyl. q. d. non omnes qui fidem habent saluos futuros: sed melius est ad verba, & consuetudinem loquendi referre, quod scilicet de Christo ita loquantur, quasi in illum credant; & ob id Dominum appellent. Agitur enim præsertim de falsis Prophetis, qui veram non habent fidem, licet eam dissimulent.

Sed qui faciunt voluntatem] Hinc Chrysost. & Theophyl. colligunt eandem esse Patris, & filij voluntatem; alioquin meam debuisset dicere voluntatem. Præmiserat enim non omnis qui dicit mihi Domine Domine. Patris autera potius dixit, quā suam, quia id auditoribus gratus, & minus habes inuidiæ, & quia vbique se quasi vt legatum Patris gerit; patri verò vbique personam legislatoris tribuit.

22. In illa die] celebri scilicet. & expectata, nempe iudicij die.

In nomine tuo] .i. virtute, seu auctoritate tua. Chryso. in nomine Christi, sed in spiritu Diaboli. Prophetauimus] diuina mysteria explicauimus. Virtutes] miracula.

Caluiniana error.

Discrimen inter naturales & morales causas.

48. Caluiniana 4. polo. 2. ad simoniam, c. 6.

Obiiciunt

Obijciunt Hier. & Aug. neminem posse dicere Iesum nisi in Spiritu S. i. Cor. 12.3. qui ergo fit, vt possint non solam dicere *Domine, Domine*. Sed etiam in nomine Christi miracula facere, qui Spiritum S. non habent? Respondent: *dicere Iesum*, ibi significat factis, non verbis tantum dicere, id est, Christum non solum fide confiteri, sed moribus etiam exprimere, quod nemo potest, qui Spiritu S. caret. Hinc August. illum, ait, proprie dicere, qui voluntate & mente suam voce enuntiat. hic autem Christus generaliter vsus est verbo *dicendi*. Et obserua cum Chrysof. hom. 25. fuisse quosdam, qui opinati sint, improbos non verè, sed mentientes istud dicturos, quod miracula ediderint, quod & significat auctor imperf. ho. 19. quod idem de Prophetia arbitratur; At procul dubio vera dicturos sentiendum est, vult enim Christus ostendere nec miracula, nec vaticinia absque operibus bonis ad æternam gloriam obrinendam valere.

49.

23. *Et tunc*] qui ante dissimulaueram. *Confitebor*] heb. aperte dicam. Auctor imperf. ho. 19. pro ὁμολογήσω, confitebor, videtur legisse ὀμώσω, iurabo. Dicit enim *amen, amen dico vobis, nescio vos*, quod intelligendum est vt iuramentum quoddam: Alij interpretantur, confitebor, id est, publice profitebor me eos nosse, vt Hieron. Videtur autem simulata eorum confessioni veram suam confessionem opponere, q. d. vt notat Maldo. illi me coram hominibus fictè confessi sunt, ego eos coram Patre meo verè confitebor, sed me eos minimè cognoscere; sicut è contrario de his qui verè eum confitentur, ac sincerè dicit: *qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.*

Numquam] nè tunc quidem eum causam meam agere videbamini.

Notitia Dei triplex.

Nos] tribus modis Scriptura de Dei notitia loquitur: interdum de simplici Dei cognitione, quæ ad omnia tam bona, quam mala se extendit. Interdum de singulari quadam Dei cognitione, qua scilicet ea dicitur cognoscere, quæ approbat, & homines, quos amat, interque suos agnoscit, vt vulgò dicimus nosse quem familiarem habemus, eum verò, qui nobis non est ita cõiunctus, sed extraneus, licet aliquam notitiam eius habeamus, ignotum fatemur. Sicut autem de Dei dilectione bifariam loquitur Scriptura, ita & de hac singulari Dei notitia. Siquidem interdum dicitur omnes iustè viuentes diligere, licet iustitiam sint amissuri, quatenus pro eo tempore eorum approbat vitam & mores. Interdum verò tantum dicitur electos diligere, & prædestinatos. Quæ dilectio nihil aliud est, quam prædestinatio, vel prædestinatione comprehensa, qua æternam vitam eis certò præparauit. Ita & singulari ista notitia dicitur interdum nosse omnes iustos 1. Corinth. 8. 3. *Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo.* Interdum dicitur nosse tantum electos, & prædestinatos, quamuis adhuc iusti non sint: Hier. 1.5. *priusquam te formarem in utero noui te.* 2. ad Timoth. 2. 19. *Cognouit Dominus qui sunt eius.* hic ergo rectè intelligere possumus, loqui Dominum de hac prædestinationis notitia.

50.

Discedite à me qui operamini iniquitatem] de promptum videtur id ex Pf. 6.9. Similia sunt hæc cum illis Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Non dicit autem, *qui operati estis iniquitatem*: ne vt adnotauit Hieron. videretur tollere poenitentiam: sed qui operamini iniquitatem, hoc est, operantes iniquitatem, non ob peccata, quæ tempore iudicij peragent, quorum facultas eis erit adempta, sed vel ob affectum peccandi, qui tum in eis reperietur, vt vult Hieron. vel potius, quia in hac vita toti addicti fuerunt pec-

A catis. Nam qui dicuntur hic operantes iniquitatem, dici possunt operari iniquitatis, quod competit iniquis etiam dum nihil iniquè agunt. quare Luc. 27. relegimus ἰργάται ἀδικίας, i. operarij iniquitatis.

51.

Porro operari iniquitatem quod ad omnia vitia pertinet, contrarium est operari iustitiam, dupliciter autem dicitur operari iustitiam: nam & qui se sanctis operibus exercet, inquit Riber. in c. 11. ad Heb. n. 90. dicitur operari iustitiam, & qui vnicuique reddit quod suum est; quia iustitia nunc omnes virtutes complectitur, & idem est quod sanctitas, nunc peculiaris virtus: est ei, quod primo loco dictum est significare, contrarium est operari iniquitatem. Pf. 5.7. *odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Pf. 6.9. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Iob. 31.3. *nūquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitia*, i. iniquitate.

B

24. *Omnis ergo*] concludit sermonem, iterum commendans vtilitatem bonorum operum, vt in proemio fecerat.

Vide Aug. 2. 99 en. c. 10. in hęc v. 24

Verba mea hæc] vel quæ tribus capitibus supra dicta sunt, vel hæc, i. hæc & huiusmodi, seu his similia, vel hæc, id est, mea: multa enim quæ ante dixerat ipse erant verba, & ex illis, tamquam ex vno indiuiduo reliqua significantur. sed quod primo loco est dictum, magis quadrat.

Qui edificauit domum suam] obseruandum in primis est non oportere esse nimis scrupulosos in applicandis ijs quæ hic dicuntur, sicut nec ipsi Euangelistæ fuere. nam Lucas confessionem addit, dum ait: *fodit in altum*, c. 6. 48. quod Matth. non scribit. Iterum Matth. habet pluuias, ventos, &c. horum Lucas non meminit. quare non oportet anxie nimis querere, quid sit domus, quid veti, quid ædificare. Sed satis est si hæc quæ hic dicuntur accipiatur per comparationem, quod sicut domus, quæ ruinoso nititur fundamento labescit, ac corruiit flante vento, ingruentibus vndis &c. ita homo ille qui nullo operum robore soli ac nudè innititur fidei, non poterit stare ante cõspectum iudicis, sed causa cadet, ruet in præceps, nec eum fides stabilè reddet; si tamen ipsa perseueret in homine, & non etiam dilabatur. Ex qua expositione satis est, si fundamenti tantum rationem habeamus. Itaque ex hac parabola ostendit inane esse fidei ædificium, nisi adsint ædificio opera bona.

52.

Deinde obseruandum hic sermonem esse de his qui audiunt doctrinam Christi, vel in eum credunt, vt res ipsa poscit, textus vel sermo Christi. Quare non bene interpretantur quidam, arenam apud Matth. vel terram apud Luc. amore voluptatum, & mundi: hoc enim conuenit in eos etiam qui nec audierunt Christi verba, nec credunt in ipsum, sc. in omnes impios: nam hoc modo omnes sic domum suam ædificant super arenam & terram: At hic Christus non de his omnibus loquitur, & aliud fundamentum intelligit.

D

Tertiò aduerte significari hic eos, qui in Christum credunt persequutiones & tentationes esse passuros, hoc enim pluuiæ, hoc venti, hoc flumina indicant: neque verò sine causa tria hæc à Matt. numerantur, pluuiæ, venti, & flumina: quia videlicet ijs solent ædificia præfertim labefactari. Et quidem pluuiæ ab alto in domum irruiit, tectumque subruit; venti latera cõcutiunt; flumina fundamenta subuertunt. Iam ad rem.

Ædificare, vt quidam volunt, est in Christum credere, quod ex 1. ad Corinth. 3. 10. colligunt. sed non multum curæ esse debet, quid per ædificare debeat intelligi: sed si quid est dicendum, malim esse credere, & operari bene, vel malè.

53.

Porro ædificij duplex fundamentum à Christo hic commemoratur, arena, & petra, illi sola fides

Ædificij duplex fundam. mensuram.

operibus destituta respondet, vt ex ver. 26. Matth. constat; huic bona ipsa opera seu fides, & doctrina adiunctis bonis operibus vt ex v. 24. haberi potest.

Hinc duo contra Caluinianos habemus, & solam fidem ad salutem non sufficere; & bona opera non solum iustificare, sed stabile etiam esse opus salutis fundamentum, licet semper Christus sit summus, & primus lapis, super quem tanquam super primum, & firmissimum fundamentum fundata est Ecclesia; fundamentum enim aliud nemo potest ponere. At super hoc alia etiam fundamenta nituntur, Apostoli, Prophetæ, fides, opera; sola igitur fides arena quædam est, quæ facile, vel per se ipsa dilabitur sine bonis operibus: vel certe homo ipse, qui sine bonis operibus huic fundamento innititur stare non poterit, iuxta illud: *non resurgent impij in iudicio*, Hebr. *non stabunt*; hæc enim est ruina, quam scilicet huic homini dies vltima afferet. secus de bonorum operum fundamento dicendum est.

Ex Chrysof. & Emman. in c. 7. Matt. sic mysticè hæc accommodari possunt. Christus ædificauit Ecclesiam, supra fortitudinem fidei; Diabolus impius super inconstantiam infidelitatis. Carnales homines dicuntur arena ob sterilitatem, & quia innumerabiles, nec sibi cohærentes; Pluuia est doctrina, nubes bonæ Apostoli, & Prophetæ; malæ, hæretici; venti boni spiritus virtutum, & angeli; mali autem venti spiritus immundi; flumina bona Euangelistæ, & Doctores; mala Philosophi, & secularis scientiæ professores. Ecclesiam Christi nõ corrumpit mendax pluuia, nec Diabolicus status mouet: domum Diaboli vertit veræ doctrine pluuia, ventique, id est, spirituales gratiæ, aut Angeli, & flumina, id est, Euangelistæ, & cæteri sapientes; factaque est ruina gentilitatis magna, solutis erroribus, & destructis idolis.

28. *Admirabantur turba*] Gr. *θαυμάζοντες*, id est, obstupuerunt, attoniti facti sunt. *Turba*] vero simile igitur est, etiam coram turbis habitum esse hunc sermonem, quamuis August. de consen. Euangel. l. 2. c. 19. dicat fortè intelligi turbam discipulorum, ex quibus duodecim elegit.

29. *Erat enim docens*] .i. solebat docere eos. *Sicut potestatem habens*] Gr. *ἐξουσίαν*, auctoritatem, seu faciendi ius. vide quæ diximus l. 3. dilucidatio. cap. 9. nu. 8. 9. 10. Schol. & D. Thom. 3. p. qu. 42. ar. 1. ad secundum.

THEORIA I.

Super illa verba v. 5. *Ejce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.*

IN controuersiam verti iurè hic poterit, an qui in simili, vel maiori peccato est, debeat peccantem corrigere? Breuiter respondeo (exactius enim hanc dubitationem exagitarè ad alium locum pertinet) etiam eum, qui grauioribus, vel occultis est implicitus peccatis, bono animo posse ac intentione alterum corrigere; sicut potest ieiunare, aut opus aliud ad quod tenetur facere. Quamuis Chryso. homil. 24. in Matt. sed præsertim Basil. reg. breu. respon. 164. & August. l. 2. de ser. Dom. c. 30. aliter videantur sentire: sed est ratio cõtrarium suadens: nam qui in vno est peccato, potest nolle alterum hominè peccatum simile committere, idq; bono animo; (licet id rarum, & difficilè sit) vt correctionis præceptum seruet.

Cæterum, qui in nõto aliquo, & manifesto

A est peccato, peccat quidè si alterum corrigit, etiam bono animo id faciens: non quidè propter actum corrigendi, bonus est enim ex se, sed ob peritiam, quod correctionem inutilè, & despicabilem faciat. Huiusmodi est correctio eius, qui eodem, aut etiam grauiori crimine vulgò noscitur detineri; Immo licet & cum fructu & sine contemptu fieret huiusmodi correctio, adhuc non sine peccato esset, qui taliter corrigeret.

B His adde, quod licet peccatum corrigentis esset occultum, qui tamen corrigit alterum sui conscius delicti, adhuc peccat: non quidem in eo, quod alterum corrigit, sed in eo, quod omittit se emendare, quando debet: sicut, qui alicuius ægroti curam gerit, sui negligens, cum tamen etiam grauius ægrotet, grauius peccat, non quia infirmo medetur, sed quia magis tunc sui curam gerere debeat, quam tamen negligit. Secus verò esset si ab hoc homine correctio demisso animo fieret, ac modeste, ita vt se simul corrigens, & per pœnitentiam grauitatem errati agnoscens simulque congemiscens, accedat ad corrigendum; tunc enim nullum incurreret peccatum, trabe iam de oculo abiecta.

C Et ad hunc sensum interpretari possumus Patres, Chrysof. August. Basil. &c. Ex his habes, quid Dominus hic præcipiat, ac velit. reprehendit enim eos, qui cum videant se eodè morbo, vel etiã grauius ægrotare, alios tamen corrigunt. Ad hæc illos quoq; accusat, qui licet mali sint, & tales se esse non agnoscant, quales putant esse illos, quos correctione egere iudicant, corrigunt tamen siue bono, siue malo id faciãt animo, nimirum ex odio, inuidia, vel vt iusti videãtur, quos hic hypocritas vocat. hos igitur omnes iubet se prius emendare, tunc verò ad correctionem vt veniant proximi.

D Neque verò culpa vacant ij, quando necessitas corrigendi urget, debent enim hypocritam deponere, vel odium, & inuidiam, vel etiã grauiora delicta, hoc enim Dominus per *trabem* significat. item alia propria peccata, quibus potius medicinam facere debuerant. Hæc ferè ex Tolet. carptim an. 80. in c. 6. Lucæ. Vide de hac quæstione doctè differentem Diuum Thomam 2. 2. q. 33. a. 5.

THEORIA II.

Super illa verba ver. 6. *Nolite dare sanctum canibus, &c.*

OCCASIONE horum verborum dubitet aliquis, ac sic secum ratiocinetur; quomodo hæc stare possunt? an non Christus & Apostoli, Iudæis verè canibus, de sacris mysterijs frequenter loquuti sunt? nonne accidit non rarò, vt illi ipsi Iudæi, ac Pharisei quibuscum loquebatur, maiore perciti furore conuersi dilacerare ipsos conati sunt, vt in D. Stephano patuit? Quomodo, inquit Chryso. hom. 24. & Aug. l. 2. de ser. Dom. docuit Christus Matt. 10. 7. omnes sine discrimine doceri. & Marc. 16. 15. iussit prædicari Euangelium omni creaturæ?

Sed facilis est ad hæc responsio. & quidem

54. *Iniustarum errores.*

55. *cruales imines a-na dicuntur.*

56.

1. *Peccator peccatorem an possit corrigere.*

2.

interdum spontè id facere Christum eiusque seruos, vt coram canibus de mysterijs differerent multis presentibus, partim ad contestandam impietatem reproborum, partim ad vocandos electos, qui impijs illis permixti erant, aut ad eos iam vocatos corroborandos & monendos, contestationis causam attigit Christus Io. 25. 22. *si non venissem & loquutus eis fuisset, peccatum non haberent; nunc aut excusatione non habent de peccato suo.* interdum verò interrogari veritatem ipsam proposuerunt, cum propter predictas causas, tum vt veritati testimoniū perhiberēt, & gloriam Dei illustrarent, & vt iustam canes isti ansam blasphemandi euangelium non haberent, quasi non esset qui ipsis os occludere posset, vel respondere.

2. Ceterum cum propter electorum vtilitatem, maioremque Dei gloriam, sacra proferuntur coram canibus, & porcis, iam non canibus, & porcis sancta dantur, sed potius Deo, eiusque electis.

3. Quod si predicatio veritatis nullū momentum allatura est, vel ad salutem proximorum, vel ad gloriam Dei: sed apparet canes tantum illam impugnatos, aut porcos cōtempturos non est proferenda. sic Christum nunc Pharisæis, tanquam canibus, nunc Herodi, ac Pilato tanquam porcis mysteria sua promere noluisse legimus.

4. Ad id verò quod ex Mat. & Mar. allatū est. Respondeo, illic agi de euangelio ipso per se, quod cum omnibus ad salutē sit necessarium, omnibus item est sine personarum exceptione predicandum: Hic autem de idoneis auditoribus, & prudentia euangelium cum illis comunicandi. Quod si aut nulla spes vtilitatis, aut timor etiam certus damni sit, predicandum illis non est, ne non solum operæpretium, sed ipsa etiam opera perdat. Porro de Iuda, cui Dominus sui corporis, ac sanguinis mysteria tradidit, suo loco, si Deus vitam concesserit, dicemus.

THEORIA III.

Super versum 13. & 14. *Intrate per angustam portam.*

1. **N**ON caret scrupulo, quomodo hoc verū sit, quod arcta sit via, & angusta porta salutis, cum idem Christus Dominus Matt. 11. 29. doceat, iugū suum suaue esse & onus leue.

Respondent Chryso. & Euthy. Christi iugum carnalibus quidem hominibus, & ijs qui terrenis rebus inhiant graue esse, atque insuaue, leue, & suaue spiritualibus, & in æternas promissiones erectis, iuxta Apost. Rom. 8. 18. & 2. ad Corint. 4. 17. quare si quis aspiciat in remunerationem, quæ per se alioqui graua sunt, ignes, gladij, mors leuia erunt, & facilia. Itaque Christus angustam portam, & arctam viam dicit, tum quia si naturam rerum spectes difficilior virtutis est, quam vitij via, cum illa ardua, hæc prona; illa vna, hæc multiplex; illa vix vllis, hæc multis trita vestigijs altè etiā impressis. Tum etiam quia nostra eam socordia asperiores, difficiliorisque reddit.

2. Illud non est in præteritis ponendum, quod

A D. Hieron. sapiēter obseruauit; dixisse Dominum: per latam viam multos ingredi, arctam verò paucos inuenire. nam latā viam nō querimus, nec inuentione opus est, spontè se offert, & errantium via est; Angustam verò viam, nec oēs inueniūt, nec qui inuenerint statim ingrediuntur per eam. siquidem multi inuenta veritatis via, capti sæculi voluptatibus de medio itinere reuertuntur, vt loquitur Hierony. quare meritò Dominus affirmat paucos esse, qui inueniunt eam, vbi significat pauciores esse etiam qui per eam ingrediantur; proinde monet paucorum vitam vt respiciamus, per angusta & arcta incedentium ad amplam celi regionem, quod potissimum v. 14. docetur.

B Idem Hieron. vel certè Pauli. rectè de hac angusta porta, & arcta via sic differit, epi. 14. ad Celant. asperam nobis & insuauem virtutū viam nimia facit vitiorum consuetudo, quæ si in partem alteram, id est, virtutem transferatur, inuenietur sicut Scriptura dicit (Prouer. 4.) *semita iustitie leuis.* nam Deus virtutis semitas, arctosque calles cælesti voluptate dilatat: quod Dauid expertus erat, cum Psal. 4. dixit: In tribulatione dilatasti mihi. Babylonica illa fornax immensa (Daniel. 3.) viam virtutis angustam representat. In hanc tres illi adolescentes inieci, flante aura suaui recreati sunt: *fecit enim Deus medium fornacis quasi ventum rovis flantem;* quo illi læti admodum effecti inambulantes Deum benedicebant. Hoc ipsum & multò præstantius euenire solet ijs, qui Dei amore medijs quodammodo flammis ærumnarum, ac tentationum vri videntur. sed quid mirum si hilares illi effecti sunt, cum secum haberent similem filio hominis. dum enim ærumnis exercemur, ipsum Dei Filium Christum habemus socium, eius vestigia tenemus, vt proinde rectè dictum sit, cum ipso sum in tribulatione.

C Postremò illud obseruandum, quod portæ & viæ nomine nobis indicatur. non enim moram hæc, sed breuem transitū significant. Quare Euthy. non minima, inquit; consolatio est; vocare ipsam portam ac viam, siquidem neutra permanet, sed transit. Intendere nihilominus oculos semper oportet in finem illum, ad quem via hæc perducit: nam vt lata via ad perditionem; sic arcta in æternam, ac perseuerantem inducit gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ad quam *non sunt condigne passiones huius temporis.*

D Verum contra, impius latam viam sequitur, quasi bos ductus ad victimā, Prou. 7. per pinguisima pascua, & amœna bos tendit ad victimam, sed quo tēdat nescit. Ita impius quo ducatur per latā ac spatiosam viam minimè considerat. Quod in primis attendendum, sic sapienter monet Chryf. hom. 24. in Matt. tu nequaquam istud aspicias, quia hæc via, vel arcta, vel aspera est: nec quia, lata, & spatiosa est illa contraria; sed quo nam hæc vtraque perducatur.

1. Quomodo arcta via ad salutem.

2.

DIGRESSIO PRIMA
MORALIS

In ver. 15. *Attendite à falsis Prophe-
tis, &c. Quod hæretici similes sint
aspidibus, & doctrina eorum vene-
no aspidum.*

1.
Hæretici di-
ligenter ca-
uendi, quia
similes aspi-
dibus.

MERITÒ vitandos monet Christus, & cauendos hæreticos cane peius, & angue. Sunt enim in primis similes aspidibus, & lingua eorum, ac doctrina venenata est. Porrò tria nobis Scriptura de his serpentibus tradidit. primùm est quod dicitur, Deut. 32. 33. *venenum aspidum insanabile.* nam vt dicit Plin. lib. 8. c. 23. nullum ictui aspidis est remedium, præterquam si confestim partes contactæ amputentur: ita etiam hæreses difficillimè curatur. Hebr. dicitur, ros petanim, caput aspidum. mordet enim cum dilectatione, sed interemit. Alterum est, de ipsa natura aspidis, Psal. 57. 4. *Furor illis secundum similitudinem Serpentis: vel Hebraicè, venenum est illis ad similitudinem veneni Serpentis.* de quo autem serpente loquatur ostendunt sequentia verba: *sicut aspidus surda, & obturantis aures suas.* Est enim ipsa natura aspidis, vt docet D. August. ibi, vt quando incantatur ab incantatore, qui Marsus dicitur, ita claudat aures suas, vt nullo modo audiat cantum, ne possit extrahi è latebris suis: nam alteram aurem fortiter allidit terræ, & alteram cauda obturat; eodem modo faciunt hæretici, qui nõ solum non obtemperant veritati, sed etiã nolunt audire. Tertium quod proponit Scriptura, est de ouis aspidum, Isai. 59. 5. vbi dicitur de impijs: *Oua aspidum ruperunt, & telas aranea texerunt.* per oua aspidum optimè intelliguntur scripta hæreticorum, quæ tanquã oua sua excludunt hæretici, vt postea ex istis prodeant alij. Oua aspidum rumpunt, qui hæreticorum libros legunt: sicut enim qui ouum aspidis frangit sibi ipsi infert malum: nam dum frangitur ouum prorumpit aspis, & ictu suo interficit frangentem: ita etiã qui libros horum legunt, ipforum veneno inficiuntur, subdit Scriptura; *Telas aranea texerunt*] sensus est, operam in re prorsus inutili collocant. Addit deinde, qui comedit de ouis eorum morietur, & quod cofotum est erumpit in regulum. Quibus fit hæreticos tanquam aspides fugiendos esse.

2.
Et demoni-
bus.

Sed non minus quàm à Dæmonibus cauendum est ab hæreticis; Dæmones namq; in hæreticis, vt olim in idolis habent domicilium. Rectè enim Hieron. ait, Diabolum cum idola, in quibus habitabat ante disiecta vidisset, peiora idola in hæreticorum animis fabricasse. Cassianus grauis, & antiquus auctor Collat. 7. c. 32. affirmat, se dæmonem audiuisse confitentem, se per Arium & Eunomium impietate sacrilegi dogmatis edidisse. quare necesse est, vt quæadmodum finito bello milites per oes partes diffusus prædones fiunt, omnesq; vias obsident; ita Dæmones inclinatis aut abolitis idolis, quæ passim ante vigeant, quasi euerfis templis in quibus colebantur, nouas in alijs hominibus. i. hæreticis sedes quærant. Solent enim Dæmo-

Anes cum ex homine, in quo erant, egredi coguntur, facere, quod ij faciunt, qui obfisione fatigati, coguntur arcem tradere, quam tenebant. petunt enim conditionis loco, vt sibi liceat in alium se locum recipere. quod exemplo illius legionis intelligimus, quæ à Christo petiuit, vt porcos se occupare sineret.

Illud etiam hæreticis proprium, ac solemne est, doctrinam suã ad imponendum alijs laudare tanquam profundam, & admirabilem, & ipsis dumtaxat à Deo patefactam; alijs verò ante ipsos ignotam. hæ sunt illæ profunditates satanæ; quam rem Beatus Gregor. libro 5. Moralium, cap. 18. explanans verba illa Iob, cap. 4. 12. *Porrò à me dictum est verbum absconditum,* graphicè depinxit: verbum, inquit, absconditum audire se simulant hæretici, vt auditorum mentibus quandam prædicationis suæ reuerentiam obducant: vnde & latenter prædicant, quò eorù prædicatio tanto sanctior, quãtò est occultior videantur. Communem autem scientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æstimentur. Occulta vel noua semper exquirunt, quæ dum alij nesciunt apud imperitorum mentes ipsi de scientiæ claritate gloriantur, & occultam esse doctrinam suam insinuant, & quo mirabilior em ostendant, latenter hanc se percepisse affirmant. vnde apud Salomonem (Prou. 9. 17.) mulier hæreticorum speciem tenens dicit: *aqua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* Vide cætera apud Gregorium.

3.
Hæreticorum
proprium.

CVerum si reliqua omnia hæresi deessent, hoc solum illam detestabilem, ac execrabilem fatis per se redderet, quod initio quidem violenta est prorsus, & vehemens; sed stare in eodem gradu non potest, quia præterquam quod id diuina prouidentia non patitur, natura quoque ipsa ita se habet, vt non possit error diu veritatem imitari. Quare omnem hæresim necesse est, nisi ad eam religionem, vnde egressa est maturè reuertatur, aut in magicas artes, vel in extremam atheismi impietatem degenerare. eò verum secum trahit, quos miserè inuasit, vel infecit. Hic finis hæreticorum, nisi fortè prius vita destituantur.

4

DVidimus iam marcescentibus, & ipsa temporis diuturnitate fermè expirantibus hæresibus quibusdam loco illarum parte alia, sic creuisse numerum atheorum, siue politico- rum, vt præ illis pauci admodum videantur superesse feruentes, & veri Catholici. Vidimus bona ex parte tres illos immundos spiritus Calvinismum, Lutheranismum, & Anabaptismum erucarum instar cuncta depascentes de Draconis ore, & de ore bestię, & de ore Pseudoprophetæ exeuntes, Apocalypf. 16. 13. ad magiam, denique ad atheismum degenerasse.

Hæresim
ois atbe-
mon, vel
magia.

Itaque videtur etiam in hoc tempus conuenire, quòd ait Iob. cap. 1. 4. *residuum eruca comedit locusta, & residuum locusta comedit bruchus.* Nam quod hæretici reliquum fecerant, malefici, in quos ducunt hæretici, dæmonum arte populantur, & quod malefici relinquunt athei perdunt. Nec admiranda sunt hæc quasi rara, & impossibilia: solent enim dæmo-

nes hæreticis vti ad fallendos homines, quasi formosis meretricibus.

Patet autem hæresim in Scripturis meretricem appellari: Isaïæ 1. 21. *quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis?* quare sicut lenones, quando scorti forma defloruit, ex scorto lenam faciunt: ita dæmones cum prima hæresis species ita periit, vt minus homines in errorem pelliciantur, ex hæreticis, magos faciunt; ex magis, atheos conflant. Vide eleganter Martinum Delrium, in prologo diuis. Magicarum multa de his scribentem.

DIGRESSIO II. MORALIS

In ver. 21. 22. & 23. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, &cæt. Et; nonne in nomine tuo prophetauimus, &c. Et; nunquam noui vos, &c.*

HIC locus conuellit Lutheranorum impium dogma, de fide sine operibus. Distinguunt noltri temporis hæretici Tripartito fidem, historicam, scilicet miraculorum, & tertiam diuinarum promissionum. Prima credimus, aiunt, vera esse omnia, quæ narrantur in Veteri, & Nouo testamento. Altera quæ dicitur miraculorum, est, per quam magna fiunt miracula. quemadmodum dixit Paulus Apostolus 1. ad Corinthios 13. *si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* Tertiam vocant eam, qua ea, quæ à Deo in ipsum credentibus promissa sunt, non solum vera esse credimus, verum etiam eorum nos participes fieri indubitanter credimus, atque confidimus: huiusmodi est illud; *qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, &cæt. qui credit in eum non iudicatur.* Impij ergo isti opinantur iustificari hominem per fidem promissionum dumtaxat, qua quis omnino credens Dei promissionibus de iustificatione impij, & de remissione peccatorum confidit intrepidè, & indubitanter eorum se promissionum participem factum.

Porrò hæc specialis fiducia operibus destituta, merum planè figmentum est hæreticorum. quod etsi innumera alia loca Scripturæ conuincunt; certè hic vnus, quem præ manibus habemus, ita euincit, vt vel solus esse queat: Ecce isti, qui Domino dicunt: *Domine, Domine, fidem hanc habent.* Neque enim hinc reprehenduntur, sed quod voluntatem Patris non faciant, & tamen illis regnum Cælorum negatur. Et illi, qui ad extremum iudicij diem dicturi sunt: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, &cæt.* fidem habere, non enim hinc reiciuntur, sed quod operarij fuerint iniquitatis: Et audient tamen; *noui vos, recedite à me.*

Cæterum quia hæc tractare subtilius ad hunc locum nõ pertinet; videat Lector de hoc argumento præter alios, Pererium disp. 9. in c. 1. ad Roman. nu. 48. & sequent. Et in caput tertium eiusdem epistolæ, vbi confutat figmentum hoc in parte hæreticorum. nos contractis

A velis more nostro breuius, ac planius, & ad mores magis appositè contra hæreticos agemus. Merito sanè hæretici, qui se sola fide in Christum niti iactant, claudicare in via Domini censendi sunt, vt proindè illis illud obijci possit, 3. Reg. 18. *Vsq; quo claudicatis in duas partes? quem locum ita.* LXX. reddunt: *vsque quo claudicatis in ambobus populis vestris,* seu vtroque pede, fidei scilicet & operum, vt notat D. August. in qq. super Euang. q. 19. & Rupert. in cap. Michæ 4. Hæretici planè vtroque pede claudicant; nam, & fidem non habent, & operibus bonis nuncium remiserunt; peiores in hoc Iudæis, qui altero tamen pede olim claudicabant: habebant enim fidem Dei, & in futurum Messiam credebant, quamuis bonis operibus destituerentur. vnde in huius rei figuram fertur Iudaicæ gentis Patriarcha Iacob altero pede claudicasse.

B Nec solum hæretici Iudæorum vitia superarunt, verum etiam gentilium. nam sicut proprium fuit Iudæorum claudicare; ita gentilium cæcutire; cæcitate sanè hæretici gentiles etiam vincunt. Nam & peior, & grauior est nunc hæreticorum cæcitas post Christi aduentum, quam fuerit olim gentiliū. sed ommissis interim hæreticis Christiani, qui solo fidei nomine gloriantur, nec via mandatorum incedunt, claudi sunt, & Iudæis non absimiles, de quibus D. Greg. 1. 19. Moral. c. 21. super illa verba Iob, cap. 29. 15. *Oculus fui cæcus, & pes claudico; rectè, inquit, potest cæcus gentiliū populus, claudico autem Iudaicus comparari. Gentiliū quippè quasi oculos non habuit, quia non recepta lege non vidit, quod ire debuisset. At contra Iudaicus habens oculos claudus fuit, quia legem quidem tenuit, sed in egressum recti operis non tetendit: Alias enim voce Domini dictum non fuisset, Psalm. 17. 46. filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.*

C Hæc omnia rectè ac verè in eiusmodi Christianos, qui bonis operibus destituuntur, quadrat. imò verò nõ rarò accidit, vt fidei fundamentum subruatur, quod operibus careat. Etenim pes recti operis fidem fidei firmat, ac corroborat. nititur namque illa operibus ne corruat, quod acutè satis Turrianus l. 4. pro Epif. Pontificijs, cap. 4. acutè ex verbis Apostoli ad Hebræos 10. 38. colligit, vbi Paulus ait: *Iustus ex fide viuit, quod si se subtraxerit non placebit anima mea; non dixit, inquit Turr. si non crediderit, verum si se subtraxerit, nimirum fidei. Ille autem fidei se subtrahit, qui fidei per opera non obedit, atque ita illam corruere facit. Quod Apostolus statim declarat adijciens: v. 39. nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed obedientie, in acquisitionem animæ. Cernis non dixisse, sed fidei: quia non fidem, sed obedientiam opposuit subtractioni fidei.* sic ille: quamuis Riber. infidelitatem intelligat per subtractionem secundum Litteræ sensum; quod verum esse videtur si de immediata, & propria subtractione loquamur; non enim nos subtrahimus fidei propriè, nisi per infidelitatem; nam potest illa cum peccato esse. Cæterum nemo ad infidelitatem venit, nisi mediis malis operibus: subtractis namque illis, quibus tanquam adminiculis fides roboratur, & ne corruat maximè nititur,

5.
Hæresis meretricis.

1.

Hæreticorum triplex fides.

2.

3.

4.
Hæretici Iudæi & Gentilibus peiores.

5.

tolet non rarò fides nutare, ac labascere. & hoc modo vtraque expositio stare simul potest.

6. Hanc rem Ezechiel expressisse mihi videtur capite primo cùm sub pennis illorum quadriformium animalium manus hominis apparuisse scribit; quia nimirum fides, & diuinarum rerum cognitio, qua velut alis in altum tollimur manu, id est, operatione, & mandatorum Dei obseruatione niti, fulciri, & sustentari debet.

7. Quare dicentibus supremo iudicij die: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus; respondebitur à iusto iudice, nunquam noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem. Qui enim fecerit voluntatem patris mei ipse intrabit in regnum cælorum.*

8. Sed ne quis clarissimæ Christi sententiæ, ac doctrinæ Apostolum, vel Prophetam opponat dicentem Hebr. 10. 38. *Iustus ex fide uiuit.* animaduertendum bifariam *iustitia*, vel iustificationis vocem sumi, & vno modo primam, altero secundam iustificationem exprimit. illam, qua ex iniusto & inimico Dei fit homo iustus, Dei amicus, & filius: hanc qua in accepta iustitia proficit, crescitque per bona operas, qui iam iustus est. de prima igitur iustificatione si loquamur, affirmamus Catholici fide iustificari hominem, quòd sit illa exordium, fundamentum, & quasi radix iustificationis, tanquam ea, ex qua cætera proficiuntur, quæ præparant hominem, & ad iustificationes gratiam tandem perducunt. Fides enim ex Augustino prima datur homini, vt per eam ille quærat, & petat, & impetret, & quodammodo promereatur gratiam iustificationis. Vide Augustinum epistol. 105. ad Sixtum, & Concil. Tridentin. c. 8. Sefsionis sextæ, si verò sermò sit de secunda iustificatione, & iustitia, hoc est, de perfecta, & incremento iustitiæ iam acceptæ, fides id facit, alens, & promouens acceptam iustitiam, non informis illa quidem, & expers charitatis, sed uiua, & quæ per charitatem operatur. de qua August. lib. de spiritu & littera cap. 32. *hæc est, inquit, fides, ex qua iustus uiuit, & cæt.* sed ad alia veniamus.

DIGRESSIO III. MORALIS

In ver. 15. *Attendite à falsis Prophetis.*

I. **Q**UAM magni referat hæreticos agnosce-
re, & multò magis in fide, ac morib. de-
uitare, ostendunt clarissimè SS. Patrum
Epitheta, quibus hæreticos nuncupare solent.
hinc S. Hilar. lib. contra Auxentium: *Mibi, in-*
quit, nõ erit aliud quàm Diabolus, quia Arianus est.
Hinc D. Ignatius ad Trallianos epist. 5. & Cy-
prianus de vnitæ Ecclesiæ initio, Diabolum
faciunt hæresum Parentem & Auctore. Et verè:
ille enim ab initio fuit mendax, & Pater men-
daci, Io. 8. 44. Mater verò, superbia est. Hinc
August. lib. de Pastorib. c. 8. *vna Mater superbia*
omnes hæreses genuit. Hinc Tertullian. de Præ-
script. Origenes hom. 12. in Hierem. Irenæus

Diabolus
hæreticorū
pater.

A Idololatri comparant: Hierony. Idololatri
in Ezechiel. cap. 8. etiam peiores esse vult: &
libro 3. de fide Ambros. etiam ipso Diabolo.
Quid plura? Idem Hierony. in Isai. c. 18. *Hæ-*
ræti, inquit, omnes vincunt impietatem. Non er-
gò mirum si illos Ignatius ad Smyrnæos simi-
les dicit, rabidis canibus, Serpentibus, Basilif-
cis, & squamosis Draconibus. Cyprianus epi-
stola. quinquagesima secunda, lupis & canibus;
scarabæis. Hieronym. in cap. secundum Aba-
cuc. Augustin. cimicibus, qui vt habet lib. 4.
in Iulian. cap. 9. dum viuunt mordent, mortui
autem scætent.

2. Multa habet egregiè Vincentius Lyrinen-
sis in aureo illo libello aduersus profanas om-
nium hæreticorum nouitates, vbi inter alia ci-
tat, hæc à nobis proposita verba Saluatoris: *at-*
tendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in ve-
stimentis ouium, intrinsecus aut sunt lupi rapaces.
Quid est, inquit, *vestitus ouiu?* nisi *Prophetarum, &*
Apostolorum proloquia, quæ idem ouili quadam sin-
ceritate agno illi immaculato, qui tollit peccata
mundi, tanquã veller a quadã detexerunt? qui sunt
lupi rapaces? nisi sensus hæreticorū feri & rabidi, qui
caulas Ecclesia semper infestant, & gregem Christi
quaqua possunt dilacerant. sed vt fallacius incautus o-
uibus obrepant, lupinã deponunt speciem & sese diui-
na legis sententijs velut quibusdam velleribus obuol-
uunt, vt cùm quisq. lanarum molliciem præsenferit,
nequaquam aculeos dentium pertimescat. Sic ille:
qui præterea docet, qua ratione discerni que-
ant à Catholicis hæretici. hoc enim apud illos
quasi solemne esse ait, atq; legitimum, vt suos
errores diuinæ Scripturæ verbis adumbrent,
& excusent, ac profanis interim nouitatibus
gaudeant, & antiquitatis scita fastidiant; cùm
contra, Catholicorum sit deposita Sancto-
rum Patrum, & commissa feruare, à pro-
phanis verò nouitatibus omninò abhor-
rere.

C Quare minimè mirum videri debet, si tot
Scripturæ locis, tam multis Christi testimo-
nijs, tam clarissimis Apostolorum vocibus
monemur à Pseudopphetis cauere, & illis
ne, Aue, quidem dicere. sic Matth. 24. cau-
tos nos fecit **C H R I S T V S**, cùm sic prædi-
xit: *multi Pseudoppheta surgent, & seducent*
multos; sic non semel Paulus I. Timoth. 4. 1. in
nouissimis temporibus discedent à fide, attendentes
spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum. Et Acto.
20. 29. 30. *intrabunt post discessionem meam, lupi*
rapaces in vos non parcentes gregi, & ex vobis ipsis
exsurgent viri loquentes peruersa, vt abducant di-
scipulos post se. Et iterum I. ad Tim. 6. 20. *o Ti-*
mothee depositum custodi, deuitans prophanas vocū
nouitates, & oppositiones falsi nominis scientia, quam
quidam promittentes circa fidem exciderunt. Et ad
Titum 3. 10. *hæreticum hominem post vnam, & se-*
cundã correctionem deuita, sciens quia subuersus est,
qui eiusmodi est, & delinquit cùm sit proprio iudicio
condemnatus. deuita, inquit, quasi viperam, quasi
scorpionem, quasi basiliscum, vt Vincentius idem
Apostol. interpretatur, nimirum ne te, nõ so-
lum tactu, sed etiã visu, flatuq; percutiat. Nec
D. Petrus, cui erat totius Ecclesiæ demandata
cura, monere idẽ hoc ipsum desijt 2. Pet. 2. 1. *in*
vobis erũt Magistri mendaces, qui introducẽt sectas
perditionis. mitissimus sanè erat Ioannes Christi
dilectus,

Vestitus o-
uium quid.

31

dilectus, sed vide quàm acriter contra hæreticos insurgat epist. 2. 10. *si quis, inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis, qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis.* nullus esset finis si singula vellem afferre, quæ contra hæreticos legere est in sanctis Scripturis.

4. Quare minimè mirari nos decet si Christus Dominus tam efficacibus verbis, & tam seriò ea de re nos hic admonens dicat: *attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos sub vestimentis ouium.* solent enim ne deprehendantur per Hypocritism, & simulatam sanctitatem transfigurare se in Angelos lucis, cum tamen à fatana sint missi: sunt hostes crudelissimi, & simulant tamen se fidos amicos esse: opponunt se fidei & Euangelio Christi, & se fideles esse, ac iustos proclamant; & cum sint lupi ferocientes, & rapaces, vestimentis ouium incedunt amici.

5. *Hereticorum praevisio vobis designata.*
 Ut meritò Apocalyp. 6. per equum pallidum, ac debilem significetur eorum persecutio, de qua sic ibi v. 8. *& ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terra, gladio, fame, & morte, & bestiis terra.* rectè namque per equum pallidum designatur hæresis propter Hypocritism, & simulatam hæreticorum religionem, per dulces enim sermones, & benedictiones, ut ait Paulus ad Rom. 16. 18. *seducunt corda innocentium;* ac sicut seductores, ut idem scribit 2. Timoth. 3. 13. *in peius proficiunt, errantes, & in errorem mittentes.* sicut enim simia hominem, & fuci apes simulant, ita hæretici sub specie religionis, & purioris doctrinæ se Euangelij ministros falsos iactitant, quo alios in errorem abducant. *exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes,* ut meritò de illis interpretari possim⁹ ea verba Salomonis Can. 2. 15. *aspice nobis vulpes paruulas, qua demoliantur vineas;* Præclarè enim Theodoretus cum alijs quibusdam per has perniciosas, & noxias vineas vulpes docet intelligi posse hæreticos propter insignem eorum astutiam, & fraudulentam sagacitatē, quæ illis propria est: Vnde in eos verè illud quadrat: *animi sub vulpe latentes,* vulpes verò paruule dicuntur, quia nihil magni secundum rectam fidem intelligendo cõtinent.

6. *Heretici similes vulpibus.*
 Sunt præterea vulpi similes propter aliam huius animalis proprietatem, solet enim non recta, vel regia ingredi via, sed inquit semper tortuosos, & obliquos, per quos incedat, calles, sic hæretici semper nouitatibus student, & antiquitatis scita fastidiunt, noua dogmata cudunt, scripturas pessimè dilacrant, Ecclesiæ auctoritatem respuunt, sanctissimas Patrum traditiones rejiciunt, rident decreta, & summorum Pontificum constitutiones.

7. Sed adhuc tertia inest vulpibus proprietates, quæ communis cum hæreticis, quam sic Aug. in Psal. 80. describit, & hæreticis applicat, *vulpes, inquit, solent habere tales foueas, ut ex vna parte intrent, & ex alia exeant.* mirificè id hæreticis competit, sic enim homines subdoli, ac versipelles miris nodis ne capiantur, id est, conuincantur, ut simulatores, illutores, & deceptores, elabi hac, illac querunt, quia tamen Dei sermo præcipit, ut capiantur: capite nobis vulpes. quomodo sit faciendum docet Aug. exemplo

A Christi: *cõtradicientibus vulpeculis Domino, inquit, & dicentibus, in qua potestate ista facis? respondete mihi & vos, inquit, baptisimus Ioannus vnde est de celo, an ex hominibus? ad vtrumq; foramen captor vulpium retia posuit, sentiunt illi eum ex vtraque parte tetendisse vnde caperet; & aiunt apud se, si dixerimus de celo, diciturum est nobis, quare ergò non credidistis? ille enim testimonium Christo perhibuit: si dixerimus de terra, lapidabit nos populus, quia ut Propbetam eum habent. sentientes ergò hac atque hac esse vnde caperentur, responderunt, nescimus. & Dominus, nec ego dico vobis in qua potestate ista facio. vos dicitis, vos nescire quod scitis, ego vobis non dico, quod queritis: quia ex nulla parte exire ausi estis, in vestris tenebris remansistis. & hoc est, capere vulpeculas latentes in cauernis tortuosis; capis enim, eum de falsitate conuincis. quod cum subdolis ludæis à Christo gestum est, iam applicat Augustinus.*

B Videamus, inquit, si & nos quasdam vulpeculas capere possumus. proponamus ad foramen vtrumq; ut vnde vulpes exire voluerit capiat. Vbi Manichæo facienti sibi Deum recentem, & in corde ponenti quod non est, dicamus, substantia Dei corruptibilis est, an incorruptibilis: elige quod vis: exi qua vis, sed non effugies. si dixeris corruptibilis, nõ à populo, sed à te ipso lapidaberis. si autem dixeris incorruptibilem Deum, incorruptibilis quo modo timuit gentem tenebrarum? quid fallax erat incorruptibilis, gens corruptionis? quid restat, nisi ut dicatur, nescimus. Quod August. acutè applicat Manichæis possumus & nos ad Caluini hæresim accommodare, & ad vtrumque foramen retia ponere. Ait Caluinus, omnes qui fidem suam sectantur illam specialem, id est, idolum illud, ac figmentum, quod sibi finxit, ut alijs imponeret prædestinatos esse, & hoc sibi certo persuadere debere: Ecce tibi fouea, in qua vulpes obscura latet: affirmat proinde, & prædicat hanc suam peruersam fidem, quietos, ac securos reddere homines, ac tales, ut perpetua conscientie pace fruantur; Ecce quomodo se intra foueam tegit. sic interrogo Caluine: nonne fuerunt aliqui, qui cum essent olim tuæ huius fidei sectatores, postea, animaduertentes se deceptos tuis imposturis ad Ecclesiæ Catholicæ gremium reuersi sunt? quomodo ergò illi prædestinati erant, si defecerunt ab ea fide, quæ de te didicerunt homines nõ nisi prædestinatos cõplecti? Non. n. verum est eos, qui tuum pestiferum dogma sequuntur esse prædestinatos, cum indè resilire possint; ecce vnum foueæ foramen occlusimus. neque .n. negare potest defecisse aliquos ab illo. quærit ergò vulpes aliud foramen vnde elabatur. nam respondet, cor hominis tam multiplex esse, & tot habere sinus, ut non possit sibi satis prospectum esse, ac peruium. ita illos, qui à sua secta defecerunt, falsos esse, putabant. n. se Calvinismum tenere, cum nihil minus. sed iam, & hæc vulpeculam capiamus ne egredi possit, sed in tenebris delitescere cogatur. dicam enim illi. ergò non est quod te iactes. peruersum tuum dogma, & specialis illud fidei idolum tuos reddere sectores, quietos ac sedatos animo; nam si talis est cordis humani natura, cum & ipsi homines sint, timebunt meritò, & anxierunt ne non sibi satis perspecta sit illorum fides, ob reconditos, & multiplices cordis sinus. sic ergò Catholici hæreticos tanquam vulpes puillas, exterminantes vineas, & latentes in

C

D

tes in cauernis tortuosis capiunt, cum de falci-
tate conuincunt.

Quantum verò Christi vineæ, id est, Eccle-
siæ damnum inferant vulpes istæ maleolen-
tes, & putidæ, testis est Anglia, testis Germa-
nia, testis Flandria, vt deplorare potiùs tantam
calamitatem satius sit, quàm probare, vel de-
scribere; etehim ab his velut immanibus feris
vinea Domini miserandum in modum deua-
statur, & sacra ferè omnia non sine ingenti po-
pulorum perniciè prophanantur, tantaque a-
nimarum strages, & religionis per istos immu-
tatio inuehitur, quanta nunc non sine lacrymis
ipsis oculis cernimus.

Porrò huic equo pallido, quem dixi hære-
sim repræsentare, mors insidet, & infernus il-
lum sequitur: quia nimirum admirandas etiam
corporum strages, & horrendam carnificinam
exercuere hæretici, dum gladio patefacere
viam falsis dogmatibus, ac pestilentibus erro-
ribus cogitant, & CHRISTI Euange-
lio occludere, & Catholicos sinus euertere;
non minus enim cruenta, nec minus perniciosa
fuit hæreticorum persecutio, quàm Tyrannorum.
sed in hoc longè superat, quod animas
etiam miserandum in modum in primis pro-
dere solet. Est enim hæreticorum damnata
doctrina tanquam fermentum quod vel mo-
dicum, vt Paulus inquit ad Galatas 5. 9.
totam massam corrumpit; est velut spina in o-
culo prorsus excæcans hominem, vt nec se, nec
Deum, nec veritatem aspicere possit; Est ani-
mæ virus tam pestilens, vt non modo aucto-
rem ipsum, sed & innumeros alios miserè per-
dat; est fœda, atque in plurimum incurabilis
lepra, quæ sine sacerdotum iudicio neque cog-
nosci, neque mundari queat, quæ à bono-
rum hominum, ab Angelorum, denique à Dei
societate, in cœlis, & in terris excludit, tan-
tum in tartarum miseros istos detrudens, dæ-
monibus addicit.

Quod verò infernus hæresim, id est, istos
pallentes equos consequatur, & simulatores;
vltio diuina, quæ Arrium, Lutherum, & simi-
lis fæcis homines, consecuta est testatissimum
reddit; nam multi ex ipsis non sine clarissimis
damnationis suæ signis infelicem exhalarunt
animam. infernus ergò sequitur equum palli-
dum non deoraturus, quos ipse occideret, vel
insectaretur, sed ipsummet, id est, Ecclesiæ per-
sequutores hæreticos, qui Imperatorum, vel
Regum potentia aliquando ficti impunè se
putabant sæuire in Catholicos, quasi nemo ef-
fet, qui eorum cædes curaret. sunt qui non ma-
lè, vt per equum hæresim, per mortem diabo-
lum, ita per infernum sequentem intelligant
damnatorum multitudinem. sequuntur enim,
& diabolium imitantur, qui sunt ex patre dia-
bolo, hæretici, & qui hæreticis consentiunt, & c.
dånatorũ cõgeries. sed pior expositio melior.

Verè enim Iustus in Cantica Canticorum
sic scribit: *Sampson qui interpretatur sol, captus tor-
centis vulpibus, eorum caudis ignem apposuit, & fru-
ctus inimicorum accendit: semper enim hæretici in
primordijs velut ficta religione conspicui, in extremis
suis ignem trahunt gehenne incendio deputati.* Aug.
serm. de Sampsonem idem ferè habet: *cauda vul-
pium, inquit, quid sunt, nisi posteriora hæreticorum,*

*qui prima habent magna, blanda, & deceptoria ope-
ra, posteriora ligata, id est, damnata, & in ignem in
sine trahentia, vt eorum fructus, & acta consumant,
qui suis seditionibus acquiescunt.*

Eandem Sampsonis historiam paulò aliter,
sed non minus egregiè ad hæreticos etiam ac-
commodat idem Augustinus in eundem Psal.
80. docet enim hæreticos aliud atq; aliud cre-
dere, ipsamque fidem falsitate variantes in-
ter se dissentire, cum tamen omnes à terrenis
cogitationibus non recedant, & in terrenis co-
gitationibus consentiant sibi: *opinio, inquit Au-
gustinus, diuersa est, vanitas vna est; de illis in alio
Psal. dicitur: ipsi de vanitate in vnum colligantur.
quamuis opinionum varietate discordent, simili ta-
men vanitate colligantur. Et nostis, quia vanitas re-
tro est, posterior est: idè illa qua retro oblitus est (Paulus)
id est, vanitatem oblitus, in ea, qua ante sunt, id
est, in veritatem extensus, sequitur ad palmam superna
vocationis Dei in Christo Iesu (Philp. 3.) idè Samp-
son caudas vulpium colligauit. vulpes insidiosos max-
imeq; hæreticos significant dolosos, fraudulentos, ca-
uernosis amfractibus latentes, & decipientes, odore
etiam tetro putentes, contra què odorem dicit Apost.
Christi bonus odor sumus. (ergò) Sampson qui inter-
pretatur sol, & figuram habebat Christi colligauit
caudas vulpiũ, & ibi ignem alligauit (intellige Au-
gust. secundum iustam Dei permissionem lo-
qui) ignem ad incendendum, sed messes alienigenarũ.
proindè tales consentientes (Hæreticorum vanita-
ti, & falsitati) in posterioribus tanquam caudis colli-
gati, trahunt ignem corrumpentem, sed non incendunt
nostrorum segetes. nouit .n. Dominus qui sunt eius, &
recedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Do-
mini. in magna autem domo non solum sunt vasa au-
rea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & alia
quidem sunt in honorem, alia verò in contumeliam, si
quis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit vas
in honorem, vt ille Deo, ad omne opus bonum paratum,
& idè nec caudas vulpium, nec faces vulpium perici-
mescet. Sic Aug. hic ergò ignis in alligatis cau-
dis hæreticorum, & consentientium, tandem
rapit istos simul vinctos, & ruere in infernum,
præcipites facit, vt ibi horribili, ac sempiterno
alio igni torreatur: quod in Apocalyp. per in-
fernum sequentem equum significari diximus
n. 10.*

Nec aliter Victorinus locum hũc Apoc. ex-
ponit, sic enim scribit: *Cum enim dicit: & infernus
sequitur eum, id est, expectat deuorationem anima-
rum multarum impiarum.* sic ille. rectè quidem,
vt intelligas non deferi à Deo, nèque contem-
ni fideles, ac Catholicos, sed æterna supplicia
manere, ac sequi eorum violatores, interfecto-
res, & insidiatores hæreticos, siue Tyrannos,
siue Imperatores, quæ nullo modo effugere va-
leant, quamuis fortes, & potentes, quod ab Isa.
c. 5. 14. prædictum videtur: *propterea dilatauit
infernus animam suam; & aperuit os suum absque
vllò termino; & descendunt fortes eius, & populus eius
& sublimes, gloriosus, eius ad eum.*

Sequuntur post prædicta verba Apoca. hæc
v. 8. *& data est illi potestas (diuina permissione)
super quatuor partes terra; quia tam multos in
omnibus totius Christiani orbis partibus, vel
interfecerunt, seu persecuti sunt, vel decepe-
runt, vt quartam terræ Romanis subiectæ par-
tem conficerent, si simul coirent Græcè namq;*

habe-

8.
Hæresim
damna.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

habetur: *ἐπὶ τὸ τετραστον τῆς γῆς*, super quartam terram partem, licet forte aliter noster interpres legerit, & probabilius; Vel intelligere possumus super quatuor partes terræ, id est, super Christianum vniuersum orbem. quo enim non penetrauit tam dira lues, quam Indos etiam peruasisse audiuius? quod est cōformius nostro interpreti. Subdit Ioann. *interficere gladio* persecutionis, vel detractionis; *fame*, audiendi verbi Dei; *morte*, id est, alio quolibet nocendi, & perimendi genere. *& bestijs terra*, id est brutis, & ratione carentibus concupiscentijs.

15.

Cum ergo tam pestilens sit hæresis, & tanta, ac tam multa in Ecclesia Dei inuehat damna, nimirum infinitam malorum siluam, est quod libenter audiamus, & salutare hoc Christi præceptum diligenter seruemus, quo suis præcipit vt iterum, atque iterum attendant à falsis Prophetis; & ne decipiantur monet, vestiri solere illos vestimentis ouium, cum re vera lupi sint rapaces; subijcitque modum, quo agnoscere illos possint, nequando eorum larue ipsis imponant; *à fructibus*, inquit, *eorum cognoscetis eos*. Quare quia multa diximus in Scholijs, duas tantum hic notas, quæ ad internoscendos hæreticos maximè faciunt, & conformandis moribus magis inferuiunt, beuiter aperuisse contentus ero. Prima igitur nota sit in primis incredibilis quædam superbia ac fastus, sunt enim hi, vt Eugubinus ait in cap. 11. Deuter. similes Dathan, & Abyron: vt enim hi sub prætextu pietatis dominandi libidine, ac ambitionis æstu agitati, ei principatum adimere conabantur, cui fuisset à Deo traditus; ita hi sanctæ Ecclesiæ corpus disingere nituntur, dum caput eius à summo Deo constitutum, imminuere, lacera- re, dedecorare impijs maledictis non cessant. neque aliud fit ab his in summum illud caput, quam à Dathan, & Abyron in Moysen tentatum est, genus hominum miserabilissimum, ac perniciosissimum &c. quorum adeo processit audacitas, & gygantæa immanitas, vt eis nec cælum iam sufficiat, in quo suæ sceleratissimæ linguæ virus euomant, ore impijssimo blasphement, dum eius incolas tantis probris, ac mendacijs dehonestant.

16.
Humilitas
hæresi oppo-
sita.

Et certè non mirum est si hæretici superbissimo fastu tumeant, cum nihil æquè hæresi opponatur, atque humilitas; quod ex his duobus facillè erit cognoscere. primum quidem quia recta fides haberi non potest sine humilitate, qua in captiuitatem, vt Paul. ait 2. ad Corin. 10. redigatur intellectus; per fidem enim ea credimus quæ non videmus: *quid enim est fides*, ait August. tract. 40. in Ioann. *nisi credere quod non vides*? At hæresis cum à recta fide declinet, humilitatem hanc tenere non potest; neque enim iugo fidei, ac diuinæ reuelationi intellectum subdere vult; deindè cum hæresis maximè Ecclesiam audire detrectet, eiusque caput Pontificem Romanum, & veterum Patrum dogmata conuellat, & in explicandis Scripturis sacris sui capitis sensus, vel cōmenta potius, antiquis concilijs præferat, non poterit vnquam Ecclesiam habere matrem, ac proindè neque Deum Patrem; sic enim ait Cyprianus de vnitæte Ecclesiæ, *non potest Deum habere Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem*; quare Augustinus

A epistola quinquagesimafexta, Dioscoro consultit, quod quia hæresum mater est superbia, eam euitet, humilitati studeat: *non aliam tibi ad capeffendam, & obtinendam veritatem viam munitas, quam qua munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas; & quoties interrogares, hoc dicerem.*

Hoc humilitatis signum ad agnoscendos hæreticos homilia decimanona operis imperfecti sic eleganter obseruauit auctor: *si quis lupum comperiat pelle ouina, quomodo cognoscat illum, nisi aut per vocem, aut per actum? ouis inclinata deorsum balat, lupus in aera conuertit caput suum contra cælum, & sic vlulat. qui ergo secundum Deum vocem confessionis, & humilitatis emittit, ouis est; qui verò aduersus veritatem blasphemij vlulat contra Deum lupus est.*

17.

B

Altera nota est quod hæretici nouitatibus student, vetera contemnunt, figunt, & refigunt prout illis in mentem venit, diruunt, ædificant, mutant quadrata rotundis, denique quæ à veteribus sanctè, ac validè confirmata sunt, reijciunt, & Ecclesiæ consensionem, antiquitatem, vniuersitatem præ se ipsis respuunt, cum ad tetinendam fidem contraria omninò remedia adhibenda sint. Quam rem Vincentius Lyrinensis in commonitorio capite tertio, accuratissimè docuit: *in ipsa*, inquit, *Catholica Ecclesia magnoperè curandum est, vt id teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. hoc est etenim verè, proprièq; Catholicum quod ipsa vis nominis ratioq; declarat, qui omnia verè vniuersaliter comprehendit: sed hoc ita demum sit, si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. sequemur autem vniuersitatem hoc modo, si hanc vnã fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia. Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus recedamus sensibus, quos sanctos maiores, ac Patres nostros celebrasse manifestum est. consensionem quoq; si idem, si in ipsa vetustate omnium, vel certè penè omnium sacerdotum, pariter & magistrorum definitiones, sententiasq; sectemur. Sic ille.*

18.

Hæretici
nouitatibus
student.

C

Hanc doctrinam sequutus Augustinus sic contra epist. Manich. c. 4. scribit: *multa sunt quæ in Ecclesia Catholica gremio me iustissimè teneant. tenet consensio populorum, atque gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, caritate auicta, vetustate formata: tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas, post resurrectionem Dominus commendauit vsq; ad presentem Episcopatum successio sacerdotum: tenet postremò ipsum Catholica nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici Catholicos se dici velint; quærenti tamen peregrino alicui vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel Basilicam suam, vel domum audeat ostendere.*

19.

D

DIGRESSIO IV.

In eadem verba: *Attendite à falsis Prophetis, &c.*

TRIPLEX est, vt hæc verba magis ad mores accomodemus, PseudoProphetarum genus; vnum mundus, alterum caro, tertium diabolus. mundus sanè mendax propheta est, plurima promittit, sed quantam in promissis fidem seruet, experiuntur miseri, qui in illo spem suam collocant. similis enim est quadringentis prophetis illis, quorum 3. Reg. 22. mentio fit, qui Achabo Regi victoriam pollicebantur de habitatoribus Ramoth Galaad, quã vt Regi persuaderet vnus ex ipsis Sedecias nomine, commentus est cornua quædam ferrea in similitudinem tauri, & is huc illuc excurrens sic loquebatur: *Hæc dicit Dominus; his ventilabis Syriam donec deleas eam.* Sed quã falsò ac mendaciter ea prædixerit, quãque impudenter mentitus fuerit, rei declarauit euentus. sic enim scriptura belli exitum narrat: *mortuus est autem Rex (Achab) & perlatus est in Samariam: sepelieruntque Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina Samaria, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat.* non absimilis Sedecias huic mundus est, maria, & montes pollicetur, fanitatem, honores, diuitias, dignitates, vitam, ac si omnia hæc, manibus concluderet, & in potestate sua esset, ista dilargiri: sed mentitur furcifer, & nebulo, captiolis nãque verbis suis imponit, & eorũ corda fascinat, obtrudés tandè laborè pro requie, solitudinem pro tranquillitate, mœrorè pro gaudio, mortem pro vita, scoriam pro auro.

Vt meritò in illum retorquere possis illud Iobi 20. 5. *gaudium hypocrita ad instar puncti.* rectè enim in mundum *hypocrita*, vocabulum cadit, & pseudopropheta, cum aliud verbis pollicetur, aliud rebus ipsis præstet, igitur ea quæ confert gaudia, speciem potius continent gaudij quàm gaudium ipsum; euanescent statim, & momento temporis transeunt. Quod significatum esse Lucæ 4. loci eius interpretes docent, cum diabolus è montis excelsi supercilio Christo Domino ostendit omnia regna orbis terræ in momento temporis, vt ab illo sui adorationem extorqueret; sic enim mendax dicebat: *tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua hæc omnia.* non aliter mundus in quem diabolus suum transfudit mendacij spiritum, blandiens tibi, pollicetur fore te perpetuò felicem si ei morem geras, eiusque viuendi rationem & præcepta sequare. Verùm ea omnia in modum puncti, cuius nulla pars est, ac nihili fuisse tandem mundani homines post deceptionem aduertunt, sunt enim illa quæ vel tribuit mundus, vel pollicetur tanquam ea, quæ Magi dolente diabolo apparere faciunt, cum reuera talia non sint qualia videntur.

Sic rectè comparabimus eos, qui in fallacibus mundi pollicitationibus spem suam collocant, ijs qui mersi in aquis periclitantur: videas enim eos, vt eleganter Bernardus describit Sermone 1. De aduentu Domini: *Tenentes tenere, nec vlla ratione deserere, quod primum occurrit manibus, quidquid sit illud, licet tale sit, quod omnino prodesse non possit, vt sunt ra-*

A dices herbarum, cateraque simili. nam etsi qui forte ad eos veniant vt subueniant, nunquam solent apprehensos inuoluere secum, aded vt nec sibi, nec alijs ferre auxilium præualeant; sic pereunt in hoc mari magno, & spatiofo, sic pereunt miseri, dum peritura sectantes, omittunt solida; quibus apprehensis, emergere & saluare possent animas suas: ita, inquam, pereunt, qui omisissis veris & salutaribus studijs, caduca & transitoria querunt, à quibus nequeunt diuelli. Sic Bernardus. Et quidem quàm verè, experiuntur miseri, qui ex hac vita subtracti amittunt æterna, quæ non curarunt, & priuantur terrenis, quibus infeliciter adhæserunt, quos sempiternis pœnis cruciandos deuorabit infernus: sic videlicet mundani homines decipiuntur.

B Enimuerò pix est mundus, & quamlibet leui atactu tãgentes inquinat. Viscus est mundus, qui tuos imitatores in modò aucupis peccati, & mortis æternæ carceri addicit. Lacqueus est mundus, qui voluptatibus & opibus velut escis obiectis allicit, atque capit incautos, & secum trahit in foueam interitus. vnde mihi vix possibile videtur, vt qui mundi legibus viuunt, purus ab inquinamentis mundi, & immaculatus hinc emigret.

Sapienter Hector Pintus in c. 3. Ezech. *Quæ admodum, inquit, mare conchylia, & torpedines, & algas projicit in litus extra aquam, sed non multò post iterum hæc omnia sorbet, & projicit in profundum; sic mundus modò nos expellit, modò recipit, & quando in litore tranquillo arbitratur esse, tunc nos deceptos aspiciamus, & rerum discriminibus, magnifquo calamitatum angustijs agitato.*

C Quare, si sapimus, hirundines imitemur, quæ, vt ait Solinus, in domo minante ruinam non nidificat, imò fugiunt à malè materiatis ædificijs: quantò magis homines debent à mûdo recedere, quem sciunt esse caducum, & ruinofum, & ipsis amicis pericula molientem?

D Cauendum igitur est diligenter à tam peruerso & falso Propheta, dum venit blandis promissionibus, & fallacibus bonis obiectis, vt sic incautos ad damnationis interitum protrahat: *imitemurque illos, vt Nilus aduertit in libro ascetico, qui in mari nauigant, sciiente tempestate merces negligunt, & proprijs manibus onera in mare projiciunt, & fortunæ vitam anteponunt, ac ne nauis pondere oppressa demergatur, eam subleuant, & pretiosissima quæq; vel in profundum iaciunt: cur nã etiã nos propter vitã præstantiorè ea despiciamus, quã animũ in profundum demergunt? cur idem non potest Dei timor, quod potest timor maris? illi caduca vitã cupiditate alicuius rerum iacturam leuem putant, nos qui ad vitam æternam aspiramus, propter illam nihil quãuis abiectũ contemnimus, sed malumus simul cum onere perire, quã illo proiecto seruari. Agite exuamus omnia, nudus enim consistit aduersarius, numquid induti luctantur pugiles? numquid certaminis leui iubet eos nudos stadium ingredi? nudum verò & vnũ est oportet certare, nuditas, n. facit vt ab aduersario luctator apprehendi non possit: vnctio autè vt si quãdo fuerit apprehensus elabatur: propterea luctatores puluerè aduersarijs conatur aspergere, vt olei leuitatem pulueris iniectione exasperet, atq; ita eos facit apprehendere valeat. Itã quod illic est puluis, id in nostro certamine est in terrenis rebus occupatio, & quod illic est oleũ, hic est quietus studiũ ab omni sollicitudine vacans.*

1.
Triplex
Pseudoprophetarum
genus.

2.
Mundani
hypocrita.

3.
Mundani
similes
periclitantibus
in aquis.

4.
Mundani
pix
est.

5.

6.

7.

hæc non minus piè, quàm acutè Nilus. Con-
temnendus est igitur mundus ne malis eius in-
uoluamur, & sempiternis baratri tenebris im-
mergamur.

Sed non minus fallax, & captiosa est caro, ita
vt ab ea tanquam à pessimo Pseudopropheta, &
subdolo cauendum sit; & tanto magis, quanto
nobis coniunctior est, cuius similitudinè gessit
Iahel, quæ Scriptura teste, cū occurisset Sifara
duci de prælio fugienti, quasi. n. expansis mani-
bus applaudens illi blandis, ac dulcibus verbis
persuasit, vt tabernaculū suū ingrederetur, &
vehementer defatigatus, aliquantulū cōquies-
ceret, scq; sopori traderet. Ingressus ille frau-
dis nescius, & blandæ mulieri nimium credu-
lus de manu eius lactis poculū hausit, qui cū
postea graui somno correptus esset, Iahel sen-
sim accedēs, clauū profundè infixit capiti, dolo
deceptū interficiens, quē tam blandè prius in-
uitauerat. blanditur nobis caro, & obiectas deli-
cias, & voluptates, veluti dulce lac nobis pro-
pinat, ita vt graui quasi vetero correpti, rerū
cælestiū, mortis, ac diuini iudicij obliuiscamur,
atq; ita incautis irreat anime, & corporis inter-
ritus. & verò quod nunc lac vocauimus, Salo-
mon alibi vinum appellat, iuxta D. Th. de regi-
mine Principum l. i. c. 10. Prou. 23. 31. *ne intuear-
is*, inquit, *vinum quando flauescit, cū splenderit
in vitro color eius, subito. n. mordebit vt coluber.* Vt
sit verborum sententia, ne vinū carnaliū volu-
ptatū, & spurcissimarū deliciarū suo robore, &
inani quadam specie per oculos te capiat; quin
quoties te ad potandum illud caro alliciet, &
velut in vitro. i. corā oculis tuis splendēs, quasi
inuitabit, auerte oculos, & ingemiscens cælum
suspice, cælestem que opem implora. Certissi-
mum enim (quamuis initio benè sapere palato
videatur, & gutturi esse suaue) mox sub finem
virus suum spargens, afferet exitium, teque
vt coluber, mordens, sempiternum inuehet in
interitum.

Prudenter Aug. Psal. 139. *spina non pungunt in
radicibus, erue spinas de terra, contrecta radices ipsa-
rum, & vide si sentis dolorē tamen illud, vnde dolorem
sentis in superficie de radice processit: itaque non vo-
bis placeant homines quasi lenes, & blandi, amatores
tamen carnalium voluptatum, & inquinatarum cu-
piditarum sectatores non vobis placeant, etsi adhuc
videntur lenes, radices spinarum sunt, & c. incenda-
tur radix, & nō est vnde spina procedat.* quo exem-
plo vult nos Augustinus à carnalium hominū
consuetudine longè auertere, & vt ab his tan-
quam à falsis Prophetis caueamus, monere.

Igitur caro domanda est, atque iuxta Pauli
Apostoli sententiam ad Galat. 5. cum vitijs, &
concupiscentijs crucifigenda, vt enim equo fero-
ciant, inquit Pintus in Ezech. c. 31. *& sessori mini-
me obtemperanti, pabulum subducitur, & pro hordeo
tribuitur ei palea, sic carni nostra spiritui aduersatri-
ci, & ob dapes, & delicias, & epularum varietates,
rationi rebellatrici, subducenda est escarum copia, &
cibus sobrius suppeditandus, vt sedata, & castigata a-
nima, sessori suo libenter obediat. Et vt inimici in ob-
sidione se dedunt hostibus, si illis alimenta auferantur;
ita caro, & sensus nostri hostes anima ablatis epulis se
tradunt anima, & ieiunio inutilia desideria coercentur.*

Et meritò sic faciendum vt Hector Pintus

monet, alioqui insolescet caro, & contra om-
nem rationem, & Dei iussum dominabitur in
homine; quod quàm absurdum sit, quàm infa-
me. Ablalon ferm. 3. de Annūciatione Mariæ,
(quem citat Ioan. Dadræus in locis communi-
bus similibus & dissimilibus v. Caro) eleganter
docet: *quidam ait vir nobilis, & eius seruus tibi
in custodiam dati sunt, ea lege, vt seruum pane. &
aqua more serui; nobilem secundum dignitatem na-
taliū suorum procurares splendide. Tu verò è con-
trario, nobilem fame, & siti, & multis iniurijs conse-
cisti; seruum verò delicate nutriti, omni genere deli-
tiarum insolentem fecisti, rebellem Domino suo, quem
insurgens vulnerat inultus, occidit tandem. quid re-
spondebis ei qui vtrumque tibi commisit? tu homo,
crudelis homo fuisti, qui nobilem spiritum, & ani-
mam, nullis delitijs vt tutum, nulla pinguedine deu-
tionē refecisti; seruum contumacem nutriti deli-
cate, qui carnem gula, ebrietatibus, voluptatibus
huius vite inescasti: caro insurgit in spiritum, eum vi-
tijs seruire cogit, vulnerat occidit.* ergò diligētè
cauendū & ab hac falsa Prophetide, quæ venit
ad nos blandientis, & amantis speciem præ se
ferens, cū re vera hostis infensissimus ratio-
nis sit, & dulces obtendens corporis volupta-
tes, virus nobis pestilentissimum instillat.

Sequitur tertius Pseudopropheta multò
pessimus, & callidissimus diabolus, de quo
Christus Ioannis 8. 44. *ille homicida erat ab in-
itio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo:
cū loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia
mendax est, & Pater eius.* nam statim vt creatus
est homo, diabolus seduxit eum, & ad peccan-
dum induxit, vnde factum, vt inuidia diaboli
mors introiret in orbem terrarum, deinde nō
modò mendax, sed & pater mendacij est; inde
enim ortum mendaciū, primis namque paren-
tibus mendaciter dixit: Gen 3. 4. 5. *nequaquam
moriemini; scit enim Deus, quod in quocumque die
comederitis ex eo, aperietur oculi vestri, & eritis tan-
quam dii scientes bonum, & malum:* quibus verbis
quatuor non falsa modò, verum impia etiam
sua oratione inuoluit. primum Deum esse
mendacem, hoc enim significat nequaquam
moriemini, contra ac dixerat Deus. alterum
est Deum inuidisse eis felicitatem, ac summum
quoddam bonum, hoc enim est quod subdit,
*scit enim Deus quod si comederitis ex eo, aperientur
oculi vestri & cætera.* Tertium fuit arborem il-
lam efficacitatem quandam in se continuisse,
qua efficere poterat illos rerum omnium sci-
entes. Denique posse homines scientia fieri si-
miles Deo, propter esum fructus illius arboris.
ergò dum loquitur mendacium ex proprijs
loquitur, nam quantum in ipso est, semper
est mendax. & verò eo consilio interdum
verum loquitur, vt fallaciter falsa persuadeat.
etsi verum aliquod simpliciter dicit, id à Deo
coactus facit: nec ex proprijs vnquam verum
simpliciter loquitur: est autē in modum serpē-
tis lubricus, callidus, ambiguus, vnde non mi-
rum, quod tota ea serpētis oratio cum muliere
ambigua est, & in diuersas flexibilis sententias;
Sophisticè enim dæmon loquutus est, & tan-
quam princeps omnium Sophistarum, qui autē
Sophisticè loquitur odibilis est Deo Ecclesiast. 37. 23.
cetera omnia Rupertus cap. 7. & 8. libro tertio,
de Trinitate pluribus ostendit, ita verò

12.
Diabolus
Pseudopro-
pheta.

C

D

8.
Caro aliter
Pseudopro-
pheta.

9.

10.

11.

info-

insolens, inuidus, & superbus est, vt etiam Deo mendacij notam inurere audeat, idque homini persuadere conatur ad eos decipiendos, vt Deo non credat, nec obsequatur. voluit ille quidem aliquando similis fieri Deo, cum diceret, *conscendam in cælum, super astra Dei ponam solium meum, ero similis altissimo.* Cæterum quia hoc ei non successit, voluit postea facere Deum sui similem, id est, mendacem, & inuidum, idque homini probare, ac persuadere tentauit.

13. Est ergo verè mendacissimus Propheta, neque id initio modò nascentis mundi fuit, verum semper se talem ostendit, quod D. Greg. lib. 14. moral. cap. 7. & 8. docet: quod, inquit, *in paradiso egit, hoc quotidie antiquus hostis agere non desistit. verba quippè Dei de cordibus hominum molitur euellere, atque in eis ficta promissionis sua blandimenta radicare. quotidie hoc quod Deus minatur leuiget, & ad hoc credendum quod falsum promittit, inuitat. falso enim pollicetur temporalia, vt mentibus hominum ea supplicia leuiget, qua Deus minatur aterna. nam cum presentis vite gloriam spondet, quid aliud dicit quam gustate, eritis sicut dii; ac si aperte dicat: temporalem concupiscentiam tangite, & in hoc mundo sublimes apparetis; & cum timorem diuina sententia amouere conatur, quid aliud loquitur, quam id, quod primis hominibus dixit: cur precepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? quibus aperte declaratur ex verissima Gregorij sententia, quàm subdolos & impostor Propheta sit Dæmon, quare rectè tentaturus Adamum, non alio quàm callido serpente vt instrumento vsus est.* Bernardus sic ostendit in sermone quodã de quadruplici debito: *non timeo vobis fratres à viribus Sathana, cum nouerim fortitudinem eius per Redemptoris nostri vulnera traductam, & deductam ad nihilum. Aversutis, & astutis illius formido mihi est pro vobis, in quibus partim subtilitate natura, partim experientia temporum sub tot annorum millibus eruditus fragilitatem humana natura quaqua versum se verterit non ignorat. sic ille insatiabilis homicida primis parentibus nostris non vsos, non leones, non fortia terra animalia delegauit, sed tortuosum, & callidum serpentem, qui per sinuosa volumina nunc caput cauda, nunc capite caudam tegere consuevit. deniq; & serpens non fortior erat, sed callidior cunctis animalibus terra, ait Scriptura. & paulò post, timeo ne sicut serpens Equam seduxit astutia sua, sic & sensus vestri corrumpantur à castitate, qua est in Christo Iesu.* hæc Bernardus.

14. Aperit & dæmonis astutiam, simulque & crudelitatem Athanas. lib. 1. vel orat. 1. contra Arianos: *quemadmodum, inquit, plagiaris, cum auertere cupit alienos libros, longè à parentibus suis peregrè agentes, asimulat speciem, vultumq; parentum, quos vbi desiderio sui captos, deceptosq; longius abduxerit, iugulat, & occidit. eadem quoque ratione sinuosus ille, & doli fraudisq; magister diabolus, nihil sibi fidens, vt potè qui sciat humani generis ad veritatem amores, veritatis speciem, vultumq; pratendit, suum tamen interim virus comitibus suis, & affectis inspargit.*

15. Attendere igitur & ab hoc Pseudopropheta monet nos Christus ne capiamur; neque enim nudum hamum, sed esca tectum piscator piscibus obijcit; ita diabolus piscator pessimus

A animarum, ad deuorandum eas, non nudas nobis tentationes obijcit, sed esca voluptatis, vel necessitatis, vel aliquo colore sanctitatis circumueltitas hominibus proponit. sicut enim, vt ait Chrysost. hom. 15. ad pop. Antioch. *Pueri terra laqueos: sic diabolus vita voluptatibus peccata circumtexit; siue consulat quispiam, siue aduletur, siue obsequatur, siue honores polliceatur, siue quodcumque aliud, omnia cum diligentia exanimemus. si lucrum occurrat; scrutare ne fortè peccatum intrà lucrum sit absconditum. si voluptas; ne voluptatem solùm respicias, sed ne fortè iniquitas aliqua in voluptatis profundo sit, considera.* omnes ergo isti, siue mundus, siue caro, siue dæmon, falsorum Prophetarum nomine rectè intelliguntur, à quibus per deceptionem, & dolum, sed sub specie bonitatis alicuius, vel veritatis perdere nos volunt. cæterum à fructibus, id est, infelici rerum euentu, & eorum interitu, qui eos affectantur, deprehendi poterunt.

DIGRESSIO V. MORALIS

In vers. 19. *Omnis arbor qua non facit fructum bonum &c.*

CVM homo vt veteres Philosophi etiam tradidère arbori similis sit, & manu Dei in hoc mundo plantatus, meritò Christus Dominus fructum ab eo quærit. nam quis, obsecro, vineam plantat, colit, irrigat, & de fructu eius non comedit? iustum ergo est, quod Christus hic docet, vt arbor non faciens fructum, euellatur, & igni tradatur, vt æternum ardeat. quod si è contrario hic fructum ferat, quem Deus ab illa requirit, transferenda hinc erit in cælum, vt inter ligna vitæ ibi collocetur.

Est autem fructus quem à nobis exigit Christus, vt Patris sui voluntatem impleamus, quem si ad extremum iudicij diem in nobis nõ inuenerit, rescindi nos iubebit, & ab se ablegatos in ignem conijci. dicit enim hominibus, qui instar sterilium arborum sunt, *discedite à me omnes operarij iniquitatis.* qua sententia nihil peius accidere homini potest. nam quid illi boni esse potest, qui caret eo, sine quo nihil boni esse potest; quod sanè non obscurè indicatum fuit 1. Reg. 28. 16. per verba illa Samuelis, quæ Sauli dixit, à quo, quia eius voluntati non fuerat obsecutus recesserat Deus: *quid, inquit Samuel; interrogas me, cum Dominus recesserit à te? quis enim solari eum hominem potest, à quo Deus recessit? si ergo tantum bonum, id est, omne bonum amittere times, à Dei voluntate ne recesseris, sed tanquam fecunda arbor, huc ei fructum perpetuò redde.*

Canticorum 6. 10. inquit, cœlestis agricola; *descendi in hortum meum vt viderem poma conuallium.* hortus Christi, vel vinea Ecclesia est. videtur ergo Christus qui est huius horti Dominus, velut quotannis ad plantas suas accedere, vt ex illis fructum recipiat aliquem; propterea enim in Ecclesia nos plantauit. cæterum timendum valdè est, ne si nos infructuosos vno, altero, vel etiam tertio anno inuenerit, dicat cultori vineæ suæ, vt est Luc. 12. 7. *Ecce anni tres sunt, ex quo venio. quatenus fructum in ficulnea*

I.
Homo arbori similis.

S.
Hortus Christi Ecclesia.

*hac, & non inuenio; succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? continet ficus hæc velut similitudinem quandam Christiani hominis, vt Augustino videtur in ser. de tempore barbarico. is terram occupat si sterilis est, tanquam inutile pondus Ecclesiæ; expectat tamen benignus, ac clemens Dominus fructum ficus, quam per vineæ pastores, & concionatores colit, neque interim ipse deserit, sed pluuia, & sole, id est, cœlestibus auxilijs, & inspirationibus iuuat. quod si fructum, neque diu expectata profert, securim admouet, excindit illam, & vt æternum ardeat, in ignem conijcit inferni; *Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.**

4. Talis arbor fuit Israelis populus, de quo Isa. quinto, quarto, *expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas.* talis & ille, de quo Iob vigesimoquarto, vigesimotertio. *dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam,* neque aliud significat Paulus ad Rom. 2. dum ait; *ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? secundum autem duritiã tuã, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram;* & ad Galat. 6. monet nos dum tempus habemus operari bonum ad omnes.

5. Quod si datum tempus ad resipiscendum, & Dei voluntatem implendam, in vitijs & peccatis insumpserimus; iustus est Deus; ipse collatum beneficium in supplicium tanto grauius, & in maiorem sempiternum cruciatum conuertet. Quod rectè sic obseruauit Gregor. lib. 17. moral. cap. 4. *quisquis delinquit, & viuunt, idcirco hunc diuina dispensatio in aequitate tolerat, vt ab iniquitate compescat. sed qui diutius toleratur, nec tamen ab iniquitate compescitur, munus quidem superna patientia percipit, sed reatus sui vinculis ex ipso se mouere arctius astringit. nam quia accepta pœnitentiã tempora diuertit ad culpam, districtius in vltimis Iudex, impensa argumenta misericordiã conuertit ad pœnam.* Hæc Gregor. ô igitur nos infelices, quos tam diu Dominus tolerauit rogantibus sanctis viris & electis eius: sicut fecit cultor ille vineæ, qui dum diceret illi Dominus, vt sterilem, & infœcundam arborem succideret, respondit v. 8. & 9. *Domine dimitte illam, & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora; & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.* hic ergo colonus, qui libet sanctorum est, qui pro nobis orat, pro arbore sterili orat. *quid orat?* inquit August. serm. 31. de verbis Domini, *Domine dimitte illam, & hoc anno, id est, tempore isto sub gratia; (triennium enim tria sunt tempora, vnum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia) parce sterilibus, parce infructuosis. circumfodio eam, & adhibeo cophinum stercoris. si fecerit fructum, benè: sin autem minus, venies, & amputabis eam &c. quid est autem circumfodire, nisi humilitatem, pœnitentiã, & patientiã docere? fossa enim humilis est terra. Cophinum stercoris in bono intellige, sordes sunt, sed fructum dant. sordes cultoris dolor est peccatoris. qui agunt pœnitentiã, in sordibus agunt, si tamen intelligant, & veraciter agunt; huic ergo arbori dicitur: *agite pœnitentiã, appropinquabit enim regnum cœlorum.**

6. Similem arborem sterilem, & infœcundam descripsit nobis Daniel cap. 4. per quam signi-

A ficabatur Nabuchodonosor, arbor quidem sublimis, & robusta, cuius altitudo pertingebat ad cœlum, cuius potestas in terminos vniuersæ terræ sese porrigebat, quia verò fructus huius arboris pessimus erat, & Deo inuisus, idè audita est vox vigilis, & sancti descendentes de cœlo, & præcipientis: *succidite arborem, & dissipate illam, recidite ramos eius, excutite folia eius, & disperdite fructus eius.* neque vero solum vt ait D. Hieronymus Nabuchodonosor; sed omnes impij in Scripturâ comparantur arboribus, vnde David ait Psalm. 36. 35. *vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani,* nec illi tamen virtutum magnitudiue, sed sua eleuantur superbia: & idè excinduntur, & corruunt, quia consilium illud Domini sectari noluerunt: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Proindè timèdum valdè est, ne arbores huiusmodi simus, cuiusmodi sunt omnes superbi, quibus omnia ad nutum fluere videntur, ac prosperè succedere, & in tantam excrescere proceritatem, vt ad cœlum vsque peruenisse vulgo censeantur, qui ducunt in bonis dies suos, & cum ferino more viuentes tam multos malos fructus producant; steriles tamen sunt, & infœcundi Deo; istis certè eadem, quæ Nabuchodonosor, imminet vltio; ex terrenis enim bonis securi diuinæ sententiæ excisi, dissipabuntur, & omnia eorum consilia, diuitiæ, voluptates, honores, ceu fumus, & quasi nihilum illicò deficient, & euanescent, eorumque recordatio sempiterna obliuione sepelietur.

C Semper igitur sancti præcursoris verba Matth. 3. 10. habenda nobis ante oculos sunt; iam securis ad radicem arborum posita est: *omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.*

Verùm illud adhuc aduertendum est, etiam illas arbores steriles dici, quæ alijs, cum possint, neminè profunt, quod Gregorius pastoralis curæ parte tertia, capite vigesimo secundo, sic docet: *qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur; admonendi sunt quoque, vt sollicitè attendant quod ficulnea, quæ fructum non habuit, contra hanc districtus Agricola queritur, quod etiam terram occupat terram quippè ficulnea sine fructu occupat, quando mens tenacium hoc quod prodesse multis poterat, inutiliter seruat; terram ficulnea sine fructu occupat; quando locum, quem exercere alius per solem boni operis valuit: stultus per desidia vmbra premit.*

D Nec D. Leo serm. 7. de ieiunio decimi mensis cap. 2. aliter sentit sic scribens: *prater illam namque Apostolicam sententiã, quæ homines fructu pietatis carentes, vacuis arboribus comparantur, etiam illa ficus nobis cauenda est, de sua infœcunditate exemplo, quam Dominus Iesus sicut Euangelium refert (Matth. 21.) nihil habentem quod esurientium sumeret, perpetua sterilitate damnauit; vt intelligeremus, quoniam qui esurientem non resouet egerum, illi denegat cibum, qui, quod pauperi est datum, sibi dixit impensum. & huius maledictionis arbores erunt, quibus à iudicante dicitur; *discedite à me maledicti in ignem æternum, quem preparauit Pater meus Diabolo, & Angelus eius, esuriui enim; & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. quæ idè singula recoluntur, vt aduertimus, non**

7.
Quænam arbor sterilis.

8.

futurum extra misericordiam, qui vel partem horum operum fuerit exequutus: anima autem neminem vivans, erit arbor non habens poma, cum totius fructu pietatis invenietur aliena. Sic Leo. Vnde licet intelligere ex sententia Patrum, etiam eas fore arbores infructuosas, & excidendas, quæ alijs non profunt cum debent: quanto ergo feuerius illi punientur, qui sine villo fructu virtutum, imò verò multis sceleribus inquinati, vitam hanc more ferarum traducunt, & in Dei misericordiam, qua illos expectat, vt fructum ferant, ingrati sunt?

9. Nec tamen huiusmodi arbores diu steriles desperare debent; nam vt acutè obseruat Theophylactus in capite Matthæi septimo, rectè Christus arbori confert hominem, eò quod potest à sterili peccato in virtutem inferi. sicut enim arbor nemoris inferi potest, vt fructum bonum afferat, ita peccator qui ex se non aliud producit quàm spinas, & carduos delictorum, si à Iesu Christo Domino infertur per fidem, & charitatem fuerit, æternæ gloriæ fructum proferet.

10. Curemus igitur quanta maxima possumus diligentia in primis vt arbores viuæ, non emortuæ, & aridæ simus, alioquin sine fructu erimus, etiam si fidem teneamus; etenim vt Bernardus ait, sermone secundo, de resurrectione Domini: *sicut corporis huius vitam ex motu suo dignoscimus: ita & fidei vitam ex operibus bonis. itaque vita quidem corporis est anima, per quam mouetur, & sentit, vita verò fidei charitas est, per quam illa operatur.* hæc Bernardus.

11. Deindè contendamus pro virtutibus copiosiores, & vberiores in dies fructus bonorum operum afferre, quibus Dei voluntatem maiore qua possumus diligentia impleamus. ad quod nos Laurentius Iustinianus de disciplina, & perfectione monastica cap. 20. adhortatur his verbis: *usus docet, quod quantum quis vberiores vult colligere fructus, tanto diligentiore, & sollicitiore cura terram excolit vomere, sentesq; de e. eradicare conatur, ne nascentes aristas profocare possint. nam si inculta perm. eat, vepribus vitiisq; repletur, & hominum vsibus omnino inutilis efficitur. neque verò minori diligentia humani corporis terrena substantia disciplina spiritualis vomere colenda est, si ex se bonos Deo valeat producere fructus.* Hæc Iustinianus.

12. Porro pergit Dominus, quo nos ad maiores, & vberiores fructus proferendos inuitet, dicere; *non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est.* neque enim sola fide contentus est Dominus, nec opera sine fide magni facit, sed qui vtrumque coniunxerit, is demum illi cordi erit. hinc sponsæ Cantico- rum octavo, sexto, iubet sponsus: *pone me vt signaculum super cor tuum*, en fidem, & *super brachium tuum*, en opera. quod etiam optimè Ezechielis primo, & decimo capite, in quatuor illis animalibus significatum videtur; *manus hominis sub pennis eorum*, inquit Vates, *in quatuor partibus. manus hominis sub pennis*, exponit Gregorius esse virtutem operis sub volatu contemplationis, quia nimirum sola fides, & contemplatio mysteriorum fidei non sufficit, nisi simul illa volet in altum cum bonis ope-

A ribus coniuncta; aliò qui qui tantum sola fide nituntur audient: *non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum.* isti sunt arboribus similes, quæ solis folijs ornantur, & floribus; nec fructum ferunt.

Aduertere enim oportet tria esse malorum arborum genera, quod ad rem nostram facit, quædam folijs tantum ornantur, seu etiam floribus, quædam spinas præferunt; demum quædam noxium dumtaxat fructum & amarum afferunt. primis sunt similes; qui se fidei, & sacrorum verborum folijs dumtaxat tegunt; vel ceremoniarum externarum floribus se ornant, hoc est, externo tantum religionis habitu contenti sunt, neque interim faciunt voluntatem Patris, qui in cælis est.

B Vel etiam simulatæ sanctitatis speciem quandam præ se ferunt. ij vulgo suauem initio odorem edere videntur, sed mox non raro, quibus sint intus pleni scætoribus tandem dissimulare non possunt: Secundas verò arbores repræsentant homines quidam feri, ac barbari in alios crudeles; ac immanes; qui tanquam spinæ cæteros pungunt, lauciant, cruentant, & occidunt: Postremò tertio arborum malarum generi aptè comparantur facinorosi quidam homines, noxios fructus proferentes, quorum opera amara sunt, & noxia; neque vllam alijs vtilitatem afferunt, sed bonis omnibus exosi, ingrati, inuisi sunt. his sanè dicitur olim à CHRISTO: *discedite à me omnes operarij iniquitatis*, & tanquam inutiles, steriles, noxæ, & emortuæ arbores diuinæ sententiæ securi excidentur, & in barathri ignem inferentur.

C Constat igitur ex his quæ in hac digressionem diximus, cælestem agricolam à nobis tempore suo, tanquam ab arboribus, exigere bonorum operum fructum, cuique nostrum conuenientem. Quod si roges vnde nam ergò cognosci potest arbor, viuat ne, an sit emortua, bona ne, an mala sit? in promptu est responsio: non aliunde melius, quàm ex fructibus. quemadmodum enim medici, vt sanitatis statum, & corporis habitudinem explorent, arteriæ pulsus tanquam certissimum sanitatis, vel ægritudinis signum obseruant; quia arte, & experientia didicerunt, inter arteriæ pulsus, & cor totius vitæ fontem, & originem, maximam intercedere affinitatem, & coniunctionem. Etenim perennis arteriæ agitatio, & motus, fideliter refert quidquid in corde latet. quare qui artis medicæ experientes sunt, ante cætera omnia ab ægroto porrigi sibi brachium petunt, vt de sanitate, vel ægritudine decumbentis certum iudicium pronuncient, vnde etiam sæpè instare mortem, vel nihil esse timendum augurantur.

D Hominis, quem arbori comparauimus, spiritualement vitam in caritate consistere, quæ in anima, velut in corde latet, nemo qui Christianæ religionis nomine censetur, ignorat. hanc ergò reconditam caritatem, hanc spiritualement vitam, nemo sine priuilegio,

nemo

13.
Triamela
viam a bur
g. hera

14.

nemo sine peculiari illustratione cognoscere potest; nescit enim homo, odio ne, an amore dignus sit.

Cæterum probabilissimum omnium; quæ afferri possunt, signum, & quo aliud euidentius nullum esse videtur, motio quædam est in brachio, vel manibus posita respondens arteriæ, pulsui; & agitationi; hoc est, bonorum operum perennis exercitatio, & continuatus fructus, ut ergo latentem intus caritatem deprehendamus; brachium; & manus consulamus, à quibus piæ operationes, tanquam arborum rationalium fructus suauissimi exeunt.

15.

Et verò non satis est cœlestem hanc vitam per oculos explorare velle, alioqui decipi nos, & errare plerumque oportebit; vident enim oculi homines Hypocritas, qui cœlum versus oculos attollunt, & sæpè etiam fictis lacrymis ingemiscunt, & sub ouina pelle religionem simulant: quod si oculis credas, sæpè decipieris. neque aures ad charitatem ipsam deprehendendam admodum aptæ, & idoneæ sunt, cum scriptum sit, *populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me*; neque beati pronunciantur à Christo qui audiunt Verbum Dei; sed qui audiunt, & custodiunt illud; neque ex molli lingua constare nobis poterit de vita animæ; cum non desint quibusdam blanda, & suauia verba, quorum tamen cor vermibus scatet, grauemque in cœlum exhalat odorem: si ex brachio, & manibus, id est, ex bonorum operum continuato exercitio; quod cum caritate tanquam cum radice; & fide vera coniunctionem habet, probabilis coniecturæ iudicium feras de spiritali hominis vita vix errabis vnquam. ijs autem operibus gaudet DEVS, ad hos fructus decerpandos de rationalibus arboribus, quas in Ecclesia sua manu plantauit, rigauit, coluit, sæpè libenter accedet, & arborum fecunditatem augebit.

16.

Quarè cum non ignoraret sponsa oblectari cœlestem sponsum non floribus, vel folijs, sed fructibus hortorum, inuitat illum non ut flores carpat, & ferta componat, aut recreet se tantum sola arborum umbra, & viridantium foliorum aspectu, sed ut de fructibus pomorum comedat, quibus bona opera significantur: *veniat, inquit Canticorum quinto, primo, Dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Tales nos arbores faciat in Ecclesia sua Dominus Iesus, qui est benedictus in sæcula.*

A

CAPVT VII.

VT CHRISTVS
LEGEM LATAM IN
MONTE CONFIRMARET,
in descensu montis leprosum mun-
dauit, quod hic refer-
tur.

A. 8. 1. B. 1. 40. C. 5. 12.

1. A.



VM autem descendisset de monte sequuti sunt eum turba multa.

B

2. Et factum est cum esset in vna ciuitatum. Et ecce vir plenus lepra, & videns Iesum; A. veniens. B. genu flexo. C. procidens in faciem suam. A. adorabat eum, dicens: si vis, potes me mundare.

3. B. Iesus autem misertus eius extendit manum suam; & tangens eum, ait illi: volo mundare.

4. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.

5. Et comminatus est ei; statimque eiecit illum.

C

6. Et dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses in testimonium illis.

7. At ille egressus cepit prædicare, & diffamare sermonem; ita ut iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset.

8. C. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant B. vndique C. turba multa, ut audirent & curarentur ab infirmitatibus suis.

9. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

D

SCHOLIA:

ORDINIS ratio talis esse nobis videtur. Post consilium Phariseorum cum Herodianis, Dominus secessit in desertum ad mare, ut patet ex capite tertio, libri huius quarti Euangel. dilucid. versiculo: decimo, vndecimo. Postea verò montem subiit, habuitque sermonem, quem scribit Matth. capite quinto, sexto, & septimo, huius verò libri quarti, Euangel. dilucidationum, capite quarto, quinto, & sexto. Porrò de monte descendens curauit leprosum: & interim circa desertum versabatur cum turba, docebatque, ac sanabat, idque antequam Capharnaum ingrederetur. Hoc eodè tempore secedere solitus erat in hoc ipsum desertum; orationis præsertim gratia; & hoc est; quod hoc septimo capite huius libri,

i.

Q. 2

verfi-

versiculo nono, dicitur: ipse autem sedebat. Dum vero aliquando montem ascendissent post orationem mane facto Apostolos elegit, iterumque descendens docuit beatitudines, quas Lucas exaravit capite sexto. Tandem Capharnaum iniit.

Quibus constat non statim ingressum fuisse Capharnaum, sed post aliquos dies a sanato leproso, quibus hæc, quæ hæcenus narraui, facta sunt; id quod Lucas insinuat dum ait: in illis diebus exiit in montem orare. lege etiam Cardinalem Toletum, Lucæ sexto, in Commentario post annotation. 15.

2. Et factum est] Matthæus dicens: & ecce leprosus, non obscure indicare videtur, hoc miraculum statim ac Christus de monte descendit patratum esse. Vox enim illa, ecce, hanc energiam, quantum arbitror innuit.

Cum esset in vna ciuitatum] sciscitaberis, quomodo dicatur Christus in vna ciuitatum fuisse cum leprosum sanauit. Leprosi enim Leuitici decimotertio, & Numerorum quinto, ciuitatibus excludebantur. Respondeo non intra, sed prope ciuitatem sanitati restitutum fuisse leprosum.

Cum enim descendisset de monte Iesus ciuitati proximus, occurrit leprosus: quod magis ex Marco constat; qui post curatum leprosum subdit; non potuisse Christum manifestè ingredi ciuitatem præ hominum concursu, hoc est, cum percrebisset tanti miraculi rumor, noluit Christus Ciuitatem ingredi manifestè, ac palam, ne magnus hominum ad illum concursus fieret. Igitur non intra ciuitatem curatus videtur leprosus. Dicere verò Christum semel quidem ingressum ciuitatem miraculum edidisse, & statim egressum divulgato interim miraculo, noluisse iterum ingredi manifestè ad concursum hominum vitandum, non videtur ex Euangelistis haberi posse, licet excogitari queat ad soluendam obiectionem. Satius igitur est affirmare editum hoc miraculum à Christo extrà ciuitatè. nec improprie, vel inuitatè loquutus est Lucas cum dixit: cum esset in vna ciuitatum, factum à Christo leprosi miraculum; est enim phrasis alibi in Scripturis vsitata, vt dicatur aliquis esse in ciuitate, quamuis sit in suburbano agro, vt notat Abulens. complectitur enim ciuitas etiam suburbanos agros: sicut Iosue quinto, decimotertio, vbi nos habemus: cum esset Iosue in agro vrbis Iericho; Hebraicè est: cum esset Iosue in Iericho: quomodo verterunt Septuaginta Interpretes. Cum ergò Christus esset in agro ciuitatis, seu prope ciuitatem hanc, rectè potuit Lucas dixisse; in vna ciuitatum fuisse.

3. Quamuis fortassis non sit necesse dicere, leprosus ita exclusos vrbibus, vt non possent eas ingredi, ac per illa transire, quod Caietano, & Iansenio placuit. Illud certum ibi habitare non potuisse, sed ad dissoluendam hanc difficultatem, non opus est, huc confugere.

Aliqui quibus non improbabiler incertum videtur, quæ ciuitas fuerit ista de qua Lucas, opinantur miraculum non Capharnai, sed in alia ciuitate editum fuisse. Equidem opinor eandem fuisse ciuitatem cuius meminit Luc. cum ea, de qua Math. hoc est, Capharnaum, atque adeò non eam Christum statim ingressum fuisse, vbi descendit de monte & leprosum curauit.

Et ecce vir plenus lepra] quod plenus dicatur lepra morbum auget, ac proinde Christi virtutem commendat. neque enim omnis lepra infectus, lepram habet toto corpore diffusam, sicut iste; dum verò vir vocatur, non obscu-

ris virtutum ornamentis ornatus fuisse significatur.

Porro ex Toletio adnotatione decimasextima, in Lucam quinto, ita iste toto corpore infectus erat, vt non omnes tantum partes carnis eius lepra fuerint aspersæ, alioquin si totum corpus occupasset lepra non fuisset immundus, vt patet ex Leuitici decimotertio, & rationem reddere conatur idem Cardinalis Toletus in caput primū Lucæ annotatione centesima trigesima octaua, verum immundum fuisse inde constat, quod ad Sacerdotes à Christo missus fuerit, iussusque munus pro emundatione offerre. nec tamen nego eum, qui omninò leprosus erat, iudicari debuisse mundum à Sacerdotibus, vt ita posset cum alijs versari, & munus pro ea re debuisset offerre. Sed huiusmodi non erat iste: alioquin iam antea fuisset Sacerdotibus presentatus, nec iterum mitti debuisset, qua de re lege Cardinalem Toletum loco citato.

Cæterum Barradius libro octauo, capite secundo, affirmat hunc leprosum, licet omninò plenum lepra, nequaquam tamen fuisse mundum, sed immundum potius, nam Leuitici decimotertio, sermo non est de graui, inquit, & propria lepra, sed de leuiore, ac veluti scabie: hac affectus erat mundus. Verum istius lepræ grauis erat ac propria, & proinde immundus erat. In cuius ego sententiam pronior sum: cum dicatur plenus lepra, & immundus esse significetur.

Veniens] hoc verbum, sicut & illud, & videns eum, innuit à longè illum venisse; cum enim esset immundus, seorsum ab alijs habitabat, & versabatur.

Adorabat eum] Græcè προσκύνησεν αὐτόν, flectebat genua: sic Matthæus, Marci primo, decimoquarto, προσκύνει αὐτόν, prouolebat se ad eius pedes. Lucas verò quinto, duodecimo, προσέκυθη πρόσωπον, cadens in faciem.

Domine, si vis, potes me mundare] singularis certè orandi ratio, quæ nihil perit, sed necessitatem ostendit. magnaque fides dum non dubitat, sed se eius voluntati submittit: simulque non obscure indicat se credidisse Deum illum esse. neque enim alij, quàm Deo dicere potuit: si vis, potes me mundare. Neque verò dixit, si Deum oraueris, vel Patrem, sed, si vis, quasi dicat, in tua situm est voluntate, significans interim æqualem ipsum cum Patre habere potestatem, sic Chrysostomus homilia 26.

His adde non obscuris indicijs ipsum indicasse per hæc verba, permanentem virtutem Christi ad miracula edenda, sicuti & ad Prophetandum Christum habuisse constat, quando volebat, & quomodo; cum ceteri sancti, & Prophetæ non semper, sed cum Deus dabat, virtutem haberent, vel ad miracula patrandam, vel ad Prophetandum, & per hoc etiam Deum esse Christum significat. De hac Christi virtute lege Hieronymum, Ezechielis trigesimoquinto, Gregorium secundo Moralium, vigesimo octauo. Non ergò verum est hanc leprosi adorationem ad vrbauitatem quandam pertinere vt quibusdam visum: certè credidisse ipsum, quod Christus Deus esset testantur Theophylactus, Euthymius, & Auctor Imperfecti, idemque videtur Chrysostomus sensisse. Et D. quidem Athanasius, oratione quinta, contra Arianos ad Adelphium leprosus, inquit, adorabat Dominum, eumque Deum esse presentiebat, his verbis vtens: Domine, si vis, potes me mundare. Sic Athanasius.

Sed obiiciet quispiam: posse Deum, sicut ad imperium hominis, vt Iosue decimo, decimoquarto: sic & ad solam eius voluntatem miracula fa-

Origines hom. 3. in diuer.

2.

Vrbis leprosum intra, vel extrà ciuitatem fuerit curatum.

3.

C

D

5. Leprosi singulari oratio.

6.

7.

cere. Non ergo ex his verbis, *si vis, potes me mundare*, statim conficitur leprosum hunc Christum Deum esse, confessum fuisse. Fateor posse, sed non solet id Deus facere, alioqui non cognosceretur, is, per quem miracula fiunt; & ob id Christus, qui sola voluntate sanare poterat, utebatur voce & signo externo, ut scirent homines se esse qui miraculum faceret iubendo, ac volendo. At certè leprosi verba, altius quid indicant sensisse ipsum de Christo: absoluta enim in Christi voluntate, ac manu, lepræ curationem positam esse absque alterius voluntate significant: Et idè dixit, *si vis, nec adiecit quod Martha Ioannis vñdecimo. quodcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus*. Simulque falsus est, potestatem quoque edendi miracula absolute Christo inhæsisse, dum subiecit, *potes*; quæ omnia non nisi in Deum cadunt.

8.
Vide Aug. l.
99. ex Mast.
6. 4.

3. B. *Iesus autem misertus eius, extendit manum*] extendens manum curare voluit: sicut & mundum totum extensis in cruce manibus mundaturus erat, quod ad se attinet. Sunt qui dicant, manum extendisse, ut indicaret, veteri se lege non teneri. tangere enim lepram lege prohibitum erat; quod colligi etiam potest ex Levitici decimoquarto, quadagesimo sexto. sic Chrysostomus homilia vigesima sexta in Matthæum, Ambrosius, & alij, vel, ut alijs placet, indicare voluit se esse, non alium, qui curauisset; vel ut ostenderet in se legis rationem locum non habere; neque enim contaminari poterat lepræ contactu, & curare tamen poterat, quomodo nunc veritum est cum hæreticis agere. Timoth. 3. 1. & 2. Ioann. 10. alioquin qui Christus est nec perverti potest, & conuerti potest, cum eis agere etiam potest: quia lex est ne peruertamur, non ne conuertamus. quamvis vel ipsi etiam Ecclésiæ doctores qui Christi personam gerunt, hæreticos tangant, cautè, ne & ipsi contaminentur: ceteri verò procul a fugiant. lege etiam Evangelica & Ecclesiastica prohibiti, ne contaminentur.

Abulensis Matthæi octavo, quæstione decimartertia, negat prohibitum tangere leprosum sub peccato; tantum contrahebatur immunditia quædam, quasi irregularitas, ut iudex latronem suspendens in irregularitatem incidit. Cæterum qui tangebatur, ad sacra accedere non poterat. Christus tamen Dominus tangendo immunditiam non contraxit, sed depulit, tetigit, & sanauit. Quare Abulensis ipse putat Eliam & Elisæum, qui mortuum tetigerunt, immundos non fuisse, nam ad vitam ut reuocarent, id fecerunt, hæc mihi Abulensis opinatio verissima videtur, quam & Cardinalis Toletus annotatione vigesima prima, in caput quintum Lucæ amplectitur.

10.
Cur Christum
leprosum tetigerit.

Verum si causam inuestigari velimus, quamobrem Christus Dominus leprosum tangere voluerit, cæteris non reiectis, quos superius num. octavo, in medium attulimus: hanc inter illas, quæ vel maximam verisimilitudinem habere iudicandæ sunt, tanquam præcipuam assignare possumus: nempe voluisse Christum commendare nobis singulari quadam ratione misericordiæ opus erga huiusmodi leprosos, aliosque fordibus id genus morbis affectos. Horret enim natura nõ tangere modò, non dico corpore, verum vestimentis etiam, immò amplius, procul duntaxat aspiceret refugit istiusmodi miseros homines, ita ut stomachum moueat, totumque hominem concutiat propter immunditiam, aut etiam fetorem, quem tales exhalare confueverunt, vel solus oculorum intuitus. Et sunt qui licet istos non spernant, sed pecunia illos & muneribus liberalissimis prosequantur; at vultum auertunt, oculos amouent, ne occurrentes aspiciant ob nauseam, & stomachum. Id nunc agit Chri-

A stus Dominus, ut nos tanto exemplo laesiti, miseros hos non modò non auertemur, sed etiam illis compatiatur, excipiamus doctro, & cubili ipso etiam nostro foueamus, quod multos fecisse legimus, quorum etiam aliqui illos amplexati, & ex osculati sunt, acciditque interdum, ut sub specie pauperis Christus apparuerit. D. Hieronymus distinxit ep: ad Oceanum in epitaphio fabiolæ hæc duo misericordiæ opera, & eos qui pecunijs iuuat clementes pecunia appellauit: eos vero, qui turpibus, ac fordibus morbis infectis medicas admovent manus, clementes manu vocauit, quod opus difficilius est, & à paucioribus fit, quam pecuniarum elargitio. Hæc sanè duo significauit Dauid Psalmo vigesimo primo, vigesimo quinto. dum dixit: *qui nõ spernit, nec despexit deprecationem pauperis*, vbi. loco despexit Hebraicè est verbum, significans quasi ad nauseam & stomachum prouocare, quasi dicat, nec stomachatus est deprecationem pauperis ab eo præ nausea oculos & manus auertens, ut obseruat Cardinalis Toletus adnotatione vigesima prima in caput quintum Lucæ. Hoc Christi misericordiæ opus indicat Diuus Marcus dum ait: *misertus est, & tetigit eum*. Quare longè mitior, longè clementior, magisque misericors, & miserator Dominus Iesus Elisæo, qui ne aspiceret quidem voluit Naaman leprosum, sed ad aquas misit, quamquam & id non sine ratione bona fecisse iudicandus est sanctus vir.

In controuersiam vocari hoc loco iure optimo etiam poterit, an solo sanitati restituerit verbo leprosum Christus; an solo tactu, an simul utroque paucis respondeo: non tactu, sed verbo, ac voluntate sanasse. Nam dixerat leprosus, *si vis, &c.* respondit, *uolo, mundare*: quæ verba efficacem expriment voluntatem. Et quidem eiusmodi voluntas ad sanandum lepra infectum satis per se fuisset, verum id, leprosi cognitionem fugisset, proinde additum est verbum, tanquam signum externum, quo ea voluntas manifestata est: ergo verbum adhibuit ut instrumentum sanandi expressiuum voluntatis efficacis. quamobrem verò tetigerit, paulò antè reddita causa est.

Volo mundare] His verbis, magnam humilitatem præferentibus, leprosi fidem confirmauit credentis potentiam curandi in sola voluntate consistere. Quia verò dixerat ille, *si vis*: subiecit statim; *uolo*, dixerat; *potes me mundare*: adiecit: imperandi modo, *mundare*; imperatiuè enim accipiendū græca apertè ostendunt, quæ habent per imperatiuum passiuum *καταπιεθων*, id est, *mundus esto*. quibus verbis duo hæc declarauit Dominus, bonitatem scilicet & potentiam suam: illam dum dixit, *uolo*; hanc, dum subdidit, *mundare*.

Diuus Ambrosius obseruat, Lucæ quinto, *uolo*, dixisse Christum propter Photinum: imperasse, propter Arium; tetigisse, propter Manichæum, ergo vnico oris sui flatu tres prostrauit, cum phalangibus suis, hærefiarchas.

4. *Et statim discessit*] Toletus rectè dictum ait, quod discesserit lepra, non autem, quod mundus sic factus, licet Marcus utrumque coniunxerit, dicebantur enim leprosi mundari interdum, non quod sublata esset ab eis lepra, sed quod legis immundities amora esset: quia videlicet totum corpus, vel certè totam partem infectam esset peruagata, ita ut nulla pars carnis toto corpore, vel tota illa parte infecta, viuida appareret, tota in candorem versa: Quoniam ergo perfectè Christus sanarat hunc hominem, omni penitus ac re ipsa depulsa lepra, dictum est ab Euangelista discessisse lepram ab eo. sic Cardinalis Toletus in Comm. Luc. 5. Cæterum hæc obseruatio incerta mihi videtur, neque enim arbitror eos, qui verè leprosi erant, si totum corpus, vel totam aliquam partem occupasset lepra,

11.

12.
Virum solo
verbo, an et-
iam: tactu
sanauerit
leprosum.

13.

quæ vera lepra esset, non fuisse immundos; & hunc toto corpore conspersum lepra fuisse paulò superior dixi n. 4. cum Lucas Evangelista nominaret illum, plenum lepra; & tamen illum immundum fuisse: ne Tol. quidem negat.

5. Statimq; eiecit illum] pro ablegavit. Idcirco id fecit, quia si ibi permansisset multitudo ad videndum illum concurrisset. Hæc potuit esse alia causa, cur comminatus sit illi, ut hic habes v. 5. id est, minis additis præceperit, ut nemini diceret.

6. Vide nemini dixeris] non omnino videtur Christus venisse, ne quid unquam diceret, sed ne diceret an: equum se sacerdotibus ostenderet: ne si sacerdotibus vulgata fama factum cognovissent calumniarentur, non esse verè mundatum, cuius munditie, sicut lex Leuit. 14. præcipiebat, non esset ipsorum iudicio comprobata, propterea dicit, statim ostende te sacerdoti, sic Maldo. Matth. 8. 4. sequutus sententiam auctoris operis imperfecti, qui sic scribit: non iubet Christus leprosum tacere semper, sed quamdiu ostendat se sacerdotibus. Ne forte si ante alicui nuntiaret de verbo in verbum audirent sacerdotes, & occasionem habentes lepra, propter odium, & invidiam Christi expellerent de populo quasi leprosum, non recipientes mandatum. Sic ille. Probabile quidem hoc est, quod & l. 3. c. 18. in Scho. ad v. 27. significauimus. Cæterum satius mihi videtur dicere Dominum præcepisse huic leproso absolute, ne promulgaret miraculum, sicut præcepit duobus cæcis Matth. 9. quibus comminatus est, videte ne quis sciat, itemque cum Archisynagoga sua suscitata Luc. 8. parentibus præcepit, ne cui dicerent, eodem modo dictum est hic à Christo, etiam additis minis absolute, vide nemini dixeris.

Cur verò id fecerit si petas. Respondeo modestiz, & humilitatis nobis exempla præbere voluisse, ut illius vestigijs insistentes ipsum imitemur, ut Chrysost. sentit hom. 26. & licet nosceret vulgandum esse factum, tamè quod suum est fecit, & præcepit, sic etiam Tertullianus libro quarto, contra Marcionem capite nono, & Origenes homilia quinta, in diuersos. Euthy. D. quoque Ambros. Luc. 5. cur præcepit inquit, nemini dicere, nisi ut doceret non vulganda nostra beneficia, sed premia: ut non solum à mercede abstineamus pecunie, sed etiam gratiæ, quod verò alibi iubeat Dominus vulgari præstita beneficia causa huius est, ut detur gloria Deo, nec simus illi ingrati.

Ostende te Principi Sacerdotum] cur ablegavit ad Sacerdotes? vel ne si se Sacerdoti non ostendisset, extra ciuitatem secundum legem manere cogere tur: non enim fas erat in ciuitatem redire, antequam à Principe Sacerdotum, vel cerè aliquo Sacerdote de lepre esseturatione iudicatum: Leuit. 13. vnde apparet, quomodo dictum sit, ut se Principi Sacerdotum ostenderet. Non enim hoc soli Summo Sacerdoti fuit reseruatam, solemnem scilicet ritum mundandi leprosum, sed ut tanto magis constaret miraculum, & vulgaretur. Hieronymus ait ad Sacerdotem misisse ob humilitatem, ut eis deferre videretur; deinde, ut illi vel credentes saluarentur, vel fierent inexcusabiles, si in ipsum non crederent, cuius miracula probassent. Denique ne legem infringere videretur. Origenes mittit, inquit, ad Sacerdotes, ut cognoscant non legis consuetudine, sed gratiæ operatione mundatum.

Offer pro emundatione tua] fiebat hæc per sacrificia Leuitici decimoquarto. Cæterum duobus modis intelligi hoc potest, quod dicitur à Marco, & Luca pro emundatione tua: vel offer in gratiarum actionem pro exhibita tibi per me emundatione, vel pro emundatione tua legali, qua leprosi curati adhuc mundari debebant, & expiari quibusdam sacrificijs, antequam cum alijs habitarent, & ver-

A farentur; quibusdam enim prius signis & argumentis lege præscriptis iudicabat Sacerdos hominem liberum esse à lepra, mundatumque, & tunc adhibebat sacrificia, ut qui lepra prius infectus fuerat, mundaretur à immunditia etiam legali, quo posset cum alijs versari, cæteraque facere, sicut qui mundi erant: Et de hac mundatione legali explicat Tolerus hunc locum, ut sit iustus pro mundatione tua, id est, in tui purgationem legalem, offer ea, quæ Moyses Leuitici decimoquarto, fieri mandauit in leproforum à sanitate recepta legalem purgationem. qua re Christus Dominus omnem profus sustulit calumniæ occasionem aduersarijs; nam & ostendit se Moysis rationem habere, quem illi venerabatur; & commodas, atque utilitates, quæ Sacerdotibus ex oblationibus proueniebant non impediuit. Et hæc expositio mihi videtur germana huius loci. Ut scilicet intelligamus emundationem posteriori modo, nempe legalem.

B De hac duplici emundatione altera à lepra, altera legali sit mentio Leuitici decimoquarto, secundo, tertio, his verbis: hic est ritus leprosi quando mundandus est (en posteriorem legalem emundationem) adducetur ad sacerdotem, qui egressus de castris cum inuenerit lepram esse mundatam (en priorem emundationem) præcipiet ei, &c.

In testimonium illius] id est, Potestatis hæc, sic Emmanuel. Vel in testimonium, quod non sim legis destructor. Vel potius, ut ipsi testes sint, vel apud ipsos testatum sit, & constet te verè liberatum esse morbo lepræ, atque ad eò proprio ipsorum testimonio eorum in: redulitas arguatur. Itaque hæc verba in testimonium illius; referri debent, & ad, offer, & ad, ostende te sacerdoti: ut per hæc reddatur ratio, cur antequam quidquam alicui dicat, offerre debeat munus, & repræsentare se sacerdoti, quasi dicat, ostende te sacerdoti, & offer munus, ne si non obtuleris, curationem calumnietur, itemque ut ipsa muneris acceptio perpetuum sit contra illos veræ curationis tæ testimonium, & sanitate perfectæ symbolum, & ut ipsimet videntes, & approbantes testes sint liberationis tuæ, quod fiet maximè, si te illis ostendas, munusque offeras quod præcepit Moyses Leuit. 14. 4.

C 7. Cæpit predicare, & diffamare sermonem] sermonem pro re, more Hebræo dixit: seu pro eo, quod acciderat. aduerte nihil hunc leprosum contra Christi præceptum, vel cogitasse, vel egisse, dum sermonem diffamauit. Nam vel erat illi prohibitum à Christo, ut nemini aperiret miraculum, antequam se Sacerdoti silleret, & hoc ipsum seruasse non est dubitandum, vel si absolute datum fuit præceptum erat hoc potius præceptum insinuandæ humilitatis, & boni exempli quod imitaremur: non autem ad Dei gloriam, & grati animi significationem impediendam. qua de re consule que diximus Tomo primo, libro tertio, capite decimo octauo, in Scholijs ad versiculum vigesimum tertium, & capite decimonono, ad versiculum quartum.

Quod verò dicit Evangelista predicare, Græcè habetur ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ cæpit prædicare multa, hoc est, in laudem Christi multa dicere, est enim predicare laudes publicè dicere, quod & vox græca κηρύσσειν significat.

Porro diffamare solet apud Latinos in malam partem vlturari: hic tamen responderet græco διαφυσίζειν, & sumitur in bonam partem.

Ita ut non posset manifestè introire in ciuitatem] poterat quidem occultè, & velut de improviso, sed non publicè, quod verò dicitur non posse, intelligitur, quin plurimi sequerentur: vel propter

14. Aug. 2. 99. En. c. 3.

Cur Christum miraculum calare voluerit.

15. Cur leprosum ad Sacerdotes ablegauit.

16.

17. Leprosus non rececit contra Christi præceptum miraculum diuulgando.

18.

viri populi concurrentis. nec intelligitur absolute id non potuisse, qui multo maiora prestare poterat: sed noluisse potius quo posset hominum frequentiam declinare. quamquam & hoc facere poterat ne sequeretur, si voluisset. Et vero in scripturis, non raro posse pro velle; non posse, pro nolle ponitur, quod Nazianzen. oratione 4. docet.

Sed foris in desertis locis esset] Iansen. quia legit, esse, subintelligi debere dicit, cogeretur; sed græcè, ut ipse obseruat habetur, *iv*, id est, erat: nos autem in nostris bibliis emendatis habemus *esset*, ut non opus sit quidquam subintelligere.

8. C. *Perambulabat autem magis sermo, & cæc.*] quoniam ex prædicatione huius leprosi inquit Iansen. fama nominis Christi adeo inclaruit, hæc videri potest ratio, quare duo Euangel. Mar. & Luc. in principio miraculorum Christi istud miraculum non suo loco descripserunt.

19.

9. *Ipse autem secedebat in desertum, & orabat*] verbum, *secedebat*, consuetudinem quandam subindicat: ut vel hinc intelligere liceat id quod superius diximus Christum non statim à sanato leproso urbem esse ingressum, saltem manifestè, sed diuersatum fuisse in circumuicinis locis, ac deserto quo orandi præsertim studio secedebat à tumultibus liber; simulque ut suspicionem humanæ laudis fugeret. Ad hæc, ut sua absentia desiderium doctrinæ accenderet in populis: denique ut doceret Diuini verbi præcones post doctrinam secessu, & oratione opus esse, tum ut fructus prædicationis in auditoribus abtineatur à Deo, tum ut ad docendum & iuuandum populum cælestium rerum contemplatione, spiritus alacrior reddatur, & suspicio omnis humanæ laudis tollatur, quæ superflua cum hominibus consuetudine gignitur.

DIGRESSIO PRIMA
MORALIS.

Quid, quantumque ad mores conferat ad huius leprosi historia.

TRIA in hac historia obseruanda mihi videntur, quæ ad nostram vitam, moresque translata plurimum nobis prodesse poterunt. virtutes nimirum leprosi, nomen, & morbi curatio. In primis insignes quatuor huius viri virtutes vehementer admiror, & quantum possum suspicio; quarum princeps est diuina illa fides, qua Christum constanter verum Deum esse professus est. Ait enim; *Domine, si vis potes me mundare*, prout in Scholijis obseruauimus num. 5. 6. 7. neque enim mihi placet eorum opinatio, qui hoc ad vrbani quendam loquendi modum referunt. Altera virtus est humilitas, & eius comes reuerentia, quam illa verba indicant clarè: *videns IESVM, veniens & genu flexo procidens in faciem suam adorabat eum*. Virtus tertia est cælestis quidam orandi modus: *Domine, si vis potes me mundare*, quibus verbis ostendit se totum à Deo pendere, eiusque voluntati se subdere, tantum necessitatem suam paucis repræsentare: Cætera Deo committere. Itaque oratio hæc humilitate, & reuerentia, ac fide nititur, & tota à Deo pendens ab eius voluntate non recedit. Postrema virtus est, egregia animi gratitudo & obedientia. Paruit ille Christo ad sacerdotem illicò profes-

Agatur leprosi viri mores.

Actus munus delaturus, cœpitque prædicare & diffamare sermonem, tantumque iniecit populis ardorem, ut præ concursu non posset Christus manifestè ciuitatem ingredi. Hinc factum ut perambulare magis sermo de Christo.

Iam ad secundum accedamus, meritò ab Euang. Luc. leprosus hic, *vir* vocatur. nam cum tot virtutibus splendeat, iure optimo *vir* appellari debuit potius, quam *homo*; quamuis si morbum corporis respicias certè hominem dixeris, & multò magis, si id quod tibi præ sui demissione, ac modestia erat, attendas.

Hebræ. tribus nominibus homo vocatur: *Adam*, à terra ruffa. *Enos*, miser, æger, quibus duobus nominibus videtur apud nos respondere *homo*, ab *humo*. denique *iu* Gr. quem nos hominem dicimus, vocatur, *ἄνθρωπος*; quod Hebr. dicitur *iu*, Latine dicitur *vir*, Gr. *ἀνὴρ*. *Homo* ergo debilem, atque ægrum significat ac miserum. quod ex Script. constat Jacobi. 5. 17. *orate pro inimicem ut saluemini* (ut curemini, & sanemini) *multum enim valet deprecatio iusti* (pro illo qui corporis aut animi ægritudine laborat) *assidua* (Gr. efficax, intenta, cum autem eiusmodi est, solet esse assidua) Elias homo erat similis nobis passibilis (Gr. vna dictione dicitur *δυσωραδεις* *similis passibilis*, id est, similitum passionum, obnoxius; iisdem ærūnis.) Hic ergò Iacobus vtitur voce *hominis*, quia rem miseram, mortalem, ærumnis obnoxiam exprimere voluit, sicut & Paul. Acto. 14. 14. & nos mortales sumus similes vobis homines.

3. Tribus nominibus homo vocatur Hebraicè.

C At *vir* sumitur interdum pro forti: vnde

Herodotus in Polym. *homines permulti, viri perpauci*: vnum quærebat Diogenes virum ad exiguum laternæ lumen media luce, ut habet Laertius in Diogene, & Plutarch. de alio refert dixisse, *solas Lacenas viros parere*. in scripturis etiam eadem continetur significatio, 3. Regum 2. 2. *confortare, & esto vir fortis*. Hebr. non habetur *fortis, confortare & esto vir*. sicut dicitur primo Reg. 4. 9. *confortamini & estote viri Philistijm, ne seruiatis Hebræis*. Interdum verò *vir* idem est quod nobilis, princeps, dignitate, vel auctoritate fulgens, Gen. 26. 7. cum interrogaretur Isaac à *viris* Geraræ, id est, à constitutis in Magistratu, Gen. 43. 11. *deserte munera viro. i. constituto in magistratu. Item* Psal. 4. 3. *filij hominum*. Hierony. filij viri, id est, virorum. Prou. 8. 4. *O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. i. tam nobiles, quam ignobiles alloquor*, Isai. 2. 9. *incuruauit se homo, & humiliatus est vir*, id est, cum vulgo, & plebe, principes etiam & magistratus genu flectunt idolis, vel, ut *homo & vir* ad eundem pertineant: homo qui pro sua conditione, à creatore opem implorare deberet; & qui conditus est ut esset vir, id est, Dominus creaturarum corporearum, is turpiter abiicit se coram ligno, & lapide. item, 1. Reg. 26. 15. *numquid non vir tu es?* id est, præclarus, regi amicissimus, Actor. 17. 31. *iudicaturus est orbem in viro*, id est, iudice supremo. His duabus *vir* acceptionibus respondet vox Hebræa *iu*, quæ dicitur à *ies*, id est, existentia, vnde *iu* quali ens, vel *primò existens*, antecessit enim fœminam, hæc enim ab illo.

4. Vir pro forti.

5. Hæ tres significationes *vir* connexæ sunt. nemo enim dignus imperare, & regere, nisi fortis sit, virtute valens irrumpere iniquitates: nemo autem talis est qui suam imbecillitatem, & se hominem esse non agnoscat. Propterea enim euacuatur, vt impleatur ab eo virtute, qui *esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes*. Hinc Paulus prædicationem Euangelij dixit non esse in sapientia verbi, id est, non niti aut eloquentiæ, aut humanæ rationi, aut Philosophiæ, seu naturali scientiæ: hæc enim omnia complectitur *verbi* notio Gr. *λόγος*, vt non euacuatur crux Christi, scilicet, suo splendore, & pondere thesaurorum sapientiæ, & scientiæ Dei. his enim careret, si constaret externo illo splendore, & humana vide Pined. in cap. primum Iob. vers. 1. in ea, *vir erat, &c.*
6. Hæc autem omnia rectè quadrant in hunc leprosum, qui cum se hominem agnosceret inopem, infirmum, egètem Dei miserationibus, hinc factū est, vt in faciè genu flexo procciderit venerabundus, opemq; à Christo imploraret. Proindè fortitudine, ac virtute animi, & corporis impletus est, quod efficacissima, robustissimaque eius oratio, qua quodammodo Deum expugnauit citra omnem ferè temporis moram declarat; itemque fides inuicta, profunda humilitas, immensa animi gratitudo nõ obscure demonstrant; & tandè ad altissimum velut dignitatis gradum euectus, in insignem Christi præconem euasit, dum alios etiam pertrahere ad Christum conatus est; cæpit enim prædicare ac diffamare sermonem.
7. Restat tertium, quod ad eius, curationem attinet. eam igitur sic ad mores accommodabimus. ergò qui peccatorum lepra infectus, si animæ sanitas cordi inest, prosteruat sese demisse, & magna fide ad Christi pedes, auxiliū, opemque implorans. neque hoc contentus se sacerdoti fistat, à quo absolutionis beneficium consequatur: sitque in liberalissimum benefactorem postea gratus, atque alios etiam ad eundem trahat, quo tanti beneficii participes sint.
8. Quamuis verò quodlibet peccatum lepra significari possit, certis tamen de causis speciatim hæresis eo morbi genere significatur, vt videre est apud Augustin. lib. 2. qq. Euangel. & de verbis Apost. serm. 10. quod scilicet in erronea doctrina, vera falsis sint permixta, quæ admodum leprosis inest quædam colorum varietas. Deindè quod hæretici vitium suum abscondere non possint, vnde fit vt pro peritia imperitiam proferant. Denique ob contagiosam, & corruptam doctrinam, itemque sepositam, & longè à Castris Domini exulantem, rectè etiam hæresis pestis nominatur.
9. Bar. tom. 3. lib. 1. c. 6. ad peccata ipsa nomen lepræ transferens, ostendit pulchrè triplicem esse lepram carnis, vestis, & domus, sic enim Leuit. c. 13. & cap. 14. dicitur; libido inprimis carnis est lepra: in vestibus verò, superfluitas; in domibus, praua institutio, sine disciplina, sine virtute, vnde factor pessimi exempli vrbes occupat.
lege illum.

A DIGRESSIO II.
MORALIS

Quod Christus pro nobis leprosus effectus fuerit, vt nos à lepræ morbo liberos redderet.

HAS lepræ proprietates ex Scripturis præsertim colligimus. Primum Leuit. decimotertio, aliquot numerantur, ver. 44. sic enim legimus: *quicumque maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta diffusa* (id est, dilacerata in morem lugentium) *caput nudum*, (quod à Iudæis ignominia dabatur) *os veste contactu* (ne halitu aërem contaminaret, & quo pertransientes admoneret, vt os, faciemque auerterent; quamuis & hoc etiam lugubre signum sit) *contaminatum ac sordidum se clamabit* (vt ab eo cæteri sibi cauerent.)

Deindè: lepra non tam naturalis morbus habebatur, hoc est, non tam naturæ vitio contingere, quàm Deo puniente. sic Perfæ olim existimabant leprosos aliquid in solem deliquisse, teste Cælio libro 5. ex Herodot. hinc est, quod lepra vocetur in scripturis, *percussio, plaga, aut manus Dei*. & 2. Paralip. 26. 20. cum orta est lepra in fronte Ozias regis dicit Scriptura: *sed & ipse (Ozias) perterritus, accelerauit egredi, ed quod sensisset illic plagam Domini*. & Isai. 53. 4. *& nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum*.

Tertiò: leprosi caro abiectissima habetur. sic Gregor. homil. 39. in Euangel. *quid, inquit, in humana carne abiectissimæ, carne leprosi, que summescentibus vulneribus scinditur, & exhalantibus fetoribus impletur? scèdissimus enim morbus est*.

Quartò: his accedit quod Deus Opt. Maxi. viros elatos, ac tumidos etiam reges hoc morbi genere, vel elephantiasi laborare facit, propter eorum superbiam, contumacesque ac rebelles spiritus. Scribit Plin. lib. 16. cap. 1. Aegyptijs peculiare hoc malum fuisse, & Reges quoque; eo laborare solitos, & licet de elephantiasi loquatur, similes tamen valdè sunt lepræ, & elephantiasis morbus ac connexi.

Quintò: Ad hæc, solet scriptura de nascente ac pullulante lepra loquens, *efflorescendi, ac germinandi* verbo vti, vt Leuit. 13. 11. *si floruerit lepra in vite*. Io. ex Hebr. *si florens efflouerit*. Et ab eadem radice Exod. 9. 9. *erunt vlcera, & vesicae surgentes, propriè efflorescentes, vel germinantes, aut orientes*.

Sextò: Postremò, vt reliqua taceam, illud solemne erat leprosis, vt seorsim ab aliis versarentur, habebanturque tanquam portenta quædam horrenda, ac fugiebant homines ab illis, ita Iob. huiusmodi etiam morbo implicitus ciuitate egressus super sterquilinum sedebat. Leuit. quoque 13. 46. præcipitur his verbis de leproso: *omni tēpore, quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra*, sic 4. Reg. 15. & 2. Paral. 26. Azarias qui & Ozias, lepra percussus à Deo, vrbe, regnoque cedere compulsum est, & in domo libera morari. Iam hæc Christo Domino nos applicemus.

Christus cæli ac terræ Dominus, speculum sine macula, Dei patris ipsissima imago, cum

Christus pro
nobis quasi
leprosus ap-
parere vo-
luit.

quo nō agri modò pulchritudo est, sed infinitus decor, omnis ornatus, & gloriæ ipsius species immensa, hic inquam vt fœdissimos peccatores lepra peccati turpissima immunes, puerosque redderet, lepra ipse coopertus, quasi leprosus apparere voluit: Audi Isai. 53. secundo. *Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum.* (quasi dicat, secundum Carthus. istum talem, qui prima facie non videtur desiderabilis, Prophetæ tamen desiderauerunt. *multi enim Propheta cupierunt videre, qua vos videtis,* inquit Christus, *& non viderunt.* vel iterum repetendo negationem, *non,* & non desiderauimus eum, id est, & non erat cur eum magnopere expeteremus) *despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem* (est hæc alia periodus, quasi dicat, talem illū vidimus, nempè despectum, & nouissimum virorum, id est, infrā reliquos homines abiectissimum; virum dolorum, id est, totum doloribus obnoxium: scientem infirmitatem, id est, qui experientia didicit infirmitates) *& quasi absconditus vultus eius* (id est, vt exponit Hieronym. quia in humano corpore diuina potentia celabatur. Pagni. autem ita transtulit: *abscondebamus faciem ab eo,* hoc est, pudebat nos illius; vel allusio est, ad morem leproforum, qui os obnubebant) *verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum* (id est, immundum, & à Deo percussum & humiliatum. talis habitus est Christus à vulgò Iudæorum. sunt enim verba hæc postrema incredulorum) *ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra* (non sua) *disciplina pacis nostra super eum, & liuore eius sanati sumus* (id est, castigatio pro pace, siue ad obtinendam pacem à Deo pro nobis, fuit super eum, & propter nos ipse castigatus est. Ecce tibi quàm graphicè nobis Isai. Dei filium quasi leprosum repræsentet, quod si vellemus adhuc exponere magis, ac illustrare, eloquij prophetici obtundemus potius saporem.

Sed singula quæ de leprosis diximus expendamus: nam hæc vniuersim dicta sunt. Primum ex Leuit. decimotertio, diximus leprosos vestimenta habuisse dissuta, caput nudum, os veste contactum, contaminatos ac sordidos se clamare olitos, Christi vestes in manus venere latronum, quibus illum despoliarunt, vt rectè proindè dictum sit de illis: *diuidentes vestimenta eius miserunt sortes,* vt inquit Lucas & Propheta; *diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem,* quam rem clariùs Ioannes explicat, capite decimonono, vigesimotertio, *militēs ergo cū crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius* (*& fecerunt quatuor partes: vnicuique militum partem*) *& tunicam.* vides igitur dissuta fuisse vestimenta eius, atque dissecta, immò quod commiseratione dignius est, & in cæteris leprosis non solitum fieri, per nefariam vim de eius corpore detracta.

Adde quod membra corporis eius etiam dissecta, ac dilacerata fuere, non vestimen-

ta modò, quod quantò crudelius sis, quis non videt? quid ego de nudo capite dicam? Sacratissimum Christi caput, proh dolor, ipsis etiam capillis per summum scelus detractis, spoliatum fuit, indutum verò loco illorum horrido ac spinis intexto diademate, non sine ingenti dolore, ac ignominia.

De ore verò eius contacto nōne paulò antè Isaiam dicentem audiuius: *quasi absconditus vultus eius?* An non crudele Iudæorum facinus apud Euangelistas legimus, quo faciem eius cœperunt spuere, & velare? Os illud aureum per quod cœlestium thesaurorum flumina ad nos deuoluebantur temerè, & per summam impietatem obturare conati sunt.

Cū talis fuerit cæli, ac terræ Dominus vt sputis illitus, sordidatus, atque immundus quasi portentum quoddam abominationi omnibus esset, dubitabimus asserere potuisse se meritò immundum, ac sordidum clamare? & hoc erat vltimum ex his, quæ de leprosis ex Leuitici decimotertio retulimus. satis mihi ad hanc rem ostendendam, superque erit referre, quæ Ioannes de ipso refert.

Cū enim Pilatus ferrea illa Iudæorum pectora emollire vellet, sanctissimum hunc leprosum omnium oculis proposuit: *ecce,* inquit, *adduco vobis eum foras, vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam.* exiit ergo *I E S V S portans coronam spineam, & purpureum vestimentum, & dicit eis: ecce homo.* an non tibi videtur tremendum illud caput spinis horridum, pectus illud hiulcum, dilacerati humeri, squallidus, atque immundis sputis conspurcatus vultus, colligatæ manus quæ cælum, terramque condiderant, altius intendere vocem, commiseratione plenissimam, & clamare toto se corpore immundum effectum, ac quasi serpente lepra conspersum nulla parte penitus incolumi? Omnia certè hæc lugubrem eius statum satis clarè indicant, vt non sine causa exclamarit aliquando ipse: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus.*

Et hæc quidem quæ de leprosis, Leuitici decimotertio, quadragesimoquarto, scribuntur, ostendimus in Christo fuisse. Iam ostendamus percussum à Deo fuisse. sed non opus est multis, instar omnium testimoniorum est illud Isaiæ quinquagesimotertio, quarto. *verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.* ipse autem *vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, &cæt.* & postea *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* quod ex hebræo sic transferri potest: Deus incurere fecit in eum iniquitatem omnium nostrum, vt sit sensus, peccata nostra instar numerosi cuiusdā exercitus in Christū irruisse, & quasi impressione facta occidisse: hanc enim vim habet interdum verbum hebræum *pagaa,* veluti Iudicum octauo, vigesimoprimo: *tu surge irruere in nos: & capite decimoquin-*

to, duo-

to, duodecimo: *spondete mihi quod non occidatis me, id est, irruatis in me, maneat igitur tanquam certum, Christum à patre pro nobis seuerè fuisse percussum.*

7. Sequitur tertium caro leprosi abiectissima inquit Gregorius, & Christus præsertim dum pateretur de se affirmat: *ego sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.* hinc ille voces impiæ iactantium caput, ac debacchantium in eum: *vah. qui destruis templum Dei. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: Si filius Dei est, descendat de cruce, & credimus ei, &cæt.* Eius mihi personam repræsentare videtur Iob super sterquilinum sedens. quod si eleuatis oculis suis amici Iobi, non cognouerunt eum, Iobi secundo, duodecimo, & exclamantes plorauerunt, *scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum,* certè multo id magis in Christum Dominum quadrare potuit, cuius ille figura fuit. vidimus eum, inquit Isaias, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: *despectum, & nouissimum virorum,* de cuius loci intelligentia, præter ea, quæ superius diximus numero quarto, consule Blasium Vegam, capite duodecimo Apocalypf. Commentario tertio, sectione trigesima numero octauo. ecce tibi, quod miseræ pro nobis adductus est rex gloriæ, quamque nullius prætij loco corpus illud omni thesauro augustius, & caro illa sacratissima habita est, in quam omne genus opprobrij, contumeliæ, ærumnarum in exundantis aquæ morem vehementer irruit.

8. Quarto loco diximus, superbos solitos hoc morbi genere puniri à Deo. Et Christus Dominus quamuis omnium hominum & Angelorum, maximè conspicuus humilitate fuerit, ita vt eius meritò virtutis magister optimus semper habitus fuerit: repræsentare tamen voluit in seipso omnium nostrum superbiam, fastum, & elationem. Propterea à Patre quasi leprosus grauitè percussus est, & humiliatus. ita factum est, vt eius liuore, superbix nostræ plaga curata sit.

9. Quintò germinat, ac efflorescit lepra, quod erat quintum ex his, quæ de lepra notauimus. Cæterùm hoc, rectè in Christum conuenisse, non obscuris signis, nec longè petito argumento colligere est. nam eius & lepra, & ærumnæ, & plagæ, & liuores in modum redolentium florum, suauissimum efflant odorem, & dulcissimam eius crucem reddunt amantibus; quos etiam tanquam rosæ pulcherrimæ mirificè vernantes, sacra oblectant eius vulnera. Quod maximè verum esse apparuit, cum deuicta morte, immortalem adeptus est vitam, & victor rediuius cælum ingressus est. hinc enim liquido constitit, omnes eius dolores, & ærumnas, in amœnissimos, odoratissimosque flosculos esse conuersos.

10. eprosi vrbium excludantur.

Sed illud postremò accidebat leprosis maximè graue, quod extra vrbes pellerentur. nemo illos aditu, nemo congressione, nemo sermone dignos iudicabat, omnes illos aspernabantur, atque abhorrebant omnes, vt aliquam immanem & perniciosam bestiam, pestemque fugiebant. Hanc ingentem calamitatem patienter, ac libenter pro nobis sustinuit Christus, qui, vt ait Apostolus ad Hebræos 13. 12. *quasi leprosus extra portam passus est:* vt meritò illud Psalm. 37. 12. vsurpare potuerit, tanquam despectus ab amicis & familiaribus: *amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt* (proprie ex Hebræ. ex aduerso plagæ meæ. Hieronym. quasi contra lepram meam steterunt) *& qui iuxta me erant de longè steterunt.*

A tatem patienter, ac libenter pro nobis sustinuit Christus, qui, vt ait Apostolus ad Hebræos 13. 12. *quasi leprosus extra portam passus est:* vt meritò illud Psalm. 37. 12. vsurpare potuerit, tanquam despectus ab amicis & familiaribus: *amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt* (proprie ex Hebræ. ex aduerso plagæ meæ. Hieronym. quasi contra lepram meam steterunt) *& qui iuxta me erant de longè steterunt.*

B Hanc eandem calamitatem deplorat, Iob. cap. 19. 13. sed eius verba multo magis & verius Christo conueniunt, vt meritò sic conqueri potuerit: *fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me; dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant obliti sunt mei; inquilini domus meæ, & ancilla meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.* Sola illa sacratissima Virgo ac Mater dulcissima cruci semper quantum potuit arctius inhæsit, neque vnquam reliquit. sic enim testatur Ioan. *stabat iuxta crucem IESV MARIA, &cæt.* His ergò omnibus constat, quantum Christo Domino nostro debeamus, qui vt à nobis sordidissimam peccati pestem, lepramque depelleret, ipse pro nobis factus est leprosus, à Deo percussus, & humiliatus.

CAPVT VIII.

C **ELIGVNTVR**
APOSTOLI, DOCENTVR
BEATITVDINES, QUIBUS SVB-
duntur plurima, & consilia, & præ-
cepta euangelica per quas-
dam similitudi-
nes.

B. 3. 13. C. 6. 12.

I.C.  **ACTVM est autem in illis diebus exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.**

D 1. **Et cum dies factus esset, B. vocauit ad se, quos voluit ipse. C. discipulos suos, B. & venerunt ad eum, C. & elegit duodecim ex ipsis.**

3. **B. Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare.**

4. **Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijcendi demonia. C. quos & Apostolos nominauit.**

5. **Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum B. Zebedai, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina, Bonerges, quod est filij tonitruu. C. Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Al-**

phai,

- phai, & Simonem. B. Cananæum, C. qui vocatur Zelotes.
6. Et B. Thadaum, C. Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.
7. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri & Sidonis.
8. Et qui vexabuntur à spiritibus immundis curabantur.
9. Qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.
10. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.
11. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes quia vestrum est regnum Dei.
12. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini: Beati qui hunc fletis: quia ridebitis.
13. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis.
14. Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces vestra multa est in caelo: secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.
15. Verumtamen va vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram.
16. Va vobis qui saturati estis quia esurietis. Va vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.
17. Va cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant Pseudoprophetis patres eorum.
18. Sed vobis dico, qui auditis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.
19. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.
20. Et qui percutit in maxillam præbe & alteram: & ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.
21. Omni autem petenti te tribue: & qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas.
22. Et prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.
23. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.
24. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.
25. Et si mutuum dederitis his, à quibus

- Asperatis recipere, quæ est gratia vobis? nam & peccatores peccatoribus faciunt, ut recipiant equalia.
26. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.
27. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est.
28. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittimini.
29. Date & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.
30. Dicebat autem illis & similitudinem: nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadunt?
31. Non est discipulus supra magistrum; perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.
32. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est non consideras?
33. Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non videns? hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc prospicies, ut educas festucam de oculo fratris tui.
34. Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum.
35. Vnæquæque arbor de fructu suo cognoscitur; neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant uvam.
36. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
37. Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?
38. Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit.
39. Similis est homini edificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat supra petram.

40. *Qui autem audis, & non facit, similis est homini adificanti domum suam super petram sine fundamento, in quam illisus est fluius, & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.*

SCHOLIA.

1. I. C. **E**xit in montem orare] hic nobis orandi formam præscribit Christus, ut magnum quid aggressuri, ipsum imitemur. volens enim Apostolos duodecim ex pluribus seligere, patrem orat, non pro se, qui non ignorabat, quid esset facturus, sed pro Apostolis suis, tanquam aduocatus iam à Deo nobis constitutus. & quando sublimiora rogat, tantò petit sublimiorem ad orandum locum. Principes igitur orbis electurus, montem ascendit, pernoctat orans, & die facto quos nouit digniores elegit. sic Gagnæ.

2. *Pernoctans*] totam insumpsisse noctem significat, nam mane facta est post orationem, statim electio, Interlin. *forma describitur, quam debeas amulari.* Chrysof. item notat, ut habet Emmanuel. *quia purior est anima tempore noctis, ipsaque tenebra, & silentium, possunt ad compunctionem perducere:* idèd pernoctans orat Cyrill. ex eodem Emmanuel. docet nos orare semotos nemine vidente.

3. Denique Ambros. *quid te, inquit, oportet facere pro salute tua, quando pro te, Christus in oratione pernoctat? quid te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adorari, quando Christus missurus Apostolos orauit?*

4. In monte porrò orat. Sic Moyses, inquit Gloss. solus legem spiritualiter intelligens, montis verticem, in quo Deus erat, ascendit. Et Beda, *mons, altitudo, inquit, est iustitia, qua instituendi erant Apostoli, & eã prædicaturi, sic & lex in monte data.*

Dei] id est, qua Deum precabatur, quasi dicat, totam noctem Deum precabatur, perinde ergò est Dei, ac diuina, sicut Hebr. *vir fortitudinis*, dicitur id est, fortis.

2. *Vocauit ad se*] Marcus habet, *vocauit ad se quos voluit ipse.* Videtur autem subduxisse se Christus, primum ab discipulis orationis causa, vbi in montem cum illis ascendit. hoc enim significare videtur Marc. in verbis citatis. quasi enim non sibi tunc præsentibus, vocasse dicit ad se.

5. Cum verò addit: *quos voluit ipse* ambitionem, & meritum Apostolorum excludit, & Christi potestatem, atque auctoritatem affirmat: licet non necesse sit dicere exclusam naturæ habilitatem, quamuis non rarò Deus, quos ad aliquod munus eligit, aptos ipse faciat, nullo modo naturæ talenta respiciens, lege Euthymium & Theophylactum.

6. Dicit etiam *quos voluit ipse* ex Chrysof. quia multi eum sequebantur, siue hi ascenderint cum illo, siue non longè mæserint ab eo loco, in quem ascenderat Christus. Erat hominum turba, erant item discipuli; ex turba ergo hominum prius discipulos seuocauit; deinde ex discipulis Apostolos elegit: sicut Ecclesia nunc ex innumera plebe Presbyteros; ex Presbyteris Episcopos assumit. Itaque positum sit Christum ex multitudine illa tantum discipulos vocasse, & ex illis vocatis duodecim Apostolos elegisse. Hæc patebunt attentius & accuratius Marci textum expendenti. Quare merito dicere potuit Christus, *non vos me elegistis, sed ego elegi vos.*

7. Notanda sunt hic Ambrosij verba; non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles elegisse, inquit, ne diuitis, aut potentis, noilitatisq; aucto-

ritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur, sed Piscatores & Publicanos, ut veritatis ratio prævaleret.

Non est dissimulandum per hoc, quod discipulos vocasse Dominus dicitur, significari neminem se intrudere, neminem ingerere debere in Ecclesiasticas dignitates, vel officia, ut monet Paulus Hebr. 5. 4. nec quisquam sibi assumit honorem, nisi qui vocatur à Deo, & Bernard. lib. 4. de consi. non volentes, inquit, neque currentes assumito, sed cunctantes & renuentes: nos etiam coge, & compelle intrare. Canones etiam sacri, eos qui huiusmodi sunt, maximè reprehendunt, & eo ipso indignos iudicant, imò & ciuiles leges, vide distin. 61. cap. miratur, ex Leone epist. 85. & cap. per vestras, de iure patron. ex Innocentio. Præterea l. si quantum Codice de Episc. & Cleri. vbi dicitur; *quaratur cogendus, qui rogatus recedat, inuitatus fugiat. Profecto indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus;* ad quod etiam habetur can. *sicut is. qu. 6.*

Idèd nec semper vocanti acquiescendum, quando vocatus, agnoscit se minimè idoneum esse ad munus ad quod vocatur. Sic Chrysof. lib. 4. de Sacerdotio & Gregor. 1. par. Pastor. c. 11. quorum verba refert. Cardin. Toletus adnot. 18. quamuis Deo vocanti acquiescendum sit. Nam Moyses & Hiere. humilitatis studio Deo acquiescere non statim visi sunt, donec absolutam eius voluntatem agnoscerent, licet Basil. serm. 2. de Baptif. cap. 11. nec Moyses, nec Ionam recusantes, culpa vacasse dicat.

3. B. *Et fecit ut essent duodecim cum illo*] sic habet Marc. & sensus est: fecit duodecim (subintellige, Apostolos) ut essent cum illo, sic enim Græcè legitur: *καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ᾖσιν μετ' αὐτοῦ.* Sed noster interpres idem significat, & vera est nostra lectio, ut patet ex correctâ Romana editione, quæ sic habet: *Et fecit, ut essent duodecim cum illo:* hoc est, fecit ut essent cum illo, id est, comirarentur eum, & eius essent lateri allecti, tanquam destinati nationibus magistri, ut ait Tertul. c. 20. de præscript. duodecim ex discipulis.

Et ut mitteret prædicare.] Insinuat D. Marcus duas causas, cur fecerit Apostolos, primam ut essent cum illo, id est, ut ipsi tanquam familiares, & domestici, semper adessent. al. eram, ut eos mitteret prædicare, magna cum potestate, vnde *Apostolorum* nomen.

Cæterum non eos statim misisse arbitrere, nam aliud constat ex Marco cap. 6. 7. & Luc. c. 9. prius enim illos instruxit, quam mitteret. Idèd, quod subdit Marcus.

4. *Et dedit illis potestatem*] intellige non statim collatam esse illis eam potestatem, sed cum eos ad prædicandum postea emisit. Matt. 10. 1. Marc. 6. 7. Luc. 9. 1. Itaque per anticipationem exponendus est Marcus, quia videlicet, de eorum missione meminerat, dum dixit, & ut mitteret prædicare; in qua missione data est Apostolis illa potestas. Et græca multo id clariùs explicat, sic enim habent: *Et habere potestatem sanandi morbos, & eijcendi demonia,* quasi dicat, ut mitteret eos prædicare habentes potestatem hanc &c. referenda namque sunt hæc verba ad illa alia, *fecit duodecim;* hoc modo, fecit duodecim Apostolos ut essent cum illo, & ut mitteret eos prædicare habentes potestatem curandi &c. ut autem prædicatio postea futura erat, ita & ut haberent potestatem hanc, futurum erat: ac si dicas breuiter, ut mitteret eos prædicare cum potestate, quam suo tempore collaturus erat, cum tempus nimirum missionis adueniret.

Quos & Apostolos nominauit] nomen *Apostoli* significat, si etymologiam spectes, vniuersè eum, qui ab alio missus est, & propriè tanquam legatus,

3. Nemo se debet intrudere in munia Ecclesiastica.

10.

11. Apostolos quid significet.

vt sci-

vt scilicet ore nunciet: quomodo accipitur, Ioan. 13. 16. *non est Apostolus maior eo, qui misit illum.* vnde D. Hierony. in primum cap. epist. ad Galat. quatuor missorum, seu Apostolorum genera distinxit, vide locum. sed præterea hoc nomen in scriptura non tantum officij, seu legationis nomen est, sed iuxta eiusdem scripturæ, & Ecclesiæ usum, præter legationis ministerium, etiam singularem quandam & eximiam dignitatem; potestatem, vel primatum continet, vt indicat Paulus primo ad Corinth. 12. 28. scribens; Deum posuisse in Ecclesiâ; primò Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, &c. & subdit ver. 29. *nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? &c.* idem ad Ephesios 4. 11. & ita LXXII. Discipuli, Apostoli non dicuntur. Hoc ergo modo Christus duodecim Apostolos nominavit, quod nomen ad Paulum, & Barnabam, postea translatum est, & per quandam extensionem à Paulo etiam Epaphrodito tributum est. Hinc fit toto aberrare cœlo huius temporis hæreticos, dum sumentes argumentum ex etymologia nominis *Apostoli* affirmant, nec ipsos duodecim, nec eorum successores aliam habuisse potestatem, quam enuntiandi, & exponendi hominibus, quod in mandatis acceperant à Deo, id est, prædicandi Euangelium; sed hoc ridiculum est argumentum, cum nec etymologia nominis omnem comprehendat significationem, quæ est in usu Ecclesiæ, id quod est etiam in nominibus Dictatoris, Consulis, Episcopi; Adde quod cum legatorum potestas ad alia etiam quam ad nuntiandum se extendat, ideo rectè dicuntur à nobis non solum nuntiandi Euangelij causa à Christo missi esse Apostoli, sed etiam ad baptizandum, remittendum peccata & alia huiusmodi, de quibus in Theor. de Apostolis. quod attinet ad nomen, & officium sic dictum est.

Cur verò duodecim fuerit electi doctè Maldo. explicat Matth. c. 10. v. 1. dicam breuiter, vt duodecim Patriarcharum figuram impleant; vt quemadmodum ex duodecim Patriarchis totus Iudæus populus carnaliter propagatus est, ita totus populus christianus spiritualiter, ex duodecim Apostolis propagaretur, veniat enim Christus, vt carnem in spiritum commutaret. Cætera in Theor. §. *Simonem*] Cur primus nominetur, quare in Theoria.

Petrus] quando verè hoc illi nomen sic impositum, dictum est à nobis, l. 2. dilucid. Euang. ca. 5. in Scholiis ad v. 8. illud nuac addimus, Marc. per recapitulationem dixisse; *imposuit Simoni nomen Petrus*; similiter & Lucam cum dixit, *quem cognominauit Petrus*, non tunc, sed prius sic vocatum à Christo intellexisse: licet Card. Tolet. sibi contrarius, dicat Petrum postea à Christo nominatum cum venit in partes Cæsariæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, sic habetur post an. 10. in com. ante an. 21. in Luc. c. 6. aliter verò videtur dixisse cum August. an. 76. in c. 1. 10. rectè autem dixit Luc. *cognominauit*, quia non amisit nomen *Simonis*; sed simul etiã Simon nomen eius est, & quasi cognomè ei *Petrus* additum est, vt tanquam alterum nomen simul cum illo *Simonis* nomine. Illa verò nomina apud Marc. quæ habentur hic ad marginem v. 5. *Iacobum Zebedæi & Ioannem* accusandi casu, reguntur à verbo *fecit*, quod est hic versu 3. positum: hoc modo ergo verba Marci construe: *& imposuit Simoni nomen Petrus*, (deinde verò sequatur) *& Iacobum Zebedæi, & Ioannem*, &c. hoc est, *fecit Apostolos, vt essent cum illo*, &c. apud Lucam verò cuius verba posuimus in textu v. 5. accusatiui illi: *Simonem*, & cetera reguntur à verbo, *elegit*, quod habetur ver. 2.

A *Iacobum*] Is maior est dictus, & ob sublimes, & terrificas conciones, vt quidam volunt, *filius tonitru* cum Ioã. vocatur. quare ob id sunt qui dicant, Herodè hunc primùm occidisse, quod terribilis esset Iudæis, quod etiã fit verosimile ex eo, quod Lucas uarrat, c. 9. de filiis Zebedæi ver. 14. dixerant enim aduersus Samaritanos: *Domine, vis dicimus, vt ignis descendat de celo, & consumat illos.*

Vt autè olim Dominus Exo. 14. 24. 25. respiciens super castra Aegyptiorum subuertit rotas currum; quod tonante cælo factum esse significat Dauid Psa. 76. 17. 18. 19. *viderunt te aque Deus, viderunt te aque, & timuerunt, & turbata sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes, vox tonitru tui in rota.* i. rotis currum Aegyptiorum: nisi rotas malis poni, pro curribus; alij rotam, cælum figura rotundum interpretantur, vel potius aeris sphaeram, ita cum Hispani certamen ineunt: inuocant primùm D. Iacobum (quæ vox est tanquam fulgur & tonitru) hostium cohortes non rarè dissipantur, & prosternuntur innumeræ aduersariorum cateruæ.

Est autem hic mox inde exortus, nam inquit, se D. Iacobum contra Mauros communes populi Christiani hostes ostendisse instar tonitru; & exhibuisse se tanquam defensorem Hispanorũ, visum verò equo albo insidentem, gestantemq; vexillum album, cruce rubra insignitum tempore Ramiri, anno Domini 846. Obiit Ierosolymis an. 2. Claudij, circa 44. annum Christi, post reditum ex Hispaniis, vt volunt, eius corpus splendoris indicio, in sylua quadam inuentum fuit tempore Alfonso casti. Vide historiam Mariani circa an. 800.

C *Boanerges*] Marcus cap. 3. 17. dicit etiam imposuisse nomina filiis Zebedæi *Boanerges*, quod nomen Hierony. in 1. cap. Danielis corruptum putat, ita vt pro *Beneraam*, factum sit *Boanerges*. nec dicit Hieronym. *Benerem*; nam non *reem*, sed *raam* Hebr. dicitur tonitru.

Sed cur *Boanerges* vocati sunt? quia insigniores Euangelistæ prædicatione futuri erant, ob mysteria illis reuelata, & ob miracula, quibus ea mysteria confirmaturi erant, & quia Christo, secundum Petrum familiarissimi, ardentissimiq; Euangelij præcones additis minis cum oportebat peccatores deterrentes, quare etiam ad res altiores, secretioresque adhibiti sunt à Christo transfigurationem, suscitationem puellæ, orationem in orto, & cetera sunt qui dicant *Boanerges* dictos quod audierint cum Petro tonitru illud cæleste: vocem Patris in monte, *hic est filius meus*. vide item n. 14. 15.

D *Philippum*] eius vocatio habetur Ioan. i. Clem. Alexan. in Strom. scribit ad hunc dicta fuisse illa Domini verba. *Sequere me, & dimitte mortuos*, &c. Is Natanaëlem monuit, venisse Melsiam, & perduxit ad Iesum. Metaphrastes scribit anno 87. ætatis obiisse: ex Euseb. in Chron. colligitur, obiisse anno 14. Christi. Claudij 11. apud Hierapolim Asiæ cruci affixum.

Bartholomæum] huius meminit Dionys. Areopagita lib. de myster. Theo. cap. 1. sic Bartholomæus ait, & magnam esse Theologiam, & minimam, atque Euangelium amplum, & magnum, rursusque compendiarium, quibus verbis illud mihi eximiè intellexisse videtur bonam omnem causam, & multis verbis, & paucis simul, & nullis exprimi. quippè quæ nec rationem habeat, nec intelligentiam, ac notitiam, quod omnibus singulari modo præcellat.

Et Thomam] iste *Didymus* etiam dictus est; de qua re scribit Cardin. Tolet. adnotat. 23. in cap. 20. Ioan. verum mihi magis placet Theophylacti in Ioan. cap. 20. 24. & Maldo. opinatio eodem loco, & cap. 11. Ioan. 16. *Didymum* non fuisse Thomæ

14.

15.

16.

S. Iacobus patronus & auxiliarius Christianorum contra hostes.

17.

Boanerges cur dicitur Iacobus & Ioannes.

18.

19.

20.

21.

12. *postoli cur duodecim.*

13.

cognomentum, sed nominis interpretationem, hoc enim nomen *Didymi* græcè, quod Hebr. Thomæ significare, nempe geminum. cur ita vocatus fuerit nihil constat.

22. Obseruauit verò Leontius, Euangelistam Ioannem nullius nomen Apostoli interpretatum esse, nisi Thomæ; vt græci propter aliquam excellentiam factum intelligerent. Theophylact. id eò Euangelistam nomen eius interpretatum putat, vt eius declararet mores, quod incredulus futurus esset, minimeque simplex. Vide Maldonatum Ioan. II. 16. & Ioan. 20. 24. certè moraliter saltem significare videtur voluisse Ioan. cap. 20. 24. nomen hoc interpretatus, quòd qui à cætu Ecclesiæ diuisus est, non inuisitur à Christo; nam *gemi*ni vox significare videtur quandam separationem.

23. *Iacobum Alphaï*] scilicet filium. Erat is iunior, & id eò *minor* dictus Marc. 15. 4. Dictus est etiam *frater Domini* ad Galat. 1. 19. quòd filius esset Mariæ sororis Beatæ M A R I A B Matris Domini, vt Hierony. in eius vita sentit, vel ob similitudinem cum ipso Christo.

24. Dictus est & *iustus* ob singularem sanctitatem. Auctor fuit Epistolæ Catholicæ, & primus Ierosolymorum Episcopus.

25. *Iacobus Alphaï quòdo mortuus.* Obiit annos 96. natus, an. Dom. 63. sedit annos 24. nam anno Dom. 34. factus est Episcopus. an. 7. Neronis interrogatus de filio hominis, respòdit: *quid me interrogatis de Iesu, filio hominis, ipse sedet in caelo à dextris magna virtutis, & gloria Dei, & in nubibus cali venturus est*; Sic Egesip. deiectus porrò non non statim obiit, sed in genua procumbens dixit: *Obsecro Domine pater da illis veniam, nesciunt enim quid faciunt.* Epiphani. sæpè virginem dicit, huic ingredi permittum semel in anno in Sanctæ Sactorum, lineis vestibus utebatur, vinù & siceram non bibit, carne abstinuit.

26. Eius genua callum obdlexerant. Addit Chrysof. id ipsum etiam de fronte homil. 5. in Matth. ob iugem in pauimento prostrationem. Ob eius venerationem seruata est Cathedra eius, ne perderetur in excidio Ierosolymitano; & maxima in veneratione habita, sic Euseb. lib. 7. c. 14. in capite gestabat laminam auream. i. mitram ob regale sacerdotium. Sic Policrates Ephesiorum Episcop. de Ioan. ex Euseb. lib. 5. & Hieron. de scriptorib. Ecclesiasticis in Policrate: frater fuit Iudæ, vnde dictus est *Iudas Iacobi*.

27. Neque est distinguendus Iacobus frater Domini ab Apostolo, vt videtur distinguere Clemens 2. constitu. c. 59. & Græci in suo Menolog. & Hieronym. Isai. 17. significat, licet aliter sentiat, & rectè aduersus Heluid. vbi eundem facit Iacobum Alphaï Apostolum, & fratrem Domini, quod & Ecclesia sequitur.

28. *Qui vocatur Zelotes*] is quia ex Chana Gallilæe erat, vt Hieron. videtur, *Chanæus* dictus est; quamuis alij tunc potius fuisse vocandum Chanæum dicant non enim *Chanan*, sed *Chana* Gallilæe, oppidum appellabatur; hinc verò *Chanæus* videtur deducendum. Porrò Chananæum non ab oppido, sed à Zelo, hoc est *Zelotem* dictum fuisse, sunt qui tradant; *Chana* enim Hebr. Zelum significat. Equidem arbitror ab oppido potius Chana, vel Chanan vnde erat, Cananæum, siue Cananæum dictum esse; Rursus quia Zelo feruebat, facta allusione ad significationem nominis oppidi *Zelotem* appellatum. Non iste est ille, qui centum & viginti annos natus cum esset, cruci suffixus est; quòd tamen putauit Isidorus, lib. de Patri. noui Testament. & Beda, Acto. 1.

29. 6. B. *Thaddæum. c. Iudam Iacobi*] Hic trinomius fuit ex Hieronym. nam & *Tadæus*, & *Iudas*

A *Iacobi*, scilicet frater, & *Lebæus*. i. corculum, vel leuinculus dictus est.

Et Iudam Iscariotem] Omnes tres Euangelistæ Iudam hunc in vltimum locum reiciunt, sicut Petrum primum nominat, quo huius primatum illius verò scelus enorme ac casum indicent. Hierony. Matth. 10. Iscariotis vocem interpretatus. sic scribit, *vel à vico, aut ab vrbe, in qua natus est, vel à tribu Issachar vocabulum sumpsit, vt quodam vaticinio in condemnationem sui sit natus. nam Issachar interpretatur merces, vt significetur pretiū proditoris.* sic Hieron. dicitur à Ioan. c. 6. *Iudas Simonis Iscariotes*, quia Simonis filius. Opinantur nonnulli non esse dictum à tribu *Issachar*, nam non *Issachariotes*, sed *Iscariotes* vocatus est. quare sunt qui ex vrbe *Carioth* appellatum autem, quæ vrbs erat in tribu Iudæ, Ios. 15. 15. addito, verò *u*, sit *Iscariotes*, quasi *vir Carioth*. Vel ergo à vico, seu oppido *Carioth*, vel ab oppido potius *Iscarioth*, quod est in tribu Ephraim, ex Hierony. Isai. 28. vel ab *Issachar* tribu litera, à prima sublata, *Iscariotes* dictus est.

B Interrogant quidam an Iudas Iscariotes, quo tempore electus est, cum aliis Apostolis bonus & iustus fuerit, cui interrogationi satis facit Toletus in Ioannem capite sexto, adnotat. trigesima-sexta, affirmans bonum fuisse; quod & docet Cyrillus libro quarto in Ioan. cap. 30. & Hieron. lib. 3. contra Pelagian. & Tertullian. de anima cap. 4. Augustinus verò tractat. 27. non sentit oppositum, tantum enim dicit fuisse electum, cum cognitus esset malus futurus. Iterum si interrogas, cur elegit eum, quem proditorem futurum certò nouerat: id in Theor. 4. dicemus.

7. *Turba discipulorum*] discipulos vocat, qui Christum sequebantur, & frequenter eius sermones audiebant. Hi multi erant, id eò *turba* dicuntur; propterea verò *turbæ* discipulorum meminit, ne solos Apostolos intelligeremus.

Et maritima] id est, à regione maritima, seu ab ea parte eius regionis, quæ est versus Tyrum & Sidonem. Beda ait à mari magno cognominari maritimam, non à mari Galilæe.

Tyri & Sidonis] Cyrillus, & Tyrus inquit, & Sidon idolis seruiebant: Beda, tanta, ait, erat fama virtutis Christi, vt externæ etiam ciuitates concurrerent ad sanitatem, & doctrinam capefendam.

8. *Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur*] Græcè additur, & *curabantur*, vt fit sensus, multitudo ista discipulorum qui fuerant cum illo, in monte electis Apostolis, & descenderant cum illo, & ij qui venerant ex Iudæa, & maritima, & qui vexabantur à spiritibus immundis, erant cum Christo, & curabantur; nam id eò multi ex istis venerant, vt sanarentur à languoribus suis; noster Interpretes, & Hieronymus, non habent eam particulam, nec necessaria videtur.

10. *Virtus de illo exibat*] non quod ipso lente, sanaretur quispiam, vel quod aliquid ex Christi corpore egrederetur. quadam ergo metaphora vtitur Euangelistæ, ac si Christi caro modum quendam haberet à cuius herbæ, quæ vim, efficacitatemque ad sanandum possideret, & ad corpus ægrotantium applicata, morbos depelleret; idque sine vilo tangendum discrimine; significatur verò etiam multitudo tangendum & fides, & quod caput est, Christi clementia & virtus. Baradius exibat, inquit, ab illo actio diuinitatis, quæ miracula patrabat.

11. *Eleuatis oculis in Discipulos*] Epiphanius hæresi 42. in Scholiis ex Euangelio primo apud Marcio. confutat. 5. videtur legisse *in calos*, sed vera lectio habet *in discipulos*, eleuauit in discipulos

30. Petrus primus, Iudas Iscariotib vltimus Apostolorum ponitur, & cur.

31.

32.

33.

pulos suos oculos, quod ad eos multa, peculiari quadam ratione pertinerent ex ijs quæ dicenda erant; vel quia discipulorum loco habendi qui dicenda seruassent.

Beati pauperes] voluntariè, & effectu intellige. Lucas quatuor tantum posuit beatitudines, quia quatuor non sine causa Christus dixerat nunc, nimirum eas, quæ sanè essent, & vulgè huius mundi sapientibus paradoxæ. omnes enim in paupertate, esurie, luctu, ac vituperio hominum sitam iudicant miseriam. Inducit ergò Lucas, Christum docentem in his potius hominis foelicitatem locatam esse; propter illa verò, quæ his contraria sunt, quæ scilicet mundus tantoperè sectatur, hominem potius miserum & infœlicem censendum esse. Reliquæ verò quatuor Beatitudines, à Matth. scriptæ, quibus commendantur mites, misericordes, mundi & pacifici, non sunt ita à vulgi sensu alienæ, quin communis hominum opinio virtutem approbans, sit eas faciliè acceptura. quare de illis quatuor tantum differuit Christus, à quibus mundus magis abhorret, reliquas tacuit. Itaque meritò quatuor illis à se positæ beatitudinib. quatuor etiam *verb* Lucas opposuit.

Propterea eorum mihi opinatio placet, qui dicunt hic apud Lucam agere Christum de his operibus, quæ maximè spectantur in corpore, cuiusmodi est paupertas, esuries, luctus, persecutio; Mansuetudo verò, misericordia, pax, mundities in animo maximè cernuntur. Ex quibus habes Lucam tantum quatuor voluisse beatitudines scribere, quas Christus docuit tanquam eas, quæ maximè necessariæ sunt his, qui perfectiorem vitam & Apostolicam, quæ in rerum fluxarum desipientia posita est, sequuntur. Vide item numer. 39.

Interim non nego (licet non hæc sit causa) cur quatuor nominauerit, id quod habet Ambrosius, Lucæ septimo, in his quatuor esse illas octo, vel septem beatitudines Matthæi, & in illis has quatuor. qui enim istas habet, nempe qui Dei amore voluntate pauper est, qui luget, & cæc. & illas habeat necesse est, quæ reliquæ sunt, & tacentur, erit enim mitis, misericors, & cæc. qui verò septem illas, vel octo habet non dubium, quia has etiam habeat, cum inter illas aliquo modo connumerentur, & contineantur, vt constat de paupertate, & luctu, imò & de esurie; nam licet esuries ibi & sitis potissimum intelligatur, quæ est in animo, tamen etiam sitis & fames corporis non excluditur, quam semper tollerant pij, quod illis iustitia non administratur, vt vult Rupert. vel quod sanctitatem & virtutem ament & sequantur, vt Superius cap. 4. in Scholijs, ver. 6. diximus; Hoc loco verò Esuries accipienda est, mea opinione, pro ea potissimum corporis fame, & siti, quæ voluntariè accipitur pro Dei amore ad affligendum & subiugandum rationi corpus. Dixi potissimum: nam præter hanc etiam eam corporis esuriam, & sitim continet hæc beatitudo apud Lucam, quæ ob id incurritur, quod ius negetur: vel ob id quod quis sanctitatem & iustitiam amet, & cupiat; quæ apud Matth. sub famis & sitis iustitiæ nomine aliquo modo continetur, vt iam dixi. Hinc patet interesse aliquid inter illos Matth. & has Lucæ beatitudines. consule, quæ scripsimus superius cap. 4. huius lib. in Scholijs ad v. 6.

D. Ambros. lib. 5. in Luc. vbi dixit, in illis octo beatitudinibus, quas D. Matt. recensuit, contineri has quatuor Lucæ, & vicissim illas 8. in his quatuor: Subdit: *hic enim (Lucas) quatuor velut virtutes amplexus est cardinales; illo (Matth.) in illis 8.*

A *mythicum numerum referant. pro octaua enim multis scribuntur Psalmi.* q. d. voluit Matth. numerare octo beatitudines huius vitæ, vt mystico octonarij numeri (qui solet resurrectionem significare Domini in Ps. contigit enim octauo die, numerando hebdomadam à die solis) memoriam & spem nobis excitaret gloriæ consummatæ, quam virtutum meritò assequemur, resurgentes, vt Christus resurrexit caput nostrum. Pergit Ambros. & *mandatum accipit octo illis partem dare, fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostra octaua perfectio est, ita octaua summa virtutum est.* quæ verba obcuriora sunt, sed vt videatur sensus: Nota quod mandatum hoc habetur Eccles. 11. 2. da partem septem, nec non & octo, id est, quam poteris multis beneficium impende sine termino, vt Christus dixit; *nō dico tibi septies, sed vsque septuagies septies,* i. sine determinato numero. quod verò addit Ambr. *fortasse benedictionibus:* videtur significare vt partem curarum nostrarum etiam istis octo beatitudinibus, & virtutibus impendamus exercendis; ita vt mysticè eodem Ecclesiastæ præcepto id significetur; & Matth. in illo numero octonario, hunc etiam insinuasse sensum mysticum videatur. Per octauam verò, quam dicit esse summam virtutum, intelligit octauam beatitudinem, quæ in persecutionum patientia est; patientia verò opus perfectum habet; pertinent autem hæc verba vltima ad sententiam antecedentem, qua dixerat octo beatitudines à Matth. numerari, vt mysticum numerum, id est, vt mysterium octonarij significaret, & idèd ait, sicut enim &c. lege Valen. tom. 2. disput. 5. q. 9. p. 2.

B Aduertendum est præterea hîc, hæc tria paupertatem, esuriam, & lacrymas, cum quibus lacrymis rectè connexa sunt hominū persecutio, & odiū (ad lacrymas namque quodammodo pertinet, quatenus illis similia sunt) opponi tribus illis, quæ in mundo sunt, primæ Ioan. 2. 16. *omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ.* En summam peccatorum, quibus opponuntur hæc Lucæ beatitudines.

C Et hæc potest esse alia ratio quam obrem præfatis reliquis harum tantum beatitudinū hic meminuit. Cum enim nunc Christum plurimi loquentes exciperent, dum ipse conuersus ad suos, illos prædicat beatos, quod voluntariè pauperes effecti essent, & esuriant, & fletent, ac persecutiones patientur, ob id quod ipsum sequerentur: voluit indicare mundo se aduersari, suamq; doctrinā contrariam esse mundo, qui maximè paupertatem, esuriam, lacrymas, ac cum his persecutiones fugit, vt ita auditores ad mundi contemptum hortaretur, & ne in fluxis istis rebus fiderent, admoneret.

D 12. *Beati qui nunc esuritis*] Esuries hic corporis intelligenda est, vt paulò antè dixi. vt illa Matthæi est iustitiæ. Rectè vtramq; nomen *esurie*, sub qua etiam sitis est, comprehendere potest, si vniuersum sumatur nomen hoc.

Beati qui nunc fletis] lacrymarum nomine, non lacrymas modo intelliges oculorum, sed corporis etiam ægritudines, afflictiones, calamitates, cæteraque mala externa, quæ plurima etiam sui discipuli cum illo tolerabant.

13. *Beati eritis, cum vos oderint homines*] videtur loqui de persecutionibus præsertim, quas à Iudeis toleraturi erant Apostoli.

Et cum separauerint vos] A Synagoga. *Exprobrauerint*] contumelijs, & conuicijs affecerint. *Eiecerint nomen vestrum*] expungent nomen de numero populi Dei, & proscribent. *Tanquam malum*] i. tanquam hominum perniciosorum; vt sit cum hæretici proscribuntur, vt illos cuncti fugiat,

34. *mea quæ non tam illius beatitudines, & c.*

35.

36.

Esuries hoc loco que fit intelligenda.

37.

38.

39.

40.

cei diabolum. Græcè *ὁσ τὸ πῶς* quod de Diabolo dicitur Matth. 6. sic enim quidam exponunt illud, *libera nos à malo.*

14. *In illa die*] Etiam eo tempore, quo fiunt hæc: tantum autem vult esse gaudium, vt redundet etiam in corpus, & propterea addit, & *exultate.*

41. *Merces*] Beatitudo in sacris Scripturis merces corona, brauium, hæreditas nominatur. vide Cardin. Tol. adnot. 31. in Luc. 6.

Secundum hæc] sensus, non mirum, quod ita vobiscum, vel agunt, vel acturi potius sint, quia filij sunt patrum eorum, qui Prophetas odio sunt profecuti, & persecuti exprobrantes, & eiicientes, &c.

42. 15. *Veruntamen vobis*] Chrysof. hom. 44. ad pop. Antioch. positam hanc particulam insinuat, per modum deplorantis, vnde Euthym. *postquam*, inquit, *beatificauit pauperes, esurientes, ac flentes, odio habitos; deplorat deinceps eos, qui contrario modo se habent, vt per beatificationem ad illa exhortetur, per deplorationem verò ab his auertat.* Titus autem Bostrenus interpretatur per modum prædicentis æternam damnationem. Tertullian. verò libro 4. contra Marci. per modum admonitionis, & comminationis: quæ omnia rectè conueniunt in hunc locum.

43. *Quia habetis consolationem vestram*] huic simile est illud Matth. 6. *amen dico vobis, receperunt mercedem suam*] q. d. non accipient in altero sæculo mercedem. Hunc sensum exprimunt hæc verba: *habetis consolationem vestram.* Est enim verbum præsentis temporis, Græcè *ἀντιχρῆστος* accipitis, seu receptam habetis, ac si dicat, non alia vobis speranda est, sicut dictum est Lucæ 6. epuloni: *recepisti bona in vita tua.*

44. Docemur diuitias non quidem malas esse, sed periculosas: damnantur verò hi qui diuitiis affixi sunt, & eis parandis plus æquo incumbunt: contra quos est illud 1. ad Timoth. 6. *qui volunt diuites fieri, &c.* non census igitur, sed affectus in crimine est, vt inquit hic Ambros.

45. 16. *Va vobis qui saturati estis*] Basil. *subiectio*, inquit, *corporis per nihil aliud sic obtinetur, vt per abstinentiam: est enim hæc amotio passionum, & vita spiritalis initium.* Non est autem possibile cunctis eundem modum, & mensuram præscribere; sit tamen communis intentio non expectare repletorem.

Va vobis qui videtis nunc] nunc inquit, cum scilicet flendi tempus est. *Lugebitis*] animo. *Flebitis*] corpore.

17. *Va cum benedixerint vobis homines*] scilicet mundani, qui laudare solent eos, qui falsa felicitatis spe clari sunt in hoc mundo, quique ea agunt, quæ ipsi sectantur, aut ea faciunt, & docent quæ ipsis sunt grata, saltè ita vt eorum laudes ambiatis, & propterea illis placere cupiatis.

46. *Patres eorum*] id est, præcessores eorum, nempe hominum, q. d. vobis cum benedixerint vobis homines mundani laudantes, & magnificantes vos: quia similes eritis Pseudoprophetis, quibus eorum hominum mundanorum, siue Iudæorum Patres olim benedicebant, in eandemque damnationem vos incidetis, in quam & illi, cum hominibus placere magis, quam Deo voueritis: quod fecerunt illi, & ob id cum deplorandi essent, quia falsa narrabant, captantes popularem auram, laudabantur à populis. Hinc Hier. 5. 31. *Propheta prophetabunt mendacium, & Sacerdotes plaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia.*

18. *Sed vobis dico*] Hactenus veluti ad absentes locutus fuerat, dum dixit, *vobis diuitibus.* &c. nunc quæ sequuntur etiam præsentibus dicuntur,

A propterea dixit: *sed vobis dico qui auditis.* vox illa, sed, reddit hunc sensum: quæ deplorando dixi nõ tam propter vos præsentem (intelligit autem præsertim eos, qui discipuli eius erant, in quos oculos coniecerat) quàm propter illos qui ad me venire volunt, protuli. Cæterum vobis præsertim ea quæ sequuntur dico.

19. *Benedicite*] hæc percurrimus quia ferè ex his, quæ apud Matth. diximus constant. Est autem *benedicite*, benè precamini.

Maladicientibus] Tunc maledicere prohibitum est, cum non iudicio iustitiæ, sed vindictæ liuore, aut odio fit; qua ratione nemini est maledicendum, neq; ijs etiã, qui nobis odio, & liuore maledicunt. Quod doctè, ac sapienter Greg. 1. 4. Moral. c. 6. docet. quando aut prohibetur maledictio, generaliter accipitur, siue propriè, siue impropiè, sicque maledicentibus est benedicendum. vnde hoc verbo non tantum execratio, sed etiã contumelia, conuitium detractio, cæteraque similia comprehenduntur, in qua significatione dictum est Exod. 12.

28. *principi populi tui non maledices*

Calumniantibus] calumniantur hi, qui falsò crimina imponunt aliis: id quod clariùs Matth. illis verbis expressit: *cum dixerint omne malum aduersum vos mentientes.*

Aduerte, quo plus excreuit malum, eo magis charitas augenda est. meminerat aut Christus triu rerum, scil. inimicitiarum, quæ malæ sunt, odij quod peius est, calumniæ, quæ pessima. Contra verò, inimicis dilectionem docet impendendam, quæ bona est: beneficentiam cum dilectione coniunctã, quæ melior est, ijs qui nos odio prosequuntur: optima est oratio, quæ ex dilectione, & animo benefico nascitur, & calumniantibus impenditur.

Augustin. serm. 59. de temp. tria obiicit contra hanc sententiam, quæ afferuntur, & declarantur à Tolet. adnot. 47. in c. 6. Luc.

21. *Omni autem petenti te*] post dilectionem, & patientiam, misericordiæ documenta tradit. docet ergò, vt petetium & indigentium qualitates (de indigentibus enim hic est sermo) & condiciones nõ discernamus; sed quibus possumus, omnib. demus. Intelligit aut quodcumq; officij genus, quo alter indiget, siue auxilium, siue consilium, siue pecuniam, &c. non vult ergò vt consideremus num ille sit amicus, vel inimicus, gratus, vel ingratus, &c. sed cuiuscumque indigenti vult tribui; nec loquitur de alienis rebus, quare, quæ Deo dicata sunt, quoniam non sunt eorum, qui administrãdis illis præfunt, propterea non cui libet ea dare possunt. consule Basilium ea de re differentem regul. breuiori respon. 101.

Et qui auferit] Triplex sensus, vel ne repetas vi auferendo, si vi etiam abstulit ille à te. neque .n. propria auctoritate licet, nisi cum spes nulla superest ea recuperandi, nisi de manibus auferentis abstrahantur, si id citra damnum facere possumus, & cum is qui abstulit, non indiget. Vel secundo, ne repetas in iudicio coram iudice; sic August. in Enchirid. ad Laurent. c. 78. sed nihil hic speciatim de iudicio, sicuti nec præcedens sententia, cum qua hæc est coniuncta ad iudiciũ pertinet. Quanquam si non ex odio, & vindicta, vel auaritia, sed ex Zelo iustitiæ & desiderio honesto habendi sua fiat, iudicio non est prohibitum sua repetere. Tertius sensus est: ne repetas non solũ vi, aut iudicio, sed neq; verbo, aut alio modo. Et hoc non est absolute prohibitum; possumus enim mutuo data, commodata, ablata honestè repetere. Locus ergò hic oēs tres hos sensus admittit, & complectitur: sed non respectu cuiuscumq; personæ, sed indigentium, vel etiam eorum, qui reddere non possunt. sic enim hæc pars connectitur cum præcedenti, vbi de indigen-

47. Quando non maledicendum.

48.

49.

50.

51.

tibus est sermo : quare Dominus Matt. 18. damnauit seruum illum, qui tenebat & suffocabat debitorem non habentem unde redderet. Hinc Isaia 58.3. *omnes*, inquit Deus, *debitores vestros repetitis* : neque enim fas est omnes repetere, vt sunt illi qui indigent, nec habent unde restituant, quamuis aliquos qui eiusmodi non sunt, fas sit repetere.

22. *Pro vt vultis*] voluntate rationabili.

23. *Qua vobis est gratia?*] scilicet habeda, aut qua gratiam facitis, quidam per gratiam meritum: alij melius, retributionem diuinam intelligunt, seu mercedem, vt prim. Petri 2. 19. *hac est enim gratia*, & cetera. loquitur verò Christus de dilectione amicorum qua eos diligimus tantum, quia nos diligunt.

52. *Nam & peccatores*] Basil. respon. 163. regul. bre. gentiles intelligit. verum satius est generatim sumere, *Peccatores* igitur appellat, qui peccatis incumbunt, & operibus malis student, nec Dei, nec honesti rationem habentes, qui quidem raro opus aliquod faciunt, virtutis bonum spectantes, sed omnia ad vtilitatem, ac delectationem referunt; summum, ex naturæ quadam cōmiseratione operantur aliqua. Alioquin constat esse peccatores aliquos, qui inimicos etiam diligant auxilio suffulti Diuino, & amicos propter Deum, licet non ex charitatis dilectione; ac bona aliqua opera faciat, quæ essent meritoria, si in peccato non essent, & præmio digna, nec de his loquitur Christus.

25. *Recipere*] simile scilicet beneficium.

Fenerantur] .i. mutuum dant. hæc omnes sententiæ intelligendæ videtur, si eo duntaxat animo hæc fiant, quia nos illi diligunt, vel nobis benefaciunt, vel quod ab illis speremus similia recipere.

AEqualia] nempe similem mutuandi actionem.

53. 26. *Veruntamen diligite inimicos*] non reperitur hæc sententia eodem prorsus sensu, quo prius v. 18 est tradita. vult enim monere nos, ne velimus eos ita diligere, vt respiciamus eorum in nos dilectionem, sperantes ab ijs diligi .i. sperantes fore vt diligamur ab illis.

54. *Nihil inde sperantes*] videlicet similis beneficij, refertur hoc etiam ad inimicos. spes aliquid recipiendi in mutuo, non inducit vsuram, sicut nec in rebus spiritualibus conferendis simoniam; sed requiritur intentio accipiendi aliquid pro mutuo. Cæterum Christus hic vtrumque remouet, vt opus perfectum sit, & maiori digni mercede. Nota ergo esse discrimen inter spem & intentionem, nam hæc non tantum significat velle rem, sed finem innuit operis, vt scilicet quis ob illam rem operetur: sic quis sanitate intendit, qui agit vt eam consequatur; Spes autem, vel etiam desiderium non dicit huiusmodi finem operationis: quare si quis mutuet alicui, sperans, vel desiderans ob mutuū aliquid habere, non est vsuræ reus. Tol. in sum. lib. 5. c. 24. vult hoc loco cum dicitur: *mutuum date nihil inde sperantes*, spem sumi pro intentione. Sed ex v. 25. non videtur esse simpliciter verum; potius dicerem hoc loco, *nihil inde sperantes*, sumi cōmuniter, vt dicimus in Scholis abstrahendo à spe, & intentione, licet v. 25. sumi videatur potius qua parte spem significat; videtur enim ostendere ibi Christus licere illo modo quidem mutuare, licet consilij sit ne hoc quidem modo id facere; ac cum postea vetatur v. 26. vtrūque vetatur, & mutuari sperando quod est consilij & intendendo, quod est præcepti. lege Valent. tomo tertio, disputat. quinta, quæstion. 21. de vsu. p. 1. §. 3.

55. *Et eritis filij altissimi*] ergo qui inimicos odit

A Dei filius non est. Hinc collige, esse in præcepto dilectionem inimicorum. sic quidam, quamuis non satis firmo meo iudicio argumento, cum tamen, quod dilectio inimicorum in præcepto sit, longè firmiter nitatur firmamenti & rationibus.

Super ingratos & malos] malos intelligit Dei inimicos. ingratos, eos qui sunt acceptorum beneficiorum immemores, nec quicquam creatori suo rependunt; Per malos ergo nos excitat ad diligendum inimicos: per ingratos ad sic diligendum, & benefaciendum, vt nihil ab eis speremus, sic Dei filij, id est, similes erimus.

27. *Esote ergo misericordes*] benefici. infert nos misericordes esse debere qui filij sumus, si pater noster misericors est. *misericordia* interdum pro beneficio sumitur, vt Gen. 20. 13. & 27. 23.

28. *Nolite iudicare*] indicat quibus operibus benefici in alios sumus futuri, & similes patri cælesti; & ponit quatuor opera, scilicet non iudicare, non condemnare, dimittere, & dare.

Et non iudicabimini] non quod non sit sistendus ante tribunal Christi & rationem redditurus, sed quod qui aliena iudicat, si similia faciat, etiã & sua iudicet, atque ita à Deo suo proprio iudicio iudicabitur Rom. 2. in quo enim aliū iudicat, se ipsum etiam iudicat, inexcusabilem ergo se reddit. quamuis etiam addatur propterea suis peccatis maioris grauitatis circumstantia, qua de re vide, quæ scripsimus superius cap. sexto, numer. vndecimo, duodecimo, 13. 14.

Et non condemnabimini] iudicare est culpæ adscribere, condemnare est pœna dignum censere; qui ergo alterius facta, vel dicta morte digna censeret, sua profectò, vel similia, eadem damnat pœna, immò se grauioris pœnæ reum facit, præsertim si peiora ipse committat.

C *Dimittimini*] hoc est, dimittetur vobis. Et verò non significat peccatores, qui dimittunt proximis debita, ob eam solam causam, suorum scelerum veniam obtinere: sed si eos poeniteat peccatorum, facile eorum veniam impetraturos: Vt verò ad hanc poenitentiam conuertantur, & ad meliorem frugem se recipiant, fore ipsos auxilium à Deo promptius obtenturos. Doctè, & satis ad mores accommodatè Cardinal. Toletus adnotatione septuagesima affert, quæ nos ad dimittendum aliis offensas, & iniurias maxime impellunt. vide illum.

29. *Dare*] Liberaliter etiam non petentibus de rebus vestris, & omne officij genus, id est, misericordiam, dilectionis omnibus, quod ad vos attinet, exhibete. Sic enim latè sumendum est hic dare, iuxta illud Actor. 20. *beatius est dare, quam accipere*; Item dare absolute hic positum liberaliter ac copiose dandum significat.

Mensuram bonam] id est, iustam. Barrad. intelligit magnam.

Confertam] Gr. περιεμίον pressam. *Coagitatam*] benè concussam. *Supereffluentem*] effusissimam.

Dabunt] pro dabitur. *In sinum vestrum*] Hebraismus, pro vobis ipsis, non alijs pro vobis, idque in mercedem & præmium vestrorum operum. quomodo & illud Psalm. 79. intelligitur: *redde inimicis nostris septuplum* (vindictæ & pœnæ, quam nobis intulerunt) *in sinu eorum* (quam vix possit abijcere, & quidem ipsismet, qui nobis nocuerunt) est autem hic sinus, complexus ille pectoris inclusus inter brachia & crura, diciturque gremium: videturque hic proprie significare eam partem pectoris, quatenus officio manuum laxa vestimenta ante illam complicantur, & quandam quasi caueam efficiunt. quomodo videtur sumi,

Prou. 16. 33. *fortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur*, quo significatur, nihil in humanis geri sine nutu, & dispensatione Dei, vt ne fortes quidem, quæ cæcæ fortunæ ab hominibus tribui solent, sine Dei moderatione sic eueniant. vnde indicatur, sortem cuique occulta sua æquitate Deum attribuere, & moderari, olim fortes videntur in sinu iactari solitæ, vt nunc in ollam, vel vas.

Porrò dùm ait: *mensuram bonam, & cæt.* ostendit ea quatuor, quæ promiserat, *non iudicabimini, non cõdemnabimini, dimittetur vobis, dabitur vobis*, stabilia ac perfectæ futura, ne quis indubium reuocaret, aut non magnum aliquid continere putaret. Vtitur verò metaphora desumpta ab ijs, qui res aridas metiuntur; & pro accepto pretio perfectam reddunt mensuram; quæ perfectio quatuor his cõditionib. hoc loco explicatis continetur, vt sit iusta, conferta, coagitata, & superfluens, &c.

57. *Opera misericordie nos liberant.*
 Obserua, circa illa *dimittite, & date*, sic Augustinum sermone decimoquinto, de verb. Domini, scribere: duo sunt opera misericordie, quæ nos liberant, quæ breuiter posuit Dominus in Evangelio (hic ver. 28. 29.) *dimittite, & dimittimini, date, & dabitur vobis*. Dimittite ad ignoscendum pertinet, date ad præstandum beneficium. Gregor. etiam lib. 22. Moral. cap. 8. limitat hæc duo dare, & dimittere ad misericordie opus, notatque maius misericordie opus esse dimittere, quam dare: *Dare namque, inquit, ad res pertinet quas exterius habemus. dimittere autem ad relaxandum dolorem, quæ interius ex aliena culpa contrahimus. Sed sciendum, quia qui omnino dimittit, & non dat, & si non plene operatus est, meliorem tamen partem misericordie tenuit. qui autem dat, & non dimittit omnino nullam misericordiam facit: quia ab omnipotente Deo minus ex manu non accipitur, quod corde obligato, in malitia profertur. mundari enim prius debet animus, qui elemosynam prebet: quia omne quod datur Deo, ex dante mente pensatur.*

Eadem quippe mensura] assignat rationem eorum, quæ præcesserunt, perinde ac si diceret, propterea mensura bona, & perfecta dabitur ijs, qui non iudicauerint, nec condemnauerint, sed dimiserint; Denique ex suis rebus dederint, omneque officij genus, quod ad se attinet, exhibuerint etiam nõ petentibus: quia qua mensura vnusquisque erga alios vsus fuerit, eandem Deus in ipsum vsurpabit; ita vt si non iudicet, nec condemnet alios, nec ipse iudicabitur, modo declarato nu. 56. nec condemnabitur, qui dimittet, dimittetur; qui dabit, dabitur ei: talem enim se exhibebit Deus in retribuendo malum, aut bonum qualem homini, homo se exhibuerit. Vox illa *eadem*, similitudinem indicat, non quantitatem: maiora enim Deus homini, aut bona, aut mala confert; cum punit, aut præmiat, quam homo homini.

58. Nota hoc intereff: inter præcedentem propositionem; *mensuram bonam, & cæt.* & hanc, quod illa non est accipienda in malam partem, vt quidam faciunt, qui referunt illam etiam ad demerita; nam poena damnatorum non dicitur mensura bonæ; potius igitur promissionibus conuenit, quæ complebuntur optima & copiosa mercede: hæc aut generatim refertur ad præcedentes sententias, tum in bonam, tum in malam partem. v.g. qui iudicat, iudicabitur; non iudicans, non iudicabitur, sic de dimittentibus, &c. eo modo, quo nu. 56. declarauimus.

59. *Numquid potest cacus*] Euthymij, mihi placet hic interpretatio: intelligenda esse hæc de omnibus his, qui obscuratos habent animi oculos; & alios docere conantur: quamuis ex Matth. 15.

A 14. præsertim ad Phariseos & Scribas referantur; veluti enim tacite obiectioni responderet Christus, ne quis nouæ & inauditæ suæ doctrinæ opponeret Phariseos & Scribas aliter docentes, & hæc est connexio horum cum superioribus.

31. *Non est discipulus super magistrum*] Altera similitudine, seu prouerbio confirmat quod dixerat: ostenditque eos qui huiusmodi præceptorum, qui obscuratos habent oculos, cæci que sunt, discipulos se præbent, non posse rectius sentire, atque iudicare, quam suos illos ipsos præceptores. Propterea veram viuendi rationem non esse ab illis expectandam.

Noli intelligere discipulum non posse præceptoris doctrinam præcedere, nempe studio proprio, & inuentione acquisita. De ea enim hic scientia sermo est, quam à solo magistro recipit, in qua eo doctior esse non potest. Mat. c. 10. aliter hac eadem sententia vtitur. vide inferius hoc lib. 4. Dilucid. c. 17. Schol. ad v. 31.

B 32. Sicut duabus similitudinibus ineptos ad docendum magistros, reiecerat ob eorum cæcitatem & ignorantiam: ita nunc tertia similitudine demonstrat eosdẽ Præceptores ineptos esse ad mores aliorum componendos ob prauitatem & vitia, cum sint cæteris multo peiores. loquitur præsertim de iisdem Scribis & Phariseis. hæc ex Matth. constant.

34. *Non est enim*] vox enim indicat hac sententia causam præcedentis exprimi, q. d. depone malitiã, & esto prius bonus, si vis bonum opus facere, nẽpe proximum emendare, & à peccato retrahere. Itaque assumitur hic similitudo arboris, seu metaphora contra hypocritas, & grauib. onustos peccatis, qui alios emendare tentant: quod non efficiunt, cum suos prauos mores prius non deserant. vnde arbores malæ cum sint, non proferunt fructum bonum emendationis proximi.

C 35. *Vnaquaque enim*] similitudinem arboris bonæ producentis fructus, iuxta suam naturam probat ex effectu: nam quælibet ex suo fructu cognoscitur, & esse non potest, nisi bona bonos, mala malos produceret. Quibus significat, modum discernendi malos doctores ex operibus. Nota particulam, *enim*, hic non indicare causam, cognosci namque arborem ex fructu suo, sequitur ex eo quod quælibet iuxta suam naturam fructum edit: sed significat cognitionis causam, quæ est effectus rei: vt si diceres illic est ignis, fumus enim videtur.

36. *Bonus homo de bono thesauro*] q. d. ex ijs, quæ in corde suo coaceruata habet velut thesaurum, profert bonum, sicut malus malum quoque. quam attulerat arboris bonæ vel malæ similitudinem, ad rem suam nunc accommodat. Actor bona, bonus homo est, mala malus; Itaque sicut illa bonus fert fructus, sic homo bonus de cordis sui bonitate, opera bona gignit; contra malus de malitia, nam quisque iuxta cordis sui conditionem vel bona, vel mala profert opera, vel verba.

61. *Ex abundantia enim cordis*] probat priorem sententiam. sicut, inquit, verba proferuntur iuxta id, quod dominatur in corde, ibique coaceruatum est; ita iuxta thesaurum bonum, vel malum opera exteriora procedunt. Neque verò mens Domini est his ostendere, bonum hominem interdum non proferre aliquid mali, & malum boni aliquid; sed rard id fieri significat; nam prout est interior thesaurus, ita & solent esse vel opera, vel verba, quæ inde proferuntur, sic Matth. 12. dicitur: *quomodo potest loqui bona, cum sitis mali*, ac si dicat, rarissimum id, & difficillimum est.

62. *Thesaurus* hic & latentem bonitatem seu malitiam cordis significat, & copiam, atque multitudinem eiusdem bonitatis, & malitiæ indicat.

37. *Quid autem vocatis me*] vbi Scribas, & Phariseos, illisque similes malos doctores exclusit tanquam ineptos ad docendum, minimeque aptos ad alios emendandum, quod per prædictas similitudines effecit: Nunc doctrinam suam commendat, vel ipsorummet audientium testimonio, meritoque eos reprehendit quasi sibi repugnantes, & contrarios, idque ostendit eadem similitudine, quæ prius usus fuerat, vt sit hæc sententia: si arbor bona bonos fructus parit, nec potest malos; si bonus homo de bono cordis sui thesauro bonum promit, quare vos me Domine, Domine vocatis, hoc est, bonam arborem facemini, & tamen fructus degustare meos non vultis, id quod est, non facere, quæ ipse dicebat. Etenim cum arbor bona sim, etiam per vos: me, doctrina bona erit: neque enim arbor bona malum facit fructum; nec bonus homo de bono thesauro profert malum. Ecquid igitur causæ est, quamobrem dictis meis audientes non estis, & præceptis non obtemperatis?

38. *Omnis &c.*] quæ sequuntur satis exposita sunt ex his, quæ adnotauimus. in Matth. c. 6. huius libri in Scholijs circa ver. 24. & seq.

64. Tantum hæc pauca notanda. *Qui venit ad me*] intellige per fidem.

39. *Fodis in altum*] duo sunt necessaria, quo firmum sit ædificium; vt fundamentum profundum iaciatur; & vt supra petram collocetur.

Fundata enim erat supra petram] nempè supra petram alto & profundo loco positam: est enim hic petra Christi fides, quæ altius ac profundius locatur, hoc est, profundo innicitur fundamento, quando coniunctam habet mandatorum Dei obedientiam, præfertim, quæ altas, firmasque iecit radices.

40. *Super petram sine fundamento*] id est, sine mandatorum obseruatione, ac virtutum operibus igitur tam bonus, quam malus, supra petram, id est, Christum ædificat; vterque audit, ac credit eius sermones; sed ille bono ac profundo nititur fundamento, hic illo caret.

THEORIA I.

De numero duodenario Apostolorum.

I. **I**N Scholijs n. 12. veram, ac litteralem attulimus rationem cur Apostoli duodenario numero à Christo electi fuerint. Nunc eiusdem numeri figuras afferemus. Multæ namque huc numerum in sacris literis figuræ adumbrarunt. Primum duodecim Patriarchæ filij Iacob, istos designarunt duodecim nouæ legis Patriarchas; à quibus progeniti sunt fideles. Deinde fuerunt Apostoli duodecim illis fontibus præmonstrati, de quibus Exod. 15. 27. *venerunt autem filij Israel in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palma: & castrametati sunt iuxta aquas.* Origines hom. 7. in Exod. in duodecim fontibus duodecim Apostolos, & in septuaginta palmis septuaginta discipulos significari existimat.

2. Duodecim item lapidibus quatuor ordinibus distinctis, & in rationali Summi Sacerdotis collocatis; de quibus Exod. 39. similiterque representantur duobus lapidibus Omichinis, quos in humeris gestabat Pontifex, in quibus sculpta erant nomina 12. Patriarcharum. Vtramque figuram Apostolis accommodat D Hierony. c. 28. Ezech. sic scribens: *eos versus Pontifex secundum ordinem Melchisedech.* (Apostolos Christus)

A *portat in pectore* (per amorem) *in humeris* (per auxilium quod illis impertit sustinet) *vt in duodecim lapidibus, duodecim Apostolorum numerum, & in duobus Omichinis vtriusque testamenti Sacramenta demonstrat.* ijdem Leuitici 24. duodecim illis propositionis panibus præsignantur, supra quos erat vas aureum thure plenum, nam ex Apostolis tanquam ex huiusmodi panibus fructuosissima orationum thura ad Ecclesiam adiuuandum efflantur. Eisdem Apostolos adumbrarunt duodecim illi exploratores missi à Moyse num. 13. 3. ad explorandum terram promissionis. lege Rupert. l. 1. numer. c. 37. Repræsentantur item duodecim lapidibus à Iordane sublatis Ios. 4. 49. quibus factum est altare 3. Reg. 18. Duodecim bobus æneis, supra quos præcepit Salomon mare æneum collocari 3. Reg. 7. 25. sic Eucher. lib. suo 3. in l. Reg. c. 21. & Gregor. 2. p. curæ past. c. 5. Sunt quoque Apostoli duodecim illi leuculi throni Salomonis hinc inde ambientes 3. Reg. 10. 18. circumdant enim, ac tuentur Ecclesiam tanquam Leones quidam fortissimi, dæmonibus, & hostibus terribiles. Sunt & iudices illi duodecim, qui post Iosue iudicarunt populum.

B Nouo item testamento significati sunt duodecim stellis coronam sponsæ circumuestientibus ornatu maximo. Est enim sponsa Ecclesia, cuius caput Christus est. Quare habere Ecclesiam in capite coronam duodecim Apostolorum, est Apostolos in Christo esse veluti pretiosissimam coronam, coruscantem vitæ, & miraculorum fulgoribus. Rectè quidem Christum Ecclesiæ caput exornare dicuntur, cum per eorum prædicationem Christus, qui caput est Ecclesiæ, tanquam rex agnitus sit, & quasi radianti diademate insignitus. Hæc verò corona significata est Zachariæ 6. 11. per coronas super caput Iosedech Sacerdotis magni Christum repræsentantis, imponendas. Vide Rupert. in locum Zachariæ.

C Item eadem corona designata est Zachariæ quoque 9. 16. nam vbi nos legimus; *lapides sancti eleuabuntur super terram eius*, Heb. verti potest: *lapides diadematis eleuabuntur super terram.* Vide Hiero. in c. 28. Ezech. & in Com. super Epist. ad Ephes. 2. 21. in illa *in quo omnis edificatio* & c. Blasius Viega c. 12. Apoc. Comm. l. fec. 7. n. 8. sic ex Hebræo locum Zachariæ interpretatur, ait. n. *lapides diadematis. i. qui diadema Christi conficiunt, eleuandos esse super terram. i. in magno pretio habendos in Ecclesia: tunc autem eleuantur lapides in Ecclesia edificio, cum superponuntur Christo, qui est lapis fundamentalis.* Postremò in nouo quoque testamento repræsentantur Apostoli duodecim fundamentis, duodecimque portis nouæ Ierusalem, quæ Ioanni reuelata sunt in Apocalyp.

D De eisdem figuris vide Cardinalem Tolet. adnot. 19. in c. 6. Luc. Mald. in c. 10. Matt. Vegà lo. cit. Apocal. Barra. to. 2. l. 6. c. 13. vbi ait, inter alia esse Apostolos tanquam 12. Zodiaci signa, per quæ sol mundo lucem elargitur, ita enim per 12. Apost. iustitiæ sol, mundo veritatis lumen, impertit. Eos appellauit D. Irenæus. l. 4. ca. 38. *duo dec astylum* firmamentum. i. 12. columnarum: 12. enim Apost. tanquã firmisimis columnis fulcitur, & sustinetur Ecclesia in Christo. Sedulius quatuor Euangelistas, cum qua-

tuor anni temporibus vere, æstate, autumnò, hyeme; duodecim verò Apostol. cum 12. anni mensibus, duodecimque horis diei confert. Et Beda Io. 6. idem affirmat. D. Greg. illud Prou. 9. *Sapientia sibi edificauit domum* &c. de Apostolis etiã interpretatur I. 17. mor. c. 17. D. Chryf. ser. de Pentecoste sic ait: *paragarunt Apostoli orbem non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes. erant nudi saculo, sed induti Christo.* Vide reliqua, ibidemque Apostolos Ecclesiæ vinitores, appellat, piscatores, turre, colunas, medicos, duces, doctores, gubernatores, alijsq; insignibus epithetis exornat.

THEORIA II.

De excellentia Apostolorum, & ordine quo ab Euangelistis numerantur.

PERERIVS duodecim Apostolorum excellentias numerat in c. 1. ad Ro. d. 2. n. 9. quas ego carptim, summatimque colligam, locum indicasse cõtentus. Est igitur prima, quod ab ipso Christo potestatem acceperunt prædicandi Euangelium per vniuersum orbem, regendi, fundandique Ecclesias, sic Matt. & Mar. vltim. & Pf. 18. *in omnem terram* &c. quod Paul. Rom. 10. 18. ad Apost. refert. Altera, quod cum Christo familiarissimè versati sunt, quod ne multis quidem regibus, ac Prophetis cõcessum fuit Matt. 13. Tertia, habuerunt clauas regni cælorum. Matt. 18. Quarta, habuerunt potestatem discernendi canonicas Scripturas; quin & nouas condendi. Quinta, symbolum fidei composuerunt. Sexta, excellentem habuere potestatem faciendi miracula, ad eò vt vel ipsa vmbra Petri ægroto sanarit. Septima, fuit illis donum linguarũ I. ad Cor. 14. & Act. 2. Octaua est, quod futuri sunt præcipua quadam ratione iudices hominum Matt. 19. Nona, habuere potestatem dãdi hominibus Spiritum S. visibili specie per impositionem manuum Act. 8. Decima in his, quæ Ecclesiæ tradebant, vel credenda, vel agenda, nec ipsi falli poterant, nec fallere alios. Vndecimã, post acceptum Spiritum S. die Pentecostes confirmati sunt in gratia: quod & elicitur ex illis Io. 14. 16. *ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum,* vt rectè huc illud Pf. 74. 4. accommodari possit: *ego confirmaui columnas eius.* Postrema est, quod in gratia Dei, & scientia rerum diuinarũ, & mysteriorum fidei, cæteris præstantiores fuere, quicumq; ante eos, vel post fuerũt. Hinc dicuntur primitias spiritus accepisse Roma. 8. Meritò igitur ob has excellentias Ecclesia, licet sit super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum fundata: potiùs tamen *Apostolica*, quàm *Prophetica* dicitur. Verùm D. Petrus super alios Apostolos singularem obtinet dignitatis, & potestatis excellentiam, tanquam princeps Apostolorum, & Pastor non modò ouium Christi, sed simul etiã Pastorũ. De his Hactenõ.

1. Cæterum an præferendi sint Apostoli D. Iosepho, & Io. Bap. lege apud Suar. to. 2. disp. 8. sec. 1. & d. 24. sec. 3.

2. Quod ad ordinem attinet Card. Bellar. l. 1. de Pontifice Romano cap. 18. docet Petrum ab

A Euangelistis esse primo loco nominatum ob dignitatem; in reliquis non tenuisse ordinem Euangelistas, vndè nec dicunt secundũ, tertiu, &c. cum illos numerant, nec semper eodẽ ordine recensent Matt. 10. Mar. 3. Luc. 6. Act. 1. At Petrum siue cùm reliquos oēs numerat, siue cũ aliquos tantũ, solèt præponere; & cùm interdũ nomine cõmuni reliquos cõplectuntur Apost. veluti Patrẽfamilias, ducẽ, & principẽ, vel seorsim, vel primo loco non rarò nominant Petrum vt Marci 1. *Simon, & qui cum eo erant,* & c. 16. *dicite discipulis eius, & Petro.* Luc. 8. & 9. Act. Item 2. *stans Petrus cum vndecim,* & c. 5. & 1. Cor. 9. idem patet, ex eo quod à D. Matt. *primus* vocatur; quod nomen non numerum, sed primatum significat, seu dignitatem, & auctoritatem, ac proindè nõ est ibi primus, numerale nomẽ.

B Hinc patet nõ casu, non ob ætatem, nõ quia primus à Christo vocatõ, idèò primo loco poni Petrum: erat enim Andreas senior, & prior Christum sequutus. Nec quia cæteris sanctior. quis enim hoc credat, Euangelistas interiora voluisse propalare, quæ soli Deo nota?

C De cæteris Apostolis affirmandum videtur, saltem Matthæum cap. 10. binos ita nominasse Apostolos interiecta coniunctione, &, vt bini missi tunc sunt à Christo, de quorum missione ibi agit, idemque fortè est obseruare in Luca, nisi quod Lucas duos Iudas simul voluit connectere ob similitudinem tantum nominis fortassis, alioquin Iudas Iacobi, socius videtur fuisse Iacobi Alphæi ex Matth. & Marc. & Simon socius proditoris. & licet Lucas, & Marcus, Matthæum præponant Thomæ socio, Matthæus se Thomæ socio postposuit ob humilitatem. Philippus verò & Bartholomæus ab aliquo per errorem præpositi sunt Iacobo & Ioanni in eodem Matthæo. at reuera postponendi sunt, vt ex omnibus græcis codicibus, & emendatis Latinis constat. Porro Marcus, vt coniungeret simul eos, quibus nomina imposuit Christus, Andream postposuit filijs Tonitru, licet potiùs videatur fuisse socius Petri in ea missione ex Matth.

D Verùm contra id, quod de D. Petro diximus, facefferẽ posset fortè alicui negotium, illud quod Paul. Gala. 2. 9. habet præponens Iacobum Petro, dum ait: *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columna esse, dexteras dederunt mihi, & Barnaba societatis.* Respondeo nõ esse certum sic loquutum Paulum; nam Ambr. Augustinus, Hieronymus etiam in textu, & Chryostomus in Comment. præponunt Petrum. Deindè vt ita scripserit Paulus, dici potest non curasse ordinem. Quod si non placet, dicam cum Ansel. & D. Thoma; idèò præposuisse Iacobum, quia erat Episcopus Hierosolymitanus, vbi tunc temporis agebant Apostoli ij, de quibus loquitur Paulus. Dicam etiam ætatis rationem habuisse Paulum, qua Iacobus Petrum præcedebat. Mitto (& caput est) quod Paulus agebat in ea epistola, vt se Apostolis æqualem probaret, nec erat oportunum, vt de cuiusque prærogatiua loqueretur: vndè etiam factum fortasse est, vt cùm potuisset dicere, qui columnæ erant, (Christus enim hostes Apostolos cæteris proposuit) maluit dicere qui videbantur columnæ esse.

Omitto

1. duodecim excellentias duodecim apostolorum.

2.

3. *trunc cap. imo loco situm.*

7.
Cephas vtrū
Petrus Apo-
stolus.

Omitto etiam esse auctores aliquos, qui hunc Cepham, nō Petrū Apost. sed ex 72. discipulis vnum fuisse sentiunt, quē nominant Dorothē & Hippol. inter 72. discipulos; Oecum. item in Act. Apost. & Georg. Ederus in Oeconomia, Sixtus etiam Senens. l. 2. bibliot. scribūt vnū ex 72. discipulis *Cepham* esse dictum; quod ergo is qui reprehensus est à Paulo non fuerit Petrus Apostol. sed is vnus ex 72. arbitrati sunt Clemens, quem refert Euseb. l. 1. i. Lust. Eccl. c. 14 Oecum. in colle& epist. ad Gal. & refert Theophyl. in Com. in eandem epist. Barth. Camerarius in tract. de ieiun. c. 6. imò à quibus putatur etiam Ioan. cuius eadē epist. meminit Paul. fuisse non Apostolus, sed vnus, item ex 72. nam Paulus asserit se post Petrum nullum Apostolū vidisse nisi Iacobum fratrem Domini. quā sententiam quidam ex cōtextu eius epist. probare contendunt, nam *cū vidissent*, inquit Pau. nempe, Iacobus, Cephas, & Ioan. *quod creditū est mihi Euangeliū, sicut & Petrus & c. dextrās dederunt & c.* oratio hęc videtur indicare diuersum esse hūc Cephā à Petro, vt diuersi erant Iacobus & Ioa. sed non huc confugiendum est, opinor. n. cum D. Hiero. Aug. & Greg. ho. 18. in Ezech. & communi sententia, hunc Cepham Petrum Apost. fuisse, nam in tota epist. sermo est de Petro Apost. vt cū dicitur, *qui operatus est Petro in Apostolatū*; & Ascendi Ierosol. videre Petrū; item quia *Cephas* dicitur columna, vt Iacobus & Ioannes; ad hoc idē significat Hebræis & Syris, & Latinis & Græcis Petrus, & licet noster interpres sæpè vtatur nomine Cephæ in hac epist. tamen in cod. græco, qua lingua D. Paul. scripsit semper habetur τῷ Πέτρῳ, præterquam ibi, & Cephas, & Ioan. columnæ videbantur, vbi habetur Κεφαί. igitur solutiones priori loco datas satis esse puto, neque huc diuertendum esse.

THEORIA III.

De Prouincijs quas sortiti sunt Apost.

1. **Q**UIBUS in regionibus, & apud quas gentes Apostoli prædicauerint Euang. præter antiquos Patres Orig. Doroth. Euseb. Hiero. Isido. & alios, disputant etiā Baro. to. 1. Ann. an. 44. vbi etiā agit de singulis Apostolis, Viegas c. 12. in Apoc. Cōmen. l. 1. sec. 7. n. 7. Pere. in epi. ad Roma. c. 10. d. 4. n. 27.

2.
Petrus vbi
predicauerit.
Paulus vbi
predicauerit.

B. Petrus primū prædicauit Euangeliū in Iudæa, tum Antiochiæ; postea in Galatia, Capadocia, Ponto, in Asia, & Bythinia, & Romæ. Paulus vt constat c. 15. ep. ad Rom. quo tempore eam epist. scripsit, iam prædicauerat ab Hierosolyma in circuitu vsq; ad illyricum: postea Romæ per Italiam, & in Hispania, vt creditur, & rursus Romæ. Iacobus Zebedæi in Iudæa, & in Hispania iuxta Ecclesiæ illius traditionem: Ioannes in Iudæa, & in Asia minori. Andreas in Scythia, Europæa, in Epiro, in Thracia, & in Achaia. Iacobus frater Domini in vrbe Hierusalem; Philippus in Scythia & Phrygia; Barth. in India citeriori, & in maiori Armenia; Matthæus in Aethiopia. Thom. apud Parthos, Medos, Persas, Brachmanes, Hircanos, Bactros, & Indos. Simon in Mosopotania. Iudas in Agypto, & ambo postea in Perside. Matthias in interiori Aethiopia. Barnabas simul cū Paulo in

A Syria, & in multis Europæ, & Asiæ regionibus, ac deinceps in Cyprō.

Quidā eleganter cōparant duodecim Apostolos, duodecim signis Zodiaci, docentq; idcirco singulos in illis partibus prædicasse, quæ eiusmodi signis suppositæ sunt. Etenim fingunt Astronomi in cælo quatuor trigonos, quorum primus est Oriētalis subiectus Geminis, Libræ & Aquario atque hunc aut pertinere ad Simonē, Bartholomæū, & Matthæū, & regiones illæ, quæ his obtigerūt his tribus signis subiectæ sint. Alter trigonus meridionalis est attribut⁹ Taurō, Virgini, & Capricorno, atq; hunc pertinere ad Andream, Iudam, Thadæum & Thomā quia sub hoc trigono, eiusq; signis sunt regiones, in quibus illi prædicauerunt; etsi non de omnibus regionibus necesse sit id affirmari: satis. n. est, qd aliqua regio ex his, in quibus prædicauerunt, subiaceat alicui ex his tribus signis, qd est intelligendū in omnib⁹ alijs trigonis. Porro in tertio trigono occidentali, cuius imagines sunt pisces, cancer, & scorpis, prædicauerunt Iacobus minor, Ioan. & Philip. Deniq; in quarto trigono aquilonari, cuius sunt imagines Aries, Leo, & Sagittarius; Euangelium disseminarūt Matthias, Petrus, & Iacobus maior, quibus efficitur iure duodecim Apostolos cū duodecim signis Zodiaci rectè conferri: cum ipsi quoq; fuerint in Ecclesiæ cælo tanquam duodecim lucentissima signa veluti in quatuor trigonos, per Euangelij prædicationem distributa.

3.
Duodecim
Apostoli fi-
miles 12 fi-
gnis Zodiaci.

THEORIA IV.

Cur Christus in numerum duodecim Apost. Iudam Iscariotem, quem proditorē futurū rectè nouerat, allegerit.

D. Amb. quatuor causas eius rei videtur assignare in c. 6. Lu. Prima est, vt Christus iuxta veritatis firmitatem ostenderet, quæ tanta est, vt licet vnus ex duodecim Apostolis defecerit, non ob id infirmari potuerit. Altera est, vt charitatis suæ magnitudinem indicaret: ita enim homines dilexit, vt vel illum, quem malum futurum nouerat in Apostolum cooptauerit, nihil omittēs quo illum lucrari posset: maluitque periclitari apud nos iudicium suū quàm affectum. Tertia est, vt qui infirmitatem nostram susceperat, ea etiam, quæ maximè sunt infirmitatis non respueret, nimirum ab eo qui sibi cōiunctissimus esset prodi. Postrema causa est, vt tali nos exemplo ad patientiam animaret, etiam si à socijs proderemur, sic ergo ait eligitur & Iudas non per imprudentiam, sed prouidentiam. Quanta est veritas, quā nec aduersarius minister infirmat. Quanta moralitas Domini, qui periclitari apud nos iudiciū suum quàm affectum maluit (id est, elegit potius ab hominibus stultis estimari, se nesciuisse Iudam futurum malum, quàm se non dilexisse illum) susceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanæ; voluit deseri, voluit prodi, voluit ab Apostolo suo tradi, vt tu si à socio desertus, si à socio proditus fueris moderatè feras tuum errasse iudicium, perijsse beneficium. sic ille.

August.

2. August. l. 18. de ciuit. c. 49. duas alias assignat causas: habuit, inquit, inter eos, scilicet Apostolos, vnum, quo malo vtens benè & suæ Pasionis dispositum impleteret, & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum. Vbi etiam assignat causam cur Christus Apostolos inhonoratos & illiteratos, & humiliter natos elegerit, nimirum, vt quicquid magnum essent, & facerent, ipse in eis esset, & faceret.

3. D. Hieronymus libro tertio contra Pelagianos capite secundo, addit & aliam causam: *interroga*, inquit, *Christum cur Iudam elegerit proditorem? cur ei loculos commiserit, quem furem esse non ignorabat? vis audire rationem? Deus presentia iudicat, non futura; neq; condemnat ex præscientia, quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat. sed tanta bonitatis est, & ineffabilis clementia, vt eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & pœnitentia.*

4. D. Thomas Matthæi decimo, alias addit rationes: quare, ait Christus Iudam posuit? Respondet, vt daret documentum, quod dignitas status, non sanctificat hominem. Item, est alia ratio, ad notandum, quod vix contingit, quin in magna congregatione sit aliquis malus, & ideò ita ponitur, vt ostendatur quod boni aliquando non sunt sine malis, Canticorum secundo, secundo, sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias.

5. Cardinalis Toletus adnotatione vigesima in caput decimū tertium. Ioann. ex illis verbis; *ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur Scriptura, qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum*: assignat hanc causam; Christum hominem Iudam elegisse, licet sciret futurum malum, vt Scriptura impleatur, id est, vt impleret voluntatem Patris, quam prædixit, & significauit per Prophetas. Illud verò vt causale reddidit sensum. Porro ea q̄ prædicta sunt si mala sunt, præuisa sunt, quia futura; si bona sunt, futura sunt, quia prouisa à Deo. Christus igitur, vt homo elegit Iudam, & ad Apostolatū vocauit, quia ita patrem disposuisse, & voluisse sciebat, quod si petas, cur pater voluit proditorem & iniquum futurum, ad Apostolatū elegi? non debemus in hoc multum laborare, vt Cyrillus libro nono, in Ioann. capite decimo, & Hieronymus libro tertio, contra Pelagianos respondet. Nam eadem ratione posses petere, cur fecit Angelos quos sciebat futuros Dæmones, cur Adam, quem sciebat peccaturum, cur homines, quos damnandos præsciuit. Illud certum, nullum à Deo creatum, vt peccet: & ob id nec Iudam electum, vt proderet. hominum est vitium, quod peccent, licet Deus peccato illorum ad bonum vtatur. Atque ita Iudæ prodicione, cuius ipse Iudas suo vitio fuit causa, vsus est Deus, vt instrumento ad filij mortem, quam mundum redimeret, sicut odio, & iniquitate vsus est Iudeorum. Sed de hac quæstione satis sit dictum.

DIGRESSIO I. MORALIS

In illa ver. 1. *Exijt in montem solus orare, & cætera.*

AMBROSIVS cū animaduerneret à Luca c. 6. narrari orasse Christum per totā noctem antequā nominaret eos ex discipulis, quos ad Apostolatus dignitatem euehere designabat; sic scribit: *quid, inquit, te pro salute tua facere oportet, quādo pro te Christus in oratione pernoctat? quid te facere cōuenit, cū vis aliquod pietatis officium adoriri, quando Christus missurus Apostolos, orauit prius, & solus orauit?* Idem habet Cæsarius Arelat. ho. 29. *quid indigebat, inquit, Christus vt taliter supplicaret? non ille quidquā indigebat, sed nobis exemplo suo orationis remedia preparabat. orat misericordia, & non orat miseria; orat caritas, & nō humiliatur humilitas; prostratus in terra orat medicus, & nō inclinatur egrotus; orat Innocentia, & non orat nequitia; orat qui peccatum non facit, nec dolus inuentus est in ore eius, & non se prosternit multis peccatis obnoxius; orat iudex, & desiderat parcere, & nō orat reus, vt indulgentiam mereatur accipere.* Sic ille. hoc, ad quod nos meritò hortantur Ambrosius, & Cæsarius, Iudithā nobilissimā simul, & sanctissimā feminā præstitisse sacris voluminibus proditum est, cū præsertim præclarum illud, & admiratione plenū facin⁹ esset aggressura, quo cogitabat de manu Holophernis ducis patriam, & Dei populum liberare. quod vt feliciter succederet, vnum hoc à ciuibus postulauit: *vsq; dum renunciē vobis nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominū* ca. 8. 33. ipsa verò tū sepē orauit, tū maximè cū dormienti Holopherni caput esset amputatura; sic. n. legim⁹ c. 13. *stetit ante lectum orans cum lacrymis, & labiorum motu in silentio, dicens, confirma me Domine Deus Israel, respice in hac hora ad opera manuum mearum, moxq; euaginato pugione, quem ex columna lecti ligatum exfoluerat, apprehensa que coma capitis Holophernis, iterum orauit ad Dominum, confirma me Deus in hac hora, vndè factum, vt de superbo hoste triumpharit.*

DE EODEM planè spiritu Hester ducta cū avertere cogitaret graue necis periculum, quod populo suo imminabat, sic Mardocheo mandauit, vt est cap. 4. 16. *Vadē & congrega omnes Iudæos, quos in Susa repereris, & orate pro me: non comedatis, & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo; & Daniel, vt Chryf. ait lib. 1. de orando Deo, non sustinuit ab orando cessare; propterea quod nisi Deus propensus sit in nos, nihil bonorum in animas nostras venire possit.* Sic Sanctus ille Iosaphat, qui cæteris post se regibus præiuit sanctitatis exemplo 2. Paralipp. 20. cū congregati fuissent filij Moab, & filij Ammon, & mons Seir, vt eijcerent eum de possessione, quam tradiderat ei Dominus, & vniuersum eius exercitum dederent, timore percussus, cū se tantæ multitudini viribus imparem videret. totum se conuertit (vt Scriptura habet) ad rogandum Dominum, cuius admirandam sanè religionem, cælestemque fiduciam cernens Deus, aperuit Iahazielis Prophetæ os, qui sic

spiritu

1.
Quam necessaria nobis sit oratio docetur exemplo Christi.

Et Iuditha.

2.
Item Hester.

Et Iosaphat.

spiritu Dei afflatus prædixit v. decimoquinto nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem, nõ est enim vestra pugna, sed Dei; quo significare voluit Deus, quoniam Rex Iosaphat proprijs viribus diffusus, in Deo totã suã spẽ, ac fiduciã collocauit, & humilitatis indutus vestimẽtis, per orationẽ auxiliũ sibi de cœlo & petijt, & expectauit. suscepit Deus patrociniũ eius, ipse pro illo præliabor, inquit Deus, ipse dux ero exercitus. facessat ergo pauor, & concidat timor omnis. non eritis vos qui dimicabitis, sed tantũmodo cõfidentes state, & videbitis auxiliũ Domini super vos, o Iuda, & Hierusalẽ: nolite timere, nec paueatis: cras egre diemini cõtra eos, & Dominus erit vobiscũ. Sic v. 17. factũq; est Deo pro Iuda pugnante, vt cõtra se hostes populi sui confurgerent, seq; mutuis conciderent vulneribus, & venit Iosaphat, & omnis populus cũ eo ad detrahẽda spolia mortuorũ; reuersusq; est. deindẽ onustus spolijs omnis vir Iuda, & habitatores Hierusalẽ, & Iosaphat ante eos in Hierusalẽ cũ lætitia magna quia nimirũ verissimũ est illud, quod pollicitus est Dominus per Dauid iusto ad se clamãti Ps. 90. *Clamabit ad me. & ego exaudia eũ, cum ipso sum in tribulatione, eripia eũ, & glorificabo eum. & iterũ, quidquid orãtes petitis, credite, quia accipietis.* Est. n. oratio tanquam cœlestis quidã aquæ ductus, per quẽ cœlitus delabuntur in nos auxilia cœlestia, & dona, deniq; necessaria omnia, quẽ (in eũ modũ, quo Holophernes terrenũ illũ aquæ ductum Bethuliz incidi iussit, vt præ siti Bethuli dederent se illi Iudith. c. 7.) aduersarius noster Diabolus incidere conatur, vt sic cœlestiũ donorũ, & auxiliũ diuini faciat vacuos, & expertes. Quod Chrysof. nos accuratẽ monuit loco paulò antè notatos: *scelerati, inquit. spiritus, si nos conspexerint deprecatione munitos, ilicò resiliunt, non aliter quã pradones, ac facinorosi, vbi cõspiciunt, militũ gladiũ in caput suũ vibrari. Quod si cõtingat aliquẽ esse nudũ precatõnis præsidio, hic auulsus deportatur à demonibus, & in calamitates, variaq; mala impellitur.* Sic Sapienter Chrysof.

3. Nouit. n. callidus serpens quanta sit vis, quãtaq; efficacitas orationis ad omne genus hostes subiiciendos, & mala omnia auertenda. quod docuit Aug. eleganter ser. 22. ad Fratres in Heremo. *O quã grandis ipsius orationis causa; O quã grande mysterium. Ecce Moyses orabat in monte, & Iosue Amalech deuincebat: per orationem Ezechias sanatur, & salutem anima, & corporis adipiscitur: per orationem Saul efficitur Paulus, & doctor gentium; Hieremias confortatur in carcere: Daniel inter leones exultat; Iob in sterquilinio nudus triumphat; Susanna inter senes defenditur; paradysum de cruce latro inuenit; Stephanus de torrente in cœlum suscipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.* Et idem Augustinus in Psal. 29. eandem orationis virtutem, qua vel ipsos cœlos penetrat, sic scribit, *clamauit de profundo Ionas, de ventre ceti. erat non solum sub fluctibus verũ etiam in visceribus beluæ, nec tamẽ illud corpus, & illi fluctus intercluserũt orationem, Ne perueniret ad Deum; & venter bestie non potuit tenere vocem deprecantis, penetravit omnia, dirupit omnia peruenit ad aures Dei, quando aures Dei in corde precantis erant.* Sic August. Etenim verissimum est illud Eccl. 35. *oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & non discedet, donec altissimus aspiciat.*

ratio cui
milit.

A Itaq; in omni euentu quocumque tempore; quacumque occasione, quocumque statu orandum esse meritò docet Chrysof. hom. de profectu Euang. sic scribens: *in tranquillitate es, ora Deum, vt ipsa tibi tranquillitas maneat, tempore tẽ vides grauem, ora Deum, vt auertat ipsam, & ipsa tranquillitatem faciat. Exauditus es, gratias age quod exauditus es. non exauditus, es perseuera, vt exaudiaris. & si differt aliquando Dominus non odio facit, neque te auersatur, sed differendo te secum diutius seruare vult. sicut & Patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se detineant, quos desides vident, dedit a opera morantur aliquid daturi.* Hæc Chrysof.

4.
Semper o-
raudum.

B Hoc quia aliquando non præstitit Iosue, & Israel, factum est, vt deciperentur à Gabaonitis, nimirum, quia os Domini non interrogauerunt Iosue 9. 14. si ergo tibi vis cuncta rectẽ cedere, dic Deo quod olim Moyses: *si tu non precedas nos, non educas nos de loco isto.* similia & tu loquere Deo, ora vt in omni negotio, in omni necessitate tua præcedat te, & sic prosperos rerum euentus experieris. Regnum enim Christi regnum sacerdotale est. si enim olim dixit Deus, vt Exod. 19. 5. legimus, filijs Israel; *si audieris vocem meam, &c. eris mihi in regnum sacerdotale*, multò magis Christiano populo id dicet longè præstãtiori modò. si ergo regnum sacerdotale est regnum Christi, cùm sacerdotum munus sit orare, constat non aliter quàm oratione stabiendum, & firmandum esse.

5.

C Cæterũ etsi semper oratio necessaria est in omnibus rebus, potissimum tamen in pastorum electione, opportuna est: quod etiam sua oratione tam proluxa indicare voluisse videtur Dominus, pernoctauit enim, & post orationem duodecim Apostolos elegit; difficilis enim res, & perardua est inuenire, & eligere eos, qui benè præfint. hinc Diuus Gregorius 1. Reg. capite decimo sexto, diligeret quærendos & explorandos esse idoneos ad Ecclesiarum moderationem, quos nisi Deus demonstrat, inuenire nemo possit. quare rectẽ præcepit Deus Samueli cùm eligendus esset, qui Regis nomine Israeli præfesset: *vnges quemcumq; monstrauero tibi: 1. Reg. 16. 3.* vt ergo à Deo demonstrarentur, iterum atque iterum rogandus est Deus. Audi nunc Gregor. *quid horror, inquit, pastores quære, cùm nisi Deus occultos proferat, nequeãt inueniri? quid. n. aliud est; vnges quem monstrauero tibi? tamẽ quærendi sunt, quia nisi quasi diu minimẽ monstrantur: nam & Dominus se monstraturum promittit, & tamen Propheta quære nititur, vt inuenire mereatur. vnde & Dominus quærendi instantiam imperat dicens: quærite & inuenietis, &c.* Hinc Triden. Synodus sess. 24. decreto de refor. c. 1. hac de re sic statuit; *vt cum primũ Ecclesia vocauerit, supplicationes, ac preces publica, priuatimq; habeantur, atque à capitulo per ciuitatem, & diocesim indicantur, quibus clerus, populusq; bonum à Deo pastorem valeat impetrare.*

6.
Maximẽ au-
tem grandẽ
in pastorum
electione.

D Etenim boni pastores, vt D. Greg. loco citato, paulò superius significat veluti in latebris quibusdam delitescere malunt, quàm in luce ipsa honoris, laudis & gloriæ versari in ijs ergo latebris quærendi, & ex cis eruendi, vt in altum euehantur dignitatis gradum. Et verò viri

7.
Boni pasto-
res late-
re malunt quã
prodire.

fan-

sancti thesaurorū instar à Deo absconduntur. sic enim, inquit, Greg. *magna electorum virtutes quasi thesauri Dei serè semper in occulto sunt. more enim timoratorum diuitum Deus facit, quia ne virtutum thesauros perdat, hos in electis mentibus collocat, & ipsas mentes per secretum celat.* quærat ergo, qui ordinare, imò ornare Ecclesiæ caput cupit occultos thesauros. Christi sponsam ornare gestit, sed non potest, nisi occultos sponsi thesauros, ad eius ornatum producat, & non desistat, donec latentes inueniat. hæc Gregor.

8. Et vide quos elegerit Dominus non diuites, non nobiles, non potentes, non sapientes, nec carnem, aut sanguinem aspexit, sed pauperes, infirmos, ignobiles, rudes, *vt non gloriatur omnis caro,* & Euangelij progressus, ac triumphus tribuatur folius Dei potentia, ac sapientia. Et interim docere voluit nos hoc facto Christus in eligendis Ecclesiæ suæ pastoribus non spectanda esse ea, quæ ad rem minus faciunt, genus, honores, diuitias, & similia, sed harum rerum potius contemptum, & despicientiam; sed virtutes, sed sanctitatem, sed inuictum animi robur, vt veritati, & iustitiæ resistentibus resistere quis possit, paratus etiam sanguinem, & vitam profundere.

9. Aptè proinde satis in hanc Apostolorum electionem quadrare possunt illa quæ Debora, & Barac in li. Iudic. c. 5. 8. cecinerunt Deo: *noua bella elegit Dominus, & portas hostiū ipse subuertit. Clypeus, & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel.* Ecce nouum genus pugnae electū nūc esse à Christo inusitatum, & admirandum, inermes recensuit milites sine hasta, & Clypeo, & hos misit tanquā oues in medio luporū, per quos tamè cōfectū est bellū, & parta victoria. qua vna re clarissimo argumēto ostendit Dominus, nō hominū potentia, sed sua virtute, ac præualida manu inimicorū portas subuertisse, subiugasse gentes, & populos innumeros, potētissimos quondā reges spoliasse, & sapientū ora obstruxisse, deniq; tyrannorum vires fregisse.

10. Sed non oscitanter expendenda sunt tria illa, quæ Dominus electis Apostolis contulit: quæ habet Mar. c. 3. 13. 14. 15. vnū est, *vt essent duodecim cum illo;* deinde, *& vt mitteret eos predicare,* ceterum est secundum. tertium verò est dedisse illis *potestatem curandi infirmitates, & eiciendi demonia;* quibus addi potest quartum quod præmittit Marcus, vocasse *ad se quos voluit ipse.* quæ significare possunt quatuor in electis prælatis obseruanda. debent enim primū esse cum Christo per frequentem orationem, & feruentem in illum caritatem. deinde oportet eos illud diligēter aduertere, propterea electos esse, vt mitantur non ad mundi gaudia, & delicias, non ad humanæ gloriæ ostentationem, non ad diuitias aggregandas, sed ad laborandum, & prædicandum cum magna significatione sanctitatis, & caritatis in proximos. Tertiò tales esse debent, & tam magna fide præditi, & tanta vitæ sanitate illustres, vt si oporteat, etiam signa, & miracula edere possent, saltem curare debēt, vt spirituales morbos, & ab animo dæmones pellāt. Illud verò quartum quod præmittitur à Marco docet eos, qui prælatos eligunt, debere attentius Dei voluntatē ea in re spectare, nimirum quid Deus ipse velit. ijs autem rebus si ornati

A essent prælati, benè consultum esset Christianæ Religioni. Sed de his satis.

DIGRESSIO II. MORALIS

In idem Euang. De Martyrio Diui Bartholomæi.

QVONIAM hoc Euang. in Ecclesia recitari solet festo die D. Barthol. in vsum eorum qui cōcionantur, more nostro scribemus aliqua, quæ nobis Dominus inspirare dignabitur ad hanc rem pertinentia. Et primū quidem admirari satis non possum tantam in hoc S. Apostolo constantia, & patientia virtutem; horret enim animus cogitare tam crudele martyrium in hominem fuisse exercitum, horret omniū oculi tā immane spectaclū cernere, horrent videre hominē nudatū pelle, toto vndique corpore manantem sanguine, cuius totum corpus, cū nullam habeat partem non affectam vulnere, verè dici potest vnum vulnus esse. sed desinet mirari, quicumque vim, & efficacitatem ardentis caritatis in Christum, quæ in Bartholomæi pectore latebat, attentius animaduertet, nihil enim est tam difficilè, nihil tam arduum, quod diuina caritas non superet; nihil tam periculosum, quod non libenter adeat, nihil tam laboriosum, quod non vlt rō excipiat.

Optat sanè omnis qui amat ad viuum in se exprimere amati effigiem, hoc enim erat quod Cant. 8. 6. sponsus à sponsa poscebat; *pone me vt signaculum super cor tuum.* hoc ad quod Paulus 1. ad Corint. 15. 49. fideles hortabantur: *sicut portauimus imaginem terreni, portemus & celestis:* Vt ergo imago Christi in se altius imprimeretur, & non in animum solum, sed etiam velut in carnem incideretur passus est Bartholomæus libenter sibi pellem detrahi. Sic. n. faciunt, qui in lignum aliquod imaginem alicuius vel figuram inducere cogitant; vt enim characteres, ac lineæ melius, ac profundius imprimantur, ac tenacius, detrahunt corticem ligni, & in denudato, & perpolito ligno efformant, quā volunt, imaginem seu figurā. hoc factum in Bartholomæo; sciebat Christus quantoperè hic ipse Apostolus cuperet in se suam ipsius perfectè imaginē repræsentare, quantumq; cuperet signaculum magistri, quem diligebat ardentè super cor suum imprimere, & imaginem celestis portare, ideò permisit, vt cōsuevit ab arbore cortex detrahi ad imprimendam alicuius fiduram, ita Bartholomæum pelle spoliari, quo melius, & ad viuum magis sua ipsius imago in eo efformaretur, sibi que tanto similior redderetur.

Et quidem videtur etiam Bartholomæus prudentiam serpentis imitari voluisse, & illud Christi consiliū amplecti: *estote prudentes, sicut serpentes.* est aut serpenti proprium, & à natura ipsa insitum, vt cū iam senescere se & pristino naturæ robore destitui sentit, quærat si quemodo possit pristinam iuuentutem renouare. quare speluncam ingressus vestigat, qua angustū sit inter lapides foramē aliquod, moxq; per illud toto nixus corpore penetrare, ac pertransire cōtendit; atq; ita euenit, vt vetere deposita, nouam

1.

B. Bartholomæi apostoli crudele martyrium.

2.

3. Bartholomæus imitatur serpentis prudentiam in quo.

nouam

nouam induat pellem, & quodammodo iterum iuuenescere videatur. Optabat Diuinus hic Christi. Apostolus si quid in se forte ex antiquo Adamo vetustatis inesset à se depellere. Quare libenter, ac prompto animo pellem sibi detrahi passus est, atque ita velut per arcum foramen, id est, per tormentorum angustias transiens, si quid forte antiquæ vetustatis habebat in animo, quamuis paruum illud esset & leue, omnino deposuit; & cœlestem quandam iuuentutē affectus est; iuxta Christi cōsiliū serpentis prudentiam egregiè in hoc imitatus.

Ad hæc non ignorabat sanctissimus Christi discipulus angustiam, atque arctam esse viam, qua in cœlum tenditur; sat nouerat monuisse Christum; *contendite intrare per angustam portam* Luc. 13. Quamobrem sancti quique viri cuncta contempserunt, quæ sensui blanda, & carni amica passim hominibus videntur, honores, diuitias, voluptates, ut intrare possent cœleste regnum. Sic fecere illi, qui dicebant: *Ecce nos reliquimus omnia*. At Bartholomæus non ista solum propter regnum Dei, & ardentem Christi caritatē deposuit, sed pellem etiam ipsam contempsit; cæteris in hoc gloriosior effectus, atque ita multo expeditior angustam portam ingressus, cœleste præmiū affectus est. Sic sancti Dei homines maluerunt omnia despiciere potius, quam retinere, se sibi essent impedimēto, quo minus cœlestem gloriam assequerentur. *Pellem enim pro pelle*, id est, omnem pellem dabit homo pro anima sua, id est, temporalia omnia relinquenda propter Deum, Job 2. 4. *pellis verò*, pro qua omnia dantur, est aliquibus patientia, quæ corroboratur, & excrescit in tribulationibus, & per hanc possidetur anima; hæc pellis est Sacerdotis offerentis Leu. 7. 8. quia nostra patientia est Christi; quamquam secundum literalē sensum ille loquendi modus, pellem pro pelle, significet potius omnem pellem eadem etiam bona mundi huius, diuitiæ, honores, & similia significantur per pellem hostiæ, quæ detrahenda erat Leuit. 1. 6. etenim si quis vult Deo immolare tanquam hostiam, detrahat sibi pellem hanc oportet, siue re ipsa abiicienda fluxa hæc, & caduca, siue non figendo in illis spem suam, & amorem, alioqui qui bonis istis se onerant, eaque magnificiunt, & spem suam in illis cōstituunt similes sunt Esau, de quo Gen. 25. legim⁹, quod fuerit hispidus in modum pellicis, & aptè significat eum, quod deditus est terrenis. Vide in locū Gen. Gloss. interl. Ioseph ne peccato consentiret palliū dimisit in manu Domine Gen. 39. adolescens alter quidam dimissa sindone nudus profugit. At Bartholomæus non pallium solum reliquit, ne Deum offenderet, neque nudus tantum aufugit de manu inimicorum suorum, id est, non externa duntaxat bona contempsit, verum etiam & sua se exiit pelle, illa fide armatus, ea spe animatus, qua olim Job 19. *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circum dabor pelle mea*. relinquo corruptioni obnoxiam, suscipiā immortalem, relinquo obscuram, recipiam gloriofam, *hac spes mea in sinu meo semper*.

Præterea animaduertat Bartholom. olim parētes nostros pellicea tunica à Deo fuisse indutos, eam verò tunicam Christū significasse;

A sic enim vestitus primus Adamus, velut figura quædam fuit secundi Adami Domini nostri Iesu Christi, qui cūna esset Sanctus, Innocens, Impollut⁹, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, indui tamen voluit pellicibus mortuorum animalium .i. vestiri peccatis nostris, habitu inuentus ut homo, & in similitudinem carnis peccati factus. Itaque tanquā Iacob pellicibus Esau vestitus à Deo Patre benedictionem nobis obtinuit, & quod Adamo per Ironiam dixit Deus, vbi illi fecisset tunicam pelliceā: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malū*, id verisimè in eum, qua homo erat, dici potuit. Ille .n. homo per vnionē personalem naturæ humanæ cum Verbo factus est quasi vnus ex diuinis personis. i. Filius Dei; vbi particulam, *quasi* eodem modo sumimus, quo sumpsit illam Ioan. cū dixit, *vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre*. Itaque cū hæc rectè teneret vir hic sanctissimus, & animaduerteret tunicam illam pelliceam repræsentasse Christum, voluit sua se tunica pellicea exuere, hoc est, pelle, ut illam Christo offerret, & gratus esset ei, qui se peccatis nostris quodammodo circumtesserat, ut nos, deletis peccatis, reconciliaret Patri.

B Solent pugiles ac luctatores, ut olim illi olympici, cū in arenam descendebāt, cum aduersarijs decertaturi, se vestibus exuere, & quod leuiores certaminis locum ingrediebantur, eò feliciorem fortiebantur euentum; idque eo animo faciebant, ne ab aduersario cōprehensi victoria priuarentur. *Omnis*. n. inquit Apost. *qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet*; oēs id præstitere sancti, quia omnibus suo modo, & gradu cōpetit illud, *ecce nos reliquimus omnia*. verū nescio quid maius in D. Bartholomæo hac in parte reperio: nam non omnibus in modò externis bonis, sed etiā se ipso quodammodo nudatus est, atque ita ad pugnam progressus ingentem stragem intulit hosti, & magnam victoriam reportauit, & cœlestis gloriæ, tanquam gloriofus pugil, palma donatus est.

C Erant olim populi quidam ut Alexander ab Alexandro li. 5. c. 24. refert, qui hostiū cutes in fortiū factorū insigne documētum, suis relinquebāt. itaque inter pretiosa relicta hæreditatis bona, inimicorum pelles numerabantur; tale quid videtur mihi egisse D. Bartholomæus; nā cū inimicus esset carni, & sanguini, & odio animā suā haberet, iuxta Christi præceptū, ut illā in vitam æternā custodiret, valdè libenter, atque æquo animo tulit detrahi sibi pellē, ut nobis, qui eius filij eramus futuri, eam quasi in hæreditatem relinqueret, ut disceremus bellū nobis contra carnē & sanguinē sumē. dum esse tanquā perniciosissimos aduersarios nostros, & præceptum Christi teneremus; *qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam*.

D Et verò utilis satis nobis hæc Bartholomæi pellis esse debet, & tanquam loco ditissimi, ac pretiosissimi thesauri habenda est. nam ut animalium pelles tabernaculū tegebāt, ne pluuie, & temporis iniurijs esset expositū, ita hac nos circumuestiti pelle ab inimicorū insidijs, & incurribus, omniq; aduersariorū impetu protegere, ac munire poterimus; nā et si bona amittas; si liberos; si vxorē; certè pellē nōdū amisisti, quod

Barth. pellē ipsam contempsit.

8. Barth. insigne pugil.

7.

8. Barth. pellis quam vtilis.

tamē Barthol. fecisse admiramur. tolera igitur parua ista tua iactura tā nobili Bartho. exēplo, lic. n. Apost. hortatur nos, vt exemplo Christi mala nostra libēter toleremus; *recogitate*, inquit *eum, qui talē sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionē, vt ne fatigemini animis vestris deficientes*; p̄ si tibi Christū imitari arduū nimis esse videtur, certē eius sancti, qui carne, & ossibus cōstabant, vsq; ad sanguinē restiterūt; cū id tu non feceris; pudeat ergō te leuia ista tua, vel certē minora mala nō patiēter ferre. Vides ne igitur quā vtilis, & fructuosa nobis sit Bartholomæi pellis? Ergō magis contende instar ouium, quæ virgas detractō cortice intuebantur, quas Iacob illis ob oculos proposuerat: sic tu in Bartholomæum oculos fige, qui tibi ab Ecclesia detracta pelle ante oculos ponitur; ita .n. fiet, vt sicut oues virgas illas inspiciētes varios, ac maculosos cōcipiebāt fetus Gen. 30. 37. ita tu si accuratē in Barthol. pelle nudatū oculos intēderis, varijs virtutū colorib⁹ ornabere.

9. Memini legerē m̄, fortē quendā, & strenuū in bello virū iussisse suis, vt post mortē detracta cadaveris sui pelle tympanū cōficerēt, cui⁹ vel solō pulsu, cū ad bellū cōtra hostes progredērētur, terrerēt hostes, multō id magis in sanctissimā hāc D. Barth. pellē cōuenire video, cuius vel solo aspectu, vel præsentiā, vel etiā solo eius inuocato nomine, ingens dæminib⁹ metus & horror iniicitur. experiemur hoc nō sine ingenti fructu, si huic sancto deuoti, addictique fuerimus, si eius opē magna cū fide imploraauerimus; præsertim verō si eius exēplo animati, fortiter, libenterq; aduersa omnia toleremus, & fluxas, atq; caducas res, tanquā inutilē, & vetustam pellem à nobis detrahāmus per rerum mundanarum despicientiam.

10. Postremō antequā huic digressioni supremā manū imponā, duo breuiter monuero, vnum, quas à nobis pelles depellere debeamus; alterū, quas querere, & cōseruare oporteat. quæ duo ex Scripturis desumere conabimur. Et quidem primo Iob 40. 26. pellis Leuiatā fit mētio, quæ Greg. interprete 33. mor. 22. & Hieron. sup. Iob 40. stultos in corpore Diaboli significare potest. vel subditos illi ad extrema ministeria seruiētes. demū oēs, qui cōsensione malitiæ, & imitatione illi adherēt; nā intima cōnexionē ei cōiuncti sunt, & separari ab eo nunquā, aut certē vix possunt. hęc pellis procul à nobis abijcienda est, neq; .n. vlla cum hoc hominū genere cōiunctio, ac familiaritas habenda est, ne eorū verbis, & exēplis fortē cōtaminemur, curandū in primis parentibus est, vt videant ne teneros adolescentiū animos, istorū hominū cōsuetudo, & cōiuctus inficiat, & à Christo duce ad castra transferat Leuiatan. Est & alia pellis Ierem. 13. 23. *si mutare potest Aethiops pellem suā*; hęc esse prauā cōsuetudinem, quæ difficulter mutatur Patres intelligunt. Quarē diligenter conari debemus, vt si qua in nobis subest antiqua cōsuetudo peccati alicuius, illam omninō Dei inuocato auxilio, & vim acriter nobis inferendo, depellamus à nobis, cōtrarijs virtutum studijs.

11. Est & tertiā inuenire pellē Sion, quā Scriptura *vetustā* nominat Thren. 3. 4. *vetustā fecit pellem meā & carnē*. hanc ex Glossa ordinaria super eundē locū, esse exteriorē cultū Iudæorū, vel

A vt ad nos accōmodemus, exteribrē cōiuctum, & conuersationē affirmabimus; quæ vetusta fit per peccata ad veterē hominē pertinentia, affirmabimus: quæ renouāda erit per spiritus feruorē, & pœnitentiā. Verū accidit interdū, vt in cōiuctu, rationeq; nostra viuendi, externa deprehendatur, vt in cute solet lepra, cuius meminit Script. Leuit. 13. est autē lepra in cute peccatū in carne ex Ifychio super Leuit. 13. vel etiā in ratione, & modo agendi cum proximis. propterea attenti esse debemus, ne quid huiusmodi cōtrahamus in carne nostra, vel externo cōiuctu; & ne id fiat circumcingenda est cutis nostra, id est, caro Zona illa pellicea, quam circa lumbos Christi p̄cursor gestabat, hoc est, cogenda est per afflictiones, & pœnitentias seruire spiritui, ne quid fortē pessimi exēpli propter illā deprehendatur in nobis, quin potiūs curanda est cutis pulchritudo, id est, splendor quidā virtutū in cōiuctu nostro, & cōuersatione cum hominibus. quanquā & cutis pulchritudo de qua Iob 18. 13. sic legimus, *deuoret pulchritudinē cutis eius*, notare potest corruptibilē hanc mundi gloriā, quā nos cōtemnere debeamus, vt Greg. exponit 14. mor. 8. eadē etiā cutis significare potest cogitationes, quæ tunc est pulchra, cū cogitationes sunt bonæ, deformis verō decolorata, & maculata, cū cogitationes sunt prauæ. lege Bern. ser. de cute, carne, &c.

Ad hęc mentio fit pellis cum carnibus, Iob. 10. 11. *pellem & carnibus vestisti me*; pelle quippē & carnib⁹ interior homo vestitur secundū Greg. 9. mor. 29. *quia in eo ad superna erigitur, carnalium motuū obsidione vallatur*. hęc ergō pellis subigenda est, ne nobis turpes eius motus noceāt. denique pellis quædā est quam tollunt Principes à subditis, dum temporalia bona per vim & tyrannidē iniuste auferunt, cōtra quos Michæ. 3. 2. sic grauitur inuehitur: *Audite Principes Iacob, & duces domus Israel &c. qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum de super eis. hos iudicabit Dominus, & quæ iniuste in pauperes commiserunt, acerbissimis pœnis, & æterno supplicio luere eos faciet.*

Iam ad id quod secundo loco dicendū proposuimus, veniam⁹. magna fit in Scripturis mētio earū pellium, quas nobis mysticē cōparare summo studio, quibusq; nos munire, & tegere debemus; sunt namq; pelles Arietū hyacintinæ in tabernaculo, & significare possunt fidem resurrectionis Christi, & etiā immortalitatē. sunt & pelles rubicatę. i. martyres, quorū meritis teguntur peccata, Exod. 25. 4. 5. quāuis eadē pelles rubicatę verecundiā etiā frōtis aptē significent, itemq; mortificationē, & pœnitentiā. Vide Aug. qq. in Exod. 108. ex his nobis vestem conficiamus, quibus nostram mortalitatem, vel ignominiam tegamus. Cutis item quæ superinducit Dominus ossibus Ezech. 37. 6. designat ornatum gratiæ, qua tanquam veste nuptiali teguntur peccata. Ex Gloss. inter. super eundē locū Ezech. hanc ergō vestē omni cura à Deo petere, eamq; cōseruare necesse est; nā sine hoc ornatu nemo ad cœlestes nuptias intrabit. Pellis verō adhærens ossibus Iob 19. 20. *Pellis mea cōsumptis carnibus adhesit os meū*, repræsente eos, qui pauperibus, indigentibus, nudis, afflictis præsto sunt, eorumq; necessitatibus cōsalutari.

12.

13. *Varia pelles in Scrip- tur.*

hi enia

hi enim tanquam blanda pelle fouent ossa, per quæ pauperes, & egentes rectè significantur; *beatus enim qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* deniq; pelles tabernaculi tegentes vela Exodi 26. sunt prælati secundum Greg. 21. mor. 16. laborantes in temporalibus, vt subditi vacent spiritualibus. Neque ineptè vt arbitror significare possunt eos, qui caritate Dei impulsæ proximorum salutem non sine corporis labore procurant. hi enim dum homines trahere ad meliorem vitæ student, & in ea illos tueri, & retinere laborant hortando, orando, caritatis operibus vacando, nouas terras, & regiones quærendo, transmittendo maria. quibus omnibus veluti quadam pelle augent, conseruant, & ornant Dei tabernaculum, id est, Ecclesiam.

DIGRESSIO III MORALIS

In illa v. 7. & descendens (Iesus) cum illis stetit in loco capestri &c. De SS. Martyr.

CONSVEVI T Ecclesia in festo quorundam Martyrum, & in peruiugio Omnium Sanctorum hoc Euang. Luc. 6. legere tanquam quid maximè ad Martyrum inuictam patientiæ, & constantem tolerantiam eorum explicandam satis aptum. fit autem hic mentio trium beatitudinum, paupertatis, esuriciæ, denique luctus; nam quod additur de persecutionibus iam dictum fuit non tam beatitudinem esse, quam summam quandam earum, quæ cõsummatum, perfectumq; hominè ostendit, & probat, vt in c. 4. diximus n. 40. in Schol. & ibid. Theor. 4. n. 2. nemo autè est, qui ignoret quanta paupertatis incommoda talarint sancti Dei homines; quoties rapinæ bonorù suorù cum gaudio susceperint, quæ multi fame, & siti enecti, vel certè per longam inediã fermè absumpti fuerint; quot lacrymas fuderint præ cælestium gaudiorum desiderio, & pro sceletorum hominum, vel persequentium peccatis; qua tandem fortitudine cacodemonem, tyrannos, mundum deniq; totù gloriosissimè deuicerint, vt meritò de illis Chrysoft. in Iuuentinum, & Maximum Martyres dixerit; *illos (id est Martyres) non indignum fuerit & columnas, & scopulos, & turres, & candelabra, & tauros simul appellare, nam Ecclesiam sicut columna sustinent, sicut turres muniunt, & sicut scopuli omnes vndarù assultus repulerunt, multã interim ipsi seruantes tranquillitatẽ. sicut luminaria tenebras impietatis discussunt, & sicut auri anima, promptitudineq; eadem suaue Christi iugum traxere.* sic Chrysoft.

Quorum præsertim tam constans, tam valida fuit patientia, vt quod pluribus impeterentur malis, eò fortiores contra aduersarios apparerent. quod obseruauit Theodor. ser. 9. de græcarum affectionum curatione sic scribens; *Martyrum interfectores sunt similes his, qui flammã quidem extinguere petunt, oleum pro aqua instillantes, ardentiorẽ illam efficiunt, & sicut ignis rubum ardebat, & non consumebat. quin potius sicut lignatoribus siluam cadentibus, multò plures pullulãt propages à radicibus, quàm sint rami qui inciduntur: ita tunc quoq; p̃ijs complexibus interfectis, multò plures quotidie ad doctrinam Euangelicam accedebant.* Tanta Theodoretus.

A Hinc nõ mirũ quod tantæ sint, Martyres inuictissimi, auctoritatis apud Deum. plurimum .n. valent, ita vt nihil sit quod orando obtinere nõ valeant. Etenim ait Chryso. lo. cit. *sicut milites vulnera, qua in pralijs sibi inflicta Regi monstrantes fidenter loquuntur: ita & illi manibus abssecta capita gestantes, & in medium afferentes, quacumque voluerint apud Regem cælorum impetrare possunt.*

Et meritò apud Deum tantam obtinent dignitatem, cum constantissimi testes, & assertores inuicti, diuinæ simul maiestatis, gloriæ, & veritatis fuerint, vt ob id non dubitarint atrocissimos cruciatus perferre, & crudelissimam mortè oppetere. fuerunt .n. martyres testes Dei: est autè testis Dei, qui vbiq; nõ in tenebris modo, verũ in luce ipsa, & corã omnium oculis, id quod de Deo nouit, publicè testatur, cũ opus est etiã corporis sui oppositu, etiam si maxima adeunda sint pericula, licet in discrimen adducenda sit vita: testis, inquam, Dei is est, qui verbis, & re ipsa, hoc est, operibus Dei bonitatem prædicat, & quod solus ille diuinitatis cultu dignus sit, præter ipsum autem præterea nemo apertè testatur. Et verò cæteros ad eandem pietatem summo animi studio hortatur. tales esse Dei testes, quales descripsi, docuit Christus Act. 1. 8. Apostolos alloquens: *eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* idemq; significatur sic Act. 22. 20. *cum funderetur sanguis Stephani testis tui, & Apoc. 11. 3. & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt.* Cæterum licet hoc vocabulum possit pluribus conuenire, excellentiori tamè, ac maiori quadam ratione sanctis Martyribus meritò tribuitur; nam hoc ipsum testimonium etiam sanguinis sui effusione gloriosissimè, & magnificentissimè confirmarunt.

C Sanè ij tanquam summi duces mundi vires fregere, deque eo gloriosissimè triumpharunt. huius verò tam præclaræ victoriæ testis paupertas est quam tolerarunt; esuries, quam diu sustinuerunt, & lacrymæ illæ, quæ vbertim ex eorum oculis dum viuerent, emanarunt. hæc .n. tria sunt, quæ mundi caput, & quasi iugulũ petunt. aduersantur .n. tribus illis, quæ mundo inesse scripsit Ioan. 1. epist. ca. 2. 16. *omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ,* quibus peccatorum summa continetur: Et quidẽ paupertas vitæ superbiam tollit; esuries, quæ ex penuria rerum est, concupiscentiæ oculorum obfistit; lacrymæ concupiscentiæ carnis repugnant. Quare cum Christus nõ obscuro argumento indicare vellet, se contra mundum stare, illiq; opponi, iuxta illud Ioa. 15. 18. *si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit;* Proinde hæc tria, quæ mundus abhorret maximè, & auersatur, hic docuit, cæteris omnis beatitudinibus, vt viam ostenderet, qua ad sui perfectam imitationem per mundi contemptum peruenire possimus. hanc ergò viam à Christo ad debellandum mundum eiufque vires debilitandas ostensam, in primis tanquam belli Christiani duces præstantissimi alacriter, & constanter nostræ religionis Martyres iniere.

Ijdem tanquam generosa, & fœcunda quadam grana sub terram abdita, innumerã Christianæ religioni, & Christo multitudinem pe-

3.
auctoritas
apud Deum.

4.

5.
Sancti mundi
duces.

6.

pererunt; in quos maximè quadrat id quod habet Hoseæ c. 2. 23. de Ecclesiæ multiplicatione; & sanabo, inquit Deus, eam mihi in terra, q. d. nõ te intra folius Iudæ angustias continebit Ecclesia, quin per totum sese orbem diffundet, & quasi semen repenti multiplicabitur. existit enim antistites sapientissimi, orietur inuicta, selectaque SS. Martyrum manus, quæ vbique Evangelij lucem afferet, & Dei nostri gloriam, & sanctissimum Christi nomen etiam Romanis arcibus inferet. & ad rem satis appositè: *semina- bo eam*, inquit, vt Martyres præsertim intelligas. nam semen & dispergitur, & in terra conditur, vt multiplicatũ germinet: ita Apostoli, & primi fidei magistri, qui Christianam religionem effuso sanguine cõfirmarunt, è Iudæa profecti prædicauerunt vbique; *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*, quos secuta est postea validissima, procedente tempore, reliquorum Martyrum purpurata cohors. hi omnes in urbibus, atque prouincijs vbi Evangelium regni prædicabant, primũ quasi grana quædam terræ mandata ignobiles, abiectique versabatur; deinde & paupertate, esurie, siti, lacrymis, denique laboribus & persecutionibus quasi moriebantur eadẽ grana; sed copiosissimè inde fructus exortus est, & vberima credentiũ leges. Verũ hoc multò præstantius, & vberius fecere martyres, cũ omninò terra obtegeretur; hoc est cũ per Martyriũ, & mortẽ tanquã grana quædam mortua caderent in terram: vt illud verissimum esse intelligamus, *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*; quod præclare D. Leo. ser. 1. de Petro & Paulo docuit: *non minuitur prosecutionibus Ecclesia, sed augetur; & semper dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.* & nos, Christiane lector, nisi tanquam grana moriamur, nunquam neque alijs, neque nobis vllũ æternæ salutis fructũ afferemus.

Cæterũ fuere Martyres maximè Christiana cõstantia insignes, vt propterea in primis esse omnibus admirationi debeant; nullis enim tentationum incurtibus, nullis tyrãnorum minis, nullis atrocium satellitum ictibus deijs, aut posterni potuere: vt meritò ad eos illustrandos illud Pauli ad Eph. 3. vsurpare possimus: *in charitate radicati & fundati*, quos proinde præclara illa similitudine annosæ quercus repræsentare aptissimè possis: qua etiam Hieronymus ex Virgilio desumpta vsus est:

*Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini boreæ, nunc hic, nunc statibus illinc
Eruere inter se certant. it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis; & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit;
Mox vt intelligas talem esse debere boni strenu-
ique viri mentem, subiicit:*

*Haud secus assiduis hinc, atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno præsentit pectore curas.
Mens immota manet, Lacrymæ voluntur inanes.*
Tales, Christiane, Martyres si tibi finxeris, næ tu verissimè senseris, & tunc aliquo modo poteris eorum videre, & cogitare constantiam.

Horum tanto illustrior fuit victoria, quã atrociora fuere supplicia. nam vt sapiens quidam

A quodã Emblemate significauit, qui depictis in tabella quadam varijs musicorum instrumentorum generibus, Cythara, fistula, lyra, Organo, & id genus alijs, adiecit & hoc dictum: *non percussa filer*; vt indicaret quod sicut musices instrumenta muta sunt, & tacita, nec nisi percussa suauem concentum edunt; ita virtus non emicat ac splendet, nec veluti quadam suæ operationis harmonia oblectat animos, nisi persecutionibus quasi depressa, & cõculcata vires suas exerat, alioquin potiùs in tenebris latet; ita SS. Martyres varijs instrumentorũ generibus percussi, mirum quãtum in Dei Ecclesia lumen, & quam suauem concentum excitarunt, demum quantam sibi gloriam compararunt.

B Alius non minus eleganti emblemate idem indicabat descripta face deorsum versus inuersa, & inclinata, quæ cũ sensim colliquefcat, maiores tamen accipit ad illuminandum vires, quod inscriptus titulus docebat: *vires inclinata resumo*; non aliter sancti Dei homines cum depressi, & conculcati magna tormentorum atrocitate viderentur, suam constantiam, & insigne animi robur tãto illustrius ostendebant.

DIGRESSIO IV.

MORALIS

In v. 11. De tribus beatitudinibus Luc.

Beati pauperes. &c.

C QVARE trium tantum Lucas meminerit beatitudinum, dictum à nobis est præcedenti digressione num. 5. restat nũc vt de his tribus dicamus aliquid. Et primũ quidẽ de paupertate. Cũ vellet Dominus ad perfectionem suos hortari, & sciret quantum impedi- menti præstarent diuitiæ contendentibus eò peruenire, persuadere conatus est paupertatẽ. Quare Basil. Isa. 2. 7. in illa, *repleta est terra eorum argento, & auro*; sic scribit: *paupertas pedagogus est ad colendam pietatem; contra diuitia ad contumeliã præbent ansam, & iniuriam irrogandã.* & Orat. 14. de diuitijs, & paupertate, præclare docet quã multa, quamque graua in hominum vitã proficiscantur occasione diuitiarum: sapienter hæc Basilus; nam etiam Paulus ad Timoth. 6. *cupiditatem vocauit radicem omnium malorum, quam quidam*, inquit, *appetentes, à fide naufragauerunt.*

Quod Euangelici illius iuuenis satis ostendit exemplum apud Matt. 19. qui accedens interrogauit Dominum; *magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* cui Dominus, *si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Tunc adolescens; *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest?* ait illi Iesus: *si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. cùm audisset autem adolescens verbum, abiit tristis, erat enim habens multas possessiones.* Iam rogo quis non vehementer admiratur iuuenẽ hunc tria illa expugnare potuisse, quæ iuuenes in primis inuadere, & in interitum solent submergere, nimirum, fœdas carnis voluptates, quæ vel Sampsones, vel Dauides, sibi subiecere aliquando; deinde etiam iracundiam, ad quam propensa est illa ætas ob nimium ebullientis sanguinis calorem; ad hæc liberè agendi licentiam, qua solent iuuenes ad pompas, ad fastus, ad conuiuia, ad inutiles ami-

citias,

7.
Martyrum
constantia.

8.
istoria.

citias, & noxias, demum ad innumera alia flagitia præcipites ferri. quis, inquam, non vehementer obstupescat, hæc omnia contempsisse illū; sic. n. ait, *omnia hæc custodivi à iuuentute mea.* & tamen eundem, cūm contempendarum diuitiarum mentio facta esset à Christo: vultus colorem mutasse, hæsisse, & paulò post tristem & cogitandum abiisse, vt nec facie mærorè dissimulare potuerit? *abijt. n. inquit, Matt. tristis.* tantum potest in hominum animis Auri sacra fames. non iste vnquam homicidium, nò adulterium, non furtum, non falsum testimonium commiserat, reliqua etiã seruauerat, quæ Deus olim præceperat, à iuuentute sua; nò potuit tamen diuitiarum cupiditatem compressisse? vt meritò dixerit Christus, *quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum, & facilius esse Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.*

3. Quod enim viris perfectis dulce est, qui omnia contempserunt, hoc diuitiarum amore implicitis, necdum ad perfectionem aspirantibus amarum est. Aug. in Pf. 43. in ea verba: *adhesit in terra venter noster;* distinguit os Ecclesię, & ventrem Ecclesię; & sanctos quidem, ac perfectos viros os Ecclesię affirmat; eos verò qui carnales sunt, vel diuitias adhuc amāt ventrem Ecclesię vocat. si enim scribit: *quare dicti sunt venter, nisi quia carnales sunt, vt os Ecclesia in sanctis sit, in spiritualibus sit; venter Ecclesia in carnalibus sit; itaque os Ecclesia eminet, venter absconditus est tanquam mollior. hoc significat quodam loco Scriptura (Ezech. 3. Apoc. 10.) vbi quidam dicit se accepisse librum, & liber ipse dulcis erat, inquit, in ore meo, & amarus in ventre meo. quid est hoc? nisi quia præcepta summa, quæ accipiunt spirituales, non accipiunt carnales, & de quibus gaudent spirituales, contristantur carnales? liber iste fratres, quid habet? vende omnia quæ habes, & da pauperibus; quam dulcus est in ore Ecclesię, ab omnibus spiritualibus, factum est. at verò carnali cuiusque dixeris, fac hoc, facilius à te tristis recedit (sicut ille diues à Domino cui dictum est, vende omnia quæ habes, & da pauperibus) quàm scit quod dictum est quare autem tristis recessit, nisi quia liber ille dulcus est in ore, & in ventre amarus? &c.*

4. Roget aliquis quomodo Christus occasione huius iuuenis diuitias damnarit, & quod difficilè sit diuitem intrare in regnum cæli, cūm potiùs videatur hinc fieri, posse quẽpiam seruare mandata Dei, & diuitias tamen amare, seu non cõtemnere; tale enim quid fecerat iste, qui præcepta seruauerat à iuuentute sua, cūm diues tamen esset. Respondeo suo loco, si Deus vitam præstiterit, locum hunc excutiemus. Interim fateor Dominū potuisse exemplo adolescentis huius hortari diuites ad seruanda mādāta, sed placuit arrepta occasione tristitię diuitis ostendere difficillimum esse ijs, qui diuites sunt, perfectionis cõsilia complecti, simulque inde voluit declarare quāti periculi sit diuitem esse. hoc enim iudicauit magis ad rem suam facere, id est, tempori magis congruere, & auditoribus expedire.

5. Profectò D. Paulus scribens 1. ad Timoth. 6. 9. quanti impedimenti ad virtutem sit diuitiarum amor, & periculi, sic explicat: *qui volunt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueū Dia-*

A *boli, & desideria multa, & nocua, quæ mergunt hominem in perditionē, & interitum; radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* quomodò verò radix & fons sit omnium malorum, indicat Chryf. ho. 17. contra auaritia mater producit, vt ex fructu arborē cognoscas: *nonne, inquit, diuitiarum gratia rapimus? inimicitias subimus: cõtentiones teximus? ad mortuos vsq; impias quidā extendere manus, ad parentes, ad fratres. Tolle pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt, conqueiuit bellū, cessauit pugna, hæses, inimicitia. quæ admodum furentes venti miscent maria, vel arena ipso è fundo excitata: ita cupidi omnia penitus miscēt. neminem, qui huiusmodi est, amicum nouit. quid amicum dicimus? ne ipsum quidem scit Deum. non aspicitis ferro accinctos prodire titanā? sunt illa signēta vesania: at, qui sunt huiusmodi, vera insania furunt. si nudam illorum animam videas non vno, sed mille inuenies præcinctam gladijs: nullum agnoscere, sed aquē furere in omnes, &c.*

B *Contra verò Christi paupertas his, & innumeris penè alijs nos expedit malis. Rursum securum quodammodo reddit hominem ab inimicorum infidijs. quod idem D. Chryso. ho. 13. in Acta Apost. docet: diues enim, inquit, nihil aliud esse videtur quàm ciuitas quedam absq; muris in agrò sita, & vndiq; insidiantibus exposita. paupertas verò è contrario securum præsidium est, & expugnatu difficilè. idemq; habet ho. 6. in epist. ad Titum c. 3. quemadmodum eos, qui nudi fugiunt aduersarium, nemo faciliè tenere potest: qui verò vestimentum post se trahit, eum quis faciliè apprehendit: eadem ratio: & diues, & pauper se habent, nam etiam si pauper capiatur, fugere facillimè potest. Diues verò etiam si non capiatur, suis tamen compedibus irretitur, curis innumeris, & cogitationibus obstructus.*

C *Ad hæc alio etiam nomine commendanda est paupertas, quia nos graui pondere exonerat, & nos ad ima deprimit, & à cælestibus arceat. Crates Thebanus, vt scribit Hiero. cõtrà Iouin. proiecto in mare nò paruo auri pondere: abite: dixit, pessum mala cupiditates, ego vos mergā, ne ipse mergar à vobis. miratur Aug. Pf. 51. cū nostrū qui libet naufragium fugiat, sit tamen qui diuitiarum pondus complectatur; naufragium, inquit, fugus, & plumbum amplecteris? & D. Hiero. ad Exuperantium; proijce, inquit, sarcinam seculi, ne quæras diuitias, quæ camelorum prauitatibus comparantur. nudus, & leuis ad cælum euola, ne alas virtutum tuarum, auri deprimat pondera.*

D *Nec verò dubitandū est diuitias onerare, nā si aliud non haberent, fatis essent ad onerandū curæ, labores, sollicitudines, quas secum aduehant. Prosperū l. i. de vita contemplatiua c. 13. audi: quæ propter, inquit, ei qui militat Deo fugienda sunt ex toto corde diuitia, quas qui habent sine labore non querunt, sine difficultate non inueniunt, sine cura non seruant, sine noxia delectatione nò possidēt, sine dolore non perdunt. Quarè pareamus Augult. monenti l. de verb. Dom. ser. 25. patrimonij tui, quo es ligatus, cõpedem in hac vita resoluē, vt liber ad cælum possis ascendere. abijce abs te diuitiarum onera: abijce vincula voluntaria.*

Rursum aliud etiam bonū secum affert paupertas, præbet. n. vberē segetem, ac materiã ad bona multa præstanda; quod sic præclarè docet

6.

Opulentia
periculosa,
paupertas
secura.

7.

8.
Diuitia
nerosa.

9.

Theod. ser. 6. de prouidentia : diuitias simul & paupertatem tāquam materiam quādam, vel instrumenta à rerum opifice nobis proposita, & oblata esse dicimus; homines verò, ceu fabros quosdam per hæc, aut virtutis simulacrum effingere, aut malitia statuā sculperè. Ceterū per diuitias vix aliquis paucula virtutis quadam membra eleganter exsculpet; multi verò paupertate aduti omnia simul fabricare possent. sic præclare Theod. quibus & pluribus etiam alijs tanquā clarissimis argumentis docet, paupertatem diuitijs ad perfectionem consequendam esse longè aptius instrumentum, vt non sit verendum nobis cum Christo Domino pauperes beatos appellare.

His omnibus accedit ad paupertatis cōmendationē, quod cū diuitiæ inexplebilē quadam caducarū rerū sitim excitēt potius, quā expleāt, rerū verò cęlestiū tollāt vt plurimū; paupertas suauē quandā cęstīū bonorū sitim, hoc est, desiderīū accendit, & inflammat. rectē .n. ad pauperē illud Iobi c. 39. 6. applicare possumus : *tabernacula eius in terra salsuginis* : Etenim si SS. virorū qui fluxa cōtemnunt, & ad cęlestia anhelant, habitationē in terra salsuginis esse dicam⁹, id est, in paupertate, nihil absurdi dixerimus. quod sapiētissimus Greg. simul & sanctissimus in eum locū Iobi sic tradit, *salsugo accendere sitim solet. & quia sancti viri quādiu in huius vite tabernaculis degunt, ad supernam patriam desiderij sui quotidianis astibus accenduntur, in terra salsuginis tabernacula habere perhibentur.*

Coruo similem proindē dixerim diuitē, qui vt ille ait; *immoritur studijs, & amore senescit habendi*; de coruo .n. sic legimus Gen. 8. 7. coruus egrediebatur, & non reuertebatur; qui .n. diuitijs inhæret, à Deo quidē egressus est per creationem, sed non ad illum reuertitur, quia in rebus istis caducis, veluti in cadauerū putoribus, & stercore conuiescit, neque vllō cęlestium bonorum sensū tangitur. è cōtrario verò pauperem cum columba rectē contulerim, quæ egressa de arca, cū non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcā, & c. extēditq; manū suā, & apprehensam intulit in arcā: v. 9. etenim pauper nō in his fallacibus, & fluxis bonis spes suas collocat, sed eō reuertitur vndē & est. i. ad Christū Dominū, in quo tanquam in arca sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, qui ad se venientem obuijs vlnis, & expansis brachijs vltro excipit, & tandem in regnum cęlorum inducit, quod pauperū fanē esse dicitur; *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cęlorū*, diuitū verò quorū pedes requiescunt in cadaueribus, & osibus mortuorū, dum hinc migrāt, rebus omnibus quas amauerunt spoliati, nō in arcam reuertuntur, sed ad inferna descendunt. ita accidit illi, vt est apud Luc. 12. 19. qui multis bonis terrenis auctus post lōgum laborem sic cogitabat animæ suæ dicens : *Anima habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare.* sic ille cogitabat stultē, sed quia in incerto diuitiarum pedem .i. affectum fixerat mox quā fallaces fuerint eius spes, rei declarauit euentus. audiuit enim sibi à Deo dici; *stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, qua autem parasti cuius erunt?* v. 20.

Sed neq; decus illud de paupertatis laudibus detrahendū est, quod dum hominē rebus istis

A inferioribus priuat, nudumque quodammodò efficit illum, interim verè diuitē in Deū facit, loco .n. luti, quod plenis manibus tenebat, tradit aurū, & gemmas pretiosas. hoc est, loco bonorum vilium, & abiectorum, implet pauperem mundi cōtemptorem cęlestibus diuitijs. quid .n. sunt ista bona si cum cęlestibus comparentur? si lutum dixeris respectu auri, parum dixeris, multo .n. præstantiora sunt, quā vt vlla earum rerum, quæ hic sunt, comparatione, exprimi possint: candore lucentis margaritę attraheris? cogita maris esse aquam, & in eius finibus antē iacuisse deiectam. rapit animum auri fulgor, & nitor argenti? cogita terram, & cinerem fuisse prius, & modò esse: placet pretiosa ac serica vestis? at vermium ille cōtextus est. denique si per singula curras, quæ apud nos sunt, nihil te aliud habere in manibus intellige cū illa tenueris, quā vile lutū. vt verissimū sit illud q̄ paulò antē dicebā, nihil horū cū cęlestibus cōferri posse. Excedit .n. illa rerū maiestas, illa amplitudo, illa gloria, regnū illud cęlorū, quod pauperi promittitur, omnem hanc vmbatīlē potius, quā verā pulchritudinē, vtilissima est igitur iactura terrenarum rerum, & earū despicientia pro paupertate, quæ facit, vt cū æternis opibus, has mox perituras, cōmutes.

Verū illud iterū atq; iterū animaduertendum est, regnum cęlorum rapiendum esse, rapientem verò expeditum esse oportet, & vacuas harum rerum manus afferre, quod eleganter Chrysof. vt solet, hom. 53 in Ioan. declarat. *bonum est rapere*, inquit, *non ea, qua pereunt, sed regnum cęlorum, &c. Rapiamus ergò regnum cęlorum: que rapina non crimini, sed laudi datur, &c. dic quasi, plumbo tibi, & auro proposito, quid potius raperes, nonne aurum, &c. & quomodo poterit quis rapere? inquis. disperge qua habes. quousque enim seruas illa, rapere nō poteris. propone tibi hominem plenis argento manibus quoad id tenuerit, numquid aurum rapere poterit, nisi prius id projiciat, & expeditus relinquat? rapientem benè expeditum esse oportet, ne quid eum impediatur. Sc præclare Chrysof.*

Vberima terra est paupertas, quæ cum fenore reddit quod seminatum est; in qua si fementem feceris, certus esse debeas, quod centuplicato fructu mēsurus sis, quod seminasti, centuplicato, inquit, Hieronymus epist. 26. ad Pammachium, *fenore Christi promissa redduntur: in tali Isaac quondam agro seuerat, sic enim de Isaac legimus Gen. 26. 12. seuit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum.*

D Felix & fructuosa negotiatio est, quam pauperes exercent, qua vilia tua vendis, vt Christum emas. quod Nazianzenus vno carmine complexus est.

Felix qui Christum fortunis omnibus emit. & Aug. serm. vlt de diuersis, quid est, ait, gloriosus homini, quā sua vendere, & Christum emere?

In baculo suo transiuit Iordanem Iacob, & cum duabus turmis regressus est, non sine magno rerum suarum prouentu; & pauper contemptis omnibus, solo crucis baculo innixus, instar peregrini, præsentis vitæ iter emensus, ad extremum diem iudicij cum duabus regreditur turmis, animi videlicet, & corporis beatitudine diues, & latus. Verū quia longius progressa est digressio hæc de paupertate, reli-

10.
Paupertas rerum cęlestium sitim accendit.

11.
Diues coruo similis.

12.
Paupertas Deo diuitem facit.

13.
Pauper regno cęlorū rapiendo opem.

14.
Paupertas terra vberissima.

15.
Pauperum fructuosa negotiatio.

16.

te, reliquas duas beatitudines Lucæ in sequentem reijciemus.

DIGRESSIO V. MORALIS

In ver. 12. De esurie, & fletu: duabus reliquis Lucæ Beatitudinibus.

ESURIES, de qua hic Lucas, præsertim corporis intelligitur, sicut illa Matthæi est animi potius, qua de re dictum à nobis est superius cap. 4. Schol. num. 23. 24. & hoc cap. 8. num. 35. 36. & 39. de qua in primis notandum est illud, quod Augustin. habet sermone 77. de tempore, vbi agit de ieiunio, & esurie Christi: arbitror, inquit, hanc causam esse ieiunij, vt quia primus Adam in paradiso constitutus per intemperantiam gula gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam CHRISTVS per abstinentiam repararet. & quia contra mandatum Dei gustans de interdita arbore, peccatum mortis inciderat: nunc secundum mandatum Domini ieiunans, vitam iustitiæ mereretur, hoc enim egit saluator, vt eisdem vestigijs, quibus admissa fuerant delicta purgentur, hoc est, quia homo manducando, deliquerat, corrigat abstinando, vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim non nisi intemperantia prouocante Euam cognouit, quamdiu enim in illis mansit temperata parcitas, mansit & impolluta virginitas: & quamdiu ieiunarunt ab interditijs epulis, tandem & à pudendis ieiunarunt peccatis. fames enim amica virginitatis est, inimica lasciuie; saturitas verò castitatem prodit, nutrit illecebram. quibus constat ad perfectionem referre plurimum esuriam.

Et quamuis sancti Dei homines fame hic conficiantur corporis propter Christum, saginantur tamen à Deo cælestibus illis, & melioribus delicijs: certissimum enim illud, ac stabilissimum semper erit, quòd Psalm. 22. 5. affirmat Dauid cum Deo loquens: parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me; certissimum etiam illud Psal. eodem ver. primo, Dominus regit me, & nihil mihi deerit (quod Hieronymus vertit, Dominus pastor meus) in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit (Hieronym. animam meam refecit) est autem tanta ac tam suaui Christi refectio, vt meritò exclamare possimus cum eodem Propheta; quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te? ad quam dulcedinem inuitat nos Dominus Matthæi II. venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; & Matth. 22. Eccè prandium meum parauit, tauri mei, & altitia occisa sunt, & omnia parata; venite ad nuptias.

Aliter etiam pascit suos esurientes Dominus, nimirum augustissimæ Eucharistiæ pane, qui propter ipsum esurientibus in primis proponitur in altari, tanquam in coronata, ac regali mensa, cuius figura ac typus quidam erant coronatæ mensæ illæ templi Salomonis. regibus enim paratur hæc mensa, & panis, qui in ea proponitur: pinguis est namque pa-

nis Christi, & præbebit delicias regibus, & hic sanè panis, propolitionis, seu facierum rectius dicitur, quàm ille olim templi. quotidie enim ante faciem æterni Patris à Christi sacerdotibus non sine thure, & sale offertur; hoc est, nõ sine thure orationis, & sale Euangelicæ doctrinæ; nam cum his duobus constat Missæ sacrificium coniungi. panis hic Sanctus est, non laicus, 1. Reg. 21. 4. sic enim accedentes monet Christi sacerdos, aduersus omnem hæreticorum impietatem: non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum.

Nihil hic ego de cælestis gloriæ beatitudine loquar, qua tanquam suauißimo pane, & dulcissimo potu satiantur quicumque hic esurierunt propter Christum. satiabor, inquit ille, cum apparuerit gloria tua, & torrente voluptatis tua potabis eos. cum ergò & cælesti consolatione in hac vita, & sanctissimo Christi corpore, & in altera æterna beatitate satientur, qui propter Christum, & iustitiam esuriunt, & sitiunt, quis vnquam explicare satis poterit, quanta sit hominum illorum infania, qui nihil aliud curant, quàm ventrem terrenis his sibi implere? cum tamen Prouerbior. 23. 3. scriptum sit; ne desideres de cibis eius (id est, mundi) in quo est panis mendacijs; porro mendacijs panem vocat scriptura, qui famem quidem pellere posse videtur: sed nequaquam id præstat quod in speciem pollicetur. sic ille prodigus tandem fassus est, quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor? qui etiam cupiebat de siliquis implere ventrem, nec poterat, cum tamen de his, qui à Christo pascuntur, scriptum sit: manducauerunt & saturati sunt. & hæc de esurie, sequitur luctus.

Salomon Ecclesiast. 7. 5. cor sapientium, inquit, vbi tristitia est, & cor stultorum vbi latitia; quo discrimine apertè docet, sanctos DEI homines cælesti sapientia illustratos luctui tanquam rei, valdè ad salutem necessariæ tradere se potius, & pijs lacrymis: cum contra mundani homines cælestis sapientiæ expertes gaudium & voluptatem amplectantur, tantum quæ carni sunt, & corpori amica sectantes. Quare Sanctorum nullus est, qui illud Eccles. 2. 2. non vsurpet, & subindè tanquam rem Christiano valdè necessariam non inculcet; risum reputaui errorem: & gaudium dixi, quid frustra deciperis; errori enim, & insigni demetiæ tribuendum putant sancti; si quis lacrymis, ac luctui præsentis vitæ gaudia præferat. & hinc est, quod gaudio (per prosopopæiam) ad illud conuersi, dicunt quid frustra deciperis? quasi dicant, erras o gaudium, & inigniter deciperis, dum nobis persuadere te posse confidis, vt à lacrymis abstinentes, nos tibi fidem adhibeamus. quamuis non ignoremus serena te facie & læta fronte conari mortales ad te allicere. vel sensus est; gaudium dixi; quid frustra deciperis? erras sanè o gaudium, & vehementer erras, dum polliceris posse te animi hominis pacatum, & contentum reddere, cum id minimè valeas præstare. nisi malis cum Lyrano dicere; quid frustra deciperis? hoc est, egregiè falleris, dum censeres verã felicitatè in delicijs esse sitã. Cum igitur sancti Dei

3. Post hanc autem vitam æterna beatitudine.

4. Sapientes luctum, stulti voluptatè quarunt.

1.

Ieiunij causa.

2.

Ieiunij ventre saginantur mente spiritualibus delicijs.

Et SS. Eucharistiæ Sacramento.

D

homines longè antepoſant gaudio fletum, ſatis indicat rem planè neceſſariam eſſe fletum, eoſque decipi, qui in aliam abiere ſententiam, vano ſe gaudio tradentes, & in magno proinde ſalutis periculo verſari.

5. *acrymarum & vili.*
 Quare meritò Laurentius Iuſtinianus ligni Vitæ, cap. 9. eandem cum Sanctis ſententiam ſecutus exclamat: *ô lacryma humilis, tua eſt potentia, tuum Regnum; tribunal Iudicis non vereris; amicorum tuorum accuſatoribus ſilentium imponis; non eſt qui te ad Deum accedere vetet; ſi ſola intres vacua non redibis. quid plura? vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium Virginis, aperis calum, fugas Diabolum.*

6. *arum d. ex cauſa.*
 Eſt autem duplex Sanctis non inſolens, ſed amica lacrymarum, ac gemituû ratio vel cauſa. nam quidam eſt cæleſtis lacrymarû imber ab oculis decidens, & animæ noſtræ terrâ ſcœcundans, qui proficiſcitur ex attenda miſeriæ noſtræ, & peccatorum conſideratione. Eſt & alter ſecum aduehens animi ſerenitatē, & lætitiâ, qui naſcitur ex deſiderio Dei, aut ex Chriſti recordatione manat, vel beatæ vitæ Contemplatione. hæc duo lacrymarum genera duplici illo irriguo, quod filia Caleb magno ſtudio à patre poſtulauit, ſignificata eſſe Greg. l. 3. dial. c. 34. & l. 6. regiſtri, ep. 23. obſeruauit. ſic. n. Iofu. 15. 18. legimus: *ſuſpirauit Axa, cui Caleb quid habes? inquit: at illa reſpōdit, da mihi benedictionem. terram australem, & arenam dedisti mihi, iunge & irriguam. dedit itaque ei Caleb irriguum ſuperiûs, & irriguum inferiûs. quo reſpiciens Gregor. irriguum, inquit, ſuperiûs accipit anima, cum ſeſe in lacrymis cæleſtis regni deſiderio affligit; irriguum verò inferiûs accipit, cum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit.*

7. *duplex num.*
 Idem duplex lacrymarum genus ex diluuiò, quod terræ orbem perdidit tempore Noë colligere non abſurdè poſſumus; illud enim ex aquis quidem ortum eſt, ſed quæ, qua ex cælo deciderunt, qua ex fonte abyſſi, magnæ ſupra terram emerſere. ſic enim Gen. 7. 11. memorie proditum eſt: *cataraçta cali aperta ſunt; Item paulò antè: & rupti ſunt fontes abyſſi magna. fanè rectè lacrymæ diluuiò ſimiles ſunt, quòd Gregor. alter Nazianzen. de Iuſtis verba faciens, cõfirmat, dum iuſtorum lacrymas; peccati diluuium, & mundi piamentum vocat. hoc non hominibus vitam aufert, ſed donat. quamuis hoſtibus, id eſt, peccatis necem inferat, & ardentibus inferni flâmas extinguat; animæ verò terram lætam, & vberem reddat: hoc igitur diluuium lacrymarum, quæ ex cælo eſt, id eſt, cæleſtium deſiderio, qua ex abyſſo, hoc eſt, ex tartari horrore, & peccatorum meditatione oritur.*

8. Quæ verò lacrymæ ad primum, quæ uè ad alterum genus ſpectent, non eſt difficile cognoscere, ſi ſingulas conſideremus lacrymandi cauſas. ad primum ergò lacrymarû genus, hoc eſt, ad irriguum inferiûs pertinent primum illæ, quæ ex dolore peccatorum, & vehementi cordis cõpunctione naſcuntur; quòd genus lacrymæ fuerunt Mariæ Magdalenæ, cum tantâ earû vim effudit, vt ſatis fuerint ad irrigandos Chriſti Domini pedes. tales fuerûnt & D. Petri cum nimio mortis timore perterritus Chriſtû Dominum abnegauit: moxque egreſſus foras

A fleuit amarè. ſic & Dauid ex vehementi ſenſu adulterij, & homicidij, quæ commiſerat, lacrymis ſuis ſtratam ſuum rigabat.

De his ſic Bern. ſer. 16. in Cant. vt pauco, inquit, *Gehensam; contremiſco à dentibus beſtia infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad eſcam; horreo vermè rodentem. & ignè torrentè, fumû, & vaporem. & ſulphur, & ſpiritu procellarû. horreo tenebras exteriores. quis dabit capiti meo aquam, & oculus meû fontem lacrymarum, vt præueniam fletibus fletum & ſtridorè dentiû.* ſic plorabat Vir Sanctus vitæ peccata, quæ cõmiſiſſe ſe timebat, atque adeò pœnas, quæ iuſto Dei iudicio peccatores manent. Bone DEVS, toto iſte corpore cohorret, qui fortè nihil vnquã commiſerat, quòd æternas pœnas mereretur: & ego infelix peccator, qui toties Deum meum grauiter offendi, tam multa peccaui, ſecurus ſterto, nec quæ me manent pœnas deploro.

B Eodem pertinet fletus ille qui aſſumitur ex offentiſ, & iniuriis quæ Deo irrogantur, ex eiſdem Dei, & proximi amore manantes; ſic Paulus Corinthium illum inceſtuofum adeò deſleuit, vt ſcribat; *ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas* 2. Corinth. 2. 4. & ad Philipp. 3. *nunc & flens dico, inimicos crucis Chriſti.* Huc referuntur gementes illi de quibus Ezech. 9. 4. ſcriptû eſt, *ſigna Thru ſuper frontes virorum genientium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ ſunt in medio eius, id eſt, Hieruſalem.*

C Eodem reuocantur, & illæ lacrymæ, quas Chriſtus fudit ex cõmiſeratione malorû, quæ immincbant Ieroſolymitanæ vrbi; cum videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicens: *quia ſi cognouiſſes & tu. itemq; ad viuos reuocaturus Lazarum, lacrymatus eſt Mariam flentè miſeratus, & Iudæos vnâ collacrymantes. ſic fleuit & Iob, vt ipſe c. 30. 25. teſtatur: flebam quondam ſuper eo, qui afflictuſ erat, & compatiēbatur anima mea pauperi. ſic Dauid 1. Reg. 30. 4. cum viris ſuis, cum veniſſet ad ciuitatem Siceleg, & inueniſſet eam ſuccenſam igni, & vxores, & filias ductas eſſe captiuas: leuauerunt, inquit ſcriptura, Dauid & populus qui erat cum eo voces ſuas, & plaxerunt donec deſicerent in eis lacrymæ; vel vt hebraicè habetur, *planxerunt donec nõ eſſet in eis robur ad ſlendum* ſic plangit omnis ſanctus Dei, cum mala aliorum grauia conſiderat, ex miſericordiæ, & cõmiſerationis viſceribus dicens cum Jerem. Threno. 3. 48. *diuiſiones aquarum dedit oculis noſtri in contritione filie populi mei.**

D Eſt & aliud ſaluberrimum genus flendi, cum ex Chriſti Domini noſtri cruciatuum, & mortis cogitatione vbertim dulces, & piæ lacrymæ ex oculis cadunt. ſicut Zach. 12. 10. prædictum eſt; *& effundam ſuper donum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum: & aſpicient ad me quem conſixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum, & dolent ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti; qui locus, licet à quibuſdam exponatur de pœna infidelium Iudæorum, & ſit ſenſus; cum venero ad iudicium videbunt me, quem oderunt, cuius etiam latus per militem, lancea confoderunt, hoc enim eſt, & aſpicient in me, quem conſixerunt ex Apocalyp. primo, & ex pluribus interpretibus; rectè tamen ab aliis*

ad rem,

9. *Quædam oritur ex metu inferni.*

Quædam vero ex peccatis.

10. *Alia ex cõmiſeratione.*

11. *Alia verò ex conſideratione paſſionis Chriſti.*

ad rem, de qua agimus, detorquetur, non exclusâ priori interpretatione; & propterea quoniam id magnum Dei donum est, pollicetur Deus daturû se copiosè Ecclesiæ suæ spiritum Sanctum, spiritum gratiæ & precum, id est, orationis, vt possit sponsi sui Christi sacratissimos cruciatus, opprobria, vulnera, atrocissimam mortem, vbertim manantibus lachrymis deflere.

Deniq; ad hoc idem irriguum inferius referendæ sunt lachrymæ illæ, quibus deploramus vitæ nostræ miseria, & calamitates, quas tanquam in valle lacrymarum positi subindè patimur. hinc enim fit, vt initio natura ipsa quasi magistra non sine lachrymis, & eiulatu magno in hanc lucem edamur. hinc est vt in eiudem etiâ egressu plangamus. quòd si principium & vitæ finis plena sunt lachrymis, & eiulatu, erit in vitæ medio ridendum? hinc rectè Theodor. Psal. 83. *presens*, inquit, *vita lacrymarum vallis est, in qua Adam in sudore vultus pane vescitur.*

Sed præter has, quas numerauimus, lacrymas ad irriguum inferius spectantes; sunt aliæ secundi generis non minus piæ, quæ ad irriguum superius pertinent; quando nimirum ex ardenti in Deum dilectione; quâdo ex futuræ beatitudinis contemplatione; quando ex Christi Domini nostri amore, recordatione, & vehementer optatæ cum eo coniunctionis desiderio, suauissimus ex oculis imber defluit lacrymarum.

Hoc autem est cum hoc utroq; lacrymarum genere coniunctû, q̄ maximâ cõsequatur illas animi serenitas, & ingens cordis lætitia mox fletû excipiat. Vt enim rectè obseruat Chrysol. hõ. 6. in Matt. *sicut post vehementes imbres mudus aer ac purus efficitur: ita etiam lacrymarum pluuia serenitas mentis sequitur, atq; tranquillitas;* quod indicat scriptura I. Reg. 1. 18. dũ de Anna loquitur, effusa enim magna vi lacrymarum, cùm se Deo voto astrinxisset, *vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati*, hoc est, consecuta post lacrymas tranquillitatem, stabile per illam gaudium adepta est, nullo amplius mœrore vultum mutante, ita vt tristem faciem in posterum non præ se ferret. Etenim *secundum multitudinem dolorum meorû*, inquit vnus ex his, qui multas passim lacrymas effunderat propter Deum, *in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Psal. 93. vt verissimum sit illud breue dictum Euthymij, Matt. 5. habere luctum *repensum sibi gaudium.* sed præter hunc in præsentī vita diuinæ consolationis sensum, aliud multò præstantissimum sempiternæ vitæ gaudium lugentes sequitur. Etenim *qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.*

Cæterum cùm tam multæ & variæ sint lacrymarum Sanctarum vtilitates, tam præclara enomia, desiderabit fortè quispiam scire, atque intelligere, vndè nam, vel à quo obtinendum sit tam eximium beneficium? in prõptu est responsio, neq; enim difficilis est quæstionis huius inuelligatio. donum Dei lacrymæ sunt: ergò à Deo summis votis postulandæ sunt. *Axa*, ait Gregor. *suspirans à Patre terram irriguam petit: quia à Creatore nostro cum magno desiderio querenda est lacrymarum gratia.* dic ergò

A suspirans ac gemens præstanti beneficii desiderio, contende quantum potes non tam voce, quàm mente, non tam clamoribus, quàm humili prece; vrge non incerta, sed fiducia stabili; dic Deo cum Propheta: *anima mea sicut terra sine aqua tibi*; dic vt effundat super te Dominus spiritum gratiæ, & precum, vt aspicias in quem confixerunt, & plangas peccata tua, pro quibus abolendis **D O M I N V S I E S V S** tam innumera tormentorum genera pati dignatus est; pete vt præter hoc inferius irriguum, alterum merearis accipere, hoc est, lacrymas præ desiderio cælestis patriæ, & diuini amoris suauitate manentes: nec dubium quin obtenturus sis.

B Hoc est donum illud quod tanto desiderio postulabat Augustin. cuius verba, quia orationem continent satis efficacem ad obtinendum donum lacrymarum, si ad Deum ex animo fundatur, non grauabor hic referre: ait ergò; *da mihi Domine irriguum superius, & irriguum inferius, vt sint mihi lacryma mea panis die, ac nocte. presta mihi hanc gratiam propter te, & propter nomen tuum, vt quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, de te confero, toties obortis lacrymis in conspectu tuo copiosè, & dulciter fleam, ita vt efficiantur mihi lacryma mea panis die, ac nocte. Rogo te bone I E S V per omnes miserationes tuas, quibus nobis perditu mirabiliter subuenire dignatus es; da mihi gratiam lacrymarum, quam multum desiderat, & appetit anima mea, qua sine dono non possum habere eam, sed per Spiritum S. tuum, qui dura corda peccatorum mollit, & ad sletum compungit.* hæc tennus August.

C Quoniam igitur hucusque ostendimus primum lacrymarû necessitatè; deindè etiâ duo earum genera esse, ad quæ multiplices flendi causæ reuocantur; postea vero quæ illas serenitas consequatur; denique breuiter indicaui- mus à quo petendæ sint. Restat nunc, vt quales esse debeant, paucis ostendamus. debet. n. lacrymarû imber fructuosus esse. nam nisi illum imitetur imbrè, quo cælum irrigat terrâ, inutilis est. propterea. n. tantoperè utilis est, & expetita pluuia de cælo, vt terra nostra ea irrigata proferat fructus suos; quod si non efficeret, res planè inutilis, ac tristis potius haberetur. eodè modo sentiendû est de spirituali pluuia lacrymarû. nam si fructû non affert. i. nisi ita terrâ cordis nostri irriget ac fecundet, vt fructû afferat tẽpore suo patientiæ, humilitatis, mansuetudinis, caritatis, prauos animi motus comprimat, & ad Christû Dñm perfectius imitandû iuuet; nequaquã in ea acquiescendû est. nec putet quispiã officio suo satisfecisse, sibiq; proindè placeat, q̄ inter meditandû, legendû, orandû, dulciter lacrymas fundat, hoc solo contentus, sed conetur potius, vt cælesti hac pluuia irrigatus, opera Deo grata producat.

D Quare non sine causa Dauid Psal. 125. 5. de lacrymis sic cecinit: *qui seminant in lacrymis in exultatione metent*; neq; .n. dixit, *qui seminãt lacrymas in exultatione metent*; quia aliud sunt lacrymæ, aliud sementis, sicut aliud est pluuia de cælo; aliud semen, non ergo lacrymæ ipsæ semen sunt, sed salutaris quidam imber semen spargenti necessarius. vt si quis non iacto

femine

12.
Et nostra
miseria.13.
Quædam etiam
ex desiderio vite
future.

14.

15.

Vnde et
quomodo ob-
tinendû do-
num lacry-
marum.

16.

S. Augustinus
desiderium
fundendû
lacrymas.

17.

Quales de-
beant esse la-
cryma.

NOTA.

18.

Lacryma
imber sunt.

femine, nec fatis arboribus vllis, pluuiam sola contentus sit, non ille triticum, non terræ fruges, non vllorum arborum fructus colligeret. Ita lacrymarum imber, nulla facta semine, prorsus inutilis, ac infructuosus est.

19. Seminemus ergò in lacrymis quæ bonorum operum sationi profint. alioqui valdè verendum est, ne nobis plus illæ damni afferant, quàm vtilitatis; vt. n. ait Apost. ad Hebr. 6. 7. *terra sapè veniens em super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo. proferens autem spinas, ac tribulos reprobata est, & maledicto proxima; cuius consummatio in combustionem; vbi Apostolus ei terræ minatur, quæ affluente de cælo imbre fructuosa non est; & neque fruges, neque vtilem herbam fert, sed spinas, sed tribulos, & cætera huiusmodi, quæ terram occupant. hanc verò vocat diuinus Apostolus reprobam, & combustioni proximam. hæc igitur prima sit lacrymarum proprietas.*

20. Sed altera quoque est non minus necessaria, vt qui plorat, piè, & sanctè ploret, hoc est, vt vno verbo dicam, propter Deum ploret. nam quæ maior stultitia excogitari potest, quàm si quis agricola, vel rusticus non vtile aliquod semen spargeret in terram, magno labore à se excultam, sed paleas, & huiusmodi alia noxia potiùs; optaretque; proindè pluuiam. huic similes sunt, qui lacrymis abutuntur ad turpes voluptates assequendas, ad falsam religionem dissimulandam, ad conseruandam, fouendamque; prauorum hominum consuetudinem, & ad inflectenda aliorum pectora ad peccatum; cuiusmodi sunt lacrymæ falsè amantium meretricum, quibus turpes amicos multis lacrymis ita de mente, ac sanitate deturbant, vt discedere ab illis nequaquam posse videantur. hi porrò omnes, & ijs similes ad irrigandas paleas, vel noxias herbas lacrymis vtuntur. nam quid aliud rogo est caro, eiusque; amores, quàm palea, & scænum? verè enim dixit Isai. 40. cap. *omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni.*

Quomodo plorandum.

Meretricum lacryma.

21. Crocodili lacryma.

Has sanè si Crocodili lacrymas dixeris, nõ vtique; errabis. solet Crocodilus vbi hominem interfecit, ac reliqua ferè corporis membra vorauit ad caput accedere, ac supra illud vberim flere, quasi poenitens facti, vehementer indoleat neci datum esse à se hominem, & qui naturam huius animalis non benè tenent, ita planè arbitrantur. verum nihil minus; nam qui de conditionibus, & naturis animalium philosophantur, affirmant vehementer appetere Crocodilum, quæ intra cranium, atque ossa capitis continentur, quibus cum præ ossium duritie posse se nequaquam frui videat, naturæ quodam instinctu, copioso fletu irrigat. habeat enim vim quandam molliendi duritiam illam; qua superata fit, vt auidè cibatu illo vesci possit, quo tantoperè delectatur. his similes sentio meretricum earum lacrymas, quæ in peccatis suos amantes diutius detinere volunt. quid aliud enim efficit ille ploratus alicuius mulierculæ, quæ semel occidit hominem peccato consentientem, quam, quo diutius in peccato detineat, extinguere, & emollire virilis pectoris, robur, vt tandem pe-

A nitus, tanquam vorax Carybdis, perdat, atque absumat hominem fictis lacrymis victum.

Sint igitur lacrymæ propter Deum, & (quod idem est) propter solida virtutum opera, quæ sola Deo digna sunt, & grata. cor enim contritum, & humiliatum DEVS non despiciet. Legere me aliquando memini, visum esse Christum cuidam Religioso viro, qui clauso super se ostio intra cubiculum suum positus præteritæ vitæ scelera multis lacrymis abluebat; videbatur sibi iste cernere Dominum suum, manu aureum calicem gestantem, non alia re, quàm solis, vt postea audiuit, lacrymis plenum.

B Tum poscenti causam, respondisse aiunt Christum, in eo calice, tanquam rem sibi gratissimam, conseruasse Mariæ lacrymas, vt intelligerent peccatores, quanto perè sibi placeant. Vt non mirum sit si Vates ille dicat Deo Psalm. 55. 9. *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, utique; tanquam præciolisimum thesaurum illas & asseruat, & tanquam rem gratissimam ob oculos semper habet, vt solemus quibus delectamur, vel quos diligimus in oculis habere.*

C Tali lacrymarum imbre abundabat Dauid, cum vberim lacrymans de se ipse testatur, Psalm. 41. 4. 5. *fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus, hac recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque in domum Dei. quasi dicat, pro panibus & cibis fuerunt mihi lacrymæ meæ, dum mihi obiicitur ab hostibus meis quotidie, vbi est Deus tuus, de quo te iactabas; cum diceres, non timebo mala, quoniam tu mecum es? Ecce qualiter tecum non est, nam alioqui te in exilio tandiu non desereret. quibus ego tantis in angoribus positus, non aliter respondebam, quàm vt animam per lacrymam quasi ab oculis effunderem, & de lacrymis quoddam flumen mihi pararem, quod pertingeret ad locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. quod si scisciteris quod quæso est hoc respondendi genus, obiicientibus vbi est Deus tuus? quomodo hoc ad rem facit? multum sanè diceret Dauid, nam per lacrymarum flumen tanquam prospera nauigatione vsus ad Deum meum peruenire, me posse confido, eò enim perducant lacrymæ; etenim ad Deum ascendunt, ad quem si peruenero, omnis illicè cessabit meror, & copiosa affluat lætitia, quam nullus à me amplius tollere poterit.*

D Postremò, vt finem huic Digressioni imponamus, tertiam aliam proprietatem tribui lacrymis animaduerto in Scripturis. nam Ecclesiast. 35. 17. sic legimus: *non despiciet Deus preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus. nonnè lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt vsque ad calum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. vbi tribuit Spiritus Sanctus lacrymis eorum, qui à potentioribus opprimuntur, nempè pauperum, pupillorum, viduarum, quorum peculiarem curam sibi Dominus DEVS assumpsit, tacitam quandam loquelam, quam benè Deus agnoscat;*

22. Lacryma propter Deum.

Vt in Religioso viro, qui clauso super se ostio intra cubiculum suum positus præteritæ vitæ scelera multis lacrymis abluebat.

23. Lacryma David.

24. Lacryma loquelam habens.

& verò

& verò licet descendat per maxillas lachrymæ, ad Deum tamen velocissimè ascendunt: & iram à Deo, & ultionem in caput opprimētium prouocāt. in quo dissimilis est lacrymarum imber naturali pluuiæ. neq; enim pluuiadum fit, in sublime attollitur; at mistæ cū gemitu lacrymæ, quamuis descendere videantur in flentis sinum, atque adeò in terram cadere, simul tamen leuissimè ascendunt, non in cælum modò, sed cuncta penetrantes cælorum arcana, Dei ipsius thronum adeunt & sicut solares radij terræ vapores, qui prius deciderant, post pluuiam in altum euehunt; ita oppressorum lacrymas caritatis suæ calore elementissimus Deus excitat, & attollit ad se. Sanè in hoc conuenit vterque imber lacrymarum, videlicet, & naturæ; quod quemadmodū vapores in altum à terra sublati coguntur in nubes, & tandem soluuntur in pluuiam, rursūq; in terram decidunt; ita lacrymæ, quæ prius in cælum ascenderunt, mox recidunt, nō contra afflictos, & ipsos præ angustis plorantes; sed contra deducentem eas, hoc est, contra eum qui sua crudelitate, & iniuria, & avaritia lacrymas illas excutit, ac defluere facit; & hoc est quòd ait Sapiens: *Exclamatio eius super deducentem eas*; lacrymæ etenim viduæ, & iniuste oppressorum, vehementes quidam clamores sunt, & veluti linguæ, per quas iusti in cælum exclamare dicuntur. Quare cauendum est ijs qui iustos contristant, & lædunt, ne in manus DEI viuientis incidant. qui dignas de illis pœnas exactissimè exposcet; experientur enim hi æternum, sine miseratione, iudicium.

CAPVT IX.

CENTVRIONIS
PVERVM A PARALYSI CVRAT.

A. 8. 5. C. 7. 1.

C. 7.



CVM autem impleisset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum.

2. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui illi erat pretiosus.

3. Et cum audisset de IESU, misit ad eum seniores Iudaorum, rogans eum, ut veniret, & saluaret seruum eius, A. dicens: Puer meus iacet in domo Paralyticus & male torquetur.

4. C. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei: quia dignus est, ut hoc illi praestes.

5. Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse adificauit nobis.

6. A. Et ait Iesus: ego veniam & curabo eum. (Et) C. ibat cum illis.

7. Et cum iam non longè esset à domo, mi-

A

sit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli vexari, non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres

8. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit.

10. Quo audito Iesus miratus est: & conuersus sequentibus se turbis, dixit: amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

11. A. Dico autem vobis quod multi, ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno calorum.

12. Filij autem regni eijicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.

13. Et dixit Iesus Centurioni: vade, & sicut credidisti, fiat tibi. & sanatus est puer in illa hora.

14. C. Et reuersi, qui missi fuerant domū, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

B

C

SCHOLIA.

C. I. **C**VM autem impleisset] cum plebi quidquid voluit liberè, inquit Lucas, dixisset, & ea omnia in aures plebis distillasset, quæ loqui voluit, & quidem stans in loco campestri, ingressus tandem Capharnaum, doctrinam miraculo confirmauit.

2. Centurionis] ex Eusebio, erat iste militibus Romanis præfectus.

Cuiusdam] quoniam multi erant Centuriones, propterea cuiusdam dixit Chrysostr. v. refert. E. man. in c. 8. Mat. n. 24. iste primus fructus ex gentib.

Seruus] Matth. puerum vocat, sed pueri in Scriptura etiam serui dicuntur: & Gr. *παις* vtrumque significat.

Erat moriturus] Ambros. scil. nisi fuisset sanatus à Christo, Interl. nisi fidei precantis Deum, & miserentis Christi pietate fuisset vitæ redditus. Sed cum græcè *ἔμμελλε παύσαι* habeatur, quod aliàs vertit, incipiebat mori, scil. agebat animam mortis proximus, non videtur esse sensus literæ ille D. Ambros. & Gloss. Interl.

Pretiosus]. i. in pretio habitus; alij carus, græcè *τιμω*, quòd rectius vertitur, in pretio habitus: plurimi namq; illum faciebat Centurio, non quidè ex avaritia, sed ex dilectione, & caritate. Itaq; vox græca, estimationem, non dilectionem significat. Verùm cū estimatione hæc sequuta fuerit ex caritate, & dilectione, idè consequenter dici potest etiā carus fuisse, & hoc etiā cōtineri voce pretiosi.

3. Et cum audisset de Iesu]. i. audiens Christū venisse Capharnaū, seq; indignū iudicans, q̄ gentilis esset, ut ad eū per se accederet, misit Seniores, & c.

Hinc soluitur obiectio, cui locum fecit Matth. cum scripsit Centurionem accessisse ad Iesum, cui occurrit August. lib. 2. de consen. Euang. c. 20. per alios accessisse, non per se. Glossa, diuina, inquit,

proui-

lacrymæ in
no imbri
suisimiles.

in quo etiā
miles.

1.

2.

3.

Centurionis
humilitas.

providentia factum est, vt mitterentur Seniores, eis-
que presentibus sanaretur seruus vt inexcusabiles
sint, si credere noluerint. Verum Chrysof. ait: ho-
mil. 27. in Matth. credibile esse, illum voluisse ire
ad Christum, sed retractum à Iudæis, promitten-
tibus se Christum ducturum. sed cum inferius di-
catur ver. 8. *propter quod & meipsum non sum arbi-
tratus, vt venirem ad te*, liquet, quod ipsemet ini-
tione noluerit ire, ex humilitate, & fide. vide nume-
rum 19.

4. *Rogans eum vt veniret*] quomodo vt veniret, si
cum non longè esset à Domo, misit qui dicerent:
*Domine, noli vexari, non enim sum dignus, vt sub te-
ctum meum intres*, quod ver. 7. habetur? Respon-
deo, ille quidem solum repræsentauerat serui ne-
cessitatem, vt ait Mat. *Domine puer meus iacet in
domo paralyticus*: hæc enim erat ægritudo, quam
Lucas non exprimit; At Iudæi qui misi fuerant
addiderunt, *vt veniret*, quod ille non dixe-
rat.

5.
Paralyticus
peccatoris
typus.

Paralyticus hic peccatorem significat, propter
sex istas condiciones, quæ illi inerant: erat puer,
seruus, iacebat paralyticus, malè torquebatur, &
secundùm Lucam, moriturus erat. Peccator, puer
est, nam ob momentanea perdit æterna; vsquequo
paruuli diligunt infantiam? Est seruus suarum cupi-
ditatum, mundi, carnis, Dæmonis, peccatis, vt
catena circumdatur. Tertio iacet in terra in coeno
voluptatum in peccatorum stercore, non respicit,
vt iustus cælum, sic enim de impiis dicitur Daniel.
13. *9. euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculo-
sus vt non viderent cælum, nec recordarentur iu-
dicatorum iustorum*. Quarto est paralyticus, nam,
vt inquit Aristot. incontinens similis est paraly-
tico, sentit enim peccator aliam legem in mem-
bris repugnantem legi mentis, ita vt non obediat
illi, sicut paralyticus membra nequit mouere &
& attollere. Est enim quasi immobilis, stupidus,
insensibilis circa ea quæ Dei sunt, & animæ salu-
tem. Quinto torquetur ob curas superfluas, super-
bia, impatientia, auaritia tanquam atrocissimis
tyrannis vexatur, acriusque conscientie stimulis
agitur. Denique similis est viro nefario, qui in
carcerem est coniectus, & ad vltimum supplicium
damnatus, moxque ad mortem rapiendus est. sed
non desperet peccator, nam pretiosus est Christo,
resipiscat, & sanabitur, & viuet.

4. *Solicite*] Gr. *σπουδαίως* studiosè, sedulo. quia
dignus est] vox, quia causalem sensuum continet.
Reddunt enim causam, cur quod obtinere con-
tendebant fieri deberet à Christo, vt scilicet ve-
niret, & sanaret. hoc enim significat illud hoc.

5. *Diligit enim*] cur dignus sit cui beneficium
hoc præstetur, causa prima est, quod diligeret Iu-
dæos, atque adeo erga illos dilectionis signa osten-
derat: hoc enim insinuat verbum, diligit nimirum
dilectionem effectu externo declaratam. Hac ipsa
ratione reddunt item causam, cur tam studiosè
pro eo ipsi rogent Christum.

6.
Centurio
Ethnicus.

Gentem nostram] his indicant gentilem fuisse
Centurionem, non Iudæum; quod tamen Hilar.
sensit, dum ait: *non erat tribunus iste de gentibus, &
quomodo in Israel fides talis non est reperia, cum qui
crederet esset Israelita?* nomine tribuni Centurio-
nem intelligit. At Ethnicum fuisse hæc verba o-
stendunt; *diligit gentem nostram*, quasi ipse alte-
rius esset gentis; simulque eadem verba ostendunt
Christum secundùm carnem Iudæum fuisse. Idem
ostendunt alia illa verba, *multi* (gentiles huic si-
miles) *ab Oriente & Occidente venient, & recum-
bent, &c. filij autem regni*, id est, Iudæi, *ejicientur*,
& æt. Itemque illa *non inueni tantam fidem in Is-
rael*, id est, inter Iudæos, quantam in hoc Eth-
nico.

A *Synagogam ipse edificauit*] id est, suis sumpti-
bus ædificari fecit; est autem hæc altera causa, cur
dignus sit Centurio, cui conferatur beneficium
eiusmodi. Ostendit enim se ædificando Synago-
gam, non modò in Iudæos benè affectum, sed reli-
giosum etiam & pium erga Deum Israel. Chry-
sof. homil. 27. in Matth. de Senioribus istis sic scri-
bit: *vides singularem Iudæorum dementiam; dicunt
enim dignum esse cui gratiam tribuat. nam cum ma-
gis ad humilitatem, facilitatemque, Iesu confugere de-
berent, dignitatem Centurionis proferunt; nec ipsi
tamen vnde ostendenda esset scientes; dignum esse
dicentes, nec quare dignus esset proficientes*. sic
Chrysof. nec mirum id, quia agebant cum Chri-
sto more humano, ac si purus esset homo, idè ad
hæc humana, & minora argumenta confu-
giunt.

B 6. A. *Ego veniam & curabo eum*] Christus pot-
tius Centurionis fidem, quàm Seniorum argumè-
ta respiciens, statim assensum præbuit postulatio-
ni. Petierant illi, vt veniret, & sanaret. Respon-
det, *ego veniam & curabo*. Quo dicto profectus est
cum illis: sic enim ait Lucas: *Iesus autem ibat cum
illis*.

Ambros. inquit, poterat absens curare, sed for-
mam humilitatis dare voluit. Ad reguli filium no-
luit ire *ne videretur magis diuitiis detulisse*, venit
ad Centurionis famulum, *ne conditionem seruilem
despexisse videretur*. Adde & quod accedendo vo-
luerit Centurioni, exercendæ fidei materiam, of-
ferre, atque adè sic manifestare Iudæis hominis
gentilis fidem, vt vel ita rubor, ac confusio illis
iniiceretur, quod nondum crederent.

Quare rectè D. Chrysof. affirmat Dominum
pollicitum fuisse se domum Centurionis profec-
turum, vt quanta sit fides illius perdisceremus.
Nisi enim ita fecisset, sed illicò puerum sanasset,
sincera, feruensque Centurionis fides ignota no-
bis fuisset: Nam vt auctor imperfec hom. 22. no-
tat, nisi Christus dixisset, *veniam, & sanabo eum*,
nunquam Centurio respondisset, *non sum dignus*:
hoc enim consilio & Cananea clamante: *filia mea
malè à Demonio vexatur*, respondit, *non est bonè
tollere panem filiorum, & dare canibus*, vt illi præ-
beret anam respondendi, *etiam Domine, nam &
catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa domini-
orum suorum*.

C 7. C. *Et cum iam non longè esset*] Intelligere de-
bemus nuntiasse aliquos Centurioni, aduentare
Christum antequam eò accederet. Hoc ille acce-
pto nuntio, cum non longè esset Dominus misit il-
licò amicos, vel domesticos ex Iudæis, vt verosi-
mile est, qui suo nomine sequentia verba dicerèt.
neque enim audebat ille per se ad eum accedere,
tanquam gentilis.

Domine] Deum, ac Dominum omnium confi-
tetur. Neque enim honoris tantum causa sic no-
minauit. *Noli vexari*] Confitetur & hominem:
vexari enim, id est, veniendo defatigari, ac labora-
re hominis est, magna planè fides. Et quæ viro et-
iam Christiano ruborem afferat.

Non enim sum dignus, vt sub tectum meum, &c.] *Humilia*
causa significat, cur domo Christum excipere re-
cusaret. non enim dignus sum inquit; quo verbo
humilitatem suam proficitur, & maiestatem in
Christo latentem agnoscit, quasi dicat, cum sis
Dominus omnium, non sum ipse seruus tuus dig-
nus, qui te domo excipiam, in qua peccatis obno-
xius, & commaculatus habito.

8. *Propter quod & meipsum*] sensus est, secun-
dùm Cardinal. Tolet. quasi dicat, quæ ratione dig-
nus non sum, vt intres sub tectum meum, nimirum,
quia Dominus omnium es, ac Deus verus, eadem
arbitratus sum me indignum, vt per memetipsum

Centurionis
pietas &
religio.

7.

8.
Fides.

Verendum.

9.

ad te accederem, tuam enim maiestatem reueritus sum, tua me presentia indignum iudicavi. Itaque propter quod, Gr. sis non ad precedentem sententiam, sed ad illam, qua dixerat: Domine, noli vexari, id est, qua Deum vocauerat, referendū est. Et, verò pro, etiam sumitur.

IO. Sed dic verbo] q. d. satis est si solo verbo iubeas, potes namque etiam imperando sanare, quamuis absens: Non ergo est cur hunc laborem assumes, vt ad indignum venias. Dum verò, dic, ait, id est, impera, non autem deprecare Deum, significat iterū se: Deum illū credere. Est autem dic deprecantis, oro, vt iubeas.

II. Obserua non requisivisse verbum tanquam necessarium Christo ad sanandum; nouerat satis esse voluntatem; sed voluit declarare quā posset Christus facile sanitatem cōferre, dummodò vellet, quamuis domum non ingrederetur: simulque fallus est interim omnibus illum imperari posse pro arbitrio, ac nutu.

12. Certissimū diuinitatis argumentum quod. Iterū obseruandum non inde duntaxat, quod quispiam verbo, vel iussu miraculum edit, effici vt sit Deus: potest enim id homo tradita à Deo potestate. verū illud est certissimum diuinitatis argumentum, si quis verbo imperandi, tanquam Dominus & ex indita sibi, ac propria potestate miraculum facere queat. Atqui hoc est confessus de Christo centurio. nam & Dominum illum vocauit, & petijt, non quidem, vt Deum rogaret, sed, vt imperaret ipse, & iuberet fieri miraculū: Certus quod si id faceret, iuberetq; , statim fieret, quicquid vellet: quod est profiteri eū habere potestatem pro voluntate, in qua situm erat miraculum facere, eū vellet. verū hoc ita esse, vt dicimus, si alia deessent argumenta, certē sequentia verba clarissimē ostenderent.

13. Communis Christi suscipit. Origenes (antequam ad sequentem versum explanandum accedamus) inquit; quando corpus Domini manducas, tunc Dominus sub lectum tuum ingreditur. Tu ergo dic: Domine non sum dignus: Et quidem rectē hoc Origenes: nam quantum in nobis, & ex vobis est, tanto hospite dignos nos non esse protestamur; gratia ipsius esse agnoscimus, ac munere, quod velit nos accedere; qua in re, & fidei confessione, & humilitate similes nos Centurioni exhibemus. licet non sit similitudo in causa: nam nos dicimus hæc, vt disponamus nos tanto melius ad illum recipiendū pro animę salute. At Centurio recusauit aduentū Christi, qui erat vt sanaret puerū corporis morbo grauius ægrotantem. Iterum cum nos non esse dignos fatemur, vt recipiamus Christi corpus, de dignitate rei loquimur, non de dignitate præparationis saltem necessaria.

9. Nam & ego] pro, etenim ego sub potestate constitutus] habens alium Dominum, præclarum simplicis hominis argumentum à minori ait Gagnæ. ego, inquit, homo sum, vti alterius potestati obnoxius, ita subiectos habēs mihi milites, qui quidquid dixerō, statim exequantur: tantò magis tu Deus, qui vniuersa solo verbo creasti, puerū meum nullius adminiculo, solo verbo tuo sanare potes.

10. Miratus est] Admiratio ex ignorantia est causam, quomodo ergo inquit aliquis, Christus mirari potuit, qui nō solū fidem Centurionis prius nouerat: sed etiam in eo effecerat? huic obiectioni respōdet August. epist. 101. ad Euod. admirationē non semper ex ignorantia causæ proficisci, sed interdum cum res vilitata non est; sed rara, & singularis; hoc posteriore modo non priore Christo admirationem tribui, quod videlicet in populo Israël talis non esset fides visa. Ceterū subdit August. hanc admirationem esse laudem quandam fidei Centurionis. verū l. contra

A aduersarium legis, c. 7. hæc admirationem distinguit à laude, & de Genesi contra Manich. cap. 8. ait, Christum admirationis notam habuisse, quamuis citra animi perturbationem; habere autem nunc voluit, vt doceret nos admirandam esse Centurionis fidem. Ex his autem, quæ ex August. retulimus, tria eliciuntur: primū, aliud esse admirationem, aliud laudem, Christum verò admirando laudasse; alterum, Christi admirationem fuisse sine animi perturbatione, vt nos doceret, dignā esse Centurionis fidem, quam admiraremur maximē. Postremò ortam esse in Christo, non quod latuerit cum talis fides, &c. nectantū, quia rara in homine gentili, & insignis, sed etiam quia insolita, & noua, quam ne in Israele quidē expertus fuerit. licet enim Christus scientia illa beata, & infusa proficere non posset, per experimentalem tamen poterat: quod enim prius sciebat, experiebatur per sensus nouo sciendi modo. quod significat Lucas, cum c. 7. ait, quo audito Iesus miratus est: indicat enim experimentalem scientiam: Ex hac igitur parte: nimirum ex experimentali scientia admiratio profecta est. Sic videtur D. Thom. 3. p. q. 15. a. 8. interpretari, & Christi admirationē declarare; itaq; duo continebat hæc Christi admiratio, primū in intellectu cognitionē rei magnę, insolitę, etiam in Israëlita gente. deinde in affectu complacentiam quandam & desiderium laudandi tantam in hoc homine fidem, hinc profecta est laus, sic Sua. 3. p. q. 15. in ar. 8. non fuit autem admiratio hæc coniuncta cum desiderio sciendi causam per experimentalem etiam ipsam scientiam. Nam fides, quæ erat causa horum affectuum in centurione non poterat sub sensuum experimentum cadere.

B Nec in Israel] Emphasim habet, est enim græcè, ne in Israele quidem. Fidem] Nota, fidem non significare solam fiduciam, sic item apud Matth. c. 9. 28. Inueni] scilicet ex quo cœpi prædicare, & miracula facere, expertus non sum.

11. A. Dico autem vobis] q. d. quare prædico vobis, quod multi ad exemplum istius, in quo gentiū fides præfiguratur, venient] ad fidem nimirum, sic interl. Multi] August. de verb. Dom. non dicit omnes. Origenes, quem citat Emma. in Matt. v. electi, inquit, per singulas generationes pauci: simul verò congregati multi.

Ab Oriente & Occidente venient] nimirum ex omni gente. sic Interl. August. de verb. Domini, istū, inquit, duabus partibus, totus orbis designatur. Et recumbent] scil. ad mensam, solet enim regnum cælorum per conuiuium significari. non solebant gentiles cum Iudæis discubere, nec licebat. propterea docet Christus in regno cælorum etiā gentiles discubituros cum Patriarchis Abraham, Isaac, Iacob, immò & Iudæis ipsos anteponeudos. Hos tres nominat tanquam principes, fundatoresque gentis Iudæorum. Ait Gagn. siue hic regnum cælorum Euangelium intelligatur, quod reiciendis Iudæis à gentibus est receptum: siue ipsa cælestis gloria, vtrumque verum. sed similitudo conuiuij, recubitus cum Abraham, &c. significat hic sumi regnum pro cælesti gloria, quæ tenebris etiam exterioribus opponitur.

12. Filij autem regni] quibus regnum peculiariter promissum; vel regno destinati, vel, vt ait Chrysostr. in hom. quibus regnum erat præparatū. vide quod huc facit Luc. 13. à 25. ad 30. versum. Eijciuntur à facie Domini. sic Interl.

In tenebras exteriores] De his consule Theoriam 1. Hierony. inquit, eijciuntur in tenebras exteriores, expulsis foras à Domino. dicuntur autem exteriores, secundū Emmanuel. in Matt. c. 8. quod extra regnum; vel à luce longè sunt; vel secundū alios,

15.

16.

Tenebrae exteriores vnde dicuntur.

ponitur comparatiuus pro superlatiuo q. extremæ vel extremæ, & quia ab ipso Deo longissimè absunt, & quia ab ipsa corporali luce remotissimè sunt, quasi obscurissimæ & profundissimæ, priuantes, & spiritali & corporali luce. vnde autem desumpta sit hæc translatio. vt inferni carcer dicatur tenebræ exteriores, dicemus in citata Theor. 1.

17. Fletus & stridor dentium quid.

Ibi erit fletus, & stridor dentium] vel maxima scilicet tormentorum vis, vt tam fletus, quam stridor eandem rem significant. vtrumque enim qui vehementissimè torquentur facere solent, flere nimirum, dentibus stridere: vel certè per fletum, dolorem, per stridorem dentium, horrorem summum significari dicas. Bernar. ser. 8. in psal. qui habitat, significat, stridorem in damnatis prouenturum ob vermem qui non moritur. at Diuus Prosper lib. primo de vita contempl. cap. 11. ex dolore nasciturum scribit, dum ait, fletus, & stridor dentium, acerrimos dolores ostendunt. Chrysost. epist. 1. ad Theodorum Lapsum: profectò, inquit, frendemus de vobis propter labores, & cruciatus illos incredibiles. Raba. Matth. 8. intelligit, stridore dentium significari indignationem damnatorum tum contra Deum, tum contra se ipsos, serò iam sibi irascentium, quod tam pertinaci improbitate deliquerint. ex Galeno in prognost. Hippocratis comment. 1. 2. si stridor dentium cum ardore febris coniungatur in ægro, insaniam significat, ac mortem. Quantum igitur furoris, quantumq; supplicium æternæ mortis indicat in mediis flammis stridere dentibus?

18. Non gloriandum Christiano nomine.

Perpende obsecro Lector, non esse gloriandum Christiano, dum taxat nomine, nisi etiam gratus sis Deo, & virtutes ac mandata sequearis, & in eis perseueres, alioquin etiam filij regni in tenebras eijciuntur exteriores; non est acceptio personarum apud Dominum. qui plura acceperunt, & maiora, grauius inde puniuntur, quod rectè Hierem. 22. 24. significauit Deus: vno ego dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. cum timore igitur, & tremore salutem nostram operemur.

19.

13. A. Et dixit Iesus Centurioni, vade] Ex Luca discimus hæc non ipsimet Centurioni tanquam coram præsentis dicta esse, sed illi quidem, verum per amicos: quemadmodum per eosdem dicta sunt illa: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, & propter quod non sum me ipsum dignum arbitratus, &c. quamuis verò vade, significare videatur Centurionem domo egressum, quod verosimile est, non tamen hinc fit ad Christum accessisse, sed destinato, ac certo quodam loco substituisse missis amicis ad Christum. Idcirco Dominus iussit illi, vade, id est, reuertere in domum, & sanum puerum ostendes, sicut credidisti. Possumus etiã affirmare, quod valde credibile videtur, Centurionem cum iam Dominus ad certum locum propè eius domum venisset, egressum domo, & protraxisset se ad eius pedes, ac dixisset, Domine non sum dignus &c. quomodo etiam verum est, quòd dicit Matth. ipsum ad Dominum accessisse, licet non initio: Verum itè & quod Lucas ait, misisse alios. primum enim misit Seniores dicentes: Domine puer meus, &c. deindè cum non longè à domo esset Dominus, misit alios ex Luca. Tandem cum iam forib. appropinq; iaret, accessit ipse, vt dicit Mar. & tacuit Lucas, sicut & illa verba omisit: vade &c. quia non meminerat auentus eius. & cum hac expositione benè quadrat, vox, vade, tanquã enim præsentis videtur dicta. sic etiã Barr. c. 4. l. 8. sensit, sed quicquid sit, Christus non distulit sanitatem. nam his verbis prolatis: vade, & sicut credidisti &c.

A sanum effectum fuisse puerum Marth. non obscure significat; subdit enim, & sanatus est puer in illa hora, & postea, vt inquit Lucas, reuerfi qui missi fuerant simul cum Centurione, videlicet, inueniunt domi seruum, qui languerat, sanum.

Augustin. lib. 1. qq. Euang. c. 18. sic scribit, quod & puerum Centurionis, & filiam Cananæ: a mulieris non veniens ad domos eorum, saluat; significat gentes, ad quas non venit, saluas fore per verbum suum. quod ipsis rogantibus filij sanantur, intelligenda est Ecclesie persona, qua sibi est & mater & filij: nã simul omnes. quibus constat Ecclesia, mater dicuntur, singuli autem ipsi filij appellantur. Sic August.

20. Seruum Centurionis, & filia Cananæ ab ab semet Christo sanati, 177. Genitium.

THEORIA PRIMA

De tenebris exterioribus in ver. 12.

B HARVM tenebrarum solus Matth. meminit tribus locis c. 8. hic, & 22. & 25. Omnes serè conueniunt per has tenebras, infernum esse intelligendum, licet Orig. in Mat. quem Maldon. citat in cap. 8. Matth. ver. 12. purgatorium interpretetur, quod extra infernum sit. Cur autem nomine tenebrarum exteriorum significetur infernus, var. æfferuntur causæ.

1. Tenebræ exteriores quid.

D. Hierony. in comment. & D. Aug. epist. ad Honora. 120. cap. 22. & Ambros. in Lucam li. 7. intelligunt priuationem veri luminis Dei, vt idem sit damnatos mitti in tenebras, quod à vero lumine separari.

2.

C Et quidem Augustin. vult tenebras exteriores ipsos Dæmones, externas verò ipsos infideles, qui sunt in hac vitã vera luce Dei auersos, esse. Hos ergò qui hic inter tenebras externas numerati sunt, mittendos ait, in tenebras exteriores, quia conungendi sunt in pœna. & supplicio Dæmonibus; Psalm. verò 6. cæcitatatem mentis tenebras vocat, quæ tanta erit damnatis, vt sanari non possit: vndè & exteriores vel extremas tenebras vult dici ad differentiam tenebrarum exterarum hominum impiorum in hac vitã, qui traditi sunt in reprobum sensum, vt mitti in tenebras exteras, sit tradi in reprobum sensum, atque adeo in cæcitatatem mentis eiusmodi: mitti verò in tenebras exteriores, sit penitus fieri extra Deum sine spe correctionis, id quod est in damnatis.

3.

D Cæterum verisimum est mentis cæcitatatem non defuturam damnatis, & carituros etiam illos diuino, spiritalique lumine; at non propterea negandum est, etiam hunc locum de tenebris corporalibus intelligi, non tantum de spiritalibus. quòd & Iudas in sua canonica affirmasse videtur, dum ait: Angelos qui non seruauerunt suum principatum; sed reliquerunt suum domicilium, ad iudicium magna diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.

4.

Quomodo inferni tenebras exteriores volunt nonnulli dici pro extremis, vt more Gregororum comparatiuus ponatur pro superlatiuo; sic Petrus Thyreus de glorio. Christi appar. capite vigesimo sexto, numero quinquagesimo sexto, quæ opinio probabilis est, dicuntur ergò extremæ, vel extremæ, non modò quia ab ipso Deo longissimè absunt, sine spe redeundi ad ipsum, verum etiam quia ab

5.

ipsa

ipsa corporali luce semotissimæ sunt, quasi dicas, obscurissimas & profundissimas tenebras: quod in tenebras inferni rectè conuenit: sunt enim extra mundum hunc, vbi nulla lux, vel stellarum, vel solis.

6.

Infernus
carcer tene-
rosissimus.

Illud tamen magis est probabile, quod etiam cum hac opinione rectè stat, & quibusdã placuit; locum inferni dici tenebras exteriores, quasi carcerem quendam teterrimum valdè facinorosorum hominum, & summo supplicio addictorum, qui extra regnum cælorum, vel ciuitatem cælestem sit: quod carcer non rarè extra ciuitatem collocetur, atque aded obscurissimus esse soleat, ita vt non quilibet locus extra ciuitatem cælestem intelligatur, sed qui carcer sit, vbi proindè sit fletus & stridor dentium. hoc magis placet, quàm id, quod Maldonato placuit, Matth. 8. 12. qui licèt affirmet dici tenebras exteriores ob id, quod extra locum conuiuij cælestis sint, conuiuia verò magno luminum apparatu, & quidem per noctem olim celebrabantur, vt propterea extra conuiuium illud cælorum, in quo recumbent Abraham, Isaac, eijci, sit extra lucem illam expelli, atque hoc rectè; sed subdit: ided qui ex regno cælorum extruduntur, in tenebras exteriores eijci dicuntur, quia quidquid tunc extra regnum cælorum erit, si cum eo comparetur, tenebræ erit.

At cum Dominus dicat, ibi illos eiiciendos in locum tenebrarum & quidem talem, vt indè sit secutus fletus, & stridor dentium, significare videtur & locum illum clausum & profundissimum esse futurum, atque talem, totque malis & ærumnarum doloribus circumseptum, vt stridere dentibus, & perpetuas lacrymas emittere cogantur, qui ibi erunt; hoc verò non omni conueniet loco, etiam si extra cælestem lucem, & nuptialem illam cœnam sit.

7.

Infernalis
ignis tene-
rosus ex di-
uina virtute.

Nec contra hoc quidquam facit, quod in inferno sit futurus ignis; igni verò lux conuenit: nam illuminandi vis ab illo igne diuina virtute auferetur. audi Basil. prima exposit. Psal. 28. *arbitror, inquit, quod ignis preparatus in supplicium diabolo, & angelis eius, disseccatur voce Domini, vt quoniam dua sunt in igne facultates, vistoria & illuminatoria; Acris quidem & punitoria vis ignis permaneat apud eos, qui digni sunt, vt vrantur; illuminatoria verò, & splendida ipsius facultas ad exhilarandos beatos gaudio fruentes cedat.*

Innocentius verò, hoc ipsum confirmat, dum ait: *ignis inferni semper ardebit, nunquam lucebit.* futurum tamen aliquid in inferno luminis ad maiorem pœnam docet Gregor. 9. Moral. super illud Job. 9. vbi nullus ordo, & cœt. *flamma, inquit, comburit, sed nequaquam tenebras discutit: quamuis illic ignis & ad consolationem non lucet: & tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet. nam sequaces quoque suos secum in tormento reprobis flamma illustrante visus sunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitam carnaliter, contra præcepta conditoris amauerunt; ipsorum quoque eos interitus in augmentum suæ damnationis affligat.*

Erit tamen
alicuius lu-
minis, &
car.

8.

Cæterum ex his non habemus certam ali-

A quam huius locutionis rationem, quare tenebræ exteriores dictæ ad inferni supplicia significanda translatae sint. Apud Villalp. inueni, tom. 3. prima part. appara. vrbis, ac templi. lib. 2. c. 8. quod fortassis satisfacere possit huic dubitationi. Primum ergo animaduertit tenebrarum nomine carcerem compelliari solitum in scripturis, vt Psalm. 106. 10. *sedentes, seu habitantes (vtrumque enim significat Hebræa vox, isbe,) in tenebris & in vmbra mortis, vincitos in mendicitate, & ferro.* Item apud Isai. 49. 9. *vt diceret ijs qui vinciti sunt, exite, & hie, qui in tenebris, reuelamini.* Repetitio eiusdem facti est, quod de carcere educuntur vinciti, & de tenebris eius ad libertatem, & lucem. & tanta est tenebrarum, & carceris similitudo, vt Sapientia 17. 2. de Aegyptiorum coercita arrogantia, sic dicatur: dum enim persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis fugitiui perpetuæ prouidentia iacuerunt.

Tenebrarum;
... in car-
cer in Scrip.

B

Et meritò (quod alij notant) vincula, & carcer nomine tenebrarum dicuntur. nam sicut qui est in vinculis vix se mouere potest, sic qui in tenebris. Deindè etiam carcer tenebrosus esse solet, quibus positis tenebras exteriores vocari putat Villalp. carcerem illù, seu laqueum vt Scriptura loquitur, aut puteum tenebrosum, omni horrore, angustiaque referunt, qui in loco immundo erat olim extra ciuitatis Hierosolymitanæ pomeria, propè Caluarie locum, & cadauerum vallem, & stercoreum portam situm; in quem carcerem extremo, ac summo digni supplicio coniciebantur. quemque videre poteris apud ipsum in tertio tom. in vera Hierosolymæ veteris imagine, quod verò supplicij maximi loco carcer, & tenebræ habeantur, indicat psaltes Psal. 54. 5. 6. *formido mortis (terrores mortiferi; en fletum) cecidit super me. timor & tremor (sive horror, & tremor; en stridorem dentium) uenerunt super me. contexerant me tenebra,* ista est causa, & quali complementum horum & reliquorum malorum.

9.
Et vincula.

C

Et quidem probabile est, vt adnotat idem Villalp. postremis temporibus morem secutos Romanorum Hebræos, summi supplicij genus excogitasse, quale refertur à Liuiò Dec. 4. lib. 8. *vt in carcere, inquit, inter fures nocturnos vir clarissimus Scipio includatur, & in robore & tenebris exspiret.* Erat autem robur, vt tradit Festus *de verborum signi.* Locus in carcere, quo præcipitabatur quoddam maleficiorum genus, quod antea arcis robustis includebatur. Talis apud Messenius, teste Liuiò Decad. 4. li. 9. & Plutar. in Philopœmene: carcer fuit thesaurus nomine, locus sub terra quadrato saxo tam immanis, & sæuus, vt neque ventum, neque auram acciperet. & huic similis videtur fuisse custodia noxiorum Romana, quæ barathrum vocabant, teste Plutar. in Mario, & Alexandro ab Alexandro lib. 3. gen. cap. 3.

10.
Robur qua-
lis carcer.

D

His simillima videtur fuisse Hierosolymitana custodia, quæ vocabatur Betiso, de qua agit idem Villalp. loc. cit. & in quam coniectum putat ab Herode Diuum Petrum, vt potè dignum extremo supplicio, cuius tenebras den-

Item the-
saurus.

11.
Betiso carcer
Hierosoly-
mitanus.

tissimas significare videtur D. Lucas Act. 12. 7. ecce Angelus Domini adstitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, quasi nouum, & inauditum quidpiam, quod verò tenebræ illæ essent exteriores, id est, extra ciuitatem sitæ, ostendunt illa ver. 10. transeuntes primam, & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, qua ducit ad ciuitatem, & videtur idè hic carcer præcipuè extra pomæria ciuitatis situs fuisse, ne sceleratorum afflatu sceleraretur ciuitas. In hunc ergò coniectum Petrum morti destinatum asserit idem auctor, & ex eo similitudinem ad inferni maximos, atque æternos cruciatus significandos apud Matth. duxisse Christum Dominum. In quem carcerem coniecti fontes tenebris, frigore, & nuditate, fame, siti, & perpetuo mortis timore torquebantur. & de his hætenus.

12. Illud non præmittam, inferno tribui tenebras non qualescunque, sed insignes sequentibus notis, ac caracteribus. Primum tenebræ illæ primariæ dicendæ sunt, sicuti solis lux primaria est, & vt idem sol est primum illuminans, seu lucens, veluti mensura, & princeps causa luminis; sic & infernus est veluti primum tenebrosus; ibi enim regnat mors, ibi eius regia est; nam vt Sapient. 1. 14. dicitur, nec est inferorum regnum in terra, id est, supra terram, sed intra terræ viscera, ibi mors dominatur. Sicut verò Sol in mundo supra terram radios spargit, ita sub terra mors tenebris omnia replet, & operit. Hinc dæmonum potestas tenebrarum dicitur.

13. Deindè tenebræ illæ, (quæ est altera conditio) cum innumeris coniunctæ sunt miseriis, quæ lucem per se auferre possent, quamuis clarissimam. hoc enim miseriarum esse propriū docet Pfaltes, Psalm. 37. 11. cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum: futuram porrò in inferno miseriarum vniuersitatem, ac veluti mundum quendam ærumnarum explicat paucis, sed grauib. verbis Iob. 20. 22. omnis, inquit, dolor irruet super eum.

14. Tertia, quia terra illa, infernus scilicet tenebrarum regio est tenebras gignens, vt dici solet terra auri, argenti, quia in ea, vt in proprijs locis aurum, vel argentum nascitur, sic terra illa propriè tenebras producit, hæ in illa proueniunt. hinc Sapient. 17. 13. cum loqueretur Spiritus S. de tenebris Aegypti, dicit illas ex inferno esse: impotentem verè nocentem, & ab infimis, & ab altissimis inferis superuenientem. sicut cum loca eructantia flammæ, vel sulphur, dicimus vulcanos, vel ostia inferni; sic tenebras inde dicimus. Hinc Apocalyp. 9. 2. aperuit puteū abyssi, & ascendit fumus putei. sicut enim quidquid est lucis in mundo, à Patre est lumen, ita quidquid est tenebrarum à rege & principe tenebrarum est.

15. Quartò, infames maximè sunt illæ tenebræ ob umbras mortis, id est, ob horrida mōstra, ac spectra oculis incurrentia, perpetuoq; obuersantia, incredibili atrocitate, & deformitate horrentia. Erit enim ibi tantum mæltissimæ lucis, quantum videri spectra illa queant. sic Sapient. 17. 4. persona tristes illis apparentes pauorem illis præstabant. ita in inferno accidit.

A Audi Chrylost. si cum in carcerem quendam, inquit, ingressi sumus, atque alios squalore confectos, alios catenis vinctos, ac fame laborantes, alios tenebris clausos conspicimus, commouemur, &c. & nihil non facimus, ne in eum locum incidamus, ecquid facturi sumus cum illuc trahemur? id est, in infernum.

Adde & quintò illustres futuras tenebras illas confusione maxima, atque rerum omnium perturbatione: etenim ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Erunt ibi collecta zizania & colligata in fasciculos ad comburendum, Ezech. 24. 9. sic dicitur, ve ciuitati sanguinam, cuius ego grandem faciam pyram, & Sapient. 17. 17. vna catena tenebrarum omnes erant colligati: vt cum plures racemi diuersarum specierum in vnum coniciuntur lacum, vel torcular ad calcandum, est enim infernus iræ Dei torcular. Nihil etiam ibi à damnatis ordinatè fiet; inuersus erit ibi ordo naturæ, ignis non lucebit, frigus cum ardoribus, in ignium medio stridor dentium, &cæt. denique conglobata varij generis tormenta, mors, luctus, fames, sexcenta alia. vide Apocal. 18. 8.

Denique celebres sunt illæ tenebræ ob insignem horrorem, & timorem, quem incutiunt ibi enim, vt Iob. ait ca. 10. sempiternus horror inhabitat, in quæ sic Greg. lib. 9. Moral. 39. in huius, inquit, visa tormentis, timor dolorem habet, dolor timorem nō habet, at ibi vtrumque. cum enim illæ pœnæ æternæ, idè semper quod tolerant pertimescunt. sed de æternitate earum alibi, si Deus dederit, dicendi locus. Nunc ad alia.

B

C

THEORIA II.

In ea verba: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Vnde nam hæc in inferno nascantur?

A N damnati non solum ardore, sed frigore etiam æterno crucientur, nō æquè omnium vna est opinio. Et quidem aquam ibi vel niuem, seu gelu qui in inferno ponant vix aliqui sunt, verum qui frigus non pauci: & verò eam esse communem sententiam affirmare videntur Dionys. in c. 24. Iob. in v. 19. & Soto 4. dist. 50. q. vnica. 2. 4. eam docent Hierony. & Bed. in præcitatum locum Iob, imò & Philippus Presbyter, vt c. 4. l. huius dilucid. Euangel. in Scholiis ad ver. 22. dictum est numero 87.

Opinantur igitur Hieronym. & Philippus. hanc sententiam colligi ex Matt. 8. 12. & 22. 13. & 24. 51. & 25. 30. & Luc. 13. 28. vbi mentio fit fletus & stridoris dentium; putant verò fletum ex igne & fumo, stridorem ex intolerabili frigore nasci. August. quoque lib. de triplici habitaculo, c. 2. duo, inquit, sunt principalia tormenta in inferno frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis, quod confirmat ex loco Iobi. Et ad hæc duo frigus & ardorem ceteras pœnas reuocat. Quia verò non rarè legitur in Euangelio Gehenna ignis, Matth. 5. 22. & 18. 9. Iacobi 3. 6. duplicem proinde videntur Hieronym. & Philippus Gehennam distinguere.

16. Et horrenda.

17.

L. In inferno non præter ignem etiam frigus.

2.

ignis vnam, frigoris alteram, sicut retulimus lo. ci. in Scho. c. 4. n. 87. ita tamen id affirmant, vt ad vnam, eandemque causam æterni scilicet ignis hos duos cruciatus, frigoris, & ardoris videantur reuocare. Nam Philippus sicut duas frigoris adustiones distinguit, sic & ignis: secundum quàm sententiam ignis inferni efficiet in damnatis cruciatum frigoris. Cæterum Palud. in 4. dist. 50. q. 5. ab aqua & omnibus quatuor elementis sentit damnatos affligendos. idemque videtur Durandus opinari q. vnica.

Difficile est velle alteram definire partem, dicam tamen breuiter quid sentiam; in primis ex loco illo Iob, nihil habere certi potest de hoc inferni frigore, de quo vix vllus alius scripturæ locus extat, quæ semper ignis, & vix semel frigoris in torquendis impijs mentionem facit, & vt hinc incipiã hic locus Iob. (de quo multa Pineda) per modum imprecandi legitur, *ad calorem nimium transeat.*

Deindè B. Greg. in Iob scribens, putat non designari hic pœnas inferni, sed impiorum in omnibus immoderatione, & inconstantiã, qui à frigore infidelitatis transeunt frequenter ad calorem hæresis, nec in infidelitate, nec in fide modum seruare scientes; quamuis hæc bona quidem, verum allegorica expositio videatur. Denique esto de pœnis inferni intelligendus sit locus iste, non illicò fit, vt propterea opus sit, Gehennæ frigus admittere: sensus enim esset, quod sicut arida terra, nimiumque æstuans absorbet vehementer, atq; ebibit liquatas niues, sic infernus, eos qui peccauerunt. hunc sensum, lectio Hebræa continet; sic enim habet: *Aestus, id est, æstuans terra seu arida, & calor rapiunt aquas niuis: infernus, eos qui peccauerunt.* LXX. verò eundem sensum exprimere voluisse videntur sub alia translatione: sic enim vertunt: *sicut nebula roris factus est non apparet, q. d. vt dissipatur à sole nimirum, nebula rorida momento temporis, & ros euanescit, sic impius Deo vindice absumitur.*

Quartò, quamuis per *infernum* iuxta interpretationem Hebræam, etiam sepulchrum, vel mors rectè intelligi possint; in quibus tamen, si æternum inferni supplicium, & Dei iram vindicem includi dixeris, næ tu benè senseris, & ad mentem LXX. magis; apud quos Gr. *ἀδης* vt quidam docti obseruant, nunquam pro sepulchro ponitur: imò & hoc poscit Germana loci huius sententia. & hunc in sensum exponenda est, vulgata lectio nostra, licet nõ exprimat nomen *inferni* in ea, nisi post sententiã completam, sic enim habemus: *ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.* est ergo sensus, absorbeantur & in nihilum redigantur impij, vt aqua à nimio calore, id est, ab ira Dei, & hinc, & ab inferno postea & morte vindice Deo absumpti, vt idè sit hoc, ac quod dixit Dauid, *vt fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei;* itaque cum D. Iob, *ad nimium calorem transeat ab aquis niuium,* tale exitium imprecari videtur viro impio, quale niui afferre solet æstus: momento enim temporis liquefcit, vt nihil pristini candoris, vel frigoris vestigium relinquat; significatur etiam & his, auidè exforberi impium,

expectarique tanquam bolum suauissimum à sepulchro, seu morte, seu inferno; sicut leones illi Babylonici Daniel. 6. 24. qui impios cum filijs, & vxoribus vix in lacum missos arripuerunt illicò, auidissimeque absorberunt. sic profectò seol, sepulchrum, mors, infernus corripunt impios.

Porro noster Interpres vtitur verbo transeundi, sed hoc transitu non spontanea, & leuis aliqua significatur transitio; sed cum vi quadam, & quali fraude, ac velut per insidias mortis, impios rapiens quod Pined. obseruat, vt hæc sit sententia: vt terra exæstuans, ac torrida, & calor, niuales absument aquas; ita infernus eos qui peccauerunt. Subditur: *& vsque ad inferos peccatum illius,* quod est veluti superioris imprecationis, aut correctio, aut amplificatio, quasi dicat, non solum temporali pœna, sed æterna quoque est afficiendus impius. Vel, vt sit clausula quædam, & finis præcedentis orationis hoc modo: Is tandem est peccatorum descensus ad inferos, & iter ad sepulchrum, extremumque supplicium: vel vt obstinata illorum mens significetur digna præcedentibus supplicijs, quasi dicat, his, inquam, digni sunt, qui ad mortem vsq; improbitati adherescunt. hæc secundum nostrum Interpretem: nam secundum Septuaginta, & Hebræam lectionem, hæc pars respondet sententiæ, ex qua conficitur altera similitudinis pars, scilicet æstus, & calor rapiunt aquas niuis, sic sepulchrum peccatores. nihil igitur locus iste probat. Alter verò locus qui afferri solet ad idem probandum ex fletu, & stridore dentium, quod nihil euincat, seu clarè ostendat, ex Scho. ad versiculum duodecimū, num. 17. Constat. Consule locum.

Quare Abulen. Matt. 21. q. 558. Iansen. c. 45. concor. in hunc locum Matth. 8. Dominicus Sotus loc. cit. Maldon. Matth. 8. licet non ad eò præfractè, negare tamen videntur frigus hoc.

Quæ verò hætenus dicta sunt, licet ostendant vtramque partem huius disputationis, vel quæ affirmat, vel quæ negat, tutam esse, pronior tamen sum, & procliuor ad affirmatam partem, quam video præstantes Patres amplexatos fuisse. Scripturæ vero loca huic magis fauere videntur, quam negantium parti.

Postremò non ignoro, imò vt certissimum affirmo Patres innumeras miseras, & mala in vnum illum damnatorum locum coaceruasse. quare Cyrill. Alexandrinus orat. de exitu animæ; sic descriptionem inferni grauissimam claudit: *Acerbum in igne esse, & clamare, neque subueniri; insuperabiles fauces, immensus gurgis; vbi inclusus quis, & detertus euadere, aut effugere nequeat, custodiæ murus incuperabilis, vi nulla refringédæ catenæ, feri, & intractabiles flammæ ministri, graues illæ, quæ ad supplicium adhibentur, scuticæ; firmi vngues & infracti, prædura flagella, pix nebulosa, & strepitans, sulphur graue olens, atra cubilia, pyra semper ardens, fœdus & olens vermis, tetricum prætorium.*

Augustinus verò loco citato ad frigus, & ardorem ceteras pœnas sic reuocat: *de aquis, inquit, niuium transiliunt ad calorem nimium; de*

5.

Sententia
altera nega-
tium frigus.

6.

7.

8.

In inferno
innumera
misera.

9.

Frigus &
ardor infer-Impiorum
inhabiles.4.
Infernus
Hebræicè
etiam sepul-
chrum, vel
mortem de-
signat.

si reliqua ornamenta in i continentur.

quibus duobus innuenera pendunt poenarum genera, videlicet sitis intolerabilis, poena famis, poena fetoris, poena horrois, poena timoris, poena angustia, poena tenebrarum, seueritas tormentum, praesentia Daemonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrantium, dilaceratio immortalium vermium, verus conscientiae, ignita lacryma, suspiria miseria, dolor sine remedio, vincula sine solutione, mors aeterna, poena sine fine, absentia Christi quoad visionem eius, &c.

IO.

Verum multa non reipsa, ibi sunt ex his quae describunt Patres, sed ad summum cruciatum explicandum afferuntur. Caeterum vt & reliqua consideremus, quae de hac re in controuerfiam vocantur, & rem totam concludamus: de vermibus etiam dubitatum est, an re vera ibi sint, de quibus non vna est omnium sententia; qui melius sentire videntur; metaphoricè accipiunt. Contra verò, qui sulphur in inferno locant (nam & sulphur etiam in controuerfiam venit) na illi mihi multo melius sentire videntur, quam qui inficiantur, de quibus lege Thyreum, cap. 26. nu. 19. & 65. sed de his haftenus: nam quod dicatur Gehenna ignis; nihil facit pro priori sententia, in quam nos proniores esse diximus, nu. 7. neque enim significatur alia gehenna frigoris. Frequenter enim nomen Gehenna absolute ponitur; interdum per Hebraismum additur ignis, vt idem sit gehenna ignis, quod gehenna ignita.

Terminus an in inferna.

DIGRESSIO MORALIS.

De virtutibus Centurionis.

I. Quatuor Centuriones noui Testamenti.

QUATUOR Centuriones commendat Scriptura noui Testamenti: Primus dictus est Cornelius Act. 20. religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua. Secundus, Act. 27. qui D. Paulum a morte liberauit. De tertio scribit Matt. 27. in Christi passione exclamasse: verè filius Dei erat iste. Quartus est, quem praemanibus habemus.

2.

De quo etiam Lucas cap. 7. qui nulli illorum videtur inferior, & verò etiam omnes superare. habet enim ea quae Paulus ad Titum 2. requirit, vt sobriè & iuste & pìd viuamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem. Fuit enim pius in Deum, sobrius in se, iustus erga proximum, & haec est miratus Iesus: vt hinc discas non admirari diuitias, non fastus suspicere, non dignitatibus, & honoribus trahi, sed humilitate, patientia, paupertate Christi ac sanctorum eius gloriari, & ita affici istis, vt imitari studeas.

Unus Centurionis opima vita.

Ergò sobriè vixit ob humilitatis, & prudentiae virtutem, quibus se ornatum mirifice ostendit. De humilitate August. ser. 6. de verbis Domini: dicendo, inquit, se indignum praestitit, dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret.

3. Centurio similis Ioh. baptista.

Similis hac re Baptistae videntur fuisse, qui dum indignum se iudicat, qui corrigiam caluementi Christi soluar, dignus effectus est, qui Christum baptizaret; & manum Sacrosancto capiti imponeret. similis & Petro, qui dum Christo dixit: Exi a me Domine, quia homo pecca-

tor sum, Christi virtute in piscatorem hominum illicò euasit. similis Paulo, qui cum indignum se iudicet Apostoli nomine vocari; ab Ecclesia ita celebratur, vt si solùm Apostoli nomen audias, Paulum intelligas. Etenim verissimum illud est: qui se humiliat, exaltabitur.

4.

Et aduerte, quod alij quidem dieunt Christo de eo, Luc. 7. dignus est, cui hoc praestes; solus ipse de se testatur, ac praedicat, quod sit indignus, vt vel hinc discas de alijs benè sentire, de te presè, ac modestè, alios laudare cum res ipsa poscit, te ipsum subijcere.

5. Cur Zacchaeus gaudens Christum in scipis, Centurio recognoscit.

Sed merito quis hic quaerat, cur Zacchaeus gaudens suscepit Christum, Centurio verò recusauit? quia nimirum ad Zacchaeum Christus diuertit, vt hospes, quia ergò ministraturus erat illi Zacchaeus, propterea gaudens excepit. Ad Centurionem porrò veniebat Christus, vt eius puerum sanitati restitueret, non vt sibi ministraretur, & exciperetur, vt hospes. idcirco indignum se iudicauit Centurio, qui in suas aedes tantam exciperet maiestatem: atque adeò absentem etiam illum sanare posse perindè atque praesentem declarare voluit, id causae fuit, vt ipsum domo excipere recuset.

De prudentia verò commendari maximè potest, quae tanto in eo hic cernitur, vt quomereretur quod petebat accipere, indignum se & professus, & arbitratus est. Deindè non minima ea laus prudentiae eius fuit, quod cum sciret sibi profuturum, non id quod in Christo ab incredulis videbatur, vt sapienter Hieronymus animaduertit. nimirum corporis tegmen, sed quòd latebat, diuinitatem scilicet illam, & vidit, & confessus est. Ad haec prudenter maximè in eo se gessit, quòd vt misericordiam Dei in se experiretur, in alios se largum, benignum, ac beneficium ostendit: testantur enim Seniores de eo Synagogam illis ipsum exaedificasse, testatur hic, seruum illi pretiosum fuisse. Quia ergò misericors fuit, misericordiam est consequutus, non sanitatem modò serui obtinens, sed sibi virtutum & caelestium donorum charismata. haec de primo.

6. Centurioni prudentia.

C

Iuste quoque se gessit. Nam charitate illustris fuit, quod Synagogam aedificari, quod Iudaeorum gentem dilexerit, quod pro seruo rogarit. Hinc non mirum est, quod amaretur ab omnibus, vt missi ab eo Seniores declarant, non mirum, quod serui libenter illi obedirent, milites etiam vocati praesto aessent, moremque gererent promptè, & alacriter. Testatur hoc ipse, dum ait: dico huic vade, & vadit, & alij veni, & venit.

7. Iustitia.

D

Discite hinc principes ciues vestros, ac proximos amare, vt ab illis vicissim amemini: Domini seruos vestros diligite, in pretio illos habetote, si vultis illos promptos, paratosque habere, ac dicto audientes.

8.

Discite hinc serui, Dominis obedire, vt illis tanto chariores sitis; duo à nobis exhibenda Domino, diligentia, & fidelitas, quae si adsint, tunc fidelis, ac diligens seruus tanquam filius dominis esse debet.

Postremò se pium in Deum declarauit, idque

que

9.

que maximè ob fidem, de qua veritas ipsa testatur, non inuenisse se tantam fidem in Israel. quàm magna porrò fuerit hinc intelliges.

10.

Etenim quatuor modis fides magna dici potest. Primùm quidem cum multa creduntur. nam qui plura credit maiorem dicitur fidem habere. Secundò magna dicitur ratione difficultatis, nam qui difficiliora credit, maiore ornatus sit fide necesse est. Hinc est quod Apostoli *modica fidei* dicuntur, quia credebant Christum quidem vigilantem posse mare pacare, non ita verò dormientem, propterea *suscitauerunt eum*. Sic reguli fides, non magna fuit, dum dixit: *descende prius quàm moriatur filius meus*, quasi verò absens vitæque functum Christus non posset filium suscitare. Tertiò, magna est fides ratione signorum & argumentorum.

11.

Etenim habet se fides cõtrario planè modo ac scientia: eo enim maior hæc est, quo plures habet, qui scit rationes & argumenta, quod secus est in fide.

12.

Habent enim se signa, & argumenta in fide, vt in mutuo pignora, quo enim plura hæc poscuntur ab eo cui quidpiam mutuo datur, tanto minori fide dignus significatur. Quare rectè Christus Dominus illud obiecit Regulo; *nisi signa & prodigia videritis, non creditis*.

13.

Quartò, denique magna est fides, si firmitatem, & in credendo constantiam spectes; eo nomine Cananæ fides à Christo commendatur: *O mulier magna est fides tua*. Sic, qui tentatur, & impellitur quodam modo, vt à fide excidat, & persequutionibus agitatur, & nihilominus perstat, magnam se habere fidem non obscure declarat, contra atque illi faciunt, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, quos meritò Paulus *infirmos in fide* nominat Roman. 14. 1. lege Tol. anno. 21. in hunc locum Luc.

14.

His ergò omnibus modis magna fuit atque aded illustris sancti Centurionis fides, multa enim credidit, quæ Iudæi de Christo nondum crediderant, credidit in primis Christum, suum puerum paralyti laborantem, agentemque animam sanare posse, non, vt ille qui dixit Marci 9. de filio Dæmoniaco; *si quid potes, adiua nos*. Credidit solo verbo hoc ipsum facere posse, non vt archisynagogus ille Matt. 9. *veni impone manum tuam super illam, &c.*

15.

Credidit, quamuis absentem posse sanitatem reddere, non vt ille qui Ioann. 4. rogauit, *vt descenderet Christus priusquam moreretur filius eius*: neque vt ille Ioannis 11. *si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus*. Credidit, quod caput est, & omniũ superat admirationem, non quidem personarum Trinitatem, vt Hieron. sentit, sed Christi tamen diuinitatem. nam & Dominum vocat. hoc est, Deum hinc est, quod ait, vt iubeat modò, & certum omninò erit futurum, quod iusserit id, quod in sanctos non conuenit. Præterea sub nullius ipsum esse potestate fatetur: sic enim ratio naturæ à minori ad maius: nam si ego, inquit, qui sub potestate sum alterius, iubeo, & illicò iussa fiunt; quanto tu magis, qui sub nullius es potestate? vides ne quam multa crediderit Centurio? Sed adhuc secundo, magna eius fides fuit ob difficillimarum rerum persuasione. nam credere eum, qui

A extra homo apparebat, esse Deum, vel absentem, & solo verbo sanare posse id demum difficillimum est. Tertiò, quia minimè tunc signis nitebatur, neque illa ad credendum poscebat, & verò nondum Christus multa ediderat miracula; nec ipse studuerat vaticinijs de Christo, nec legi. erat enim gentilis, & miles, & Christum percrebescente fama nouerat, & credidit tamen Deum esse.

16.

Postremò si rationem ducamus firmitatis, ac stabilitatis, etiã sic fides Centurionis magna procul dubio fiet. Tentauerat ipsum Christum, inquit Orig. ho. 5. in diuer. dum paratum se obtulit, domum eius adire, & cõfestim in viam se dedit per lata ad Centurionem aduentantis fama, quod suspicionem facere potuisset fortassis, non posse ipsum nisi coram præsens esset sanare. At non proindè celsit, vel titubauit Centurionis fides, *non sum*, inquit, *dignus vt intres sub tectum meum*, nec verò tibi necesse est, qui cælum & vniuersa, quæ cœli ambitu continentur verbo condidisti, Ergo dic verbo, & sanabitur puer meus. Eodem modò tentare voluit Deus Abraham, cum filium mandauit occidi, in quo erat promissio, vt tantò illustrior eius esset fides, quantò firmior, & argumentis in speciem contrarijs minus succumbens. Sic Cananæ fidem probatio magnam declarauit: *O mulier magna est fides tua*.

B

C

D

Cæterum hæc Centurionis fides etiam virtutum vallata præsidio fuit, ardens charitate, humilitate sublimis, deuotione grata cæterisq; virtutibus tanquam fulgentibus, ac pretiosis lapidibus ornata. Sed illud est, quod dubitationem non paruam affert. quo, modò tantam fidem in Israele. non reperiri affirmet Christus, cum eo in populo plurimi fuerint viri, vt fanitate insignes, ita fide præstantes? sed facile fortassis sopiri poterit hæc dubitatio si de Israeliticis illis, hæc Christi verba intelligas quos repererat, & quibus concionabatur, quippè miracula ab eo fieri petierant. ex hoc numero excluduntur Patriarchæ illi, ac Patres Israelitarum excluduntur, qui post hoc tempus in Christum crediderunt; excluditur, & Ioan. Bapt. neq. n. Christi prædicatione credidit. verissimum igitur est, non inuenisse ipsum in Israelitica gente connumeratis etiam discipulis tantam fidem. Centurio namque saltem aliquo ex dictis quatuor modis, fide excessit omnes, licet non omnes omnibus simul quatuor illis modis. Discipulis enim de quibus maior esse potest dubitatio, hoc saltem vno superauit, quod minoribus, paucioribusque signis credidit. Denique, vt vno verbo dicam reliquos omnes (de quibus dixi hic esse sermonem) proportionem longè post se reliquit. nam cum gentilis esset, tam multa, tam incredibilia hominum iudicio, tam difficillia, dicam vno verbo, diuinitatem Christi firmisimè tenuit, ac sibi diuina luce illustratus persuasit.


17.
Quomodo
im fides se
parauit ali
orum iuda
orum fidem

An verò leprosi fides maior fuerit, quamuis Chrisosto. hom. 27. affirmare videatur, negat Card. Tolet. adnot. 23. in c. 7. Luc. quod est mihi verius, & Christi verbis magis consentaneum videtur. Sequitur Caput decimum.

18.

CAPITULUM X.
 VIDUÆ FILIVM
 IVXTA NAIM SVSCITAT,
 IOANNIS DISCIPVLOS ERV-
 dit, quos e carcere ad eum miserat, &
 ludæos illius verbis insultan-
 tes confutat.

A. 1. 2. C. 7. 11.

1. C.  Et factum est: deinceps ibat in civitatem qua vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.
2. Cum autem appropinquaret porta civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue, & hac vidua erat; & turba civitatis multa cum illa.
3. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.
4. Et accessit & tetigit loculum, hi autem qui portabant steterunt, & ait: Adolescens tibi dico, surge.
5. Et resedit qui erat mortuus, & cepit liqui, & dedit illum matri sue.
6. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum dicentes: quia Prophetam magnum surrexit in nobis: & quia Deus visitavit plebem suam.
7. Et exiit hic sermo in universam Iudæam de eo in omnem circa regionem.
8. Et nuntiaverunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.
9. A. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi mittens duos de discipulis suis.
10. Ait illis: Tu es qui venturus es: an alium expectamus.
11. C. Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?
12. (In ipsa autem hora multos curavit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcos multis domavit visum.)
13. Et respondens dixit illis: euntes, renunciate Ioanni, qua audistis, & vidistis: quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.
14. Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.
15. Et cum discessissent nuntij Ioannis: cepit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre?

C. Et nuntiavit duos de discipulis suis Ioannes & misit ad Iesum.

A

B

C

D

- arundinem vento agitatam.
16. Sed quid existis videre? hominem molli- bus vestimentis indutum? ecce qui in veste pretiosa sunt, & delicijs, in domibus regum sunt.
17. Sed quid existis videre? Prophetam? utique dico vobis, & plus quam Prophetam.
18. Hic est de quo scriptum est: ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.
19. Dico enim vobis: maior inter natos mulierum Prophetam Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.
20. A. A diebus autem Ioannis Baptista usque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
21. Omnes enim Prophetam & lex usque ad Ioannem prophetarunt.
22. Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.
23. Qui habet aures audiendi audiat.
24. C. Et omnis populus audiens, & Publicani iustificaverunt Deum baptizati baptismo Ioannis.
25. Pharisei autem, & legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipsum non baptizati ab eo.
26. Ait autem Dominus: cui ergo dicam similes homines generationis huius, & cui similes sunt?
27. Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibus: cantavimus vobis tibys, & non saltastis: lamentavimus vobis & non plorastis.
28. Venit enim Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens, vinum, & dicitis: demonium habet.
29. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: ecce homo devorator, & bibens vinum amicus publicanorum & peccatorum.
30. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.
31. Tunc cepit exprobrare civitatibus in quibus facta sunt plurima virtutes eius: quia non egerunt penitentiam.
32. Va tibi Corozaïn, va tibi Bethsaida, qui si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, qua facta sunt in vobis olim in cilicio & cinere penitentiam egerent.
33. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidonem remissius erit in die iudicij quam vobis.
34. Et tu Capharnaum nunquid usque in cælum exaltaberis? usque in infer-

A. Qui molli- bus vesti- mentis.

A. Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.

A. Cui autem similem e- stimo generationem istam. A. Quicquid dicitis co- qualiter dicant.

A. Neque manducant, neque bibunt.

idem vel si male Luca 10. 13.

num

num descendes : quia si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae facta sunt in te, foris mansissent & que in hunc diem.

35. Veruntamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi.

SCHOLIA.

I.

ORDO poscit, ut non sanitatem pueri Centurionis, filij viduae suscitationem deinceps collocemus; quod indicat vox illa Lucæ, deinceps. In quibusdam græcis legitur & τῷ ἡμέρῃ, id est, in die deinceps, articulus enim τῷ, indicat ἡμέρῃ, id est, diē subintelligi debere, ἡμέρῃ verò significat idem, quod deinceps, quasi dicat, in die deinceps, i. post sequenti. Syriacè habetur, & factum est postero die. Unde constat miraculum hoc esse factum consequenti die à miraculo sanati pueri Centurionis. Inter. videtur legisse & τῷ ἡμέρῃ ἡμέρῃ ἡμέρῃ, id est, in sequenti tempore postea, seu deinceps. Solus Luc. huius miraculi meminit.

1. Ibat Iesus] diceret aliquis, (quod Gregor. Nyss. de hominis opificio cap. 21. vel 26. significat) de puero Centurionis quod moriturus non erat, ut igitur temerariam linguam compefceret, obuiam fit defuncto.

2. Naim civitas ubi fuit.

In civitatem qua vocatur Naim] est civitas Galilææ, non longe à Capharnaum, duobus miliaribus à monte Thabor contra meridiem distans ad radicem montis Hermon, sic Hieronym. l. de locis Hebraicis. & in epiphaphio Paulæ ad Eustochium. Borchard. r. p. c. 6. §. 11. nominat urbem, vel civitatem, licet non ita manifeste sit, sic enim ait: à Nazareth duabus leucis à Thabor plus una leuca, contra Austrum est mons Hermon minor, in cuius latere aquilonari est urbs Naim. significat vox hæc Hebr. puicram.

3.

Ibant cum eo discipuli eius] Græcè additur ἱκανοὶ sufficientes, id est, multi. quod idem dicitur, ut tanti miraculi multos fuisse testes intelligamus. Noli igitur discipulos, solos Apostolos interpretari.

Tres causas cur fidelium corpora bene sunt sepeliuntur.

2. Ecce defunctus] non casu id factum, sed Christi consilio; tunc enim venit, cum sciebat mortuum efferendum, vel certe id effecit ipse movendo hominum animos, ut tunc eum afferrent, cum ipse ad urbem appropinquaret. Aduerte tres causas, cur fidelium corpora meritis, ac pie sepultura committantur. prima est August. l. ciuit. c. 13. non contemnenda sunt, ait, corpora defunctorum, maximeque infirmorum, ac fidelium quibus tanquam organis & vasibus ad omnia bona opera, Sanctus Spiritus usus est. Secunda, ut mors reuocetur ad memoriam, Eccl. 3. 7. memor esto iudicii mei. sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. sepulchra mortuorum monumenta sunt viuorum, monent enim nos morituros esse. Tertia est D. Thom. 4. d. 45. q. 2. a. 2. ad tertiam questionem. Sepultura, ait, spiritualiter prodest viuis, in quantum per hoc astruuntur fides resurrectionis.

Efferebatur] scilicet extra civitatem sepeliendus iuxta morem Hebr.

Vnicus] Græcè μονογενής, vnigenitus Turba civitatu multa cum illa] Inducant hæc, nobilem, ac diuitem fuisse.

4. Quinque circumstantia huius defuncti.

Quinque minimum circumstantias defuncti Lucas describit, ut declaret non sine causa Christum commiseratione motum. Primum non filia, sed si ius erat, qui solet charior esse; deinde quod vnigenitus, ad hæc quod mater erat, quæ eum amiserat & flens prosequeretur: tenerius verò amat marres, quam patres. his accedit, & quod adoles-

cent, seu iuuenis esset, non paruulus. Denique quod mater vidua, sine spe ex mortuo saltem marito filios habendi. Hinc Greg. Nyss. l. de hominis opificio c. 21. vel 26. partus, inquit, extiterat vidua singularis, solum hunc in lucem cum ederet, in doloribus nouerat, solum sibi lactauerat uberibus. Quidquid oculis maris dulce, pretiosumq. suberat solus vnicus efferebat, stirps videbatur generis, ramusculus successione baculus senectutis.

3. Misericordia motus] Misertus est Dominus corde primum: misericordia, inquit Lucas, motus. deinde ore, ac verbis, ait enim vidua: noliflere, deinde opere, dedit filium matri rediurum. Porro ut Centurioni fides sanitatem puero impetrauit, sic lacrymæ viduæ matris impetrarunt filio vitam, inquit Ambr.

Super eam] Hebr. scilicet propter eam. Noli flere] prohibetur ait idem Ambro. eum cui resurrectione debebatur flere. Neque verò hæc verba à Christo dicta sunt, ut à nobis dici solent, dum solamur alios. neq. enim causam doloris auferunt, ut à nobis dicta, sed hic à Christo prolata significant omnino causam fletus iam iam auferendam in vitam reuocato filio. Non prohibuit lacrymas super mortuum fundere, quasi malum id esset. nam licet flere ob charorum mortem; moderatè tamen Ecclesiast. 22. Super mortuum ploras defecit enim lux eius, & 3. in mortuum producit lacrymas. sed duo docere voluit. primum ob resurrectionis spem mortem amicorum non immoderate descendam. Idem Thessal. 4. monet D. Paulus: nolimus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent. Deinde quod iam iam defunctus in vitam reuocandus esset, hoc præsertim significare voluit.

4. Accessit & tetigit] vera misericordia non verbo solo constat, sed & opere, tactu ipso, portatoribus, ut susterent significauit. Et v. de Christi c'ementiam non expectauit preces, sed moerenti nec tamen poscenti ope & auxilio subuenit.

Hunc tantum mortuum exci: affe legitimus Christum sola misericordia commoerorum, nulliusque precibus compellatum: & is filius erat viduæ, id quod demonstrat viduarum Deum maximè consolatorem esse, earumque lacrymis maximè commoueri. Sic 3. Reg. 17. filius viduæ filium suscitauit Helias, & 4. Reg. 4. Elisæus viduæ inopiam olei miraculo multiplicati subleuauit. Sic Petrus Act. 9. viduarum precibus flexus Doreadem reuocauit ad vitam. ut hinc discamus vidui, ac omni penè ope destitutis adesse.

Loculum] posteaquam, inquit Ambros. lignum Christus tetigit, proficere cepit ad vitam; nempe salus est per crucis patibulum refusa, & hæc est causa spiritualis, cur Christus tangere voluit loculum. Vera ac literalis est, ex D. Bonauen. ut susterent portitores, nec ulterius pergerent in monumentum defunctum inferre; velle enim se ad vitam reuocare, ac detinere, ne terræ committatur. Aduerte Christum verbo, non tactu mortuum suscitasse, immò verò, mortuum, ne tetigit quidem; quamuis si tetigisset nequaquam immundus ipse fuisset redditus.

Adolescens tibi dico] præcipio. Non sic Elias, & Elisæus vitam mortuis restituerunt, expandit se ille; atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum 3. Reg. 17. hic item orauit ad Dominum, & incubuit super puerum 4. Re. 4 at Christ' iussu adolescentè, velut è somno excitat à morte, nec mirum quia Deus, illi homines. Mortuis porro imperare & ut ad vitam redeant solū imperado facere, solus Dei est: propter: à nō fuit contentus dixisse, surge; sed p'misit imperij verba. Igitur: tactu virtutem aliquo modo carnis suæ mysti-

5.

Vera misericordia in operibus consistit, non in verbis.

6.

7.

Discrimen inter filiam & Christum.

cæ decla-

cè declaravit; imperio diuinitatem cui earo vnita er. t significauit. Vox verò diuinitatis lat. nris, & per illam operantis iudicium erat.

Quæ ad allegoriam pertinent vide apud Ambr. hic Augustinum serm. 44. de Verbis Domini, & Theophylum Alex. lib. 3. de Allegorijs. Porro quid tres mortui à Christo suscitati mysticè significant serm. eodem 44. de Verb. Domini, & lib. 1. de serm. Domini in monte. c. 23. tradit Augustinus, & Greg. in Psal. 5. poenitentialem.

8. 6. **Timor**] videtur hic timor significare quandam cordis reuerentiam erga Deum; qua, dum cognoscimus præpotentem Dei virtutem, ac maiestatem supra nos, ei nos subdimus, ac submitimus. nascetur porro hic timor ex stupore tantæ potentæ, & hoc est primum, quod natum est ex patrato miraculo. Alterum verò sequitur.

Et magnificabant Deum] ex reuerentia cordis profecta est laus oris, & quidem non vulgaris. Gr. *ἰσόφα* or, glorificabant, nempè opera Dei magna, & præclara prædicabant, quod faciebant dicendo sequentia.

9. **Quia Propheta magnus**] profitebantur Deum misisse ad eos illum Prophetam, qui prædicebatur Deut. 18. venturus (vt quidem illi Iudæi putabant, vt de illis testatur Orig. in Io. Euseb lib. 9. demon. c. 11. Sic Chryso. Cyril. Theoph. Euthy. quos etiam Barradius citat. tom. 2. l. 2. cap. 13. in illa, *Propheta es tu?* venturus inquam ante Messiam; *Prophetam suscitabit vobis Dominus.* quamuis is Propheta non alius esset, quam ipsemet Messias. Non igitur hic *Propheta* significat Messiam, quod tamen Esichius hom. de laud. B. V. sentire videtur: sed Prophetam illum magnum, quem opinabantur Iudæi præcessurum Messie aduentum: Collegerunt autem Iudæi ex tam admirando opere. præsertim, quia animaduertebant Messie tempus iam imminere, Christum esse illum Prophetam.

Et quia Deus visitauit] quia, tam hic, quam supra, non causæ, sed declarad: vim habet, pro, quod, Idem autem est hic, Deum visitasse plebem, quod tanto Propheta misso populum beneficio affecisse.

Notat hic Ianse. in tribus præcedentibus miraculis sc. leprosi, pueri Paralytici, & huius adolescentis mortui, Quorum primus per se accedens & rogans, Alter aliorum precibus sanitatem obtinuit. Tertius non nisi larymcis multorum ad vitam reuocatus est; in his inquam triplex peccatorum genus designari. nam sunt, qui vitam quidem habent malis operibus comaculatam, sed non omnino ita malam, vt non possint ipsi ad Christum accedere, & pijs precibus sanitatem impetrare. Sunt & alij, qui ita animæ viribus paralyticorum more destituti sunt, vt vix valeant ipsi ad Christum accedere, sui tamen morbi magnitudinem, grauitatemq; sentientes, aliorum suffragia apud Dominum habere contendunt, vt sint, qui pro ipsis deprecantur, & sanitatem assequuntur Dei auxilio præuerti, illiq; cooperantes. Sunt deniq; , qui iam velut mortui nullum peccati sui sensum habent, & hi vt ad vitam reuocentur iam non solum piorum precibus, sed & lacrymis egent.

7 **Et exijt hic sermo**] rumor, seu factum. hoc autem est tertium, quod consequutum fuit ex miraculo. Percrebuit porro facti rumor, non per Galilæam modò, sed etiam Iudæam inuasit, & ad regiones circumpositas peruenit, in quibus gentes habitabant, pura Sydonij, & alij. Sunt tamen qui per Iudæam totam terram promissionis intelligat, vt scilicet iam Galilæam comprehendat: in qua erat ciuitas Naim. Sic Ianse.

9. A. **Ioannes autem**] Ex Luca constare videtur, legationem hanc Ioannis, missionemue discipulorum eius subiungendam actioni præcedentis miraculi. Id. n. mihi significant verba illa Lucæ, quæ hic

A habentur. v. 8. **& nunciauerunt Ioanni** (erat autem is in carcerem macherontem, vt volunt quidam, coniectus) *discipuli eius de omnibus his.* Statimque subditur, apud Lucam, **& conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum.**

Porro missio discipulorum Io. sicut & eiusdem mors antegressæ sunt Apostolorum missionem, id quod non modò hoc, sed capita sequentia clarius ostendunt.

10. **Tu es qui venturus es**] Non ait, an tu venturus es, sed an sit ille venturus, *an vero alium expectamus,* id est, expectare debemus. Quis nõ miretur hanc Ioan. legationem? Interrogat, an sit Iesus qui venturus est, an verò alius sit expectandus. Videri credat aliquis subdubitate Ioan. Christi præcurso-rem, an ipse Messias esset, nec ne. Atqui temeritatis si ita est, crimini obnoxius est Io. si eum prædicat, quem nescit. Aut certè perfidiæ vitium, non aufugiet, si dubitat de eo, quem aliquando cognouit reuelante Deo. Multa hic olim Patres; vt plurimum, quæ verior tunc videbatur opinio, erat Ambrosij in

B c. 7. Luc. quamuis sensum spiritualem prius alium huius loci sequendum censuerit. Bedæ, Hierony. Matth. 11. qui etiam epistol. 151. ad Alga. de ea re agit, Greg. ho. 1. in Ezech. & ho. 6. in Euang. interrogasse Io. num Christus per se ipsum esset moriturus & ad inferos venturus, vt intelligeret, sciretue num illum etiam inferis venturum nunciare deberet, quem terris venisse nunciauerat. Cùm enim interroget an venturus, videtur de futuro aliquo eius aduentu Ioannes interrogasse: Alioquin quorsum quærit num venturus sit, quæ iam venisse sciebat? hanc opinionem Chryso. ho. 37. & Theophy. in Commen. confutant. Nam quomodo mortem Christi & ad inferos descensum ignorare Ioannes poterat, quæ nemo tum Propheta, nemo qui veterum Prophetarum libros voluisset, vel vaticinia audisset, ignorabat? an statim oblitus est eius quod dixerat, *ecce Agnus Dei?* Certè idèd Agn⁹, quia Deo Patri pro peccati mundi sacrificandus. Non ergo moriturum dubitare potuit. D. certè Grego. saltè clarè non affirmat dubitasse num moriturus esset, sed an descensurus per se ad limbum, locaque Sanctorum Patrum.

C Nec quiequam pro hac sententia facit, vel remorari nos debet vox illa, *venturus*, Gr. enim habetur *ἰσχυρῶς* ille venturus, q. d. nam sit ille venturus, videlicet à Prophetis prædictus.

Veram igitur opinionem esse hanc reor: cùm Io. morti esse se proximum videret, & per crebuisse recens miraculorum Christi fama, discipulos suos dubitantes de Christo, an ipse esset Messias, misit ad illum, vt qui sibi non crediderant, miris eius operibus, & efficacitate sermonis & præsertim maiestate crederent. Misit autem quasi dubitans, vt tanto promptius auerent Christum interrogare tanquam Ioannis nuncijs & eius nomine missi. Medicus enim interdum ægrotum se fingit, vt ægrotum sanet, quod præsertim in spirituali medico verum est: quod declarauit Paulus cùm dixit: *quis infirmatur, & ego non infirmor?* 2 Cor. 11. 29. Cæterum, quamuis Io se Christo minorè prosteretur, illumque sibi coram omnibus præferret: putabant tamè eius discipuli illum modestia id non veritate dicere. Sic præceptorem suum amabant, vnde illa æmulatio Ioan. 3. 26. *Rabbi qui erat tecum trans Iordanem &c.* hic sanè iensus præter quam quod est Hilar. Chryso. Authoris imper. Cyrilli Alex. l. 2. Thesauri. c. 4. & aliorum. Confirmatur etiam, & ex hoc versu 9. vbi assignatur ratio legationis, *cùm audisset Ioann. opera,* i. miracula Christi mittens duos &c. vel vt inquit Lu. conuocauit duos de discipulis suis & misit ad Iesum. Numquid Christi miracula ancipitè, dubitè reddere poterat Ioann. qui sine

12. Ioannes Baptist. an dubitauerit de Christo.

13. Ioannes proderat in inuocandis discipulis.

10. Triplex peccatorum generum.

11.

miraculis non crediderat modo ipse, verum etiam tot præclaris testimonijs Mesiã publicè prædicatamittuntur ergò ab illo discipuli, vt visis miraculis desinant tandem de Christo dubitare

Potest id autoritate Cyril. ac B. Hierony. corroborari. ille l. 2. Theauri. ca. 4. sic scriptum reliquit quando Io. Prophetico spiritu, quo repletus erat ex vtero matris suæ, nudù iam imminere sibi gladium vidit; voluit discipulos suos in fide Christi confirmare, apteque docere, vt scirent, qui ad salutem omnium expectabatur. Hieronym. verò epist. 111. ad Alga. q. 1. sic scribit: *Ioannes mittebat discipulos, vt sui quærens, illis disceret, & idem hic, hoc est, in Matt. 11. initio quomodo, inquit, Saluator interrogat vbi sit positus Lazarus, lo. 11. vt qui locum sepulchri indicabant; saltem sic pararentur ad silem. & viderent mortuum resurgentem. sic & Io. in. interficiendus ab Herode discipulos suos mittit Christum, vt per hanc occasionem videntes signa, ac virtutes, crederent in eum, & magistro interrogante sibi discerent.*

14.

Illud obserua non ostendisse se verè dubium discipulis, sed voluisse ac mandasse, vt dubitationem, quàm illi habebant nomine suo eximendâ à Christo proponerent, vt tantò id hilarius, ac promptius efficerent. & verò sciebat non solum nihil inde scandalum, sed magnam quoque utilitatem, agente, ac respondente Christo, consecuturam, ad discipulorum animos in Christi fide stabiliendos.

15.

12. *Plagas*] Plagas, cruciatus interpretatur Emman in notis. Græc. flagellis. Toletus ep. osorum, aliorumque apotematibus laborantium plagas intelligit. cæcos verò multos; varijs, ac multiplicibus modis visu priuatos, interpretatur: quos proiudè intelligit fuisse multos, quod Euangelista quoque significare voluit.

13. *Quæ audistis*] scilicet miracula, quæ à me facta esse de his, qui viderunt didicistis, & audistis, præsertim de suscitacione adolescentis.

16. *Christus factus & non verbum respondes, & cur.*

Vristis] quæ vos ipsi præsentibus conspexistis. Sed cur factis, nõ verbis se Christum esse, respondit? Primùm ne turbis præsentibus palam nuntiaret se Christum esse atque ita occasionem præberet Iudæis, vt ante præstitutum tempus ipsum persequeretur. Itemque vt Ioan. ipse testimonium redderet de Christo relatis à discipulis & auditis miraculis Christi, quibus iã demonstrare facillè poterat ipsũ esse Mesiã iuxta Prophetarũ vaticinia. Tertio, vt inquit Chrys. & Rup. voluit Christus homines incredulos ad fidem trahere, fidemque illis persuadere non verbis, sed factis iuxta illud Io. 35. & c. 10. 37. 38. & c. 15. 24. 40. simul etiam modestiæ exemplum præbere voluit, dum non verbo, sed re ipsa ostendit se Mesiã: Samaritanæ verò mulieri se Christum esse aperuit, quia facillè illam credituram nouerat verbis ipsius. Denique maximè ad Christi mentem Chrysostr. addit. in ho. 37. in Matt. miraculis voluisse Christum; vt discerent discipuli. 10a. id quod interrogauerant, quia testimonium quod à rebus trahitur certius & credibilius est, & absque vlla suspicione, vt Interl. habet: *cessent*, inquit Christus, *verba loquantur opera*: igitur quia prædictum erat his signis dignoscendum venturum Mesiã, dum hæc se facere Christus demonstrat rebus ipsis loquẽtibus credibilius ac certius Ioannis interrogationi satis facit.

Cæci vident] Græcè ἀναβλέποντες, id est, visum recipiunt. *Pauperes Euangelizantur*] Gr. εὐαγγελίζονται, id est, euangelium audiunt, recipiunt, docentur, vt Isai. 6. prædictum fuerat q. d. pauperibus prædicatur euang. iuxta vaticinia, & illis eisdem regnum coelorum promittitur: quo quidem quod lætius, aut illustrius etiã audiri paterat? aduocasse nimirũ tẽpus, quo iã pauperes reges fieri inciperent.

A

Per hæc ergò miracula, quæ prædicta erant à Prophetis tanquam faciendâ à venturo Mesiã. Respondit Ioanni, quia ista erant signa, & notæ indicantes se esse Mesiã, lege Isai. 35. 5. 6.

Iustinus in dialo. cum Tryphone probat ex loco Isai. Christi aduentum contra Iudæos, quasi ea fecerit, quæ eum effecturum Prophætæ præntinuerant. ussit ergò Christus discipulis, vt magistro suo referrent, vel quæ viderant, vel quæ audierant, non propter ipsummet magistrum, sed propter discipulos, vt Ioannes nactus hanc occasionem adducto Prophetarum testimonio eos planè conuinceret, ac Christi fidem plenè doceret.

Dices Isaiã etiam memisse mutorum. Respondet non omninò distinctè referre Euangelistas an aliquis omninò mutus inter istos sanatus fuerit: credibile tamen est aliquos etiam muros sanitati fuisse restitutos, & forte aliquibus eius, qui spiritibus immundis eiectis curati fuerant auditus restitutus est. Nec incredibile mutos esse connumeratos inter illos, quos rumore, ac certa fama audierant curatos esse à Christo, quod verò dicitur *mortui resurgunt*, non est necesse, vt speciatim fuerit hoc prædictum ab aliquo Propheta, satis est Prophetas significasse, admiranda planè opera Christum editurum. Nam locus ille Isaiæ c. 26. 19. etiam ab Aug. l. 20. de ciuit. cap. 21. commemoratur multò meliù de generali resurrectione exponitur. Aliter sentire scio Card. Tol. ann. 37. sed Aug. magis hæreo. Licet verò illos discipulis Io. præsentibus ad vitam mortuos reuocarit Christus, audisse tanè suscitati adolescentis famam non est dubitandũ, cum ea ad plures dimanarit populos.

14. *Scandalizatus in me*] Erat Christus petra scandali, lapis offensionis Isai. 14. Ro. 9. 3. *positus in ruinam*, Luc. 2. 34. sed non credentibus; credentibus verò lapis erat summus & c. Petri. 2. 6. 7.

C

Scandalizari porrò intelligit eum qui humili conuersatione Christi, vel abiectione offendebatur; Quare occultè notat discipulos Ioannis, vt Hieron. epist. 151. ad Alga. q. 1. & Beda obseruari nt, simul ostendens se illorum corda nosse, vt inquit Cyrill. ostendit quoque eo. futuros beatos, qui mortis eius ignominia contpecta non fuerint in eo scandalizati; quare tacitè tuæ mortis, etiam crucis hic meminit.

15. *Et cum discessissent nuntij*] quare non ante. ex Chrysostomo, & Euthym. ne Ioannem coram eius discipulis per adulationem laudare videretur; & ne blandientis verba putarentur. Iterum adde illis abeuntibus cœpisse Christum.

De Ioanne dicere] ex Interl. ne turbæ Ioannem liuore motum suspicarentur, ad eam legationem instituendam; vt scirent etiam eum non sibi quæsisse, sed discipulis. Cyrillus quoque: *cognoscebat*, inquit, *aliquos dicturos*; *si Ioannes ignorat, quomodo eum ostendit dicens: ecce Agnus Dei?* quare, vt rectè notat Chrysostomus in homilia, declarat se rectè nosse eorum cordis occulta; nec durè loquitur, quia ex ignorantia peccabant.

Ad turbas] Interl. scilicet, *quæ nesciebant mysterium interrogationis eius.*

Quid existis in desertum] Alludit ad id quod dictum erat Matth. 3. 5. *tunc exibat ad eum Hierosolyma.* sic Lucas 3. 7. *Dicebat ergò ad turbas, quæ exibant, vt baptizarentur.* Est ergò sensus: non est quod vos pœniteat, quod in desertum exiueritis ad Ioannem, tanquam ad hominem sanctum quasi repente nunc in alterum sit mutatus. Non est Ioannes homo leuis, & similis arundini, qui sententiam temerè mutauerit.

16. *Hominem mollibus vestimentis*] id est, splendidis & pretiosis vestibus indutum. *Hominem* inquit Interl. *qui vana gloria ductus lucra quarat pro*

17. *Miracula notantur per quas Mesiã cognoscendum.*

18.

19. *Quinam in Christo scandalizantur.*

20.

21.

dapibus,

dapibus, vel vestibus qui locustis vivit, & pilis Camelorum induitur.

Mollibus] per, mollibus indutos, significare videtur, in delicijs viventes Chrysof. mollis inquit vestis dissolvit rigidam animam. Certè qui splendidis vestibus, & mollibus utuntur, delicijs diffiunt, & huiusmodi facile mutantur, vt laudes, vel honores, vel lucra, vel voluptates acquirant & consecantur. At qui rigidam sectantur vitam, veritatem omnibus præferunt.

In veste pretiosa] Græcè ἡ μαρομὸς ἰδίστη, est autem μαρομὸς non vestis, inquit Gagnæ. sed vestitus & cultus, quod Latini etiam vestiarium dicunt. ἰδίστη, id est, splendido, glorioso. Itaque hic vestis pro vestitu, seu cultu ponitur vestium. Gregor. in hom. si in studio pretiosarum vestium culpa non esset, non laudasset Dominus Ioannem de vestimenti austeritate. Augustinus 3. de doctrina Christiana capite 12. in talibus non usus rerum, sed libido ventis in culpa est. Itaque laudat Christus Ioannem à vitæ sanctitate, ab continentia, ab austeritate, non tantum vt eum constantem ostendat, sed etiam ne suspicarentur turbæ ob malum aliquod in carcerem esse coniectum.

In domibus Regum sunt] interl. vbi aliquid venientur. Græcè pro domibus est, βασιλείαις, id est, Palatij Regum sunt] versari solent.

17. Prophetiam] Fugienda hic omnino; tanquã scopulus Tertulliani sententia l. de Baptismo c. 10. & l. 4. contra Marcio. c. 18. spiritu Prophetæ iam destitutum Ioannem dubitasse ipsum venisse, què expectabant. Absit à cordibus nostris tam absurdus error, quem vel hæc Christi verba satis iugulant. Ioannes Propheta fuit, quia absentem Christum, id est, antequam docendo, & miracula edendo manifestum se faceret prænuntiavit. Plusquam Propheta vero, quia Christi præcursor, regni cœlorum Prædicator, Baptismi institutor, Angelus Dei, præferim vero, quia non tantum venturum prædixit Christum, sed etiam digito demonstravit. Sic Grego. quod & habet Interl. Addit Hieron. ad privilegiũ Prophetale accessisse baptismi præmium, & suum Dominum baptizaret.

Cum autem dicimus venturum prædixisse Christum, intellige, ad prædicandum. Vel quia testatus est de Christo esse illum quàm Prophetæ priores venturum prædixerant.

18. Ecce ego mitto Angelum] Probat Ioannem maiorem esse Prophetam, quia proximè præcedere, atque anteire Christum, eique viam præparare, deberet. Et quia angelus esset, non quidem natura, vt multi eum Iudæi falso existimarunt, sicut habet Euseb. l. 9. de demon. Euan. c. 1. sed officio.

Dicuntur Prophetæ & Sacerdotes Angeli Malachiz 1. 27. & Act. 7. 13. verum aliter quàm Ioannes, illi quia misit ad homines, Ioannes quia ad Deum, id est, Christum, vt eius præcursor, & testis fidelissimus. Et quidem proprio quodam vaticinio prædictus fuit tanquam angelus mittendus, nec quomodocumque, sed ante faciem eius, id est, vt ipsum proximè præcederet, cum alij serui (equi soleant Dominum; quod obseruarunt Chrysof. & Auctor Imper.

Ante faciem tuam] Hebraismus, pro, ante te, Malachi. habet c. 3. 1. ante faciem meam, quia inducit Christum de se loquentem; hic verò loquitur Pater de Filio.

Ex hoc loco Christus Deus satis clarè probatur, cum constet apud Prophetam Deum esse, qui loquebatur, loquebatur verò Christus. Porro vtrum que dici potuit, & quod Filius sit loquutus, & quod Pater, quia idem Deus, vterque. Vide in huc locum Malach. Riberam.

19. Maior inter natos mulierum] agit hic Do-

A minus non de officio, sed de moribus, hoc est, non dignitatem Ioannis, & munus cum dignitate ac munere superiorum Prophetarum, sed sanctitatem, cum sanctitate comparat, vt patet ex his, quæ præmisera: quid existis in desertum videre. q. d. què hominem? quem sanctum? & sic de consequentibus. de sanctitate etiam agit cum ait, qui autem minor est &c. quod si obijcias verba Lucæ, dicentis: maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est. Respondeo cum Euthym. quia Prophetæ tanquam sancti habebantur: ideo viri sancti, Propheta nomen accipiebant; & ita Christus non rarò Propheta etiam dictus est. Deinde, esto cum Augustino l. 2. con. aduers. legis, comparatio fiat cum solis Prophetis veteris testamenti, non tamen proinde in solo Prophetæ officio, sed multò magis in sanctitate. Ob id quod Prophetæ omnium sanctissimi haberentur. At inquires, hinc fieri Christo etiam & B. Virgine maiorem Ioannem fuisse. Respondeo cum solis sancti veteris testamenti collationem hic fieri. Christus, B. Virgo, Apostoli ad nouum pertinent testamentum. Quod verò sanctior Moyse, lege apud Barra. to. 1. l. 8. c. 4. nos ad alia pergimus.

Natos mulierum] id est, homines per Hebraismum, qui etiam cernitur in verbo, surrexit, id est, extitit, eminuit. significat enim existere cum quadam eminentia.

Qui autem minor est in regno Dei] hæc, in regno Dei, connectuntur cum præcedentibus, qui minor est, licet dubitet August. Regnum Dei, hic, tempus adoptionis filiorum, & Euangelij significat. Ergò sensus est: qui minimus est in Euangelio, in quo est adoptio filiorum, maior est illo scilicet Ioanne: ita vt fiat comparatio inter personas quidem tam noui, quàm veteris Testamenti, etiam in sanctitate, verum sumpta prout ad nouum, vel ad vetus Testamentum spectabat, quo modo qui minimus sanctus erat in Euangelio, erat maior etiam Ioanne, & omni alio, qui erat sanctus in veteri lege. Nam si Ioannes sanctitatis gradu præcessit multos, qui sub Euangelio, vel tempore adoptionis filiorum fuerunt, hoc habuit non ex lege, sed ex Euangelio, cuius futura virtus, ad eos quoque extendebatur, qui sub lege vivebãt. Itaq; sanctitas eorum, qui ad vetus testamentum pertinebant, erat veluti aliena, & quasi mureo accepta ab Euangelio per fidem: At eorum qui ad Euangelium spectãt, veluti hereditaria & propria: ac proinde quantũ ad hoc, minimus sanctitatis gradus in Euangelio excedit maximam cuiuslibet sancti veteris Testamenti sanctitatem, & minimus iustus in Euangelio, maximo iusto veteris Testamenti præstantior, ac maior est.

Quod si vterius pergas obijcere, & contendas Ioannem baptizatum à Christo fuisse, ac proinde ad statum filiorum, & non seruatorum pertinuisse, ergò hereditariã illi fuisse sanctitatẽ, nõ alienã, nõ ergò in hoc Ioann. inferior villo modò dici potest. Respondeo conferre hic Christum eos inter se, qui credituri erant in eum, & post passionem eius, ac mortem ad Ecclesiam venturi, quando iam baptizatus ipse & Euangelium integrum, & perfectum statum habere debebant cessante iam, & abolita lege. nondum enim Christi morte tempore Ioannis aperta erat ianua regni cœlestis, cum baptismus adoptionem perfectam filiorum Dei daturus erat. Itaque Ioannes nõ plenè ad Euangelij statum pertinebat, cum occisus fuerit ante Christi mortem. quamuis, vt scribit Greg. Nazian. ora. in sancta lumina, inter vetus, nouumque Testamentum interiectus fuerit, & medius inter legem, & Euangelium D. Thom. 2. 2. q. 164. a. 4. ad. 3. videtur facere Ioannem noui Testamenti, quod ad nostrum hunc sen-

22. Tertulliani absurda sententia de Ioan. Bapt.

23. Prophetæ & Sacerdotes Angeli.

24. Christus Deus.

25. Minimus Christianus maior & melior optimo Iudæo, & quomodo.

26.

sum

lum intelligi potest. Semper igitur si præcisè eum, qui ad Euangelium pertinet conferas cum eo, qui ad legem spectat, quamuis minimus; tamen qui inter Euangelij iustos est, maior quoque est.

Idem videtur sentire, sed ratione diuersi status Cardinal. Tol. ait enim, omnes qui sub lege erant spiritum seruitutis accepisse, renatos verò per baptismum spiritum adoptionis filiorum Dei. Semper autem filius, quolibet seruo maior est. Idèd qui iustus est tempore Euangelij hoc vno saltem, quia filius est ex statu quem habet, maior erit iusto quolibet veteris Testamenti, & illius sanctitas huius sanctitate quo ad hoc maior. Veteris namque Testamenti Patrum ex se status est seruorum. quibus verbis excitat Christus mirum in modum auditores ad Euangelij fidem arripiendam.

Alij quidam hunc locum exponunt de ipsomet Christo, qui minor est in regno cœlorum tempore, & hominum existimatione, quamuis maior sit dignitate, & ipsa re. Sic Aug. tract. 13. in Ioannem l. 2. con. aduers. legis, & Proph. c. 1. cum multis alijs. Aliter etiam D. Tho. 1. p. q. 117. a. 2.

20. *A diebus autem Ioannis*] putant quidam reddi hic rationem, cur qui minor est in regno cœlorum, maior sit Ioanne; Ratio est, quia Ioannes ad legem spectat, vt sequenti versu dicitur, qui rectius præponi debere quibusdam videtur versui vigesimo, vt ex verbis Luc. colligi potest c. 16. lex & Prophetæ vsque ad Ioan. ex eo regnum Dei euangelizatur & omnis in illud vim facit. Sed hoc nõ multum placet: malo dicere non esse transposita verba. Dico igitur nunc declarare Christum Dominum, vnde nam regnum Dei hoc, cuius meminerat, incipiat. *A diebus*, inquit, *Ioannis* &c. nam lex vsque ad Ioannem.

27.
Lex quomodo vsque ad Ioannem.

Quomodo autem lex vsque ad Ioannem fuerit si roges Respondeo breuiter, intelligi primùm posse, vsque ad Ioannem, id est, vsque ad Ioannis prædicationem, legem & Prophetas Prophetasse, id est, docuisse Dei voluntatem cum promissione de Messia, ac suo sanctos esse munere, & eo vsq; viguisse; per legem verò, & Prophetas intellige totum vetus Testamentum Deindè non est intelligendū statim prædicante Ioan. mortuam legem fuisse, & extinctam; sed nascente Euangelio, senum mori cepisse.

Vsque nunc] non quod post illud tempus non esse vim passurum, sed quod ab eo tempore semper perseverauerit vis illa, nec per Christi prædicationem cessarit, immò semper perseverabit quãdiu Euangelij prædicatione duratura est.

28.
Regnum cœlorum quomodo vim patitur.

28. *Regnum cœlorum*] Euangelium, & Christi Ecclesia. *Vim patitur*] secundum Hilar. Canon. 11. & Ambr. l. 6. in Luc. & ser. 15 de Nat. Domini, dicitur regnum cœlorum pati vim, & rapi à violentis, quia iam omnibus expositum apertumque est; ita tamen vt quicumque velit virtutem contendere, & in illud irruere, rapere illud & capere possit. Neque enim certis quasi cancellis intra vnum populum Iudeorum conclusum est; nec iam veluti hæreditario iure, vt Iudæis olim Dei cognitio, sic nunc regnum Dei datur, sed virtute: iuxta illud; *multi ab Oriente & Occidente venient* &c. Rectè quoque dicitur rapi, quia eiectis filijs regni, quibus videbatur debitum, virtute ipsa, ac perseverantia obtinetur iam, & rapitur, veluti illato bello, & armis de illorum manibus, qui in eius erant possessione: quicumque ergò velit contendere, illud obtinebit, cum prius, soli in eo essent Iudæi. Qui verò aiunt, vim pati regnum cœlorum, quod mortificatione obtineatur, non satis aptè locutus, hoc enim est sibi vim inferre, non regno cœlorum. Objicit Barra. l. 8. c. 9. to. 2. dixisse Christum à diebus Ioannis, vsq; nunc. i. à tempore, quod intercessit inter principiū

A prædicationis Io. Baptistæ, & hanc legationem eiusdem Ioannis ad Christum missam, regnum cœlorum vim pati. ergò nõ de gentibus loquutus est. Respondeo velle dicere ab eo tempore expositum esse regnum cœlorum cuiuslibet vi, non tamen excluditur sequens tempus, vt dixi n. 27.

21. *Lex & Prophetæ*] est sententia horum: regno cœlorum infertur vis à diebus Ioannis. Prophetarunt enim de Messia Lex & Prophetæ vsquo ad tempora Ioannis, quo prædicante Messias venit. Quoniam verò vsque ad hoc tempus regnum cœlorum non fuit prædicatum, saltem apertè, & vt omnibus expositum; Propterea illi vis illata nõ erat. Ioannes primum regnum cœlorum apertè prædicavit, Messiam indicans, illique viam præparans: quomobrem à diebus eius regnum Messie, & regnum cœlorum Euangelizatur, & vim patitur; eo modo quo exposuimus versu 20. & n. 27.

22. *Et si vultis recipere*] si attentè aduertatis, recipere enim hic aduertere est; vel ita dicit, quia libera fides est. sic Chrysost. vel significat non esse verum Eliam ad literam in Malachia prædictum, sed tamen inquit *si vultis recipere*, vobis erit Elias, non quidem verus, sed officio, & effectu. vt enim ille præcedet secundum aduentum Christi *conuertens corda* &c. sic Ioan. præcessit Messie aduentum, vt vos ad Deum conuertat: quod si nolitis illum recipere, neque hoc modo erit vobis Elias.

Obserua Ioannem, Eliam fuisse, id est, repræsentasse vestitu, vita, spiritu, præsertim verò præcursoris officio. Hieron. Epist. 151. ad Alga.

Qui venturus est] verus Elias omninò veniet de quo ad litteram loquitur Malachi. 4. sed mysticus Elias Ioannes venit quidem: sed est prædictus fuisse venturus & expectabatur. Itaque dum venturū dicit, confirmat etiã tacitè verum Eliam sub finem mundi venturum: & ait Ioannem esse mysticum Eliam, qui etiam prædictus fuit, vt venturus. Ergò completam, inquit, fuisse istam Scripturam Malac. c. 4. etiam in Ioanne, licet mysticè. Nam etiam de ipso prædictum erat, quod esset venturus, & Messie aduertum præcessurus; qui vitæ etiam similitudine alter Elias, immò & maior illo esset futurus.

Emmanuel dicit; *venturus est*, pro, *erat*, positum; sed non est necesse iuxta nostram expositionem.

23. *Qui habet aures* &c.] Hoc esse mysticum & indigere intelligentia ostendit cum subdit: qui habet &c. per aures autem secundum Interl. & Remig. intellige cordis aures. *Audire* verò significat intelligere, & obedire, vt Luc. 16. *qui vos audit*, &c. & Matth. 14. 15. *si te audierit*, Marc. 8. 18. aures ergò audiendi habet ille qui docilis & obediens est. Sūt enim qui audientes non audiunt Matth. 13. 13. Vel idèd dicit, qui habet aures &c. quia de re magni momenti, quam intelligere multum, intererat, loquutus fuerat.

24. *C. Iustificauerunt Deum*] quid sit iustificare sic explicat Ambros. qui peccat, & confitetur peccatum, iustificat Deum, id est, declarat eum iustum dum se iniquum agnoscens & credens Deo ab eo gratiam sperat. Sic fecerunt illi, qui confitentes peccata sua. baptizati sunt à Ioanne, misericordiã à Deo consequuti; ecõtra, qui noluerunt ab eo baptizari suam iniquitatem non agnoscen. es. Eusebius verò exponit iustificauerunt, id est, apparuit eis iustus in omnibus quæ fecit. Iansen. verò exponit iustificauerunt, id est, bonum, ac rectum prædicauerunt.

Eusebij & Iansenij Expositio vera & legitima erit, si intelligas hæc verba, non Christi esse, vt priora, sed Euangelistæ referentis, populum, qui de rat, auditis quæ dixerat de Ioanne Christus, con-

29.

30.
Ioannes quomodo Elias.

31.

32.
Iustificare quid.

firmasse eius dicta, confitendo Ioannem esse verum missum à Deo, Deumque impleffe, quod promiserat per Malaciam, missum Ioan. *ecce ego mitto angelum meum.* Sicque Deum iustificasse, vel tanquam fidelem in promissis, vel ut Iansen. explicat tanquam æquum & rectum prædicando, ut qui rectè fecerit mittendo eis talem virum, per quem salutem ipsorum prouidit: vel ut ex Eusebio retulimus, iustificasse tanquam eum qui apparuit eis iustus in omnibus, quæ fecit per Ioan. missum, ij autem, qui sic iustificarunt, erant qui baptizati fuerant ab eo. At Pharisei, & Scribæ non quidem omnes, sed qui non erant baptizati à Ioanne cum hanc commendationem Ioannes audissent ore Christi prolata, non sunt commoti ad poenitentiam, quod tali Prophetæ non paruerint spernentes Dei consilium, & decretum in mittendo Ioanne, ut per illum, & eius baptismum ad poenitentiam, & ad præparandam Christo viam aptarentur homines.

Ambrósij porrò expositio quadraret magis in hunc locum, si verba hæc essent Christi, & non Euangelistæ, cui rectè accommodatur, quod sequitur, id est, quod Pharisei, & legis periti dum nolunt agnoscere suam iniquitatem, spreuerunt Dei consilium, quo Deus per Ioannem coepit ad poenitentiam prouocare peccatores, & ostendere qua via remissio delictorum parari posset. Fauere videtur Ambrosio quod aliqua exemplaria, ut complutense, & Dionysius Carth. non legunt illa verba: *ait autem Dominus;* quæ sunt hic v. 26. propter quæ videri possunt præcedentia verba, quæ habentur v. 24. & 25. esse Euangelistæ. quare si nõ legantur ista: *ait autem Dominus.* probabilis est opinio dicentium etiam præcedentia verba esse Christi, sed re vera ferè codices omnes græci, & latini habent illa, sicut & exemplaria emendata nuper. quaquam & illa verba, quæ hic habentur. v. 24. *omnis autem pop. audiens,* etiam significant verba illa sequentia eodem v. 24. & 25. esse Euangelistæ: q. d. *omnis populus audiens,* id est, qui tunc Christum audiebat, & publicani *iustificauerunt Deum;* Durum est enim interpretari, *omnis populus,* audiens Ioannem prædicante. *& Publicani iustificauerunt Deum.* illa verò verba: *baptizati & non baptizati.* v. 24. 25. non debent accipi, quasi significetur, quod isti fuerint baptizati post hanc commendationem Christi de Ioan. vel non baptizati; sed sensus est; eos qui iam olim fuerant baptizati, iustificasse Deum; at eos, qui noluerant baptizari olim à Ioanne, consilium Dei spreuisse.

33. 25. *Pharisei autem, & legis periti*] id est, Scribæ, seu legis doctores non consenserunt istis Christi verbis, non credentes Ioannem à Deo missum: immò ipsi Ioanni etiam nunc detraxerunt, & contra eum obmurmurarunt, ita consilium Dei contemnentes, quo Ioannem præmiserat, ut per eum Christum agnoscerent, & in eum crederent. Ergò non recipientes Ioannem sua infidelitate, consilium Dei abiecerunt. Sumitur enim hic consilium pro eo, quod ex consilio procedit; ut Act. 20. dixit Paul. *non subterfugi, quo minus annunciarer vobis omne consilium Dei,* id est, doctrinam Euangelicam, quæ Dei consilio manifestata est etiam gentibus, ut & ipsæ saluæ fierent eam seruando.

In semetipfos] id est, in suam ipsorum ruinam, & perniciem, quidam legunt, ut Euthy. in semetipsis, id est, intra seipfos spreuerunt Dei consilium. loquitur autem Ioannes de his Phariseis, & Scribis, qui non fuerunt baptizati baptismo Ioannis: sicut & cum v. 24. dixit, *omnis populus,* non sunt intelligendi singuli de populo, sed multi respectu Phariseorum, & Scribarum.

26. *Cui ergò similes*] Matth. habet. *cui similem estimabo generationem istam,* id est, a similibus hu-

A ius ætatis homines?

27. *Pueri sedentibus &c.*] sc. ludo representantibus nunc læta, nunc tristia, verbi gratia, nunc per modum cantus læti, nunc per modum querimonie, & lamentationis. Mat. habet, qui clamantes coequalibus, id est, coætaneis. Gr. focijs quibus significatur, quod dum illa, seu læta, seu tristia representabant illi pueri, aderant alij pueri sodales, nunc cantantium, nunc plangentium, qui tamen nihil ostendebant se affici, siue lætis siue tristibus. Ad quos præcedentes pueri hæc canebant: *cantauimus vobis, & non saltastis, &c.* Hæc an ita sint non potest omninò constare, quia ignotum est, & obscurum hoc ludi puerilis genus, quod tamen diximus videtur litteræ consentaneum.

34. Observant verò Hugo Cardinal. Iansen. Maldon. frustra eos laborare, qui nituntur singulas similitudinis partes adaptare, personas personis, membra membris &c. Totum sententiæ corpus potius spectandum est, & integrum ex integra similitudine trahendum argumentum, ut est in multis parabolis, ut cum dicitur Matth. 13. 24. *simile factum est regnum coelorum homini, qui seminauit,* vel *homini negotiatori, querenti bonas margaritas,* vel *homini regi, qui fecit nuptias:* Non est intelligendum dici regnum coelorum simile homini patrifamilias, regi vel negotiatori; sed potius simile dicendum esset semini, aut agro, aut margaritæ, &c. id est, sensus ergò est in his, & similibus: in regno coelorum tale quid contingere. Idem est hic sensus, quasi dicat, inquit Gagnæus, Matth. vndecimo, de hoc hominũ genere similiter dici potest illud, quod pueri sedentes in foro, morosis, ac se fastidientibus sodalibus, & æqualibus dicunt: *cecimus, &c.* id est, neque lætis, neque seueris verbis conciliare nos vobis potuimus, & in nostram sententiam adducere. Alioquin illa Iudæorum generatio, non tam pueris, qui ea verba sodalibus exprobrabant, similis est, quod tamen verba sonare videntur, quam eis, quibus exprobrabantur. Itaque sensus est breuiter: in generatione, & hominibus huius ætatis tal equid accidisse patet, qualesu venit, cum pueri in foro dicunt sodalibus, *cantauimus, & lamentauimus, &c.*

28. *Venit enim Ioannes*] Applicat nunc hoc versiculo, & sequenti similitudinem, quasi dicat, Ioannes audientibus vobis lamentatus est, & non planxistis: filius hominis cecinit, & non saltastis, (sequitur enim fuit Ioan. austeriorem vitam, Christus communiorem) sed non modo ad meliorem frugem per hæc vos recepistis: verum quæ erant arripientia in occasionem vitæ & gratiarum actionis, conuertistis in occasionem mortis, & calumniæ; vocantes me quidem potatorem, & deuorantorem &c. Ioannem verò Dæmoniacum tanquam vitæ austerioris hominem, & non similem alijs, quod nec in ludo illo puerorum reperitur.

Neque manducans panem, neque bibens] Matth. simpliciter habet, *neque manducans, neque bibens,* vel quod nemo eum manducantem viderat; aut quia parcè admodum manducaret; aut quia cibis potius ferarum, quàm hominum vteretur.

Denique non consuetis; neque verò baccis, seminibus, vel oleribus vsum esse Clemens Alexandri. tradidit Pædag. l. 3. c. 1. dum ait: Matthæus Apostolus seminibus, baccis, oleribusque absque carnibus utebatur. Ioannes continentia locustas, & mel siluestre comedebat. Et ut hoc obiter dicamus, tempore quidè à carne, & vino Apostolos multa afferri possunt exempla Nam de Petro, persuadet Gregor. Nazian. de amore pauper. scribens ipsũ lupinis minuto assè vaneutibus famè pelserè cõsueuisse. De quo Iacobo fratre Domini neq; carnes vnquam in cibum, neque vinum in potum ad-

hibere

35. Similitudines quomodo adaptanda.

36. Ioannis vi. 8m.

37.

hibere solitum esse Egesip. grauis auctor apud Euf. historiz l. 3. cap. 22. affirmat de Mattheo diximus. Timotheum vino se temperasse, sed occasione stomachi flaccescentis, modicum ex eo sumendum illi Paulum imperasse tradit Chrysof. aurea hom. in ea verba Pauli *utere modico vino, &c.* sed & ipsu Paulum a vino abstinuisse docet Baro. anno Christi 57. & 58. At Ioannes, non modo his abstinuit, sed communibus etiam alijs cibis, vsus locustis, & melle syluestri, ob id *neque manducans, neque bibens* venisse dicitur à Saluatore. Contra Saluator ipse, quod communibus vteretur cibis, & *manducans, & bibens* venisse dicitur.

30. *Et iustificata est sapientia*] laudata, approbata, vel defensa, vt quæ nihil omiserit ad salutem necessarium.

38.

Ab omnibus filijs suis] id est, sui participibus & amicis, nempè verè sapientibus. Per *sapientiam* porrò Dei prouidentiam, & consilium intellige in salute hominum curada, misso præsertim Ioan. & Christo. Dicitur autè iustificata à filijs suis, ijs scilicet, qui crediderunt, & receperunt Dei myteria, non quod confessi sint ipsam sapientiam, aut approbauerint iustam, nec quod eam confutati sint: sed quod in ipsis credentibus ostensa sit eius iustitia: dum enim illi crediderunt, & susceperunt, aperta fuit culpa illorum, qui non crediderunt; cum eorum incredulitas inde prouenerit, quod credere noluerint, non quod aliquid fuerit necessarium omisissum, alioquin neque credidissent, qui susceperunt, & ad hunc sensum accommodari debet expositio prædicta, qua exposuimus *iustificata est sapientia*, id est, laudata, probata, defensa ver. 30.

Filij sapientie qui.

Sunt tamen qui satis probabiliter per filios sapientie intelligant omnes Iudæos, & eos qui sapientiam receperunt, & eos qui reiecerunt; quod essent quasi pueri, & discipuli diuinæ prouidentie, quæ iudæos speciatim tanquam proprios filios gubernabat: & ita iustificatam intellige sapientiam, id est, iustam declaratam tam à bonis, quam à malis, dum canente Christo, & lamentante Ioanne, bonorum alij saluauerunt, hoc est, Christum; alij planxerunt, hoc est, Ioannem sequuti sum: Mali neutrum præstare voluerunt, & de bonis iam diximus hoc eo. num. 38: quo modo iustificauerunt; de malis iam dicimus. Nam dum nec Christi cantu, nec Ioannis lamentatione credere voluerunt, satis ostenderunt se nullo modo velle credere, quamuis alijs credentibus, ac proinde per se, non per diuinam stetisse sapientiam quo minus conuerterentur. Hanc expositionem probabiliter reddit etiam vox græca, *ἡ δὲ σοφία*, & iustificata. Si enim voluisset eos tantum intelligere, qui eam receperunt, non dixisset *ἡ δὲ σοφία*, veruntamen *iustificata est sapientia, à filijs suis*. nam *ἡ δὲ σοφία*, hanc videtur quibusdam habere vim, vt significet, ipsomet filios sapientie vt discipulos magistram, alios discendo, alios non discendo iustificasse, quasi omnes illa amplecti, & comprehendere voluerit quo ad se.

39. Exprobratio cum deploratione.

34. *Tum cepit exprobrare*] hæc exprobratio intelligitur facta cum deploratione; & intimo cordis dolore, quære Hieronym. Matth. 11. Corozain ait & Bethzaida à Saluatore planguntur, quod post tot signa ac virtutes non egerint poenitentiam. Euthym. etiam inquit, cepit exprobrare id est miseras dicere, & plorare. Hæc fere habentur Luc. 10. post decretos 70. discipulos, dum eos prædicandum mitteret. Sed cum Matth. dicat *tunc*, id est, eo tempore, quo videlicet superiora dixerat hæc esse pronunciata, dicendum bis à Domino hæc esse prolata. quamuis si quis contendat semel esse dicta, tunc dicendum esset, ordinem seruatum esse

A à Luca, Mattheum verò ob similitudinem horum cum illis quæ hic disseruit Dominus in hunc locum retulisse, atque aded vox illa *tunc*, id est, illo tempore, non est necesse, vt designet illud ipsum tempus, quo proximè præcedèria dicta sunt. Post enim designare tempus amplius, seu latius patens, quo multa dicebantur, & gerebantur à Christo. Solet enim Matth. vt quidam obseruant reuocare ad eandem Christi doctrinam alia etiam conformia, & similia; quæ Lucas scribit varijs esse temporibus dicta. Porrò, & confessio etiam illa, *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terra* &c. narratur à Luca post reditum discipulorum, vt patet ex cap. 10. 21. Luc. quam tamen Matth. hic exposuit post exprobrationem. Verum, quoniam probabilius est exprobrationem non semel dictam, præsertim verò propter vocem quam hic posuit Matth. *tunc*; propterea vtrouique, & apud Mattheum, & Lucam reliquimus: id quod non idem fecimus de confessione, quam Lucas visus est nobis suo loco narrasse. Rogat Hieronymus. Vbi nam scriptum sit in his ciuitatibus Corozain, & Bethzaida multa miracula facta. Respondet Christum circuisse omnes ciuitates, & vicos, Matth. 9. *circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni, etiam curans omnem languorem, & omnem infirmitatè*: & ideo etiam in his ciuitatibus edidisse miracula.

B

32. *Va tibi &c.*] per virtutes intellige miracula. In *cilicio*] Græc. *Sacco. Cinere*] Gregor. hunc locum moraliter explicat 35. moral. c. 2. *utrumque*, inquit, *adhiberi solet ad poenitentiam, vt in punitione cilicij cognoscamus quid fecimus; in cinere, quid facturi simus mortui scilicet pungente peccato*. Rectè, nam cilicium pungit, & talis eù pungentis peccati recordatio. Cinis verò apè considerationem mortis cõtinet, per quam in puluerem redigimur. Lucas addit. c. 10. *sedentes*; selsio verò humilitatem conscientie significat.

40.

C

Sensus literæ est: *in cilicio & cinere*, id est, maximam poenitentiam egissent: ille enim grauissimæ poenitentie habitus erat, Isai. 58. 5. Hierem. 6. 26. & 25. 34. Thren. 2. 10. Daniel. 9. 3. quem ritum gentiles quoque imitatos fuisse constat ex Ionæ capite trigesimo sexto.

Olim] iam pridem, iam diu non expectassent tam diu quam vos, non tot exhortationes, non tot miracula desiderassent, hanc vim potest habere vox *olim*. Hæc dicuntur ad maiorem amplificationem obfirmati animi haru ciuitatum in peccatis.

Sunt porrò hæc oppida, lacui Genesareth adiacentia, in qua parte Galilææ, Dominus frequenter egit. Vide inferius. n. 42.

Piget hic refutare eorum opinionem, qui aiunt Christum hic loqui de auxilio externo externo tantum per prædicationem & miracula, non verò de interiori per illuminationem & inspirationem internam, cum scilicet significat, cum eodem auxilio, vel æquali præueniente fuisse cõuertendos Tyrios, Sidoniosque; cum quo tamen non fuere conuersi ciues Corozain, & Bethzaida. Alioqui si internum etiam connumeret, non idem vel æquale fuisset auxilium. Piget inquam hoc confutare, nam si Tyriz, & Sidonij credituri erant, si apud eos Christus prædicasset, & virtutes fecisset; quia ipse interius speciale lumen, & inspirationes dedisset: quo no mane rogo potuisset reprehendere iudæos, quod cum illis signis, & prædicatione, non crederent, cum quibus alij erant credituri? responderet enim se non recepisse, vel illud tale lumen, & peculiare inspirationes, sine quibus credere non poterant; vel certè non recepisse æquale auxilium, sed minus; & ideo non mirum si Tyriz, & Sidonij crederent. Greg. verò ho. 30. in Eu. & Aug. de præde-

41.

flinatione Sanctorum c. 8. nihil contrarium docent, sed tantum volunt præter externam prædicationem requiri internam, quã tamen habet congruam, & efficacem is qui conuertitur, caret qui non conuertitur, licet non careat interna uocatione. Hinc stabilitur eorum sententia uerissima, cum eodem auxilio, seu æquali, posse vnum credere, vel conuerti; non alium, quia nolit, licet in genere beneficij, & gratiæ semper auxilium in credente, & conuersio fuerit maius, quia scilicet Deus uoluit dare huic auxilium congruum, id est, cum quo uidebat, vel sciebat consensurum lege Suarez. l. 3. de auxilio c. 20. n. 6. sed de toto hoc loco in Theoria dicendum est.

33. *Veruntamen*] pro, *idcirco, Remissus erit*] mitius punientur. Sic Euth. in Matthæum dicit, uocem græcam πλὴν vim illatiuã habere quasi dicat, propter quod. Secundum alios quosdam est aduersatiua, ut sit sensus, *ueruntamen*, id est, quamuis plures uirtutes factæ sint in uobis, quàm in Tyro, & Sidone, qua in re illis estis prælati in hoc sæculo, tamen in die iudicij grauius puniemini.

34. *Et tu Capharnaum*] seorsim Capharnaum meminit, quia in eo frequentius fuerat. *Nunquid usque in cælum exaltaberis?*] G. ἕως τοῦ οὐρανοῦ ἕψωθεῖσθα quæ usq; ad cælum exaltata es, ut Lucæ 10. 15. legitur.

Sic legunt Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus, & Hieronymus etiam monet in nonnullis codicibus se legisse. Noster interpres uideatur legisse pro ἰ, articulo, ἡ, pro ἕψωθεῖσθα ἕψωθεῖσθα.

Vsq; ad infernum descendes] Gr. ἕως ἄδης, ἢ ἕως ἑβ. ἄδης, usq; ad infernum deprimeris, quasi dicat, uel non sponte. loquitur de æterna ciuium damnatione in hanc sententiam: num tibi putas istam gloriã diu duraturam? erras sanè. Idemque est sensus, si legas prout græcè habetur, uel ut apud Lucam *qua usque ad cælum es exaltata*, scilicet mea præsentia, doctrina, & miraculis.

42. *Capharnaum & Corozain ubi sita.*
 Obserua secundum latus Occidentale maris Galilæe sitam fuisse Capharnaum, itemque Corozain, quæ Capharnaum duobus duntaxat miliaribus longè aberat. Capharnaum in Bethsaidam iter erat, quæ in ripa eiusdem lacus, seu maris occidentali locata erat, parua trium Apostolorum Petri, Andree, Philippi. Erat autem vicus, quem illustrauit Philippus Tetrarcha, & Iuliam appellauit, à Iulia Cæsaris filia ex Ioseph. libro decimo octauo antiq. capite tertio, sexto indè miliario occurrebat Magdalum, & postea Tiberias, unde Tiberiadis nomen mare obtinuit Ioannis sexto.

43. *Fortè mansissent*] Fortè non est Græcè, sed æv quæ etiam particula habetur supra uersiculo trigesimo secundo, Græcè πάλιν, olim fortè in cilio & cinere poenitentiam egissent, particula est potentialis, quæ hunc sensum facit. potuissent permanere certè, uel utique. Erraret sanè qui quoties in Scriptura legit forsitan, pertinere id arbitraretur ad incertitudinem diuinæ scientiæ explicandam. Aliter Hieronymus sentit Ezechiel. secundo, & Hierem. uigesimo sexto. Aliter Ambrosius libro secundo de poenitentia capite secundo. Aliter Eusebius libro sexto, de præparatione, capite nono. Aliter Chrysostomus in illud Matthæi 21. *uerebuntur fortè filium meum.* Aliter Theodoretus uigesimo sexto. Hierem. & idem colligitur ex Ioanne quinto, *si crederetis Moysi forsitan & mihi, & Ioannis octauo, si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.* Actorum octauo, *poenitentiam age, si fortè remittantur tibi, &c.* ubi in rebus certissimis usurpatur eadem particula.

Iraque uel apponitur ad denotandam arbitrij

A libertatem, euentumque rei ex parte huminum, ut Hieronym. cum alijs asserit. uel ad significandum difficultatem talis effectus, ut Grego. ho. decimo octaua, in Ezechiel. docet. uel est quidam loquendi modus Scripturæ, quo humano more hominibus res narrantur, ut Ambrosius loco citato obseruat. Quamquã sæpè ex græcis, fortè ponatur loco *utique sanè*, certè, ex Abulensi, & Iansen. hic, Cathusiano, Titel. Matth. undecimo. Toletio Ioann. 4. 5. & 8.

35. *Remissus*] uel tolerabilius, ut dicitur Matt. 10. 15. non quod non maiora fortasse Sodomæ, & Gomorræ habuerint peccata, nec quod iam incendio, partem aliquem poenæ lussent, ut Anast. q. 17. in Scriptur. inquit, quod de certo aliquo peccato puta inhospitalitatis agatur, ut Matth. 10. scribit Remig. & Lyan. apud D. Thom. qui ait Sodomitas inter alia uicia illud habuisse, quod egenis manû non porrigebant. conferri ergo uult eos, qui Apostolos nõ recipiebant, cû Sodomitis, quoad hoc uitium. grauius autem erat manum & hospitalitatem Apostolis non deferre, quàm egenis reliquis. Sed quia illis non fuerat Euangelium prædicatum, ut passim intelligunt Hieronym. Hilari. & alij, D. Thom. rem hanc Scholastico more clarius declarat: *dicendum*, inquit, *quod non comparat Dominus peccatum cum peccato, sed cum circumstantia, quia peccabant isti, quibus fuerat prædicatum: illi peccarunt, uerum non fuerat eis prædicatum:* Adde quod isti Euangelij legatos repulerunt, quod non fecere Sodomæ, & Gomorræ, qui nec miracula uiderant, sicut isti innumera, neque ad terram illorum discipuli missi fuerant, ut & magister. igitur cæteris paribus grauius punientur isti. idem dic de Christianis respectu Ethnicorum cæteris paribus. Vide inferius cap. 17. in Scholijis ad v. 21.

C Colligere est, tû ex loco, tum ex lo. ci. Matt. duo dogmata: alterum æquales non esse damnatorum omnium poenas, ut Notat Hieronym. Alterum, quosdam non in hac solum uita, sed etiam in altera puniri, ut obseruat Anast. & Euth. in cap. v. Luc. Sodomitæ enim iam urbis incendio puniti erant, & tamen Christus in die iudicij adhuc puniendos tradit: non quod duplici poena puniantur. sed quod eorum poena hic incipiat, & ibi continueur, lege Diuum Gregorium libro decimo octauo moralium, capite decimotertio; & Franciscum Toletum Lucæ decimo annotatione decimasexta.

44

Damnatorum poena in æquales. Etiam in altera uita quosdam puniri.

THEORIA I.

In uers. 32. *Va tibi Corozain. va tibi Bethsaida.* Statuitur Dei scientia conditionata.

D SOLEMNIS est hic locus ad multa stabilenda, quæ ad gratiam pertinet, & liberum hominis arbitrium. Principio ex hoc loco, sicut ex similibus quibusdam alijs eliciunt uiri planè docti & eruditi scientiam quãdam quam conditionatam nuncupant, quod respiciat futura sub aliqua conditione: uel etiam mediam, quod fortassis ordine rationis medium teneat locum inter eam, quæ simplicis intelligentiæ, & eam, quæ à Theologis uisionis dicitur. Est porro hæc scientia, per quam Deus, antequam modo intelligendi nostro quicquam in æternitate absolute statuerat, cognouit quid unaquæque; creata uoluntas factura esset, si in hac, aut illa occasione in his, aut illis loci, temporis, &

L

Scientia conditionata quæ.

aliorum

aliam rerum circumstantijs, talibus, vel tantis munita præfidijs constitueretur.

Hanc ex hoc loco sic deducunt. indicat enim non obscure locus iste conditionalem hanc illationem consequutionemue, seu rem hac illatione, consequutioneue contentam verissimam, certissimamque esse: nimirum si id genus virtutes, & tot factæ fuissent apud Tyros, & Sidonios, quæ factæ sunt apud Corozain & Bethsaidam, acturos fuisse illos pœnitentiâ, & ad meliorem frugem se recepturos: & Hanc porrò vitæ emendationem ac relapsionem, & si numquam futuram, ex hypothesi tamen potuisse ab ipso Christo præfieri, siue cognosci: & verò etiam fuisse illi cognitam, nobisq; promulgatam. Eandem scientiam efficere, stabilireue videtur locus ille Iohannis 6. 15 Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. eandem ostendit locus alius I. Reg. 1. 23. 11. 12. vbi quærenti Dauid num Saul esset venturus: & Ceilitæ eum Sauli tradituri. Summatim respondet Deus, Saul descendet, Ceilitæ tradent. Eandem quoque confirmat locus ille Ezechiel. 3. non ad populum profundi sermonis, & ignota lingua tu mitteris: & si ad illos mittereris, audirent te; sunt & alia; quæ certè de imperfecta aliqua, & tantum coniecturali notitia interpretari; vel secundum humanæ vitæ cursum, & Oeconomiam intelligenda esse dicere, atq; adeò humano more loquutum esse Deum, indignum planè Deo est. quia de re, quoniam copiosè satis, & doctè multa literarum monumentis tradita sunt à Franc. Sua. l. 2. de scient. condi. c. 1. vbi excludit quæ contra ista loca à quibusdam afferuntur. Idèd illum adeat quicumque plura desiderat.

Augustinus satis hanc sententiam l. 2. de bono perseueran. c. 9. confirmat: vbi sic scribit: nunquid dicere possumus Tyros & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si ferent, cum eu Dominus attestetur, quod acturi essent, magna humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum? Quare ibi, & c. 10. duo ex hoc, quem præ manibus habemus, loco colligit. primum non iudicari homines ex his quæ acturi essent, si hoc, vel illud eis accideret, quamuis hoc Deus nouerit, sed ex his quæ faciunt. Alterum, præuenientem gratiam interdum negari eis, quos Deus nouit benè fuisse illa vsuros: dari autem eis, qui malè vsuri sunt; quod dicit esse vnum ex maximis diuinæ prædestinationis mysterijs. & in Ench. c. 95. Tunc non latebit, & c. Cur apud quosdam non facta sint virtutes, quæ si facta fuissent, egissent illi homines pœnitentiam, & facta sint apud eos, qui non fuerant credituri. Apertissime namque Dominus dicit va tibi Corozaim, va tibi Bethsaida, quia si in Tyro & c. Prosper in respon. ad excepta Genuens. resp. 8. hunc locum Matth. declarans, & verba Augustini libr. 2. de bo. perseue. cap. 14. inter cætera habet: nos etiam firmitatem facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit.

Quare miror Paulum Penium. c. 4. l. qui inscribitur, qua nam ratione dirimi possit controuersia, & cætera, vocasse hanc scientiam

A conditionatam, tortuosum, ac ruinosum præsidium; cum tamen ea, quæ contra illam affert capite quinto, nullius sint planè difficultatis ad dissoluendum.

Denique stat pro hac scientia ratio, nam si hæc quæ prædicuntur incerto modo & humano more prædicuntur, vix sanè haberent hæc oracula maiorem certitudinem, quam Dæmonis responsa, possentque qui audiunt, puta Dauid, de illis adhuc subdubitare citra peccatum. quod magnum absurdum est. Et hoc secundum planum est consequi. primum illud probatur; nam etiam Dæmoni nota est voluntatis propositio, & natura, vnde potest non sine magna probabilitate conijcere, quid in hoc, vel illo euentu faceret liberum arbitrium, quod pergeret, quoue inflecteretur. & quamuis Dei cognitio ex parte cognoscentis sit perfectior, dæmon tamen quoad naturalia comprehendit hominis voluntatem, & quantum ad actus malos habet vim, & efficacitatem quandam, prauumque affectum ad intelligendum, & impellendum ad illos, quantum pro virili contendere potest, si illi permittatur.

Et quidem cum Dauid Dominum consuluit, non hoc fecit, ut prudentis hominis iudicium, & coniecturam audiret, sed certissimum Dei iudicium, quod decipi nequit, exquisiuit. deinde cum Christus redarguit exemplo Sidoniorum & Tyriorum obfirmatum, durumque animum Bethsaidæ, & Corozaim, conuincere eos inde contendit, ex eo nimirum quod certissime ipse nouerat; Nam secundum humanam coniecturam non multum esset eos redarguere, & in die ipsius iudicij, sic cordis durtiorem non planè certam, & liquidò constantem ipsis exprobrare.

Quod verò vox illa, fortè, quæ solet addi, & hic habetur v. 3. 4. non ostendat, vel peruincat eiusmodi cognitionem Dei incertam, satis patet ex ijs, quæ in Scholijs eo loco diximus num. 43.

Iam verò qui ex hoc eodem loco colligunt, Deum idèd multis gratiam ad salutem, necessariam non dare, quod prædestinati non sint, nulla ratione audiendi sunt, quod fufius profsequi, alterius est loci: Nam quantum ad præsentem sententiam, locumque attinet: affirmo, nõ esse hic sermonem de gratia necessaria, sed de superabundante, id est, de miraculorum magnitudine, multitudineue. Mitto hic, quod Scribæ, & Pharisei, quorum Christus incredulitatem redarguit, bona ex parte reprobatum fuerit, cum tamen illis Euangelium prædicatum fuerit. Non igitur propterea Tyrijs, & Sidonijs non est prædicatum, quod prædestinati non essent. Potuit ergò esse causa, quamobrem non est illis promulgatum Euangelium, quia nondum aduenerat tempus prædicandi gentibus legem Christi. Interim poterant seruata naturæ lege salutem consequi.

5. Certitudo diuinarum prædictionum.

6. Deo dat gratiam ad salutem necessariam etiam non prædestinatis.

Homines nõ iudicantur ex operibus quæ facturi fuerunt, sed quæ fecerunt. Præueniens gratia quibusdam datur quibusdam negatur, & cur.

Bennium.

THEORIA II.

Ex eodem loco distinctionem illam apud Theologos celeberrimam gratiæ in *sufficientem* & *efficacem* colligi, & quæ vtraque sit.

1.
Duplex gratia, sufficiens & efficax.

CELEBRIS est apud Theolog. illa gratiæ distinctio in *sufficientem*, & *efficacem*, quæ ex hoc loco elici & quæ qualisue vtraque sit breuiter declarare volumus. Et verò eam colligere, atque hic deducere, parui omninò negotij est. Nam eadem gratia, quæ fuit sufficiens quamuis inefficax Iudæis, futura erat efficax posita prædicatione, & miraculis, Tyrjjs, Sidonijisque. Cæterum illud est difficillimum inuestigare, quæ nam sit sufficientis gratiæ, vel etiam efficacis notio, vis, & natura.

2.
Efficax gratia dupliciter dicitur.

Obseruandum igitur bifariam dici posse gratiam efficacem: vel quæ actu facit conuersionem, verbi gratia, fidem, vel amorem & cætera, vel quæ facit, vt faciamus, & velimus re ipsa, & cum effectu, ita vt non resistamus, non repugnemus, non obluemur. Priori modo potius appellanda est efficiens, quàm efficax, nec intelligi, aut mente comprehendere potest citra cooperationem nostram: Et nec posita est in sola gratia excitante, seu vocante, sed simul necessaria est cooperans, & actu, req; ipsa nobiscum concurrens. Hoc igitur modo non intelligitur in hac distinctione, si spectemus eos, qui de ea disputant, vel etiam August. sed posteriori modo.

3.
Gratia efficacia.

Facit autem hoc modo gratia, vt velimus, & faciamus per vocationem, videlicet per illuminationes, mentisque illustrationes, per inspirationes: quare sit, vt in hac vocatione efficacia posita sit, quam nullo modo habet à libero arbitrio. Et quidem in vocatione efficacitas est, non quæ posita sit in physica, vt vocant, determinatione voluntatis: imò nec quæ in morali sita sit voluntatis determinatione, si per moralem etiam intelligas, quæ adeò vehemens est, vt ei certo, & infallibiliter, licet liberè, consentiat voluntas, ita vt moraliter impossibile sit nõ cõsentire. Hæc enim determinatio non est necessaria, neq; in ea posita est gratiæ efficacitas: verum quæ in ea potius morali determinatione sita est, quæ & infallibilè habet effectum, & fit suadendo quidè, verum ita, vt moraliter possit voluntas pro arbitratu non consentire.

4.
Gratia collocata in commensuratione aiqua.

Nec satis congruè hi loquuntur meo iudicio, qui affirmant collocatam esse in quadam commensuratione cum voluntate addito respectu, & relatione ad futurum actum voluntatis, qui est veluti, vt in Scholijjs loquimur, connotatus.

5.

Cæterum aiunt cum Dei bonitas sit etiam huius commensurationis causa, simulque velit nobis tradere talem gratiam, quam habituram præuidet esse effectum, vel euentum, idè ipse est causa, nempe efficiens, vt ego interpretor, efficacitæ gratiæ; & scientia conditionata est, qua cognoscit DEVS hanc gra-

ATiæ efficacitatem, ex eaq; habet vt sit certus de infallibilitate effectus vocationis, estque veluti causa quare DEVS possit efficaciter mouere voluntatem cum absolute ipse vult. Nunquam verò inquirunt affirmandum est formalem ipsam gratiæ efficaciam in ea scientia constitutam esse: debet enim poni, & collocari in ipsa gratia aliquo modo formaliter: ipsa enim est quæ formaliter dicitur *efficax*. Verum non negant, posse infallibilitatem & efficaciam aliquo modo vocationis & salutis referri in DEVM, vel prædictam DEI scientiam, quæ non fallitur, & non falli potest, vt num. i. dixi.

Meritò proindè Augustinum de correctione & gratia capite septimo de prædeterminationis dixisse: *horum si quisquam perit, fallitur DEVS; sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus*. At si ipsam spectemus formalem efficaciam, quæ in quadam proportionem, & contemperationem gratiæ cum voluntate, sic vel sic affecta consistit cum respectu ad liberam cooperationem, quam simul cum voluntate est effectura, sic infallibilitas gratiæ huius non necessariò eget DEI præscientia.

Nam quamuis à Deo nesciretur, effectum haberet. Illud semper verum est, vtcumque dicas, præscientiam esse eam, quæ Deum certum reddit de infallibilitate. Confule Mascardinum distinctione tertia pa. quarta ad quintum.

CÆterum vel hæc commensuratio figmentum est, res inanis, titulus sine re, vel si aliquid posituum est, ac re ipsa cohærens in gratia, non video quomodo ij sufficientem gratiam recipiant, qua verè saluari possint, qui gratiam sine hac commensuratione accipiunt. neque enim esse efficax potest, quæ caret ex commensuratione, sine qua intelligi non potest. non ergò per se intrinsecè gratia tale quid habet, sed talis est per respectum ad Dei scientiam, alioqui infallibilitatem non obtinet de se spectata, quæ rem quia mihi docet, ac breuiter declarare videtur Suarius, eius vèba atexam: Sic ergò libro tertio de prædeterminatione, capite decimo, numero nono scribit: nullo modo habet gratia à libero arbitrio suam efficacitatem, sed potius ipsa gratia eleuat liberum arbitrium, & dat illi virtutem agendi, quam virtutem ex se habet talis gratia.

Verum quantum vt efficax non solum continet gratia virtutem agendi, sed ita agendi, vt infallibiliter habeat coniunctam actionem, idè asserendum, hoc non habere ex sola virtute physica, & sibi congenita, sed ex modo, quo datur à Deo ex tali proposito, & præscientia conditionata, qua iam præuiderat illam gratiam habituram effectum, si cum his circumstantijs daretur. & idè quantum ad hoc habet à DEO efficacitatem, licet non sine respectu ad liberum arbitrium, nec quicquam obest libertati nostræ ea efficacitas, vel gratia efficax præueniens; neque enim repugnat physicè dissensui liberi arbitrij intrinsecè: sic enim libertatem

læderet; sed repugnat ex hypothesi effectus futuri in Dei præscientia, quod constat libertati non repugnare: vide Suares lib. 3. de auxi. cap. 14. num. 7. 8.

7.
Efficax gra-
tia.

Ex his quædam deduco, ac statuo. Primum, gratiam efficacem quoad actum primum, seu posteriori modo sumptam, nihil addere ad sufficientem in ratione rei, & ne commensurationem quidem non modo absolutè, sed nec prout infallibiliter operatura est consensum liberum voluntatis cum ipsa voluntate: seu pro ut futurum consensum connotat infallibiliter, supposita tantum, ac præeunte Dei præscientia, & bona voluntate, quæ causa est, rerum, ut sentire videntur ij, quos commemoravi nu. 4. & 5. An verò in ratione beneficij, & gratiæ seu doni aliquid adiungat, dicam inferiùs nu. 10.

8.
Efficacia
gratiæ quid
operetur.

Deindè statuo efficacitatem gratiæ non esse ipsam liberi arbitrij cooperationem, quia efficacitas intelligitur esse aliquid in auxilio, seu ex parte ipsius, quod antegredietur, & anteuertat voluntatis consensum. Propterea enim vocat August. tale auxilium vocationem altam, secretam, secundum propositum, efficacissimam. neque enim hæc rectè dici possent ratione liberi arbitrij, alioquin illud auxiliū vocaretur efficacius, cui voluntas intensius cooperaretur, & illud minus efficax, cui minus intensè. Et confirmant id quod dicimus loca quædam Scripturæ, ut est ille Isai. 54. 13. *erunt oēs docibiles Dei*, siue ut habent græca *θεοδιδασκτοι*, seu *διδασκτοι εθευ* docti à Deo. nos habemus apud Isai. *uniuersos filios tuos (ponam) doctos à Domino.* & Ioan. 6. 45. *omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* quæ indicant ad excellentiam magistri, tanquam ad causam, non ad studium discipuli referendam esse omnem vocationis efficacitatem. Idem ostendit Paul. Rom. 9. *non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* 1. Corint. 4. *quis enim te discernit? quid autem habes, quod non accepisti?* Philippen. 1. dicitur Deus incipere in nobis opus bonum, & perficere, dicitur donare, ut non solum possimus in Christum credere, sed ut credamus etiam, & cap. 2. 13. dicitur operari in nobis & velle, & perficere, siue proficere, ut quidam legunt. Idem stabiliunt & loca quædam Augustini præsertim cap. 8. de prædestinat. Sanctorum, ubi de gratia efficaci ait: à nullo duto corde recipi. & de spiritu & litera cap. 34. quærens cur *DEVS* vni suadeat, ut persuadeat, alteri non ita, exclamat: *ô altitudo diuitiarum.* quæ sanè locum non haberent, si gratiæ efficacitas à libero penderet arbitrio.

9.
Vnde pen-
deat.

Statuo tertio loco, quoad actum secundum priori modo, ut num. 2. distinxit gratiæ efficacitatem potissimum, à Deo autore pendere. Atque id ipsum rationi est maximè consentaneum. etenim potissima dispositionis ad iustificationem requisitæ causæ, Deus est: hæc autem dispositio per gratiam efficitur, de qua Augusti. epist. 107. *vocatio* inquit, illa alta, atque secreta sic agit sensum, ut accommodet assensum. Hæc item gratia instrumentum est, quo Pater trahit ad filium eos qui illam recipiunt. Deo igitur potissimum tri-

A buenda est gratiæ efficacitas etiam in actu secundo.

Ad quod etiam constabilendum facit quod auxilium efficax etiam aliquid addit ad sufficientem in genere doni, non rei: Nam maius beneficium confertur illi, cui datur exigua quædam motio, quæ præuidetur effectum habitura, quàm cui vehementior, sed quæ præuidetur sine fructu futura: hac enim ratione inquit Augustinus, carnem esse meliorem pane absolutè, sed famelico meliorem esse panem, quia rei necessariæ opportunitas eius pretium solet augere. Cum ergo constet, efficax auxilium ante omnem voluntatis consensum eo differre à non efficaci, quod illud à Deo conferatur, quando præuidetur profuturum, hoc verò, quando videtur non profuturum, quamuis detur, ut proficit, & ex hominis tantum culpa sit quod non proficit. sequitur efficaciam gratiæ, etiam in actu secundo à Deo potissimum dependere, nimirum à tali Dei voluntate, cum dependeat in actu potissimum à gratia ipsa vocationis in actu primo, scilicet antè consensum voluntatis.

10.

B

Statuo postremò hanc eandem efficacitatem etiam in actu secundo, hoc est, priori modo sumptam ut superius, numer. secundo, minus principaliter à libero quoque pendere arbitrio, quæ de re lege Mascaregnam pag. 247. 249. numer. 1. sed audi breuem, ac veram huius rei causam assignatam à Francisco Suario lib. 3. de Prædestinat. cap. 10. num. 8. vnica inquit, est actio, quæ oritur per se ex libero arbitrio, & gratia, quomodo rectè dixeris liberum arbitrium elicere actionem gratiæ concomitanter, id est, coefficiendo vnam cum illa actionem. non tamen propterea verè intuleris illam vnam; eandemque actionem prout efficitur à gratia esse à liberi arbitrij quoque causalitate, licet re ipsa actio illa non sit sine causalitate liberi arbitrij: hæc ille.

11.

C

Sunt qui aliam rationem ineunt declarandi hæc etiam sine scientia conditionata, & concordandi gratiam cum libero arbitrio. Aiunt enim Deum simul ac decreuit electos consequi talem, ac tantum gradum gloriæ, decreuisse auxiliari illis, ut eo peruenire valeant, ac proinde mouere, & excitare eosdem ad actus meritorios, & ad talem actum tali tempore, ad alium alio; & si tunc electus cooperatur acceptat illud, ut electionis, medium: si verò non cooperatur statuit iterum illum mouere tali tempore, &c. & isto modo decreuit præuenire illum, vsque ad finem vitæ, ita ut infallibiliter consequatur Deus id, quod decreuerat. seruata semper in singulis actibus particularibus libera electi cooperatione. vide D. Thom. q. 6.

12.

D

art. 6. sed de his
fatis.

DIGRESSIO PRIMA MORALIS

De duodecim doloribus mortis.

MONE T nos defuncti adolescentis interitus, vt aliquid de morte dicamus. D. ergo Bernardinus tom. I. ser. 14. duodecim numerat dolores, quibus impendente morte peccatoris animus affligitur & agitatur. & primum quidem hos sequentes quatuor constituit. Primum vocat afflictionis: omnia enim membra tunc dolent, caput, brachia, pectus; circumstat vxor mœsta, circumdant consanguinei, amiciuè lugubres, præsertim verò astant non sine magna vi lacrymarum chari, & dolentes filij; dolores innumeri tunc quoque morientem circumdant, affligunt, & vehementer angunt, dum videt omnia mæore, ac fletu, & dolore plena; secundus est dolor cogitationum.

Quatuor namque cogitationum genera tunc peccatorem quatunt, distrahunt, discerpunt, nempè doloris, amoris, timoris, & spei, vt meritò conferri possint cum quatuor illis ventis, de quibus Daniel. 7. 2. quatuor venti pugnabant in mari magno, est enim tunc morientis peccatoris cor in modum maris felle absynthio, & amaritudinibus repletum. vis doloris ad fetotam trahit cogitationem; rectè enim Greg. inquit: dirigitur tota intentio mentis, vbi sentitur vis doloris. Porrò amoris cogitatio erga vxorem, filios, diuitias, honores, voluptates, & id genus alia quantum discrepat, & affligat peccatoris mentem terris affixam, quis satis exprimere valeat? Timor item ad se se mentè, cogitationemq; rapit: timet enim tunc peccator mortem, inferni pauore consternatur, alterum adire sæculum horret, vt meritò tunc dicere possit: timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebra. Spes etiam vana decipit miserum, ac detinet: neq; enim omninò moriturū se credit. En tibi quales venti, quam furibundi cor peccatoris, tunc tēporis turbent: est namq; extremo eo tempore cor impij, quasi mare feruens, Isai. 17. Est & tertius dolor, quem D. Bernard. priuationis vocat, animaduertit enim iam se priuandum mundana gloria, delicijs, diuitijs; etenim omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri, Isai. 40. 6. est gloria, vt flos quæ cadente sceno, hoc est tempore, ruit. Tunc videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & praualuic in vanitate sua. Accedit & quarto loco dolor separationis animæ à corpore, cui infelix peccator, non naturali tantum amore, sed incredibili atque inordinatò affectu inhærebat vehementer infixus. Tunc tota hominis temperies dissoluitur, dissipantur sensus, disturbantur organa, vires deficient. Denique totus homo destruitur.

Sed præter hos, quatuor alij numerantur dolores: neque enim hic est finis. est igitur primus, dolor dubitationis: videt enim se tunc homo iter ingressurum non antea tentatum, in regionem longinquam, in terram o-

A pertam mortis caligine descensurum, nullo comitante, & in primis ante iudicem sistendum, quem nihil latet, ante iudicem potentissimum, cui nihil obistere possit, & iustissimum qui nullius vultum respiciat, nullius personam accipiat. Ignorat infelix, quæ sibi mala immineant, quæ sit ferenda sententia, contra se, apud quos sit imposterum sibi degendum, quæ loca visenda. Alter est dolor offensionis, tunc enim inquit Bernardinus: anima non ita immerfa carni, videt multo melius scelera sua, quæ tunc animo obuersione maxime, & occurrunt, cernit multitudinem, turpitudinē inuetur, magnitudinem aduertit scelerum suorum. verum enim est illud, Eccles. 11. in fine hominis denudatio operum illius.

B Tertius dolor dicitur à Diuo Bernardino obligationis: videt enim se teneri deuictum, & obligatum gehennæ tormentis, tunc verè non semel assumet & repetet illud: dolores inferni circumdederunt me: teste enim conscientia prospicit se iam iam illis esse sine fine ad dicendum.

C Quartus dicitur citationis: etenim Diabolus trahit te, ac citat ad iustum iudicem Deum coram illo acriter accusandum. horret anima sibi multorum conscia scelerum. At effugere non poterit.

Reliqui sunt quatuor alij dolores postremi: & primum quidem Bernardinus præsentationis appellat. sistendum se scit miser peccator iudici, quem multis nominibus nouit iustè sibi iratum, Apoc. 3. videbit eum omnis oculus, & qui enim pupugerunt, & tunc se plangent super eum omnes tribus terra. 2. Cor. 5. omnes nos, inquit Apostolus, manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

D Alterum dolorem vocat examinis. Accusatur enim tunc à multis, nempè à conscientia sua, Rom. 2. testimonium reddente illis conscientia eorum. Ab operibus malis, quæ gesserunt: opera enim illorum sequuntur illos.

Qua in re rectè illi, ac sapienter sentire videntur, qui cum Ericio peccatorè componit: furatur .n. ericius poma, & aufugiens ea secum aculeis infixas defert, quibus circumtectus est, verum ipso cum furto deprehenditur, nemine quâuis accusante: & de viro facinoroso Pfalltes, ait: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator, Pfall. 9. accusantur à Dæmonibus: isti enim sunt accusatores fratrum. Tertium dolorem ponit cum proferenda erit sententia iudicis: quàm terribile erit tunc audire; ligatis manibus & pedibus projicite eum in tenebras exteriores.

Abbas ille Sanctus Elias dicitur solitus fertur: tres res timeo, quando egressura est anima mea de corpore, quâdo occurrura Deo, quando proferenda sententia.

Postremus dolor est damnationis. videt enim tunc anima in omnem æternitatem, omni lætitia, omni gaudio priuandam esse; incredibili verò tristitia afficiendam, vehementissimis doloribus conficiendam sine vlla solatijs spe, grauissimis ærumnis & doloribus torquendam esse.

Afferit huc D. Bernardin. locum illū Apoc. 10. 3. & cum clamasset (Christus sententiam proferens).

Dolor offensionis.

Dolor obligationis.

Dolor citationis.

4. Dolor presentationis.

5. Dolor examinis.

6. Peccator sicut Ericio.

7. Abbas Elias dicitur.

Dolor damnationis.

8.

1. Dolor afflictionis.

Dolor cogitationum.

2. Quatuor genera cogitationum morientes infestant.

Dolor priuationis.

3. Dolor dubitationis.

Septem tonitrua vniuersalem tormentorū designant.

ferens) loquuta sunt septem tonitrua voces suas: hæc, inquit Bernardinus, tormentorum vniuersitatem indicant, vt septenario capitalium culparum, septenarius respondeat pœnarum: nempè ait ipse; *damnum irreparabile, pœna interminabilis, dolor desperabilis, confusio intolerabilis, paupertas inexplebilis, consumptio miserabilis, rebellio interna, & externa implacabilis*: lic ille.

DIGRESSIO II. MORALIS

De morte Spirituali.

SI quis rectè animaduertat, videbit, non paruam intercedere similitudinem inter corporis mortem, & animæ spirituales interitū. quod his constare poterit: Septem. n. sunt gradus, quibus corpus ad sepulturam effertur. Primum, complexio & constitutio ipsa corporis dissoluitur; deindè simul in ægritudinem incidit homo. tertio moritur. quarto omnia quæ habebat amittit. quinto effertur. sexto loco intra terræ viscera cadauer reconditur. Postremò iniecto puluere, impositoque lapide integitur: sic anima cogitatione praua languescit, ac dissoluitur; delectatione infirmatur; consensu moritur; vera omnia bona amittit; & fertur foras pessimo morum exemplo; consuetudine praua veluti intra terrā iacet recondita; obduratione denique sepelitur, prægrauis desperationis lapideque imposito.

Porro sepulcrum animæ securitas est stultæ conscientie quæ veluti graui mole oppressum detinet, atque ita opprimit hominem, vt in quo salutis discrimine sit, non videat, nec cæli lucem haurire possit. Balthasar, cum in summo versaretur amittendi imperij, ac vitæ discrimine cõuiuis tutus, solutoque animo vacabat. Ceteris quoque, qui erant in nauis trepidantibus, solus Ionas ob quem immissa illa tēpestas fuerat, dormiebat. Filij Iob, dum conuiujs, epulisque incumbunt subiecta domus ruina oppressi occubere. Isoseth 2. Reg. 4. in concubui dormiens super lectum à latronibus occisus est. Quid plura? satis illud ad horrorem incutiendum, quod Luc. 12. narratur: *stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cuius erunt?* Rectè apud Iob. scriptū est, c. 20. *Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocrite ad instar puncti. si ascenderit vsque ad calum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquiliniū in sine perdetur; & qui eum viderant dicent: vbi est? velut somnium auolans non inuenietur, transiet, sicut visio nocturna.*

Sed vt à morte animæ caueas, & num mortuus sis intelligas: scito & diligenter animaduertito, quod proportionem quadam à tribus mortis naturalis, & corporis signis eam cognitionem haurire poteris: Sunt enim tres veluti notæ mortis, priuatio videlicet motus, sensuum defectus, & rigor quidam. si igitur videas te cælestibus, diuinisque motibus non moueri, & vix agitare, porrigereque; manus ad sanctorum operum effectiōnem, & nec pedes ad progressum in Dei via faciendum, insistendū-

A que in lege Dei mouere posse; si nullo itē spiritali sensu tangaris, nec quàm multa, quàm graua, à sæuissimo inferni tyranno patiaris sentias, signa sunt hæc mortui, vel certè moribundi hominis, agentisque animæ, de quibus duobus signis sic habes, Ose. 7. 8. 9. *Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur; comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* De rigore, qui solet maximè ex auaritia proficisci, vel ex animi atrocitate, 2. Reg. 13. in figuram hominis avari, & crudelis dicitur: *obriguerunt, exarueruntque manus Ieroboam super altare.*

Portatur porrò ad sepulturam infelix peccator ab his quatuor portitoribus, ab amore peccati, timore penitentiae, spe falsa emendandæ post aliquod tempus vitæ, præsumptione de Dei misericordia.

Verum vnum reltat remedium, si fortè quis de morte ad vitam reuocari velit: nempè si vocem Christi audiat: sic enim hic adolescens audito Christi clamore: *Adolescens tibi dico surge*, de morte translatus est ad vitam. vocat verò Christus peccatores quatuor modis, si fortassis de morte ad vitam venire velint, per litteras nimirum; per nutum; per vocem; per nuncios; literæ Domini per sacros libros, per prædicatores transferuntur ad nos; quas audit qui sacra volumina piè, attentè, deuotè legit, qui in concionem interest. vocat nutu manus, nempè signis creaturarum, collatisque beneficijs; vocat voce, hoc est inspirationibus: sic illum audiebat Dauid: *audiam, inquit, quid loquatur in me Dominus*, stat ille ad ostium & pulsat. Postremò vocat per nuncios, id est, per flagella, nam quem diligit Dominus, corripit. Sed multi absurderunt iam pridem, quibus grauius exoptulat Deus, Prouerb. 1. 24. 25. 26. *Vpcaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. ego quoque in interitu vestro ridebo, & cetera.* Beati profectò serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes, & vocem eius læto, promptoque animo excipientes.

DIGRESSIO III. MORALIS

D In historiam filij Viduæ, in vitam reuocati.

I Saia 26. 19. sic prædictum erat: *viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus, & terram Gigantum detrahes in ruinam.* quòd dicit Isaias: *viuent mortui*, apostrophe est apud Deum, vt sit hæc sententia: qui propter te, & in tua gratia moriuntur Domine, non semper mortui iacebunt; sed resurgent aliquando, cum verò addit Propheta: *interfecti mei resurgent*, vox est Dei ad Isai. confirmantis dictum eius hoc sensu: imò omninò resurgent mortui mei. quòd verò sequitur: *expergiscimini, & c.* apostrophe est ad defunctos ipsos: etenim Sanctorum mors somnus quidam est; quæ & expergisci, & euigilare dicuntur. *laudate qui*

4.
Quatuor portitores.

Peccatores quatuor modis vocantur.

1.

Sanctorum mors somnus.

habi-

1.
Similitudo mortis corporalis & spiritualis.

2.
Sepulcrum animæ quod.

3.
Tres notæ mortis.

habitatis in puluere, periphraſis eſt mortuorum. quod poſtea ſubijcit Iſaias; *ros lucis*, talem continet ſenſum; ros vitæ ſemper duraturæ, ac nouæ immortalitatis germinare faciet, ſemiſtam, emortuamque quodam modo herbam; caduca nimirum iuſtorum corpora erigens atque exornans luce illa cæleſti, qua fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Patris. auxilium ergo & gratiam Dei, rorem hic Dei appellat. pulchra collatione; nam ſicut ros ex aëre deſcendens, vitalem quendam alitum affert herbis, & plantis; ſic & Dei auxilium, atque potentia, vitam defunctis afferet immortalẽ. dicitur & lucis ros, quaſi vitæ, & immortalitatis, qua tanquam cæleſti quodam fulgore veſtiantur omnes electi. *Et terram Gigantum detrahes in rainam*, hoc eſt, mundum iſtum, improbos, & violentos homines in ſe amplectentem, penitus euertes; vel cùm Hieronymo: per terrã Gigantum intellige corpora impiorũ, & violentorũ hominum. niſi malis dæmones humani generis hoſtes acerrimos intelligere, vt ſit ſententia hæc: diuinæ huic potentia, ac voluntati qua volẽt iuſtos ad beatam immortalẽque vitam transferre, non poterunt obſiſtere feri illi, tartareique Gigantes: quin potius ipſi ruina opprimendi ſunt ſempiterna. hoc autem tam immẽſum immortalitatis beneficiũ, Chriſti merito, & effuſo ſanguini debent Beati. Etenim de cælo venit Verbum, quod factum eſt caro, & habitauit in nobis; cuius opus peccati, mortisq; deſtructio. de quo I. Pet. 3. 22. dicitur: *qui eſt in dextera Dei deglutiens mortem*, idcirco enim venit in mundum, vt mortuos peccato homines, reuocaret ad vitam, & ſimul mortis, peccatiq; Tyrannidem euertret, & aboleret. quã rem nobis apertiffimè Vidua. ſuius cõfirmat hiftoria. id quod in ſequentibus cõſtabit.

Titus Boſtrenſis Lucæ 7. reddit rationem cur Dominus non rogatus hoc miraculum pararit: ſic enim ait: *quis qui omnia nouit; vitæq; & mortis poteſtatem habet per ſanatum Centurionis ſeruum à nemine acceſſus, ad demortui adoleſcentis exſuſcitationem ſe confert? ait enim Euangelifta: & ibat Ieſus in ciuitatem que vocatur Naim. reſpondet idem auctor: factum eſt hoc non caſu, ſed ſummo iudicio, ſummiq; ſapientia; ne videlicet nonnulli quandoque in medium prodirent, qui dicerent, Centurionis ſeruum omnino moriturum non fuiſſe. Et quamuis Euangelifta oppoſitum ſcribat, dicere tamen poterant magis illum ſpectaſſe ad gratiam, quam ad veri narrationem. Chriſtus itaque Dominus inſrenem petulantemq; illorum lingua compeſcere inſtituens, defuncto qui iam offerebatur obuiam prodijt: accedenſq; loculum tetigit, & verbo ſimul, & tactu, cum ſolo alioqui verbo tanquam omnipotens facere id potuiſſet, adoleſcentem excitauit. hæc Titus: vide Schol. nu. 1.*

Ecce defunctus efferebatur. commodè fatiſ, nec ſine Dei conſilio occuſatio hæc accidit mortis, & vitæ; miſericordiæ, & miſeriæ; ſalutis, & perditionis; ſapientia cum inſcitia; gloriæ cum dedecore; libertatis cū ſeruitute. itaque quemadmodum cùm ſibi inuicem occurrunt aqua, & ignis magna vi certant inter ſe ſe, verum quod fortius eſt vincit: ita Chriſtus Dominus qui vita eſt, & miſericordia, ſalus, ſapientia, gloria, libertas, contrarijs velut oc-

A currens malis, dum morbo extinctum adoleſcentem ſaluum, & incolumem reddidit; mortem vicit, in iuvene miſeriam ſuſtulit, abiecit perditionem, ignorantia tenebras fidei lumine fugauit, abſtulit ignominiam, denique à peccati ſeruitute ſua potentia hominem liberauit: quamuis autem mors, & peccatum ſuam quandã habeant infinitatem, ſuperior tamen ambobus erat Chriſtus, cuius infinitas, vt in Scholis loquimur, poſitiua eſt, cùm peccari & mortis ſit ad ſummũ priuatiua, hoc eſt, ratione obiecti quo priuant; longè autem præſtat priuationi habitus.

Memoriae proditum eſt, in more poſitum fuiſſe apud quaſdam nationes, vt cùm damnati ducuntur ad ſupplicia ſi fortè occurrant, regi liberetũr à morte. quantò ergo æquius erat vt adoleſcens, hic mortuus Chriſto occurrens regi regum omnium potentiſſimo, qui ſons eſt vitæ, reuocaretur ad vitam, & à peccato transferretur ad gratiã, ſi fortè ea caruiſſet; vel certè auctiorem reciperet. & hoc exẽplo debet quilibet peccator per humilem orationem Chriſto Regi occurrere, eumq; precabundus adire cum lacrymis, vt ſic peccati expers exiſtat, dum vitæ obuiam it.

Et hæc vidua erat] de viduis pluribus egi l. 1. c. 11. Digreſſ. 3. nu. 10. & ſeq. & tota Digreſſ. 4. & turba ciuitatis multa cum illa; Eutym. Luc. 7. *condolebant, inquit, illi, vt qua non modo virum perdiderat, ſed nunc quoque filium, & hunc vnigenitum. placent ergo Deo*, inquit, in hæc Pater Salmeron, *qui conducunt funera ad ſepulturam: cuius rei gratia magnam laudem Tobias in veteri teſtamento eſt conſecutus: in nouo vero Nicodemus, & Ioseph ab Arimathea. Aegypti etiã permulti comitati ſunt Ioseph deducentem oſſa Patrii in terram Canaan. qui etiã ſepelierunt Stephanum, & fecerũt planctum magnum ſuper eum, viri timorati dicuntur Act. 8. Commendanda eſt etiam pompa funerals, moderata tamen & honeſta, non ambitioſa, aut ſuperflua. Hierony. in vita B. Malchi ſummè commendat formicas, qua mortuos inter eos ſepultura tradunt. quid, quod hoc opus caritatis, memoriam mortis renouat, ad pœnitentiam, & vitæ emendationem adducit, & ad reſurrectionis fidem excitat. hæc Salmeron tom. 6. tract. 24.*

Quam cùm vidiffet Dominus] abſolutè Dominus dicitur, quia verus Deus, de quo Iſa. 45. *ego Dominus, & non eſt alius.* & Dauid Pſal. 67. *Dominus nomen illi. Miſericordia motus ſuper eam*] inconſolabiliter ſlentem, ait idem Euthym. ſi enim turba miſerebatur, quanto magis qui ſons erat miſericordiæ? Gr. *ελεεινότης*, id eſt, ex intimis viſceribus miſertus eſt illi.

Chryſolog. ferm. 103. ſic ſcribit in hæc verba: *ſi ad vnus Vidua lacrymas temporales, ſic motus eſt Chriſtus, vt occurreret in via, vt ex oculis ſtillantia dolorũ ſluent a reſtingueret, vt recuteret mortem, reduceret hominem, reſuſcitaret corpus, vitam reduceret, planctũ verteret in gaudium, & exequias lugubres in feſtiuitatẽ natalitiã cõmutaret, & pheretro datũ, matri viuũ redderet ex morte; quid modo faciet quando inardescet viribus ſuis ad Eccleſia ſua, lacrymas diurnas, ad Sponſa ſua ſanguineos sudores? nam per ſupplicantem Eccleſiam lacrymas fundit iuges, per Martyres ſacrũ ſanguinem ſudat, donec vnicum ſuum, hoc eſt, populum Chriſtianum,*

quem

4.
Damasci ad
mortem oc-
currentes
principi li-
berantur a-
pod genes
quaſdam.

5.

Chriſtus ab-
ſoluit Do-
minus.

6.

2.
Chriſtus non
rogatus mor-
nos ſuſci-
at, & cur.

3.
occurrit
mortis, &
vita.

quem tot ad mortem ferunt tempora, occurrens Christus de mortali pheretro perpetua vite reddat, in superna matris gaudium sempiternum. sic ille.

7. Noli flere] de lacrymis, vide quæ diximus superius cap. 8. Digress. vlt.

ut tetigerit oculum.

Et accessit, & tetigit oculum] Titus Bostrensis Luc. 7. ob id autem loculum seu pheretrum tetigit, quia voluit, ut hinc disceremus corpus Christi Dei nostri corpus vita esse, eiusdemq; carne vnigeniti Filij Dei, verbiq; cunctipotentis carne. nam cum caro eius illi effecta sit propria, qui viuificat omnia, sit ut ipsa quoque sit viuifica, mortem, & corruptionem intrinsece idonea. quod hac similitudine confirmat Euthy. Luc. cap. 7. quem id modum ferrum, quod in igne aliquanto tempore permansit, habet ignis operationem; ita quoque sancta ipfius caro diuinitati vnita, qua diuinitatis sunt operabatur. Ideò manū quidem mortuum, ac desertum corpus coniunxit, vox autem recedentem animam reuocauit.

8. Qui Propbeta magnus surrexit in nobis] Porro inquit Theophy. Luc. 7. resedit mortuus, & cepit loqui, ut ne apparenter tantum quibusdam suscitatus videatur. nam vera resurrectionis signum fuit, residere, & loqui, inanimatum enim corpus, neq; residere, neque loqui potest. quare etiā tradidit illū matri suæ, ut obseruat Titus Bostren. tanquā verè viuum, vereq; exsuscitatum. quo factò, qui viderant magnificabant Deum sacro quodam timore correpti, dicentes: quia Propbeta magnus, & c. & quidem meritò Propbetam magnum surrexisse dicunt. olim siquidem Propbeta Elias filium Sareptana vidua suscitauit. ut obseruat Euthy. sed deplorando erga Deum, ipsum deprecando. & Propbeta Heliseus filium Sunanitiidū, sed exte:isus super eum totus super totum. hic verò tangens solum, ac iubens statim excitauit. propter hoc itaq; dicebant Propbeta magnus, sed ingrati postmodum ipsum occiderunt.

9. Non omittam, quæ de hac suscitatione piæ, & eloquenter Chrysol. ser. 103. scribit: faciunt enim ad conseruandam memoriam futuri iudicij, & communis resurrectionis: sic ergò ait: hodie Beatus Euangelista, quia vidua matris vnicum iam funeris vinculis illigatum, lamētabili impostum iam pheretro, prosequenti bus turbis euntem iam carceris ad sepulcrum per Christum vita reditum nunciavit, omnium concussit corda, mouit mentes, stupefecit auditum. sed hoc gentes mirentur, stupeant Iudæi, mundus pauescat: nos autem qui omnes à faculis mortuos ad vnā vocem Christi sepulcrum excitandos credimus, cur miramur? exsurgent, inquit Isai. (26.) mortui, & resurgent qui in monumentis sunt. & Dominus; venit hora quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Ad hæc Apost. (1. Corint. 15.) in momento, in nictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent in iudicio. qua est ista tuba, qua inferis infert bellum, sepulcri resoluit moles, mortis intonat vitam, resurgentibus in lucem perpetem dat triumphum? qua est? illa, quam superius Dominus dixit: mortui audient vocem filij Dei. Tuba non qua arctato spiritu per concauum cornu ligni, vel aëris trissem bellantibus dat mugitum; sed qua de corde Patris ore filij, vitalem simul & inferis, & superis dat clamorem. & in nouissima tuba: tuba qua in principio mundum vocauit ex nihilo. ipsa in nouissimo mundum reuocabit ex perditò, & qua in initio hominem

A suscitauit ex limo, ipsa in fine hominem resuscitabit ex puluere. tanta Chrysologus.

Eusebius Emyssen. & alij quidam per hunc mortuum, qui in pheretro portabatur, interpretantur peccatorem repræsentari, cuius anima per culpam mortua corpore continetur, ut cadauer loculo hic magna celeritate ad inferni sepulcrum deportatur. quare in hunc ad vitam reuocet Christus, prius manu sua tangit loculum, idque ait Emyssen. quando suæ visitationis tactu ad pœnitentiam hominem adducit. est porrò manu tangere per afflictiones, & molestias persecutionum peccatorem ad pœnitentiam adducere. quod verò manus Dei tactus, labores, & afflictiones significet, explicat Iob. 19. 21. miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Et cap. 6. 9. Vtinam manum suam soluat, & succidat me, & qui me cepit ipse conterat. solet enim DEVS vt hominem exsuscitet, blandè illum & leni amoris, & beneficiorum tactu vocare; quod si pergat ille peccare, grauiore manus suæ tactu concutit illum, labores, & angustias immittens, vt vel sic saltem respiscat, & ad spiritualem vitam de peccati morte reuocetur. quod ego significatum arbitrò Cant. 5. 4. vbi sic ait Sponsa: dilectus misit manum suam per foramen, & venter meus contremuit ad tactum eius; Statimq; subiecit ver. 5. surrexi, vt aperirem dilecto meo. Blandè vocauerat Sponsus Sponsam suam; Aperi mibi soror mea, amica mea, colūba mea; cumq; illa non statim responderet, sed velut in lectulo suo quietè, & suauiter recumbens non ilicò surgeret, tunc manum suam misit Spòsus per foramen, & extemplo illa cubiculi fores Sponso reserauit, quia nimirum per immixtas tribulationes velociter surgit anima, & Sponso sanctissimo oclusam cordis ianuam aperit. igitur tangendo Christus loculum, in quo per culpam defuncta iacet anima, sistunt portitores, & vitæ, quæ mortua erat, tandem restituitur.

10. Hic mortuus peccatoris & pm.

DIGRESSIO IV. MORALIS

De immatura morte, & vtili eius recordatione.

D NON prætermittam hæc occasionem quæ se mihi offert in hoc adolescente mortuo, admonendi iuuenes, qui cum se videant ætate florentes, nimis iuueniliter exultant, & posthabita vtili mortis Meditatione se vitij omnino dant, quasi & ipsi mori non possint etiam adhuc immatura mortè. Ecce adolescens erat iste ætate viridi, dilectus matri, & tamen immatura morte præuentus est. nam sicut in arborum baccis, & terræ frugibus videre est aliquid extremum, & maturitate tempestiua quasi vietū, & caducū; aliquid verò quod antè maturitatem acerbum in terram decidat, vel agitante vëto, vel arboris ariditate, seu vitio aliquo, vel certè sola cæli intemperie; sic in hominum vita sunt, qui ad maturitatis culmen perueniant, quasi fructus arborum iam maturi, ac vietij; & sunt qui

11. Admonitio ad iuuenes.

prima

prima lanugine veluti flore aspersi, immaturi decidunt, de medio vitæ cursu subtrahunt.

2.
Mali in se
pestina ple-
rumq; morte
moriuntur.

Sed illud hac in re est animaduertendum, peccatores, scelestosque homines bona ex parte ad perfectam vitæ maturitatem non peruenire, sed de medio vitæ cursu abripi. quod mihi apud Iobum cap. 15. 32. multò antè prædictum esse videtur, sic enim ait ibi Eliphaz Themanites de impio: *antequam dies eius impleantur peribit, & manus eius arcescent. ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua projiciens florem suum.* itaque sæpè homines scelesti dum in medio sunt deliciarum, dum sublimes quærunt honores adipisci, dum diuitias summo labore conquirunt; cum amicitijs turpibus student, de medio cursu abstrahi se insperato vident euentu, & quam orsi erant telam non sine ingenti mœrore incidi sibi animaduertunt; antequam ergo dies eius impleantur, perit peccator.

3.
Mali compa-
rantur tem-
pestati.

Quod rectè Sapiens docuit Prouerb. 10. 25. *quasi tempestas non erit impius*: comparat ipsum tempestati transeunti; nam licèt, tempestatis instar, ad tempus cælum terræ misceat, & omnia minis, contentionibus, terroribus, & clamoribus impleat, non diu tamen, nec multum subsistit, sed in procellæ prætereuntis morem, inuitus derepentè abripitur è vita; proindè nos monet alibi Ecclesiast. 7. 18. *ne impiè agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.*

Achitophel
in suspensio
interiit.

Quamuis verò quoad vitæ huius annos non semper peccator, & impius moriatur immatura ætate, nunquam tamen maturus moritur, si veram vitæ, ac mortis maturitatem spectes, quæ in eo posita est, vt quis maturis moribus, plenus virtutibus, & Dei amicus excedat è vita; atqui scelesti homines quamuis inueterati dierum, & malorum, nunquam parati: sed acerbi semper, & austeris, crudisque moribus ad mortem accedunt. sic mortuus Saul 1. Reg. 31. tempore non suo in montibus Gelboë, gladio incumbens suo, quia Deo non paruerat. Sic suspensio interiit Achitophel 2. Reg. 17. quod consilium impiè aduersus Dauid Absaloni dederit. sic Absalon ipse de medio sublatus est 2. Reg. 18. cum enim insidens mulo subter condensam quercum transiret, capillis capitis sui ad eam arborem adherescentibus, corpore suspensus. toto, in aère pependit abeunte mulo, & tandem tribus lanceis cordi eius infixis interiit, sic debitas infidelitatis, & impietatis in patrem, ambitionisque pœnas persoluens ante tempus suum.

5.
ome cap-
is Absalo-
is tropolo-
icè quid
esiguent.

In quo illud est obseruandum eius mortis ansam comam fuisse capitis; qua multum gloriabatur, vt intelligant adolescentes voluptates ipsas, vel delicias, & eiusmodi alia, quæ perditè amant, esse illis non rarè mortis materiam, & occasionem. Sic occisus est & Amnon tempore non suo, 2. Reg. 13. quod soxorem, quam perditè amauerat, violasset, nimirum qui carnis voluptates sequuntur gladio intercepti pereunt, vt frequens experientia nos docet: sic & Aman Hest. 7. in ligno quod Mardocheo erexerat suspensus est, nec dies suos

A scelestus impleuit, quod propter incredibilem animi elationem, & ambitionem nimiam iustè promeruit. hi omnes, & innumeri alij, quos longum esset recensere, impij & scelesti homines antequam dies suos impleant, perire, & manus eorum aruere, vt loco citato apud Iobum Eliphaz dicebat; quod etiam exemplo Ieroboam 3. Reg. 13. satis constat verisimum esse; *cum enim extendisset manus aduersus Dei Prophetam, iubens vt eum apprehenderent, exaruit manus eius, nec valuit retrahere eam ad se.* sic impio peccatori accidit, qui sacrilegas manus contra cæleste numen extendit, dum mille & inauditis modis grauitè peccat in cælum. Idem & de Nicanore narratur 2. Machab. 15 cuius manum, quam contra templum Dei extenderat minabundus, iussit Iudas cum capite eius præcidi post violentam eius mortem, eamque populo ostendit.

B

Quibus exemplis patet & Deum iisdemmet instrumentis, quibus ab impijs offenditur, solitum sumere de illis meritam, iustamque scelerum ultionem. Et verè Eliphaz dixisse peccatorum manus arcescere. sunt tamen qui cum Ambrosio, & LXX. interpr. non manus, legant, *sed rami eius arcescent*; eadem enim vox significat & manū, & ramum à radice *Caphaph*. per *ramos* ergo intelligere possumus scelestorum hominum filios; vt sit sententia: interitum esse impium, priusquam honestam saltem filiorum sobolem suscipiat; nam si quos habuerit filios, vel non diu subsistent, sed arcescent illic, & extinguentur, vel certè vitijs vt parentes dediti, & vacui virtutis ad mortem non suo tempore, id est, imparati, immaturiq; venient; hi enim sunt infantes centum annorum. nam licèt aliquando ad extremam senectutem veniant sine sensuum canitie, & prudentia, quasi infantes, infelicem exhalant animam non sine ingenti horrore, & quidem id dictum videtur ab Alephaz ob repentinum filiorum Iobi obitum: id quod etiam verum esse testatur Sapiens, Sapient. 4. 3. *multigena* (id est multiplex, seu multiplicata) *impiorum multitudo non erit utilis, & spuria visulamina* (Aug. 2. de doctr. Christiana 12. monet legendum esse; *adulterina plantationes*. Etenim Græc. legimus *μωροχρυσάλα*, id est, propagine & stolones) *non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. et si in ramis in tempore* (ad tempus) *germinauerint, infirmè posita* (seu positæ si legas plantationes) *à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.* Ex iniquis enim somnis (id est illegitimo concubitu: simili modo loquitur Sapiens cap. 7. 2. vbi dicit se natum, *ex delectamento somni conueniente*, quod noto ne videatur absurdum dici homines è somnis generari, itaq; iniquos somnos, iniquos concubitus intelliget) *filij qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua*, id est, inquisitione, seu examine, quasi dicat, si quis roget; seu inquirat vnde sint orti.

6.
Malorum
generatio
non durat.

D

Dum verò subdit Eliphaz: *ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius*; etiam filios intelligere videtur per botros, & pueros per florem

7.

nam vindice Dei manu, concutiente impios concident eorum botri, & flores, præfertim si & ipsi paternæ impietatis imitatores sint, & saltem imparati, incoctique & acerbi cadent, cum minus cogitabunt. itaque diuina ultio tanquam ventus irruit in impios, qui in moré virentis oliuæ, ceu onusti floribus sunt, vel sicut vitis cum primùm florere incipit; eorumque magno impetu decutit florem, & botros, hoc est, dissipat eorum filios, & per immaturam mortem hinc aufert immaturos.

8. *Boni nunquam immatura morte mori solent.*

Secus autem accidit bonis, & Sanctis viris, qui diuinæ caritatis ardore, iam ab ineunte ætate sensu atque moribus maturefcere cœperunt omni duritie, & acerbitate decocta. nunquam hi, licet in adolescentiâ, vel iuuentute de medio tollantur, immatura morte abripiuntur; senes enim sunt moribus, atque adeo ad mortem veniunt parati, & maturi. proinde de iusto scriptum est Sapient. 4. 13. *consummatus in breui, expleuit tempora multa.* sicut enim qui insignis arboris alicuius fructu libenter vescitur, curat ut quàm primùm maturescat etiam ante tempus, quo possit citius eo frui, quare præcipit Agricola, ut magnam eius curam habeat, adhibeat stercore, fodiat, irriget; vbi verò videt maturum, non expectato tempore auidè decerpit illius fructu: ita Deus cum iuuenem aliquem videt virtutibus ornatum, non expectare solet interdum, ut multos viræ annos hic agat, sed tanquam iam diuino palato gratum, maturumque; ad mortem, hinc illu aufert etiam in iuuenili ætate; nec tamen proinde moritur is immaturus, & acerbus, quin potius senex. Audi quod dico à Salomone loc. cit. Sapient. 4. 7. 8. 9. 10. 11. testatù: *iustus autem si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est nõ diuturna, neque annorum numero computata: cani enim sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata. placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. raptus est. ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne scilicet deciperet animum illius.*

9.

Hoc ipsum corroborat non parum Ecclesiæ facta promissio Isai. 65. 20. *non eris amplius infans dierum, neque senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* quia nimirum iusto nunquã immatura mors cum ea semper obtineat bonorum operu, atque ætatis maturitatem, & vitæ perfectione, quæ non dieru, & annorum numero, sed virtutu tempestiuitate, & morum integritate definitur; at impius quamuis senex, quamuis centu, & eo amplius annorum, velit, nolit, infans semper censebitur, cum nunquam expectatum veræ senectutis, & prudentiæ tempus impleuerit. is igitur maledictus erit tanquam fructus inutilis, & acerbus; iuxta Hebræos, paruipendetur, eiicietur.

10. *Mali verò semper.*

Quare non mirum si iniqui, ac scelesti homines, quauis senes sint, querantur semper nimis se citò è viuis excedere, etli semper inuiti, tristesque; hinc abeant, quia nunquam parati, & neque cæli ciues arbitrantur se esse, & in hac vita habere se patriam putant. Audi quid de hac re sanctissimus vir Chrysol. h. 24. ad Hebræos censeat: *inter nos, inquit, & sanctos quanta differentia? illi siquidem cum peregrini erant, liberari po-*

A *stulabant de hac vita, & ad patriam suam remeare. nos autem contra facimus: si febris accedat, omnia relinquimus, sicut pueri planctuosi mortem timeamus, & merito hoc patimur non enim quasi peregrini conuersamur in hac vita, & non veluti qui festinant ad patriam, sed veluti ad pœnas ituri, propterea dolemus, & timeamus, quoniam istis rebus non sumus vsi sicut oportet, sed peruertimus ordinem, propterea lamentamur, & pertimescimus veluti homicida quidã & duces latronum, cum perducendi sunt ad tribunal, cum omnia mala considerant que gesserunt; & propterea gemunt, & tremunt.*

Et verò mali isti, ac scelesti homines, præfertim verò turpes adolescentes, qui in viridi confidunt ætate, & delitijs gloriuntur, & opibus; si fixam, ac memoriæ semper hærentem mortis meditationem haberent, benè cum illis ageretur, & apertis mentis oculis viderent in quanto salutis discrimine versarentur, & salutaribus lacrymis conscientiæ maculas diligenter eluerent. hoc enim veluti freno iuuenilis ætas cohibetur, ne præceps in vitia ruat, & per vitia ad pœnas deuoluatur æternas.

Proditum est à Richardo Brixiano in suis Symb. antiquos hac imagine iuuentutem figurare solitos: describebãt adolescentem nudum velo quodam obductos oculos habentem, cuius dextera post terga victa erat, læua soluta. hunc insequatur tempus multas occasiones subministrans, singulis verò diebus, filum vnũ de velo quo facies illius operiebatur, detrahebat. cuius pœturæ hæc est breuis explicatio: nam quod nudu repræsentabant adolescentẽ, idè faciebant, quia ætas illa iudicio, & ratione caret, & de his sæpè malis quæ gessit gloriatur tantu abest vt erubescat, quod ergò verecundia careat, & erubescencia, & perperam de virijs & virtutibus iudicet, nudus pingitur. velatos, & opertos habet oculos, quod tanquam cæcus, & in tenebris positus, per singula ferme momenta offendat, & in vitia præceps feratur; nullum ductorem habens alium, quàm prauos animi affectus. dexteram verò alligatam gestat, & sinistram liberam, quod ferè nunquam aliquid congruenter rationi efficiat; sed cuncta inconsideratè, perturbateque prout prauo appetitu trahitur. Postremò hunc persequitur tempus, filumque vnum de velo, quo eius clauduntur oculi quotidie detrahit, quia nimirum sensim per singulos dies eius minuitur vita, & quo plura detrahuntur fila, eò clariùs animaduertit quàm praeuincat, quotque prauis affectibus quasi tyrannis victus teneatur, & experientia discit, maturefcere sensim ætate, quo miser tendat. quanquam vt verum fatear, plurimi sint, qui nec affecta iam ætate à prauis adolescentiæ moribus recedant.

Cæterum ad hoc malum auertendum mortis recordatio plurimum iuuat. Peritus namque Gubernator nauis, vt prudenter, & eleganter ait Hector Pintus, nõ in principio, vel in medio ambulat, sed in fine, hoc est, in puppi sedet; ex quo loco totam nauẽ regit, eamque paruo clauo moderatur, & ita ad optatũ tandem portum perducit incolumẽ. Placet totam vitã tuam ita gubernare, vt salutis portum consequaris? non quiescas in medijs solum considerandis, sed respice finẽ, sede cum cogitatione,

11.

12.

Inuentus hieroglyphicus

13.

in exitu, & sine rerum humanarū, & ita transibis mare mundi, gubernans, atque moderans vitæ nauem clauo rationis, donec ad portum beatitudinis peruenias.

14. In Leuit. præcepit Deus, vt plumæ auium, quæ illi in holocaustum offerebantur, proijcerentur in locum, in quem cineres effundi solebant ad orientalem plagam.

Aues hæ sunt Christiani, qui in holocaustum se debent Deo immolare. plumæ hæ sunt diuitiæ, & mundi vanitates. has præcipit Deus vt in locū cineris proiciamus, id est, vt mortem meditemur. sic ferè Pintus.

15. *Mortuus est Moyses seruus Domini*, legimus Deuter. 34. 5. *iubente Domino, & sepeliuit eum Dominus in valle terra Moab contra phogor; quam abrem ibi?* inquit Procopius in hunc locum. respondet: *ibi sepultus est vt imposturas idoli illius frangeret.* sic ille. Fertur in ea valle, in qua mortuus, & sepulturæ mandatus est Moyses, fuisse mulieres quasdā Moabitidas; quæ populo peccādi occasionem præbebant; atque aded in ea valle scēdisimū illud Phegor, seu Priapi idolū, quē turpitudinis, & libidinis Deum cæca illa gentilitas dicebat. vt ergo aptā huic vulnere medicinam faceret Deus, voluit ibi sepeliri Moysen, vt mortis memoria, & sepulturæ præsentia, à carnis illecebris, & voluptatibus auocarentur, & simul disceremus oēs quantum esset adiumentū ad pestem hāc depellendā intenta mortis meditatio, præsertim in labili iuuenū ætate, & nimiū quantū ad voluptates procliui.

16. Viperæ exusta, in cineremq; conuersa, vinoq; potata, eiusdem bestię morsui medetur. ergo quemadmodū viperæ morsus per eandē combustam, & in cinerem versam curatur, venenū videlicet veneno altero pellente: ita optimū, ac saluberrimū remedium aduersus mortem eiusdem est mortis memoria, & meditatio assidua, quod Lactant. Firm. lib. de Ira c. 13. adnotasse videtur. Nos verò ad rem nostram magis accōmodatè dicemus: nullā videri medicinam efficaciorē contra venenatū carnis nostræ morsum, quā eiusdem carnis mox perituræ assiduam recordationem cum vermium horrore, & scēdisimi cadaueris squalore coniunctam.

17. *Adolescentiū obiectio dissoluitur.* Sed scio quid his respondeant iuuenes; se nondum ad extremam peruenisse ætatem, illo tempore vacaturos Deo, interim dum recens ætas blanditur indulgendū esse ætati, atq; aliquid mundanæ lætitiæ tribuendum. hæc sunt, quæ docente Diabolo didicere. Verū non est in his refutandis nunc immorandum, cum sine iudicio, & ratione proferatur. tantū rogabo, vndè nam scis adolescens ad senectutem te peruenturum? quis te docuit non plures in iuuentute media abripi, quā in senectute? Ecce præstō est adolescentis huius immatura mors, quæ grandæua matre relicta filium adolescentem abstulit.

18. Querit Theodor. q. 46. in Gen. quare Adam prior mortē non sit expertus, quippè qui eam in mundum introduxerat, sed filius eius Abel, qui innocens erat, & adolescēs? & tale adhibet responsum; mortem hoc factō tyrānidem suā, & scēditiam indicasse, & quod prudentiam, & æquitatem in iudicijs suis paruipendat (si ho-

A minum iudicio expendantur) non obscure declarasse; nō ergo mors tantū senes persequitur, sed illis sepè posthabitis iuuenes adoritur, & neq; pueris, neque infantibus parcat. sed & hanc huius quæstionis solutionem non minus veram assignant alij: sic voluisse Deum, hoc factō quali à prima mundi molitione admonere cunctos mortales, ne in adolescentiæ, vel iuuentutis flore sibi blandirentur, ac nimium fiderent; mortem enim etiā iuuenes prostertere, nec solos senes inuadere; tantū hoc interest, inquit Tullius, quod *adolescentes mori sic videntur, vt cum aqua multitudine vis flamma opprimitur, senes autem sic vt sua spontè nulla adhibita vi cōsumptus ignis extinguitur.* quantæ igitur stultitiæ, & infantiæ est falsis ratiocinationibus vitā & salutem in discrimen adducere? quantò fatius adolescentes facerent, si Dei consilium sequerentur, quod Apocal. 3. 2. 3. Ioan. scribit: *esto vigilans, & c. (&) si nō vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.*

B Sed decipimur miseri mortales, qui cum quotidie videamus homines magnis itineribus ad interitum tendere, nos tamen ita amentes sumus, vt à rebus fluxis, & vanis, quibus tenaciter inhæremus auelli nequaquā posse videamur. Quare sapienter Iob. c. 6. vitam nostram naui similem esse dixit: *dies mei sicut naues poma portantes.* Etenim nauis quæ expansis velis per maria fertur, si aliis occurrat nauibus putat illas celerrimo cursu pelagus pertrāsire, se verò immobilem vno fermè loco hærerè, vel certè non nisi lentè progredi; idem planè nobis accidit, videmus alios ad mortem velocissimè properare, ac demū ad vitæ finem peruenire, cum tamen ipsi velociore fortè cursu ad mortem tendamus. hæc occasione huius adolescentis defuncti breuiter dicta sufficiant.

DIGRESSIO V. MORALIS

De legatione D. Ioannis ad Christum, in illa: *Ioannes autem cum audisset opera Christi in vinculis, versic. 9. & seqq.*

C **Q**UAM illustris sit iste Ioannis titulus, quem initio horum verborum legimus, nimirum, Ioannes in vinculis; is demū sciet, qui Paul. legerit, se eodē nomine magnoperè gloriantem; vt enim mundani homines nobilitatis insignia, & pulchros, & magnificos titulos iactant. ita diuinus Apostol. hoc vno gaudebat nomine, hoc se beatum fore putabat, quod victus esset in Domino: ego, inquit, *vinctus in Domino.* Qua de re sic præclare Chryso. ad Ephes. 4. hom. 8. scribit: *nihil ita splendidum, vt vinctum esse propter Christū, vt catena sunt sanctis illis manibus circumdata; vinctum esse propter Christum illustrius est, quam siue Apostolum, siue Doctorem, siue Euangelistam esse: si quis Christum diligit, is nouit quid sit quod dico. non. n. caput ita splendidum reddit imposta corona margaritis confregit, vt catena ferrea qua propter Christum fertur. pudes diuitias, & auream munditiem cum huiusmodi conferre vinculis. quod si quis mihi vel vniuersi celi, vel huius catena copiam, & optionem largitur esset, et*

19.

I. *Ioannis legatione & gloria à perfectione vincula.*

Vinctum esse propter Christum, quanta gloria.

tenam hanc ego planè elegissem. deinde si aut mihi cum Angelis standum fuisset sursum, aut cum Paulo vinclo, carcerem utique praoptassem. ad hac si quis me aut in numerum, & ordinem collocasset caelestium potentiarum, earum etiam quae propè sunt thronum Dei, aut talem ligatum fecisset, talis utique ligatus esse voluissem. non ita Beatum dico Paulum quod in Paradisum raptus, atque quod in carcerem est coniectus. non ita beatum aestimo, quod verba audiuisset ineffabilia, atque quod vincula sustinuit. O beata vincula, o beatae manus, quas illa ornauit catena. non erant ita praclarata Pauli manus, quando claudum illum (Aetor. 14.) in Lystris erigebat, ac restituebat; atque quando vinculis erant circumligata. quod si mihi temporibus illis esse licuisset, tum potissimum illas circumplexus fuisset, inque sinu meos collocassem: utique non cessassem exoculari illas, quibus pro Domino meo ligari licuit. Admirari Paulum tum potissimum quando nihil illi, quae manus adhaeserat detrimenti afferebat viperam? (Aetor. 28.) nihil mireris; catenam illam quippe reuerbatur. imò & vniuersum illam mare veneratum fuerat: nam tunc quoque, vincitus erat. si quis modo mortuos mihi largiretur excitandi facultatem, istud planè non praeferrem huic catena. haec ille. Si igitur verissimo Chryso. testimonio tantè est dignitatis in vinculis esse, planè constat quantum ad ceteras virtutes Ioannis, hac quoque praerogatiua vinculorum, splendoris accesserit.

2.
sanctorum
aut a patien-
tia vade.

Verùm si roges, qui fiat ut tam inflammato studio in vincula, carceres, & tormenta ferantur sancti? quia nimirum Spiritu S. veluti per amoris manus eò suauiter trahuntur, nò modo non inuiti, non modo etià libenter, sed incredibili quoque & immèso patiendi desiderio flagrant. ita ut eam sitim nunquam sibi exple- re satis posse videantur. quod intelligere nequaquam possunt qui non bene tenent, & nec satis experti sunt, quid sit diuinus amor. Quare quò magis aliquis huius diuini amoris igne succensus est, tantò maiori studio propter Christum pati desiderat, & nec sibi quidquam gratius accidere posse arbitratur. Itaque cum Ioannes Spiritu S. adhuc ex vtero Matris suae repletus esset, & incredibili Dei arderet amore, non mirum si hoc vno titulo quod vincitus in Domino esset, sicut & Paulus tam magnificè gloriaretur. hic enim idem spiritus qui illi inerat excitabat amorem, & desiderium accendebat plura in dies, ac maiora, difficilioraque ferendi propter Christum. sic fecisse cum Paulo (Aet. 20. 22. 23.) eundem Spiritum legimus; ait enim ipse de se: *nunc ecce ego alligatus spiritu vado in Hierusalem, quae mihi ventura sunt ignorans, nisi quod Spiritus S. per omnes ciuitates mihi protestatur dicens: quoniam vincula, & tribulationes Hierosolymis me manent.*

Quaeso te Lector, quis nos obstupefcit Paulum magnis itineribus Hierusalem cõtendentes, multis laboribus diu fatigatum, tanta Ecclesiarum sollicitudine praegratum, tam multis modis afflictum, nullis mundi delicijs frucentem, nullius hominis auxilio fidentem; non aliud tamen à Spiritu illo Sancto, vnde omnis est in labore requies, in aestu temperies, in fletu solatium, non inquam aliud audire per omnes ciuitates, quàm quod illum vincula, illum tribulationes manerent Hierosolymis? cur non potius qui-

A. escere illum iubet Spiritus, cur non lacrymis abstinere, ac tantisper quiescere praecipit? sed non erit diu in hac quaestione haerendum, defines sanè mirari, si consideres facile esse, & periucundum spiritu Dei impellente, vincula, & labores propter Christum ferre. Cum enim Spiritus Sanctus amor sit, qui per spiritum ad patiendum impellitur, quasi per amoris manus libenter ac summo gaudio, & inflàmato studio ad vincula rapitur, & verò non aliam in labore requiem; non aliam in aestu temperiem, non aliud in fletu solatium exoptat, quàm grauiora semper pro Christo subire tormenta.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi]
Hoc interest, inter bonos & malos, inter sanctos, & peccatores, quod illi carcerem vertunt in templum Dei. hi de templo faciunt prostrabulum, & daemones carcerem. Ecce tibi coniectus cum esset Ioannes in vincula, audiebat opera Christi, commendabat illa discipulis; non secus ac si in domo Dei esset, ita de Deo, & audiebat, & sermones miscebat; ita de se testatur Dauid: cum enim persequeretur illum Saul, versari compellebatur inter siluas, rupes, & altissimos mōtes, nec licebat Dei templum adire, & tamen in inuijs illis, ac vastissimis locis, vbi vitam cum feris degebat, Dei sui non obliuiscatur, cui, quasi in templo coram praesens adesset, vota offerebat, & preces, & loco sacrificiorum cor contritum, & humiliatum immolabat. *In terra, inquit Psal. 52. 2. 3. deserta, & in aquosa sic in sancto* (sicut in Sanctuario) *apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Contra verò de malis audi quid scribat Ezech. 8. 14. *Et ecce, inquit, ibi in introitu templi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* erat Adonis foedissimus, & spurcissimus mortalium, ac proinde veneris amicus. Vtinam non essent inter Christianos adhuc qui inter Adonides, & Veneres, dum sunt in domo Dei, turpiter versarentur. an nò sunt, quis credat? qui dum illibatum illud Missae Sacrificium Deo Patri offertur, dum sacris Concionibus inter sunt; vel lasciuis aspectibus, vel signis impudicitiae clarissimis, vel verbis inhonestis turpissimè vacent? An non istos rectè dixeris templum Dei in turpissimas vertere tabernas? vbi nunc qui Sanctissimo Dei zelo accensi, quasi facto de funiculis flagello, exemplo Christi de templo istos eijciat, & in eos acriter inflammatus liberè moneat, domum Dei domum esse orationis; quam tamen isti per summum scelus speluncam volunt esse latronum? sed ad alia pergamus.

Mittens duos de discipulis suis] docet nos hic suo exemplo Ioannes, cui parentes filios suos nutrire debeant, Christo nimirum; ad quem praereptores discipulos mittere debeant; ad quem Domini famulos & ancillas, & amici amicos, & socios, nimirum ad Christum. ita Ioannes non sua quaerebat, sed quae Christi erant. nec se sequi discipulos suos, sed Christum volebat. Contra atque haeretici faciunt, de quibus Paulus (Aetor. 20. 30.) *ex vobis ipsis, inquit, exsurgent viri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se.*

Est & aliud quod hic ex Ioanne discamus:

3.
Discrimen
inter pios,
& impios.

4.
Ioannes ex-
emplar boni
parentis.

5.

quanto nimirum amore Sancti spirituales filios perfequantur, quos Christo tantis laboribus pepererunt. nihil nõ agebat Ioannes; nulum lapidem non mouebat, vt discipuli, id est, filij carissimi fidem Christi & doctrinam assequerentur. Illum Messiam, illum Dei filiũ agnoscendũ, se verò nihil esse, nisi vocẽ affirmabat. sic Paulus ad Galat. 4. 19. quanto amoris studio discipulos quos Christo acquisierat, amaret, eorumque salutem quæreret, ostendit: *Filioli*, inquit, *quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.* excedebat Pauli amor amorem Patris in filios. cùm enim matres plus ament filios, quã patres, quæ grauissimos expertæ sũt dolores in filiorum partu, ideò merito se cum matribus comparat, dum illos se parturire fatetur. imò verò ipsarummet matrum exsuperabat amorem Pauli amor. quæ est enim Mater quæ iterum ac tertio, cum dolore pariat filios? at Paulus non semel; sed iterum ac tertio, & quarto illos parturiebat, dum nec laboribus, nec nauigationibus, nec itineribus parceret, vt in illis CHRISTVS formaretur. quot ille propterea adiuit pericula? quoties vitam in discrimen adduxit? quoties huc illucque excurrerebat, vt illos adhortaretur, animaret verò eos, qui angusto erant corde, negligentes excitaret, corroboraret iam lapsos, consolaretur afflictos, firmaret debiles confirmaret fortes? Narrat Ioan. Apoc. 12. 1. 2. vidisse se signum magnũ in cælo mulierem amictam sole, prementem pedibus lunam, quæ capite coronam 12. stellarũ gestaret, fuisse verò grauidam, & in vtero, inquit, *habens clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat;* hanc mulierem iuxta cõmunem interpretum expositionem non dubium Ecclesiam esse; quæ quoniam cælestis est, hoc est, cælestem vitam agit, & in terris quasi peregrina versatur, merito in cælo videtur. Sancti enim Dei homines qui sunt in Ecclesia lingua, morbus, affectu se de cælo esse ostendunt; his enim tribus cuius sit quispiam dijudicari solet. etenim si de lingua loquamur, *qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: & ver. 34. quem misit Deus, verba Dei loquitur* Ioan. 3. si de moribus, *nostra conuersatio*, inquit Paul. *in cælis est.* si de affectu constat sanctos amare cælestia, de cælo pendere totos, nihil verò ista curare. *Amicta sole*, dicitur Ecclesia, quia Christo circumdata, vt Spõsa Sponso, Cant. 2. *laua eius sub caput meo, & dextera illius amplexabitur me.* Iterum, est *amicta sole*, id est, Christo tanquam vestimento induta, *quicumque*, inquit Paulus Galat. 3. 27. *baptizati estis, Christum induistis.* est autem Christum induere, eius virtutes imitari. Premit pedibus lunam, quæ inconstantie symbolum est, vt Ecclesie stabilitas, & immobilitas appareat, & simul quod terrena omnia contemnat, ostendatur. Duodecim verò stellarum corona, est duodenarius Apostolorum numerus, qui Ecclesiam in modum Coronæ circumdat. vt ergo indicetur quantis laboribus educantur Ecclesie filij, quanto studio foueantur, quanta diligentia curentur, quantis vigilijs custodiatur; Rectè dicitur Ecclesia parturiens cruciari. hanc ergò sollicitudinem matrum in filios repræsentat hic nobis ad viuũ Ioan. dum in medijs carceris laboribus, & vinculis filio-

Ecclesia cælestis quomodo.

Ex tribus cognoscitur omnis homo cuius sit.

A rum, hoc est, discipulorum curam gerit, dum illos ad Christum mittit, dum eorum tanto studio salutem quærir.

Hinc intelligere est maximum esse peccatum illorum, qui homines à Deo auertunt. & verò vix explicari potest quantoperè sceleratos istos homines detestetur Deus. isti sunt qui in *cathedra pestilentia* sedent, vel vt LXX. Psa. 1. 1. legunt, in *cathedra loquens*, id est, *pestium*, hominum videlicet pestilentium, qui alios inficiunt, cuiusmodi sunt maximè hæretici, qui de cathedra docent impia dogmata; ceteriq; ijs similes, qui malo exemplo & verbis docent alios, à Deo vero deficere, & ad diaboli castra transfugere, & de Dei filijs faciunt gehennæ filios. vt ergò eorum exaggeretur crimen, pestes nominantur. alij habent *dirisorum*, qui derident eos, qui virtutem amplectuntur.

Sed nescio quid grauius hac in parte diceat, quã id, quod apud Oseam c. 5. 1. 2. legitur: *audite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate* (omnes vocat sacerdos, populũ, regem denique ipsum, eiusque domesticos, & cõsiliarios, vt simul audiãt quid fecerint, & cur tradendi sint inimicis) *quia vobis iudiciũ est* (vestram damnationẽ, seu iudicis sententiã vobis aperiam) *laqueus facti estis speculationi* (officio vestro speculari, hoc est regedi, & docendi populũ, non tales fuistis, quales vos decebat esse, sed venatores potius facti estis & laqueus. sic Hieron. nisi maui per speculationẽ, prophetiam intelligere, quasi dicat, Prophetis verum docentibus, laqueus facti estis) *& rectè expansum super Thabor* (irretiistis populũ, & vt in idololatriã, & peccata multa laboretur auctores ipsi fuistis) *& victimas declinastis in profundum, & ego eruditor eorũ* (q. d. vehementer, & admirãdum in modum auocaltis homines, ab offerendis Deo sacrificijs in Hierusalem; cùm enim eò irent homines, vt Deo sacrificarent in tẽplo Dei, intercipientebant illos, eisque suadebant vt libarent idolis: cùm tamẽ ego, inquit Deus, nõ cessarem eos per Prophetas, quos mittebam, à falso idolorum cultu abducere. Vide igitur quantum detestetur Deus harum pestium crimen.

Audi nunc breuiter minas, hoc est, supplicia, quæ paulò post ver. 5. Deus minatur; *& respondebit*, inquit, *arrogantia* (superbiæ pœna) *Israel in facie eius*; quasi dicat, non abibit impunitus, sed deprimetur, & humiliabitur eius superbia ex Hierony. eò vidente. Etenim respõsio culpæ pœna est. cùm autem multa enumerasset supplicia, quibus illos ob maleficia, quibus homines inficiebant, afficere decreuerat, inter alia hæc tria horrenda satis grauitè intentat: quorum primum est, *versiculo decimo, super eos effundam quasi aquam iram meam*; tanto impetu irruam super ipsos velut torrens multis imbribus & niue exasperatus: vel sensus est, *effundam irã meam*, ita vt ex ea nihil in me remaneat, sed tota feratur in vltionẽ, sic. n. vult vehemens supplicium ostendere. est enim metaphora sumpta ab aqua, quæ è vase effunditur; oleum. n. aut mel si effundas, quia tenax est, nõ omninò effundis, cũ contra aqua penitus effundatur, vt Psa. 21. 15. *effusus sum*

6. Peccatum eorum qui homines à Deo auertunt.

7.

8. Supplicia malarum doctrinarum.

sicut aqua, id est, totum meum sanguinem sparserunt, & Gen. 49.4. *effusus es sicut aqua*, id est, totus in libidinem effusus.

9. Alterum verò supplicium illis verbis continetur, ver. 12. *Et ego quasi tineam ephraim, & quasi putredo domus Iuda*: sententia est, omnes disperdam paulatim, verum aliquos celerius vt tineam sentim. vestes consumit, licet aliquanto celerius, quam caries, seu putredo ligna consumat. sic supplicium Iuda extractum est in aliquot annos post supplicium Israël. Paulatim autem afflictorum se dicit, vt det eis penitentiae locum. Quod si non respuerint, consumpturum omnino minatur. Est nonnullis Deus vt tineam, qui grauius peccant, & citius contemendi, consumendique sunt, inquit Ribera in hunc locum; alij vt caries, quos leniter arrodit, modo honore, modo re familiari, interdum filij ademptis & arctissima necessitudine coniunctis; modo persecutionibus immisfis, ad benefaciendum celer, ad puniendum tardus, ita vt quos punire acerbius nollet, dum lenta quadam poena, & acerba minus, hic punire videtur, magis prouocet ad penitentiam. peccantem Dauidem diu tolerauit (2. Reg. 12.) sed post magna peccata confitentem celerrime sanauit. sex diebus mundum vniuersum, & omnia quae in eo sunt condidit, & urbem vna Ierichuntem non nisi post septem dies diruit, idque post circuitum bellatorum semel per diem, & post buccinarum clangorem, vt sic quotidie admonerentur ciues, & ad penitentiam vocarentur. qua de re quia pulchra quaedam scribit Chrysof. homil. 5. de penitentia, plura non adiciam.

10. Tertium porro supplicium, quod auertentibus a virtute homines minatur Deus, ver. 14. habetur, *quoniam ego quasi leonem ephraim, & quasi catulus leonis domus Iuda*. vbi atrocitatem, & celeritatem iudicij aduersus eos ostendit: qui moniti, & supplicij correpti adhuc peruertere pusillos pergunt; ijs enim minatur se futurum in morte quasi leonem, & ceu leonem. *ego, ego*, inquit, *capiam & vadam, tollam & non est qui eruat*; ego & non alius, quasi leonem, & quasi leo praedam rapiam, nec mihi eam quisquam eripiet. Videant igitur pestilentes isti homines, & expendant diligenter quam atroces poenae illos maneant, & paulatim illos Deum ad penitentiam adducentem ne contemnant.

11. Et verò ob oculos habeant quae Christus Dominus contra istos grauius promulgauit, Matt. 18. 6.7. *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. va mundo a scandalis. necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen va homini illi, per quem scandalum veniet*. Vbi obseruandum quod acutè Chrysof. notat homil. 18. ex varijs in Matth. locis, ne inter scandala mundi pereamus; *scandalum*, inquit, *non venit nisi in terreno mundo: va mundo, hoc est, terreno loco a scandalis. va non tibi venire scandalum? noli esse terrenus*. Propterea dico, *mundus terrenus scandalum habet, terra ista necesse est vt habeat scandalum: noli portare terrenum, sed caelestem, & scandalum non habebis*.

12. Mittens duos de Discipulis suis ait illi, *tu es qui*

A *uenturus es?* & c.] Vehementer optabat Ioannes, vt Christus se mortuo, Messias vt erat, ita ab hominibus haberetur, & incredibili quodam dolore angebatur quod seipsum homines falso Messiam arbitrarentur, & quantum poterat contendebat, vt hac falsa de se opinione deposita ipse minueretur, crederet Christus, haec frequenter populo, haec subinde discipulis reuocabat in mentem: Cum autem nunquam antea (quod legamus) ausus fuisset petere a Christo, vt se mundo qualis esset, aperiret. nunc cum se vinculis constrictum cernit propter Christum, non dubitat missis discipulis aperte petere, nempe vt se ipse declaret, ostendatque hominibus quod Messias sit, olim Patribus promissus & Dei filius in mundum, in omnium salutem missus. Etenim eum animum addebant, eam fiduciam gignebant illi vincula, & tribulationes ipsae, quas pro Christo patiebatur: haec enim est vis tribulationis, quam pro Deo sustinent iusti, vt faciat illos credere, facile se omnia obtenturos, quaecumque petierint.

B Quam rem Osee cap. 2. 15. significatam esse his verbis non dubio: *Et dabo ei vnitores ex eodem loco* (ex gente sua dabo ei custodes, & Magistros, & Apostolicos viros) *Et vallem Achor ad aperiendum spem* (tribulationibus quandoque exercenda erit Ecclesia; quibus non parum eius spes corroborabitur. vbi aduerte Achor turbationem, & afflictionem significare: Est verò vallis in qua lapidibus petitus, & obrutus est Achan Iosu. 7. qui, quod contra Dei voluntatem furto quaedam subtraxerat, vehementer populum turbauerat, & in maximam trepidationem, terroremque adduxerat; vt merito illi Iosue dixerit: *quia exturbasti nos, exturbet te Deus in die hac, vocatumque est nomen loci illius, vallis Achor*. haec porro turbatio, populi que tanta trepidatio, illo extincto repente in gaudium versa est, vineta, expugnataque Ahi: hinc factum est vt vallis Achor, hoc est, persecutiones, & calamitates dicantur, a Deo dari, vel permitti sanctis, vt ipsorum spes magis, ac magis stabilietur, ac confirmetur; vt vel sic constet, vallem Achor spei ostium Sanctis aperire. sic enim vertit Symmacus; *Et dabo vallem Achor in ostium spei*. quod mihi Apostolus apertissime declarasse videtur Rom. 5. scribens: *non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus; scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio autem spem*.

C Memoriam prodidit D. Hieronym. in epistol. quam ad Eustoch. scribit de vita Paulae, identidem vsurpasse illam in tribulationibus, & angustijs; verba illa Isai. cap. 28. *qui ablactati estis a lacte, auulsi ab vrbe, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem, adhuc pusillum propter malitiam labiorum*. quem locum sic illa explicabat: qui iam spiritu grandes facti sunt, tribulationem super tribulationem sustinent, vt spem super spem mereantur accipere. nos sic legimus, c. 28. v. 9. apud Isai. *quae docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, auulso ab vberibus, quia mandata remanda, &c.*

D In quae verba ait Hieronym. vsurpatam

causis studium erga Christum.

13.

Vallis Achor mystice explicata.

14.

15.

fuisse à Paula translationem LXX. vide illum. sanè hoc vaticinium in Ioanne nūc impletum esse videmus; vir enim erat verè ablaçatus à lacte, auulsus ab vberè, quippè qui Angeli potius quàm hominis viuebat vitam. hic ergò in vincula coniectus, & positus in valle Achor canit ibi iuxtà dies iuuentutis suæ. tribulationem patitur, sed non angustatur, gloriatur in vinculis, canit in tribulationibus, atque adèò spem concipiens eximiam fore, se quod tantoperè optabat obtenturum, legationem hanc ad Christum misit, vt se iam pro Messia exhibeat mundo. Gaudendum est igitur Christiano dum in valle Achor, hoc est, in medijs tribulationum vndis positus iactatur, & spes firma concipienda, quia quicquid piè petet obtinebit à Deo. Tunc maximè orandi tempus & petendi aduenisse cognoscat.

16. *Factis non verbis Christi esse respondet.*

Euntes renunciate Ioanni qua audistis, & vidistis Non verbis, sed rebus respondet Christus. nam vt Iob. decimoquinto dicitur; nunquid Sapiens respondebit quasi inuentum loquens? Etenim verba facilè ventus secum auellit. sic dixit Dominus Pharisæis interrogantibus Ioannis octauo, si tu es CHRIS TVS dic nobis palam. Quid Christus adhæc? opera quæ facio in nomine Patris mei hæc testimonia perhibent de me. Opera Christi miracula sunt, quæ prædixit Isai. facturum Messiam c. 35. *tunc aperientur oculi cæcorum, &c.* Iterùm opera Christi vniuersa mala nostra sunt, quæ non solum ille à nobis depulit, sed super se etiam tulit. ignominiosam subiit mortem, vt immortalè ego vitam acquirerem: velo obducti sunt sole pulchriores oculi eius, vt qui oculorum lumine destitutus eram viderem iam: factus est ille pro me surdus & mutus, & non aperiens os suum; vt mihi surdo, & muto ad hauriendam salutem aures aperiret, & ad Dei laudes proferendas tacentia prius ora resolveret: quid plura? reputatus est ipse leprosus, ita vt à planta pedis vsque ad verticem capitis non esset in eo sanitas. non aliam ob causam, quàm vt me peccati lepra mundaret, & plenæ salutis restitueret.

17.

Sed & alia præter hæc non minùs admiranda fuèrè opera Christi, neque enim ille solum corporibus medicinam adhibuit, sed multò optatiorem, copiosioremq; salutem animis tribuit. etenim per eum *cæci vident. palpauimus*, inquit Isai. 59. *sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris.* aperuit ille oculos nostros, vt peccati sceditatem videremus, quam miseri amplectebamur, & vt cælestia suspiceremus potenter effecit. *claudi ambulant*: filij etenim alieni inueterati sunt, dixerat olim Vates Psalm. 17. *& claudicauerunt à semitis suis.* neque enim lex eam vim habebat vt faceret homines rectè incedere. At Christi ope subuecti, salientes videre est sicut ceruos, claudos. *Leprosi mundantur.* horribili quadam lepra eramus operti ob spurcissimas præsertim, quas sequebamur, carnis voluptates. At vbi cælestis iste medicus ad nos de cælo delapsus est, effudit super nos aquam mundam, & mundari cepimus ab omnibus inquinamentis nostris Ezech. 36.

A *surdi audiunt.* Cor nostrum posueramus vt adamantem, ne audiremus legem Zachar. 7. At abstulit ille à nobis cor lapideum, & dedit cor carneum, & quia more aspidis surdæ obturatæ erant aures nostræ, spiritu impellente maligno, idèò spiritum suum posuit in medio nostri Ezech. 36. deniq; *mortui resurgunt.* mortui eramus, quia peccato vitam amiseramus; at per Christi gratiam nunc viuentes, immortalem quoque vitam speramus in cælis.

18.

Ergo istis operibus tanquam fulgentissimis anulis Christi manus ornatæ erant; quas eadem Sponsa tanquam hyacinthis plenas, & & admiratur, & prædicat Cantic. 5. 14. *Manus illius aurea plena hyacinthis.* erant opera Christi tanquàm lucidissimi quidam radij, qui à Christo tanquam à sole iustitiæ candidissima carnis nostræ nube obteçti, emicabant, quibus latentem sub nube deitatem probebant. erant sigilla quædam aurea, quibus diuinitatis fulgor, & Messia dignitas obsignabatur; iuxtà illud Ioan. 6. *hunc Pater signauit Deus.* neque enim aliud ea opera præstare poterant tanta potestate, quanta ille nisi DEVS foret; neque ea omnia effidere admiranda, quæ apud Prophetas prædicta erant, nisi Messias esset.

19.

Sanè docet nos Christus suo hoc respondendi genere, quo se operibus Christum esse declarauit, quomodo, nos Christianos esse, ostendere oporteat; neque enim Christiani nominis vis, & potestas in nudis, solisq; verbis posita est si Deo placere debet: sed Sanctis potius operibus continetur. sic D. Iacobus suæ epistol. cap. 2. 18. docet: *dicet quis; tu fidem habes, & ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* vt sit hæc sententia; dicet quis alteri, qui bonis operibus destitutus est; ostende mihi fidem tuam sine operibus: certè nunquam mihi illam ostendere, & efficaciter probare poteris, interim dum operibus cares. è contrario, qui Christi bona opera exercet omnino se verè Christianum esse poterit declarare: non quod Christianus, id est, fidelis esse non possit sine caritate, sed quod Christiani nominis fructum habere sine caritate, & Christum imitari non possit. sed ne longiores simus, de ceteris in sequentibus Digressionibus differemus.

DIGRESSIO VI. MORALIS

In ver. 15. *Cæpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis, &c.*

ALEXANDER Achillis conspicatus monumentū, beatum illum fuisse censuit, quod virtutum suarum ac præclarè gestorum tantum meruerit habere scriptorem. Verùm quis non videat, quàm longè hac in parte superior fuerit Ioannes, qui virtutum suarum, qui sanctitatis suæ, & sublimium meritorum non hominem, sed Deum ipsum meruit habere præconem? & vide quam sublimibus laudibus Ioannem Christus cõmendat.

1. *Ioannes laudatorum habuit Christum.*

non

non enim contentus est, vel eximiam eius animi constantiam explicasse, quippè non quasi arundo erat, quæ vento agitante in omnem partem inflectitur; vel eius solum pœnitentiæ rigorem aperuisse, & asperum vesticendi genus, vel Prophetam, immò plusquam Prophetam, denique Angelum nominasse; non his inquam contentus est, sed, quod magnoperè admirare, quasi iureiurando, cæteris omnibus præposuit: *Amen dico vobis inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.*

Verissimum sanè illud est gloriam eos sequi, qui illam fugiunt. quis verò magis ab hominum laudibus alienus fuit eo, qui sese in abditissimas Iudææ deserti partes abdiderat? qui per tot annos ab ipsa penè infantia hominem non modo allocutus est, sed ne vidit quidem vnquam? qui nihil ferme humanum quæsiuit, sed de cælo pendens tantum cœlestia, contemplabatur? deniq; qui cùm clarissimos Messiaë titulos sortiri posset; ita prorsus fugiebat, ita prorsus illos auerfabatur, vt nihil illi tristius, nihil funestius contingere posset, quàm vt talis haberetur? immò verò summo- perè contenderet persuasis etiam discipulis, vt homines Christum cognoscerent, illum Dei filium crederent, non se. quid igitur miramur, si ipse Christus Ioannis laudator esse voluerit? solet enim eorum laudes libenter aperire, & manifestare virtutes, qui seridè præ animi modestia illas occludunt, vt vanas hominum laudes fugiant, soli Deo omnia bona accepta referentes. In mentè nunc venit, quod de Helia 4. Reg. 2. scriptum est. nam cùm illum Deus admirabili curru, atq; immenso honore transferre vellet in cœlum, & è contrario Elias pro eximia ingenij sui modestia, & ingenti animi submissione, vellet decus illud, & quicquid erat honoris, occultum, clausumque esse hominibus, idque omni studio quæreret; vt sequentem Helisæum falleret, nec videretur, cum rapiendus erat in cœlum, dixit Helisæo, *sede hic, quia Dominus misit me vsque in Bethel.* cui Helisæus: *viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. cumq; descendissent Bethel, egressi sunt filij Prophetarum qui erant in Bethel ad Helisæum, & dixerunt Helisæo numquid nosti, qui hodie Dominus tollet Dominum tuum à te? qui Respondit: & ego noui: filete.* cumque iterum Helias sequenti Helisæo dixisset: *sede hic quia Dominus misit me in Hiericho, eadem ille repetijt, non derelinquam te, cumque iterum alij accessissent filij Prophetarum, qui erant in Hiericho, & dixissent, numquid nosti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum à te? eadem respondit: & ego noui: filete.* Denique tertio cum Elias ad Iordanem pergere velle se diceret, iuberetque expectare Elisæum, non acquieuit ille, mirabitur sanè aliquis, quomodo rem hanc occultam esse, & vellet, & iudicaret Helias, quam tamen non ignorabant passim tam multi filij Prophetarum? Verum ilicò conquiescet admiratio, si consideremus, Deum ipsum illis aperuisse rem eam, quam propter humilitatis studium abscondebatur Elias tanquam cum sua laude coniunctam. sic cum Beatissima factū est Virgine, quæ cum maternitatis, ac fœcundæ virginitatis laudem occultaret, ac nemini prorsus aperire vellet;

A audiuit tamen saluari se matris Dei ab Helisæa illis verbis, nec sine ingenti stupore: *vide hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?* quod cùm negare neq; illa posset, neq; deceret, totam eam laudem in Deum retulit, suauissimū illud canticum occinens. *Magnificat anima mea Dominum.* cõtendit nimirum Deus cum homine, vt quanto magis hic suas virtutes, quæq; ad laudè pertinent, abscondit; tanto ille magis euulget.

Sic igitur verū est quod diximus de Ioanne, & cùm ille propter incredibilem animi submissionem eximium virtutum thesaurum, & donorum quæ à Deo amplissimè acceperat, secretum omninò esse vellet; Christus contra propter eam magis aperiret, & verò neque paucis id verbis effecit, vt cùm quibusdam alijs legimus fecisse; laudauit Deus Noe Gen. 7. illis verbis: *te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.* commendauit Moysen. Nu. 12. *non sicut seruus meus Moyses; ore enim ad os loquor ei.* dixit de Dauid 1. Reg. 13. *inueni hominem iuxta cor meum.* de Paulo: *vas electionis est mihi iste.* De Petro: *Beatus es Simon Bariona.* De Centurione; *non inueni tantam fidem in Israel.* breuiter de his omnibus locutus. Verùm de Ioannis laudibus dum coram multitudine differit, non obscurè insinuant Euangelistæ velut panegyricum quendam eius laudum confecisse, nec laudationem eam paucis conclusisse hoc enim mihi verba illa significant; *cæpit Iesus de Ioanne dicere.* Sed iam quænam fuerint eiulmodi laudes sensim explicemus.

Sed quid existis videre? *arundinem vento agitatum?*] Enumerat Gregor. lib. 33. moral. cap. 4. quàm multa in sacris Scripturis arundinis nomine significantur; in Sacro, inquit, *eloquio calamum, vel arundinis appellatione aliquando verbum manens; aliquando Doctorum peritia; aliquando mobilitas mentis; aliquando nitor gloria temporalis accipitur.* per calamum quippè Verbi aternitas designatur cùm voce Patris per Psalmistam dicitur: *lingua mea calamus scribae, velociter scribentis.* quia enim quod loquimur transit, quod scribimus permanet; lingua Patris, scriba calamum dicitur: quia ab eo est Verbum illi coeternum; ac sine transitu generatum. rursus, per calamum scriptorum doctrina exprimitur: sicut de sancta Ecclesia Propheta pollicetur (Isai. trigetimoquinto, septimo,) *dicens; in cubilibus, in quibus dracones habitabant, orietur viror calami & iunci, qua sententia per calamum exprimitur doctrina scribentium; per iuncum viriditas auditorum.* Rursus per calamum seu certè arundinem, mentis mobilitas designatur: sicut Iudæorum turbis in Ioannis laude à Domino dicitur: *quid existis in desertum ridere? arundinem vento agitatum? vt videlicet subintelligatur, non. Ioannes quippè arundo ventis agitata non erat: quia eius mentem Spiritu sancto solidam per partes diuersas nullus linguarum flatus inclinabat.* Rursus per calamum, vel arundinem, nitor gloria temporalis exprimitur, sicut de iustis per Sapientiam dicitur, *fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundineto discurrent* (Sapient. tertio, septimo,) *arundinetum namque vitam secularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt; sed intus à soliditate veritatis inanescunt.* vnde & Iudæorum regnū calamo cõparatur, cum per Prophetam (Isai. 42. 3.) *apparente in carne veritatis Domino dicitur:*

2.
Gloria se-
quitur fugi-
entem.

3.
Gloria humi-
litatis.

4.
Item B. Ma-
ria Virg.

3.
4.
Per arundi-
nem multa
in Scrip-
turis
assignantur.

calamum quassatum non confringet; & linum sumigans non extinguet. quid enim calami nomine, nisi Iudaei populi temporale regnum denunciat. virens quidem exterius, sed interius vacuum: & quia in eodem populo genus iam regale defecerat, & regnum eius alienigena possidebat: aptè hoc idem regnum calamum quassatum vocat. Incarnatus autem Dominus calamum quassatum non confrigit, quia Iudaea regnum quod penè destructum iam fuerat, eiusq; sacerdotium, quod ignem fidei non tenebat, non potestate iudicij perculit; sed cum patientia longanimitate tolerauit. ergo appellatione calami rectè mentes secularium temporali gloria dedita designantur: qui tantum apud semetipsum intus inanesunt, quod alti, & nitidi exterius ostenduntur: quia dum ad exteriorem gloriam per superficiem defluunt, nulla intus firmitate solidantur, more quippè calami intus sunt quidem per fatuitatem vacui; sed foris per speciem, & ostentationem pulchri, sed quando ab eis exterior gloria studiosius quaritur, tantò eorum corda grauioribus cogitationum stimulis agitantur. Sic Sap. Gregor. in quibus, & arundinis notiones moribus applicantur, & proprietates etiam quædam eiusdem.

5. Sed non minus etiam ad mores accommodatè de arundine differit Ambrosius libro quinto in Lticam: iure arundini comparantur, in quibus solida iustitia nullus est fructus, qui forensibus criniti phaleris, nodis obfiti, vacuo oris strepitu sonori, nulla sui utilitate, frequenti etiam offensione, intus inania, foris speciosa sectantur. arundines sumus, nulla validioris natura radice fundati. & si leuis aspirauerit prosperioris aura successus, vago motu proximis verberamus; inopes ad suffragandum; faciles ad nocendum. arundines fluuios amant & nos labentia mundi, caducaq; delectant, tamen hanc arundinem, si quis de terra euellat plantarijs, & superfluis exuat, & spolians veterem hominem cum actibus eius, & scriba velocius scribentis manu temperet, incipit non arundo esse, sed calamus, qui precepta celestium Scripturarum penetrabilibus mentis imprimat, tabulis cordis inscribat; de quo calamo habes dictum (Psalmo quadragesimo quarto) lingua mea calamus scribae velociter scribetur: quod da Christum alij referre volunt. vno igitur loco & Verbum, & calamus legitur, & scriba, verbum, quia de genituali Patris processit arcano; Eructauit cor meum verbum bonum. calamus, quia caro Christi paterna seriem voluntatis expressit, & lingua mandata diuina sacri effusione cruoris impleuit. Scriba, quia calamo suo diuina quadam distinctione noui, & veteris Testamenti, vel diuinitatis, & carnis, paterna nobis dispositionis mysteria reuelauit. hunc calamum imitare tua carnis temperamento. Sic Diuus Ambrosius.

6. Arundinis quatuor proprietates, hominibus certis accōmodatæ.

Porro ex his Patribus quatuor præcipuas arundinis proprietates colligere est, & ad mores accommodare. Sunt enim arundines talis naturæ vt si vel leuis aura attingat, inflectat in alteram partem: sunt intus vacuæ, & inanes; sunt infructuosæ; & denique fluminibus, aquisque fluentibus gaudent.

Eccè tibi in his depictam mundani hominis imaginem. In primis qui fluxa hæc, atque caduca diligit, terrenarum rerum amore facile in quodlibet peccatum præceps ruit, quod si interdum horrore futurorum suppliciorum concussus bonam mentem recipit, &

A consilia cōcipit meliora, mox rapiente rerum caducarum flatu ad pristinam mentem reuertitur, & quod salubriter emendare decreuerat, omittit; quos meritò cani ac suibus comparaueris, secutus Petrum epist. 2. c. 2. 22. vbi ait: contingit eis illud veri prouerbij, canis reuersus ad vomitum suum: & sus lota in volutabro luti, hoc est, in volutabrum luti reuersa, quæ tamen prius aqua munda aspersa esset. est enim Græcè ad volutabrum luti vel sus lota, in volutabro luti rursus hærens. Sic meritò similes canibus & suibus isti sunt, qui terrenis affixi hærent: quorum vel acquirendi studio, vel amittendi timore, peccatum, quod instar vomitus antea euouerāt, iterum recipiunt, & ad lutum vitiorum, quod prius per pœnitentiæ lacrymas eluerant, rursus reuertuntur.

B Sunt deindè (quæ altera erat arundinum proprietas) qui terrenis rebus student internæ contemplationis dulcore priuati, pinguedine deuotionis cœlestium rerum affectu carentes, & vacui; vndè etiam leues existunt in arundinis modum, quæ medulla caret, & pondere; cum contra mundi contemptorum, & cœlestium virorum mentes plenæ sint sanctarum cogitationum succo, & internæ consolationis dulcedine refertæ, solidarumque virtutum pondere constabilitæ. Sic Philo ille disertissimus in libro allegoariarum legis cum de Moyse Manibus loqueretur, asseruit: esse Moyse manus graues; nam cum hominis mali actiones subuentanea, leuesq; sint, meritò sapientis graues habentur, immobiles, inconcussa, ideoq; fulciantur ab Aarone, ratione, & ab Or, lumine; quod nulla lux fit clarior quàm veritas. vult igitur Scriptura figuratè docere te, sapientis actiones fulciri veritate, rationeq;. sic ille allegoricè explanans locum illum Exodi decimosextimo, Aaron, & Vr sustentabant manus eius (Moyse) ex vtraque parte. Prudenter autem dixit, manus Moyse, id est, sapientis viri, hinc indè ratione, & veritate fulciri; nam rerum cœlestium veritas attempta ratione comprehensa hanc habet vim, vt actiones nostras quasi quodam maturitatis pondere graues, & constantes efficiat.

8. Quam verò aptè tertia conditio arundinis mundi amatoribus congruat, is tantum ignorat, qui bona opera solos, & veros fructus esse negat. etenim qui fluxis ac labentibus rebus addicti sunt, solidos virtutum fructus gignere parui pendunt, tantum vitij, & peccatis vacant, vt non mirum sit quod omni fructu destituantur.

9. Amant quidem arundines, sicut, & salices flumina, quæ quarta erat earum conditio, sed non propterea fructum aliquem afferunt, quibus similes sunt homines, de quibus loquimur.

Babylonis ij flumina diligunt, hoc est, illos labentia mundi, caducaque delectant, vt ex Ambrosio superius notauimus numero quinto, sed sine fructu existunt. Sunt autem teste Augustino Psalmo centesimo trigesimo sexto, Babylonis flumina omnia quæ hic amantur, & transeunt, graues sanè, & constantes viri hæc flumina, vel fugiunt penitus, vel mæsti iuxta illa sedent, & flent, dum cœlestis Patriæ memores exules se in hac

lacry-

lacrymarum valle conspicantur, vt ijs olim accidit, qui longè positi à patria federe suspensis organis iuxta flumina Babylonis cogebantur; & interim non sine lacrymis caneant: *super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur Sion.*

Rigantur, inquit Augustinus, de salicibus loquens, *hac ligna de fluminibus Babylonia, & nullam fructum ferunt. Sicut sunt homines cupidi, auari, steriles in omni opere bono; ita cines Babylonia, vt etiam ligna sint illius regionis, ex istis voluptatibus rerum transeuntium pascuntur tanquam irrigata à fluminibus Babylonia, queris fructum, & nunquam inuenies.* Sic August.

Ioannes igitur quia constans erat, quia Spiritu Sancto plenus, quia fructuosus erat, quia à rebus hisce caducis ita auulsus erat, vt Angelus potius quàm homo videretur; meritò arundo non erat. Sed iam gradum ad aliud eius præconium faciamus.

Sed quid existis videre? hominem mollibus, &c. Chrysostomus homilia vigesima nona in epistola ad Hebræos: *aduerte, inquit, Christum dicentem: qui mollibus vestibus induuntur, in domibus Regum sunt. qui verò non habent talia vestimenta in cælis sunt. molle namque vestimentum etiam seueram animam dissoluit, diffundit, & frangit; etiam si asperum habeat corpus & fortè, citius per delicatam conuersationem molle perficitur. nam vnde putatu, aut ex quali ratione mulieres sic esse debiles, & infirmas? num ex conditione sexus tantum? nequaquam; sed etiam ex conuersatione, & educatione. quod. n. sub vmbraculis degunt; quod oleo vnguntur; quod frequentibus lauacris vtuntur; quod assidue vnguentis, & aromatibus perfunduntur, & iacet in stratis delicatis, hoc est, quod eas tales efficit.*

Sed accipe Diui Gregorij de vestimentorum mollitudine verissimam, clarissimamque sententiam homilia sexta in Euangelium. *Adhuc, inquit, de Ioannis sanitate subiungitur, quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Camelorum etenim pilis contextis vestitus Ioannes fuisse describitur. & quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt: nisi aperta sententia demonstrare, quia non cælesti, sed terreno Regi militat hi qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, & solis exterioribus dediti, presentis vite mollitiem, & delectationem querunt. nemo ergo existimet in fluxu atque studio pretiosarum vestium peccatum deesse. quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset: si hoc culpa non esset, nequaquam Paulus Apostolus (primæ, Timotheorum secundo,) feminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens, non in veste pretiosa. pensate ergo quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, à quo curauit Pastor Ecclesia, & feminas prohibere*

Pergit Gregorius, & alteram expositionem horum verborum assignat: *quamuis hoc Ioannes non esse vestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi, & aliter potest. mollibus enim vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fouit, sed vigore aspera inuentionis increpauit dicens: gemina operarum, quis vobis demonstrauit fugere à ventura ira? Vnde & per Salomonem dicitur (Prou. 22.) verba sapientium quasi stimuli, & sicut clauis in altum defixi. clauis quippè atque stimulus, sapientum verba comparantur, quia culpas delinquentium nes-*

A ciunt palpare, sed pungere: Sic Gregorius.

Qui etiam epist. 39. lib. 9. affert & tertium sensum eorundem verborum, dicit enim per significationem eos mollibus vestitos esse, qui adulationibus, ac laudibus delectantur.

Cæterum & Isidorus Pelusiota libr. I. epist. 74. de vestitus mollitia sic scribit; *quod vestitus mollities, & subtilitas, colorq. elegans, religiosa ac Deo grata exercitationis regulam minime seruent, Theologum Ioannem interroga, Domini tunicam describentem; ac tibi dicet; Erat autem tunica eius inconsutilis desuper contexta per totum. Quis autem vestis illius vilitatem ignorat? vt qua Galileorum pauperes vtantur. apud quos etiam maximè huiusmodi vestis genus fieri solet, arte quadam, vt pectoralia, retraxim consutum. Audi etiam Matthaum, cum de Ioanne Baptista verba facit, ac tibi dicet: ipse autem Ioannes habebat vestimentum ex pilis camelorum. Vide item illum animi magnitudine præditum, ac diuino spiritu afflatum Lucam, Herodis factum narrantem (Act. 12.) atque eam, qua indutus erat vestem traducentem; eosq. qui mollia indumenta gerunt, in regum domibus versari dicentem (cap. 7.) at huiusmodi vestimenta spirituali illo talamo, fulguris in modum rutilante, minime digna sunt. quamobrem si huius desiderio teneris, vilem Dei nostri Iesu vestitum imitare. nam mollities, presentis lasciuia est, non cælestis splendoris.* Hæc Isidorus.

Et vero qualis debeat esse Christiani hominis vestitus, & quantum diuersus à cultu, & vestitu mundanorū hominum mysticè designat Ioannes in Apoc. nam cap. 12. 1. sic Ecclesiam describit; *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* hic Ecclesiæ filiorū ornatus est, nō è terra petitus, sed è cælo desumptus, caritatis, cæterarumq. virtutum in modum solis splendente amictu amiciant se Christiani, matrem Ecclesiam imitantes; pedes rerum caducarum, ac mobilium contemptu muniant, quæ per lunam rectè significantur; caput verò, hoc est, supremam animi portionem, tanquam fulgentissimis stellis, sic fidei luce circumdant. At verò capite 17. 4. Babylonem meretricio ornatu ita depingit; *mulier erat circumdata purpura, & coccino, & insurato auro, & lapide pretioso, & margaritis,* sic de terra terreni homines emendicatis vestibus ornari se putant, quæ tandem tineis corrosæ, & putredine consumptæ deficiunt breui, & conspurcantur. Babylonem sequuntur mulieres, quæ meretricio potius habitu totos se dies exposiunt, & auro, atque argento offerant potius corpora, quàm ornant. neq. istæ Ecclesiæ filix, sed potius Babylonis ciues sunt dicendæ. non sic docuit Tertullianus Christianas feminas prodire sub finem libri de cultu feminarū: *prodite, inquit, medicamentis, & ornamentis extracta Apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depicta oculos verecundia, & spiritus taciturnitate, inserentes in aures sermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi, caput mariti subiicite; & satis ornata eritis. manus laud occupate. pedes domi figite, & plusquàm in auro placebunt. vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitia. saliter pigmentata Deum habebitis amatorem.* Hæc Tertull. de interno Christianarū mulierum cultu; quem vtinā nunc Christianæ matronæ, & Virgines imitentur; sic enim

13.

14.

15.

Christiani
hominis ve-
stitus qualis
esse debeat.

10.

Mollia ve-
stimenta
inueniunt
loceant.

11.

12.

enim

enim fieret, vt non deperditè amarent aurum, gemmas; lapillos, & cæterum muliebrem mundum, quò dum lasciuus hominibus place- re student, probos offendunt, & quod caput est, Deo displicent: & cum externas secten- tur, omni prorsus interiore cultu destituun- tur.

Talis erat exterior Ioannis vestitus, qui ad pœnitentiam homines prouocaret, & inui- ctum animi robur ostenderet, eximium, & incredibilem verò in interiori homine orna- tum, vel illo taente, prædicaret. *habebat*, in- quit Matth. cap. 3. *vestem de pilis Camelorum*, & Marcus cap. 10. Ioannes. ait: *erat vestitus pilis Ca- meli*; quòd vestimenti genus non flaccidum, non mollem, non delicatum, sed fortem, viri- lem, constantem hominem refert. induerat e- nim eum Dominus fortitudine, & præcinxerat eum virtute. Proditum est memoriæ gentiles quosdam Imperatores, vt in numerum Deo- rum ab hominibus referrentur, vestisse se ali- quando ferocium leonum, ac similibus bestia- rum pellibus, quò vestitu diuinum quoddam robur, & plusquam humanam faciem ostende- rent. sic cæca illa gentilitas Herculem suum depinxit leonis spolio indutum tanquam vir- tutis insigni, quo cum se induisse videret Dio- genes Philosophus quemdam effeminatum iu- uenem, & mollem, qui malebat videri Hercu- les, quàm esse, illum suggillans acutè dixit: vir- tutis spoliū ne vituperes. Sed hæc quæ de Herculis virtute dicuntur, & de infano Impe- ratorum appetitu, quo inter Deos connumerari volebant, inania sunt, & vana. at Ioannes, non vt Deus haberetur, sed vt Deo placeret, quin- que vel sex circiter annos natus, horribili cili- cio purum, & paruum illud corpusculum cir- cumueltiuit; quo factum est, vt insuperabile a- nimi robur, & fortitudinem fuerit adeptus, dignam, quæ ore Dei commendaretur. sic E- lias in Scripturis fortissimus quidem describitur contra Achab, sed tamen *vir pilosus*, & *Zona pellicea accinctus renibus* 4. Reg. 1. dicitur, vt in- telligas quantum ad virtutem animi conferat asperum vestiendi genus. Ioannem, & Prophe- tas imitati sunt, qui postea circuierunt in me- lotis, & in pellibus caprinis, vt deploranda sit nostrorum temporum mollities, & dissolutio. Sed ad alia transeamus.

Sed præter vestium, admirandum etiam er- at in Ioannē comedendi genus, vt non minus asperum, ita non minus ad eius laudes perti- nens; quòd Dominus tacitè comprehendit sub non molli vestitu; neque enim qui vestitus as- peritate mollitiem tantoperè fugiebat, in co- medendo eam sequebatur. qua de re Euangeli- stæ testantur, non alium illi fuisse cibum, quàm locustas, & mel syluestre; & Christus ipse alibi affirmavit, venisse Ioannem, neque manducantem, neque bibentem, vt meritò ille idem Isidorus Pelusiota, de quo superius, sic de Ioan- ne scripserit epist. 132. *quibus ex rebus singularem quamdam, ac penè incredibilem corporis afflicta- tionē Ioannes præsefererat; vt qui non inedia duntaxat, verum etiam victus asperitate omnem corporis appe- titionem amarā redderet.*

Neque hic silentio præteribo, non austerum

A tantum fuisse Baptistæ cibatum, sed & my- sticum, ac symbolicum etiam. etenim si eo victus genere significatum fuisse dixerò, id quòd de Ioanne Zacharias Pater vaticina- tus fuerat: *Et tu puer Propheta altissimi voca- beris; præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in re- missionem peccatorum eorum, &c.* nihil certè om- ninò absurdi dixisse videbor. Quòd vt expli- cem; rogo lector in memoriam reuoca, id, quòd Act. decimo narratur: cum enim vidisset D. Petrus cœlum apertum, & submitti de cœlo in terram linteum quoddam magnū, & per- amplum in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terræ, & volatilia cœli; dici etiam sibi audiuit, vers. 13. *surge Petre, occide, & man- ducata.*

B Quo sanè visu non aliud significabatur, quàm scelestos homines, & impios, etiam, qui inter gentes connumerabantur, & in morem serpen- tium, & belluarum vivebant, mox venturos esse ad Ecclesiam, & similes atque æmulatores Apostolicorum virorum esse futuros. Hoc enim est impios comedere, illos in sui simili- tudinem conuertere; quemadmodum, qui ci- bo aliquo vescitur quamuis vilissimus sit, in sui tandem illum naturam transfert: sic signifi- cabat Petro Spiritus sanctus, affore iam tem- pus cum per ipsos Apostolos ad fidem Evan- geli venirent gentes idololatræ, & in Apo- stolicos viros transferrentur. Idem hic ego locustas Ioannis aptè repræsentare affir- mo. Etenim *locustarum* nomine rectè multitudo quædam impiorū, ac scelestorum hominum in Christum, eiusque seruos irruentium desig- natur. quòd negare non potest, qui Prophetas legerit, præsertim verò Amos Prophetam ca- pite septimo, vbi iniquorum exercitum mul- titudini locustarum cuncta vastantiam, com- parat.

Rectè igitur dicemus mysticè significari per locustas, quas comedebat Ioan. peccatores ac scelestos homines, quos ad pœnitentiam sua prædicatione trahebat; sic. n. illos sibi similes efficiebat, dum eos præparabat; & hæc quidem de locustis aptè quadrant.

Verum quid de melle syluestri dicemus? quid hic mysticum, quid symbolicum conti- netur? certè multò dulcissimum, & altissi- mum mysterium in hoc melle reconditum est. quòd vt intelligas non indiligenter ani- maduerte, lector, mel hoc syluestre genus quoddam mellis fuisse, de quo suo loco à no- bis dictum est. p. 1. libr. secundo, cap. 1. Schol. num. 39. non defuisse tamen aliquos vt notat Beda de locis sanctis capite decimo quarto, qui dicerent, fuisse illud cuiusdam arboris folia quædam, ampla illa quidem, & quæ lactis co- lorem referrent; quæque mellis saporem, quendam degustanti præberent. Vide eundem in caput quartum Matthæi, quomodo aptè & idoneè per mellis huius, & lactis societatem diuinæ Incarnationis mysterium intelligi po- terit. de quo etiam illud à nonnullis saltem mysticè intelligitur de Beata Virgine: *Mel, & lac sub lingua eius*, Canticorum 4. 11. ipsa enim nulli vnquam hominū tam excelsum my- sterium, quòd in se diuini spiritus operatione

Mysticum
Ioannis ci-
batum.

Impios co-
medere
quid.

Locustarum
nom. quid si-
gnificum.

19.
Mel sylue-
stre mysticè
explicatum.

perfe-

16.
Istius Io-
annis Bapt.

rusticum
corundam
npp. stultia
nbitio.

igenis
populibeg-
t.

annis an-
ris ad à
critia.

17.
Istius Io-
annis.

18.

perfectum fuerat, aperuit, antequam illud Deus per Elizabetham aperiret. quoniam verò quæ clausa esse volumus, ac signata, clauso ore, & quasi sub lingua cōtinere dicimur: Ideò Incarnationis mysterium quod melle, ac lacte suauius erat, sub sanctissimæ Virginis lingua clausum, & reconditum fuisse dicitur, quod illa interim Virgo suauissimè sola degustabat immenso gaudio, & suauissimis cœlestium cogitationum voluptatibus affluens. sed cur lactis, ac mellis nomine mysticè incarnationis diuinæ arcanum designatur? quia nimirum rectè Dei genitricis maternitas, ac fœcunditas lactis symbolo intelligitur. est enim apertissimum maternitatis, & fœcunditatis signum. at verò mel symbolum est virginitatis, cum ab apibus prodeat sine vlla corporum coniunctione.

Rectè igitur maternitas, & fœcunditas his expressa symbolis, quæque ambo simul in hoc mysterium conuenerunt, diuinam Oeconomiam repræsentare possunt, & hinc est fortassis, quod olim in Ecclesia recens baptizati suscepti lactis, & mellis concordiam degustabant. Cuius rei testis locupletissimus est Tertullianus tertio, de corona militis, vbi ait: *inde suscepti lactis, & mellis concordiam prægustamus, & libro primo contra Marcionem, capite decimoquarto, sed ille quidem, inquit, vsque nunc nec aquam reprobauit Creatoris, qua suos abluuit, nec oleum, quo suos vnguit, nec mellis & lactis societatem qua suos infansat.* Porro vinctio symbolum erat Spiritus sancti, cuius dona baptizatis infunduntur. mellis verò, & lactis coniunctione significare fortè volebant diuinæ Oeconomiam mysterium, quod admirabiliter in Virgine simul & fœcunda perfectum est. Vnde etiam omnis in baptizatos gratiæ manauit effectus. huius igitur mysterij suauitatem, quia primus omnium Ioannes adueniente ad se matre & delibauit, & propalauit (de illo enim didicerat Elisabeth cum diceret: *vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?*) idèd *mel & lac sub lingua eius, fuisse verè fatebimur*: quibus prius ipse dulcissimè recreatus, matrem etiam postea impleuit. quibus omnibus constat quanta fuerit Ioannis dignitas, cuius & vestitus, & cibatus non modò incredibilis pœnitentiæ rigorem, verum etiam diuinissimum altissimarum rerum symbolum continebant.

DIGRESSIO VII. MORALIS

In illa: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam.

Angelus vocatus est Ioannes, sicut & Christus, de quo Isai. *vocabitur magni consilij Angelus.* Sed hoc interest quod Christus ita Angelus, id est, nuntius dictus est, vt etiam Deus esset, non ita Ioannes. deindè vt Tertul. lib. de carne Christi, vocatus est Christus magni consilij Angelus, quia *magnum cogitatum Patris super hominis restitutione annunciaturus saculo venit.* huic porro consilio non interfuit Ioannes, interfuit **C H R I S T V S** vt **D E V S**, cum ab æterno à Patre decretum fuit, vt homo li-

Aberaretur assumpta à filio carne. Magna tamen est hæc Ioannis dignitas, quod eiusdem cum Christo nominis particeps fuerit. Non est Ioannes natura Angelus, sicut nec Christus erat, sed gratia, sed officio, sed innocentia vitæ.

Deindè Angelus quoque fuit propter incredibilem animi constantiam. nam ita tenax propositi fuit, vt pro ea veritate, quam prædicaturus venerat, vitam reliquerit & sanguinem fuderit. Est autem Angelorum hæc proprietas, vt ab ea sententia cui semel adhæserint nunquam recedant amplius: ita Ioannes licet liberum arbitrium haberet eiusmodi, quale homines habent, quod videlicet in alteram partem flecti possit, ab ea recedendo, quam semel elegit; tamen quod non natura, certè constanti animi proposito, & virtute consequutus est; vndè sæpius interrogatus, an esset Christus, *non sum ego Christus* respondit, neque vnquam aliter, huius verò rei etiam testes appellauit, & esse voluit eos quibuscumque versabatur, & quibus prædicabat Christum: immò eos ipsos etiam, qui illum Messiam arbitrabantur. Quare iure Isaias cap. 49. 2. sagittæ comparatur, vt verè dicere queat: *posuit me Dominus sicut sagittam electam*, quæ semel ab arcu excussa, citatissimo motu scopum attingit, nec retrò vnquam redit: ita Ioannes quem semel à Deo missus, Christum prædicauit, semper confessus est: nec ab huius vnquæ veritatis sententia resiliit.

B Angelus est Ioannes, quia quemadmodum supremas illas mentes, quæ Deo proximè assistunt, Deus ipse per se nullis intermedijs doctoribus, docet, & illis arcana reuelat, quæ alijs aperiant: ita Ioannem tanquam Angelum Christus Dominus adhuc in vtero sanctissimæ Matris per se edocuit: non quidem per rationes & exempla, sed admirandum in modum eius mentem illustrando, vt maximum illud Oeconomiam mysterium cognosceret, & præsentiam diuini Verbi, quod carnem induerat, ac matris eius cœli, terræque Reginæ agnosceret.

C Equidem meritò & iurè Ioannem ego Angelo illi similem esse affirmauero, quem lumine amictum describit Ioann. Apocal. 10. cuius pedes tanquam columnas ignis fuisse, affirmat; vultu verò instar solis lucidissimum, in cuius item capite iris appareret. refert porro pedem dextrum super mare, sinistrum autem super terram posuisse; clamasse etiam voce magna, quemadmodum, inquit, *cùm Leo rugit*, manum quoque sustulisse in cœlum, & iureiurando per viuentem in sæcula sæculorum affirmasse, *quia tempus non erit amplius.* erat Ioannes ob vitæ innocentiam, & puritatem, tanquam candidissima nube amictus, tantos autem sanctitatis radios è vultu emittebat, vt quasi sol ipse iustitiæ à plurimis haberetur, pedes habebat tanquam duas firmissimas columnas; neque enim similis erat arundini, quæ in omnem partem vento flante inflectitur, sed incredibili cōstantia stabilis, fixusque hærebat. quod autem altero terram, altero verò pede mare calcaret, significat inter veterem, nouamque legem medium intercessisse Ioannè, lex enim vetus rectè per mare designatur, quod non cōstans est, sed mobile ac variū, eodem planè modo lex vetus non

perpe-

Maternitas
B Virg. mel
lis & lactis
nomine desi-
gnata.

Etio enim
et Umbra-
num.

I.
bristus &
pauus an
eli disti-
uo discri-
mine.

Ioannes
uomodo
angelus.

perpetua & stabilis futura erat, sed aliquando mutanda; verum noua nullo vnquam tempore, nulla ætate mutanda, rectè per terram stabilem, ac firmam designatur.

5. Et quidem ille horribilis leonis mugitus, quo rugire Angelum illum Apoc'yptis narrat Ioannes Euangelista, zelum illum, & infamatas, ardentisque voces, quibus Phariseorum hypocrysim, & incredulorum Iudæorum perfidiam insectabatur, aptè repræsentat; sic enim eos, vt per pœnitentiam ad Christum attraheret, & voce, & acri impetu spiritus, in rugientis leonis modum salubriter terrebat: *genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? iam enim securis ad radicem arborum posita est.* Matth. 3. 10. quare etiam illud in Ioannem quadrat, quod de Angelo in Apoc. dicitur, iurasse *per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erit amplius.* comminabatur enim mortè, æternumque supplicium peccatoribus Ioannes, & terribilem, extremumque Iudicij diem, illis subindè inculcabat, cum diceret: *quis ostendit vobis fugere à ventura ira? iam enim securis ad radicem arborum posita est:* Matth. 3. 10.

6. Denique iris, vel arcus ille cœlestis, capiti imminens, & in cœlum conuersus satis confirmat id, quod Christus dixit: *à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. ca. 11. 12. docuit enim Ioannes aduenisse tempus, quo cunctis mortalibus aditus pateret ad cœlum, & suæ pœnitentiæ exemplo quomodo conquirendum esset, aperuit; nimirum, si arcu pœnitentiæ, vnde etiam ardentium precum, & bonorum operum sagittæ egrediuntur, cœlum nobis acquirere studeamus.

7. Tanta autem erat Ioannis sanctitas, tam admirandum vitæ genus, tantus pœnitentiæ rigor, vt non illum tam hominem passim crederent amici, inimici, quàm vel Messiam vel Angelum illi bonum, hi verò malum. videbant enim hominem repente nescio vnde è latebris solitudinis prodeuntem, & post prædicationem rursus in solitudinem & latebras recedentem sine potu, sine cibo, aborrentem à multitudine, & communi hominum conuictu, & qui, quod caput est, quæ Deum facillè doceat, faciem ostenderet, vt Euseb. lib. 9. de Demonf. c. 5. innuit. quibus rebus capta multitudo, vndique sedibus proprijs relictis in desertum cõfluebat, eumque non hominem omninò, sed aliquid supra hominè esse acclamabat, maligni verò homines tam asperum vitæ genus non capientes, neque Dei institutum, & consilium intelligentes, viuere illum non hominis vitam affirmabant, sed quasi sub humana specie Dæmonem latitare. quod ego non ex meo sensu depromo, sed Christi verbis ostendo: sic enim testatus est Dominus Luc. 7. 31. *cui ergò similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? similes sunt pueris sedentibus in foro: & loquentibus ad inuicem, & dicentibus: cantauimus vobis tibis & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis: venit enim Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Demonium habet. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum.*

A Vbi illud maximè considerandum est, tantam fuisse Ioannis pœnitentiam, vt non modò excederet communem cæterorum hominum viuendi rationem, & eorum, qui ante illum fuerant, pœnitentiæ rigorem: verum etiam, vt præ illo videretur quodammodo ipsum Christi viuendi genus esse velut latus quidam musicæ concentus, commune, & facile; Ioannis verò triste, planctui, ac querimoniæ non ab simile. nam licet sanctissima, & prudentissima esset vitæ Christi ratio atque adeò talis vt eam omnes imitari possent (propterea enim venit ille, vt eius mores sanctissimos, cuncti imitemur; & propterea debebat sic viuendi genus attemperare, vt qui illud æmulari non posset, nemo esset) si tamen ea vitæ ratio cum Ioannis austeritate, quæ potius admiranda erat, quàm imitanda, conferretur, quasi instar musicæ, cantus, ac lætitiæ videbatur.

B Qua in re fecisse mihi videtur D. O. M. quemadmodum ij, qui alios scribere docent, & characteres elegantissimè efformare norunt; solent enim illi ad suam artem ostentandam, characteres quosdam, auro, argentoque conspicuos proponere; non tam vt pueri eos imitentur, quàm vt suo modo quantum possunt, ad illos accedant, præsertim verò vt quantum in ea facultate valeant, ostendant. alio postea characteres ad discipulorum captum magis accommodatos, quos passim pueri facillè imitentur, assignant. ita mihi videtur Deus voluisse declarare mortalibus, misso Ioanne cum ea viuendi ratione, quantum gratiæ suæ efficacitate valeat in persuadendo hominibus quantumuis aspero vitæ genere, non vt illum cuncti imitentur omninò, sed potius, vt appareret Dei virtus, & potestas; & constaret interim quanta fide dignum esse deberet Ioannis testimonium de Christo, & quanta animi submissione suscipiendum. At Christus datus nobis est, vt omnibus esset exemplo, & propositus, vt omnes illum imitari possint, & debeant.

C Quibus constat Angelum Ioannem propter admirabilem vitam, & pœnitentiam meritò dici potuisse. sic enim eius vitam angelicam Chrysof. vocat hom. 10. in Matth. & Petrus Damian. Continuum Martyrium. Ieiunium perpetuum D. Basilii concio. 1. de ieiunio. immò verò non ego Angelum quemlibet Ioannem appellauerim, sed Seraphinis meritò dixerim non ab similem, ille enim venit in spiritu, & virtute Eliæ, de quo dicitur: *quod erat quasi ignis ardens, & verba eius quasi sacula,* at maior Elia Ioannes, nam eo, testatur Christus, rō surrexisse maiorem, & alibi: *ille erat lucerna ardens, & lucens.* proindè aptè Basil. de eo illud Psalm. 96. 3. interpretatus est: *ignis ante ipsum procedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* solebant olim Imperatores cum solemnī ritu, ac pompa in publicum prodibant, ignem ante se gestare, quem etiam sacrum vocabant, tanquam quid diuinum: ita iure ante Christum Imperatorem summum Ioannes ipse, tanquam ignis quidam Deo sacer, præcessit ad indicandam Christi diuinitatem, vel etiam ad absumendum, destruendumue si quidquam aduentanti Christo sese opposuisset.

Abfoluat tandem totam hanc de Ioanne

Angelo

8.

9.

10.

11.

Angelo digressionem Chrysoſtom. homilia trigefimo octava in Matthæum. ſic ſcribens: *neminem vidit vnquam conſeruorum, neque ab aliquo horum viſus fuit; non lacte nutritus, non lecto ſuſceptus, non lecto, non foro, non alia re humana uſus erat.* itemque: *Ioannes ita in terris quaſi in cœlo verſabatur. natura namque omni neceſſitate ſuperata, mirabile quoddam peregit iter. ſemper in hymnis, ſemper in orationibus fuit, nulli hominum antequam ad baptizandum accederet, Deo autem ſoli ſua ſemper offerere colloquia. & auctor imperfe-cti homilia vigefima ſeptima, Ioannes ſpecie homo, inquit, gratia Angelus, quia nihil carnis erat in eo, niſi viſio ſola. Quid mirum quod talia de Ioanne legamus, cum de eo ſic ſcribat Sanctus Sixtus homilia 4. de Ioanne non corpore contingerat terram, & iam mente in cœleſtibus verſabatur, vt cernere poſſet in vtero, quod Angelos latebat in cœlo.*

**DIGRESSIO VIII
MORALIS**

In verſ. 19. Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.

IOANNES in ſe cæterorum Sanctorum Sanctitatis titulos aliqua ratione clauſiſſe ſi dixerimus, nihil non cum hac ſententia Domini congruens affirmabimus, qua illum cunctis præfert, qui de mulieribus nati, progeniti que ſunt. Fuit enim ille anachoretarum Princeps, Eremitarum exemplar, candore virginittatis angelico conſpicuus, doctor egregius, fortiffimus Martyr, athleta CHRIS-TI inuictiffimus, AETerni Patris Apoſtolus præcipuus, Propheta, & pluſquam etiam Propheta, Patriarcharum maximus, denique in humana carne officio ſimul, & innocentia Angelus.

Quæ cum ita ſint, ſapienter mihi illi facere videntur, qui Ioannem (quoniam vox erat clamantis in deſerto, quæ ſuauiſſimo quodam concentu ad ſublimia hominum mentes attolleret) primæ fidium chordæ comparant. cum enim reliquæ quæ conſequuntur geminatæ ſint, ſola prima chorda vnica eſt: ita ſolus eſt Ioannes, qui teſte CHRISTO parem non habet inter eos, qui de mulieribus nati ſunt; at cæteri Sancti ſibi ſimiles habuerunt: quare cœleſtis harmoniæ quaſi geminatæ chordæ, non vnice fuere. nam ſi iuſtus fuit Abel, etiam Noë iuſtus vocatur. ſi tranſlatus in Paradifum Enoch, Elias quoque eodem raptus eſt. ſi Abraham admiramur, quod hoſpitalitate, eleemoſynarum largitionibus illuſtris fuerit, Loth etiam euſdem laudis participem facimus. laudamus Moysen, quod dux præſtantiffimus fuerit, verum alium quoque illi non abſimilem fuiſſe legimus Iofue. egregia caſtittatis laude ornatum Iofeph, qui tantum valuit in AEGypto, non ignoramus, verum Suſannam etiam ſummis ob caſtittatem laudibus in cœlum attollimus. nemo eſt, qui non admiretur tantum in Sampſone robur, ſed Scriptura etiam Dauidem commendat,

A quod leones, vrfos perfequeretur, & percuteret. Solus eſt Ioannes, cui ſupparem non inuenias, quia veriſſimum ſemper eſt illud de eo Chriſti teſtimonium: *inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.*

Præcellit, inquit Ambroſius ſermone quarto, cunctis Ioannes, eminet vniuerſis, antecellit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, & quiſquis ex muliere eſt, id eſt, ex non Virgine, inferior eſt Ioanne, & Auguſtinus ſermone quarto de Baptiſta: *quiſquis, inquit, Ioanne plus eſt, non tantum homo, ſed & Deus eſt.* Petrus Damianus Cardin. eleuentur omnes, ait, & meritorum prærogatiuis ante conſiſtorium Maieſtatis exultent; non erit tamen, qui ad Baptiſta Ioannis priuilegium audeat aſpirare. *Vnus eſt, & ſecundum non habet, qui chorus intertextus Angelicis ſublimioris corone titulis, vniuerſittatis humana trãſcendit aſcenſum. denique inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.*

B nihil erat in Ioanne quod maximum non eſſet: ipſa etiam ſola vox (quod maximè admirere) mirabilis fuit, illa exhilarauit iuſtos, impios compescuit, terruit infernum, efficacitate denique incredibili prædita fuit.

Poëtarum figmentum eſt, Orpheum cantu filias, & ſaxa mouiſſe, fluuiorum curſum retardatſe, feras quoque mitiores reddidiſſe, at non fabuloſum eſt, ſed diuina auctoritatè ſtabilitum, Ioannem tantum valuiſſe ſuæ vocis concentu, vt conuerterit corda Patrum in filios, quod longè vtilius eſt, atque ſublimius, quàm poſſe ad ſe arbores trahere. Duriora etiam ſaxis Phariſæorum corda molliuit, cum illis diceret: *potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Ad hæc crudeles etiam beſtias cicures reddidit, & manſuetas cum milites doceret, (audax ſæpè, & temerarium hominum genus) neminem vt concuterent contenti ſtendiſſis ſuis. denique an non etiam currentium aquarum retardauit impetum, cum inſanos Herodis & adulteræ illius amores conſtanter redargueret? *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

D Quantam porrò lætitiã vniuerſo attulerit vox illa, quæ deſideratum gentibus nunciauit ad eſſe, quis mente ac verbis complexi queat? hæc enim eſt ea vox quam olim prædixit Iſa. vt populum ſuum mœſtitudine affictum ob diu dilatam Meſiæ aduentum, refocillaret: *conſolamini, inquit, conſolamini, popule meus: conſolamini dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, quia completa eſt malitia eius. & vt intelligeres de qua ille conſolatione loqueretur: ſubiecit illicò: Vox clamantis in deſerto parate viam Domini, vbi & de aduentu Meſiæ ſe loqui ſignificat Propheta. & ſimul ſignum aduentus eius aſignat, quaſi dicat, cum amicam hanc vocem in deſerto clamantis, & proſus lætitiæ plenam audieritis, tunc aderit deſideratus cunctis gentibus, qui ſuo aduentu pandet iter ad cœlum, vndè exules iam diu & extorres fuimus. itaque talis vox eſt Ioannis, quæ triftitiã pellit, & ſalutare gaudium aduehit, quo illud Canticorum ſecundo, applicare poſſumus: *imber abiit, & receſſit, & cætera. Vox turturis audita eſt.* Clamante enim Ioanne mœſtitiæ imber abiit, & receſſit, & velut ſuauiſ quædam vox turturis, quæ ſua cunctos dulce-*

3.

4. Orpheo cœli paratur.

5. Iſaie dicit: Ecce Agnus Dei, quam grati eſti mundo.

1. Ioannes eſt comia.

2. Ioannes feminis primæ idium chordæ.

6. dine recreauit, audiri visa est, cum palam diceret: *appropinquauit Regnum caelorum.*

Tantæ autem dignitatis fuit ea vox, vt nulli loquendum fore de incarnationis mysterio videretur, priusquam vel illa resonaret, vel suo functa munere esset. hinc est intelligere, cur Ioanne adhuc prædicante Christus saltem publicè ac passim non prædicaret; quia nondum, videlicet, munus suum prædicando obierat Ioannes. Vnde & illa solui potest quæstio, cur in baptismo, cum vox Patris audita est supra Christum, sit dictum tantum: *hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* neque adiecta sint illa: *ipsum audite,* sicut dictum est in Thaborina postea apparitione; quia nimirum nondum aduenerat tempus prædicationis Christi, loquente adhuc Ioanne; necesse enim erat vt prædicationi Christi viam sterneret, & pararet Ioannis vox, atque ad eum ante Christum audiendus erat. At cum in Monte Thabor transfiguratus est Christus, tunc iam cessauerat Ioannis vox; functus enim erat ille officio suo, ad quod missus fuerat, tempusque aduenerat audiendi Christum: & idè tunc primùm dictum à Patre est; *ipsum audite.* Mira sanè huius fuit vocis dignitas, cui quodammodo æterni Patris spontè cesserit verbum; nam licèt Ioannis voce per se non egeret, voluit tamen, suauius cuncta disponens, tantisper filere, dum vox clamantis in deserto resonaret.

7.
B. Maria
parcè locuta.

Potest & hinc altera quæstio dissolui. Cur Beatissima Virgo, quæ parcè semper loquuta fuerat, cum in domo tamen esset Zachariæ, tam multis & tam admirandis verbis Deo gratias egit suaue concinens canticum? legimus Dei Matrem non nisi sese offerret magni momenti occasio, loqui solitam fuisse. nam bis cum Angelo, iterum in domo Zachariæ, mox post inuentum puerum Iesum, denique deficiente vino in nuptijs loquutam scimus, semper quidem paucissimis verbis, præterquam in domo Zachariæ. Nec vnquam loquuta est, quin admirandum aliquid consequutum esset. nam post colloquium illud cum Angelo, Verbum caro factum est. iterum cum inuento Filio dixisset: *Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego dolentes quærebamus te,* illud omni miraculo maius accidit, quod Euangelista scribit de Christo: *descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Porro in nuptijs aqua in vinum conuersa est, in domo verò Zachariæ, quæ admiranda contigerint, vbi D. Maria salutauit Elizabeth, nemo est qui nesciat. quemadmodum enim Iobælei tempore cum Romæ porta, quæ sancta dicitur, referatur, quæ ferè semper clausa manet, ingens spiritualium gratiarum cumulus conceditur: ita nequaquam nimirum videri debet si aperto sacro Virginis ore, quod ferè semper clausum esse consueuerat, & non nisi Dei voluntate patebat, ingens perpetuò inde manaret gratiarum fructus. vt meritò significatum fuerit os illud aureum Deiparæ Virginis, porta illa quæ ad sancta Sanctorum ducebat.

Tam ergò regressi eò, vnde discessimus, si roget quis cur in Zachariæ domo tam multis præter morem Beatissima Virgo loquuta fue-

A rit, dum suaui illo cantico Deo gratias egit? eadem hic, quæ superior responso est: quia nimirum antequam Ioannes sacræ Oeconomix mysterium adaperiret, nulli vnquam homini illud euulgare concessum erat. At vbi per Matris os infans Ioannes in ytero exultans, illud aperuit, tunc illicò diuinissima Virgo, quæ hæcenus tantum opus reticuerat tota in DEVM conuersa, & extra se quodammodo posita: cœpit immortalis Deo gratias agere, grata de manifestato per Ioannem mysterio, quod in se completum videbat.

B Vbi ergò vidit Beatissima Virgo præeunte, vt decebat, Ioannis voce, referatum esse mysterium, non potuit Dei in se bonitatem paucis celebrare laudibus, sed effudit in se animam suam copiosius DEI bonitatem commendans. Vide igitur, lector, & admirare tantam vocis Baptistæ præstantiam, quanta fuit, vt ea non resonante, & Christi vox taceret, & Mariæ.

Cum igitur tanta fuerit Ioannis dignitas, & præstantia, vt cæterorum in se vno Sanctorum virtutes conluserit, miramur si in ea vrbe conceptus, & in lucem editus sit, quæ Hebron, seu Chebron, ab antiquis nominata est, in qua celeberrimi quatuor mundi Heroes sepulti fuerant. Adam, Abraham, Isaac, & Iacob: vnde auctore Hieronymo Chariacharbe ciuitati nomen inditum est, quasi ciuitas quatuor: iuxta quam etiam non ignoramus peruetustam illam, & diu celebratam quercum fuisse, quæ multos postea annos permansit in monumentum religionis Abrahamæ. nam sub ea fertur adorasse, sub typo trium Angelorum, Diuinam triadem, *tres enim vidit, & vnum adorauit.* Genesis decimo octauo. quare hoc quod de loco Natiuitatis Ioannis diximus, non sine Dei prouidentia contigit. nam quoniam in Ioanne quatuor illustrium illorum virorum virtutes & præclare gestorum gloria inerat, idè ibi natus non sine Dei consilio fuit: vt clarissimè ostenderetur, quasi reuiuiscere ac reflorescere illorum quatuor heroum, qui ibi sepulti erant, virtutem, & gloriam, nato Ioanne cœpisse.

D Cur ego eum & meritò, & iure ibi natum esse negabo, vbi Adam primus parens mortuus ac sepulturæ traditus dicitur, quæ non paucorum fuit opinio? & vide si non aptè id asseratur. post peccatum illud commissum diu primus omnium nostrum parens doluit, & longissimæ pœnitentiæ afflictatione corpus attriuit, animique maculas perpetuò manantibus lacrymis eluere conatus est. at Ioannes etli innocens vitæ, scelerisque purus, pœnitentiæ tamen mirandum exhibuit, & quasi mortuum excitauit exemplum. Abraham egressus Dei iussu est de domo sua, & de cognatione sua, quamuis annis maturus; & Ioannes vix tres aut quatuor, seu summum quinque annos natus in desertum relicta domo se abdidit, quo facto non parentum domum tantum, & cognationem reliquit, sed mundum etiam totum. idem Abraham tres vidisse dicitur, & vnum adorasse: Ioanni multò illustrius baptizato CHRISTO,

& aperto

8.
Ioannis di-
gnitas.

9.
Finitur.

& aperto cælo sanctissimæ Trinitatis mysterium ostensum est. Isaac risum interpretatur, quod parentibus sterilibus risum simul & gaudium attulerit: & de Ioanne scriptum est: *& in natiuitate eius multi gaudebunt*. Iacob luctatus est cum Angelo: Ioannes de humilitate cum CHRISTO contendit in Baptismo. nec ignoramus magni consilij Angelum esse Christum appellatum, quibus constat in Ioanne quatuor illorum virorum laudes fuisse, vt non sine DEI consilio Hebrone natus videri debeat.

IO.
Magnum coram Domino quomodo.

Quamobrem non sine causa *magnum coram Domino* vocatus est, qua quidem laude quid sublimius, vel augustius de puri hominis magnitudine dici, immò vel cogitari possit, vix video. etenim cum grauissimo Isaiæ testimonio capite quadragesimo, decimoquinto, omnes gentes, ac populi si cum Deo conferantur, ita in nihilum abeunt, atque euanescent, vt videantur non esse potius quàm esse: sic enim ait Propheta: *ecce gentes quasi stilla stridula, & quasi momentum stateræ reputata sunt; ecce insula quasi paluis exiguus.* & postea versiculo decimo septimo. *omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputata sunt ei.* Cum inquam hæc ita se habere sit manifestissimum, quibus verbis magnificentius, aut vberius Ioannis magnitudo, & præstantia, quæ in ipso singulari modo existebant explicari poterant, quàm quibus dictum est: esse magnum coram Domino? Omnes homines gentes, populi, vniuersum denique totum, vt stulæ stilla haberetur, quasi momentum stateræ, quasi non sine, & tanquam nihilum, & inane; & de Ioanne tamen Spiritus sanctus testatur magnum esse coram Domino. Neque tamen hoc ita accipias velim, quasi Ioannes cum Deo conferri, & in comparatione venire aliquo modo possit.

Est enim verissimum illud, omnium Philosophorum & Theologorum consensu, axiomatitum inter & infinitum nullam esse proportionem posse. Sed hoc asserimus; voluisse DEI spiritum mundo his verbis declarare, quanta futura esset sanctitas, quanta Ioannis gloria.

II. Quod si singulares Ioannis prærogatias exponere vellem, non tam de copia, quàm de breuitate foret laborandum; etenim modus finisq; dicendi non esset. Collegit viginti octo eius prærogatias Barradius noster, tom. primo, lib. 8. capite 3. & 4.

12.
Ioannis humilitas et excelsitas.

Verùm id quod maximè Ioannis magnitudinem extollit, est eius excelsitas, & incredibilis animi submissio. nam cum magnitudinis, & excellentis dignitatis regula, & mensura consistat in modestia, & humilitate; quod maior, & profundior est modestiæ virtus, & submissio- nis tantò maior est personæ dignitas, & magnitudo. Iam verò cum Ioannes humillimus fuerit, si quis vnquam alius (Beatissimam Virginam semper excipio) cum neminem hoc laudis genere superiorem habuerit, quis dubitabit affirmare neminem illo sanctitate, & illustris animi præstantia maiorem, præstantiorémque fuisse? An non ea summa fuit modestia, animiq; moderatio, qua, cum sibi Messie

A nomen oblatum sumere potuisset, noluit tamen sibi illud vsurpare, quod suum non esse animaduvertebat? parum dixisse videor, cum noluisse dixi; immò verò, cum hæc sibi ista offerentur, totis animi sensibus, velut obtupefactus, cohorruit, & vehementer indoluit, & interrogatus *confessus est, & non negauit*, confessus est, quod non esset Christus: qua repetitione, & dicendi formula insinuant Euangelistæ non obscurè, quanta asseueratione, quàm efficacissimis verbis, quanto animi studio à se conatus fuerit, talem suspicionem amoliri. Neque hoc solo contentus, verùm etiam se vsque eò abiciens, vt indignum se esset publicè asseuerauerit, qui vel corrigiam calceamenti Christi solueret, vel eius portaret calceamenta; iterumque: *Post me venit vir, qui ante me factus est, qui prior me erat.* & quò magis Christum mundo commendaret, & eam existimationem, quæ in populo excitata fuerat, in animis audientium altius fixiusque deplantaret, & qui pererebuerat, rumorem penitus extingueret, ac de animis hominum penitus euelleret, & extirparet discipulos imprimis suos ab se ablegabat ad Christum, vt eius crebris miraculis, & concione intelligerent tandem, non ipsum Ioannem esse Christum, sed eum cuius admiranda opera, & cælestia verba summæ esse efficacitatis viderent, scirentque illum oportere crescere, se autem minui. Quid verò hac in parte clarius, vel efficacius dici potest ad ostendendam & propalandam Ioannis humilitatem, quàm quod cum eius discipuli, nescio quo inordinato zelo, & inuidia non libenter aspicerent plures ad Christum confluere, quàm ad Ioannem, & huic, id est, magistro illum præferri pati non possent, venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, vt ad indignationem prouocarent: *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat; & omnes veniunt ad eum.* quasi dicant, ad eum ingratus est, sic beneficia maleficijs rependit.

Quid Ioannes? tantum absuit, vt inuidiæ liuore extimulatus fuerit; ad eò ab omni indignatione alienum se ostendit; vt summopere gaudere se diceret, & gaudium sic suum impletum esse fateretur, nactusque occasionem, iterum multa de Christo gloriosè prædicauit; atque in hunc modum protestatus coram omnibus est, ipso met qui aderant testes appellans: *ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.*

Itaque nihil Ioanni gratius contingere poterat, nihil quod illi magis esset in votis, quàm vt cerneret nihil esse se, neque vllò haberi numero, ipsum verò Christum in dies crescere, eius augeri laudes, & nomen, omnes ad illum accurrere, illum agnoscere Agnum Dei, qui tolleretur peccata mundi, illum Magistrum, illum ducem, illum Messiam, illum Dei Filium esse intelligere. O ineffabilem sanè atque cælestem virum, qui suis laudibus tristabatur, gaudebat alienis, qui nullo sensu inuidiæ, nullo elationis spiritu, nulloque auræ popularis desiderio tangi vnquam potuit. Mitto hic quod cum ad Ioannem veniret Iesus, vt bap-

zaretur ab eo, non ferebat ille, sed prohibebat eum dicens: *ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* hoc vno tantum cum Christo contendens vt humilis, subiectusque illi haberetur. Sed vide quàm subito obedierit Christo, promptus quodcunque imperatum absque vlla tergiversatione exequi. Cùm enim respondisset illi Iesus: *sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* nihil moratus, nec verbum quidem adijciens summa animi submissione, obedientia, ac veneratione, dimisit eum, & batizauit. Sed finis non esset, immò patentior quasi dicendi campus sese aperiret, si singula persequeretur.

13.
Luciferi sedem occupat in celo.

Vnum, in præteritis minimè habendum, addo, non immeritò nos adhærere posse, illi quorundam insignium doctorum sententiæ, qui Ioannem ad eum beatitudinis & felicitatis gradum in beatarum mentium domo euectum esse censent, vt in eandem successerit sedem, quam Lucifer per detestandam atque execrandam animi elatione amiserat; nam quia tantum animi tumore cœcepit Lucifer, vt sibi eum honorè, qui Christo paratus erat, superbus appeteret; ac proinde illum de tanto dignitatis gradu, ac sede sua, deturbare cogitaret, eructans de superbissimo impijssimoque pectore plena arrogantia verba: *in celum conscendam, super astra Dei exaltabo solum meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, ero similis Altissimo* Isa. 14. 13. 14. Propterea iusto Dei iudicio, iustoque diuinæ vltionis supplicio in profundissimum inferni baratrum, innumeris in omnem æternitatem cruciandus tormentis, coniectus est. E contrario quia Ioannes oppositam omninò instituit viam, eamque studio laboreque indefesso currit, felicissimeque consummauit, in omni videlicet humilitate, adeò vt omninò nihil se esse arbitraretur, & verò etiam haberi vellet; Christum verò Dominum, omni honore, veneratione, & laudibus exciperet, eumque vehementer ob omnibus celebrari cuperet, & vt erat, Messiam agnosci, & tanquam Dei Filium adorari; idè par fuisse videtur, vt in eam sedem succederet, quam propter contrariam elationem, & superbæ mentis arrogantiam in Christum Dominum Lucifer amiserat.

14.

Hanc esse communem opinionem sensit Echius homil. 6. de Ioanne Baptista: *locum suum, inquit, habet communis doctorum sententia, Ioannem Baptistam inter omnes sanctos post Christum & Mariam esse sanctissimum.* Addit Gersonem testari; *Dominum Matrem suam super omnes Angelorum choros collocasse, huicq; proximum fecisse Ioannem Baptistam, quem in locum Luciferi subrogarit. & quamuis ex ipso Euangelij nudo textu (non surrexit maior Ioanne) iuxta sententiam Hieron. & August. q. 26. l. 99. Veteris & Noui Testamenti, & l. 2. contra aduer. le. & Prophe. c. 7. aliud non colligatur, nisi Ioanne alios sanctos superiores non extitisse, tamen ex alijs circumstantijs, conijci potest eum sanctissimum ex omnibus fuisse.* Sic ille. Cui suffragatur Franciscus Maironius in eo, quod dictum est Luciferi sedem Ioanni esse tributam. qua de re Gerson tractatu quarto in canticum Beatæ Virginis, sic scribit: *Videtur Ioannes Baptista primus post Diuam Mariam positus in ordine Seraphinorum loco Luciferi.* Sic ille, & aptè fanè: dece-

bat enim vt obscurato, & quasi extincto Luciferi illo primo, alius exurgeret clarissimus Lucifer Ioannes, qui mane ortus, hoc est, cum luce gratiæ, & sanctitatis de ventre matris egressus, nunquam caderet, & post solem Christum, & lunam Mariam tertius fulgeret in cœlis.

Cæterum quia magnus erat Ioannes, & alto atque excelfo loco in gloria collocandus, idè magnis etiam persecutionum, & molestiarum vndis à Deo probatus est; nam vt Chrysostomus ait, homilia octaua, in cap. 2. Matth. ad tolerantiam Dei seruum prouocans; *viriliter cuncta sustineas, sciens tribulationes maximas inseparabiles quasdam comites esse virtutum.* Sic insignes maximè Ecclesiæ viri, & qui principem locum, & gradum in ea habituri erant, maximis etiam iactati sunt persecutionum fluctibus. Sic Petros, Paulos, Iacobos, & cæteros Christianæ militiæ duces, vidimus per hanc instituisse viam, vt ad cælum pergerent: nam quemadmodum Imperatores, & potentissimi Reges, Duces suos præstantiores, valentioresque crucibus auro, fericoque confectis exornant, eisq; difficiliora bella committunt conficienda: ita Christus omnium Regum, & Imperatorum potentissimus, Principes suos, & præstantiores quos habet heroas, crucibus labore, cruciatuque multo constantibus, condecorat, & gloriosiores facit, eisque multo maxima, ac difficillima cum suis hostibus committit prælia. etenim iuxta viriū sanctitatisq; mēsurā suis prælia dispertiri, ac distribuere solet Deus, & elegantissimè, ac sapienter docet Origen, lib. 3. de principijs. c. 2. vide illum: sic in sublimi, & conspicuo ædificij loco constituendi lapides, vt magis ac magis subindè expoliantur, & exornentur, pluribus ictibus, ac percussionibus dolantur, vt tanto gratiores, industrioresque omnium oculis appareant. Sic Sancti quo maiores gloria, & sanctitate futuri sunt, eo pluribus exercentur ærumnis.

15.
Multis persecutionibus & aduersitatibus probatur.

C


Legimus Cherubinos illos, qui in præcipua, & maximè nobili intra Sancta Sanctorum parte collocandi erant, præcipiente Deo, malleatoris opere diu extensos, ac frequentibus ictibus attenuatos fuisse. Sic vt intra cœlestia illa Sancta Sanctorum, potissima cœli parte collocetur Sancti, tunctionibus, pressuris, velut per malleatorum, id est, Tyrannorum, & persecutorum manus, corpore quidem vexantur, & extenuantur, verum animo, & vehementi patiendi pro Christo desiderio extenduntur & dilatantur. & de his hæc-

16.



CAPVT XI.
A PECCATRICE
PEDES VNCTVS, SIMO-
NEM MVRMVRANTEM EX
proposita illi prarabola con-
futat.

C. 7. 36.

1.  **OGABAT** autem illum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo, & ingressus domum Pharisæi discubuit.
2. *Et ecce mulier, qua erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod accubisset in domo Pharisæi, attulit Alabastrum unguenti.*
3. *Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.*
4. *Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset Propheta sciret utique, qua & qualis est mulier, qua tangit eum: quia peccatrix est.*
5. *Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere, at ille ait: Magister dic.*
6. *Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.*
7. *Non habentibus illis unde redderēt, donauit utrisq; quis ergo eū plus diligit?*
8. *Respondens Simon dixit: a. Simo; quia is cui plus donauit. At ille dixit es: recte iudicasti.*
9. *Et conuersus ad mulierem, dixit Simon: Vides hanc mulierem? in trauis in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hac autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit.*
10. *Osculum mihi non dedisti: hac autem ex quo in trauis non cessauit osculari pedes meos.*
10. *Oleo caput meum non unxisti: hac autem unguento unxit pedes meos.*
12. *Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multū. cui autem minus dimittitur minus diligit.*
13. *Dixit autem ad illā: remittuntur tibi peccata.*
14. *Et cæperunt, qui simul accumbabant, dicere: quis est hic, qui etiam peccata dimittit?*
15. *Dixit autem ad mulierem: fides tua te saluam fecit: vade in pace.*

SCMOLIA.

VTRVM hoc loco & tempore acciderit hæc historia non constat; Lucas enim solus huius facti meminit: quare nec quis fuerit Pharisæus scitur. Cùm ergo non appareat, cur istud non sit proximè subiiciendum superioribus, placuit hic apponere. Et quidem Beda: *factis, inquit, ostendit Euangelista iustificatam sapientiam à iustis, & penitentibus, quod proximum præmiserat Lucas. v. 35.*

Maldonatus verò in c. 7. Luc. 36. vero simile arbitratur esse, quoniam de Pharisæorum incredulitate agebatur, subiungere voluisse Lucam, quid Christo cum quodam ex Pharisæis accidisset: ve doceret etiam eos, qui aliquid erga Christū benevolentia, & humanitatis ostendebant, non satis in eum credidisse confisos propria iustitia.

Toletus. c. 7. Lu. probabile putat, illo tunc tempore, aut paulò post, hæc facta esse.

1. *Rogabat*] Gr. ἠρώσκει, nec significat hic interrogare, sed inuitare, & vocare, ut obseruat Euthymius. Quoniam verò utitur tempore imperfecto, innuit Lucas instanter, & perseveranter rogasse. Neque enim se facilem exhibebat Christus inuitantibus, quando se parum profuturum sciebat. Annuit tamen votis Pharisæi, ei que morem gestit, tum vt occasio mulieris conuersionis daretur, tum vt notat Euthymius, ne ansam præberet dicendi, quod cum Publicanis, & Peccatoribus cibum caperet, Pharisæos autem contemneret, vel prius, vt eos mendacij conuinceret: dixerant enim quod esset homo deuorator, amicus Publicanorum, & Peccatorum.

2. *Etece*] attentos nos reddit: ecce inquit, hora conuiuii mulier doloris lacrymas epulis miscet; Ecce in domum Pharisæi, qui sanctitatem profitebatur, peccatrix ingreditur, *quia enim, inquit Gregorius homil. trigesima tertia, semetipsam grauius erubescerebat intus, nihil esse credidit, quod erubesceret foris.*

In ciuitate] Græcè additur articulus τῆ πόλεως, in illa ciuitate, nimirum, in qua Christus inuitatus, exceptusque conuiuiuo fuerat à Pharisæo. Verùm quæ fuerit hæc ciuitas incertum est. non displicet tamen eorum opinatio, qui censeant fuisse ipsam ciuitatem Naim, quàm iniens Dominus suscitauerat filium viduæ prope ciuitatis portam: ad quam Ioann. Baptist. refertur quoque discipulos, misisse, & Christus esse loquutus ad turbas. hæc enim omnia à Luca eodem, quo retulimus ordine, narrantur. ergo ibi inuitatus est à Pharisæo: nisi enim Euangelista hæc omnia eodem contextu recensens, significare voluisset eodem loco, eademque ciuitate gesta fuisse; vtique expressisset, quæ esset ciuitas, in qua tam mira gesta sunt. voluit igitur nos antecedentis loci, ac ciuitatis memores esse.

Quidam ex recentioribus in eam iuit sententiam, vt arbitraretur hæc ciuitatem, esse Hierusalē, quæ per excellentiam quandam, & emphasim ciuitas appellari consueuerat iuxta illud inquit Lucæ vigesimosecundo, *euntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo.* Verùm hæc opinio probanda non est, nam, vt ex verborum serie, ac contextu constat, Christus agebat tunc in Galilæa, cùm tamen Hierusalem esset in Iudæa. Nec eadem ratio est de loco citato Lucæ, ex peristasis enim ibi positus liquidò constabat ciuitatem illam esse Hierusalem.

Hic verò articulus præsertim græcis, & contextus ipse historiz satis indicat sermonem esse de ea

i.

2.

Christus inuitatus nisi instanter ad Pharisæos intrauit.

3. *Que ciuitas fuerit in qua conuersa hæc peccatrix.*

4. *Non fuit Hierusalē.*

ciuitate, de qua prius Euangelista loquutus erat, nempè Naim.

5. *Peccatrix*] Græcè sic legitur hic locus: *ἡ γυνὴ ἢ τῆ πόλεως, ἢ τῆς ἑμαρτοῦ*, hoc est, & ecce mulier in illa ciuitate, quæ eat peccatrix. Itaque vox, *peccatrix*, non cum voce *in ciuitate* coniungenda est, neque verbum, *erat*, cum voce *mulier*, vt sic hæc lectio ex græco: & ecce mulier in illa ciuitate, quæ erat peccatrix, vnde non habetur fuisse publicum, & vulgo expositum scortum. & ad hunc sensum accipienda est nostra versio.

6. *Peccatrix qua dicitur.* Dicitur porro *peccatrix*; peccato libidinis, hoc enim nomine solent impudicæ mulieres appellari. An verò fuerit meretrix vulgo prostituta, vt dixi, non constat. Illud affirmat communis opinio veterum Patrum, parum castè vixisse, alioquin nec miratus fuisset Simon pari se Christum ab ea tangi, si impudicitie labe non fuisset aspersa. Quare qui pudicam putant ne meretricem fateantur, vt quidam norat, non tam eius honorem augent, quam Christi minuunt. Grauitas enim morbi, medico gloriam conciliat.

7. *An publica meretrix Maria Magdalena.* Sed inquit, vix credi posse Mariam sororem Lazari feminam alioquin nobilem, peccatricem vulgo notam fuisse. Deinde difficile etiam est credere Christum admisisse ad tantam familiaritatem mulierem hoc modo infamem.

Respondeo ad primum, non esse nouum interdum nobiles feminas malè audire ob impudicitiam: quamuis non sit certum fuisse publicum scortum, sicut neque omninò cogimur fateri Lazari familiam fuisse valdè nobilem, ac locupletem.

Ad alterum respondeo Christum non illam admisisse, nisi post insignem, iac publicam poenitentiam, vitæque emendationem. quare benè ex Roffensi scribit Iansenius capite quinquagesimo quinto feminam istam paulatim fuisse à Christo & à malis immunem factam, & bonis additis cumulata, & auctam. cum enim esset à Dæmonibus obfessa, ea vexatione liberata est: cœpit deinde peccata sua agnoscere, & lacrymis delere, & tunc accessit ad Christum publica præbens poenitentia, gratitudinis, & caritatis indicia, & impetrata criminum venia Christum sequuta est, opes suas in eius obsequium impendens, à quo post veteris vitæ emendationem, & insigne sanctitatis studium magnis est cumulata beneficijs, & præcipui cuiusdam amoris signis excepta. Quomodo verò in Galilæa habitauerit, licèt Bethania orta fuerit dicam inferius, sicut & vna ne, an plures fuerint Magdalena.

8. *Vt cognouit*] Apparet, vt Maldonatus obseruat cum alijs; eam mulierem excitatam fama Christi, & vt ego addo accepto beneficio, id est, expulsis Dæmonibus gratam effectam, simulque Christi prædicatione inflammatam; occasionem ante quæsiuisset trahente interius Christo, vt sua ad eius pedes peccata proijceret. Simul ergò vt cognouit, eum in domo esse Pharisei, loco scilicet idoneo, vt officium illi, quod cupiebat suum, exhiberet; protinus aduolauit, vt vel ita optatam peccatorum remissionem impetraret.

9. *Alabastrum visibile & inuisibile.* Attulit *alabastrum*] Vide quæ hac de re habentur inferius dilucida. l. 6. c. 7. v. 4. *alabastrum* visibile vnguenti, attulit visibile, sed aliud secum gestabat *Alabastrum* spiritualis vnguenti, quod oculis non cernebatur, quod Christo patebat & suauiter fragrabat, nimirum cor humilitate, contritione, Fide, Spe, & Charitate plenum. His preciosis vnguentis luis illa vulneribus medicinam faciebat, Christo inprimis medente, atq; inspirante. His cœlum ipsam odore perfundebat immenso.

A 3. *Stans retro*] qui antiquo more recumbent in toro iacebant, ita vt caput versus mensam, pedes versus exteriorem partem haberent, qua ministri feruila ferentes, mensam obibant; propterea mulier hæc Christi pedes vnctura, retro accessit.

10. *Veteris accubendimus.*

Cum autem torus altus esset, stetit dicitur: erat enim fortè triclinium in loco edito, vide Sueton. in Calig. vbi ad huiusmodi cenantis pedes refert stantes quosdam famulos linteo succinctos, & Virgilium. *Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alio.* quamuis Maldonatus neget tam altum fuisse torum, vt proindè oportuerit rectam hanc mulierem in pedes stare, vt oscularetur pedes, & capillis tergeret: stetit igitur, inquit, dicitur, id est, constitit. placet tamen magis verè stetit, licèt fortassis in faciem incurua aliquantulum pedibus decumbentis immineret. Meritò delictorum veniâ petitura præ humilitate ad pedes accessit, vt supplicantis affectum exprimeret. Ad pedes inquam puluerulentos scilicet & de more nudos: sic enim solebant, cum recumberent, ne calceis torum inquinarent.

B *Magdal*, siue *Migdal*: ab Hebr. *turri* dicitur; vnde *Magdalena* nomen diriuatur, quod insinuat Diuus Hieronymus ad Principium in Psalmo quadragesimo quarto: *Magdalena*, inquit, *vere turris candoris & libani, qua prospicit faciem Damasci, sanguinem videlicet Saluatoris, ad sacci poenitentiam prouocantem* &c. Et in Epitaphio Paulæ ait: *Maria proprie Magdalena, qua ob sedulitatem & ardorem fidei turrita nomen accepit.* huic turri subiectus est charitatis vehemens ignis: *quia dilexit multum.* hic ergò ignis sua vi, atque efficacitate ad pedes Christi currim prostravit, & solo per humilitatem exæquauit, vt solet ignis suo impetu ac vicelæ turri subiectus, sternere illam & solo æquare. Igitur Magdalena ad Christi pedes prostrata, turris est æquata solo. Cerne alta veluti moenia, flauos crines, hilares oculos, oris pulcritudinem, suaves odores: en omnia hæc ante victorem Christum disijciuntur, prosternuntur, solo æquantur. victoria signum longè aliud attollitur, ac veluti prostrata turri insigitur, nempè charitatis, vt verè proindè dicere possit Maria illud Cantico: *secundo, vexillum eius super me amor*: Sic enim vertit Pagninus ex Hebraico illud, quod nos habemus, *ordinauit in me charitatem.*

11. *Magdalena vnde dicitur.*

C Moraliter, duo sunt pedes Domini, quos maximè decet amplexari, & osculari, eos, quos scelerum suorum poenitat, de quibus sic De. Damian. sermone de Magdalena scribit: *pedes isti sunt misericordia, & iudicium, quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda.*

12. *Duo pedes Christi.*

D *Quis enim Dei misericordiam indefinenter attendens non statim tepidioris vitæ quietem exoptet? fallitur, qui sic osculatur misericordiam pedem, vt pedem iudicij non attendat, qui totum de misericordis pietate præsumit, hoc solum ad salutem sufficere credens, quod credit.* Rursus cum iudicij pedem crebrioribus osculis intertangit subicitur *carnis animæq; substantia, & vtriusque hominis statum vehementior aura percellit.* *Quis iudicium diuini cogitans non statim contremiscat, & in desperationis rotetur abyssum? non est ergò huic pedi morosus incumbendum, ne pietatis intuitum iudicantis ferocia occludat.* *Vtrumque igitur iungat pedè anima poenitentis affectus, & nunc misericordiam amplectens, nunc iudicium osculans, contribulati spiritus offerat holocaustum.* hæc ille.

Lacrymis cœpit rigare] id est, sic humectare, vt tergi opus esset, rectè autem à lacrymis cœpit, quia

13. *Lacrymæ Magd. quantæ.*

plurimum

plurimum ad flectendum Deum lacrymæ possunt, ege Chrysof. serm. de pœnit. tom. s. Rigare etiam copiosè flere est, inquit Barrad. D. Chrysol. ser. 93 mutatur inquit ordo rerum, pluuiam terræ cælum dat semper, eccè nunc rigat terra cælum. immò super cælos, & vsque ad ipsum Dominum imber humanarum profilit lacrymarum, adde quod rigabat Maria beatam illam terram, quæ remissionis fructum tulit. Lacrymis oculi Magdalenz quasi gemmis & vnionibus erant ornati.

Capillis capitis sui] caput nominat, vt pedibus opponat, & ad maiorem emphasim. Ambros. capillos, honores; sunt enim gloria mulieris 1. Cor. 11. 15. Beda res omnes superfluas interpretatur, quæ Christi pedibus & pauperibus seruire debent.

Osculabatur pedes eius] hoc humilitas, hoc deuotio faciebat, & præcipuus erga Christum amor. habent inquit, Mald. quod imitentur fratres exempli, qui quos peregrinorū lauerunt pedes, osculari solent. Et vnguento vnguebat,] forsitan etiã ea vnctione Messiam illum esse. i. vnctum significare volebat. quanquam & vnguentis quiuæ vngerentur. Cur hic Iudas non obtrepit, & obmurmurat? nam adfuisse etiam nunc discipulos testis est Cypria l. ad Nouati. hæreticum de lapsis. Respon. Euthy. nondū laborauerat Iudas auaritiæ morbo. Addit Card. Tol. an. 67. hoc vnguentum licet pretiosum fuerit, non tamen vt illud quod postea etiã Magdalena fracto alabastro, fudit super caput Christi. Ideò tunc Iudas ob tam copiosã, tam pretiosi vnguenti effusionem obmurmurauit.

Iterum, cur inquit, caput non vnxit, vt mos erat? non quia non esset pretiosum vnguentū, neque enim credibile est pretioso non vsam, quod tamen Titus Bostrenus asseuerat: verum quia vt ait Ambros. maioris hoc fuit humilitatis; vel vt ait Chrysof. hom. 81. in Matt. & Euthy. apud Luc. vt eum plusquã humano more honoraret, qui plusquam homo erat; vel vt quæ prius deliciarum suarum erant instrumenta ad Domini pedes, quasi proterenda effunderet. Card. Pe. Dam. tria vnguentorum genera ponit, quibus quilibet, exemplo Magdalenz, Domini pedes vngere valeat, ait enim: primum vnguentum contritionis est, de recordatione peccatorum, de spiritu contrito, & contribulato descendens. secundum deuotionis, de recordatione beneficiorum Dei. tertium est pietatis vnguentum, eius species sunt vniuersæ miserorum miseriz, tam animarum, quàm corporum, oculo pietatis inspectæ. Cætera vide apud eundem in serm. de Magdalena. Pere. in c. 6. Ioan. quatuor quædam vnguentorum genera ponit, quibus ad Christum cum Sponsa trahimur. vide illud num. 61. 62. 63. 64.

Gregor. hom. 33. in Euangel. liquet fratres, inquit, quod illicitis actibus prius mulier intenta sibi vnguentum pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo turpiter exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hoc iam per pœnitentiam conferens flebat; capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lacrymas tergebat: ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergò in se habuit oblectamenta, tot in se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret. Deo in pœnitentia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa. Sic rectè Gregor. nam vt Euthym. animaduertit, quæ primum fuerant instrumenta peccati, ea nunc fecit instrumenta virtutis. Ab his enim vnde prius ipsa suam venabatur perditionem, ab eisdem nunc venata est salutem. Consule Ambros. qui nò pauca habet quæ moribus accòmodentur.

Rursum Gregorium mores nostros informan-

tem audiamus: est vnguentum, bonus odor opinionis ex rectis operibus, quo Dei Ecclesia aspergitur: retrò secus pedes Christi stamus dum vestigia Christi sequimur, quem impugnabamus: lacrymis pedes Domini rigamus, si eius vltimis membris compassionis affectu inclinemur: capillis pedes tergemus, quando ex caritate compatimur, & ex his, quæ nobis superfluunt, miseremur: osculamur, si studiosè diligimus, vel cum incarnationis mysterium toto corde veneramur, & amplectimur amore: vngimus, cum humilitatis Christi potentiam, sacri eloquiij bona opinione, predicamus: vident Iudas & inuident, suaq. apud se malitia tabescunt qui nec osculum Deo dederunt, id est, ex caritate amare noluerunt, sed seruiuerunt timore; nec aquam pedibus dederunt, id est, ea qua extra se erant pro Domino non tribuerunt, cum gentilitas pro Domino etiam sanguinem fuderit: nec vnixerunt oleo caput: quia nec diuinitatem digna laude predicarunt, gentilitas autem etiam incarnationis mysterium predicat. Hæc secundum sententiam ex Gregorio.

Cæterum huic conuiuio suavis haudquaquam abfuit concentus; ad delicias, ait Chrysol. Deitatis. totam pulsat cordis sui & corporis symphoniam; organi planctus dat clamorem; Cytharam per suspiria longa modulatur: gemitus aptat in fistulã & dum peccus sæpè percutit, facit placitura Deo cymbala personare. &c. Hic est qui Deū còcentus oblectat.

4. Hic si esset Propheta] vnde nostri ò Pharizæ Christum non nouisse illam mulierem? num quia permisit se tangi ab ea? potuit id varijs de causis permisisse, etiam si nosset. Ad tuos ergo pedes si talis mulier accessisset, diciturus eras quod Isaias de talibus dixit, c. 52. recede à me, noli me tangere, quia mundus sum.

Sed vide quam malè colligas eum Prophetam non esse: ignorat, inquit, quæ, & qualis est mulier: ergò Propheta non est: quasi verò omnia semper norint Prophetz: & tamen in Helisæo secus euenisse legimus 4. Regum 4. 27. sed & stultum sanè ostendit se Pharizæus, dum medicum admittere ægrotos miratur, cui Christus respondere poterat illud, non veni vocare iustos, sed peccatores: & non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Matth. 9. 13. & 5. 32. fuit ergò de falsa iustitia superbus, nulla naturæ compassionis motus, suæ fragilitatis oblitus, & stultitiæ obnoxius. Cuius etiam stultitiæ illud fuit signum, nam immunditiam legis, quæ contrahebatur ex tactu alicuius immundi extendebat ad animi fordes ex falsa legis intelligentia, quasi non liceret tangere peccatores, ac fornicarios.

Quare verè inquit Greg. Aderat medicus inter duos ægros, sed vnus in febre sensum tenebat, alter sensum perdidit mentis.

Sed fastidioso omisso Pharizæo, Christi clementiam, benignitatemque contemplemur, qua non tangi modo à peccatrice passus est, & velut rerum ignarus æstimari voluit; verum etiam ipsam eandem meretricem occulta quadam virtute, suauiterque ad se attraxit, vt meritò Gregor. in hom. 13. in Euang. scripserit: quid miramur fratres Mariam venientem, an Dominum suscipientem? suscipientem dicam, an trahentem? sed melius dicam trahentem, & suscipientem, quia nimirum, ipse per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris.

Hæbemus & ex Pharizæo, quod in nostram vtilitatem conuertamus; si eius tumorem, superciliumque vitantes, audiamus id, quod idem Gregor. sapienter monet in hom. oportet, ait, cum peccatores cõspicimus, nos prius desleamus, quia in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, destructionem debemus vitijs, compassionè natura, si ferendus

Vnguentum boni odoris.

17.

18.

19.

Pharizæi facile argumtum.

20.

Christi clementia.

21.

Humilitas & deuotio.

14. Cur pedes Christi & non caput vnixeris.

Tria vnguentorum genera pœnitentium.

15.

16.

est peccator, nutriendus est proximus; cum verò ipse per poenitentiam petcuit, quod fecit; iam peccator non est.

5. Et respondens] non ad verba, sed ad cogitationes. non ergo verum est mulieris mores Christo perspectos non fuisse, cum vel ipsius etiam Pharisæi interiores motus, animique cogitata perspecta haberet, vt ait August. l. 53. hom.

6. Duo] subintelligitur, dixit Christus. Cuidam Fœneratori] Gr. δανειστής creditor. Aduerte ex Amb. allegoricè; in domo Pharisæi. i. legis & prophetarum, non Pharisæus, sed Ecclesia iustificatur. Duo debitores, populi duo fœneratori illi thesauri cælestis obnoxij, qui scilicet debent ei non materiale pecuniam, sed virtutes, quarum merita grauitatis pondere, iustitiæ specie, sono confessionis expenduntur; non mediocris autem est denarius, in quo regis imago formatur. ex Gloss. sic accipe; Pharisæus Dominum ad conuiuium inuitat; quem enim venientem non creditit Iudaicus populus, venturum sperare nõ desit; domus Pharisæi, Lex & Prophetæ, vbi se habitare gloriabatur; huc Dominus ingreditur, quia non venit soluere legem, sed adimplere; & discumbit, factus est enim visibilis per formam serui; cognouit mulier, id est, gentilitas misisse Deum filium suum, &c. Denarij quingenti peccata gentium, quinq; sensibus commissa, quinquaginta autem peccata Iudæorum; minus enim debet Iudæus, cui lex per seruum datur, quàm Christianus cui per filium gratia vitæ committitur, neuter tamen potest suis virib. reddere, quod debet.

7. Quis ergò eum plus diligit?] Gr. ἀγαπήσει, diliget. Lubricus, ac perdifficilis est locus iste, sicut & versus duodecimus.

Principiò mirare Christi in respondendo prudentiam. dixerat Pharisæus intra se, non esse Prophetam. Dominus vt certissimo signo declararet se Prophetam esse, tacitæ eius cogitationi respondit. Iudicauerat ille non admittendam ad contactum peccatricem, tacitè ostendit æquius à se illà admitti, quàm passus est se à Pharisæo ad conuiuium suscipi, cum vterque illi esset debitor, vterque illius misericordiæ indigens quidem, verum hæc plura, & maiora dilectionis signa exhiberet. Denique iudicabat ille mulierem peccato adhuc obnoxiam esse; Contrà, Dominus significat illam iustam esse, & Pharisæo longè præferendam. itaque, & quod admiserit mulierem iustè se fecisse ostendit, & eam iniquo iudicio absoluit, atque calumnia liberat, quod peccatrix putaretur: & simul Pharisæo supercilio medetur, dum illù peccatorem esse, veniam indigere, & in dilectione à muliere superari docet.

Cæterum quoniam longam hic locus disputationem poscit, eam ad Theoriam secundam reijcere placuit, ne Scholiorù mediocritatè, cursumque impediatur. Ex Theoria igitur petas quæ ad maiorem loci huius intelligentiam pertinent.

9. Conuersus ad Mulierem dixit Simoni: vides hanc mulierem] Antè poenitentiam auersus est à peccatore Deus, conuertitur verò ad eum post poenitentiam: Zachar. i. conuertimini ad me, & conuertar ad vos, cum sol à nobis recedit, & auertitur, nox est; cum accedit, dies: peccata tenebræ sunt, & noctem afferunt obscurissimam; hanc ad nos conuersus sol iustitiæ, Christi expellit. loci sensus est: tu vir, & quidem Pharisæus qui te Sanctum prædicas, vides ne mulierem, & quidem infamem olim, debebat inferre, vel sequebatur, vt diceret: sanctior est te: sed verbis expressis non dixit, dixit resp. à cum mulieris dilectionem aperuit quanta esset.

Ex hoc versu, & sequentibus admirandæ planè

A antitheses sunt obseruandæ ex Maldo. tu vir, ista mulier; tu Pharisæus, ista peccatrix; tu in domo tua, ista in aliena; tu conuiuæ, & hospiti; ista ignoto ante; tu aqua pedes non lauisti; ista non aqua, sed lacrymis non lauit modo, sed perpetuò rigauit pedes meos: tu os meum osculatus non es; illa ex quo intraui non destitit osculari pedes meos; tu ne caput quidem meum vnixisti, illa & pedes vnxit.

Aquam pedibus] quidam putant, vt hoc obiter adnotemus, morem fuisse lauandi pedes conuiuiis, sed non est certù. peregrinis quidem id fieri solebat. quare meritò vel conqueritur Christus, quod sibi ignoto hospiti, & peregrino, pedes nõ lauisset Simon; vel saltem significat Christus præferri debere mulierem Pharisæo, quæ sibi conuiuæ Simonis, pedes lauerit, quod ille nõ fecit; quamuis fortasè non teneretur ex more aliquo, & consuetudine illius temporis id præstare.

10. Osculum mihi non dedisti] aduerte fuisse apud Iudæos in more positum, vt venientes oscularentur os salutationis causa, non modò ex veteri Testamento, sed etiam ex Nouo id constat, Matth. 26. 48. Rom. 16. 16. 1. Corint. 16. 29.

Ex quo intrauit] sic Seriacè. si legamus intraui significatur statim ac accubuit, ipso initio ingressus in domum, aduolasse hanc Sanctam mulierem.

11. Oleo caput meum] Gr. ἔλαιον, at posteriore loco vbi legimus: hac autem vnguento, &c. græcè habetur, μύρον. non nego interdum oleum pro vnguento poni, vt Psalm. 44. vnxit te Deus, Deustus oleo lætitiæ, græcè ἔλαιον, tamen pauperes vsos fuisse simplici oleo in conuiuiis, vt, diuites pretiosis vnguentis, constat. Simon verò ne oleo quidem vsus fuerat ad vnguentum Christi caput, cum tamè mulier hæc pretioso vnguento pedes vnxit.

12. Quoniam dilexit multum] Hinc tantum habes dilectionem esse dispositiuam causam remissionis, sicut & habitualis iustitiæ; alioquin remissio, gratia est & noua. loquimur de dilectione supernaturali cum Dei auxilio, & de perfecta. de qua re lege Suar. tom. 1. dist. 4. sect. 8. concl. 1. vide item seq. nu. 30.

Remittuntur ei] Gr. ἀφίενται; remissa sunt. nos legimus, remittuntur, vtrumque verum, vtrumque aliquid significat. si per præteritum legas, significatur quod iam illi eodem momento, quo perfectè dilexerat, remissa sunt peccata. si per præsens, ostenditur remissionem peccati esse gratiã à aliam à dilectione & cõtritione distinctã. quod est contra illos qui opinantur ipsam contritionè & dilectionem perfectam, esse ipsam formalem peccati expulsionem, sicut si dicas: expulsa sunt tenebræ, quia illuminatus est aer, vel expulsum est frigus ab homine, quia calore affectus est: Eodem modo exponunt hi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, quod ipsa dilectio sit formalis expulsio peccati citra aliam gratiã. Aiunt namque hominem per actum cõtritionis, vel dilectionis Dei super omnia, ita se ipsum formaliter sanctificare, & peccatum expellere, vt nõ solum non indigeat alia remissione culpæ: verum potentia absoluta repugnat, quod existente tali actu adhuc homo in peccato mortali maneat: ita vt talis actus sit æqualis satisfactio quoad culpam, & condigna debiti solutio quoad auersionem, & iniuriam: alioquin culpa, vel auersio nõ tolleretur per actum illum. Sic isti.

Quare, vt contra istos ostenderet Spiritus S. remissionè peccati, cõsequi dilectionè supernaturali, vt quid nouù & distinctum beneficium à gratia contritionis, voluit Interpretem vertere non

Antitheses varia.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

per

22.

Duo debitorum qui.

23. Christi prudentia.

24.

25.

per præteritum, sed per præsens, remittuntur, non sine magno consilio. significatur enim præsentem tempore potius quam præterito, non dilectionem ipsam sua vi id præstitisse, sed Christum ipsum sua benignitate, tantum dilectione eius motum, plena potestate beneficium illud contulisse. licet ergo re vera eodem temporis momento remissa fuerint Magdalenz peccata, quo plenè, ac perfectè dilexit Christum, Christus tamen ita loquutus esse dicitur, vel etiam fortè ita re vera dixit ad indicandum se solum sua benignitate, liberalitate, potestate hoc, quidquid erat beneficii, præstare, quamvis ex parte peccatoris libera prærequiratur conuersio Hinc Ambros. lib. 6. in hoc Euangelium ait: *Et tu plurimum dilige, vt & tibi remittatur plurimum. multum peccauit Paulus, qui etiam persecutor fuit, sed multum dilexit, qui vsque ad martyrium perseuerauit. remissa sunt ei peccata multa quia & ipse multum dilexit*; vbi etiam veniam peccati gratiam vocat, quæ fit pœnitenti, sic loquitur August. lib. 50. hom. 23. & Grego. ho. 8. in Ezech. & est ratio in promptu, quia cõtritio & dilectio supernaturalis Dei perfectæ, est dispositio ad ipsam remissionem peccati, & non potest esse dispositio ad seipsã. Accedunt ad id cõfirmandum loca illa scripturæ, vbi promittitur pœnitenti, & diligenti condonatio peccatorum. Est ergo gratia alia. Cuiusmodi locus ille est, *disimulans peccata hominum propter pœnitentiam.*

Quin & hoc ipsum corroborat non parum hæc Christi parabola, vbi condonatio debiti liberaliter facta dicitur à creditore, eiusque liberalitati, & non alicui debitorum merito attribuitur. Ergò quamuis diligeret Magdalena, non ob id tamen habebat, vnde redderet, gratis igitur ac liberaliter condonata illi peccata fuere, quia fecerat, multum diligendo, quod potuit.

Est quidem dilectio dispositio, ad delendum condonandumque delictum, ipsam etiam peccati relaxationem natura præcedens, non tamen est causa qua de condigno, seu ad æqualitatem pro peccato, vt est auersio, satisfiat: sicut nec meretur de condigno peccati remissionem. Exigit namque dilectio Dei acceptationem, ad quam tamen ex pacto, Deus se liberaliter obligauit, atque deuinxit atque aded, ne cum illa quidem Dei acceptatione ad æqualitatem habet vt satisfaciat. De quibus omnibus subtiliter differentem lege Suarez, tom 1. d. 4. Sect. 8. & 9. in tertiam D. Thomæ.

Remittuntur] Iterum est quod hic obseruemus cum D. Thoma 3. p. q. 86. a. 5. ad primum, Deum totum hominè perfectè quidem curare: verum quandoque subitò, vt socrum Petri Luc. 4. quandoque successiuè, vt de coeco habes, Marci 8. Id ipsum etiam spiritualiter facere. Interdum enim ita vehementer, efficaciterque cor hominis agitat, ac versat, vt confessim perfectè sanitatem spirituale assequatur, non culpa modò depulsa, verum sublati etiam omnibus peccati reliquijs, vt patet, inquit D. Thomas de Magdalena Luc. 7. interdum verò prius remittit culpam per gratiam operatam & postea per cooperatam sensim, paulatimve tollit peccati reliquias. Sic D. Thom.

Verum aduertendum ex verbis Luc. ferè certò colligi non solum quoad culpam, sed etiam quoad pœnz reatum peccata omnia dimissa fuisse Magdalenz: quod ea verba non obscurè indicant: quoniam dilexit multum, & illa, vade in pace; idemque haberi potest ex alijs peristasis à Luca relatis. Quòd verò ablati fuerint omnes habitus prauis, & dispositiones, & praua phantasmata, non ita clarè constat, inquit Suar. in comment. in illum locum D. Thomæ, piè tamen creditur, tum ex Christi liberalitate, tum ex efficacitate, & magno conuer-

tionis ardore, tum ex modo viuendi, quem inde statim Magdalena instituit, & ex insignibus virtutum luminibus, quibus in reliqua vita semper effulfit, quæ illam promptam facilièque ad Christi obsequium, & ardentem eius amorem reddiderunt.

Cui autem minus dimittitur] q. d. diligenti, minus dimittitur. Obserua in primis propositionem illam: plus diligenti plura dimitti hypotheticam esse, nimirum, si plus habeat quod ei remittatur. Card. Tol. ait Christum loqui de ea dilectione, quæ de beneficio remissionis accepto oritur, quasi ex quadam gratitudine: hac enim minus diligit, qui minorem accepit remissionem, quantum, inquam, est ex parte ipsius remissionis: alioquin sunt qui pro minimis beneficijs plura rependant, quam ij, in quos maiora collata fuerunt.

Ceterum mihi videtur ferm. hic potius esse de dilectione præcedente peccati remissionè: quomodo non video qualiter locum habeat obiectio Augu. hom. 29. l. 50. hom. nimirum, si is cui minus condonatum est delictorum, minus diligit: & cui magis dimittitur, condonatumque est, magis diligit: expedit multum peccare, vt plura condonentur: vnde fiat postea vt magis diligamus.

Aduerte igitur hac sententia nõ significari quid re ipsa magis, minusque diligenti remittatur: Sed quid natura sua mereatur maior, minorque dilectio, maiore nimirum vt plura, minore vt pauciora peccata remittantur. Quod si dicas, quo ad culpam peccata mortalia omnia simul deleri, siue magis, siue minus diligas. Respond. in primis satis esse quod non omnia semper deleantur quantum ad pœnas, & peccati reliquias, atque aded potest hic locus intelligi, non malè de remissione culpæ simul & pœnarum cù cæteris etiam reliquijs peccatorum. Deindè Dei liberalitati tribuendum est, quod quælibet minima dilectio supernaturalis, peccata reuera omnia, quamuis multa, remittat.

14. Dicere intra se] in seipsis, aut intra seipios, id est, tacitè in animo quisque suo, Quamuis quidam intelligant inter se colloquutos submurmurando: sed minus probabiliter.

Quæ est hic] Admirantium hominum volunt quidam hæc esse verba; ac si diceret quàm magnus est iste vir, qui etiam peccata dimittit, sed planè puto hæc esse blasphemiz verba accusantium Christum & obmurmurantium, hoc sensu, quæ est hic qui loquitur blasphemias; Matth. 9. 3. est enim verosimile istos fuisse Phariseos, qui accumbabant.

15. Fides tua] Licet hæretici citent pro fide iustificante varia loca; in alijs tamen potius sermo est de fide miraculorum, vt Matth. 9. 2. docet Maldonat. hic locus est citra controuersiam, de fide iustificante. Venit enim hæc mulier, vt animo sanaretur, non vt corpore; credit, sanitatem consequuta est, quod est iustificari. Sciteque à quibusdam, inquit, quidam auctor, obseruatum est multos legi, qui ad Christum vt sanitatem corporis obtinerent, magno studio concurrerint; qui verò peccatorum suorum remissionem petiturus venerit, præter hanc mulierem neminem legi. meruit singulare obtinere beneficium, quæ singulari ad Christum studio, atque animo venit. Ergò quamuis de fide hic iustificante agatur, non tamen propterea fauet hic locus hæreticis. Nam in primis fides, hæc mulieris non sola fuit, sed charitatis præsidio munita. Deindè docent hæretici, fidem iustificare nõ tanquam præcedentem iustificationis causam, sed tanquam os, aut manum ipsam apprehendentem ipsã iustificationem, quatenus fide credimus nos esse iustificatos. At vel hinc maxime refutantur

impijs

35.

36.

37.

83.

32.

Dilectio dispositio ad remissionem peccatorum accipiendã.

33.

Dem totum hominè sanas, sed aliter atque aliter.

34.

Magdalena quomodo peccata remissa.

impij; neque enim Magdalena credebat, à Christo, remissa sibi esse peccata, sed posse remitti, quod tamen illi Pharisei murmurabant, non credebant. Et confirmatur hoc idem, quia hæc mulier antequam Christus sibi diceret, remittantur, &c. dubitabat, vel nesciebat, an sibi remissa essent peccata. hoc enim tot charitatis officijs à Christo efflagrabat. vnde etiam colligo non sola fide eam iustificatam fuisse. Nam cum remissionem peccatorum peteret à Christo fidem certè habebat, sine qua salutem à Christo non petiisset. Tribuitur porrò, fidei iustificatio, quia fides salutis initium fuit, ipsa illam ad Christum adduxerat, propter quam etiam tot dilectionis signa ostenderat, charitas tamen opus perfecit.

39. *Vade in pace*] post lacrymarum imbrem ingens consequuta serenitas. Chryl. hom. 6. in Matt. *sicut post vehemētes imbres mundus aer ac purus efficitur: ita etiam lacrymarum pluuia serenitas mentis sequitur.* In pace. i. prosperè, seu feliciter; vel bono esto seu tranquillo animo. sic Emman. Interl. verò: *ne à via veritatis in viam scandali vltierius labaris.* At Theophyl. in pace. i. *in iustitiam, quæ est pax hominum ad Deum, sicut peccatum est inimicitia inter Deum & hominem, q. d. operare omnia quæ ad Pacem Dei te ducunt.* vnde Beda & Theophyl. benè age, benè viue, noli amplius peccare, fac ea, quæ te Deo conciliant.

Equidem arbitror idem esse *vade in pace*, ac si diceret esto tranquillo, ac bono animo sine timore pænæ ob peccata commissa, & ne sis anceps, vel sollicita de remissione peccatorum. Gr. *ἡσυχία* & *ἡσυχία* vade in pacem, & idè fortè Theophyl. & Beda exposuerunt præcipi hic operationem boni, & iustitiæ per *pacis* nomen.

40. Sed, & apud græcos interdum ponitur *pro, &* & noster vertit in *pace*; vt etiam Marci 2. dicitur, & *auditum est, quòd in domo esset.* Gr. *ἡσυχία*. ita & supra, *Pharisæi spreuerunt consilium Dei in semetipsis.* Gr. *ἡσυχία*.

41. Cum Tyrannus aliquis potentioris se imperatoris vires, roburque sentit, vt sibi consulat, deposito belladi animo arma *abijcit*, & ad pedes imperatoris prostratus saltem per legatos, pacem rogat, & tandem à clemente imperatore libenter obtinet. en tibi Magdalenam, bellum illa olim cum Deo gerebat, at nunc quo in periculo res suæ versentur, aspiciens, timensque; in manus potentissimi imperatoris incidere, belli studio deposito ad pedes Christi imperatoris prostrata, pacè obnixè, profusis etià lacrymis & rebus omnibus suis Christo cõsignatis, quibus carni meruerat, & mûdo; obsecrat, auditque; à vero Salomone *vade in pace*, atque ita factum est, vt nunquam exercitum reintegrare, bellumque repetere attentarit, pacemque semper coluerit, quam semel acceperat. Addit his Barra. en transacto peccatoru diluuiò, Gen. 8. columba oliuæ ramum, pacis insigne reportat. oliuæ enim ramo similis est vox Christi hæc: *vade in pace*: porrò columbæ similem rectè Magdalenam dixerit Christi dictu, seu oliuæ ramum præferentem. fuit enim Magdalena similis ei, de qua dicitur Cantic. 2. *columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceria: sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* nam in vastissimam se se vastissimi montis speluncam, per triginta abdidit annos, quasi in foraminibus petrae, & in cauerna maceria latitans, cuius orantis vox in auribus Christi semper, suauiterque; sonabat, & facies quidem decora erat, quâuis ieiuniis longaque Eremi asperitate exesa, & squalida.

Quæ pertinent ad moralem sensum, & allegoriam, præter ea, quæ superius dicta sunt, petere poteris ex Ianfen. c. 48. concor. de triplici verò vn-

A guento Magdalenz: quo hic pedes vnxit, & quod postea fudit super caput recumbentis, & quod postremò præparauit toti corpori Christi iam sepulto, lege D. Bernar. in serm. in festo Mariæ Magdal. De lacrymis, vel planctu multa videre potes apud Barra. tom. 2. lib. 7. c. 7. & quæ diximus superius c. 8. Digress. vlt. de falsa verò pœnitentia, vide serm. 7. Granatæ de pœnitentia. hanc histor. applicat Bar. cap. 14. sub finem ferè lib. 8. Romanæ vrbi, cuius Typum, vult esse Magdalenam.

THEORIA PRIMA.

Vnâne, an plures fuerint Magdalenz.

B **M**AGNA, & perantiqua est quæstio; vna nê, an plures fuerint Magdalenz, cuius quæstionis enodatio primum mihi pendere videtur ab altera de vnctionibus, de quibus l. 6. c. 7. Dilucidationum affirmabimus, duas dumtaxat fuisse exhibitas viuenti Christo, alteram Luc. 7. de qua hic, alteram Matt. 26. 6. & Marc. 14. 3. quam arbitramur eandem esse cum ea, quam narrat Ioan. c. 12. 3. Porrò illa vnctio de qua Ioan. c. 11. 2. eadem est cum hac Luc. 7. vt suo loco, si Deo placuerit, dicemus, expedientes citatum locum Ioannis.

Iam ad rem: Cum ergò hæc, quæ apud Ioan. cap. 11. 2. dicitur vnxisse Christum nominetur *Maria Soror Lazari*, hinc constat Mariam sororem Lazari & peccatricem eandem esse mulierem. Cui fauet antiqua historia recepta per traditionem apud Mafsilienfes: in sepulcro enim Mariæ sororis Lazari, quæ apud illos cum fratribus suis, vixisse fertur vsque ad mortem; scriptum dicitur, fuisse mulierem illam peccatricem, quæ postea sedit plorans ad sepulcrum Domini, & creditur hoc fuisse scriptum iussu Maximini vnus ex 70. Discipulis, qui fuit comes Lazari, & sororum eius, vt refert Sigebertus in li. de vna Magdalena, quem ante quingentos annos scripsit.

C **C**æterum mulier illa, quæ vnxit Dominum apud Matt. & Marc. loc. cit. & Ioan. 12. eadem est cum ea, quæ peccatrix dicitur, & *Maria soror Lazari* nominatur, Ioan. 11. Nam præter quam quod ea est sententia Augustini lib. 2. de consen. Euangel. cap. 69. Greg. hom. 35. in Euang. Bedæ Matth. 26. & in c. 7. Luc. confirmat id tacitus Ecclesiæ sensus. Deindè non obscure Ioan. c. 11. 2. insinuat, cum volens describere Mariam sororè Lazari, & Marthæ, dixit: *Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit capillis suis pedes eius*; qua descriptione, minimè vsus fuisset, si plures fuissent mulieres, quæ pedes Domini vnxisissent: neque enim de qua ex multis loqueretur, intelligeremus. Idè habetur ex verbis Christi Matth. 26. & Marc. 14. *Amen dico vobis, vbisumque predicatum fuerit euangelium hoc in toto mundo, dicetur quòd hæc fecit in memoriam eius.* vbi Dominus prædicandam eam mulierem prædicandam in Ecclesiâ, hinc propter insigne illud opus. Atque illa Ecclesiâ peccatrici tribuit mulieri; ergò peccatrix est illa, quæ vnxit Dominum apud Matth. & Marc. atque adè apud Ioan. c. 12. decimo, sed peccatrix illa erat soror Lazari.

Peccatrix hæc Magdalena soror Lazari fuit.

Mafsilienfes veteris traditionis.

De mulierebus quæ Christum vnxisse loquuntur, & quæ quæstio.

Ioan. II. 2. vt diximus hoc eodem nu. 2. Ergò Maria soror Lazari fuit illa, quæ bis vnxit Dominum viuentem, semel apud Luc. cap. 7. & iterum apud Matth. & Marc. loc. cit. & Ioan. duodecimo.

3. Quare decipitur Origen. tract. in Matt. 36. dum putat esse probabile, quatuor diuersas apud quatuor Euangelistas fuisse mulieres, quæ Christum vnixerunt. Nam saltem Matth. & Marc. de eadem loquuntur: quare Orig. falsus est tres esse, eam, de qua Lucas; & eam de qua Matth. simul, & Marc. Denique de qua Ioan. scribit. Id sequitur Theophyl. in 7. Luc. & Euthym. Matt. 26.

4. Et verò neque probabile admodum est, quòd Hierony. Matth. 26. asserit; & Bernard. seu Petrus Damian. in serm. de Maria Magdalena affirmat saltem hæsitans, duas fuisse mulieres, vnam de qua Lucas; & alteram de qua reliqui Euangelistæ. dubitat & Augustin. tract. 49. in Ioan. an soror Lazari sit quæ peccatrix Luc. 7. Chryso. quoque, sed minus probabiliter hom. 81. in Matth. & 61. in Ioan. sicut & Leontius, & Theophylact. Ioan. II. 1. putat, mulierem de qua Lucas, Matth. & Marc. eandem esse: eam verò de qua Ioan. diuersam. forte quia tres illi scribunt apud Simonem vnxisse: Ioannes verò indicare videatur in domo Lazari eam vnctionem, cuius meminit accidisse, cum faciat Martham mensæ ministrantem.

Ex his igitur habemus omnes vnctiones Christo viuenti exhibitas ab vna, eademq; muliere profectas fuisse, ac proinde eandem esse mulierem peccatricem, & mulierem, quæ vnxit Dominum non semel, & quæ Maria soror Lazari dicitur.

5. Reliquum est ostendere eandem etiam fuisse illam, quæ vnungere voluit iacentem Dominum in monumento. quod sic efficio: Ioan. 12. dicitur: *sine illam* (id est, Mariam sororem Lazari) *vt in diem sepulturae meae, seruet illud*, quibus iudicauit Christus Mariam illam aliquando desideraturam vnungere corpus suum sepultum, & tunc fecisse, quod postea futurum non erat in ipsius potestate. Sed ea, de qua hæc Christus dixit, fuit soror Lazari, ex eo Ioan. duodecimo. Ergò soror Lazari fuit, quæ venit ad monumentum vnungere corpus Domini, atque adeò mulier illa peccatrix: quia vt ostendimus iam, soror Lazari fuit illa peccatrix. igitur illa peccatrix est, quæ voluit vnungere, cui nimirum etiam apparuit primò Christus post resurrectionem Ioan. 20.

Conclusio. Constat itaque mulierem peccatricem, sororem Lazari, quæ apud Matth. Marc. loc. cit. & Ioan. 12. viuentem Christum vnxit post vnctionem primam Luc. 7. & quæ mortuum Dominum vnungere voluit, cuique primò apparuit Christus vnam, eandemq; mulierem Mariam nominatam fuisse.

6. An verò sit illa, quæ Magdalena vocatur, de qua exierant, vel eiecta fuerant septem Dæmonia, nondum planè constat. Ostenditur verò hoc modo. Nam Patres ex illis verbis, *de qua septem Dæmonia*, &c. per quæ omnia genera peccatorum intelligunt: colligunt non obscure indicatum esse Magdalenam, cui primò

A Dominus apparuit, fuisse illam peccatricem, de qua Luc. 7. & meritò: quia illa cui primò apparuit, fuit quæ vnungere voluit corpus Christi exanimatum, atque adeo soror Lazari & peccatrix. Magdalena ergo est eadem cum peccatrice, ac sorore Lazari. sed de hoc loco vide quæ scribimus libr. 8. Dilucidat. cap. 7. & hæc planè est Ecclesiæ sententia, quæ satis est ad conuincendam contrariam sententiã Chlicouzi, & Fabri, de tribus Magdalenis. Lege Baronium anno Christi trigesimo secundo, vbi confutat scriptum quoddam nostri temporis, hominis distinguentis Mariam Magdalenam, ab ea, *quæ erat in ciuitate peccatrix*, quam sententiam etiam Hieronym. epistol. 150. ad Hedibiam quæst. 4. confirmare videtur, vbi ponit in Euangel. quatuor Marias tantum reperiri, scilicet matrem Domini, Mariam Iacobi, & Ioseph Mariam Cleophæ, & Mariã Magdal. oportuisset addere quintam, si Maria soror Lazari esset distincta à Magdalena, quamquam ego tres tantum agnosco Marias. nam Mariam Iacobi, & Ioseph eandem arbitror cum Maria Cleophe, sed de hoc alibi. in proœmio quoque super Oseam scribit idem Hieronym. eandem esse mulierem peccatricem, quæ vnxit pedes Domini, & pro qua Dominus respondit proditori.

B Scio Turrianum nostrum in explanationibus libro tertio cõstitutionum Clementis capite sexto, vbi Clemens Romanus ait; *erant nobiscum Maria Mater Domini, & sorores eius, & Maria Magdal. ac Maria Iacobi; item Martha, & Maria sorores Lazari, & Salome*; tueri, quod soror Lazari non fuerit Maria Magdalena. & eandem opinionem tribuit Machario Aegyptio hom. 12.

C Quomodo vero habitauerit in Galilæa, dictaque sit Magdalena, à Magdalo oppido Galilææ, propè lacum Tyberiadis sito, non est ita manifestum: alioquin enim ex Bethania prodijisse videtur, vt Martha, & Lazarus. Responderi tamen potest, Bethaniam appellari oppidum Maria & Martha, quia in eo habitauerunt. Magdalena tamen videtur etiam habitasse in oppido Magdalo, quod viro illius oppidi nupsisset, teste Iansen. D. Antoninus in vita Magdalenæ, & alij etiam aiunt oppidum Magdalum hæreditate illi obuuisse. Illud constat, in Galilæam concessisse, indeq; Iudæam vsq; comitatam esse Christum Matt. 27. Mar. 15. Paucis igitur sic sentiendū videtur: Mariam in Galilæa nupsisse, & viro vita functo impudicitæ se tradidisse; verum conuersam Christum, relicta Galilæa, sequutam esse, & Bethaniæ cum Sorore, & Fratre habitasse.

THEORIA II.

In versum 6. & sequentes, excutitur sententia huius loci.

H ORVM versuum sententia perdifficilis est, & neque vnam continet difficultatem. Primùm quia sunt qui verbum, *diligit*, eò loci, *quis ergo eum plus diligit?* per futurum exponunt; alij etiam per præteritum ex græco,

In qq. ad Hedibiam 9. 4.

7.

8. Magdalene nomen vnde.

1.

vt Am-

vt Ambro. lib. de Tob. c. 22. & lib. 2. de Pœnitent. cap. 8. & Gregor. lib. 6. epist. 22. Alij præfens vt noster Interpres, & Cyprian. lib. ad Nouat. quod lapsis non est neganda spes veniæ, & Hierony. lib. 2. aduers. Iouinian. Greg. homil. 33. in Euangel. & Bernard. ferm. 10. qui est de compunct. legunt enim etiam remittuntur. Multum autem refert vtro modo legas. Deindè non videtur ex hac parabola colligi id quod Christus intulit, nimirum multa peccata illi mulieri remitti, quod multum dilexisset; sed contra potius, propterea multum eam dilexisse, quod multa illi peccata remissa fuissent. hoc enim recta parabolæ applicatio poscere videtur, in qua dictum est, maiorem dilectionem consequi debere in eo, cui maius debitum remissum est. Ad hæc difficilè est intelligere, quomodo dicantur remitti ei peccata, quia dilexit: cum remissio peccatorum gratuita sit: & nec charitas in eo, qui peccatum habet peccatorum remissionem, neque remissio peccatorum charitatem præcedat. Arbitrari enim charitatem cum peccato mortali cohærere, & simul stare, omninò à veritate alienum arbitror. Postremò illa etiam verba, *cui autem minus dimittitur, minus diligit*, difficilem admodum habet intellectum, quia quomodo verum sensum contineant laboriosum est discernere. Hæc & alia id genus textus hos difficiles reddunt, & spinosos. Adsit Dominus vt verum sensum, mentemq; nostram clarè aperiamus.

Charitas & peccatum simul consistere nequeunt.

2. Charitas bifariam consideranda.

3.

Intelligere igitur oportet bifariam posse nos de dilectione loqui, vel vt præcedat, vel vt sequatur peccatorum veniam. Hinc duplex oritur horum versuum intelligentia: altera de antecedente dilectione, quomodo cum sciscitatur Christus ver. 7. *quis ergo eum plus diligit?* sensus erit, vter plus sceneratorem diligebat, antequam remissio collata esset. Altera verò de consequente dilectione, vt sit sensus; vter facta iam debiti condonatione magis diliget, vel certè magis diligere putandus est sceneratorem suum?

Hac igitur bipartita dilectione posita, illa mihi in primis obscurissimi loci expositio supra cæteras probabilis videtur: vt dicamus sermonem hic fieri de dilectione ea, quæ remissionem peccatorum antegreditur, saltem natura: Atque ita, affirmabimus hic positum esse præfens tempus *diligit*, seu futurum *diliget* loco præteriti; hanc enim vim habere potest interdum præfens, vel etiam futurum, verbi gratia, si ita dicas; hic pro Deo famam, ille diuitias in discrimen adduxit, vter ergo est vel erit sanctior? hoc est, vtrum. eorum tu sanctiorem fuisse iudicabis? Itaque sensus est iste. *Quis ergo eum plus diligit?* hoc est, quem tu Simon ex effectu, scilicet ex remissione debiti maioris, vel minoris rem conijciens, arbitraris plus creditorem suum dilexisse, amicumve illi fuisse, cum amicitia causa scenerator debitum vtrique remiserit? & eodem sensu accipiendum est Simonis responsum: *estimo quia is, cui plus donauit*. Credendum enim est plus illi dimisisse, à quo magis se diligi sentiebat, nec alteri tantundem dimissurum fore, si æquali debito sibi illum obligatum sen-

A fisset; quod & ex inferiùs dicendis magis constabit, præfertim ex declaratione illorum verborum: *cui autem minus dimittitur, minus diligit*.

Nec verò nouum est in scriptura futurum, pro præterito poni, vt Genes. 1. vbi nos legimus *ascendebat fons de terra*, Hebr. futurum est. Psalm. item Psalm. 122. *propter proximos meos loquebar pacem de te*, 1. Regum 1. *sicque faciebat per singulos annos*, & quod nos habemus apud Amos cap. 5. 13. *ideò prudens in tempore illo tacebit*, quidam exponunt pro *tacebat*, aut tacere oportuit, positum esse. Quare Augustinus lib. 50. homil. 23. per præteritum legit, *quis eum plus dilexit?* sic etiam Euthym. interpretatur. Quomodo nulla videtur difficultas in applicatione parabolæ, recteque ex maiori dilectione iuxtà responsum Simonis infertur plurius peccatorum remissio in peccatrice, cuius causa maior dilectio fuit: *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, & cui minus dimittitur, minus diligit*, & cui plus dimittitur plus diligit, & vtrouque potest etiam sumi *diligit*, pro *diligebat*, si de imperfecta aliqua dilectione intelligas, quæ tempore etiam præcesserit, vt dispositio remota cum aliquibus signis & officijs dilectionis remissionem peccatorum: si verò de perfecta loquaris, quæ sit vltima dispositio ad gratiam, & simul tempore sit cum remissione peccatorum tantum hanc ordine naturæ præcedens; hoc modo, inquam, si sumas dilectionem, non erit necesse, vt præfens hic, pro præterito sumatur, cum satis sit naturæ prioritas cum simultate temporis. qui enim sic diligit, eodem temporis momento veniam assequitur.

B

Quod si cui fortassis non placet villo modo positum esse præfens, vel etiam futurum pro præterito, dicere is poterit significari hic cum dicitur: *quis ergo eum plus diligit?* præcedentem quidem tempore dilectionem, sed continuatam tamen & perseverantem vsq; ad præfens illud tempus cum iam euasit in perfectam dispositionem. quamuis non sit negandum spectari hic, semper dilectionem, præfertim qua præcedit, saltem natura.

Verùm tribus à Card. Toletio rationibus adnot. 69. hæc expositio impeditur. Primum quidem, quia debitores illi (si parabolam spectes) minimè sperabant sibi ob dilectionem in creditorem debita esse condonanda: quare non vt suorum debitorum remissorem hic minus, plus alter eum diligebat. Deindè si Pharisæi iudicium inspicias, nequaquam poterat ille iudicare maiorem fuisse præcedentem dilectionem, ex maioris debiti relaxatione, cum id fieri potuerit, non quia plus diligebat, cui plus dimissum, sed quia plus debebat; ei verò, qui minus diligere dicitur, ideò minus remissum, non quia minus diligeret, sed quia minus debebat: nam si dictum fuisset, vni totum, pars alteri debiti condonata est, tunc fortè locum inueniret dilectio præcedens: iam verò cum vtrique totum dimissum esse dicatur, non rectè scilicet & prudenter iudicasset Simon, cuius tamen à Christo scimus laudatum esse iudicium. At de consequente dile-

4. Futurum pro præterito frequenter in Scripturis.

5.

6. Toletii obiectiones contra præcedentem sententiam.

dione

Iam ad id quod tertio loco obiiciebatur: Dixi de dilectione precedente Christum in te rogasse & petiisse, ut ille conijceret vter ante a magis fuerit amicus creditoris.

Illum verò ex debiti remissione maioris & minoris, quæ ex intuitu dilectionis significari videbatur esse facta à creditore, hoc est, ex maiori vel minori remissione, ut maior, vel minor est absolutè, id coniecisse, & laudatum à Christo fuisse. Non igitur erat necesse, ut videret internam amicitiam vtriusque debitoris. Difficultates verò, quas initio diximus hunc locum difficilem reddere, ex his facile est dissoluere. Et ex expositione textus in Scholijs.

12. Potest ergò sic tota Christi ratiocinatio confici Responso Simonis accepto: hæc mulier, Simon, longè maiorem dilectionem ostendit, quàm tu; Patet id ex officijs charitatis. Maiorem igitur quàm tu remissionem peccatorum accepit. Tibi enim tanquam nihil, vel minus diligenti, vel remissa non sunt peccata, vel certè non omnia, hoc est, indignus es cui remittantur peccata, vel certè dignus, cui pauca quædam tollantur, si dilectio ipsa minor ex se spectetur quamvis reuera ex liberalitate Dei, minima quælibet dilectio supernaturalis omnia tollat peccata. prout in Schol. nu. 37. declarauimus. ergò illa iustior te, ac sanctior est, quamvis tu Sanctus videri velis, & sanctum te esse putes. Cum verò addit: cui minus dimittitur, &c. reuocat hypothetisim ad thesım, hoc modo: Cui minus dimittitur, minus diligit, hoc est, diligebat, antequam illi dimitteretur. mox subintelligitur; & cui plus dimittitur, magis diligit, hoc est, diligebat.

13. Hæc expositio propterea mihi maximè placet, quod dilectionem semper eodem modo sumit, nempe pro antecedente dilectione, idque tota historia, contra ac alij faciunt. quamvis & eo nomine maximè sit commendanda, quòd rectè parabolæ Christi respondeat, eamque accommodatè explicet. vnum tantum incommodum videtur habere, alicuius momenti: quod verba Lucæ de consequente amore suauius videantur accipi.

14. Propterea & alteram expositionem adducam, quàm partim noster Barradius attigit, quamvis aliter eam ipse deducam, & concludam. Possumus igitur affirmare parabolam hanc à Domino propositam, non fuisse ab illo explicatam, verum ex his, quæ dixit non esse difficilem illam aperire, & aptè applicare. Mens Domini est horum debitorum exemplo ostendere peccata multa, quæ debitorum nomine intelliguntur, esse interdum occasionem magni amoris consequentis, atque sanctitatis; nam quoniam Phariseus peccatricem illam spernere videbatur, quasi multis infectam sceleribus, seque illi superbe præferbat, quasi pauciora commisisset peccata; propterea allata in medium similitudine docuit Dominus, potuisse Phariseum à scemina charitatis ardore superari, ac proindè sanctitate, esto pluribus obnoxia fuerit & subiecta sceleribus.

Hæc autem est parabola: Duo debitores erant

Peccata inter duntaxat qui amoris & sanctitatis causa.

A cuidam faeneratori, vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta, vtrique condonatum debitum. vter ergo horum plus creditorem diligit? Respondet Simon: equidem arbitraris, cui plus donauit, vbi sermo est de consequente dilectione. Hic prætermisit Dominus parabolæ explicationem, applicationemque, quæ iuxta mentem eius, talis est. Duo debitores Simon, tu, & peccatrix estis. Tu quidem is tibi esse videris, qui quinquaginta denarios debebat; peccatrix verò tuo quoque iudicio quingentos. vtrique condonatum. Igitur plus dilexit post acceptum beneficium ea, cui plura debita remissa sunt, quàm cui pauciora, hoc est, plus peccatrix, quàm tu, ac proindè multo te sanctior est. Dominus hac prætermissa applicatione ostendit mulierem plus dilexisse, quàm Phariseum, idque non iam amplius ex sententia, & iudicio Pharisei, sed ex signis dilectionis. hoc autem non est quid veluti consequens parabolæ applicationem, sed extra eam assumitur, ut tanto magis ostendat peccatricem charitate, ac sanctitate superare Phariseum, non modo Pharisei iudicio, & parabolæ similitudine, verum etiam ex ipsis dilectionis officijs quæ Phariseus omiserat, præstiterat illa sedulo, & magna charitatis significatione.

Parabola applicatio.

Cum ergò Dominus, inquit, ided dico tibi: remittuntur ei, &cæt. ostendit tantam mulieris esse dilectionem, ut non modò post acceptum beneficium perseuerauerit cum illa; sed & præcesserit etiam remissionem peccati saltem, antequam intelligeret sibi esse remissa peccata. Igitur subdit Dominus de hac precedente dilectione, causam fuisse remissionis peccatorum.

15.

Non ergò hæc quæ dicuntur hic ad applicationem parabolæ faciunt, in qua de consequente tantum dilectione est sermo: sed assumuntur. post illam, ut tanto magis declaretur dilectio & sanctitas peccatricis, quæ antè remissa peccata, seu saltem antequam intelligeret sibi esse remissa ardentissimè dilexit, propter quam ei remissa sunt peccata: & in qua semper postea perseuerauit. vide superius numer. 7. Et hæc satis de perdifficili quæstione.

THEORIA III.

Vtrum maius beneficium sit Innocentia, an Poenitentia, in illa: Duo debitores erant, &cæt. Sunt enim duo Christo debitores, innocens, & poenitens.

HANC quæstionem exagitat D. Thomas secunda secundæ, quæst. 106. arti. 2. Abulens. Matth. 18. q. 142. Diuus Augustin. 2. Confess. cap. 7. etiam attigit Cardin. Tolet. hic adnotat. 75. Valen. tom. 3. dist. 7. qu. 4. p. 3.

1.

Illud omnindè constat, vtrumque innocentem inquam & poenitentem, summas Deo immortalisq; gratias & habere, & agere debere.

Tam innocens, quam poenitens Deo equis gratias.

Sic

Sic August. lib. 50. hom. homil. 23. docet, dum ait: *hic multa commisit, & multorum debitor est factus, ille Deo gubernante peccata commisit. Cui deputat ille quod dimisit, huic & iste deputat, quod non commisit. Agnosce gratiam eius, cui debes, & quod non admisisti. Mihi debet iste quod factum est, & dimissum vidisti; mihi debes & tu quod non admisisti. nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo.* Et lib. 2. Confess. c. 7. *gratia, inquit, tua deputo, & misericordia tua, quod peccata mea, tanquam glaciem soluisti: gratia tua deputo, & quacunque non feci mala, & omnia mihi dimissa esse fateor, & quae mea sponte feci mala, & quae te duce non feci.*

2. Cæterum licet hæc verè dicta sint ab Augustino, & piè si donum ipsum per se, absoluteque spectemus, præstantius certè donum, & longè expetibilius innocentia, quàm pœnitentia peccatorumque remissio. qua ratione maiores gratias, & cumulationem amorem Deo debet innocens. quare August. 2. Confess. cap. 7. ait: *qui vocatus à te, sequutus est vocem tuam, & vitavit ea, quae recordantem, & me de meipso fatentem legit, non me derideat ab eo medico agrum sanari, à quo sibi præsritum est, ut non egrotaret, vel potius, ut minus egrotaret. Et ideo te tantundem, imò verò amplius diligit, quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari.* In eandem sententiam lege Simonem Cass. lib. 9. cap. 30.

3. *Penitentia quomodo maius donum innocentia.* At si eos qui eiusmodi beneficia accipiunt spectes, pœnitentia homini improbo, qui illa indignus est, cum æterna supplicia mereatur, Dei munere concessa maius, & hoc respectu excellentius donum est, quàm innocentia: quo modo mille aureorum donum in inimicum superat trium etiam millium aureorum munus in amicum collatum. atq; ita maiores gratias, maioremque amorem debet pœnitens Deo, quàm innocens.

4. Quod verò innocens is sit absolute melior, & magis Deo dilectus cæteris saltem paribus, qui diu perduravit in gratia; non efficit, ut plus Deo debeat. nam ut concedamus (quod verum est) Deum absolute quidem plus diligere innocentem eum, qui in gratia plus perduravit, & ipsum maius bonum à Deo accepisse absolute, quod non negat Diuus Thomas loc. cit. & prima part. quæst. 20. articul. 4. ad quartum fatetur. Obligatio tamen gratitudinis non oritur ex maiori dilectione, aut affectu Dei absolute, sed ex maiori dilectione, & affectu, ut est magis gratuita donatio, maiusque donum per respectum ad eum, qui recipit spectata eius conditione. Quo pacto maius donum, & magis gratuita donatio fit pœnitenti ob indignitatis conditionem: sicut contra Lucæ 21. ob conditionem etiam personæ donantis, dicitur absolute à Christo vidua illa, quæ tantum duo æra minuta contulit, plus omnibus dedisse.

5. Quare rectè animadvertit Caietan. 2. 2. loc. cit. aliunde formaliter loquendo intelligi rationem boni, & aliunde rationem doni, ac proinde donum quidem innocentia, quatenus bonum est, maius quiddam, quàm do-

A num pœnitentis est (quod intellige cum Valen. etiam respectu personæ cui datur, vel quæ illud recipit) quia est bonum secundum præstantiam suam totam absolute, minus vero quiddam est, quatenus donum est: quam rem benè explicat Valen. quia donum non utcumque solum significat rei præstantiam, sed ut receptam, & datam huic in tali, vel tali dispositione: quod dum consideratur in persona pœnitente, aliquid plus cernitur & æstimatur propter modum, quod datur magis indigno; qui modus significatur, siue connotatur nomine doni. Quia ergo obligatio gratitudinis oritur ex doni ratione, ut donum formaliter est, & maius donum formaliter est gratia pœnitentis, quàm innocentis; ideo pœnitens magis tenetur ad gratitudinem, tametsi materialiter donum innocentis ut quoddam bonum est, sit maius. Et simili modo potest intelligi illud Lucæ decimoquinto, *maius gaudium erat in calo, & cæc.* vide Diuum Thom. prima part. quæstione vigesima, artic. quarto, ad quartum. Sicigitur intelligendus idem Diuus Thom. tum in prima parte, tum in secunda secundæ loc. cit. non sicut exponit eum Caietan. 2. 2. loc. cit. in fine solutionis 6. dubij, quem etiam refutat Valen. loc. citato.

DIGRESSIO PRIMA

MORALIS

C De more accumbendi antiquo, caputque vngendi conuiuiis.

D E antiquo more recumbendi & vngendi, multa habet Pradus in Ezechiel. tomo 1. in cap. 23. ver. 41. ex quo hæc delibauimus. & primum de recubitu à verbo; *natah*, quod est extendere, reclinare, vel inclinare nascitur nomen *mittah*, reclinatoriū, stratus, lectus, super quo homo reclinat, incumbit & sese extendit.

Sunt autem duo lectorum genera, alij cubiculares, alij triclinares, seu discubitorij; vnde triclinium, sicut cænaculum ipsum Hebræis dicitur *bethmittah*, id est, domus lectorum. Latinis *lecti* dicti sunt, teste Varrone lib. 4. à legendis herbis, & stramentis ex quibus fierent; & *tori*, à tortis herbis, quæ accumbentium humeris supponebantur, ut vult Isidor. libro secundo, Etymologiarum. Postea ex lignis, deinde ex materia arte fabrefacta compositi sunt; primum ab Archia artifice, vnde & Archaios dictos voluit iuniores quidam, quamuis alij quasi antiquos, hoc est, rudes, inelegantes sic appellatos malint, & punicanos, hoc est paruos, humiles.

Deinde, ut docet Plin. lib. 33. cap. 11. Luxuria auro, argento, ebore, & testudinum indicarum putaminibus in laminas sectis, exornauit. Neque minor luxus in lectorum apparatu, quàm in materia, vel artificio fuit: cum olim cespitibus, seu herbis pelles hædinæ vix adderentur: hinc Ouid. *qui poterat pelles addere, diues erat.* Iudith duodecimo, sic

1.

2.

Duo lectorum genera.

3.

Luxus lectorum.

habet editio Septuaginta, & accessit ancilla eius, & stravit ei ante Olofernem humi pelles, quas acceperat à Bagao ad quotidianum vsum suum, vt manducaret accumbens super eas, & ingressa recubuit Iudith. Videntur autem huiusmodi pelles, in quibus recubuit Iudith molles fuisse. Deindè verò crescente luxu stragula conchiliata, aut purpurea Babylonica lectis insternebatur. Hinc Virgil. I. AEneid. conueniunt, stratoque super discumbitur ostro.

4. Illud hic notandum est, morem quidem fuisse olim ad mensam accumbendi conuiuii, sed non omnibus, neque semper, neque vbi que gentium. Antiquior mos fuit sedendi, quàm discumbendi. sic Genes. 43. 33. inuenies, cum fratres Iosephi sedisse ad mensam dicantur. Hinc Virg. 7. AEneid.

*Ha sacris sedes epulis: hic ariete caso
Perpetuis soliti Patres considerare mensis.*

Perpetua
mensa qua.

vbi Seruius; perpetuis, inquit, hoc est, longis, ad ordinem exaquis sedentium. maiores enim nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus & Cretensibus: vt Varro docet in libro de gente populi Romani. Ouid. item id ipsum docet Falto. 5. Ante focos olim scamus considere longis Mos erat, & mensa credere adesse Deos. Sedentes itaq; epulabantur veteres, vtpotè frugaliore, & temperantiores.

5.
Discubitus
mollior ac-
cubitus.

Postea cum mollitie, & luxu inuectus discubitus: quem habitum corporis compositionibus aptiorem existimarunt, quàm sessionem. Hinc Plutarch. Sympof. septuagesimo primo, Problem. vndecimo. sicut lectus, inquit, commodior est bibentibus, quàm cathedra, propterea quod ille corpus continet, omnique motione vacuum praestat: ita maxime conuenient animam, in quiete conseruare. Accubitus mentio fit, primo Reg. 16. 11. Cantico. 1. 12. & cetera. Fuisse verò apud Hebræos vsitas accubationes, docet ibidem Pradus. Obseruatumq; esse ait in Talmudico tractatu; dicto *Suca*; veterum conuiuia fieri solita cum decubitu, decumbentibus scilicet conuiuii in lectis super latus sinistrum.

6. Atque hunc morem, vtpotè receptissimum apud gentiles suos, obseruauit Christus cum inuitatus à Phariseo discubuit: & in cœna, vbi Ioannes dilectus supra pectus magistri inter cœnandum recubuit, vt qui in sinu eius discumbebat ad mensam, quem habitum corporis, atque situm conuiuiarum ipse discubitus faciebat; nam necesse erat in singulis lectis anteriorem in prioris sinum recumbere; cum omnes pectora molliter erecta ad mensam haberent conuersa, reliquum autem corpus & pedes extensos retro. Vide item Iustum Lipsium libro tertio, antiquit. lectio.

7. Ex his facile est intelligere, & quomodo Ioannes supra pectus Magistri recubuerit, & Magdalena stans retrò pedes Domini lacrymis rigauerit. Quod duabus appositis imaginibus cernere poteris, apud eundem Pradum loc. cit. sic & illud Lucae sexto, versic. vigesimotertio, explicari potest, cum diues dicitur vidisse à longè Lazarum in sinu Abra-

ham, nimirum in cœlesti conuiuio ad pectus Abrahæ, qui vt paterfamilias inducitur, discumbere; nam de epulis sermo videbitur esse si illa consideres: mitte Lazarum, qui intingat digitum suum in aqua, & refrigeret linguam meam. viderat enim calices Chrystallinos aqua plenos in Abrahæ mensa.

Porro Græcos & Romanos, non illos vetustissimos, sed qui post monarchiam vixerunt, ad mensas & epulas suas accubuisse docet Petrus Ciaconius Toletanus: Erant autem mensarum tabulæ apud veteres ex cedro aliquando, vel ex alia quapiam preciosa materia factæ, varijs sæpè Emblematis, vel imaginibus exornatæ, mappis etiam villosis sternebantur, vel mantilibus, diuersisque epularum generibus instructas apponebant discumbentibus. lege Plin. libro decimotertio, cap. decimotertio, à duobus enim portabantur seruis, & conuiuii accumbentibus apponebantur; mutabanturque toties, quoties noua addebantur obsonia, ex Plutarch. in vita Pelop. & Athen. libro nono, hinc arbitror primas, secundas, & deinceps mensas dici. De coronis quibus conuiuia coronari solebant, lege eundem Pradum loc. cit. versic. quadragesimo secundo.

Illud postremò addendum; solemne fuisse viris posterioribus sæculis ad mensam discumbere, pueris autem atque sceminis sedere, ex Ar. etiam 7. de Rep. & Valer. Maxi. lib. 2. c. 1. & hunc morem, vt decorum apud Hebræos obseruatum significat, Ezech. cap. 23. 41. sedisti in lecto pulcherrimo, &c.

Iam de vnguentis inter cœnandum, & conuiuandum agamus ex eodem Auto. Ilicis temporibus, ac Homerici auctore Plin. lib. 13. cap. 1. nondum erat vnguentorum vsus, sicut nec thuris in sacrificiis: sed post expugnata Darij castra, in cuius apparatu Serinium vnguentorum inuenit Alex. ad Græcos primum deuenit, indè ad Romanos. horum fit mentio Amos 6. 6. bibentes vinum in Phialis, & optimo vnguento delibuti. Hebr. capite vnguentorum, qua hebraica voce quidam præcipuum aroma, id est, balsamum significatum volunt, quod Plin. auctore cæteris odoribus præfertur, vni que Iudææ concessum est; nam AEgyptium minoris animo laudis fuit.

Ad hunc morem alludit Sapiens, Ecclesiast. 9. 8. *omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat*: Ironice tamen loquitur. cum enim duo essent signa maximè lætitiæ coniuualis vestes candidæ atq; oleum, idèd cum egisset de conuiujs ver. præcedenti: *vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua*. Subdit: *omni tempore sint, &c.* q. d. cura cuticulæ: voluptati & lætitiæ te trade, balneis indulge. Nouatianorum Episc. Sifinnius, in suarum deliciarum excusationem, hunc locum citabat perperam ex Socrate lib. 6. c. 22. solebant autem vti vestibus albis & vnguentis etiam in balneis, quibus amicti & delibuti inde egredientes mensis accumbebant, quare illæ vestes cœnatoriæ dicebantur.

Huius moris meminit & Christus Matt. 6. 17. *Tu autem cum ieiunas, unge caput, &c.* vt in

8.
Mensarum
tabulæ qua-
les.

9.

10.
Vnguenti
vsus in con-
uiujs quan-
do capiat.

11.

Sifinnij No-
uatiani Epi-
scopi luxus.

12.

hunc locum notauimus superius ca. 5. in Scholijis num. 39.

Et huc spectat huius sanctæ peccatricis præclarum facinus, CHRISTI non quidem nunc caput (hoc verosimilius, neque enim audebat caput attingere) verum pedes vngentis: alibi & caput & pedes, cum tamen non esset in more positum nisi caput vngere ex Athenæo lib. 13. & lib. 15. & Plin. lib. 13. cap. 3. lege quæ scribimus lib. 6. cap. 7. fin. & Prad. loco citato in fine vers. 41.

Sed sancto scilicet officio mulieris, pietati, deuotioni ac pœnitentiæ, ardenti que in ipsum amori indulgebat Christus, non delicatas vntiones curabat.

DIGRESSIO II. MORALIS

De D. Mariæ Magdalenz pœnitentia: Rogabat quidam Phariseus, &c.

Nihil Christi palato dulcius, nihil carius accidere potest peccatoris corde cõpunctionis, & charitatis igne decocto; quod ita esse huius peccatricis historia clarissimè docet. longè enim iucundiù conuiuü exhibuit Magdalena Christo, quàm Pharisæus, dum stans retrò lachrymis cœpit rigare pedes eius, capillis capitis sui tergere, exosculari, vngere vnguento. Cõfirmat id sic eleganter Chryfologus, Sermone 93. *Pharisai domum Christus intr. uuit, non accepturus Iudaicos cibos, sed diuinam misericordiam largiturus: neque accubuit pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus, sed pœnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sicut lachrymas peccatorum.* ita præclare Chryfolog. Quod esse verissimum, sic Dauid cœlesti lumine illustratus sua auctoritate firmavit; *cor contritum, & humiliatum Deus non despicies: & vt nulla esset amplius dubitandi occasio, ipsemet Deus cor nostrum à nobis efflagitat: Præbe fili mi cor tuum mihi,* Prouerb. 23. 26.

Perpendamus igitur quale fuerit hoc conuiuij genus, & quàm suauissimū epulum, quod obtulisse Mariam docet hîc Lucas, qui veluti penicillo quodam singulas huius meretricis actiones, tanquàm suauissimas epulas, depinxit. De Magdalena scribit D. Marcus, Christum septem dæmonia eiecisse: at nunc D. Lucas eleganter describit, loco septem dæmoniorum, honestis septem comitibus puellis comitam pulsis dæmonijs ad Christum venisse, quarum erat forma eximia, & vestium ornatus incredibilis; nec tamen vana erat ista pulchritudo, sed quæ honestatem, maturitatem, & verecundiam redoleret, fatisque idonea, quæ Christi oculos & oblectaret simul, & permoueret; quemuis totus iste splendor, & apparatus non aliundè, quàm ab eodem Christo in Magdalenam profectus esset. Prima igitur comes diligentia fuit; altera verecundia; humilitas tertia; quarta contritio; quinta liberalitas; sexta caritas; postrema taciturna patientia. à prima igitur ordiamur, quam Lucas

A nobis illis verbis expressit; *Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod accubisset in domo Pharisai;* nimirum, primum salutis initium, agnitio morbi est, & medici, quem agnoueris, ingens desiderium. Magdalena igitur, vt cognouit reserauit oculos, se ipsam inspexit, & innumeras sui animi fordes intuita, cœpit copiosissimè lacrymas fundere. neque tamen prius ipsa se ipsam aspexit, & despexit, quàm respiceretur à Christo. nam vt Ambros. ait Tomo in Lucam: *bona lacryma qua lauant culpam, denique quos Iesus respicit, plorant delictum: negauit primò Petrus & non fleuit, quia non respexerat: negauit secundò. non fleuit, quia adhuc non respexerat Dominum. negauit & tertio. respexit Iesus, & ille amarissime fleuit. respice Domine Iesu, vt sciamus nostrum deslere peccatum, lauare delictum;* sic piè Ambros.

B Quibus fit magnam esse sæpè quorundam hominum focordiam, & ingrati animi notam, dum benignissimè, à summo Deo illos respiciente, attracti, obfirmato animo venire recusant, & tantum diuinæ beneuolentię signum negligentes, se se mundanis gaudijs potius addicunt. Equidem similes istos opinor esse Aegyptijs illis, quorum erant tam densæ, & palij abiles tenebræ, vt nemo eorum posset se loco mouere; imò verò tanta erat aëris crassities, & intemperies, vt ne vllum quidem lumen excitari posset; ita facinorosi quidam homines, quia obstinato corde eisdem semper culpis inhærent, & prauis vitiorum vestigijs semper insunt immobiles; nullam adhibent diligentiam, vt crassissimas, densissimasque tenebras mentis, hoc est, inueteratam iamdiu in peccatis obstinationem, quæ palpabiles tenebras inducit, procul à se expellant. vndè fit vt diuini luminis radii non admittant, & crassa quadam obstinatione inuitanti Deo resistent. sic fit vt quasi eodem semper loco immobiles consistant, nullos diuinæ lucis radios admittentes, nihil à prauis antè actæ vitæ moribus recedentes; nihil denique salutis admittentes.

C Ita delirant miseri, & vanis, ludicrisque rebus tenentur, cum cœlesti radio locum dare, & remedia spiritualia querere deberent. hos mihi ad viuum depinxisse videtur, Isaias cap. 5. 12. *cithara, inquit. & lyra & tympanum, & tibia, & vinum in conuiujs vestris, & opus Domini non respicistis, nec opera manuum eius considerastis. propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vilo termino.* Videtne quo tandem ducat obliuio Dei, & considerationis inopia? non ita hæc peccatrix se gessit, sed admissio cœlestis luminis radio cognouit maculas suas, & lacrymis illas eluere per diligentiam, & subitam pœnitentiam conata est.

D Duæ porrò aliæ comites secunda, & tertia, quæ Magdalenam ad Christum adduxere, humilitas & verecunda fuere, indiuiduæ vbique sorores. nam post fidem & cognitionem bonitatis Domini sequitur, vt nos ipsos, & peccata nostra agnoscamus. Hinc Dionys. epist. 9.

3. Peccatorum quorundam obstinatio.

4.

f.

1. Peccatoris compunctio Deo grata.

2. Magdalena epula Christi. Rogatiorum quam Pharisai.

Septem Magdalenæ pœnitentes comites.

ad Titum ait; *primum donum quod ex aspectu diuini luminis homini datur, sui ipsius esse cognitionem*, vt constat exemplo prodigi filij, de quo Luc. decimoquinto narrat, quod in se reuersus dixerit: *quanti mercenarij in domo Patri mei abundant panibus, ego autem hic fame pereco*; hinc humilitas, hinc verecundia nascitur, dum videt anima iam Christi lumine illustrata quantis sit fordibus immunda. Ita Magdalena stabat retrò *secus pedes Domini*, non ausa oculos in altum tollere præ pudore, & humilitate, vt olim publicanus Lucæ decimo octauo, nec ausa est in Christi faciem intendere: quem toties nouerat suis offendisse peccatis. sanè de his qui frontem perfricauerūt, ait Dominus per Ierem. *frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisi erubescere*.

6.
Verecundia
Magdal.

Quamuis etiam & alia ratione retrò staret. significabat enim in posterum, nõ dæmonem, vel carnẽ, vel mundũ, verũ pastorem Christum sequi se constanter decreuisse; nec præire velle, hoc est, nolle amplius suo sensu duci, velle potius pendere totam à Christi gratia, & sapientia. Stabat item à tergo, vt in humeros quodam modo IESV imponeret, & peccatorum suorum onus transferret, vt sic audiret; *transtulit Dominus peccatum tuum*, nimirum, patèr in humeros filij, qui venit vt languores nostros ipse ferret, dolores nostros ipse portaret Isai. 53. 4. *stabat retrò secus pedes IESV*, cum ob humilitatem, tum ne tanquam inimica foret aliquando scabellum pedum eius. Stabat retrò, quia nouerat ouem se aliquando fuisse errantem, iam verò à Christo pastore quæsitam, & tandem magnis eius laboribus, & sudoribus inuentam; itaque eum quasi pastorem suum agnoscens, iuxta pedes eius stabat. *stabat retrò secus pedes*, quia sãt tenebat se diu per fallaces, & deuias vitiorum semitas ambulasse, & egere iam vt Christi pedibus inhæreret ad rectum virtutum iter aggrediendum & peragendum; sunt enim animæ pedes affectus ipsi nostri, qui in peccatore obliqui sunt, curui atque adeò inflexi, nec rectè incedere hominem sinunt, sed in morem colubri obliquè.

Amor.

Hinc est intelligere cur tantoperè semper amauerit Christi pedes Magdalena, vt cum daretur, statim ad illius pedes accideret, etenim inde suis ipsa pedibus rectitudinem accessisse nouerat. sic cum in domo esset non huius, verum alterius Pharisæi ad pedes iacuit Domini sui; & vnxit eos, & exterisit capillis suis Ioan. 12. 3. sic Luc. 10. 39. cum in Castellum à Martha exceptus venisset Christus, ad eius pedes residens Maria, audiebat verbum Dei, sic Ioan. 11. 32. cum audisset de aduentu Iesu Bethaniam, relictis omnibus venit ad eum, & cecidit ad pedes eius. sic in horto cum illam Magister eius Christus vocasset nomine, *Maria*, summo gaudio affecta corruit statim, & eius voluit apprehendere & exosculari pedes. cum verò Christus victor iam cælos penetrasset, & ad dexteram Patris sederet; Dei beneficio concessum est illi, vt ab Angelis in aëra ferretur vt vel sic ad pedes Domini sui proprius accederet, illosque in singulos adoraret, & exoscularetur dies.

A Quemadmodum verò ceruus telis petitus, & saucius ad fontes aque properat rapido cursu, ardua omnia præteruolans, per rupes & inuia, viam sibi faciens; ita hæc mulier ceu cerua quædam compunctionis, & amoris telo saucia, nihil sibi obistere posse putauit, quo minus per difficilia omnia & aspera, cursum ad Christi pedes, qua posset summa celeritate, dirigeret: sic enim illa secum dicebat: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*, Psalm. 41.

audi quid de eius ardenti ad Christum conuolandi studio eloquenter scribat Chrysolog. serm. nonagesimo tertio, *Pharisæus*, ait, *ad manducandum vocat Christum, quid ibi querit mulier non vocata? claustra domus non prorumpit extraneus, conuiuij secretum non presumit non inuitatus intrare, cibos paratos relaxandis mentibus post labores perturbare non audet arbiter luxuriosus; & quid est quod hac mulier ignota, immò malè nota, onusta luctibus, plena lacrymis, clamorosa planctu, nescio ianitore, nullo conscio, ipso ignorante pastore, domus aditus percurrit omnes, transit totas ministeriorũ cateruas, ipsum conuiuij peruolat ad secretum, & facit domum conuiuij domum lamentationis, & planctus?* sic Chryso. cuius admirationi sic respondere poterimus; nimirum vrgebat illam vna salutis cura, vrgebat ardens amor, quo Christi pedibus sese vincire, & illos amplecti, & exosculari vehementer optabat; ob id nihil illam humanus pudor, nihil existimationis iactura remorabantur, quare simulatque optatis Christi vestigijs potita est, dici non potest quot lacrymas ex oculis, quot gemitus, quot suspiria, è sibiũdo pectore emisit, sic dicens: *inueni quem desiderauit anima mea, tenui eum, nec dimittam*; sciebat enim sanctissima scemina, non posse se melius, quàm Christi vestigijs sua praua vestigia corrigere: sciebat hos pedes esse qui salutis nostræ viam conficere debebant; nec ignorabat eos esse, qui quærendis perditis ouibus per montes, per deserta, per aspera, & spinosa loca, defatigati, fessique essent; videbat hos esse pedes illos, quorum terra vniuersa scabellum est; exosculari Maria pedes istos sanctissimos, quos pro te clavis aliquando cruci suffixos tuis oculis ipsa videbis: exosculari pedes ex quibus plurimus olim sanguis abluendis scelerum nostrorum maculis in vndæ modum effundendus erit: amplectere, & fixis oculis arctius tene pedes istos, qui stabunt aliquando in monte Oliuarum ad iudicandum orbem terrarum, Zachar. decimoquarto, versi. quarto, hinc enim salutem petere, hinc expectare, non aliundè necesse est, hæc est via qua opportunè, vt Paulus ait ad Hebræos 5. ad thronum gratiæ accedamus, vt misericordiam inueniamus.

C

D

De hac muliere discant ceteræ, & in primis Virgines cum humilitate verecundiam coniungere; stent retrò ad pedes Christi, sint verecundæ; decet enim maximè mulierem verecundia. Hinc est quod Cantic. 7. 7. Sponsus Sponsam suam comparauit palmæ: *Statura*, inquit, *tua assimilata est palma*. qua similitudine significare voluisse videtur sponsus,

7.

8.
Verecundia
mulierum
laudabilis.

5. sus, quam ratione conseruanda esset mulierum castitas; est enim in palma obseruare fructum eius in sublimi, atque excelsio loco natura esse collocatum, ut nequeat manu attingi; neque facile harpagone, vel vincino apprehendi queat. inest & aliud palmæ, quod eius rami si per aera spargantur, virides sunt, at simul vniti, vniti & cõnexi albicant. Horum primum indicat debere mulieres remotas esse à virum conuictu, vel aspectu; ita ut non modo non attingi possint manu, sed si fieri possit, ne oculorum quidem tactu, hoc est, intuitu. Alterum verò docet minimè vagas, & quietis impatientes esse illas debere, sed decere eas, ut domi sedeant, Deo vacent, Denique secum habitent. Sic enim intra se collectæ castitatis candore vibrabunt. at mulier vaga, & quietis impatiens, inhonestæ, & viridis, id est, quæ meretricio ornata habitu huc illuc vagatur, contrarijs omninò notis depingitur Prouerborum 7.10. *occurrit illi (iuueni) mulier ornata meretricio, preparata ad capiendas animas: Garrula, & vaga quietis impatiens, nec valens in domo confidere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.*

9. Illud enim non paruum verecundiæ mulierum signum est, verbosam non esse, sicut .n. inhonestæ, ac perfrictæ frõtis à Salomone loco citato tribuitur, quod garrula sit, ita casta ac verecunda mulier verborum habet admodum parum: Ecce tibi nunc ista peccatrix occurrit Domino, quem ardenti amoris studio quæsierat; & cum verbum nullum proferat lacrymarum plurimum effundit; sed nõ ex hoc factò tantum hanc silentij laudem sibi vendicat, vbique parcus, vbiq; breuis eius est sermo. Cum Lazarus excitari peteret, & Christo item occurreret, Domine, inquit, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Vide quàm paucis verbis tam magnam, & quàm prolixam petitionem concluderit. Et cum ad pedes Christi sederet, & Martha sollicita esset circa frequens ministerium, nihil lego locutam fuisse, immò nec fororis accusationi respondisse quidquã, tantum totã Christi ore, eiusq; verbi dependisse video. post verò Christi resurrectionem, quàm illa paucis, Angelis respondit? quin etiam Christo, quem hortulanum esse putabat per pauca dixit; stendi vero tantus ardor, tanta lacrymarum vis, tanta effusio, ut proindè admirationi Angelis, magistro cara fuerit. magnum sanè muliebris sexus ornamentum silentiũ est, & verecundię indiuisus comes. Potès etiã, & præclara est hæc orandi ars, stetit loqui, nõ verbis, & ad quiduis impetrandum satis per se idonea.

16. Sequitur iam quarta comes, contritio, quæ illis verbis satis exprimitur: *lacrymis cepit rigare pedes eius*; cum enim se mulier hæc ob carnis peccata vndique sordidatam animaduertet, manantibus ex oculis lacrymis sordes abluere contendit, nihil enim est, quod ita inquinat hominem, sicut luxuria, quæ non modo animum ipsum deturpat, sed sordidissimã etiam carnem & inquinatissimam reddit; neque his finibus contenta, famam etiam obscurat & maculat, & vterius progressa alios inficit; serpit enim. ut cancer, & quod maximè mirere, etiam ipsam pulcritudinem ita cõdat,

A ac si cœno quodam oblita sit; hinc Prouerborum vndecimo, vigesimosecundo dicitur: *circulus aureus in naribus fuit mulier pulchra, & fatua.* Qua comparatione non video, quid aptius potuerit dici; nam quemadmodum si quis porco aureum anulum naribus innectit, illic cœno, ac suto conspurcatum videat necesse est; sic mulier luxuriæ addicta, totam illam auream pulcritudinem, & præfulgidam egregiæ formæ speciem à Deo donatam, vitæ impuritate contaminat; quare tanquam quid admirandum de Magdalena canit Ecclesia: *in thesauro reposita Regi est drachma perditæ: Gemmaq; luce inclita, de suto luci est reddita,* quando nimirum de illa libidinosè & intemperanter viuendi licentia, qua animam, corpus, famam, pulcritudinem, denique omnia cõdauerat, ad sanioerem mentem redijt. Hinc ergò factũ est, ut tam copiosum lacrymarum imbrem effuderit.

B Lubricus sanè locus est iste, & res plena periculi, carnis videlicet nostræ in omne hominum genus petulantia, & continua etiam in Dei feruus concertatio & pugna, à qua tanquam à domestico & callido hoste magna sæpè imminet boni factura, & innumera, eaque grauiā consecuntur mala, nisi diligenter caueat homo, & in omnem partem mentis oculos intendat. Actorum decimoquinto, in primo illo Ierosolymitano cõcilio, communi Apostolorum consensu decretum est, scribendum esse ad eos, qui ex gentibus conuersi erant ad Deum, ut abstinerent se à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine: quare literas ad illos Iudæ, & Silæ dederunt sic scribentes: *visum est Spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria: ut abstinere vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.* mirantur nonnulli, cur quasi aliud non esset peccatum à quo cauere deberent gentes, quæ recens nomina dederant Christo solius ferè fornicationis meminerint Apostoli, & idololatriæ. An non erat fugienda illis Superbia Ambitio, Ira, & cæteræ hominum pestes? cur ergò non semel, ut patet Act. 15. 20. 29 tantoperè cauere fornicationem præcipiunt? at id non sine magno Dei consilio factum est. nouerant Sancti illi Apostoli, quantam vim haberet fornicatio ad infame Idololatriæ vitium incurrendum; quantam vim ad auocandam hominis mentem à semel Christi suscepta fide & religione. non igitur mirari debemus, quod homines Deo pleni, confirmare ac constabilire in fide, & vera religione volètes eos, qui ad veri Dei cultũ de idolorũ superstitione cõuerfi erãt, & simulacris, toties de cauenda fornicatione, meminerint, ipsamque ferè solam cum idololatria fugiendam præceperint.

D Hoc autem verissimum esse apertissimo testimonio scripturæ Num. 25. 1. 2. 3. habetur, vbi sic legimus: *morabatur eo tempore Israel in Sertim, & fornicatus est populus cũ filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. at illi comederunt eos & adorauerunt Deos earum. inchoatusq; est Israel Beelphegor,* propter quod peccatum vltore Deo occisunt viginti quatuor millia hominum; quos .n. armis viri Moabitę vincere non potuerant, or-

ii.
Carnis petulantia.

ii.
Pulchrum mulierum vis ad superandos viros.

natarum mulierū pulcritudo, & venustas prostravit, & ad simulacrorū cultum repente pertraxit. Itaq; quos gladius non potuit, occidit libido. Hoc autem consilio & arte Balaam confectū esse D. Petrus epist. 2. c. 2. 15. & Io. Apoc. 2. 14. significare videntur. testis verò est minimè obscurus inter alios Theodoretus q. 45. in Numeros: vbi testatur persuasisse Balaam Madianitis, vt non viri, sed mulieres cum Hebræis decertarent, quæ corporis venustate & verborum illecebris essent præditæ, vt illarum pulcritudine capti, illorū idolis inferuissent, quod si fecissent, sicut verè fecerunt, Hebræi, non ignorabat Balaam Deo postea vindice fore delendos, tantas habet vires libido ad demergendos homines in profundum peccatorum pelagus. nullum est enim vitium, quod non attentare audeat, qui laxatis habenis, carnis est addictus illecebris.

13.
Contra eas
remedium.

Contra quam nullum arbitror efficacius remedium, quā si omnis illi obstruatur aditus, omnis præcidatur occasio oculorum, aurium, verborum, omnisq; præsertim cum mulieribus familiaritas, qua de re lege c. 5. Prou. & intelliges quanto in periculo versetur, qui vel parum, minimæque carnis voluptatis prudens periculo se exponit: trahit enim sæpe vel leuis, & incautus aspectus, vel sermones parum casti, vel consuetudo cum parum honestis hominibus hominem ad luxuriam, & de luxuria ad mortem, quod eleganter & sapienter expressit Sapiens Prouerb. 7. 21. sic. n. de meretrice scribit: *irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum. statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam.*

14.
Peccatores
pisci euidam
similes.

Quā rem mihi videor illustrare posse aptè satis exemplo naturali quidem, sed ad rem hæc valdè accommodato: piscem quendam narrant à piscatoribus, dum in mari versatur, per difficile capi. Cæterum beneficio cuiusdam paruuli pisciculi, quem sturiolum vocant, trahitur sensim, ac blandè de mari ad Istrum fluuium, vbi maris amaritudine relicta, & fluuii dulcore delinitus, dum ibi moras necit, facilè à piscatoribus decipitur, & interficitur. huic ergò pisci similes sunt, qui modicam quādam initio voluptatem quasi pisciculum sequuntur, eaq; paulatim corrupti ac deliniti, relicto tandem penitentiae amarore, ad malè dulces libidinis aquas transeunt; vnde fit, vt dæmonū piscatu, & astu capti, infelicem tandem animam exhalent, & pro leui, & modica voluptate in sempiternos incidant cruciatus. tantum hac in parte affert detrimenti principijs non obstitisse: sic miseris sicut boues, vt Salomon ait, dicuntur ad victimam. His cõstat quanto Dei beneficio, quantoue miraculo Magdalena ex his emerferit luxuriæ aquis, quibus erat alti us immersa: nam quanto quis difficilior ex aliquo emergit peccati genere quāto est acrius & potentius illud vitium q̄ relinquit, tanto admirabilior est conuersio penitentis; tantoq; se potentior ostendit diuina virtus, & potestas, tanto etiam est maior bonitas, & eius erga peccatores amor. & quidè hoc peculiare fuit, & quasi proprium huius peccatricis penitentiae, vt non omnibus modò ornata fuerit notis diligentiae, verecundiæ, humilitatis, contritionis, caritatis & patientiæ, sed vt

A maxima fuerit. Quod vel ipsæ lacrymæ vbertim sparset, & tot veræ caritatis signa non obscurè indicant. Sed de caritate paulò post, nunc persequamur reliqua de contritione.

Vsurpare meritò Magdalena poterat illud Dauidis Psa. 76. 6. præ magnitudine contritionis suæ: *scopebam spiritum meum*; quod aliqui sic legunt; *ventilabam spiritum meum*, Psalteriū Ro. sic legit, vt etiā notat Titelm. in hunc Psa. sumpta metaphora ab agricolis, qui vt triticū mundum ac purum congregent in horrea, terunt prius manipulos spicarum, vt grana à paleis separentur; deinde vbi pulsibus vngularū, tribularumque purgata sunt, ea post trituram sursum eiulantur, vt ventorū flatu tanto melius à paleis repurgentur, & alio grana suo pondere, alio paleæ ventorum vi ferantur; demum sic excreta & benè purgata in horrea recondunt. Sic, inquit Propheta, cum animo suo, & eius viribus fecisse se; contriuisse videlicet spiritum, & facultates suas, & quodam modo in minutissimas partes confregisse, hoc enim ipsum *contritionis* vocabulum indicat; deinde etiam Spiritus S. flammæ exposita à paleis excreuisse, ac depurgasse omnino. significant enim paleæ opera, quæ ad inferni ignem pertinent, vt comburantur; Igitur quod Dauid dixit de se, hoc idem fecisse Magdalenam, lacrymæ & cætera penitentiae signa, clarissimo indicio sunt. Etenim quasi soluitur homo per lacrymas in minutissimas, subtilissimasque partes. hinc rectè contritio pugioni comparatur, quo sauciatur cor, confoditur, & comminuitur, vnde postea ab oculis lacrymæ egrediuntur, tanquam sanguis ex cõminuti cordis vulneribus erumpens.

C Cum ergò Lucas ait, de peccatrice; quod *lacrymis cepit rigare pedes Christi*, hoc significat; vulneratum ac confossum, distractumque in multiplices partes fuisse huius mulieris cor doloris cultro; Cuius rei non obscurum argumentum erant lacrymæ illæ, quæ ex eius oculis copiosè manabant. Deinde verò vt sic contritum cor, & humiliatum tanquam granum secerneretur à paleis peccatorum, coram Christo stitisse se, & omnia sua ad pedes eius abiectisse, vt ventilabro, quod in Christi manu est cor illius purgaretur, & quasi quædā spiritualis animæ area (nā & grano simile est cor ratione cogitationum suarum, & aræ in se illas amplectenti) emundaretur: quod & factum est. sunt enim ei peccata omnia ita remissa, vt rectè de eius lacrymis & contritione dicere possimus, quod D. Leo dixit ser. 9. de passione Petrum alloquens, parū sic immutatis verbis: *felices lacrymæ, sancta mulier, qua ad diluendas culpas multorum criminum, virtutem sacri habuere baptismi: felices lacrymæ qua misericordia linteo à Deo extersæ sunt; felices plenissimam peccatorum indulgentiam sunt consecratae; felices, inquam, lacrymæ quibus rigati pedes Christi vitæ fructum attulerunt, felices lacrymæ quibus audire meruit, remittuntur tibi peccata tua, quibus verbis ipso Christi ore prolatis auditui eius dedit idem Dominus gaudium & letitiam. quo factum est, vt exultarint ossa eius ad Christi pedes humiliata.*

Cætera in sequentem reijcimus digressionem, ne longiores hic simus.

DIGRES-

DIGRESSIO III.
MORALIS

In qua duæ postremæ Magdalenzæ comites explicantur: nimirum liberalitas, & ardens in Christum Amor.

1. **T**ANTA fuit huius mulieris pœnitentia, tã ardens Deo in posterum placendi studium, tam inflammatum odium pristinz vitæ, vt omnia nihil morata, liberaliter reliquerit, & cum peccatis cuncta quoque eorum instrumenta à se procul abiecerit, vel **C H R I S T O** ipsi consecrauerit, qua sanè re indicasse videtur se reb. omnibus, quæ sibi olim carissimæ erant, Christum, eiusque intensum amorem anteposuisse; etenim sua omnia, & quod omnium maximum & caput est, famam, existimationemque suam denique sese liberaliter propter Deum abiecit, atque contempsit, omne decus, omnem gloriam, omnem dignitatem ad illius pedes deposuit, neque quidquã curauit, quod superbi Pharisei ludibrio exponenda foret.

2. Et vide si non semper omnia Christo prætulit. cum enim referente Ioanne capite vndecimo, silentia à Martha sorore de aduentu Domini & magistri sui certior facta esset, nulla habita ratione eorum qui frequentes aderant vt eam consolarentur, & ne salutatis quidem illis, audito magistri aduentu confestim ad **C H R I S T I** pedes conuolauit, quos non hominibus modo omnibus, sed cœlestium etiam mentium choris semper anteposuit.

3. Hinc enim factum est, vt cum extinctum Dominum monumeto asidens lugeret, & tota in Christum intenta esset, Angelos amicè salutantes vix aduertisse videatur.

Verùm tantum Iesum suspirans, Iesum inculcans nihil dicere aliud, nihil cogitare poterat. ac ne commemorato quidem Iesu nomine, sic interrogabat: *Si tu sustulisti eum, dico mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* neque enim putabat alium intelligi posse de quo loqueretur, nisi suum Iesum, quem omnibus anteferebat.

4. Euenit Magdalenzæ id quod accidere solet in ea domo, quæ serpente igne absumitur. Solèt enim per fenestras, ac tecta proijcere antequam ignis eò pertingat, vestes, vasa aurea & argentea, pretiosa peristromata; & vniuersa denique quæcunque possunt, antequam ab igne corripantur, semouent. ita factum cum Magdalenâ videtur; excitatus est in ea, & vehementer incensus cœlestis ille ignis & diuinus, de quo Ieremias Trenorum primo, de cimetertio: *de excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* Cum ergò arderet vniuersa domus. minimè mirum videri debet, quod in medium proijci videamus vestes preciosas, margaritas, monilia, vnguenta, opera Corinthiaca affabrè facta, denique quidquid in domo erat supellectilis magni precij, quod vel oculos in admirationem rapere, vel animum pulchritudine illectum recreare posset.

5. Quod multò antè prædixisse videtur Isa. c. trigesimo, vigesimo, illis verbis: *& erunt oculi*

A *tui videntes præceptorem tuum: & aures tuæ audient verbum post tergum monentis: hac est via, ambulante in ea: & non declines neque ad dexteram, neque ad sinistram: & contaminabis laminas sculpitulum argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ, egredere dices ei.* En viderunt oculi huius Sanctæ mulieris præceptorem ac magistrum suum Iesum; audierunt aures vocem eius, mox ignis succensus est in ea, proijcit preciosas vestes, vnguenta, laminas auri, & argenti, & nullæ erant huiusmodi res, quas prius diligeret, quantumuis pretiosæ, quantumuis caræ, quibus non dixerit Magdalena; egredimini à me, pessum ite. sic cuncta pro Christo reliquit, vel propter illum obijciens ea, & à se procul depellens, vel certè pedibus Christi subijciens.

B Nam in more positum est, & per hoc vastissimum vniuersi theatrum receptissimum, vt victi supplices ad Victorum pedes sese prosternant, & arma quibus contra illos militauerant; eisdem offerant, seque hac ratione victos fateantur. quia ergo vnguentis, capillis, oris pulchritudine, osculis meruerat mundo & carni, ac toto etiam corpore seruierat, hæc omnia, se seque totam victori Christo in signum tantæ victoriæ, offert, vt ita se eius imperio, ac potestati subiectam esse testetur.

C Et quo declaret nunquam se velle amplius ab eius potestate recedere, capillis tanquam funibus quodam modo illigat se, atque innectit pedibus Christi. solent milites ad expugnandam sublimem aliquam arcem, cum aliunde non patet aditus ad eam, hac vti arte: nam si quispiam fortassis tunc è superiori loco scaldas demittat, quas rupi alicui, vel petrz alliget, per eas ascendunt, qui inter milites animoliores, ac viribus valentiores sunt, & tandem arcem fortiter capiunt. Sanè altissima est cœli arx, infimo verò, ac humili loco Magdalena iacebat: quare capillis suis scaldas præualidè rupi, hoc est, Christo Domino alligat, & innectit, & hoc modo tandem cœli arcem inuadit, & per vim animosa capit. miranda certè mulier, quæ, vt Gregorius loquitur, *quot in se habuit oblectamenta, tot de se i.uenit holocausta, conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum Deo seruiret in pœnitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa.*

D Restat vt de eius amore dicamus, quæ eius præcipua comes, & indiuidua semper fuit, quæ ita illam deduxit ad Christum, eique commendauit, ac tam intimè coniunxit, vt nunquam sine illo esse in posterum potuerit, nec mirum videri debet, quod Christus feminam amori hominum diu, ac vehementer addictam, ad ardentissimum Dei amorem traduxerit, effeceritque, vt quæ turpiter amando insigniter peccauerat, diuino mox amore inflammata altissimum perfectæ sanctitatis fastigium, culmenque teneret. Sollet enim Deus ipsas etiam nostras propensiones natura inlitas Diuinis institutis suæque vocationi accommodare, & attemperare. neque enim naturæ gratia contraria est, nec eam euertit, cum vtraque ab eodem **D E O**

6.

7.

8.

Amor ardēs
Magd. in
Christum.

auctore, sit; quin etiam gratia naturam vt exornat, ita & perficit; sic Paulum, qui ingenio, ac doctrina accuratius excultus erat; ad munus Euangelicæ prædicationis, nobiliore sapientiæ munere donatum, euegit; & Moyses, qui omni doctrina ac scientia Aegyptiorum imbutus erat, factus est populo Dei diuinarum legum quasi interpres & legislator; & Hebræorum reipublicæ datus Princeps, & Dux: *Paulus Apostolus*, inquit Gregorius, l. 5. In cap. 13. i. Re. *Idè fortasse per doctrinam alijs Apostolis excellit, quia futurus in cœlestibus, terrena prius studiosus didicit. Itè Moyses, vt capere vel exprimere diuina posset, in omni Aegyptiorum scientia rudem animum informauit.* Sic ille. cum Petrum & Andream piscatores ad se traxit Christus, non nomen, non piscandi artem neglexit, sed eos mutato genere piscium meliori piscatui præfecit; sicut olim Dauid de ouium pastore, pastorem hominum fecit; sic enim ipse de se Dauid ait Psal. 77. *de post factantes accepit eum pascere Iacob populum suum.*

9. Ex qua Dei consuetudine illud ad nostros mores conuertere possumus; debere eos qui alijs præfunt, ne cuiquam vim afferant, naturæ propensionem, & aptitudinem inspicere, & optimis consilijs iuuare, atq; ita talibus applicare institutis, talibusque negotijs præficere, ad quæ magis propensi esse videtur. quæ in re grauius peccant, qui filias contra naturæ ductum & earum ingenium religionis statum apprehendere cogunt. Itemque illi, qui publicis muneribus, & officijs eos applicant, qui minimè apti, & idonei sunt, vel quod inexperti, & rudes, vel quod ingenio peruersi, vel auari, vel nimium iracundi, seu natura biliōsi, vel similibus denique vitijs dediti sint. quod significatū fuisse arbitror Deut. 22. 5. lege Dei: *non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea*, sensu enim mystico saltem & occultiore ad hanc rem, de qua agimus, aptissimè accommodatur.

10. Nec parua, aut vulgaris fuit hæc Magdalene caritas, sed maxima, fortissima, & mirabiliter constans; de eius enim magnitudine canit Ecclesia; prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæteris. nam huic, ante omnes Apostolos & præ cæteris sanctis mulieribus, primò magister eius Christi (unicam semper excipio Virginem matrem) vbi à mortuis surrexit, se se videndum obtulit, hanc ante omnes dulcissimè salutauit proprio compellans nomine, *Maria*; quo tempore quis explicet quantum illi gaudij fuerit, quid senserit cognito quem sic amabat, Iesu? An non illam dixisse, tunc putamus, *anima mea liquefacta est, vt sponsus loquutus est?* cumque illa cohibere se non posset, quominus in amplexus & oscula sacrorum pedum rueret, constituta est à CHRISTO Apostolorum etiam ipsorum Apostola, & hoc muneris illi mandatum: *vade ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum.* quo illa munere egregiè functa est, vt in sempiternam eius laudem Marc. 16. testatur: *Venit Maria Magdalena annuntians discipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.*

11. Sed nihil est magis apertum, nihil æquè efficax ad ostendendam vim caritatis eius,

A quàm Christi testimonium, quod hic habes versiculo nono, cum conuersus ad mulierem dixit Simoni; *vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, & cum multa prædicasset de officijs eius caritatis, sic sermonem conclusit: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum;* & alibi etiam Luc. 10. *Maria, ait, optimam partem elegit, qua non auferetur ab ea.*

12. Porro huius ardentissimæ caritatis nobilissimum præmium fuit, altissimum quidam dulcissimæ contemplationis fructus, propter quem maximè dicere poterat, sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, cuius suauitate attracta post Christi ad Patrem ascensum, in remotissimam, atque editissimam rupem Mafsilienfis regionis concessit, vbi totos triginta annos Angelicam potiùs, quàm humanam vitam degit, in cœlos septies quotidie sublata, & dulcissimo Iesu amore suspensa: quod ei priuilegium propter amoris magnitudinem speciàtim concessum fuisse non dubito.

13. Sed quid ego de fortitudine huius amoris dicam? etenim cum Cant. 8. 6. dicatur: *fortis est vt mors dilectio*, eam sententiam in sanctam hanc mulierem, ita quadrare video, vt eius propria esse quodam modo videatur. Etenim duo sunt quæ morti imprimis insunt, ob quæ *fortis* appellari videtur: quæ eadem præstat amor si fortis est. vnum quod cadentem sepelit hominem, ac terræ mandat. alterum quod qui vitæ huius amore vacuus est, & alienus, mortem verò diligit potiùs, quàm horret, nihil pericula timet, sed vitam cuiunque discrimini exponit intrepidè.

14. Hæc duo effecit ardens Magdalene amor; is enim illam peccato mortuam, & amore sauciam sepeliuit, dum post Christi ad Patrem accessum, intra paruam speluncam, quasi intra sepulchram totos triginta annos inclusit. Deindè ita illam fortem, ita constantem effecit amoris magnitudo, vt mortem non timeret; nam si mortem timuisset, quomodo summo mane ad Christi sepulchrum accedens armatos ibi milites non timeret? quomodo ad crucem Christi non muliebri, sed plusquam virili animo staret intra hostium, & militum arma, inter lanceas, & gladios? hæc cum Apostoli relicto Christo omnes fugissent, non fugit; hæc iuxta crucem cum Virgine & Euangelista Ioanne animosa permansit.

15. Quod si certissimum est veræ caritatis signum patientia & constantia in arduis & aduersis rebus; quis erit ita mentis inops, qui non videat magnam hinc laudem Magdalene caritati deberi? quas enim persecutiones non est illa passa? Phariseus obmurmurat, queritur Martha, discipuli fremunt, nec tamen propterea à dulcissimo magistro suo recedit Magdalena; nihil his commouetur, non contra superbi Simonis factum, & supercilium inuehitur, non retardatur querimonia sororis, nihil propter Apostolorum, id est, Iudæ iram, & sermones de obsequio Christi remittit; etenim caritas patiens est, *fortis est, vt mors dilectio.*

16. Et quia nihil ipsa pro se respondit, caritas enim non irritatur, voluit Christus eius suscipere

16. Magdalene
Christus de-
fendit.

pere patrocinium, ita Phariseum superbum atque alto supercilio peccatricem auersantem confutauit, signis clarissimis ostendens longè eam peccatricem illi esse præferendam, quam tantoperè despiciebat. Ita Marthæ querelas represit, simul indicans non desidiosam, & torpentem esse sororem, sed meliora sequutam, & quæ sibi magis gratiora essent. Ita frementi ludæ, ac grauatè præ avaritia ferenti vnguenti pretiosissimi iacturam, respondit, non hoc esse illi vitio vertendum, immò tanta dignum laude, vt toto orbe prædicandum aliquando foret. quare non se tantum defensor, ac patronum huius mulieris declarauit **CHRISTVS**, qui etiam eiusdem locupletissimum laudatorem exhibuit. constat igitur fortem constantem, ac patientem fuisse tantæ mulieris caritatem.

17. Quid igitur miramur quod Christus Dominus tam immensam caritatem, qua huius peccatricis pectus flagrabat, perpendens continere se non potuerit, quin conuersus ad mulierem præfente Simone dixerit; *vides hanc mulierem?* & cætera quæ sequuntur in eius laudem; & tandem subiecerit, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quod autem Simoni dictum est, nobis etiam dici existimemus. *vides hanc mulierem?* ô peccator quicumque ille es? cernisne lacrymas vbertim ex oculis manantes? sparsos capillos, quibus illa sacratissimos **CHRISTI** pedes tergit? intueris amoris oscula eidem sanctissimis impressa pedibus, & pretiosum illud vnguentum **CHRISTI** Domini obsequio exhibitum? hæc si tu penitius, attentiusque perspexeris, vix fieri poterit, vt quamuis durissimum pectus non emollias. Equidem arbitror non sine singulari Dei beneficio factum esse, vt hæc peccatrix nobis in exemplum daretur; quo videlicet eius sequentes vestigia promptè, ac libenter ad penitentiam confugeremus.

CAPIT. XII.

DÆMONIACVM

CAECVM ET MUTVM

MIRANTIBVS MULTIS SANAT, & murmurantes Phariseos, & signum de cælo petentes arguit, & qui filij Dei sunt, mater, & fratres ostendit.

A. 12. 22. B. 3. 20. C. 11. 14. Et 8. 20.

1. B.



T veniunt ad domum, & conuenit iterum turbas ita vt non possent neque panem manducare.

2. *Et cum audissent sui, exierunt tenere*

A

B

C

D

eum: dicebant enim quoniam in furorem versus est.

3. A. *Tunc oblatuſ est ei Dæmonium habens cæcus, & mutus. C. Et erat eijciens Dæmonium. A. & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret.*
4. *Et stupebant omnes turba, & dicebant: numquid hic est Filius David? Pharisei autem audientes dixerunt: hic non eijcit Dæmones, nisi in Beelzebub, Principe Dæmoniorum.*
5. B. *Et Scriba, qui ab Ierofolymis descenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet, & quia in Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia.*
6. C. *Et alij tentantes signum de cælo querebant ab eo.*
7. *Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, B. conuocatis eis, in parabolis dicebat illis.*
8. C. *Omne regnum in se ipsum diuisum delabitur; & domus supra domum cadet: A. Et si Satanas Satanas eijcit, aduersus se diuisus est.*
9. C. *Si autem in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere Dæmonia.*
10. *Si autem ego in Beelzebub eijcio Dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.*
11. *Porro si in digito Dei (&) A. in spiritu Dei C. eijcio Dæmonia, A. igitur C. profectò peruenis in vos regnum Dei.*
12. A. *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet.*
13. C. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet.*
14. *Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.*
15. *Qui non est mecum contra me est: & qui non colligit mecum dispergit.*
16. A. *Ideò dico vobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemia non remittetur.*
17. *Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum S. non remittetur ei, neque in hoc sa-*

C. Et illud erat insensum.

C Et admirata sunt turba. quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub, principe &c. A. Iesus autem sciens cogitationes eorum &c.

A. B. Dæmonia vocant.

culo,

- culo, neque in futuro. B. (hoc est) non non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.
18. Quoniam dicebant spiritum immundum habet.
19. A. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & eius fructum malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur.
20. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.
21. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.
22. Dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij.
23. Ex turbis enim tuis iudicaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.
24. Tunc responderunt ei quidam de Scribis, & Phariseis dicentes: Magister volumus à te signum videre.
25. Qui respondens ait illis: Generatio mala, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Prophetæ.
26. C. Nam sicut fuit Iona signum Ninivitis; ita erit & Filius hominis generationi istæ.
27. A. Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius in corde terre tribus diebus, & tribus noctibus.
28. Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in prædicatione Iona; & ecce plus quam Iona hic.
29. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terre audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic.
30. C. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.
31. Lucerna corporis tui est oculus tuus; si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum; si autem nequam fuerit etiam corpus tuum tenebrosum erit.
32. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.
33. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, & non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

C. Turbis autem concurrentibus.

C. Turbis autem concurrentibus cepit dicere: generatio hæc generatio nequam est, signum querit, &c.

- A 34. A. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca C. in aquosa, (&) A. arida, quaerens requiem, & non inuenit.
35. Tunc dicit: reuertar in domum meam unde exiui, & veniens, inuenit eam vacantem scopis mundatam & ornatam.
36. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & intrantes habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. sic erit generationi huic pessima.
37. C. Factum est autem cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti.
38. At ille dixit: quin imò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
39. A. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei, C. & non poterant adire eum præ turba.
40. B. Et foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum, & sedebat circa eum turba.
41. A. Dixit autem ei quidam: ecce mater tua, & fratres tui foris stant querentes te, (&) C. volentes te videre.
42. At ipse respondens dicenti sibi ait: quæ est mater mea, qui sunt fratres mei?
43. B. Et circumspiciens eos, qui circuitu eius sedebant; A. Et extendens manus in discipulos suos, dixit: ecce mater mea, & fratres mei.
44. C. Mater (enim) mea, & fratres mei, hi sunt, qui verbum audiunt, & faciunt. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

D

SCHOLIA.

I. E. ET veniunt ad domum J. obseruandum circa ordinem ex Ianie. Buifonio, Bar-rad, & alijs non licere præcedentibus c. 10. & 11. huius libri dilucidationum subiungere, quæ vel apud Matth. c. 12. vel apud Lucam. c. 8. post superiora sequuntur. Nam apud Matth. quidem initio c. 12. scribitur reprehensio Phariseorum ob discipulos in Sabbato vellentes spicas, & altera item reprehensio, quod in Sabbato Dominus curasset manum aridam. At hæc duo contigisse ante habitum sermonem illum qui dici solet in monte, satis ostendimus cap. 1. Theo. 1. huius libri. apud Luc. verò sequenti c. 8. sequitur circuitus Christi per ciuitates, & castella, & parabola seminantis. Verum hanc parabolam ex Marc. & clarius ex Matth. videtur proposuisse Dominus. Post cura-

I. De tempore huius miraculi.

tum

tum Dæmoniacum cap. 12. Matt. & disputationem, quæ eius miraculi occasione habita est contra Phariseos: quod & confirm. nam post hæc omnia, quæ habentur in Marth. vsque ad finem capituli 12. sequitur initio cap. 13. *in illa die exiens Iesus de domo sedebat secus mare*, & subnectitur seminantis parabola, cum alijs parabolis, quo ordine etiam Marcus vsus est cap. 3. & 4. cum enim cap. 3. electos à Christo Apostolos narrasset, & versiculo 20. dixisset Christum domum ingressum iterum esse, annectit hist. dæmoniaci eandem cum illa Matt. c. 12. & disputatione attingit cum Phariseis ea de causa: & postea cap. 4. significat egressum domo ad mare docuisse, & scribit parabolas, ex quo satis liquet oportere inferere hoc loco totam illam narrationem Matth. quæ est à v. 22. c. 12. vbi incipit agere de miraculo curati dæmoniaci vsq; ad finem c. 13. vbi narratur parabolæ à Domino egresso domo iam ad mare, vt tunc deinceps subiungatur missio duodecim Apostolorum, quam scribit Matt. c. 10. sed aduerte, quod cum Marco post descriptam capite tertio, electionem duodecim Apostolorum in monte factam, subdit; Christum subijisse iterum domum cum suis, & conuicisse Phariseos calumniantes ipsum, quasi pelleret Dæmones virtute Beelzebub, non est ita accipiendum hoc, quasi statim ab electione sit ingressus domum, nam post ea, quæ narrantur libro quarto dilucidati. Euangelicarum à versiculo septimo, capituli octaui vsque ad hoc caput duodecimum, quæ Marcus prætermisit, id factum est. Illud ergo, & apud Marc. quod hoc capite vides versiculo primo positum, significat illo tempore quidem, non tamen statim domum venisse: hoc est, no. denotat id, quod proximè consequutum est, sed quod post electionem accidit. Sicut etiam *τὴν τὴν*, quod vtitur Matth. c. 12. v. 22. & ponitur hic v. 3. non significat, quod omnino proximè consequutum est ea, quæ ipse c. 12. ante v. 22. narrauerat. Sed quod accidit post ingressum in domum, quem expressè ponit Marc. c. 3. v. 20. & significat Matth. cum ait cap. 13. v. 1. exiisse Iesum domo, & sedisse secus mare. Quare eundem narrationis ordinem cum Matthæo Marcus sequitur, quousque eo perueniat, vt dicat c. 6 post ingressum in Nazareth, & cum iam circuisset castella, Dominum misisse Apostolos binos, & binos quæ missione non seruato ordine ponit Matthæus capite decimo. Interponit tamen Marcus non seruato & ipse ordine inter parabolas & historiam Nazareth, curationem Dæmoniaci in regione Gerasænorum, & mulieris Hæmorrhoyssæ, & resuscitationem filie archifsynagogi, quæ omnia ante sermonem in monte, & ante electionem duodecim Apostolorum contigisse prius à nobis ostensum est. ex Marco ergo, qui rectum videtur tenuisse in hac parte ordinem, constat missionem Apostolorum esse subiungendam parabolis, ac ingressui in Nazareth. & alioquin etiam aliunde certum est totam illam narrationem Matthæi à medio capituli duodecimi, vsque ad finem decimitertij, in quo continentur parabolæ, præponendam esse missioni Apostolorum. Nam post reditum Apostolorum statim ea contigisse quæ Matthæus narrat capite decimo quarto clarissimum est ex Marco, & Luca, vt non possit caput decimum quartum Matthæi sic coniungi cum capite decimo tertio, vt nihil in medio sit inferendum ex alibi narratis à Matthæo, inferenda enim est missio ab ipso capite decimo

relata.
 Hoc autem miraculum curationis Dæmoniaci, & disputatio hinc nata, scripta sunt à Luca capite vndecimo, etiam post missionem septuaginta discipulorum, sed sic vt nullum significet ordinem, vel tempus. dicit enim: *Et erat eiciens Demo-*

A *nium, & illud erat mutum. non dicit autem, & post hæc erat eiciens* &c. quare Lucæ narratio nihil obstat huic nostro contextui, ac sententiæ.

Et verò etiam putandum non est. aliud esse miraculum de quo Lucas, & de quo Matth. quamuis aliud sit omnino illud, de Matth. c. 9.

Ad domum] hæc videtur fuisse domus Petri, & quidem Capernai, quo solebat Christus se recipere, ac secedere Marc. 1. 29. & 2. 1. in eadem enim videtur vrbe adhuc, Marc. Dominum constituere, dum hæc narrat, de qua fuerat capite præcedenti, hoc est, capite secundo, versiculo primo loquutus, cum ingressum eam fuisse scripserit, egressum ex ea nondum scripserit. Quod si verum est, falsum erit, quod dicit Euthym. Matth. 13. vel iuxta ipsius capituli diuisionem Matth. 23. sub finem, aliam fidelis alicuius domum fuisse hanc, de qua hic Marcus, & Matth. c. 13. v. 1.

B *Et conuenit iterum turba*] Beda Marc. 3. *O quam felix, inquit, occupatio Saluatoris, quam beata frequentia turba confluentis cui tantum studium ad audiendum verbum Dei, tantum fuit cura ad obtinendam salutem, vt auctori salutis cum eis, qui secum erant, ne vescendi quidem hora à solatio vite miseris impendendo, libera maneret.* Vtinam, Domine Iesu, & in nostri æui temporibus tantum gratiæ tuis fidelibus largiaris, quod doctores suos a fideitate discendi, non solum ab appetitu carnalium voluptatum, verum etiam non nunquam ab ipsa quoque panis quotidiani perceptione præpediant.

Neque panem manducare] Apud Hebr. *panis* pro omni cibo ponitur. Hæc verba referenda esse ad Christum tatum & ad Apostolos verba græca indicant, *ὅσα μὴ δύνασθαι ἀναθεῖν μὴ ἀρτοῦ φαγεῖν* vbi relatiuum ἀναθεῖν, videtur respicere eos, de quibus ipse Marc. dixerat eodem capite tertio, versiculo vigesimo, *Et conueniunt domum*, qui fuerunt Christus & Apostoli, nam de turba postea dicitur: *Et conuenit statim turba.*

2. Sui] Græcè *ἱπταὶ ἀνθρώπων*, qui ab ipso erant græcismus est, quasi dicat, qui ad eum pertinebant. Videntur autem hi fuisse cognati, de quibus dicitur, quod ad fores domus starent, vt habet Marc. vers. 31. c. 3. & Matth. 1. 1. cap. 46. & hoc c. habes ver. 35. & 36.

At iniquis etiam Beatissima Angelorum Regina ibi erat, & fratres. Respondeo posse esse syllepsum vsitatam in Scriptura, quia quod vnus è multis fecit, dicuntur fecisse multi Matthæi 26. 8. & 27. 44. itaque satis est, si vel vnus cognatus Christi dixerit eum in furorem esse versum. Syriacum Euangelium habet, *patruelles eius*, id est cognati, vel consanguinei.

Tenere eum] sunt qui affirmant legem fuisse apud Romanos, vt si quis in insaniam incideret, vinciretur à cognatis: ac videri posse simile quid fuisse apud Iudæos. Itaque exiere cognati tenere eum, id est, vt vincerent, & domi in custodia tenerent, quem insanire dicebant; sed cur prius non fecerunt? quia non ita fortè tunc cognitus erat, nec tantum in eum odium Iudæorum aduerterant; nec tanto seruore viderant, vel audierant in salutem proximorum incubuisse illum, sicut nunc, & propterea iam euidentius, vel præsentius periculum aduertebant. Sic Iansenius, ac Maldon. probabile id quidem, sed non necessarium.

Probabilior mihi vedetur Barradij responsio libri octaui, capite decimo quinto, credit ille Euangelistam Marcum huius rei causam attigisse cum dixit: *Et conuenit multitudo, ita vt non possent neque panem manducare.* Fuit igitur causa, ardor Christi in docenda turba, & cibus neglectus, non lex aliqua; Tanto enim animi studio & ardore do-

3

4

Panis pro omni cibo.

5

Syllepfi.

6. I. ex de furi opis vincientis.

7

condz turbæ, & curandis ægris se impendebat, vt c bi videretur oblitus. Quoniã verò dicitur exisse cognatos tenere eum, interpretatur Barrad. tenere, id est, compescere à labore, ne diem totum ieiunus tráfigeret laborãdo, vel vt ego arbitror tenere eum apud Marcum, est comprehendere eum, sicut distinguit idem Marcus capite sexto, decimo septimo tenere, à vincire, ait enim ibi: *Herodes misit, ac tenuit Iohannem*, (id est, comprehendit) & *vinxit eum in carcere.* dicebantque illum in furore esse verum, quod sui ipsius & discipulorũ curam negligere videretur, & tanto animi ardore doceret pop. & sanaret ægros.

Dicebant enim] Non animo tantum, sed quod probabilius est etiam verbis, vt rationem ijs qui præsentés aderant, redderent, quamobrem Christum tenere vellent.

8. *Quoniam in furorem versus est*] Cũm per syllepsim hæc intelligenda dixerimus, nihil absurdi sequitur, si dicamus id significare hæc verba, quod præferunt, quare nec rectè vertunt, qui interpretantur, *igesi, vel igisarm, excessit, abiit, euasit, vt sit sensus, quod concionetur Christus. quod Dæmones eiiciat, & cætera se inuitis facere, ac se in scijs domo exisse.* Sunt qui vertunt *mente alienatus est,* vt Gagnæus, quod mitius quid significat, quam in furorem esse verum: tantum enim inuuit, mentis motionem quandam, & abalienationem. Alij non ad cognatos Christi, sed ad turbam referunt, quasi ipsa diceret, non cognatũ; quod in furorem versus esset. Sed certè id, quod dicitur de istis, quod exierunt tenere eum, præsertim si tenere vincire est, inuuit verè furorem Christo attribuire voluisse, propter quem vincendus esset, vel certè cohobendus. At inquires, verè ne iudicarunt Christi cognati eum furere, an verò per simulationem id dixerunt, vt eum de manibus inimicorum eriperent, ne quid sinistra pateretur ab inuidis, & calumniantibus. Inprimis eũm Euangelista dicit: *dicebant & non putabant,* non est absurdum dicere simulat. onem fuisse, quomodo minus peccassent, quàm si credidissent.

Cognati Christi verène au simulatione eum furere dixerunt.

9. Cæterũm probabilius est id verè purasse. Sic enim Hieronymus, Beda, Theophylactus, Euthym. & passim accipiunt hoc dictũ. Quod si simulabant nec credebãt ipsũ verè insanire, idcirco tenere, id est, vincire, vel certè comprehendere eum volebant, ne malum aliquod, vel sibi, vel Christo crearetur à Pharisæis, vel à turba. Quod si credebant verè insanire, vt est verosimilius, aut lege, aut potius consuetudine vincendus, claudendusue erat, vt vel ita illi consuleretur. Sed quid in Christo viderant, quamobrem illum in furorem versus sibi persuaderent? attigi hoc superius numero septimo ex Mar. quia videbãt eum quasi sui oblitũ diu cibo abstinere, & relictis omnibus ad prædicandũ exisse, & magno animi feruore in proximorum, tam animi, quàm corporis salutem incumbentem.

10. Mundanorũ iudicium de spiritu mal. bon. hominibus.

Pineda capite vndecimo Iob. versiculo secundo, numero tertio, hunc locum sic interpretatur: *aliquando, inquit, sancti pleni ardente, & concitato spiritu, ardent, & concitate de diuinis loquuntur, varijs etiam linguis: quem loquendi ardorem animalis homo, qui non percipit, qua sunt spiritus Dei, non spiritui qui loquitur, sed ebrietati, stultitiæ, garrulitati tribuit: sic Marci tertio, vigesimo primo, cũm audissent sui Christum Iesum loquentem, exierunt tenere eum. dicebant enim quoniam in furorem versus est: & Iohannis decimo, decimonono dissensio facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis Dæmonium habet, quid eum audistis? alij dicebant, hæc verba non sunt Dæmonium habentis. Paulo Actor. vigesimo sexto, vigesimo quarto, disputante de diuinis, Festus*

A *magna voce quasi mirabundus dixit, insanis Paulo, multa te litteræ ad insaniam conuertunt: inuisus & nolens magnam sapientiæ vim fatetur inesse Paulo, quod verò ipse non intelligit, furori, & insanis irruit: sicut illi, qui Apostolos diuino spiritu plenos audiebant Actor. secundo, decimotertio, musto maderere putabant: Sic Sophar sapientissimũ Iob multiloquij accusat, Iob. vndecimo, secundo. Sic Pineda, quibus videtur significare, idcirco furore agi Christum existimasse suos, quod audierant illum ardentem, ac magna contentione de rebus diuinis per longum tempus agere, quæ quidem ratio alijs etiam coniuncta de cibi neglectu, & studio ardentis quærendæ proximorum salutis, non modo non displicet, sed satis etiam probatur, & congruit cum nostra numero 7. posita.*

3. A. *Tunc oblatuſ est*] Non videtur illud, *tunc,* apud Matthæum, certum & designatum tempus significare, vt etiã opinatur Puthymius. Ceterum ex Marci capite tertio, vigesimo, videtur id accidisse, cũm egressus Capernai è synagoga domum esset ingressus.

B *Cacus & mutus*] Chrysostomus etiam surdum fuisse intelligit homilia duodecima. Sic Theophylactus, Euthymius, Luc. 11. immò & Tertullianus lib. 4. con. Marcio. nam dictio, *κακῶς*, græcis, & surdum significat & mutum. Sed probabilius est hic pro muto accipi, nam subditur; *& cũm eiecisset Dæmonium loquutus est mutus.* Quibus etiam verbis significari quidam volunt, quod cæcitas, & fermoris impedimentum in hoc homine ex præsentia Dæmonis fuerit, qui illi, & oculorum vsum, & linguæ sustulit, ac proindè Dæmonium ipsum mutum vocatur ab affectu. Tria ergo simul in hoc homine, inquit Hieronym. & Beda patrata sunt miracula, possessus à Dæmone liberatur, cæcus videt, & mutus loquitur.

11.

C Sed ex his Hieronymi verbis colligunt aliqui, fuisse hunc hominem mutum, non ex præsentia Dæmonis, sed aliunde. quod si dicas, cũm Lucas vocet ipsum Dæmonium *mutum,* videri potius ex Dæmonis præsentia fuisse hunc hominem mutum. In promptu est solutio; non ab effectu dici mutum Dæmonium, cum alioqui homines potius loquaces esse velint: scit enim in multiloquio non deesse peccatum; sed quia cum ille homo esset mutus, non poterat Dæmon. per illum loqui: quo modo rectè ac verè Hieronymus ait, in hoc homine tria miracula esse patrata, alioqui re vera neq; mutus, neque cæcus sanatus fuisset, sed Dæmone eieccto, sublatoque eo impedimento loquutus fuisset homo ille citra aliud miraculum, quæ quidem sententia mihi etiam probatur, præsertim si Hieronymi verba spectemus.

12.

D Ob tria permittit Deus homines à Dæmone arripi ac vexari. Primò ad fidem confirmandam. Cũm enim quædam referunt, quæ ab ipsis, quos inuadunt sciri nequeunt, scimus illa esse ab spiritu aliquo, ac proindè vera esse, quæ de spiritibus dicuntur. Item cũm in Iesu Christi nomine pellantur, huius sancti nominis stabilitur fides: sic Cyprianus aduersus Demetria. & Lacta. con. gen. Deindè, vt quibus ille modis vexet damnatos in inferno, cognoscamus, vbi nimirum in illos exercere poterit totum odium suum, totumque venenum expromere.

13. Causa ob quam homines à dæmone obfiduntur.

Postremò, vt ex ijs quæ in corporibus hominum facit, discamus ea intelligere, quæ in animis spiritualiter exercet. Nam si verum est hunc effectum esse cæcum, & mutum, vel etiam surdum à Dæmone, patet per hæc, quid ille in hominis anima spiritualiter operetur. breuiter oronem aufert rerum spiritualium sensum, omnemque motum ad cœlestia, & diuina retardat.

4. *Pharisæi autem audientes dicebant*] Hanc blasphemiam Matthæus dicit Pharisæos protulisse. Marcus autem Scribas. Itaque utrosque protulisse intelligas. Porro Lucas generatim dicit, quosdam sic dixisse. Matthæus quoque occasionem explicat, cur sic dicerent, ait enim: audientes autem Pharisæi dixerunt, id est, cum audissent turbas dicentes: *nunquid hic est Filius David?* Pharisæi odio atque invidia excæcati, ut ab hac persuasionem turbas auerterent, dixerunt: *in Beelzebub eijcit Dæmonia*, quo dicto confirmant verum esse id quod dixit Dominus de illis Mat. 23. 13. *clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare.*

5. B. *Quoniam Beelzebub habet. & quia in Principe Dæmoniorum &c.*] Matthæus habet: *hic non eijcit Dæmonia, nisi in Beelzebub Principe Dæmoniorum*, est autem idem sensus Matth. cum verbis Lucæ: *in Beelzebub Principe &c.* quod autem Marcus dicit, *Beelzebub habet*, idem est ac Beelzebub familiarem & amicum habet, & non cum eo pepigit, & hinc est, quod in eius virtute Dæmonia eijcit. Illud ergo *in Principe Dæmoniorum*, proinde est, ac vnus Dæmoniorum missus à Beelzebub, vel tanquã Diaboli minister, vel nixus eius ope miracula edit, tanquam illi familiaris & intimus. Quare id quod dicit Marcus *Beelzebub habet*, includitur in eo, quod alij etiam dicunt *in Principe Dæmoniorum* &c. Eandem calumniam obiecerunt Christo Mat. 9.

Sed cur Principi Dæmoniorum hoc potius adscripserunt? Respondeo quia cum Christus multa Dæmonia eijceret: dicunt enim eijcit Dæmonia, idcirco omnium Principi id maluerunt tribuere. Præterea, quia licet interdum ex pacto aliquo conueniant Dæmones, ut ad vnus imperium alius recedat, nihilominus etiam qui maioribus Dæmon viribus præditus est, inferiorem se alterum potest eijcere, proinde hoc modo putabat multa Christum Dæmonia virtute principis Dæmonum dispellere, quod alijs sit potentior ipse Princeps ac proinde Christus.

Aduerte hic tres effectus, factum hoc miraculum, esse consequutos; admirantur turbæ; Scribæ, & Pharisæi blasphemant; & quidam etiam alij ex Pharisæis, & Scribis, ut ex Matthæo cap. 12. versic. 38. & hic 24. habetur, Christum tentant miraculum de cælo petentes, sicut Elias fecit qui ignem de cælo descendere iussit, & Iosue, qui Solem stare præcepit.

6. C. *Et alij tentantes*] Tentasse hi dicuntur, quia non ut crederent, sed ut ruborem inijcerent potius hæc petebant; neque enim illum talia posse arbitrabantur. Vel certe tentasse dicuntur, quia experiri virtutem eius volebant per eiusmodi signa, priusquam crederent.

Obserua hanc eandem quæstionem etiam propositam fuisse Christo à Pharisæis, & Saduceis, ut docet Marth. c. 16.

Illud verò *de cælo*, vel significat de ipsis cælestibus orbibus, quasi peterent signa circa Solem, lunam, stellas, ut Euthymius exponit. Vel per cælum intelligi potest ær ex Hieronymo, & Beda: petebant, inquit Hieronymus, de cælo signa, siue quia in morem Eliæ ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelis, tempore æstiuo contra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere & cætera, vtraque expositio est vera, nam vtrumque in script. significat cælum. Pineda capite decimo octauo in Iob. versiculo 4. numero sexto, qui perturbatè, inquit, de rebus iudicant, perturbari etiam omnia cupiunt, & secum rerum ordinem inuerti, & commutari, ut illi qui dicebãt: *volumus à te signum videre*, signum, inquam, de cælo; ita enim perturbationibus animi

agitabantur, ut vellent propter se non solum terræ, sed etiam rerum cælestium ordinem perturbari. Sic etiam Tyrannidem cum ingenti mentis perturbatione Seneca Trag. descripsit: quod fieri non preest, vult posse, qui nimium potest. At vanè ista petebant: calumniari enim ea poterant dicentes, etiam magos signa de cælo dedisse.

Videtur tamen dum hæc refert Luc. anticipatiōe vsus. nam hæc petitio, videtur accidisse post multa dicta à Domino, quæ refert Mat. tunc enim inquit Euangelista, *responderunt ei quidam de Scribis, & Pharisæis, dicentes: magister volumus &c.* vide inferius versum 24.

7. *Ipse autem ut vidit*] rectè, inquit Euangelista, visas fuisse cogitationes, quia forte non verbo, sed mente eam dixerant calumniam intra se: id quod de omnibus non credo, nam etiam Lu. dicit: *quidam dixerunt &c.* ergò dicendum quod quidam verbo, quidam verò mente calumniati fuerant, & ut inquit Hieronymus Matthæi duodecimo, Dominus non ad dicta, sed ad cogitata respondit, ut vel sic compellerentur credere potentia eius, qui cordis videbat occulta. Chrysofomus verò homilia 42. in Matthæum hoc ideò peregrisse Christum cenfet, ut hoc signo mentitos eos esse aduersus ipsum confirmaret, quoniam non sit Dæmoniaci arcana hominum nosse. Itaque licet quidam verbo calumniam protulerint, Dominus tamen voluit omnibus respondere, ut interim ostenderet se cordis arcana videre, etiam quantum ad eos qui sola mente calumniati fuerant. Vel dicere possumus cum Chrysof. hom. cit. hos calumniatores submissè protulisse calumniam, ita ut putarent Christum audire non posse, propterea Euangelistam dixisse: *ipse autem, ut vidit cogitationes eorum*, cum verborum species naturaliter ad aures peruenire non possent. Arcana, inquit Chrysofomus cordium ipsorum, quæque inter eos secretè agitabant, profert. Denique dicere possumus eos, qui verbo loquuti fuerant, non omnia quæ mente conceperant protulisse, & hæc e iam à Christo fuisse nota, & confutata, quod est argumentum Diuinæ virtutis &c. nam nec Dæmon id potest, qui cogitationes non penetrat. Sed cur inquires, non fuerunt ausi hæc palam dicere? timere ne à Christo cum dedecore reijcerentur conuicti: Timere ne Christus eam occasionem arripiens dedecet turbas, quibus illi persuadere conati fuerant, in Principe eum Dæmoniorum expellere Dæmonia. Sic Chrysofom. Emmanuel. Matthæi duodecimo, in addit. exponit, *Iesus autem sciens cogitationes eorum*, ut habet Mat. theus, scilicet, animum, quo dicerent, nempe calumniandi, & populum auertendi.

In parabolis] Parabolas vocat exempla & similitudines, quæ subsequuntur.

8. C. *Omne regnum in se ipsum &c.*] Est primum argumentum, quo probat Dominus se virtute Beelzebub Dæmonia non abigere. Nullum inquit imperium, nulla ciuitas, nulla familia secum inter se disidens diu stare potest, sed regnum Satanæ stat adhuc, viresque suas seruat in mundo mundi Princeps: non igitur in se diuisum est regnum Satanæ: neque Satanæ Satanam eijcit, neque ego in Principe Dæmoniorum Dæmonia eijcio. si enim alter alterum de possessione sua deijcit, & derurbat; pugnent inter se necessè est: atque ita cum discordia magna imperia dilabi soleant, collabatur statim eorum regnum. Summa autem eis cura est, ut in communem hominum perniciem itabulant illud, & confirmant: non igitur diuisi inter se sunt Dæmones, neque ego alterius opera Dæmonis, Dæmonem eijcio. Nota dici *regnum in se*, id est, aduersum se diuisum per dif-

14.

15. Tres effectus huius miraculi.

16.

17.

18.

Argumentum primum Christi si quo probat se eijcere Dæmones virtute Beelzebub.

coram muram. Domus item supra domum, id est, contra se ipsam diuisa cadet. Marcus ait, si domus super semetipsam dispertiat, non potest domus illa stare. Quæ verba indicant, Lucam, dum ait: *domus supra domum cadet*, non esse sic accipiendum, quasi de pluribus loquatur domibus, quarum vna sit contra alteram, sed de vna, eademq; domo loqui contra se diuisa. Per hebraismum enim loco relatiui posuit idem antecedens, *domus supra domum*.

19. Est porrò regnum satanæ potestas eius permissa à Deo in homines, qua nos tentat, ad peccatum impellit, sæpè vexat, &c. quæ potestas maximè perspicitur in illis quos sibi subdunt dæmones.

Sed age iam vires huius Christi argumentationis expédamus. Dicat enim aliquis; nonne potest vnū Dæmoniorum alterum abigere? quomodo ergò stat ratio Christi? Respondeo in primis non nego posse per vnum Dæmonem potentiorum, debiliorem alterum expelli; sed hoc aio, id fieri non posse citra aliquam regni illorum diuisionem, & demolitionem, sicut potest vnum aliquod regnum interdum aliquo modo esse in se diuisum, sed id nõ erit sine aliqua per id tempus destructione. Deindè, & melius affirmo, non esse hic sermonem de vno, & altero Dæmone expulso, neque enim regnum hominum omninò dirueretur, si pauci illius homines essent in se diuisi; sed cum magna multitudo passim & diu ac sæpè aduersus alteram armatur, ita vt sint factiones & veluti capita diuersa inter se pugnantia. Iam verò Christus non vnum, aut alterum, sed innumeram multitudinem, legionemque Dæmonum assidue expellebat, & quidem (quod ad rem facit maximè) repugnantium, ac reclamantium, vt passim apud Euangelistas legimus. nec illos loco consistere permittebat; sed in eos pro occasione diu, multumque inuehebatur hominum salutis cupidus.

At hoc fieri non poterat etiam per cacodæmonum Principem sine diuisione atque adeò sine deiectione, ac ruina regni ipsorum. Præsertim quia si potestate nocendi hominibus priuarentur Dæmones, vt docet Abulensis Matthæi duodecimo, quæstione sexagesima concordiam, & obedientiam minimè tenerent, & sic rueret regnum eorum, quod totum in Deum, & homines armatur.

20. Quæ egregiè Athanasius obseruauit, libro de Christi Incarnatione, cum ait: non igitur, vt magus ex pacto expellebat Christus Dæmonia, sed vt Dominus vi quadam, & illato eis dolore, ac tormento. Id quod per se satis patebat Iudæis: neque enim virtute Principis illorum poterat id ita fieri, vt adhibito tormento & vi, tam frequenter, tanta contentione, tanta dæmonum repugnantia, tanto terrore, ne hominibus nocerent, innumera passim dæmonia pellerentur, Quibus constare potest obiectionis dissolutio.

21. Iterum vrgebis: simulare dæmones cogi se à Magis, vt corporibus hominum egrediantur: alioquin sua id potius voluntate facere: nam quo facilius decipiant homines vim, & auctoritatem Magorum admirantes, & ob id illis certam fidem adhibeant, fingunt se à Magis cogi, & expelli. Non ergò ob id quod multi dæmones repugnantes & reclamantes, & timorem, merumque ostentantes iussu Christi eijcerentur, quidquam clarè conficitur, quo colligamus Christum Dei virtute excludere dæmones, eò quòd Satanas Satanam expellere non possit, nisi destruat eorum regnum, & vnio.

Respòdeo satis constare cuicumque potuisse ex Christi sanctitate, cælestique dæmones eijciendi

A modo, idque passim, & ex studio salutis hominum, quo eorum causa dæmones pellebat, & miracula edebat: non posse id per Dæmonum simulationem fieri.

Est tamen alter Pereiræ dicendi modus capite octauo Exodi, disputatione quinta, vbi ait: *cum Dominus apud Matthæum capite duodecimo, & Lucam vndecimo argumentatur se non eijcere Dæmones potestate Principis Dæmonum, quod non possit Satanas Satanam eijcere; alioqui regnum eius diuisum esset, nec diu stare posset. Hac inquam Domini argumentatio intelligenda videtur* (sic certè interpretatur eam Diuus Thomas tertia parte, quæstione quadragesimatertia, articulo secundo, ad tertium) *de perfecta eiectione Dæmonis ex homine, id est, tam ex corpore, quam ex eius animo. Vel, de eiectione profecta ex odio Dæmonis, & desiderio euertendi imperium, quod habet in homines: nam eijcere Dæmonem ex humano corpore, quo facilius ea re deceptos animos hominum varijs inficiat erroribus: non est eijcere Dæmonem ex homine, sed magis intrudere in hominem.* Hæc Pereira.

22. Quod verò Christus perfectè, & ex odio dæmonis, euertendique eius imperij causa expelleret, deturbaret, denique in fugam conijceret dæmones, satis constare poterat Phariseis, cum viderent eius vitæ sanctimoniam, quæ suo veluti splendore oculos hominum perstringeret; Adde doctrinam dæmoni contrariam, fructum quoque saluberrimum, quem ex eius operibus, & concionibus passim referebant homines, quæ omnia lógissimè à cacodæmone absunt. Amor quoque ille, & zelus diuinæ gloriæ, admiranda etiam opera, quibus cælestem, diuinamque doctrinam confirmabat, quid aliud quæso loquebantur, quam nihil æquè ac Christum dæmoni repugnare, & obistere? Denique hoc vnum, quod eos quos sanos esse iubebat, animo ferè, & corpore curaret, cum ab eis siue dæmone deturbabat, siue morbos expellebat, id ipsum luce clarius indicabat. His ergò omnibus non obscure intelligi poterat, ipsum in omnibus cacodæmoni, infernisque potestatibus conraire.

23. Tertio si quis se facilè ab hac tota difficultate & ab ea præsertim quæ est numero vigesimoprimo posita, expedire velit, dicat Phariseos de violenta eiectione loquutos fuisse, ac dixisse à principe potentiore eijci alios dæmones minoris roboris, ob pactum Beelzebub in initum cum Christo, & ea vi vt ipsum Christum passim, dum innumeras etiam dæmonum cateruas expelleret, ac terrefaceret; hoc hoc autem esse, *in Principe Dæmoniorum eijcit dæmonia.* Quo posito non paruas habet vires Christi ratio. hæc verò solutio differt à prima quæ numero decimonono habetur. prima namque pro credit siue dicatur, quod vi superiori, pellantur dæmones inferiores ex pacto superiorum potestatum cum Magis; siue quis obijciat quod simulent dæmones cogi se à magis egredi; hæc autem solutio tantum primum accipit, ad hominem procedens, hoc enim Pharisei dabant, dæmones à Christo tantum violente abigi in Principe dæmoniorum quasi pactum cum illo iniisset, quare contra hanc non potest obijci simulatio dæmonum, vt poterat contra primam. Vnde non est difficile vim rationis Christi intelligere. Iuxta hunc tertium modum soluendi; quomodo enim stat regnum diaboli, si tam multos, tam frequenter, tanta vi, tam inuitos pellit per Christum Dæmones vis illa superior ab hominibus, quibus nocere tantoperè studet.

24. 10. *Filij vestri*] Est secunda ratio, quam sic declarare possumus ex Martino Delrio tom. primo disquisit. magica. libri secundi, quæst. 30. sect. 2. videtur, inquit, nostris exorcismis olim quidam similes à Salomone instituti viguisse apud Heb. probatur

25. Arg. secundum.

barur id non ex Iosepho tantum libr. 8. antiquit. c. 2. & Origine homilia 35. Matth. & D. Epiph. in heres. ebionita. sed & ex Saluatoris nostri verbis, Iudæos repellentis, qui dicerent eum dæmones in Beelzebub eijcere, *filij, inquit, vestri, in quo dæmonia eijciunt?* quod quam ad Apostolos, rectius referri ad ordinarios Iudæorum exorcistas, merito viri docti censuerunt. Nondum enim cum hæc dicebantur Apostoli ad prædicandum missi fuerant, & hæc potestas illis postmodum concessa Matth. 10. Et discipuli eandem quam magister calumniam sunt passi, ut eis Iesus prædixit, apud Matth. 10. 25. Quare non satis efficaciter Apostolorum, vel discipulorum suorum exemplo Dominus fuisse usus, quia statim Iudæi respondissent, in eodem ipsos, in quo magister nomine, hæc efficere. Crediderim Salomonem hos exorcistas instituisse quo tempore adhuc Deo adhærebat: ideoque in illis virtutem diuinam fuisse operatam, & fortassis vim aliquam ex ipsa Dei institutione habebant, non tantam opinor, quam hodiè Catholicæ Ecclesiæ exorcismi. Quod si contendas compõsitõs à Salomone, cum esset idololatra: tunc necessariò illos annumerare cogeris cum D. Thom. & Victoria Magorum incantamentis. Sed tunc confirmasset potiùs Christus calumniam Phariseorum, in Beelzebub eijcit dæmonia, si filij eorum in magica, hoc est, in Beelzebub eijciebant. quare tenenda est prior sententia.

26. Est ergò secundum argumentum; *si ego, inquit Christus, in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijcient, quasi dicat cur potiùs me, quam filios vestros dicitis in Beelzebub eijcere dæmonia, cum vtrique eijciamus? cur de me malè cum idem faciamus, de illis benè iudicatis? si Dæmonum ejectionem in filijs vestris non dæmoni, sed Deo tribuitis, cur in me idem non facitis?* Hanc interpretationem etiam cum alia de Apostolis inuenies apud Hieronymum Matthæi duodecimo, rectè quoque obseruat Tertullianus quarto con. Marcion. significare hic Christum istos Dei etiam virtute eijcere dæmonia.

Ideo ipsi iudices vestri erunt] quasi dicat, id quod agunt illi, vos condemnabit, nam approbatis in eis id quod in me calumniantes reprehenditis. Nec significat hic Dominus ipsos exorcistas futuros iudices, quasi prolaturi sint contra illos sententiam, sed innuit quod erunt quasi causa & ratio, ex qua sumetur argumentum iusti iudicij, & damnationis calumniatorum. Illud verò in quo, significat cuius ope.

27. Si de Apostolis interpretere, id dicitur inquit Hieronymus, quia sedebunt *super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* Itaq; ipsi eos condemnabunt, qui dicunt se mea virtute ac Dei dæmones pellere, ut proinde multò magis me qui Dominus, & magister sum fateri oporteat Dei virtute id facere.

De concordia, ac pace lege Osum capite 25. 26. confel. & adde exemplum Daran, & Abiron Exo. c. 13. l. 6. eiusdem.

11. *Si in digito (&) A. in spiritu Dei*] ex dictis tacitè concludit se Dei virtute expellere dæmonia; neque enim in Beelzebub ut ostendit. Infert præterea quod eiectio hæc tot dæmonum tam multiplex, tam frequens, tam inuisitata antea, signum est regni Messie, id est, eius aduentus, ac proinde destructionis mox futuræ regni diaboli. Præsertim verò, quia talia facturum Messiam ex Prophetis, non ignorabant. dicitur autem aduentus Christi *regnum Dei*, quia eius tempore gratia, Iustitia, Sanctitas in Ecclesia futuræ orant, per quas regnat Deus in homine, & ad coeleste regnum volentibus per Christi sanguinem aditus patet: ergò per

A *regnum Dei* Christi aduentum cum iustitia, & statu Ecclesiæ ab eo instituendæ intellige, quasi dicat, expulso dæmone iam incipit regnare Deus in hominibus. Augustinus libro primo, quæst. Euang. capite quinto, sic interpretatur hunc locum; & *si ego in Beelzebub eijcio dæmonia*, secundum vestram sententiam, *igitur peruenit in vos regnum Dei*: quia regnum diaboli stare non potest, quod aduersum se diuisum esse fateamini. acutè satis Augustinus, sed supplendum videtur aliud membrum, *si autem in spiritu Dei eijcio*, multò id fortius verum erit: Videtur igitur dilemna esse ex Augustino. D. Hieronymus explicans, quid per *regnum Dei* hic accipiendum sit, tres affert interpretationes, vide illum.

Spiritu Dei] Augustinus secundo de consensu Euangelist. notat Matthæum dicere, *in spiritu*, & secundo quæst. Euang. *Spiritus*, inquit, *sanctus digitus Dei, ob partitionem donorum, que in e. cuique dantur, dicitur: In nullis enim membris magis apparet partitio, quam in digito.* Cyrillus scribit, *Spiritum sanctum dici digitum*; *Filium manum & brachium*: per eum enim Pater cuncta operatur, & Filius per Spiritum S. sibi consubstantialem. Si igitur, inquit Hieronymus Matthæi duodecimo, manus & brachium Dei Filius est, & digitus eius Spiritus sanctus, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vna substantia est. Nec te scandalizet membrorum inæqualitas, sed edificet corporis vnitas. Est porro, inquit Pererius, capite octauo Exodi d. 4. pulchra analogia inter digitum, & Spiritum sanctum, nam sicut ex corpore procedit brachium & manus, & inde digiti, ita ex Patre Filius, & ex vtroque Spiritus sanctus, & sicut multi sunt digiti vnus corporis, ita multa sunt dona Spiritus sancti, primæ Corinthiorum secundo, diuisiones gratiarum & caritatis: totidem autem sunt digiti in sinistra manu: atque in dextera, non enim minore gratia & virtute Spiritus sancti, opus est ad modestè tractandum res secundas, quam ad res aduersas fortiter perferendas.

Glossa ex Hieronymo in caput duodecimum Matthæi addit, hoc digito scriptam legem in tabulis, hunc quoque digitum Magos confessos esse in Aegypto. Athanasius etiam notat, quod gratia humanitatis Christus se ostendat hic minorem esse Spiritu sancto, & in eius virtute Dæmonia eijcere. Itaque secundum hos Patres digitus Dei, idem est, quod Spiritus sanctus, quod & præsignificasse videtur Matth. hic, *in spiritu Dei* dicens.

At Cardinalis Toletus adnotatione 44. idem significare putat hic Spiritum & digitum Dei, quod virtutem Dei, non dæmonis, ut idem sit facere Spiritu & digito Dei, quod in virtute Dei facere. Quare per Spiritum non persona Spiritus sancti significatur; in quo sequutus est Euthymius Matth. duodecimo, & ante ipsam idem sensit Tertullianus de digito Dei libro quarto contra Marcionem: qui subdit causam, cur virtus Dei *digitus* appellatur: ad significandum, inquit, quod vel modicum virtutis Dei fortissimum est.

Pererius Exodi octauo, distinctione quarta, putat in illis verbis Exodi: *digitus Dei est hic*, significari Dei potentiam, & fortitudinem, sicut & per brachium & manum. Et addit: significari etiam posse reor spiritum Dei, prout spiritus in scriptura significat singularem quandam impulsam, & impetum, ac rigorem diuinæ virtutis, quæ diuinitus alicui datur: Quomodo etiam accipitur, inquit illud Domini, *si in spiritu Dei eijcio Dæmonia*. Illud etiam dici posset, per *digitum* significari potentiam, & per illud Dei, denotari ingentem & exitiam potentiam, ut montes Dei. Hæc Pererius. Hæc expositio, sicut & Toleti mihi magis placet. Obseruandum virtutem hanc Dei effectricem

28.

29.

30.

rerum, etiam mirabilium, interdum significari non in e digit, vt idem Perer. notat, sicut hic & Exod. 8. nonnunquam numero plurali nomine digitorum, sicut Psalm. 8. 4. *videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum*, nimirum virtus Dei operatiua, per se, & & respectu Dei, simplex, & vnica est. At verò in operibus Dei multiplex, ac multiformis relucet, multaque rationes perfectionum Dei resplendent in eius creaturis. Nec alienum est ab hoc loco quod Isai. c. 40. 12. de Deo dixit: *tribus digitis terram appendere*; quia nimirum in hac rerum vniuersitate tria maximè eminent Dei attributa, Potentia, qua creatus est mundus; Bonitas, qua conseruatur; Sapientia, qua ordinatus est prudentissimè & gubernatur prouidentissimè.

32. **Reuenit in vos regnum Dei**] Dicit aliquis, si regnum Dei peruenit, si virtus Dei est contra dæmonia. quomodo stat regnum Satanæ? nam si Satanæ contra Satanam diuinus id potest efficere, vt concedat regnum diaboli, quanto magis virtus Dei? Respondeo regnum Dei præsentis tempore non omninò tollit regnum dæmonis, sed dimiuit eius vires collata hominibus virtute vincendi, & gratia resistendi. Nobis enim utilis est talis exercitatio, & confictus: at sub finem temporum omninò destruetur, ac ruet.

33. Iterum quis obijciat, quomodo Christus inde efficit venisse iam inter Iudæos regnum Dei, quod dæmones expellerentur; cum & ante Christum exorcistæ Iudæorum eijcerent dæmonia in spiritu, & digito Dei? Ad hoc Respondeo, nō id efficere Dominum simpliciter ex dæmonum expulsionæ, sed ex eo, quod passim, frequenterque, tam multos dæmones corporibus deturbaret cum ingenti ipsorum timore & tormento, quod satis nouum & insolitum erat.

Argu. tertiu. 12. A. **Aut quomodo potest**] Est tertium argumentum ab exemplo, & similitudine ductum, quo non in Beelzebub, sed in virtute Dei dæmonia se expellere confirmat: nemo, inquit, potest cuiuspiam fortis domum intrare, vasaque eius, id est, omnē suppellectilem a portare (nam eo nomine tota suppellex iureconsultis dicitur, vnde conuasiandi verbū, spoliare est) nisi prius expugnatum fortem illum in vinculis tenuerit. Neque enim vnquā volens spoliare se finet. Quomodo igitur permittet dæmon obfesso homine per se spoliari, nisi nolens & inuitus, aliaque potestate coactus, ego igitur non in dæmonis potestate, sed Dei virtute dæmonia eijcio, fortiorque illo sum.

34. Aduerte particulam, *aut*, apud Matth. poni loco aliqui; vt vel hinc constet ex Matth. hoc esse nouū argumentum, ad confirmandum nō eijci à Christo dæmonia, nisi in digito Dei, non in Beelzebub. Alioqui, quomodo inquit possem Beelzebub ligare, eius vasa diripere &c. quid sit ligare fortem, vide Schol. ad v. 14. n. 37. Iterum aduerte quod insinuat hic Dominus, esse fortem dæmonum Principem, vt explicat Iren. l. 3. cap. 8. respectu nostri, est enim nobis fortior iuxta illud Hier. 31. *redemit Dominus Iacob & eripuit eum de manu fortioris eius*. Christus solus Deus & homo est absolutè fortis, qui dicitur hic fortior illo. Fortitudo porrò dæmonis erat, quia tenebat homines ob peccata sibi subiectos, à quibus non poterant se liberare, nisi Dei gratia. sic Aug. l. 1. qq. Eu. c. 5. quamquam etiam dæmon dici posset fortis absolutè, quia re vera magnæ est fortitudinis. At respectu Christi minimè. Potest enim aliquid dici magnum, vel paruum absolutè, & comparatiuè.

35. **Cum fortis armatus**] Dicitur armatus dæmon, quia habet arma, & quibus nobis noceat, & quibus se tueatur, ne vincatur à nobis. Sunt autè hæc arma, species bonorum huius sæculi, vel etiam ma-

A lorum apparentium, creaturæ ipsæ, de quibus c. 4. creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentatione animabus hominū, & in musculam pedibus insipientium. Præter item affectiones nostræ, membra corporis nostri ex Rom. 6. denique vitia, ac peccata: ijs enim peccatis & affectibus malis nos eo plus debilitamur, quo plus multiplicantur.

Atrium suum] Domus meminerūt Mat. & Mar. Luc. atrium posuit, quod idem cum domo esse putant aliqui, alij & melius distinguunt. Nam solent esse atria ante primam domum ianuam: sunt enim locus apertus & vacuus ante ædes ipsas vulgo cortile, vbi statui consueuerunt custodiæ, ne aditus pateat in domum, & ita per atrium intelligi possunt ignorantia & technæ, quibus totus erat inuolutus mundus. Domus verò huius fortis ex Hieron. mundus ipse est. vel ex Irenæ. l. 3. ca. 8. hinc mines idololatræ, in quibus habitabat dæmon per peccatum, & apostasiam à vero Deo. vtrumque verum.

B 14. **Vniuersa arma**] Per vasa igitur versiculo duodecimo, non arma, sed spolia, & suppellectilem intelligit, id est, miseras animas sub dæmonis tyrannide, & iugo detentas, nam Lucas hic arma à spolijs separauit.

Sciscitabere, quomodo fortior eo Christus superueniens inuasit, & ligauit eum? superuenit dum carne indutus venit in mundum. Inuasit & lacepsiuit præsertim in deserto, dum aperto mare cum illo conffigens vicit eum, quam victoriam auxit, & perfecit tandem morte, cruce, reliquisque sanctissimæ vitæ suæ actionibus, ac mysterijs in nostram omnium vtilitatem editis, triumphans nobis de tam diro, ac truculento hoste.

Significatum verò est superius versiculo duodecimo, alligatum etiam fuisse à Christo dæmonem. sanè constat Christum eum ligasse dum eius vires dimiuit, vt & cæterorum dæmonum, non quod vires verè dæmoni imminutæ fuerint, sed quod fidelibus gratia ac dona concessa sint ea, quibus validius illis non obluçtari modo, verum etiam easdem laceffere, sternere, ac profligare possent. Speciatim est præterea Princeps dæmonum ligatus à Christo post partam in deserto de illo victoriam, quod quomodo sit intelligendum, vide in Theoria tertia. Porrò per Christi mortem perfectè illigatus est hic idem inferni rex, vt iam non valeat per se nocere hominibus. qua de re Tolerum consule adnotatione quinquasimaquarta in vndecimum Lucæ caput, & Theoriam tertiam, iam citatam. Exiit sanè hunc armis Christus dum peccata remisit, eorumque radices vellere, occasiones fugere, & vitæ huius illecebris nuntium remittere docuit, viam verò virtutis aperuit. Spolia ac vasa diripuit, dum animas vi summa ab dæmonis eripuit potestate, & rapuit quodammodo, dum infernum sublatis inde Sanctorum Patrum animis expoliavit, quod etiam fuit domum diripuisse tyranni. Tunc verò spolia distribuit non ad varias mundi partes erutos de potestate tenebrarum homines cum potestate transmisit ad alios sibi acquirendos populos. Distribuit item dum varijs illos muneribus applicuit, alios Apostolos, alios Euangelistas &c. secundum diuinam suam prouidentiam, constituens. Quæ omnia, non initio statim peracta sunt, sed cœpta ferè ipso nascentis Christi tempore, concionibus verò, ac miraculis aucta, cruce, morte confirmata; denique resurrectione ipsa, & Spiritus sancti aduentu perfecta sunt. Sed potissimum in foelicissimo beatorum cœtu plenius consummanda erunt.

15. **Qui non est mecum**] Quarta est hæc ratio; qui dissimilia, inquit, meis opera facit, mihi contrarius est, eiusmodi Beelzebub est,

Nam ego congrego, ille dispergit. Diabolicum enim est congregata dispergere. Colligo enim ego ad unitatem fidei, ad charitatem, ad Dei cultum: hinc ille amouet, & dispergit in varios idolorum cultus, & impietates, ut à Deo, eiusque cultu auerrat. Non ergo conuenire possunt Christus, & Beelzebub. Audi Hieronym. March. 12. *non putet quisquam hic de hæreticis dictum, & schismaticis* (videtur Ambrosium significare lib. secundo de Pœnitentia, cap. quarto. & Cyprian. lib. septimo ad Quirinum, num. 86. Hi enim de schismaticis, & verò Ambros. etiam de hæreticis hoc exponunt) *quamquam & ita ex superfluo posset intelligi, sed ex consequentibus, textusq; sermonis ad diabolum refertur; eo quod non possint opera saluatoris Beelzebub operibus comparari, ille cupit animas hominum tenere captiuas, Dominus liberare; ille prædicat idola, hic vnus Dei notitiam; ille trahit ad vitia, hic ad virtutes reuocat. quomodo ergo possunt inter se habere cõcordiam, quorum opera diuersa sunt?* Hæc ille.

39. Verùm quonam inquires modo constat hæc sententia Christi, cum ea quæ est apud Lucam, cap. 9. 50. *qui non est aduersus vos, pro vobis est.* Respondeo, sermonem esse apud Luc. de eo qui licet non sequeretur Christum, in eo tamen quod præstabat cum Christo erat, quatenus boni aliquid faciebat; immò in eo opere faciebat quæ Apostoli, eorumque doctrinam, saltem re ipsa confirmabat: viderant enim eijcientem Dæmonia in nomine Christi, qui non sequebatur cum illis Christum, & prohibuerant illum. Respondit Dominus, *nolite prohibere, qui enim non est contra vos, id est, qui eadem ac vos docet, vel facit, etiam si velstrum institutum non sequatur pro vobis est, cum doctrinam, factaque vestra confirmet, ac consolidet. At hic dicit Dominus, eos qui cum ipso non sunt, id est, eius doctrinam & facta non recipiunt, præsertim si dissimilia docent, & faciunt, contra ipsum stare. tales sunt dæmones in primis, & vniuersim homines, qui Christo parere tenentur, eumque colere, si cum illo non docent, ac faciunt, quamuis non persequantur & maledicant, aduersarij eius sunt.*

40. *Infantes nascuntur in peccato originali.*

Augustinus ex hoc loco colligit infantes nasci peccato originali infectos, sic enim ait libro primo, de pec. mer. cap. vigesimo octauo, tomo septimo, nec est vllus vlli medius locus, ut possit esse nisi cum Diabolo, qui non est cum Christo. Hinc etiam ipse Dominus volens auferre de cordibus malè credentium istam nescio quam medietatem, quam conantur quidam paruulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiz sint in vita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitiuam protulit ad hæc ora obstruenda sententiam, vbi ait; *qui mecum non est, aduersum me est.* Constitue igitur quemlibet paruulum, si iam cum Christo est, ut quid baptizatur? si autem, quod habet veritas, ideò baptizatur, ut sit cum Christo, pfectò non baptizatus non est cum Christo, & quia non est cum Christo, aduersus Christum est: neque enim eius tam manifestam debemus, aut possumus infirmare, vel immutare sententiam. vnde igitur aduersus Christum nisi ex peccato? neque enim ex corpore, & animâ, quæ vtraque Dei creatura est.

Porrò si ex peccato: quod in illa ætate, nisi originale & antiquum, &c.

41. *Neutralista.*

Est hæc eadem sententia contra Neutralistas, qui neque per omnia doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ, quæ domus Dei est, columna & firmamentum veritatis, & Christi sponsa assentiuntur; nec per

A omnia eius aduersarijs. Sed doctrinam quandam mediam excogitarunt, quæ se habet veluti participium partem capiens ab Ecclesia Christi, partem ab hæreticis, partem ab vtrisque. Putant enim satis esse si non discrepent à Catholica Ecclesia in præcipuis quibusdam, & tamen qui in vno deficit factus est omnium reus. ita cum velint omnium, neutrius sunt partis. Contra hos lege Ioannem Hesselium in libello de officio pij viri, & Iudocum Rauestein, Tiletanum in oratione de officio pij viri tempore hæreseos.

16. *A Ideò dico vobis]* vox illa *ideò* causalis est, & respicit ea quæ vers. 5. habentur, scilicet, *quoniam Beelzebub habet, & quia in principe, &c.* idque indicat Marc. 3. 30. & hic vers. 18. *quoniam, inquit, dicebant, spiritum immundum habet.* Rectè ergò, inquit Chrysostr. quod cum hactenus excusando respondisset, id est, argumentando: nunc terret, & ut inquit Hilar. seuerissima definitione condemnat illorum peruersitatem.

Omne peccatum, & blasphemia] Ex Interlineari videtur comprehendi his verbis peccatum omne facti & dicti. estque ea sententia contra Nouatianos, qui ex Augustino qq. vtri. testam. quæst. centesima secunda dicebant, qui Christum negasset non esset ad pœnitentiam recipiendus: ijdemque affirmabant non esse pœnitentiz remedium lapsis post baptismum, maleque isti peccatum in Spiritum sanctum interpretabantur, esse Christum negare.

Affirmabat porrò Nouatius, non posse in Spiritum sanctum peccare, nisi eum qui Christianus sit, & postea negarit. Sic Hieronym. epist. 149. ad Marcell. immò ipsis Nouatianis etiam tribuendum videtur: quod omne graue peccatum, ut homicidium, adulterium post baptismum commissum, sit peccatum in Spiritum sanctum; lege Augustinum serm. 11. de verb. Domini, quod & Origen. & Theognostum ante docuisse habet Athanas. homil. ad hunc locum. Basil. in epist. ad Serapi. per peccatum intelligit cum quispiam legem transgreditur. blasphemia est cum legislatori Deo detrahatur, aut negando, quod in eo est, aut imponendo falso in eo. quod non est, impiè contra diuinitatem se gerens: & aliquando sit etiam quodam contemptu ac iniuria expi esse Dei. hoc enim est blasphemare. igitur peccatum distingui potest à blasphemia, hoc loco dum dicitur, *omne peccatum & blasphemia.*

Spiritus autem blasphemia non remittitur] Breuis expositio huius difficillimi loci, hæc est: peccatum in Spiritum S. tunc propriè esse, quando ex malitia, & duritia cordis spiritui malo tribuuntur diuina, & supernaturalia opera, quæ Spiritus sanctus ad confirmandam fidem, vel ad conuertendos peccatores speciali prouidentia operatur, hoc enim est propriè spiritui S. resistere, hoc autem potest probari ex Marc. hic ver. 18. ex illa nempe causali, *quoniam dicebant, spiritum immundum habet: itemque occasione, qua motus Christus hoc dixit.* Adde ex Chrysostr. hoc peccatum tunc esse propriè cum sine ignorantia committitur. Quare, inquit, sic? quia cum Spiritus iam notus vobis esse debeat, rem claram, & manifestam oppugnatis; & idem adnotauit Athanas. orat. peculiari, de hac re. de qua etiam loquitur idem Athanas. orat. 2. cont. Arianos. sub finem. Deniq; aduerte hoc peccatū in verbis contumeliosis positum esse: de hoc enim loquitur hic Christus, quauis alia nunc: ètur peccata in Spiritum S. quod confirmat vox illa *blasphemia,* & illud: *quicumque dixerit, &c.* versic. sequenti. Non tamen propterea negandum est, si quis factò, aut animi cogitatione Spiritus sancti opera Dæmoni tribuat, hoc etiam peccati

D

Vide in hunc locum Augustinum serm. 11. de verb. Dom. vbi ex professo hæc questionem tractat, & loquitur infra citatis Athanasio de communi essentia Patrum, & Filij, Spiritum S. pag. 625. orat. 2. cont. Arian. p. 155. scilicet in hoc dictū, qui: ñ que dixerit verbum. D. Thom. 22 q. 14. a. 3. & 3. p. q. 8. 6. a. 1. Vegam. l. 13. c. 9. hinc Bern. ser. 66. Cantuar. colligit Purga. Greg. 4. dial. c. 39. eadem habet. Beda in Marg. August. 21. ciuil. c. 13. 24. & lib. 6. contra Iulian. 5.

43. *Peccatum in Spiritum S. quod.*

Est positum in verbis contumeliosis.

genere peccare. peccant item hæretici qui sci-
enter manifesta miracula, quæ in Ecclesia fiunt,
quibus per exorcismos & eucharistiam Dæmones
pelluntur, Magiz tribuunt, & si non Christum,
Christi tamen corpus, quod est Ecclesia, perse-
quuntur.

44.
romodo tr
missibile.

Dicitur verò hoc peccatum *irremissibile*, &
in hoc, & in futuro sæculo, quia punitur, & hic
& ibi; quod etiam Diuus Thomas quæst. octo-
gesimasexta, articulo primo, ad tertium, indi-
cat. Quod vel ex eo constat, quia verba Domini
absolutè negare videntur, quod non remitta-
tur hoc peccatum; nam si quom cum eo mori-
turum videt, non tantum in futuro sæculo, sed &
hic quoq; antè mortem punire decreuit Deus. sed
de hoc toto argumèto pluribus disputandum erit
in Theoria.

17. *Et quicumque dixerit verbum contra filium
hominis* non inquit quicumque dixerit verbum
in Patrem, vel etiam in filium, *sed quicumque
dixerit verbum in filium hominis*: vt intelligere-
mus illum de se, non tanquam de Deo, sed tan-
quam de homine loqui.

45.
ccas in
linus.

Porrò in *filium hominis* verbum dicere, est eius,
qui humana deceptus specie, aut offensus in-
firmitate de illo infrà illius dignitatem sentit, ac
loquitur: ideoque veniam meretur, quia pec-
cati excusationem aliquam habet, nec tanta la-
borat mentis cæcitate, & duritie cordis, nec
sibi adeò viam veniæ præcludit. qui verò ma-
nifesta Spiritus sancti opera Dæmoni tribuit, &
viam sibi præcludit veniæ, & magna cæcitate
laborat, atque adeò nullam ex se peccato excu-
sationem obtendere valet: quam cæcitate &
duritiem cæcus ille Ioannis cap. nono, expo-
brauit Phariseis; *in hoc enim mirabile est inqui-
ens, quod vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos
meos. scimus autem quia DEVS peccatores non
exaudit.* vbi redarguit illos mendacij, quod
dicerent, *nescimus vnde sit*, cum tamen opera
& miracula, quibus eius veritas confirmabatur,
nec virtute humana fieri possent, nec dæmoni tri-
bui, sed opera diuinitatis essent.

46.

Verbum, blasphemiam intellige. Neque ta-
men omnis in Christum hominem blasphemiam
est verbum in filium hominis, de quo hic: sic-
ut non omnis blasphemiam in Spiritum sanctum
est ea, de qua hoc loco.

Requitur ergò vt sit prolata ab eo, qui in
Christum non credit. Quod etiam necessarium
est ad blasphemiam Spiritus. quare qui ex infirmi-
tate, aut passione, & verò etiam ex malitia in-
ter Christianos, fidem conseruantes, pro scelus
! in Christum conuitia iactant, non dicunt
verbum in filium hominis, prout hic loquimur;
licet excepta infidelitate grauius peccent in fi-
lium hominis in quem credunt. Vide Tolet. in
Lucam duodecimo, adnot. decimanona, Assert. 4.

47.

Cæterum ex contextu Matth. constat, non
omne aliud peccatum, etiam quod non est bla-
sphemiam in Spiritum sanctum (hanc enim cla-
rè separat Christus à verbo in filium hominis,
illa enim non remittitur, hoc remittitur) dici
verbum in filium hominis. sic enim habet Mat-
thæus, *omne peccatum, & blasphemiam remitte-
tur hominibus. Spiritus autem blasphemiam non re-
mittetur. Et quicumque dixerit verbum contra
filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit
contra Spiritum sanctum, &c.* vbi distinguit re-
liqua peccata, & blasphemias à verbo, seu pec-
cato in Filium hominis tanquam à peculiari quo-
dam peccato, similiter & à blasphemiam spiri-
tus. Non igitur omne aliud peccatum, sola ex-
cepta blasphemiam in Spiritum sanctum, est ver-

A bum in Filium hominis. Alioquin superuaca-
noum fuisset affirmare *omne peccatum & blasphemiam*, & cæc. & postea, seorsim subnectere; *qui dixerit verbum in Filium hominis, &c.* si omne aliud peccatum quod non est blasphemiam in Spiritum sanctum, est verbum in filium hominis. Quamuis verò verbum in filium hominis, contineatur sub nomine omnis peccati, & blasphemiam: *omne peccatum & blasphemiam remittetur hominibus, &c.* vt tamen intelligeremus non quamlibet blasphemiam esse verbum in filium hominis, itemque ob quandam eius eminentiam & peculiarem rationem exprimenda fuit. sicut Marc. decimosexto dicitur: *dicite Discipulis eius & Petro*, quamuis Petrus discipulus esset, sit tamen eius, ob peculiarem causam, propria mentio.

B Sed dubitabit hic forsitan aliquis, cur hoc peccatum dicatur in Spiritum sanctum, cum Christus virtute diuinitatis, quæ communis est toti Trinitati, miracula fecerit; vnde factum est, vt Ioannis decimoquarto, tribuantur Patri: *Pater in me manens, ipse facit opera.* Filio verò Ioan. 5. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Ioan. octauo. *ego testimonium perhibeo de mespo.* Matth. duodecimo, tribuuntur Spiritui sancto, prout quidam exponunt: *in spiritu Dei eicio Dæmonia.* quomodo interpretantur nonnulli illud Luc. cap. 4. *reuersus est in Galilaam in virtute spiritus*, id est, ad miracula faciendâ virtute Spiritus sancti. Respond. & si hoc ita est, peculiari tamen ratione ea opera Spiritui sancto tribuuntur, cum facta fuerint ad sanctificandos homines. his accedit quod cum Deus sit omnino sanctus, & planè mundus; isti, immane scelus! opera Christi quæ diuinitatis erant, ex malitia in spiritum referebant immundum. Quoniam ergò contra Dei sanctitatem peccabant; propterea spiritus blasphemiam peccasse dicuntur.

C Quod significasse visus est Marcus illis verbis hic ver. decimo octauo, *quoniam dicebant spiritum immundum habet.* Non igitur rectè Iansen. Caietan. Abulen. & Euthym. intelligunt hic per Spiritum sanctum diuinitatem, longè melius August. tertiam personam accipit.

Neque in hoc sæculo, neque in futuro] Augustin. lib. 21. de Ciuitate Dei, cap. 24. & libro sexto contra Iulian. cap. quinto. Gregor. lib. 4. dial. cap. 39. Beda in Matth. cap. duodecimo. Bernard. serm. 6. in Cant. ex hoc loco Purgatorium probauerunt, colligentes aliqua in futuro sæculo peccata remitti, qua de re lege Bellarm. lib. primo de Purgar. cap. quarto. At rident isti. quid tum? etiam Pharisæi dicta, factaque Christi ridebant. aiunt phrasim esse, modumque loquendi, quo nihil aliud significetur quam peccatum in Spiritum sanctum nunquam remitti: id verò à Marco declarari. cap. 3. 29. qui pro hoc seculo, & futuro vno verbo, inquit, *in aternū.* Non ignoramus phrasim esse, quæ idè valet, ac *in aternū.* sed affirmamus tamè aternū illud quod significatur duo continere sæcula, præsens & futurum: Et quod Marc. vniuersè dixit, id Matth. per partes distributè dixisse, quod nunquam eum facturum fuisse coartendimus, nisi ad vtramque partem, & præsens seculum, & futurum peccatorum remissio pertineret. Ineptè enim qui s ita loqueretur: non ducam vxorem neque in hac, neque in futura vita, cum in futura duci vxores non possint. vbi verò Interpres habet; reus erit aterni delicti: Græc. est *αἰώνιος*, id est, iudicij, fortè vt significetur, reum futurum aternæ damnationis, id est, nunquam remittendæ pœnæ ob hoc delictum debite.

D 19. *Aut facite arborem bonam*] hæc verba licet aliqui ad Diabolum, vt Hieronymus, aliqui, vt

48.

49.
Purgatorij
probata.

50.

Beda ad Christum & Diabolum referant, videntur ex Lyrano, Chrysoft. Euthym. ad Christum referenda. puto autem continere nouum argumentum contra prædictos calumniatores. quasi dicat, aut me cum pluribus laudate, aut condemnate; sed cum opera non possitis merito condemnare fateamini neceffe est me spiritu bono agi. Confirmat; quia, quomodo possum ego, si spiritum immundum habeo, bene operari. v. g. Dæmones expellere, cæcos, surdos, mutos curare? Aut ergo facite me malum, & opera mea mala, aut me bonum & opera mea bona.

Obserua quod non poterant Iudæi negare Christi opera bona esse, licet illum dicerent satannico spiritu agi. Ex Gloss. arbor bona, Christus; fructus, prædicatio; curatio, redemptio. & ex Interlin. virum bonus sit auctor, nec ne ex fructu dignoscitur. Quare vix differt expositio Hieronym. si Diabolus malus est, bona operari facere non potest: si autem bona sunt, quæ facta cernitis, sequitur non esse diabolum qui illa fecit, sed bonum esse eorum auctorem; neque enim fieri potest vt ex malo bonum, aut ex bono malum oriatur. Constringit itaque Phariseos, vt adnotauit Hieronym. syllogismo quem Græci vocant ἀφαιρον, id est, ineuitabilem. vide item in hunc locum Matth. Turrian. de iustificat. obiect. 12.

20. Progenies viperarum] Subiicit iam vnde tam improba & latannica calumnia profecta sit, quia nimirum cum arboribus malis similes essent, non possent non malos fructus proferre, & mala loqui, eo quod mali essent.

Vocat autem progeniem viperarum, vt ait Iansen. quod in parentibus gloriarentur; significans eos nihil minus esse, quam progeniem Patriarcharum, & Prophetarum; itaque per hæc separare eos videtur à cognatione Abraham, de quo gloriabantur. vel ex Interlin. idem est progenies viperarum, ac filij diaboli, eius veneno corrupti. vnde Augustinus cap. sexto, libri primi, quæst. Euangel. progeniem, inquit, eos viperarum dicit, quia & diaboli filios eos appellat. in tantum enim quisquam filius est diaboli, in quantum eum peccando imitatur. Reuera videtur per hebraismum idem esse, filij viperarum quod viperæ; quod filij parentibus plerumque similes esse solent. volens ergo significare viperas esse, filios viperarum nominat; Et vos, inquit Christus, implete mensuram Patrum vestrorum, Matt. 23. 32.

Rectè verò viperis nocentissimis animalibus & venenosisissimis summam Pharisæorum malitiam comparat; præsertim autem eam, quæ in calumniandis, & quasi mordendis pijs viris posita est.

Quomodo potestis bona loqui] simile hoc est illi sententiæ quæ Hierem. 11. 21. continetur: si mutare potest æthiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. quibus sententijs significatur potius difficultas, quam impossibilitas bene faciendi vel loquendi.

Ex abundantia enim cordis] Congruit cum hac sententiâ illud Eliu Iob 32. 8. 19. plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit.

21. Bonus homo de bono thesauro] nomine Thesauri duo tacitè significantur abicòdita, nimirum cordis virtus, vel vitium. Thesaurus enim diuitiæ sunt, quæ latent, multo verò magis virtus, vel vitium in corde absconduntur. Deindè significatur copia quædam seu virtutis seu vitij, hoc enim ipsum thesauri vox indicat. Quare hæc

A sententiâ in eos potissimum conuenit qui insigniter boni, vel mali sunt. Cum ergo dixit superius ex abundantia cordis, &cæt. insinuare voluit hunc bonitatis, vel malitiæ thesaurum, atque ad eò verba proferri iuxta id quod dominatur, & præstò est in corde, idemque de operibus externis dicendum erit. significatur ergò hic rarissimum, ac difficillimum esse eum bona loqui, cuius cor plenum est malitia.

22. Omne verbum otiosum quod loquuti] Bifariam, vt ex Chrysoft. haberi videtur, intelligi potest verbum otiosum vel calumniosum & mendax quasi vacuum veritate, & hunc sensum amplectitur Theophyl. & Euthym. non multum repugnante Chrysoft. vel intelligitur id quod vanum est, & frustra dictum, licet improbum planè, ac sceleratum non sit. Interesse enim ait Hieronym. inter otiosum, & criminofum verbum definiens illud cap. 12. in Matth. esse quod sine vtilitate loquentis dicitur & audiētis: si omisissis serijs de rebus frivolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed criminofus tenebitur reus. Idem Hieronym. Fabiolæ de veste sacerdo. omne, inquit, quod non audientes ædificat in periculum vertitur loquentium. Diuus Gregorius 4. Moralium cap. secundo, & septimo Moral. ca. 21. & libro de cura pasto. admo. 15. otiosum, inquit, verbum est, quod aut ratione iusta necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Certè hunc posteriorem sensum in hunc textum quadrare non dubito. Latet enim hic argumentum à minori ad maius quasi dicat Christus, si de minimo verbo otioso reddenda est in die iudicij ratio, quantum magis de blasphemo, quale illud erat: in Beelzebub eijcit Dæmonia,

C cum ergò exaggeratione vtatur hic Christus, certè noui aliquid vel admirandi dicere voluit, cuiusmodi non est de verbis calumniatorijs, si dicat reddendam esse rationem.

Roget aliquis quomodo de verbo otioso, id est, vano exigenda est ratio in die iudicij, quando mortalia tantum crimina poenis æternis puniendâ sunt? Respond. id in primis intelligi posse de particulari iudicio cuiusque in morte; vel si referas ad vniuersale iudicium in fine mundi, dicendum erit malos quidem & damnatos etiam æternum puniendos pro leuibus peccatis, quæ commiserunt: nam boni cum iam satisfecerint Deo siue per poenitentiam hic, siue in purgatorio, non video quomodo reddaturi sint rationem extremo illo die.

23. Ex verbis enim tuis iustificaberis] videtur quibusdam hoc fuisse prouerbum, sicut fortè & illud superius: ex abundantia cordis, &cæt. Scripturæ testimonium putat Theophylact. Iob. decimoquinto, versic. sexto, condemnabit te os tuum &c. videtur enim de verbo otioso ibi loqui scriptura. Nam præcessit, ver. 6. arguis verbis eum, qui non est equalis tibi: & loqueris quod tibi non expedit: quod Hebr. & iuxta L X X. sic legitur: arguis verbo quod non proderit, & sermonibus in quibus nulla est vtilitas.

D Probare autem vult præcedentem sententiâ hoc prouerbio Christus, quasi dicat, ad eò accuratè in iudicio omnium rerum reddendam esse rationem, vt vel in minimo verbo satis Deus argumenti, vt homines, vel iustificet, vel commendet, sit deprehensus.

Itaque non est sensus, ex solis verbis iustificandum, & condemnandum esse aliquem, verum sententiâ est; nò tantum ex operibus id euenturum, vt condemnetur quis, sed etiam sola verba satis per se ad hoc idem fore.

54. Verbum otiosum quod

Discrimen inter otiosum verbum & criminofum.

55. Quomodo verba otiosa iudicanda & quo iudicio.

56.

Opera Christi bona esse etiam ipsi Iudæi agnoscebant.

51. Pharisæi car viperis comparati.

52.

53.

Significat autem hoc loco iustificari, pronunciarum & declarari iustum, ut patet ex opposito verbo, condemnari.

24. *Magister volumus*] Habet Lucas: turbis autem concurrentibus, Gr. *ἐπαδουσαντων*, conditantibus se; quod dum scilicet loqueretur Christus contra calumniatores, maior hominum multitudo acervatim confluit, tumque coepit dicere, quae sequentur. Turbae ergo quas concurrere coepisse narrat Lucas, non interfuerunt falsae Iudzorum criminationi & calumniae, licet interfuerint petitioni signi.

Qui igitur signum quaesisse dicuntur, tentantes petierunt: quia periculum facere voluerunt potentiae Christi, ut si tale signum edere non posset, iam haberent iustam occasionem calumniandi ipsum, volebant porro per hoc aliud signum confirmaret ut Christus praeterita signa quae tamen sufficiebant ad euidenter ostendendum de Christo quis esset, & qua virtute operaretur, viderentur autem petiisse non simpliciter signum, quia iam multa viderant, sed aliquod nouum & inusitatum, puta de caelo, ut versiculo sexto habes, idque in confirmationem praecedentium, quae in terra ediderat. Quare Hieronymus, *volebant*, inquit, *vel in morem Elia ignem de sublimi venire, vel in similitudinem Samuelis tempore aestivo contra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere.*

Respondendi verbum, etiam si nulla interrogatio praecessit, usurpari solet ab Evangelistis pro dicere inquit Gagnæus, & verba habere ad aliquem, secundum quod respondere significat, & ordini sermonem ad aliquem. quod autem volunt signum à Christo videre nihil nouum; nam ut ait Paulus 1. Corinthior. 1. *Iudaei signa petunt.*

57.

25. *Generatio mala & adultera*] generatio idem est Hebraice, quod genus hominum. Mala Graece *πονηρός*, est idem mala quod apud Lucam nequam. Chrysostronus homilia quadragesima quarta in Matth. dixit, dici malam generationem, quod beneficijs acceptis ad malignitatem excitaretur, quod extremae vitiositatis est. Euthym. habet dictam esse malam, quod animo tentandi accesserint, aliud verbis, aliud corde gerentes, quasi prauis, & distorti.

Arbitror significare homines malignos, quos vocamus; unde Diabolus etiam *πονηρός* dicitur in scriptura; sunt autem hi qui vel consuetudine, vel prauo affectu non ad vitia modo, sed ad alios quoque nocendum procliuus sunt, quod forte voluit Chrysostronus. Quamquam cum *πονηρός* & prauum, & malignum, & scelestum, & improbum, & noxium significet; haec omnia recte in illos quadrant. Matthaeus addit *adultera*, & ut inquit Chrysostronus, ob infidelitatem, quae à Dei fide recesserunt non recipientes Christum à Deo missum, & promissum, & reiecto Deo, cui desponsi erant, adhaerebant Dæmoni. Alij *adulteram*, id est, degenerem vocari malunt, quod à maioribus degenerauerit. Et aduerte Lector horum imprudentiam, quasi imperantes, ut notat Chrysostr. *volumus*, inquit, *à se signum videre.*

58.

Signum querit] miracula signa appellat. subintelligitur verò de caelo ex Luca, ut versiculo sexto habes. quod etiam subintelligitur superioris, *volumus à se signum*, & cæc. tale signum Ioannis secundo petiere, *quod signum ostendis nobis, quia haec facis?* idem verò caeleste signum petiere, quasi omnia signa, quae in terris fiunt praestigij, & Diaboli virtute fieri possint. Eo quod mundi huius inferioris princeps, & rector sit

A Diabolus: signa verò caelestia nequaquam fieri possint, nisi à Deo, qui caeli est Dominus. Aut quasi signa quae Christus fecit non essent similia, aut aequalia multis signis, quae è caelo fecisse leguntur in Veteri testamento Prophetae Exod. decimosexto, Iosue decimo, primo Regum duodecimo, tertio Regum primo, Isaia vigesimo octavo, & tamen etiam ista calumniari poterant, scilicet istis etiam maiora fecerat Christus.

Chrysostronus homil. vigesima quarta in Matthaeum, dubitat quare Christus tam acriter in istos sit inuectus; calumniatoribus autem superioribus non ita responderit. rationem affert, ut se ostenderet superiorem affectionibus animi, idem ad conuicia mansuetè respondit. Quoniam verò verba istorum adulatione, & ironia plena erant, idem vehementer eos redarguit significans se vtraque affectione superiorem, qui nec conuicijs irascatur, nec adulatione moueatur.

At reuera licet initio quietè Christus responderit calumniatoribus ob rationem Chrysostroni. & ut illos prius conuinceret: postea tamen acriter in illos est inuectus: *progenies*, inquit, *viperarum quomodo potestis, & c.* & grauius illis est comminatus.

Iterum roges cur hos reprehendat qui signa peterent cum Ezechias, Isaia trigesimo octavo, versic. vigesimo secundo, & Gedeon Iudicum sexto, 17. 36. & petierint, & obtinuerint? Respondeo, quia illi bono, hi malo animo petierunt.

Et signum non dabitur ei nisi signum] de caelo petiuere signum, sed nec de terra dandum esse vllum monet, iusta eos poena condemnans.

C Totus hic locus quatuor modis exponi potest, primum, non dabitur ad petitionem generationis huius signum aliquod de caelo, quale petunt, & tunc dictio exclusiua, *nisi, loco, sed*, accipienda est, ut & Paulus accepit ad Galat. 3. *scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi, id est, sed, per fidem IESV CHRISTI*, quasi Christus hic dicat; non dabitur eis petentibus signum quale petunt, sed aliquando dabitur eis signum omnino diuersum ab eo, quod petunt, nimirum non signum è caelo, sed è terrae visceribus. haec expositio probabilis est utcumque; sed propterea non multum in ea acquiesco, quia licet hoc Ionae seu resurrectionis signum dici possit è terra; multo tamen melius est affirmare dandum esse tanquam signum, quod Iudaei volebant, de caelo. Resurrectio namque caelestem Christo gloriam attulit, eamque palam declarauit. Fuit autem illis ostensum resurrectionis signum per nuntios qui retere resurrexisset Christum, per sepulcrum vacuum, per testes, & Apostolos, idem etiam per miracula confirmantes.

D Secundo, si dictionem exceptiuam proprie accipere velis, erit alter sensus: quasi Dominus respexerit ad illud, quod olim Iudaeis petentibus signum respondit Ioan. *solute templum hoc, & in tribus diebus aedificabo illud*: ut sit sententia loci huius: genus istud hominum rursus querit signum; at ego assero non aliud illis signum à me assignandum, aut constitutum esse, praeter illud, quod olim eis constituit: hoc autem est signum mortis, & resurrectionis, quod vocat signum Ionae, quia in Iona praefiguratum est, quod solum Dominus petentibus Iudaeis perpetuo assignauit.

Ter enim petiere Iudaei signum à Christo, pri-

mum

59.

60.

61.

62.

Indei quos
signum
petierunt à
Christo.

63. mum Ioannis secundo, eiectione de templo dixerunt; quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Iterum hic post liberatum hominem à Dæmone, Matth. duodecimo, Lucæ undecimo: denique Matthæi decimo sexto, cum Pharisei, & Saducæi tentantes rogauerunt eum, ut signum de celo ostenderet eis: semper autem hoc signum Ionæ, id est, resurrectionis, & mortis, quæ in Iona euidentius significatæ sunt, ostensurum se fore pollicitus est.

Quamobrem inquiet aliquis? ex Chrysof. homil. 44. in Matth. colligi potest ratio, ut insinuaret cladem, subuersionemque Iudæorum consequuturam propter eorum perfidiam. sic enim prædicauerat Ionas: *adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Quibus aptè indicabatur post quadraginta annos à Christi nece, per Romanorum exercitum delendam esse Hierosolimam, & perdendos, subuertendosque Iudæos. ut enim Deus Ninivitis quadraginta dies concessit, quo resipiscerent, ita Iudæis impijs quadraginta annos, & illi quidem poenitentiam egerunt, isti neutiquam.

Propterea isti puniti sunt, illi incolumes euaferunt. ergo hoc signum Ionæ ideo à Salvatore propositum & commemoratum fuit, quia comminationem futuræ punitionis aliquo modo continebat, vel etiam insinuabat. Iterum hoc signo significabatur gentium conuersio, ut enim Nazianzen. apolog. 1. scribit, & Hieronym. in cap. secundum Ionæ mutuarus id, ut videtur, à Nazianzeno: Ionas missus à Deo prædicare Ninivitis propterea fugit, quia gentiles erant, eique reuelatum fuerat reprobandos Iudæos, simulque interim vocandas, & in eorum locum successuras esse gentes. Fugit ergo non quidem inuidens salutem gentium; sed quia nolebatur populum suum perire, nec libenter videbat tantam populi sui cladem in se significari. Dominus ergo hoc illato exemplo Ionæ quod in se implendum significat; post mortem, & resurrectionem suam confestim consequuturam esse eorum desertionem, & gentium vocationem indicat iuxta illud, *auferetur à vobis regnum Dei, &c.*

Præterea tertio resurrectionis tanquam Ionæ signo significatæ uti voluit, ut scandalum futuræ mortis suæ minueret, & ut spes paullo post consequuturæ resurrectionis conciperetur ab ijs, qui eum mortuum conspecturi erant, atque ita facilius resurrexisse credere possent. Dicturi enim erant Pilato, *seductor ille cum adhuc viuus esset, dixit: post tres dies resurgam;* quod ex verbis Ioannis secundo, *soluite templum hoc, &c.* Et ex istis, quæ nunc per signum Ionæ expressit Christus collegerant. Hæc igitur sunt causæ cur potius Ionæ signum usurpauit, quod nimirum expressius, & euidentius tum eius mortem, & resurrectionem; tum verò gentium vocationem, & iustam Iudæorum euersionem significaret; & resurrectionis fidem validius confirmaret. vide item num. 66.

64. Iuxta hanc interpretationem nil obiectiones illæ momenti habent, quod Dominus multa signa ediderit post hanc petitionem Iudæorum, etiam de celo, cuiusmodi fuit vox de celo audita, &cæt. nam illis petentibus, tantum signum Ionæ datum. Reliqua illis non petentibus data. Hæc duæ expositiones bonæ sunt præsertim secunda. Sed omnino totum sensum Christi comprehendunt. videtur enim hic dici signum Ionæ non hoc modo tantum, sed alio item. Neque hæc sunt solæ vel præcipuæ causæ, cur hoc signum illis se daturum Dominus perpetuò dixerit, sicut paullo post ostendam. Est igitur tertia expo-

Signum Iona
cur à
Christo pro-
positum.

A fitio quam Maldon. sequitur vers. trigesimo nono Matth. quod loquatur Christus non de signo ad persuadendum, sed ad condemnandum. sumitur autem hic ambiguum nomen signi. negat enim in posterum dandum illis signum, id est, miraculum quale petebant scilicet ad persuadendum. affirmat verò signum alterius generis, id est, argumentum condemnationis datum iri. hoc autem est signum Ionæ, quod ipse sit Iudæis quod Ionas Ninivitis, & tamen Ninivite gentem idololatram & barbaram ad Deum Ionas conuertit homo cum esset, at vos inquit Iudæi tot visis, tot etiam auditis à me, etiam Deo, deteriores estis effecti. Et hoc est quod subdit, viri Ninivite, &cæt. Sed etiam hæc expositio, licet acuta, non mihi videtur rectè in hunc locum quadrare, præsertim consideranti versic. vigesimum sextum, & 27.

B Quare, ut meam aperiam sententiam illud in primis affirmo, ex Luca hic versic. vigesimo sexto, haberi posse: rationem huius signi, quod hic promittitur, in eo positam esse, quod sicut Ionas fuit signum Ninivitis (ipsum enim Ionam signum dicit) quod esset à Deo missus, ita erit & filius hominis signum huic generationi quod fuerit à Deo missus. Declarat autem Matthæus hic vers. vigesimo septimo, quomodo Ionas fuerit signum Ninivitis, nempe quod fuerit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, & deinde viuus redditus. quod factum fuit, ut Ninivite hoc miraculo, ceu signo quodam clarè cognoscerent Ionam à Deo missum ad poenitentiam prædicandam: Et quia hoc eodem miraculo Christi resurrectio adumbrata fuit; sicut ut bifariam Ionas significauerit Christi resurrectionem, & suo facto, per hoc quod tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti; & quatenus per hoc idem factum admirandum planè, Ionas ipse fuit signum datum Ninivitis ad persuadendum quod esset à Deo missus; immò hoc secundo modo dicitur hic Ionas signum propriè, licet dum hoc modo est signum Ninivitis datum, fuerit interim consequenter figura resurrectionis Christi, nimirum suo illo mirabili facto representante Christi resurrectionem, & mortem.

C Ut verò declarem quomodo hic accipiatur signum, seu quid significet; affirmo secundò signum hic significare miraculum factum, vel datum à Deo ad persuadendum, quod est contra tertiam expositionem, vide num. 68. licet non negem id quod rectè illa eadem expositio continet, condemnationem & euersionem Iudæorum, fuisse etiam rationem vnam inter alias cur Christus hoc potius exemplum usurparit, ut superius dictum est in secunda expositione numero 63. Huc enim etiam, tacitè saltem, spectasse Christum non inficior, ut vel sequens vers. 18. non obscure significat: *virum Ninivite, &c.* Dicitur verò hoc signum Ionæ, id est, patens factum in Ionæ facto cum tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti. vel tale signum, quale fuit illud Ionæ: similitudo autem consistit in duobus; & in facto ipso seu miraculo, nam etiam Christus tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde terræ, & secundo quia hoc ipsum erat euidentius signum Iudæis ipsum à Patre missum.

D Affirmo tertio hunc esse sensum Christi; Non aliud miraculum illis petentibus se esse daturum, nisi miraculum simile Ionæ miraculo, quod signum fuit Ninivitis, seu per quod Ionas fuit signum Ninivitis: Nam sicut per hoc quod in profundis aquarum & ventre ceti latuit Ionas, & iterum restitutus fuit signum Ninivitis ipsum à Deo missum, quod quidem illi crediderunt;

65.

ita

ita filij hominis per triduum sepultura intra cor terræ, & inde facta resurrectio, seu (quod idem est) ipsemet filius hominis per sepulturam & resurrectionem erit tale signum Iudæis, quod fuerit à Deo missus; id quod ostendo ex verbis Lucæ: dicit enim: *nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis, cum scilicet tribus diebus, ut v. 27. habes, intra Oceani concava & ceti viscera latuit; ita erit signum filij hominis in corde terra tribus diebus & tribus noctibus existens, & inde per resurrectionem exurgens, sic enim ostendet se non obscuris indicijs à Deo missum esse. unde simul constat futurum signum persuasionis.*

66. Suprà dictis porro rationibus quibus superius numero 63. ostensum est, cur Christus hoc signum semper illis inculcarit, hæc etiam alia addi potest, quod tacite Christus hoc signo commemorato indicare voluit, quod sicut Niniuitæ post egressum Ionæ in Deum crediderunt & meliora cogitarunt, ita futurum, ut postquam ipse rediuius ad nos redierit, aliqui ex Iudæis credituri essent, quasi dicat, qui modo tot factis signis me non recepistis, post resurrectionis signum plures credetis, quod significatum est Ioan. 8. *cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.*

Potest item hoc resurrectionis signum dici de celo, ut etiam numero sexagesimo significauimus, quia per illud cælestis gloria Christi apparuit, atque adeo, quale petebant habuerunt. unde constat iterum signum hoc ad persuadendum dici, & esse, licet per illud condemnatio Iudæorum quoque insinuetur. Porro quomodo Ionas Christo similis fuerit, lege apud August. epist. quadragesimona, quæst. 6.

67. *17. In corde terra*] id est, in medio, seu intra. Scriptura sepulturam nominat inferiora terræ, Psalm. sexagesimo secundo, vers. decimo, *introbunt in inferiora terra tradentur manus gladij, partes vulpium erunt*, id est, occidentur, vel gladijs confossi, vel bestiarum dentibus dilacerati, & tandem sepulturæ tradentur. Paulus item ad Ephes. 4. 9. idem nomen usurpauit: *descendit, ait, primum in inferiores partes terra*; quod alij de descensu ad inferos, alij de sepulcro accipiunt. aliqui etiam de vtero intemeratæ virginis. idemque nomen tribuit scriptura vtero materno, Psalm. 138. 15. *non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terra*, id est, in matris aluo, en qualiter eodem cum sepulcro nomine vterus maternus donatur. vbi obseruabis verbum *faciendi*, nam ex Hebr. significat opificium elegans & subtile. quasi dicat, remotis arbitris me fecisti, & quasi acu pinxisti.

Ob eandem similitudinem ventris & sepulcri Ionas secundo, ver. tertio, ventrem ceti inferno vel sepulcro comparauit: *de ventre*, inquit, *inferi clamaui*, id est, de ventre, qui est velut inferni locus, & sepulchrum; quem loquendi modum hic usurpauit Dominus, dum dixit: *sicut fuit Ionas in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terra*, quasi dicat, in inferioribus terræ, in visceribus, denique in sepulcro; quamuis aliqui, etiam limbum intelligant per cor terræ, sed satius est vtrumque connectere: nam quoad animam fuit in limbo, quoad corpus fuit in sepulcro. Ob eandem connexionem ventris & sepulchri, seu inferni, Prouerb. trigésimo, vers. decimo, *sepulcro æquæ ac vuluæ, seu matrici tribuitur insaturabilitas: tria sunt insaturabilia inferni, & os vuluæ, & terra que non satiatur aqua.* Quibus constat sepulcrum, atque maternum vterum re, & nomine similia esse in Scripturis. Hinc Iob. ca-

A pite primo, versic. duodecimo, *nudus*, inquit, *egressus sum de vtero matris mee, & nudus reuertar illuc.* ut & Ecclesiast. quadragesimo, ver. primo dictum est; *iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepultura in matrem omnium*: quasi dicat, de ventre matris, quæ vnumquemque genuit, in ventrem matris communis omnium: est enim sepultura quasi terræ vterus, & viscera; unde postea ad mulierem alteram vitam enascitur homo. Terra enim quasi parens cadauer excipit velut mortuum semen intra viscera, ut viuum reddat in resurrectione, & quasi nouum foetum in generatione excludat, ut eleganter Gregor. Nyssen. orat. de dormientibus ludit. Hæc raptim ex Pine. cap. primo, in Iobum, ver. 21. nu. 4. & quinto, rectè igitur Christus Dominus ventrem ceti, id est, eius viscera tanquã alterum sepulcrum connexuit cum corde, id est, visceribus terræ.

B Ex his constat illud verbum, *signum*, dum dicitur à Luca ut hic legis versic. 26. *sicut fuit Ionas* (liberatus nempe de ventre Ceti) *signum Niniuitis*, & c. vocari *signum*, id est, miraculum quidem, sed ad significandum, & persuadendum datum Niniuitis, quod à Deo, scilicet, missus esset Ionas. vide num. 65. liberatus enim post tres dies è ventre ceti, id Niniuitis aperuit. quomodo verò tribus diebus, & tribus noctibus fuerit Christus in sepulchro in postremum huius operis librum reijcimus auspice Christo ac eius Matre. Interim ne locus hic sine interpretatione maneat, verissimam Augustin. sententiam hic adscribam ex lib. 1. qq. Euang. cap. septimo. *Sexta*, inquit, *feria diei partem, qua sepultus est cum praterita nocte, pro nocte, & die accipias, hoc est, pro toto die; sabbati noctem diem; & noctem dominicam cum eodem die ilucescente: ac per hoc accipiendo partem pro toto, habes triduum, & tres noctes.* quod enim dicuntur decem menses pręnantis, nouem sunt pleni: sed initium decimi pro toto accipitur. & quod se Dominus ostendit in monte, post sex dies factum dicit vnus Evangelista, alter verò post octo dies dicit: *partem posteriorem primi diei, in quo futurum hoc Dominus promisit, & partem priorem nouissimi diei, in quo completum est quod promisit pro toto, atque integris diebus annumerans: ut intelligas eum qui dixit, post sex dies, solos medios commemorasse, qui verè toti, atq. integri completi sunt. in Genesi enim à lumine incipit dies, & finit ad tenebras, ad significandum lapsum hominis. Nunc autem à tenebris ad lucem, sicut dictum est, de tenebris lucem clarescere; quia à peccatis homo liberatus peruenit ad lumen iustitiæ.*

Cur verò Christus, se *filium hominis* vocet consule Card. Toler. tom. 1. in Ioan. cap. 3. annot. 19. & Maldo. Matt. 8. v. 20.

D 28. A. *Viri Niniuita*] vbi se Ionæ, & Iudæos cum Niniuitis comparasset; ostendit non eundem sequiturum fructum in Iudæis ex sua prædicatione, qualis sequutus fuit in Niniuitis per Ionæ prædicationem, vbi obseruanda est differentia inter Iudæos, & Niniuitas, Ionam & Christum, ut vel hinc appareat quanta sit Iudæorum obstinatio, & incredulitas. latet enim hic antithesis. Niniuitæ siquidem erant barbari, & gentiles, Iudæi diuinis enutriti Scripturis, illi à Iona ferè illud audierunt; *adhuc quadraginta dies* & c. statimque crediderunt, isti variam à Christo ac profundam accepere doctrinam, nec credidere tamen; Iam verò Ionas seruus tantum erat, Christus, Dominus; ille è cete egressus, iste ab inferis; inuitus ille prædicauit, hic spontè; erat ille peregrinus, iste cognatus secundum carnem; euerfionem ille prædixit, hic regni cælorum prædicauit aduentum;

fecit

Mat. 17
Mar. 9
Luc. 9.

69.

Differentia
inter Niniuitas & Iudæos.

fecit ille signum nullum, innumera hic, & admiranda; de illo vaticinatus est nullus, de isto Prophetæ. Rectè ergò dicitur esse *plusquam Iona b' ic*, id est, hoc loco; & vero iure etiam, ac merito dicuntur Niniuitæ generationem illorum condemnaturi. *viri Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista & cõdemnabunt eam.* quod intelligendum est de iudicio comparationis, nimirum, quia suis factis & exemplo declarabunt iustam esse Iudæorum condemnationem, nisi ma-uis id intelligere, quia accusaturi dicuntur, vt mox dicam.

70.

Surgent in iudicio] id est, in die iudicij. Non quidem, inquit Maldonatus, Matth. 12. 41. ad iudicandum; neque enim est iudicis confurgere, sed sedere: hinc illud, *sedebitis super sedes duodecim, & cæt.* surgent potius ad accusandum. Accusatoris enim est surgere, eodemque modo, vt paulò antè insinuauit intelligi potest illud, *& cõdemnabunt eam*, quæ omnia non verbis, sed exemplo facient, quia cum Ionæ ipsi crediderint, Iudæi Christo non crediderunt. Itaque non verè surgent, sed vt cæteri stabunt in iudicio; loquitur tamen Christus accommodatè ad consuetudinem fori. Hæc quidem benè ac verè dicuntur, & acutè etiam, sed parum mihi differre videntur illi, qui exponunt, surgent ad iudicandum, comparationis scilicet iudicio, vt paulò etiam superiùs interpretati fuimus numero 69. posset & hoc intelligi vt illum locum intelleximus, *ided ipsi iudices vestri erunt*, id est, id, quod ipsi agunt, iudicabit vos: ita hic, quod isti egerunt, iudicabit & tondemnabit vos. vide superiùs numero 26. in ver. 10. & inferiùs numero 71. vix tamen differunt hæ expositiones. loco surgent Græcè, est apud Matth. & Lucam, *ἐπι-στυνται, resurgent*, quasi dicat, excitabuntur in iudicio, quomodo non multum ad rem facere videtur (si de vltima resurrectione, seu excitatione mortuorum exponas tò surgent) mortuorum exponas quòd ex Mald. nunc adnotauimus.

Cum generatione ista] contra hoc hominum genus.

71.

29. *Regina Austri*] Matth. cap. 12. horum duorum exemplorum meminit, vt & Lucas, sed non eodem ordine, prius enim meminit Niniuitarum. Et quidem is videtur fuisse ordo Christi, nam rectius quadrat cum præcedentibus. Lucas rem ipsam respexit: Ait ergo Christus, Regina Austri in die iudicij condemnabit istos, hoc est, factò suo reos homines hos ostendet, vt superiùs numero vigesimosexto: Notat Gagnæ. Gr. haberi *ἡ βασιλισσὴ*, & non est intelligendum, quod sententiam ipsa iudicij, & condemnationis ferat, *condemnare enim & obiurgare*, sicut & Græca *καταγγέλλει*, & *ἐπιτιμᾷ* apud probatos auctores non modo iudicij sententiam ferte significat, sed & re ipsa condemnationis, & obiurgationis reos ostendere. Sic Plin. in epist. nam mala emptio semper ingrata, eo quod exprobare stultitiam Domino videtur. Sic Cicero ad Quintum Fratrem, de sumptuosis ædificijs, quanquam ea villa, quæ nunc est, tanquam philolophia videtur esse, quæ obiurgat cæterarum villarum insaniam. sic condemnare Cicero in Pisonem vsurpat, dicens: *quid enim refert, an conscientia tuorum scelerum oppressus, nihil ad senatum ausus sis scribere, an amici tui tabulas abdididerint, ydemque silentio suo temeritatem, atque audaciam tuam condemnarint*, id est, hoc factò reum te ostenderint temeritatis, sic paulò antè Matth. de Niniuitis *ἡ βασιλισσὴ ἰσραὴλ*, id est, condemnabunt eam. & paulò superiùs, *ided inquit, ipsi vestri iudices erunt*, id est, per ea quæ sapienter, ac mode-

A

stè egerunt condemnationis vos reos arguent. sic sapienter, & eruditè Gagnæ. quæ non differunt ab ijs quæ notauimus versu. præcedenti num. septuagesimo.

B

Iterum, vt intelligas, quæ nam fuerit hæc austri Regina, aduerte, duos esse celebriores in scriptura Saba, præter eum Seba qui fuit Abrahæ nepos ex Cethura, Genes. 25. 3. quorum primus fuit filius Chus, & is Hebr. scribitur per *Sameth*, quod est, S. exile, & dicitur *Ceba*, vel *Zeba*. Alter scribitur per *scin*, seu *sin Seba*, seu *Scheba* & fuit filius Regma, qui & ipse fuit filius eiusdem Chus, Gen. 10. 7. vterque originem dedit & nomen Sabæis felicem Arabiam incolentibus, quæ inter Arabicum, & Persicum Sinum iacet. vnde fit, vt fuerint Sabæi duplices, licèt contigui, vt patet ex Psalm. 71. *Reges Arabum, & Saba*. Hebræ. *reges Seba per sin, & Ceba per Samech*, vt denotetur vtraque gens Sabæorum, tam ex Chus, quam ex Regma originem ducens. Genebrar. Psal. 71. vult significari Arabes Sabæos per duo nomina, ita vt *Saba* explicet generalius nomen Arabum, quasi dicat, Arabum Sabæorum. illud namque discrimen non est perpetuum: ea enim nomina seu nominum litteræ permutabiles sunt, & *Ceba* etiam vocatur Arabia omnis: & secundum alios *Ceba* Africanam Aethiopiam significat; nunquam tamen *Seba*, vel *Sebaim*, seu *Saba per sin*, alij quàm Arabiæ tribuitur. Docet hæc Pine. lib. 5. de reb. Salom. cap. decimoquarto, numer. decimosextimo, & vigesimosexto. & posteri quidem Regma ad sinum Persicum, posteri autem Chus ad sinum Arabicum magis vergebant.

C

Porro Cebæi, & Sabæi per *Samech*, & *Sin*, id est, qui ex Regma seu posteriori Saba, & qui ex primo fuere, propter thura apud omnes gentes celeberrimi sub vno Arabum nomine. de his Iob. cap. primo, loquitur. porro Sabæorum thuriferam fuisse regionem perspicere etiam licet ex cap. sexto Hierem. & Isaïæ sexagesimo, quod & Plin. significat libro sexto, cap. vigesimo octauo. *Sabæi*, inquit, *Arabum populi propter thura clarissimi ad vtraque maria porrectis gentibus habitant*. Intelligitur id de mari Persico & Arabico seu rubro, confundunt sanè profani scriptores geminos, quos dixi, Sabæos, ignoratione linguæ Hebr. itaque non mirum, si Plinius de vtrisque loquatur tanquam de vno gente, quamuis thurifera regio, propriè & maximè, sit ea pars quæ ad Arabicum sinum vergit, de quibus Poëta: *molles sua thura Sabæi*. Præter hos fuere tertij Sabæi item Asiatici, de quibus Perer. tom. 3. in Gen. disp. 3. num. 25. qui vocari possunt *Indi*, qui vel ex illo Abrahæ nepote originem sumpserunt, vel colonia fuerunt istorum Arabicorum Sabæorum, vt placet Stukio, de quibus fortè Hierony. est intelligendus dum ait Isaï. 60. in illa, *Madian & Ephas* Sabæos esse trans Arabiam. & Ioelis 3. super id, *Sabæis genti longinquæ*, inquit; Sabæos esse trans Indiam; additque licèt quidam Sabæos Arabes suspicentur. de quo tamen loco Hieronym. vide Pined. lib. 5. de reb. Salomonis cap. 14. nu. 23. Præter hos triplices Asiaticos Sabæos, sunt alij Africani ex Aethiopia Africana, vnde quidam putant venisse reginam hanc Sabam, sed non esse id verosimile pluribus Pineda noster ostendit loc. cit. sec. 6. dixi ex Aethiopia Africana quia duplex est Aethiopia, altera Orientalis, altera Occidentalis, de qua distinctione Pere in c. 2. Exod. disp. 13. nu. 73. & tom. 2. in Gen. lib. 15. disp. 1. nu. 33. Prima propinqua est Aegypto, & rubrum Mare versus porrecta, quæ posterioribus temporibus dicta est *Arabia*, hebraicè, *Chus*, quod nomen LXX. & noster Interpretes ferè *Aethiopiam*, & Chusym Aethiopes

72.
Duo Saba in script.

interpretati sunt, pro quo alij vfitatiore vocabulo Arabiam, & Arabes verterunt; eamq; coluere olim Ismahelitæ, Madianitæ, Amalachtæ &c. hinc Sephora Madianitis, appellata est *Aethiopiſſa*, seu *Arabiffa*. Secunda verò *Aethiopia* occidentalis longè remota est ab *Agypto*, & *Palæſtina* ad Torridam zonam pertinens, de qua fortè loquitur Scriptura Ierem. 13. 23. & 46. ver. 9. & 2. Paral. 12. 13. & Psalm. 73. 14. alioqui de Orientali, vt plurimum est fermo in Scripturis cum *Aethiopes* nominant. sunt autem inter *Agyptum* & sinum *Arabicum*; & hoc nomine Arabum intelligere possumus Psalm. 71. ita vt comprehendantur sub felice Arabia. Per *Saba* verò eos Arabas qui vergunt ad sinum *Perficum*. Isai. 18. v. 1. Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina chus, latinus etiam & 70. *Aethiopiæ* loquitur de Alexandria, vel *Agypto*, quæ est trans ostia Nili, quæ vocat flumina.

73.
Regina Saba
vnde vene-
rit ad Salo-
monem.

Huius ergò Sabæ gentis, quæ ad Arabicum præsertim Sinum vergit, & non *Aethiopiæ* Africanæ reginam fuisse, quæ ad Salomonem magna pompa venit. 3. Reg. 10. 2. Paralip. 9. non est dubitandum, cum in Scriptura appelletur *Regina Seba*, per *Sin*, & inditium huius faciat copia aromatum, & aurum quæ ad Salomonem detulit, & quoniam hæc Sabæ regio respectu Iudææ Australis est, & ad Meridiem spectans ex Herodoto l. 8. (Strabo ad Orientem & meridiem porrectâ scribit) & ab ipsa Iudæa longo terrarum spatio distans, propterea vocatur *Regina Austri*, & venisse à finibus terræ dicitur, id est, à longinquis regionibus; namque Iohel c. 3. 8. etiam huiusmodi Sabæos, vocat gentem longinquam.

74.

Demirorigitur, qui venerit in mentem Iosepho lib. 8. antiquitat. cap. 6. eam reginam facere *Agypti* & *Aethiopiæ*, quam etiam sententiam sequuti videntur complures alij, inter quos est Cardinal. Toletus adnotat. 74. in Luc. 11. Maldon. Matth. 12. vers. 42. & Ianfen. cap. 49. concor. sed mihi placet magis sententia Vgubini, & Martini Delrio in Genes. c. 10. vers. 7. & Benedic. Perer. li. 15. in Genes. Num. 52. Pineda loc. cit. à quo citatur, & Hierony. Ioel. 3. Emmanuel in hunc locum Matth. 12. in addit. n. 134. sub lit. bb. sic scribit: *ex Aethiopia erat, vbi imperabat, & in Agypto, dicitur & Saba Regina. Erat aut regio in Meroe insula intra Nilum, præerant femina, qua candaces dicebantur, vt Reges Agypti aliquando Pharaones, aliquando Ptolemæi. ita quidam hunc locum edisserunt; sed nos aliter sentimus, scilicet Arabia fuisse Reginam. Iosephus quidem libro octauo antiquarum lectionum, capite sexto, eam Reginam dicit Aethiopiæ & Agypti, sed ego magis Scripturæ credo, quæ tertio Regum decimo Arabia Reginam dicit, scilicet salcis, quæ est inter Perficum sinum & Arabicum ad Oceanum, eoq; ad Austrum dicitur respectu Iudææ.*

75.

Idem tamen tertio Regum capite decimo, versiculo primo, sic scribit. *Saba per Sin, ea est, quæ in Arabia, nam quæ in Aethiopia per Sin, vide Psalmum septuagesimum primum, vbi pro Arabum, & Saba Sceba, & Seba est Hebraicè.* Sic Emmanuel. Itaque vult hanc Reginam de Scheba in Arabiam venisse, de qua interpretatur locum tertij Regum decimo, primo. cum vetò a t, Seba esse *Aethiopiæ*, non probatur. Nam Benedictus Pererius, & Martinus Delrio locis citatis, & Sceba, & Seba, vtramque scilicet regionem indicat credibilius in eo loco Psalmi, esse in Arabia felice, quam in Æthiopia. & græci nominant. Nisi malis dicere vocem *Aethiopiæ* vel *Arabie* exteri, vel coarctari magis ab auctoribus, vt nunc etiam *Aethiopiæ* vocent Arrabas, Perficos, nunc verò Arrabas nominent: dummodo intelligas vtrosque Sabæos felicem Arabiam incolere.

A Ex Herodoto libro primo, colligit Moncoëus in sua quinta lucubratione in Cantica; *Nitocrin* appellatam fuisse hanc Reginam proprio nomine. At Iosephus libro octauo antiquitatum, capite sexto. *Nicaulem* dictam vult. Abissini autem ex Iohanne Bario. decadis tertie, libri quarti capite secundo, *Maquedam* vel *Makedam* vocatam affirmant. sed omnia incerta.

Quia venit à finibus terræ] latet in his inter Christum, & Salomonem, inter Iudæos, & Reginam Antithesis. Regina foemina Barbara, potentissima, à finibus terræ venit, vt audiret Sapientiam Salomonis hominis, mortalis sapientiam huiusmodi vtique, non item miracula. Iudæi, Pharisei, viri, doctores legis venientem ad se Dominum diuina referentem arcana, & miraedentem opera contemnunt. in textu Hebraico Matthæi, loco Austri habetur *Regina Theman*. significat autem idem, *Theman*, quod *dextrum*, idemque ipsum meridionale, seu mare, vt Psalm. octogesimo octauo habetur: *Aquilonem & mare tu creasti*, & Hieronymus proprie ex Hebr. *Aquilonem, & dextrum*, quare rectè ille:

Ignotum vobis Arabes vexistis in orbem
Vmbra mirati Nemorum non ire sinistras.

quia ad meridiem constituti sunt, & idè vmbra quæ nobis dextræ sunt, vt ait Soli. capite quadregesimo sexto. Arabibus sinistræ. in æstiuo enim solstitio in Arabia felice vmbra in sinistro cadunt, vt docet Martinus Delrio in senecæ Thyesten, actum quarto.

Dum verò Reginam Austri vocat, hoc est, quæ in meridionali plaga dominabatur respectu Iudææ, significatur eius Regine maiestas, & diuitiæ, & amplitudo nominis, dū nimis absolute Regina Austri vocatur, tanquā diues, & potens, & celebris, quod tamen non ita intelligas, quasi esset totius, vel maioris partis Australis Domina; sed quod in certa parte Austri, puta Arabia felice dominaretur. diuitem tamen, & celebrem regionem possidebat, quod & visum est Pinedæ libro quinto, de re. Sal. capite decimo quarto, Sectione tertia.

C Attulit duo hæc exempla Niniuitarum, & Regine Austri, tanquam maximè nota Iudæis, & quæ ad rem quam maximè facerent. Clemens Romanus epistola tertia istis ipsis duobus exemplis significata esse scribit duo Hebræorum genera, qui Christum non receperunt: quidam enim fuerunt, qui notitiam eius habentes non curarunt doctrinam audire, & hi significantur, condemnanturque exemplo Regine, quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Sic explicat hoc exemplum Basilii homil. in Psalmum septimum. Quidam alij ipsum audierunt quidem; ac non crederant, nec audita fecerunt, & hi per Niniuitas rectè indicantur, per quos, & condemnabuntur.

77.

D Et ecce plus quam Salomon hic] tam hic, quam versiculo vigesimo octauo, vbi dicitur: *plus quam Iona hic*; loco hic, habetur Græcè ἄλλο, id est, hoc loco, quasi dicat, ecce hoc loco inter vos est præstantior Salomone; de comparatione Christi cum Salomone in nomine, Sapientia, Potentia, templi exstructione, cultu atque splendore domus, & maiestatis regie. Pineda libro sexto, de rebus Salomonis capite decimosexto, plures citat autores, qui scribant.

Surget] Græcè ἐγερθήσεται, id est, excitabitur in iudicio, & condemnabit, &c.

Mythicè Ambros. in caput vndecimum Luc. de Regine huius aduentu loquens: in hoc quoque Iudæorū plebe damnata exprimitur, inquit, Ecclesiæ mysterium, quæ de Niniuitis per penitentiam, & in

78.

Austribes
inter Chri-
stum & Sa-
lomonem,
Iudæos &
Reginam
Saba.

78.

Regina Austri per studium percipienda sapientia de orbis finibus congregatur, vt pacifici Salomonis verba cognoscat; Regina plane cuius regnum est indiuisum de diuersis, & distantibus populis in vnum corpus asurgens. Gregor. item Nyssen. homil. 17. in Cantica, ait; vt illa Regina Aethiopia, & longè distans sic Ecclesia nigra in principio, & distans à Dei notitia; sed Christo offert postea pietatis aromata, aurum diuinæ notitiæ, & gemmas, id est, obedientiam præceptorum.

30. *Nemo lucernam accendat*] vbi prædicta, dixit Dominus, subiecit Lucas parabolam lucernæ, vt patet apud illum, cap. 11. versu. 33. vsque ad 37. exclusiue, quæ verè huc pertinent, quare & hic exponemus.

79. Connexio igitur horum cum superioribus hæc videtur. cõfutaerat Phariseos & Scribas calumniantes, ac eos qui signum de cælo quærebant, reprehendit; nunc verò significat à quo fonte hæc tam nefaria vitia deriuarentur, nempe quod eorum esset mens infidelitatis tenebris obducta, & prauis animi ægri tudinibus affecta. si enim obtinerent eam veritatis luce fulgentem, non vtique tam nefaria perpetrarent; id quod parabola domesticæ lucernæ explicat. *Nemo*, inquit, *accendit lucernam, & ponit in abscondito*, sed manifesto loco, vt omnibus ingredientibus lumen spargat, omnesque ingredientibus, & egredientibus, & opera quælibet exercètes illustratione sua dirigat: alioqui sine ea omnia peruersè ac malè fient. & hæc est vltimi propositio argumentationis, qua insinuat quod si haberent lucernam accensam, mentem dico sanam, veritate ac virtute ornatam, vtique omnia eorum externa opera, & sermones lucidi, & recti essent, essentque lucernæ instar accensæ, vt omnibus luceant. At non ita est, neque enim tales erant.

31. *Lucerna corporis tui*] applicat, quod de domestica lucerna dixerat oculo, atque adeò tacite ipsi menti nomine oculi aptè representatæ. Hoc verò etiam ait, in corporis lucerna, quæ est oculus, cernere est, atque adeò in mente hominis (nam sicut oculus qui est corporis lucerna, est directio corporis, ita intellectus qui est animæ lucerna, est animæ directio.) Nam si oculus corporeus fuerit ægrotus, & viciosus humoribus permixtus, malè dirigit corpus: si sanus, optime: hoc .n. est quod ait, *si nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit, & si simplex, totum corpus tuum lucidum erit*, nam omnia eius membra rectè operabuntur; subdit postea conclusionem, v. 32.

Vide ergò] quasi dicat, vide ne lumen quod in te est, id est, mens ad illuminandù data tenebræ sint, scilicet, ne in ea sint erroris, ignorantia, & infidelitatis tenebræ. Versu porro 33. prosequitur eandem conclusionem: quod si ait, animæ oculus sanus per fidem fuerit, quæ lux est animæ, ipsam optime dirigit: sicuti si ægrotus sit per infidelitatem, & hæresim, tota anima tenebrosa erit, iuxta illud Iacobi 2. *quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus*. Not. si autem, perinde valere, ac, quod si, vt Emman. notauit.

Ex his sit non esse primam sententiam separandam, à secunda, quasi sint duæ parabolæ diuersæ, sed dicendum cum Theophylacto & quod de lucerna domestica dicitur, & quod de oculo, id est, de lucerna corporis, intelligi de Phariseis; vt enim lucerna in domo, & lucerna corporis si accensa sit & simplex sine viciosorum humorum permixtione, omnia illuminat, quæ in domo, & quæ in corpore, nullamque tenebrarum partem omittit; sic qui mentem omninò lucidam habent. & hinc est vt Phariseorum omnia tene-

A bris oppleta sint, quòd fulgida mente careant ob infidelitatem excæcati.

Porro quoniam apud nos conclusio illa, *si ergò corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te*; videtur esse absurda, eo quòd idem inferatur ex se ipso: sciendum est, græca habere aliter vltimam illam partem scilicet *ὡς ὅτ' ἂν ἰλύξῃ τῆ ἀσπραῖ ἠερίσει*, id est, vt cum lucerna fulgore te illuminat, vt sit sensus, si corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, non aliter lucidum erit, quam cum lucerna fulgore te illuminat; ita vt inferatur modus, quo corpus erit lucidum. Proinde, inquit Iansen. videri potest interpretem pro, & sicut, vertisse; vt si cum, id est, non aliter lucidum erit, quam, &c. verum cum nostra lectio retineatur adhuc in correctis bibliis, non ausim quidquam mouere; etiam si concedendum esset Tautologiz quippiam.

B Emman. sic habet, versu. trigésimo sexto in Lucam, cap. vndecimo in notis: *erit lucidum totum*, pro, vt quod lucidum totum sit, quanquam cum Græ. in sequentibus ita habeatur. vt cum lucerna fulgore illuminat te; potest sensus esse: sic erit lucidum totum, vt est lucida domus accensa lucerna. dicitur *fulgoris*, id est, fulgens lucerna. *Corpus autem tuum* dicit, id est, actiones tuas.

Cæterum scire debes ter Dominum hanc sententiam, de lucerna siue domestica, siue corporis protulisse. Primùm cum discipulis in monte loqueretur, & est apud Matth. capit. sexto, & habes superius cap. 5. versu. 21. Deinde eadem repetita fuit discipulis post parabolæ illius expositionem, de semine in diuersas terræ partes iacta, quo intelligeremus Christum esse lucernam accensam, quæ omnibus in commune lucet, doctrinamque ipsius tradendam esse bonis, & malis; sic Marc. cap. 4. 21. & Lucas cap. 8. 17. vide cap. sequens. versu. vigésimotertio. Denique hoc loco assertur à Christo contra calumniatores, & signa petentes, quòd solus Lucas hic cap. vndecimo refert, quo significaretur pessima illa radix, vnde tam scelesti Phariseorum dicta, & facta manabant, ex vitiato siquidem mètis oculo illa probabant.

C 34. *Cum autem immundus spiritus*] Parabolam hanc de immundo spiritu Lucas recenset ante responsum Domini ad eos, qui petierunt signum, sicut & exclamationem mulieris quæ subiungitur. sed magis quadrare videtur, vt vtrumque sequatur reprehensionem, & confutationem aduersariorum: idèò Matthæi ordinem sequuti sumus. Rectè enim conuenit in vtrofque Christi calumniatores vtrumque horum. Quòd & confirmari potest; nam refert Dominus hæc non ad quosuis homines. sed ad populum Iudæorum; vt patet ex eo quòd Matth. subiecit: *sic erit, & generationi pessima*. vnde etiam constat hunc sermonem parabolam esse, vel exemplum.

Videtur sanè Dominus vsus hoc exemplo, quia ex facto miraculo liberati Dæmoniacy Pharisei ansam arripuerant Christum calumniandi, vicissim ergò Christus ex eodè facto occasionem sumpsit, & arguendi Phariseos, & ostendendi ipsos potius spiritu immundo agi, qui dixerant eum habere spiritum immundum.

Verum Christi mens præcipua ea est, vt per hoc doceat peiores esse Iudæos, quàm si nunquam Dei legem, & cognitionem accepissent. Cum enim per legem Diabolus quodammodo ab illis eiectus esset, quia edocti per legem sunt Deo vni ac vero, non idolis, non Diabolo seruire, contempra

80.

Vide Aug. lib. 1. qq. c. 8.

81.

Iudæorum insignis malitia.

Dei gratia digni facti sunt, vt septem, id est, plurimi in eos pro vno immundo Spiritu spiritus ingrederentur. sic Maldon. sequutus Hilarium Hieronymum. & Be. hinc videtur Christus tacite reddere rationem cur Pharisæi non crederent, sed blasphemarent, quod septem scilicet Dæmonibus, id est, in reprobum sensum ob contemptam Dei gratiam traditi essent.

Obseruandum loqui hic Christum ad literam quasi de homine, qui propter peccatum aliquod traditus erat Dæmonio corporaliter vexandus, vt Saul, 1. Reg. 16. & ille fornicarius, 1. Corinth. sic autem loquitur, quasi iste homo eiecto semel Dæmonio Dei virtute, iterum propter ingratitude, & negligentiam illi traditus esset. De hoc ergo spiritu hæc dicit: *cum immundus spiritus* (dicitur autem *immundus* ob peccatum quo infectus est, & ad quod homines trahere conatur) *exierit* id est, eiectus & expulsus Dei virtute fuerit, vt notat Euthy. non quod sponte sua exierit, (sicut etiam Matth. 17. Luc. 8. dicuntur Dæmonia exisse) *exierit*, inquam, de homine aliquo, quem ob peccatum Deo permittente prius inuaserat, & c.

Ambulat per loca inaquosa] Matth. etiam addit *arida*; sed græcè est eadem vox apud Lucam, & Matth. 1. loca aquis carentia. Sunt sanè hæc loca solitaria & deserta ab hominum commercio separata; nam vbi aqua non est, ibi homines non habitant. Hierony. solitudines interpretatur. Itaque vbi homines non sunt, qui semper hominibus incredibili nocendi studio ardet quiescere nequit, & ided cum opportunius sibi domicilium non reperiat (nam peruersissimum quemque lubens inhabitat) assumptis secum alijs multis dæmonijs domum priorem repetit, vt postea subiicit Dominus.

Interim obserua quod in hæc loca solitaria solent hi, qui virtute diuina dæmones expellunt, eos abigere, vt nec hominibus, nec eorum rebus nocere valeant: sic legimus Tob. 8. Angelum ligasse Dæmonium in deserto superioris Aegypti, qui locus est tropicòs possit videri positus pro loco alio incultissimo, & remotissimo, sicut dici solet *super Garamantas & Indos, vel vltra Gades*: proprie tamen sumenda sunt hæc Scripturæ verba: superior enim Aegyptus, est Australior Aegypti pars, quod ex ea delabatur Nilus, & montib' magis abundet. Dictam volunt olim *Thebaidem*, nunc *Sahid*, vel *Sahit*, vt mauult Aithonus cap. 54. & in Turcico Pandecte Leunclauus cap. 212. Erat autem hæc pars vasta, horrida, squalida, omninò inuia, & plena serpentium, venenatorumque animalium. Huiusmodi loca indicauit etiam Dominus hic, hoc est similis qualitatibus. solent enim exorcistæ, vel in inum inferorum barathrum, vel in tesqua, & horridas solitudines, Dæmonia, quibus egressum imperant, ablegare, vt Leones, Pardos, tygrides, procul à nobis in saltus, & speluncas amandauit Deus; sic & dæmonum multitudinem maximam, salutis nostræ causa in arenas, & damnata quædam sola eiecit. quo factum, vt de S. Antonio, Macario, alijsque veteribus heremorum sanctissimis incolis grauissimè quererentur Dæmones, quod in sua homines isti loca inuaderent, in eaque Christi Iesu crucem & cultum inferrent. Lege Athanasium in vita Antonij. Pallad. cap. 20 Cassianum colla. 7. c. 23. Quo detestabilior Beza in Matth. cap. 12. 43. calumnia est scribentis: quantum in incultis, & squalidis locis valeant fantannicæ præstigiæ, docent mala per heremitas, & monachos iam pridem in Ecclesiam inuecta, hæreticis scilicet mala, non Christum amantibus. hæc ferè carptim ex quæstiuncula 9. Serarij in cap. 8. Tob.

82. Loca solitaria dæmonibus congrua.

Superior Aegyptus que & vbi.

A *Quærens requiem & non inuenit*] In desertis dicitur non inuenire requiem, quia studium eius est ardens, & inflammatum desiderium hominibus nocere: vbi igitur non inuenit cui noceat, requiem non habet; non quod requiem vquam Dæmon verè habeat qui pœnis æternis cruciatur, sed quod requies eorum sit maioris cuiusdam cruciatus, & tormenti priuatio: sicut inuidus requiem dicitur habere in malo proximi, quando non torquetur bono illius: sic Dæmones bonis hominum affliguntur, eorumque prosperis euentibus; cum autem damnum inferunt eo tormento carent, atque ita requiem dicuntur habere. Cum ergo dæmon caret requie, desiderio ardet nocendi, reuertendique ad hominem, quem prius vexabat, & hoc est quod dicit, *reuertar in domum meam vnde exiui*: non quod sit in manu eius edire, sed quod tentet & conetur, & Deo sæpè permittente efficiat. Potius autem ad eundem reuertit optat hominem. quia expertus est iam se præualuisse in eum, & sperat denuò posse quod prius poterat.

Notat idem Maldon. v. 43. in Matth. 12. Diabolum in his qui boni aliquando fuerunt, & mali sunt, libentius, & quodammodo commodius habitare, quia domus ornata, id est, mysteriorum cognitio, ex cultum scientia diuinarum rerum ingenium, & si qua sunt eiusmodi, quæ Deo parata fuerant, illi seruiunt.

B *Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornata*] significant hæc prauam in eo dispositionem, à quo dæmonium expulsus prius fuerat: propter quam permittente Deo iterum reuertitur cum alijs multo pluribus dæmonibus, ita vt in peiorem euadat homo ille otio, & negligentia deditus. sic sunt posteriora hominis illius peiora prioribus. Experimur hoc quotidie. Nulli peiores sunt hæretici, quàm qui Monachi apostata; nulli peiores Catholici, quàm qui cum aliquando religiosissimi fuissent non benè tenuerunt, quod habebant. Hinc verè August. epistol. 137. non vidisse se, inquit, meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt, neque peiores quàm qui à monasterijs defecerunt. Accommodat hac Maldo. illud Psalm. 77. 57. *conuersi sunt in arcum prauum*, id est, in modum arcus duri, & manus non obedientis, qui si fortè retendatur, aut vi, & impetu suo rumpitur, aut in peiorem formam, quàm in qua antequam tenderetur erat, certè reuertitur. Dicitur domus vacare, quando non est qui habitat in ea. sic homo cum Deo priuatur. Dicitur *scopis mundata*, quando caret sordibus, quæ solent homines auertere, vel auocare, ne in eam ingrediantur. munda enim domus ad habitandum quodammodo inuitat. Sic per tropum dicitur homo scopis mundatus in malam partem, quando caret virtutibus: nam harum priuatio dæmones ad habitandum inuitat. Dicitur *ornata domus*, cum aulæis instruitur; ita homo dicitur ornatus ratione dæmonum, cum prauis habitibus, & consuetudinibus vitiorum plenus est, ipsique inhæret, ob hanc causam permittit Deus, vt in hominem sic prauè affectum iterum reuertatur Dæmon, & quidem non solus: vnde accidit, vt peior ille fiat. Possimus etiam per ornamenta domus intelligere, mysteriorum cognitionem, ex cultum item scientia diuinarum rerum ingenium, & si qua sunt eiusmodi, quæ Deo parata fuerant & dæmoni postea seruiunt: vt paulò ante innuere visum.

C *36. Sic erit generationi huic pessima*] applicatur hoc exemplum toti populo, & nationi incredulæ Iudæorum, non vni, aut alteri Iudæo, vt notat Hieronym. & liquet ex his verbis: *sic erit gene*

83. Cur dæmones in desertis non inueniant requiem.

84.

Prædispositio hominis preparat locum diabolo.

85. *gatur sta-
m Iudae-
um.*

rationali pessima. Pessimam vocat ob multa peccata, perfidiam, & obstinationem.

Vt ergo accommodemus exemplum ad Iudaeorum gentem, distinguere oportet quatuor status Iudaeorum. Primus est quando spiritualiter à Dæmone possidebantur ante vocationem & legem, ac fidem susceptam, nondum separati ab idololatrijs, sed cum eis viuentes. Sic Chrysostronus homilia quadragesimaquarta in Matthæum, hunc statum explicat. Secundus post vocationem ad fidem veram Dei & legem postea susceptam, in quo à Dæmone liberatus est populus per fidem, cultum, & legem Dei, de quo statu Hilar. can. 12. in Matthæum. Tertius, quando legis obseruantia neglecta non audiuit voces Prophetarum, & Christum venientem spreuit, & occidit, eiusque insuper prædicatores persecutus est, in quo statu, vt exponit Gregor. homilia nona in Ezechielem, factus est populus iste domus vacans, quia desijt esse populus Dei, iuxta illud Daniel. 9. *non erit populus eius, qui cum negaturus est,* & iuxta illud Osæ primo: *vos non populus meus.* Templum etiam vacabat, vt dixit Hieronymus, quia iam Christum hospitem non habebat, & quia Angelorum custodia antiqua populus erat destitutus, idèd etiam velut domus vacua factus est.

Ad hæc eodem tempore Iudæi domus scopis mandata dici poterant: quia sine Fide, Spe, & Charitate, & sine cæteris remansere virtutibus, vt Gregorius loco citato interpretatur. Dicuntur denique ijdem domus ornata ex Hieronym. Propter superfluas legis obseruationes, & Phariseorum traditiones, quæ iam non superflue modò, sed etiam perniciosæ sunt, per quas etiam nunc Iudæi Dæmoni feruiunt.

Huic statui successit vltimus, nimirum post promulgatam Christi legem, cum iam rursus perfidi Iudæi à primo illo Dæmone accitis præterea septem alijs Dæmonijs, id est, plenitudine vitiorum, vt ait Hieronymus, inhabitantur. Vt verisimè de hoc statu dicatur: *erunt nouissima hominũ illius peiora prioribus.* Videlicet huc hominem pertrahit, socordia, & in Deum ingratitude. quomodo verò Iudæi peiores in hoc vltimo statu fuerint, quàm in primo, disputat Toletus an. 61. in Luc. c. 11.

Verùm antequam hinc discedamus illud ad informandos mores hominum accommodatum, ex Gagnæo annotare non grauabor; *de quouis homine, inquit, intelligi (& hoc) potest à quo Dei virtute, & superueniente gratia eiectus Damon, ac per deserti loca vagabundus, & requiem quarens, nec inueniens, proponit in priorem domum reuerti: quam cum vacantem & ornatam inuenerit, rursus ingreditur. Bene autem dicitur, quod in desertis penitentia locũ, id est, penitentie tactũ animũ, vbi molliciei nihil est, sed aspera prorsus vita requiem Damon non inuenit. quandiu enim solitaria, vt passer, peccata sua plangit anima, nulla illic ei mora esse potest. si autem eam inuenerit vacantem, bonisq; destitutam operibus, ornatamq; ac scopis mundatam, id est, delicijs deditam; & eò cum deterioribus se septem ingressus fuerit, peius illa multò habebit, quàm antea.* Sic Gagnæ.

37. C. *Extollens vocem, quaedam mulier de turba*] Interl. magna fiducia inter blasphemos confiteri Dei Filium. mulier hæc de media turba vocem extulit, magnum declarans affectum, & fidem: altè enim vt obseruauit Euthym. in eius animum Christi sermo descenderat.

Dum autem quandam mulierem dicit præterito nomine, ignotam, atque obscuram fuisse insinuat. Cum verò de media turba clamasse scribit, plebeiam etiam significat, quippè quæ in me-

A dia fuerit turba. *Magna, inquit Beda, deuotionis, & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Phariseis Dominum tentantibus, simul, & blasphemantibus tanta eius incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & presentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam.*

Lyranus ait fuisse Marcellam D. Marthæ famulam. Borcar. prima parte capite secundo, quinquagesimoquinto, quinto: *Ante Tyri, ait, ianuam ad ortum sitam iactu duarum sagittarum inter spaciosas arenas ostenditur Christi prædicationis locus, vbi mulier exclamauit, Beatus venter, &c.* lege Adrichomium in Thea. terræ sanctæ in tribu Aser. num. octogesimoquinto. Hinc infert Barrad. libro opètauo, capite vigesimo, Dæmoniacum hunc propè Tyrum à Dæmone liberatum fuisse, ibique Phariseos à Christo Domino reprehensos esse. Sed non mihi videtur id consentaneum Diuo Marco: nam ex eo colligimus totam hanc historiam accidisse, cum esset domi Christus, & quidem Capharnai. inde enim nondum egressum dixit Marcus. Deindè domus absolutè prolata, innuit consuetam esse domum. Vide superius numerum primum, & tertium.

B *Beatus venter*] Augustinus tract. decimo in Iohannem non vnus mulieris, sed multorum vocem hanc esse affirmat, dicit enim cum Dominus in turba admirabilis videretur faciens signa, & prodigia, & ostendens quid lateret in carne, admiratæ quædam animæ dixerunt, *foelix venter qui te portauit.* Quod intelligendum putat Cardinalis Toletus adnotatione sexagesimatertia, non quod plures exclamarint, sed quod voci mulieris consenserint. Est autem hic Synecdoche, qua pars pro toto ponitur. Cum enim matrem Christi beatam dicere vellet præsertim per *ventrem*, & *vbera* descripsit, quæ generando, alendoque Christo maxime seruiant.

C Quo ostendit, beatam se appellare non per se ipsam, sed quod Christũ genuisset, aluissetque, non quod maius aliquid de Christi matre, vel cognouisset, vel iudicasset, sed omnem eius foelicitatem idèd ad ventrem, vberaque retulit, quasi tam foelix, tam sancta etiam futura non fuisset, nisi peperisset Christum, hoc est, Deus non tantum illi impertisset gratiæ, nisi Christi dignam matrem efficere voluisset. Absolutè ergò Christi mater, vt sic, beata dicenda est, quia matris Dei nomen præclaras eas virtutes inuoluit, quæ ad matris dignitatem faciunt, quas non habuisset, nisi ad eam fuisset dignitatem euecta.

Quid? quod & hæc mulier hac commendatione matris ob Filium beatæ, aliquid etiam homine maius in Christo confessa est, ob quod dicendam matrem eius & nutricem beatam censuit. Neque illud prætermittendum Spiritum sanctum, his huius mulieris verbis, & veram Christi humanitatem, & vnus parentis singularitatem asseruere voluisse: neque enim virum laudat, sed matrem, cuius sunt *venter* qui portauit, & *vbera*.

D Postremo refutantur hinc hæretici, qui vel tantum hominem Christum asserturi erant, vel negaturi ipsum verum fuisse hominem, aut ex carne Virginis non sibi ipsum sumpsisse carnem suam. si enim, inquit Beda, caro Verbi Dei à carne Virginis matris pronuntatur extranea, sine causa venter, qui eum portasset, & vbera quæ lactassent, beatificantur. Qua verò consequentia eius lacte credatur nutritus esse, cuius semine negatur conceptus, cum ex vnus & eiusdem fontis origine, secundum Physicos vterque liquor manare perhibeatur.

De vberibus & ventre Beatissimæ semper Virginis lege Blasium Vegam in caput duodecimum.

88.

89.

90. *Maria mater Christi beata.*

91.

92.

96. *Genam
et mulier.*

Apocalyp. sect. 12. Barrad. tom. 2. lib. 8. cap. 10. Ex quo hæc paucis: Infans planè qui vterum non commentari, in quo verbum caro factum. Est hic Dei thalamus Psal. 18. *ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*; est hortus semper conclusus, Caniticor. 4. Fons bonorum omnium Dei sigillo signatus Canticor. quarto: Mons terram, cælumque altitudine superans, ex quo sine manibus lapis ille abscissus est qui contriuit statuam, Daniel. secundo; templum est Salomonis virginitatis auro irradians, tertio Reg. sexto; eburneus Dei thronus integerrimè puritatis ebore admirandus, 3. Reg. 10. paradifus voluptatis Gen. 2. hortus amantissimus, qui vitæ lignum protulit secundo Adamo præparatus; vna est cælestis, ac suavi manna repleta ad Hebr. 9. liber est candidissimus in quo descripta est æterni Patris sapientia; propositionis mensa, in qua cælestis ille panis est propositus; est nostræ redemptio thesaurus; veri Salomonis ferculum; Aureum reclinatorium Cantic. 3. Velus Gedeonis cælesti perfusum rore, Iudic. 6. hic est ille vterus de quo Cant. 7. 2. scriptum legimus, *venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs*. lilia puritatem indicant, aceruus tritici conceptum innuit, in quo nos omnes quodammodo concipimur, vt filij eiusdem matris merito quoque dicamur tanquam in Christo contenti. hinc fit, vt horreũ sicut tritici, ita & gratiæ appellari possit, Mariæ venter. De quo multo ante etiam Hierem. 31. prædixerat: *nouum creauit Dominus super terram, mulier circumdabit virum*. sed receptui canamus, neque enim esset finis si tam vasto nos oceano committere vellemus.

39.
Caluini re-
futatur.

38. *Quin immò beat!* Gr. ἡ ἀγαθή καὶ ἡ ἀγαθή certè, immò, potius. Non igitur negat Christus matrem suam beatam propter eam fuisse, vt nefariè pessimus Calvinus in absõna illa harmonia sentit: nec omnino verum, quod Erasmus adnot. in Lucam scribit; vocem græcam neq; affirmare, neque negare quod dictum sit. Dicimus enim affirmare potius quod dictum sit; qui enim dicit immò, affirmat bonum esse quod dictum est, licet maius sit quod est dicendum, vt si quis dicat: bona sunt verba pia, si subdam, immò potius opera. Non nego bona esse verba pia, immò racitè affirmo. Quod & Chrysof. confirmat, dum ait, non est responsum repudiantis matrem, sed ostendentis, quod nihil ei partus profuisset, nisi fidelis extitisset. Clarius Beda in Luc. Dei genitrix, inquit, inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra temporalis, sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amandi custos æterna. August. item lib. de S. Virginitate c. 3. *beatior, ait, fuit Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi*. & ibidem: *materna propinquitas nihil Maria profuisset, nisi felicius Christum corde, quam carne gestasset*. & cap. 5. *faciens voluntatè Christi Maria corporaliter Christi tantum mater est, spiritualiter autem Soror & Mater*; & tract. 10. in Ioã. sic exponit hæc verba Christi, *Mater mea, quam appellatis felicem, inde felice quia verbũ Dei custodiuit, non quia in illa verbũ caro factum est & habitauit in nobis; sed quia custodit ipsum verbum Dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est*. Absolutè tamen, vt superius dixi, B. Virgo, quia Mater, beata dicenda est. *ecce enim*, inquit, *ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Matris enim nomen immensas bonitatis, & sapientiæ Dei diuitias claudit, vt meritò Damascenus oratione prima, de dormitione Deiparæ, vocet Virginis conceptum omnium Virginis bonorum initium, & fontem. Illud tamen cum Patribus concedendum est, quod neque ipsa beata fuisset, quamuis corpore Christum genuisset, nisi verbũ Dei audisset, & custodisset, vt apud

A D. Thom. Chrysof. docet, ad quod tamen eo ipso quod in matrem electa est, prædestinata fuit.

Et custodiunt illud] audire & non custodire maiorem potius condemnatione, quam gloria affert, indicat autem, dum ait, *audiunt, & custodiunt*, perseuerantiam necessariam esse; & interim Iudæos percellit, vt notat Beda qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.

Sanè idcirco commendat Dominus verbi auditores, & custodes, ne matris affectu humano moueri crederetur; itemque prædicationis, verbi que Dei fructum commendare, ministerium que suum, cui instabat, voluit. Postremò quod ad mysticum sensum pertinet, obserua ex Interl. mulierè hanc figuram esse Ecclesiæ, quæ in medio gentium constititur creatorem.

B 39. *Adhuc eo loquente*] Lucas hanc historiam longè antè præmisit, c. 8. verè tamen post narrata à Matt. immediatè ponendam esse liquet ex Marc. & Matth. qui ambo eam superioribus subnectunt. Idemque indicant verba Matth. *adhuc eo loquente ad turbas*, quare rectè notauit August. lib. 2. de consens. cap. 46. non tenuisse Lucam rei gestæ ordinè, sed præoccupatione vsu, atque ante recordatum narrasse, quam nec satis aptè hic scripsisset, quod similem sententiam Domini commemorasset, qua beatificauit eos qui audiunt, & custodiunt verbum Dei, sicut Matt. & Marc. subticuerunt historiam mulieris de turba exclamantis, quod similem contineret sententiam Domini cum ea quam hic referunt.

Fratres] id est, consobrini, propinqui, cognati eius ratione Ioseph, qui putabatur pater Christi, atque ad eò hi potius putabantur consanguinei eius, quales erat Iacobus minor, Iose vel Ioseph, Iudas, & Simon Matth. 13. 55. filij fuere sororis B. Mariæ Virg. dicebatur hæc Maria Cleopha, non quidem filia, sed vxor. Cleophas dictus quoque est Alphæus, frater fuit Ioseph sponsi B. Virg. hæc Maria à Ioanne, soror Matris Domini vocatur, ca. 19. 25. Eandem verò Matt. c. 27. 16. & Marc. 11. 40. Mariam Iacobi, & Iose Matrem vocant. lege quæ inferius annotamus cap. 16. ver. 9. & superius lib. 2. c. 6. ver. 11.

C *Stabant foris*] non præ arrogantia, quod non dignarentur domum ingredi, & verbum Dei cum alijs audire; sed ex Luc. quia nõ poterant adire eum præ turba. Hilar. can. 12. in Matth. dicit, significari aliquid mysticè per hoc quod mater & fratres foris stant. *est autem*, inquit, *in eo typica ratio seruata, vt mater eius & frater foris starent, cum vtiq; ingrediendi ad eum haberet, vt ceteri, potestatem. sed quia in sua venit, & sui eum nõ receperunt in matre eius, & fratribus Synagoga, & Israelita præfigurantur, ingressu eius, atque aditu abstinentes*.

D Sed hic quæri solet, cur eò venerint, & quidem non opportuno tempore, Christo adhuc loquente vt inquit Matt. cur nõ dubitarunt eum concionatè euocare etiã misso nuntio ex Mar. c. 33. videntur idem Mar. assignare causam, v. 21. *dicebant enim quoniam in furorem versus est*, qua de re dictum superius v. 2. n. 8. 9. verosimile esse, eos nõ ex animo id dixisse, sed vt eo prætextu de manibus aduersariorum liberarent: odorati enim fuerant, vt videtur, quod quidam perdere cogitarent Christum ex Matt. c. 12. 14. Ided ergò venerant, ided eius matrem, quò plus eum mouerent, adduxerant, ided quodam modo interpellant, ne periculum sit in mora. vel si, quòd probabilius esse diximus, verè ipsum insanire putarunt quidam ex suis, quamuis id de Beatissima virgine Maria nullo modo dici queat, tunc cum alijs respondendum est, non eo tamen animo fratres eius venisse eò, Chri-

94

95.
Fratres
Christi qui

96.

97.

Cognati
Christi ex
consangu.

Itaque

stumque per internuntium euocasse foras, quia concionem impedire vellent, quasi Christo, aut turbæ inuiderent; sed quod nouerant iam diu protulisse sermonem, ita ut satis intelligere potuerint eum esse valde defessum, nec dimitti à turbis, ut cū discipulis comederet. id enim sæpè euenisse ex Marc. c. 6. conijcere licet: nec ipsum per se esse rediturum, præsertim eo furore corréptum, ut arbitrabantur.

Mater etiam libenter venit, ne quid filio mali crearetur, & ut ad capiendū cibum euocaret. Quod verò nõ sit ingressa modestæ tribuendum. Noluit enim per se inturbare sermonem, nec matrem se ostentare, & pro auctoritate euocare filium, sed expectabat e foris. At cæteri cognati conscia fortasse matre miserunt, qui diceret illi data occasione, vel inter concionandum, vel statim à concione à matre vocari: id enim Marcus significat. Ostendit item Lucas, quod præ turba mater non posset adire filium, ut v. 39. Marc. etiam ait, ut hic v. 40. *Sedebat circa eum turba.* Hoc igitur animo euocasse credendum est, nec vitio dandum id, sed magnæ potius charitatis.

Quare excelsit sanè, Chryf. to. 2 ho 45. in Matt. & 46. dum factum hoc matris, & cognatorum ambitioni tribuit, & tom. 3. super Matth. capite vigesimoprimum, vide Diuum Thomam 3. part. quæst. 27. a. 4. ad. 3. Grauius etiam errauit auctor Imperf. dum scribit Christi matrem & cognatos à Dæmone impulsos, ut hoc tempore Christum adirent. Tertul. quoq; l. 4. con. Marcio. & l. de carne Christi quædam habet non satis consideratè dicta cognatos hos Domini, quæ quatenus contra matrem Domini sunt, essent nunc contra fidem ex Trident. n. sess. 6. can. 23.

41. *Dixit autem ei quidam*] sic Matt. Luc. vero nunciatum est illi. Mar. rem magis explicàs dixit, Matrem & fratres misisse ad eum quosdam vocantes, dixisseq; *ecce mater tua, & fratres tui foris querunt te.* Itaque Matth. utitur numero singulari, pro plurali. Nisi velis dicere plures missos, sed vnum loquutum, & quia plurium nomine loquutus est dixit Mar. quosdam dixisse. Quod autem Matt. dixit superius. v. 37. *querentes loqui ei;* dicit Luc. hic *volentes te videre,* quia vtrumq; cognati Christi dixerunt. Falso ergo scribit Auctor Imperf. hunc nuncium motum à Diabolo fuisse, qui Christum à prædicatione impedire voluit. Hieron. Matt. 12. etiam insidiosè putat, non simplici animo hoc Christo dixisse, ut videret, an præferret carnem spiritali operi. Non est verosimile, arbitror simplici animo nuntiasse.

Sed cur aliquis eorum non est ingressus, qui nunciaret? Respondeo ne mater sola, aut fere sola relinqueretur, præsertim si duo tantum cū illa vererant, & quia nõ tam facilè erat illis ingredi per se, quàm per alios id significare, qui viciniore Christo erant, saltem, ut hi alijs significarent, & iterum alij alijs vicinioribus adhuc Christo.

42. *Qua est mater mea*] non dicit *non est mater mea, non sunt fratres mei;* sed *qua est mater mea* & c. cū tamen Euangelista dixerit, *venerunt ad eum mater eius, & fratres,* neq; etiam hæc sunt verba reprehendentis, ut putauit Tertul. l. de carne Christi & Chryf. h. 45 in Matth. Dicta ergo sunt ut ostenderet Christus se in opere quod faciebat, nimirum in habendis concionibus non pendere à carne, & sanguine, ut Lu. 2. dixerat; *in his qua Patris mei sunt oportet me esse.* Præsertim quia patabant, qui hæc nuntiauerant, ipsum non aliam habere generationem, quàm carnis, sic Aug. ep. 28. Deindè significare voluit ex Ambr. quæ sunt spiritus præferenda corpori: Et exemplo docere voluit, id quod docturus erat, qui reliquerit patrem, & matrem & c. De-

niq; ex Hil. Ambr. Hiero. Chryf. significat præferri debere spiritus cognatione, per fidem, & charitatem, cognationi carnis. Et præstantius esse cõiungi Christo Fide, & Charitate, quàm sola carne.

Quare Sapienter Iustinus qq. gent. ref. 1. 6. scripsit his verbis: Christum non negasse, aut contempnissse matrè; sed docuisse, non tam illà beatà fuisse, quia mater fuit secundum carnem, quàm quod fide, & gratia fuerit illi cõiuncta. Quod & illis expressit: quin imò beati qui audiunt & c. Bifariam ergo mater Christi fuisse ostenditur.

44. *Quicumque enim fecerit voluntatem*] Vide admirandam obedientiæ dignitatem: ipsa sororè, ipsa fratrem, denique ipsa matrem Christi facit.

Ipsè meus frater] Greg. ho. 3. in Euang. scribit, fideles dici Christi fratres credendo, & obsequendo, quia filij adoptionis Patris æterni sunt, cuius ipse est natura filius. sic 10. 20. *Vade ad fratres meos, & dic eis ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Sorores autem dicuntur, propter sexuum distinctionem: ut enim viri fratres, sic femine sorores ob eandem causam dicuntur: qui verò Christi soror, & frater est credendo, efficitur mater prædicando, quasi enim parit Dominum, qui eum cordi audientis infundit. Vel aliter; omnes iusti licet alios non conuertant dici possunt matres Christi, quia quando quispiam vna fide in se recipit Christum, dicitur Christus in eo spiritaliter nasci. Sic August. l. de S. Virginitate c. 5. hoc loco consolatur Virgines, quia & ipsæ matres Christi dici possunt. Iuxta verò Greg. doctrinam, nemo dicitur Pater Christi quia virtus effectiua, per quam in corde fidelium nascitur Christus non est ab ipsis, sed à Deo ipso. Alij magis inhærentes literæ aiunt, Patris non factam mentionem, quia Patrem Christus non habebat. reliquorum item cognatorum non meminisse Christum, quia magis à nobis remoti sunt: Porrò matris, fratrum, sororum, propinquissima est cognatio.

THEORIA I.

De Beelzebub vocabulo.

TRADUNT Aliqui vocabulū hoc, quod attinet ad primam partè, deductum esse à Belo, patre Nini regis Assyriorum, à cuius imagine facta à filio, ortum creditur habuisse idololatria: ac proindè arbitrantur quidam omnia idola ab illo Belo nomen sortita esse, licet pro regionum varietate nomen illud quædamtenus immutatum sit. Babylonij enim Bel dicebant, alij Beel, alij Baal. Hanc sententiam sequutus esse videtur Pere: l. 16. in Dan. in c. 14. in ea verba: *erat quoque idolum apud Babylonios, & cæter.*

Cæterum non videtur Beelzebub, ab hoc Belo dictum: Nomen vnum est & purè Hebræū, quod pro punctorum diuersitate, ut ait Ianfenunc Beel, nunc Baal, quæ vera est lectio, scribitur; & propriè significat maritum, vel dominū, ideoque Dij gentium hoc nomine sunt appellati, quod Domini haberentur, adiunguntur huic nomini varia pro diuersitate idolorum; quæ colebantur à varijs gentibus; Baalphegor, vel Beelphegor Deus Moabitarum, qui etiam in Num. dicitur Baal absolute; sic Baalberith Iudicum nono, quadragesimosexto, Beelzebub Deus Accaronitarum quarto Reg. primo, secundo, licet hoc nomè rectè tribuatur principi Dæmoniorum. Vndè Hierony. ait: Iudæi

98. Et mater, qua etiam laudatur.

99. Errores quorundam circa hoc factum.

Beda hom. feria 4. post ianua. Gregor. ho. 3. in Euang.

100.

101.

102.

103.

Fideles Christi fratres.

Virgines matres Christi.

i. Beelzebub reuè diffin.

2.

principem Dæmoniorum ex spurcissimi animalis appellabant vocabulo, quod musca dicitur propter immunditiam, quæ exterminat suauitatem olei (idem enim significat *Beelzebub*, quod Deus muscæ, aut Deus muscarum) & simul in odium Accaronitarum.

3.
Accaronita
vum Dem.

(Fuit Accaron vna de præcipuis prouincijs Philistinorum, quarum Domini vocantur *Regali*, Iosue decimotertio,) hi *Beelzebub* maximè colebant, vt principem, summumque Deorum omnium. vnde in detestationem gentis, Hebræi principem Dæmonum vocabant *Beelzebub* nomine idoli Accaronitarum. Neque enim à Iudæis tale nomen illi idolo Accaronitarum contemptus causa tribuebatur, sed ab ipsismet Ethnicis sic vocabatur, vt haberi potest ex quarto Regum primo, ver. secundo, vbi dicit Ochozias nuntijs: *ite consulite Beelzebub Deum Accaron*. Non ergo contemptus causa sic est vocatum à Iudæis.

4.

Sunt qui dicant multi, sic dictum hoc idolum ab Ethnicis, quia propter victimarum sanguinem quo erat aspersum perpetuè muscis plenum erat; vel quia, vt alij malunt, aduersus muscarum pestem potissimum inuocabatur, sicut de Myagro etiam refert Plin. lib. 10. cap. 28. vbi inquit; *inuocant & Aegyptij Ibes suas contra Serpentium aduentum, & Elai Myiagron Deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente, qua protinus intereunt, ea qualitatum est, de.*

Hinc igitur factum, vt horrore & abominationis causa, & in odium item Accaronitarum Diabolus à Iudæis *Beelzebub*, appellaretur, sicut infernum *Gehennam* dicebant, à loco vbi infantes idolis immolabantur.

5.
Eius vox
conuenit
Diabolo, &
car.

Et quidem rectè ea vox Dæmoni competit immundo & importuno. sicut enim musca fordida & importuna bestiola, quod viribus non potest, pertinacia tamen, & importuna, atque infesta impudentia euincere conatur, & omnibus locis nobis incommoda est, sæpè repulsa, redit sæpè, & ab vno loco fugata, incerto itinere in eundem locum incidit; non aliter infestissimus, & sordidissimus Dæmon instat, & iterat tentationes, vt importunitate, & infestatione obtineat, quod viribus non potest; scit namque asiduitatem tentationum multum valere ad labefactandam viri fortissimi constantiam, victus Adam importunitate Euz sæpius ingerentis pomi dulcedinem, victus Sampson Dalidæ importunitate Iudic. 14. vide de hac re Grego. explicantem id cap. 14. Iob. 19. *mons cadens defluit, & alluione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes?* de duarum etiam tentationum generibus differit lib. 12. cap. 13.

6.

Obseruandum quoque *Baal* absolutè positum in Scripturis interdum Deum Tyriorum & Sidoniorum significare, vt cum in 3. & 4. li. Reg. fit mentio de *Baal*, quem colebat Acab, in gratiam vxoris Iezabel, filiz regis Sidoniorum.

A

THEORIA II.

De *Satana* & *Diaboli* voce: In versum octauum: *Si Satanas Satanam eijcit.*

VT de *Beelzebub* nomine à nobis dictum est, ita nunc breuiter de *Satana* dicendum; quod ex Pineda cap. primo Iob. versic. sexto, numer. octauo, quædam afferentes paucis efficiemus. Porro dicitur *Satanas*, à verbo *Satan*, quod idem est ac declinare, seu diuertere, vt vult Oleaster in id Genes. 26. appellauit eum inimicitias.

Sed alijs ea deductio non placet, potius enim *Satha* est diuertere, aut declinare, quàm *Satan*; licet Irenæ. lib. 5. aduer. hære. cap. 21. dicat, *Satan* hebr. Apostatam significare; idemque habet Iust. in Dial. cõtra Tryphonem, *Satan*, inquit, Iudæorum, Syrorumque lingua desertorem significat. Additque; hæc vox *Nas*, quod interpretatur *Serpens*, hebræis idem, quod *Satan* valet: ita ex vtroque vnum vocabulum componitur, *Satanas*: sed constat *Satanas* secundum terminationem & inflexionem græcam vel latinam dici, hebr. enim *Satan* nominatur, quo etiam indeclinabiliter vtitur Tertull. lib. 3. aduer. Mar. c. 20.

Igitur verius cum cæteris dicendum *Satan* verbum idem significare quod odio habere, inimicum esse, aduersari, detrahare alicui malitiosè propter odium, & inimicitiam, & vt simul hæc omnia complectamur significat obfistere alicui hostili animo: hæc enim est propria, & germana huius verbi significatio. & aduersari & repugnare idè est, rectè Hieron. dixit germanam significationem huius verbi esse, aduersandi, & D. Basil. quod Deus non est auctor malorum: *Satanas*, inquit, quod bono aduersetur appellatur: id enim significat vox hebr. sic Cyrill. Hierosol. catech. 2.

Ex hac deductione rectè intelligentur loca quædam Scripturæ, vt Zachariæ 3. 1. *Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei*: alludit enim ad verbum *Satan*, quod est aduersari, vel certè per coniugata loquitur, quasi dicat aduersarius, vt aduersaretur, Matth. item 16. Petro mortem dissuadenti dictum, *vade post me Satana*, id est, ne obfistas, ne impediās, veluti meæ crucis inimicus. Hinc Genes. 26. 21. cum pastores Geraræ exhauriendis puteis repugnarent hostili animo pastoribus Isaac, *risati sunt, appellauitq; (Isaac) eum (puteum)* inquit Scriptura, *inimicitias*, id est, resistētiam, & oppugnationem inimicam, tertio item Regum quinto, versic. quarto, *non est Satan, neque occurfus malus*, id est, non est qui rebellet, repugnet, obfistat, non est qui se mihi opponat, aut malum obijciat: se enim Salomoni spontè subijciebant vicini omnes amici, Numeror. vigesimosecundo, versicul. 32. *ego veni, vt aduersarer tibi*, id est, vt impedirem iter tuum; dum verò subditur, *nisi asina recessisset de via domus locum resistenti, ne occidisset*, explicatur idem esse aduersari, quod hostiliter resistere. Genes. 27. dicitur Dauid filijs Saruiz repugnantibus, & aduersantibus voluntati, & animo miti...

1.

*Satanas vna
de diis.*

2.

3.

4.

David erga Semei: *quid mihi & vobis filij Sarnia? cur effcimini mihi hodie in Satan?* primo Esdræ quarto, quarto. *Factum est vt populus terra impediret manus populi Iuda*, id est, vt aduersaretur, vt patet ex consequentibus: *In regno Assueri in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iuda*. Hebraicè sitnah, id est, aduersationem animo inimico, & calumniatorio.

Itaque impedire manus idem videtur cum illo, Zachariæ tertio, primo, *Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei*, idem enim est, ac rerum optimarum conatibus obsistere. Cum verò primæ Pe. quinto, octauo, & primæ ad Timothæum primo vigesimo, Dæmon appellatur aduersarius alludi videtur ad nomen Satanæ. Ergò quod hic dicitur, *Si Satanas Satanam eiecit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo & cætera*, idem erit, ac; Si Satanas sibi ipsi aduersatur, & repugnat suismet conatibus, seque ipsum oppugnat, vt fit cum regnum in se ipsum diuisum est: quomodo regnum eius stabit?

Postremò aduertendum est verti Satanam à Septuaginta Diabolum (quod etiam notat Iansenius capite decimo quinto concord. & quinquagesimo nono,) Zachar. tertio, primo, Psalmo nonagesimo nono, & Iobi capite primo, sexto, quæ duo nomina sibi respondere Apocalypf. duodecimo, nono, indicatur: *proiectus est draco ille magnus, serpens, antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas*. Sanè diaboli nomen græcum est, à διαβόλλω, licet Isidorus Hebræum putarit. significat ergò diabolus criminatorem, mendacem, calumniatorem, sic Apocal. duodecimo, decimo, *Proiectus est accusator fratrum suorum, qui accusat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte*. Tertullianus libr. secundo aduersus Marcionem capite decimo, & libro quinto, capite decimo octauo, delatorem interpretatur, quod idem est. Licet autem aduersarius, & calumniator, vel criminator diuersæ sint significationis, ad eandem tamen reuocari possunt; nam apud Latinos dicitur aduersarius non tantum is, qui quoquo modo aduersatur & repugnat; verum etiam qui in iudicio aduersus nos contendit, vel litem intendit, & nostræ causæ contradicit iuxta illud Matth. 5. 26. *esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & cætera*. Lucæ duodecimo, quinquagesimo octauo. Est autem eadè significationis, & vis calumniatoris, diaboli, & malitiosi criminatorem cum voce aduersarij hoc modo sumpta. quare illud quod est aduersarij Septuaginta dixerunt detrahare alicui quasi apud iudicem Psal. 108. 4. *pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi*. Hieronymus, *aduersabantur mihi, & iterum: hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum*. Hieronymus, *qui aduersantur mihi à Domino*, id est, qui calumnijs, & mendacijs in iudicio prolatis meam innocentiam obscurare conantur.

Propterea & Iudas Diabolus dicitur, Ioann. 6. 70. qui & pijs operibus repugnabat, id est, aduersabatur, & calumniabatur, atque accusabat Christi Domini facta & Apostolorum, & qui illos delaturus erat apud Principes Iudæo-

rum, vel potius verosimilius est Dominum, qui Heb. hoc dixit, pro diabolo Satan dixisse, ac pro eo nomine Ioannè vertisse diaboli nomen imitatum 70. qui semper pro Satana Diabolus vertunt, eò quòd nò absimilis sint significationis. estque credibile Dominum non vocasse Iudam Diabolum, seu Satanam, eo modo, quo Petrum Satan postea nominauit, sed eo modo, quo hæc nomina Diabolo tribuuntur, quasi diaboli ministrum, vt Cyril. dicit, vel nomine cap. membrum appellando, vt Greg. 13. mor. 17. ac si dicas hominem Satanicum, & diabolicum, sic Iansen. cap. cit. 59. concord. sub finem. Vide inferius c. 21. in Schol. n. 63.

Ex his liquet, Dæmonem non tam viribus ad nocendum, quàm malitia, & mendacio ac calliditate valere, nobisque non tam aduersari viribus, quàm calumnijs, & criminationibus falsis, præsertim in eo, vt notat Basil. hom. *quod Deus non est auctor malorum*, quoniam idem & in peccato nobis cooperatur, & accusator noster est: & veri quidem peccati, falsus tamen criminatorem, & malitiosus accusator est: in quem illud quadrat, quod quidam sapienter in Ioab suadentem necem Absalon intulit: *nequaquam mitterem manum meam in filium regis: sed & si fecissem contra animam meam audaciter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso*. 2. Reg. 11. 12. 13. Hactenus de nomine Beelzebub, Satana, & Diaboli.

THEORIA III.

C In vers. 12. de modo quo alligatur Dæmon, & Victoria Christi contra Luciferum.

TOBIAE 8. Matth. 12. Mar. 3. Apocal. 20. Ligatos esse Dæmones cernimus, vel etiam apprehensos, & quomodo fiat hic inuestigare volumus, quam rem eleganter declarat noster Serarius c. 7. Tob. quæstiuncula 6. 7. & 8. In primis apud Tob. apprehensus Asmodæus à Raphaelè dicitur, non quidem manibus, neque enim nisi in ascitio corpore id fieri potuisset, igitur virtute, & imperio suo eum apprehendit; quemadmodum & Angelus habens clauem abyssi apprehendit draconem serpente antiquum Apocal. 20. quamuis apud Tob. è Chaldæo latinus textus apprehensionem istam memorat, pro qua in Græco, & Heb. est; Asmodæum, postquam fumos illos odoratus est, fugisse in Aegypti finem & loca editissima.

Cæterum bifariam ligari possunt Dæmones; primò corporaliter, si quæ ipsi corpora sibi adiunxissent. quando enim illa retinent, tandiu per ea vincti esse possunt. Deindè & spiritualiter, idque primò quando non sinunt illi agere, quod vellent teste Augustino lib. vigesimo, ciuit. septimo, & octauo. Gregorio secundo, moral. capite vndecimo, & sequent. lib. 4. c. 11. Andrea epist. in Apocalyp. 20. Cassia. colla. 7. c. 23. Sera. Tob. 8. quæst. 7. (quo pertinere videntur hi duo modi alij, sci. vel quando imminuit eorum virtus, non quod virtus verè imminuatur, sed quod hominibus à Deo dona maiora tribuantur, quibus validius resistent. Vel quando victi non audent, nec interdum

permit-

Diabolus
quid significet.

6.

Diabolus
quid significet.

1.
Dæmones
quomodo ligati.

2.

permittuntur redire ad eum à quo victi, depulsi que sunt) secundò quando certo cuiquam loco affiguntur, vt illinc sese commouere non possint; quam alligationem ita dæmonibus ingratam, ita acerbam censuere Theologorum aliqui 4. sent. d. 44. & 50. vt Dæmonum in ea gehennam, ignem, infernumque collocent. Immò, & in ipsa tantummodo alligationis huius prænotione. Vide Diuum Thomam prima parte, quæstione 64. art. 4. ad tertium. libro quarto, contra Gentes cap. 90. Abul. 25. Matth. 9. 506. Caiet. in opus orat. 5. de qua opinione vide Suar. tom. 4. de pœnitent. d. 46. section. 2. Vasquez 1. p. in q. 64. D. Thom. a. 4. disp. 1143. vtroque modo spiritualiter alligatus fuit Asmodæus à S. Raphael, nam neque vllas amplius molestias creare sinebatur Saræ & eius sponso, ac parentibus. & certa ei solitudinum pars, quam non egrederetur designata.

3. Quod si sciscitari pergas quomodo vtraque hæc spiritualis colligatio fiat. Respondeo bifariam: primùm quidem, si diuinus ille concursus, quo ad motionem res omnes indigent, subtrahatur Dei voluntate. Sic Gregorius significat libro secundo moral. capite decimotertio, à facie Domini, inquit, exijt (Satan) quia diu vinculis disciplina religata quandoq; voluntas noxia ad opus processit. Cùm enim id quod voluit, implere non valuit, quasi ante faciem Domini stetit: quia illum ab effectu malitia superna dispensatio coarctauit. Deindè per imperium id accidit fieri si Dæmoni ab eo, qui in eum ius & potestatem habet, imperatur ne hoc vel illud agat, vt hoc vel illo loco sese contineat, vt huic, vel illi operi inferuiat. Sunt autem, qui ius & potestatem huiusmodi habent, vel Deus, vel creatura, & hæc, vel spiritus est, vel homo, spiritus vel bonus, vt Apocal. 20. 2. vel malus, qui huius, cui imperare vult, Princeps est.

4. Porro homo, vel à Deo, vel à bono spiritu imperandi, cogendique vim eam accepit, vel ab Dæmonum principum aliquo. Prius illud fit, vel gratia edendorum miraculorum, aut ordinario quodam officio, cuiusmodi in exorcistis nostris cernitur. Posterius verò, vt à Dæmonum principum aliquo hæc ligandi Dæmones potestas habeatur, fit nefaria quaedam cum illo conuentione, & societate, quam mortalium infelicitissimi magi coire solent, sicque Dæmones in annulo includere, certisque operibus & locis addicere (quamquam diximus etiam nos in Scholijs numero vigesimo primo, id etiam facere Dæmones, vt inuiti à magis eijci videantur per simulationem quandam, quo illis auctoritatem concilient) lege de his Franciscum Victoriam relectione de magia.

5. Diuus Hieronymus scribit, puellam quandam dæmoniacam perductam à parentibus ad Hilarionis monasterium fuisse & seni traditam, vlulante statim, & consistente Dæmone: vim sustinui, inuitus abductus sum. quàm benè Memphi somnijs homines deludebam? ô cruce, ô tormenta, quæ patior. exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. non exeo nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex: grandis ait, fortitudo tua, qui licio, & lamina strictus teneris. Lege item

A D. Augustinum de Diuinatione Dæmonum capite septimo, Epiphanium hæ. 30. Palladium .c. 20.

Andreas Apocaly. vigesimo, secundo, vbi Angelus, & serpentem antiquum in abyfso ligaret, habebat catenam magnam in manu sua; catenam, inquit, ad nostram intelligentiam vocauit operationem, quæ fatanæ malitiam coercet.

Adijcit Sera. loco citato, quæstiuncula octaua injici hæc vincula, vel solo spiritali illo modo, de quo numero tertio; vel præterea symbolis quibusdam quæ sub sensum cadant, adhibitis, cuiusmodi sunt res, aut verba sacra, cuius rei egregium exemplum est apud Cæsarium libro quinto, cap. decimotertio; retulit, ait, mihi Gerard. Pleisensis; mulierè obsessam, multis benè notam, Sygeberg venisse gratia curationis: quæ cùm in oratorio Sancti Michaelis Archangeli de diuersis interrogaretur, & incideret mentio de Lucifero apud inferos ligato, respondit per os eius Diabolus; stulti quibus catenis putatis ligatum magistrum meum in inferno? ferreis? nequaquam. tria verba posita sunt in silentio Missæ, quibus ligatus est. requirentibus quibusdam ex fratribus quæ sunt illa verba? dicere voluit, vel potius ausa non fuit, sed ait: afferte mihi librum, & ego vobis ostendam illa: allatus est ei liber missalis, & clausus porrectus, quem illa aperiens, primo ictu canonem inuenit, & digitum ponens super illum locum: Per Ipsum, & cum Ipso, & in Ipso. in quibus memoria fit summæ Trinitatis, ait: ecce ista sunt tria illa verba, quibus ligatus est magister meus: per Patrem enim, & cum Filio, & in Spiritu sancto, quorum opera indiuisa sunt: fortis ille ligatus est, & vasa eius direpta.

8. Ex his duo inferuntur, vnum dæmonum ipforum vilissimam sortem, & imbecillitatem, talis enim est, vt ab hominibus detineantur, qua de re multa habes in vita D. Antonij, in quodam eius sermone de ea re. Verùm obijcit Diuus Augustinus sermone centesimo nonagesimo septimo de tempore: Si alligatus Diabolus est, quare tantum adhuc præualet? Respondet, verum est fratres carissimi, quia multum præualet: sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. alligatus est enim tanquam innexus catenis canis: & neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte fratres quàm stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest; sollicitare potest; mordere omninò non potest, nisi volentem: non enim cogendo, sed suadendo nocet; nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Idem ferè Cæsarius libro quinto, capite quinquagesimo secundo. Alterum verò, quod ex dictis intelligitur est quid sit illa excommunicatio qua Dæmones interdum proscribuntur.

Respondeo quod Ecclesia per excommunicationem nihil illis aliud inferre videtur, quàm summam huius religationis pœnam. Lege libri secundi, vitæ Diui Bernardi caput sextum.

Cæterum

4. le homo ipse vim ad id dæmones.

6.

7. Verbis & rebus sacris ligatur dæmon.

8.

Cæterum quàm verum sit illud, quod dictum est paulò superius numer. 3. in Dæmonibus, alios esse superiores, alios inferiores, alios principes, alios subditos ostendit Paulus ad Ephes. sexto, *non est, inquit, nobis colluctatio aduersus carnem; & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequissima in caelestibus.* Ostendit id locus iste Matth. duodecimo, *hic non eiecit Dæmones nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum, & si Satanas Satanam eiecit, quomodo stabit regnum eius?* ergo regnum habet ex pessimis scilicet Dæmonibus ad nutum sibi obtemperantibus conflatum. habet legiones, vt patet ex Marc. cap. 5. & Luc. 8. est quoque iniquorum omnium caput & princeps inter omnes filios superbiæ, sicut CHRISTVS caput est omnium iustorum. Idem ostenditur Matth. vigesimo quinto, *ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius, & Apocalyp. 12. draco pugnat, & angeli eius, & non valuerunt.* Habet ergo lucifer angelos sibi subditos, qui cum eo Ecclesiam militantem infestent & oppugnent.

Subduntur tamen angeli mali potestati etiam bonorum angelorum, à quibus vel coercentur, vel permittuntur insidias hominibus struere, & Ecclesiam infestare prout expedit, & prout intelligunt esse DEI voluntatem. Iis etiam interdum aperiunt aliqua, vt tanquam ministri diuinæ iustitiæ illa aduersus homines exequantur, cuius rei testis locupletissimus est Diuus Thomas prima parte, quæst. centesima nona, articulo quarto. Absoluto tandem militantis Ecclesiæ cursu desinet hic principatus, & ordo inter Dæmones, sicut & finis ob quem permittitur, cessabit. Et de hoc quidem dæmonum principatu rectè etiam exponi potest illud, primæ ad Corinth. 15. 24. *deinde finis cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.* Oportet autem illum regnare, & quæ sequuntur. Quem locum copiosè tractat Petrus Thyreus de gloriosa Christi apparit. cap. 24.

Ex his igitur satis liquet quid sit in genere ligari dæmonem. Restat videre quidnam speciatim intelligatur hoc loco per colligationem fortis, quomodo scilicet hæc, quæ hætenus diximus de modis alligandi applicentur ad hunc locum. Censeo igitur Christum loqui de ea allegatione, qua primum dæmonem, seu luciferum alligauit ante mortem, quatenus huius principis dæmoniorum, vbi semel in deserto prostratus est à Christo potestas, vt Diuus Hilarius can. 12. in Matth. & Irenæus lib. quinto, cap. vigesimoprimum contusa, ac contrita fuit; quod sic intelligendum cum Card. Tolet. annot. 54. cap. vndecimo in Luc. Princeps enim inferni, postquam à Christo repulsus fuit, ac victus ingenti clade illata, ita debilitatus fuit timore & horrore iniecto per Christi virtutem, & per efficacitatem eorum verborum, *vade Satana* (cuiusmodi fuit etiam ea verborum efficacitas, qua, dum dixit, *ego sum*, abierunt

retrorsum & ceciderunt, qui illum armato milite capere volebant) vt non illum ausus vnquam fuerit per se ipsum tentare, nec per se eius se opponere operibus; itaque repressæ eius vires fuerunt, vt plurima exequi non posset, vel contra Christum, vel contra eos qui illum sequebantur. Postremò aliter etiam tum eius, tum cæterorum Dæmonum vires sunt imminutæ, non quod verè imminutæ fuerint, id est virtus eorum diminuta, sed quod per Christum dæmonis triumphatorem, eiusque aduentum copiosiora sint charismata, & dona concessa nobis, quibus in Dæmones fortiores, & robustiores sumus ad resistendum facti. Illud verò non est hic concedendum, quod tamen videtur aliquando Augustin. sentisse lib. 20. Ciui. cap. septimo, & octauo: & Gregor. lib. 32. moral. cap. 12. nimirum, dici ligatum Dæmonem vel hic, vel in Apocalyp. cap. vigesimo, quia non permittitur exercere vires suas totas, vel exercere totum suum robur contra homines præsertim electos, non est, inquam, hoc concedendum, * nam hoc commune est omnibus dæmonibus. & antè etiam Christi fuit aduentum, cum tamen hic & in Apocalyp. agatur de principis dæmonis alligatione. Iterum differt hæc alligatio de qua hic, ab ea, quæ in Apoca. cap. 20. quia ista Apocalypsis perfecta fuit, & quidem post Christi mortem, cum detrusus fuit diabolus in infernum; vnde ad nos tentandos per se non potest accedere, vsque ad diem iudicij; illa verò, viuentè Christo, non ita perfecta fuit, adhuc enim princeps ille dæmonum poterat per se homines tentare, vt patet Ioan. duodecimo, *nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiecitur foras*, non ergo erat eiectus viuentè Christo, licet secus videatur Hieronym. sentire Matth. 12. fuisse scilicet in barathrum etiam detrusum, cum illi dictum, *vade Satana*. illud certum soluendum ad finem mundi, vt dicitur in Apocalyp.

Itaque post mortem CHRISTVS perfectè dæmonem prostravit, de eoque subactò regalem reuexit triumphum, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Coloss. 2. 15. Nectum ligauit solum, sed duplici etiam, spoliavit in homines, iure.

Notandum enim id est, quod Ioachimus Abbas in Apocalyp. capite primo habet, Diabolum ante Christi aduentum duplex habuisse ius in homines. Alterum quidem mortis, quam nemo poterat hominum effugere: alterum verò inferni, quia omnes homines post mortem eò descendebant. sed quia Diabolus CHRISTVM omninò innocentem, & in quem nihil ipse iuris habebat, per summum scelus, vt occideretur effecit, vtroque iure per Christum priuatus est, & idè Apocal. 1. 16. dicitur CHRISTVS habere *claves mortis & inferni*, per quas claus intelligitur potestas filij Dei, qua, quos vult, à damnatione mortis æternæ misericorditer liberat, & quos vult in æternæ damnationis reatu iusto iudicio remanere sinit, vt ait Ambrosius. Has sanè claus primò ostendit

* hoc modo dici ligatum hoc loco.

Mors Christi ruina & victoria diaboli.

12. Duplex ius eum in homines ante Christi aduentum.

Chri-

9. alij abijs ubijum.

10. tali autem onis credere & subesse aguntur.

11.

Christus in se ipso deuieta morte resurgens ad immortalē, beatamque vitam, & exiens non solum ipse ex inferno liber, sed etiam inde multa sanctorum millia educens, vt verè secundum Oseam 13. fuerit & mortis mors, & inferni morsus. Hoc ipsum palam declarabit ad extremum diem, malos enim æterna morte damnatos in perpetuum inferni carcerem detruet; pijs verò aditum pate faciet ad æternam foelicitatem.

Christus quomodo clauis mortis & inferni habere dicatur.

13.

Deindè Obseruandum cum victorino. cap. 4. Apocalyp. per illud quod fecerunt 24. Seniores dum coronas suas capitibus detractas ante summi regis thronum misere, significatum esse victorias Omnium Sanctorum subijci victoriæ Christi, & vt maximæ, & vt causæ omnium victoriarum. Notat autem Perer. eodem c. Apocal. n. 108. victoriam Christi, tres ob causas maximam fuisse: primum enim maximos hostes qui genus humanum dominatione sua oppressum, & captiuum tenebant superauit; vitic enim malignitatem mundi & Diaboli potentiam euertit, mortisque destruxit imperium. Deindè victoriam Christi quatuor maxima bona consequuta sunt: quorum vnum fuit nominis Dei per vniuersum mundum, manifestatio, & glorificatio; alterum generis humani ad seruitute peccati, & potestate Diaboli, reatuque mortis æternæ redemptio & liberatio. Tertium interclusi mortalibus aditus ad cælum reseratio; quartum ruinæ angelorum reparatio. fuit etiam victoria Christi aliarum omnium victoriarum quas fecerunt sancti, causa non solum exemplaris, verum etiam efficiens; per hanc quippè datur sanctis virtus, & cum hominibus fortiter, & perseueranter pugnandi, & vincendi eos, & de victoria eorum in cælis triumphandi, cælestisque, atque æternas coronas consequendi.

Victoria Christi maxime ob tres causas.

14.

An demon expulsus reuertii possit.

Postremò in dubitationem verti potest an expulsus, vel ligatus, atque ab aliquo victus Dæmon ad eundem iterum reuertii possit. tractat hanc quæstionem Magister 2. d. 6. D. Tho. 1. p. q. 114. ad 5. respondet, vt eum interpretatur Gabriel Vasquez 1. p. d. 245. c. 2. n. 10. Dæmonem, qui ab vno homine, quem oppugnabat superatur, recedere aliquantulū ab eo. Colligit hoc ex illo Lu. 4. 13. & consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab eo (id est Christo) vsque ad tempus, quod ideò additum est ne arbitraremur Dæmones nunquam iterum redire ad oppugnandum eum à quo semel superati sunt. Quomodo autem vsque ad tempus à Christo recesserit, explicat Theophyl. vsque ad tempus passionis, quo iterum Diabolus Christum aggressus est. Caietanus verò in eum locum Pauli ad Ephes. 6. non est nobis colluctatio &c. inquit nusquam legi quomodo Diabolus iterum per semetipsum Christum fuerit aggressus: tamen per arreptitios sæpius ipsum tentauerit. Ceterum Diabolus recedere à nobis cum superatur planè docet Iacob. c. 4. cum

A ait: fratres resistite Diabolo, & fugiet à vobis; docet conflictus ille singularis Satanæ cum seruatore omnium Christo, quo viuente recessisse dicitur Diabolus ab eo; docet D. Thom. dum ait, posse stratos Dæmones in arma rursus consurgere; sed tamen non nisi Deo permittente, qui pro sua immensa bonitate id cauet, ne hominum infirmitas nimio illorum impetu obruatur, perpetuamque dimicationem sustinere cogatur; Docet Dæmonis superbia, qua inuitissimus ab eodem crebrius refutari vult; Docet denique Dei in nos clementia, quæ si generosè Dæmoniorum alicuius impetum fregerimus, illum quasi victum sub pedibus iacere, terram mordere, iramque, & ignominiam suam deuorare iubeat. Et ista olim etiam docuerunt D. Ambros. l. 4. in Luc. D. Antonius apud S. Athanas. D. Greg. l. 2. moral. c. 11. 20. & 21. Cass. colla. 7. c. 21. colla. 8. c. 13. 17. Verum, vt recedat Diabolus, non ita recedere, vt iterum non redeat, constat ex hoc loco Matth. 12. reuertar in domum meam vnde exiui.

B

Cum ergò, vt piè fatis noster Sera. cap. 8. Tob. q. 18. monet, felici pugna hostem istum nostrum fugauerimus, non illic è manibus arma deponenda, excubiæ omittendæ, pax & tranquillitas omnimoda credenda est: neque rursus ita pauendum quasi bello nullum vquam finem, qui sese modo hostis fugæ dedit, facturus sit: sed in statione quidem semper, quoad viuimus, manendum bona cum spe. non est igitur verum, quod docet Orig. homil. 5. super Iesu naue, dæmonem, semel ab aliquo sancto superatum, nec eundem, nec alium hominem aggredi, vel audere iterum tentare, veluti si id ageretur lege singularis certaminis & duelli, in quo qui semel victus, non permittitur victorem iterum laceßere. de his hæc enus.

Expulso demono nihil minus certandum.

C

THEORIA IV.

De peccato in Spiritum sanctum. In versum 16. & 17.

MAGNA certè & quidem meritò visa est difficultas huius loci Augustino de verbis Domini ferm. 11. hinc n. videtur Paganis, Iudæis, & hæreticis qui blasphemant Spiritum S. nulla esse spes veniæ. fortè in tota scriptura, inquit Augustinus, nulla quæstio difficilior. Duo igitur hic quærenda sunt, quid scilicet sit spiritus blasphemia, seu blasphemia in Spiritum sanctum, vt Theologi vocant. Alterum quomodo hoc peccatum irremissibile dicatur. Agit hac de re Athanas. in opusculo de hoc Evangelij dicto. D. Tho. 2. 2. q. 14. & Theologi in 2. d. 42. 43. Richar. de S. Victor. scripsit opusculum de Spiritus blasphemia. Augustinus varijs locis, vt ferm. cit. 11. de verbis Dom. & alibi, vt citabimus, & alij Patres.

Principio obserua bis hanc sententiam à Domino prolatam; semel cum Pharisei calumniantes dixerunt: in Beelzebub &c. quibus respondit; omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus &c. Item & qui dixerit verbum in filium hominis remittetur ei, qui verò dixerit verbum in

Spiritum

Spiritum sanctum nō remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, idque & Matth. 12. & Mar. 3. referunt. Iterum cū dixisset discipulis, qui me negaueris coram hominibus, &c. subdit eandem sententiam, quod solus Luc. 12. refert.

Breuitate sic rem definitio: censeo hoc peccatum propriè esse, quando ex malitia, & cordis duritia diuina opera, & quæ super naturam sunt, quæ scilicet Spiritus S. ad corroborandam fidem, & ad vocandos peccatores ad pœnitentiam, peculiari consilio operatur; spiritui malo tribuuntur, quod etiam est propriè *Spiritui S. resistere*. Id probò non aliter, quàm ex contextu huius loci. Occasio enim ob quam Christus id dixit, ea fuit, quia dixerant Iudæi, *in Principe Dæmoniorum* &c. idemq; constat clarius ex causa, quam subdit Marcus, ut hic habes v. 18. *quoniam dicebant spiritum immundum habet*. Sic exposuere Athanas. ora. de hac re, & ora. 2. contra Arianos sub finem. Basil. in qq. bre. q. 273. Hieron. epist. 149. & imprimis Chrysol. hom. 42. in Matth. qui notat tunc propriè hoc peccatum esse, quando sine ignorantia committitur. Sic enim ait: quare sic? quia cū Spiritus iam notus vobis esse debeat, rem claram, & manifestam oppugnatis. Quarè turbæ quæ Ioan. 7. dixerunt Christo *dæmonium habes*, non blasphemarunt in Spiritum sanctum, sed in Filium hominis: tum, quia non tribuerunt tunc Christi miracula Dæmoni, tum quia non noverant diuinitatis opera, nec malitiosè, sed ignoranter id dixerunt.

Ex his primùm infero, ac deduco peccatum in Spiritum sanctum non dici quod cōtra Spiritus sancti personam est, alioquin Eunomiani, qui eius diuinitatem negabant id genus peccati commississent. & isti, qui hic ab Euangelistis significantur blasphemiam spiritus incurrisse, expressè contra Christi personam loquebantur, cū dicerent eum Beelzebub habere, & *in Principe Dæmoniorum* &c. non tamen propterea colligas Spiritum sanctum, hic diuinitatem significare, ut volunt Euthym. Abulens. Iansen. Caietan. significat enim tertiam potiùs Trinitatis personam, præsertim si ea innuitur illis verbis paulò superius positis: porrò *si in digito Dei* &c. Igitur licet peccatum in Spiritum sanctum non sit peccatum, quod est contra eius personam peculiariter, sed id quod declarauimus paulò superius; cū scilicet Deitatis opera maligno spiritui adscribuntur, ab eo tamen denominatur ob rationem paulò inferius afferendam.

Deindè deduco ex Augustino non de omni peccati genere in Spiritum sanctum hic agi, sed de eo tantum, quod in contumeliosis consistit verbis. Hoc enim significat blasphemiam: hoc & illud, *quicumque dixerit verbum* &c.

Verùm licet hoc rectè dicat Augustinus varia tamè de hoc peccato sensit, ut patet ex libro de fide ad Pe. cap. 3. & l. de vera, & falsa pœnitentia cap. 4. & serm. II. de verbis Domin. vbi vocat peccatum in Spiritum sanctum, *finalempœnitentiam*. Idem habet epistola 50. ad Bonifacium & libro de correptione, & gratia capite duodecimo, hæc autem omninò irremissibilis est, quia cum ea hæc vita finitur. At in Enchyridio capite octogesimo tertio, censet

A eum peccare in Spiritum sanctum, qui in Ecclesia non credens remitti peccata, contemnit tantum munus, & in hac obstinatione moritur. lib. verò primo de serm. Domini in monte capite 44. inuidiam & malitiam, qua fraterna oppugnatur caritas post acceptam Spiritus sancti gratiam, scribit esse peccatum in Spiritum sanctum alibi desperationem indulgentiæ Dei, ut in Comment. inchoatis in epistol. ad Rom. Quæ omnia verè facta sunt, non verba. in quæstionibus porrò vtriusque testamenti quæstione centesima secunda, scienter opera Spiritus sancti tribuere Dæmoni propius ad veritatem accedens vult esse peccatum in Spiritum sanctum.

Hinc inter Theologos sex genera peccati in Spiritum sanctum circumferuntur, finalis impœnitentia, desperatio, obstinatio in malo, fraternæ charitatis inuidia, præsumptio, impugnatione veritatis agnitæ. idem peccatum in Spiritum sanctum sæpius explicant nomine peccati ex malitia, & obstinatione cordis; speciatim verò Sco. d. 43. q. 1. censet esse obstinationem peccati cum desperatione veniæ, & proposito non pœnitendi; vnde iuxta hanc sententiam variæ species huius peccati enumerantur à D. Thoma.

Neque verò hoc Theologorum dictum ita accipias, quasi quodlibet peccatum ex malitia sit peccatum in Spiritum sanctum, sed illud duntaxat, quod peculiari quodam modo opponitur remissioni peccatorum, & sanctificationi hominis, quod opus Spiritui sancto appropriatur.

Quibus patet aliter ab illis sumi peccatum in Spiritum sanctum, atque hic accipitur à Christo: ita quamquam de illis sex peccatis Dominus non sit propriè loquutus, rectè tamè eo nomine appellantur, quod ratio irremissibilitatis, & malitiæ sit suo modo saltem eis cōmunis, cum eo peccati genere de quo hic Dominus loquitur, quia & peculiari ratione sunt contra bonitatem diuinam, gratiamque Spiritus sancti, & non facillè eorum remissio obtinetur. Speciatim verò hæc appellatio, & irremissibilitas conuenit ipsi impœnitentiæ, ideoque mirum non est illi hunc locum D. Augustinum sæpè tribuisse, quod eo magis fecit, quia de peccato ad mortem, eo que solo Ioannes 1. epist. 5. significat ipsum non remitti, de quo peccato lege Card. Tolet. in Luc. c. 12. adnotat. 21. vbi etiam adnotat. 22. explicat quod nam sit peccatum in Deum, de quo 1. Reg. 2. dicitur: *si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo*.

Liquet tertio ex dictis peccatū in Spiritum sanctum, prout hic à nobis sumitur, non semper omnium peccatorum esse grauissimum; neque ob id dici irremissibile: Athei enim non minus grauitè peccant licet blasphemiam Spiritus laborent. Hæc de primo, reliquum est, ut de secundo agamus, quod fiet in sequenti Theoria.

3.
Peccatum in Spiritum S. quod.

4.
Non est contra Spiritum S. personam.

7.
Sex genera peccati in Spiritum S.

8.

9.

10.

THEORIA V.

Quomodo dicatur hoc peccatum irremissibile.

1. **P** R I M U M quod attinet ad secundam difficultatem de irremissibilitate huius peccati, constat non idè dici irremissibile, quod omninò tolli non possit, quamvis difficile tollatur, non quidem ex parte Dei, cui nil difficile, sed ex parte hominis; idè quòd homini sic disposito difficile sit verù dolorem, ac pœnitentiam concipere. Tum quia hoc genus peccati viam sibi claudit, per quam peruenitur ad veniam, via enim hæc est Christum agnoscere, qui per huiusmodi diuinitatis opera sese nobis patefacit. Tum consequenter ob cordis obdurationem, & mentis obcæcationem. Ita Chrysofost. hom. 42. in Matth. Cyprian. epistol. 32. & l. de lapsis. non igitur ob solâ peccati grauitatem sic dicitur.

Deo nihil difficile.

2. Peccatum in Spiritum S. an vnquam remissum.

3. Ex hac obseruatione colligitur prima ratio interpretandi irremissibilitatem huius delicti nimirum, dici irremissibile, quod difficile remittatur.

4. Peccatum in Spiritum S. irremissibile.

4. Iam verò est altera interpretatio, idè irremissibile dici, quia natura sua veniam non mereatur. In alijs siquidem plerisque peccatis, aut ignorantia, aut infirmitas, aut aliquid aliud simile, quamvis non omninò, quodamtenus tamen culpam excusat: cum in peccato in Spiritum sanctum nihil huiusmodi sit, quod culpam eleuare possit, in quo plurimum differt à peccato in Filium hominis, pro vt in Scholijs declaratum est num. 45.

5. Quod si obijcias nullum item lethale peccatum ex se veniam mereri. Fateor ita esse, at alia si cum hoc conferantur, excusationis aliquid præ se ferunt, vt digna videri venia possint, sicut multi sunt præter diuites, alij, qui suis viribus in regnum cœlorum intrare non possunt, sed idè de solis hoc diuitibus dictum est, quia plus habent, diuitijs onusti, impedi- menti.

Ita eodem modo per respectum ad alia peccata, hoc solùm esse videtur, quod nunquam natura sua remitti possit. D. Thom. 2. 2. quæst. 14. a. 3. videtur esse huius sententiæ. ait enim, dici hoc peccatum irremissibile, non quod nullo modo remittatur, sed quia quantum est de se habet meritum, vt non remittatur, non modo quantum ad pœnam: sed quantum ad culpam etiam, quatenus eius culpa videtur irremissibilis secundum suam naturam, in quantum excludit ea, per quæ fit remissio peccatorum, vt morbus aliquis ex sua natura incurabilis dicitur.

6. Quod hic & alibi puni- tur.

6. Est & tertia expositio non remitti in hoc sæculo neque in futuro, quia & hic & ibi puni- tur, quod etiam Diuus Thomas 3. part. qu. 86.

A a. i. ad tertium innuit: Deus enim quædam peccata dissimulat in hac vita, vt puniat in futura; hoc verò punit, & in hoc sæculo & in futuro, nisi resipiscat homo; sicut accidit obstinatis Iudæis, quos excisis Hierosolymis multauit in hac vita, & in altera puniet æternis pœnis. Itaque propter hanc causam, quod & hic, & ibi certo **D E I** decreto puniatur dicitur non remitti.

B Quare obseruandum est discrimen inter Spiritus blasphemiam, & cetera peccata: hoc enim interest, quod illam decreuit Deus, & in hoc, & in futuro sæculo: alia verò non item statuit vtrobique punire, quamvis peccantem non pœniteret illorum, sæpè enim reseruantur puniendi ibi, non quod interdum Deus alia etiam hic non puniat, sed quod non statuerit ea castigare peccata etiam in hoc sæculo in quocumque peccante. Sic Chrysofostomus homilia quadragesima secunda in Matthæum, & hæc expositio mihi maximè probatur, licet simul alias non excluderim: verba enim Saluatoris eam habent vim, & efficacitatem, vt per ea absolute negare videatur id genus peccati remitti posse: dicit enim Christus non remitti, neque in hoc sæculo, neque in futuro, quod Mar. habet in æternum.

Discrimen inter peccatum in Spiritu S. & alia peccata.

C Illud est in hac expositione aduertendum, loqui hic Christum de remissione quoad pœnam peccati secundum se, id est, cuius culpa semper est mansura. Cum ergò ait, omne peccatum remitti hominibus, &c. intelligere oportet, in hoc sæculo non esse decreto Dei puniendum, etiam si peccantem illius non pœniteat, nam procul dubio in altero sæculo, si quis cum illo moriatur, non remittitur, cum tamen blasphemia Spiritus non modo ibi non remittatur, sed neque hic.

7.

D Quare cum Christus de alijs peccatis, sicut de peccato etiam in Filium hominis loquitur, absolute affirmat, quod remittentur, & non meminit huius sæculi & futuri; non enim dixit, remittentur & in hoc sæculo, & in futuro; at de blasphemia Spiritus dixit, neque in hoc sæculo, neque in futuro remittetur; quia videlicet intelligendus erat loqui de remissione peccatorum in hoc sæculo quo ad pœnam à Deo decretam peccato secundum se, id est, vt consideratur non esse illa culpa sublata ab eo qui peccauit: propter quam puniendus in altera vita sit.

Confirmatur id ex Marc. sic referente verba Christi, qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Ergò loquitur de remissione ipsius peccati secundum se spectati, vel quod idè est, cuius non sit culpa remissa. Alioquin quomodo quis reus erit æterni supplicij propter illud?

Iterum aduertendum, quod licet quis non verbo sed factò, aut animi cogitatione Spiritus sancti opera Dæmoni tribuat, etiam hoc peccati genere peccat. Potest enim in eiusmodi blasphemiam quis ferri, vel factò, vel cordis cogitatione.

Hoc eodem item peccato illi quoque peccant hæretici, qui scienter manifesta miracula, quæ in Ecclesia fiunt, & quibus per exorcis-

8. Quomodo obmittatur peccatum in Spiritum S.

9. Harvold.

mos,

mos, & Venerabilem Eucharistiam Dæmones pelluntur, magiæ tribuunt, & si non Christum, Christi tamen corpus quod est Ecclesia, persequentes.

Si quis verò opera Dei cognoscens in Christo nolit credere, immò & doctrinam refellat, licet mendacem faciat Deum teste Ioanne primæ, capite quinto, *qui non accipit testimonium eius, mendacem facit Deum*, non est blasphemus in Spiritum sanctum, dummodo non tribuat Dæmoni opera virtutis Dei. De hac enim blasphemia tantum sermo est in hoc loco. Denique in hanc Phariseorum blasphemiam inciderunt multi pagani, qui miracula Christi & discipulorum eius magicis artibus, & incantationibus tribuebant. Cæterum hoc non, vt generatim verum accipiendum est, nam Pharisæi opera diuinitatis adscripserunt Dæmoni ex malitia & odio contra Christum scienter, neque enim ignorabant verè esse opera Dei, licet ex odio, & inuidia nollent credere in Christum, quod non omnes pagani fecerunt. Quomodo autem ad hanc blasphemiam requiratur, vt quis non credat in Christum, & cur hoc peccatum dicatur in Spiritum sanctum dictum est in Scholijs, v. 17. Hęc igitur mea est, de hoc peccato, sententia.

DIGRESSIO I. MORALIS.

Quid Dæmon faciat in animis hominum dum illos obsidet, & de modis pellendi Dæmonem, & de confessione peccatorum.

FACIT Dæmon more ducis, dum arcem inuadit, vel obsidet: claudit enim omnia loca, vnde quis opem afferre possit. captam verò arcem diligenter obstruit, ac munit, ne indè pellatur. En tibi hominem hunc, & mutum, & cæcum (vt multi opinantur) & fortè etiam surdum reddidit. Clausit omnia loca, omnemque aditum obstruxit per quem auxilia intrare ad eum poterant; seque ita ibi munit hac eadem arte, & calliditate, vt indè non facilè pelleretur; sic animum priuat Dæmon luce spirituali, obturat aures ne Dei verba audiant, obstruit os, ne peccata confiteatur, atque aded sibi similes vult homines reddere. De Diabolo namque dicit Iob. quadragesimo primo, decimoquinto, *cor eius indurabitur quasi lapis, & fringetur quasi malleatorum incus.*

Dæmon, inquit Gregorius, semper percutitur, & in vas vtile nunquam mutatur: pertinax enim est, & obfirmato omnino animo in malo perseuerat, tales conatur nos efficere cæcos, surdos, mutos, denique, vt nullo tanga mur diuinarum rerum sensu in modum incudis, quæ quo magis percutitur, eo obdurefcit magis.

Cæterum pulso Dæmone loquutus est mutus, ita de hominum animis pulso Dæmone isthæc omnia impedimenta auferuntur. Nam qui os aperit, vt peccata sua confiteatur veluti ostium Dæmoni referat per quod eijci-

Aatur. Aperuit Noë Arcæ fenestram, & columbam dimisit, quæ ad eum viridantis oliuæ ramum ore præferens redijt. Idipsum accidit ei, qui peccatorum confessionem sinceram, accandidam ceu columbam quandam aperto emittit ore, hæc illi confessio oliuam, id est, conscientiæ pacem affert, atque aded Dei restituet amicitiam. Peccatum enim, si tu taces contra te ad Deum clamat, si loqueris desinet clamare.

Sed aduerte doceri nos à S. Iob. ea quæ præstare debemus, vt integrè, & fructuosè confiteamur peccata, atque aded, vt Dæmon pellatur à nobis: sic enim Iob aliud agens dixit capite dicimo, primo. *sedet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine anime meæ, dicam Deo, noli me condemnare.* Primum enim cuilibet nostrum præcipitur, quod est apud Ezechielem capite octauo, octauo, nono. *sede parietem, & ingredere, domum nempè conscientiæ tuæ: ibi videbis similitudinem reptilium animalium, abominaciones, & vniuersa idola.* Tum tædebit animam tuam vitæ tuæ. Deindè dimitte aduersum te eloquium tuum, hoc est, accusa te noli te excusare, nec palpes te, sed damnes potiùs verè culpam tuam agnoscens. Tertio loquere in amaritudine anime tuæ, compungere, lacrymas funde, pectus tunde. Tandem ad Deum, qui solus te sanare potest, accede, dic Deo: noli me condemnare. Et his modis exhibit à te Dæmonium.

CSed præterea non prætermittendi sunt hic tres modi dæmonem expellendi ex animo: est enim officium Christiani hominis Dæmonem expellere semper quamuis præsertim hæ superiorum partes sint, vt à subditis Dæmonia eijciant.

Primus modus est, quem docet Dauid, qui dum Cytharam pulsaret Dæmoni vires auferebat, ne Saulem vexaret. Cythara crucis est meditatio. Quid enim tam est acerbum, vt contemplatione crucis, in qua in modum chordarum, ac fidium sanctissima Christi membra extensa sunt, libenter non toleretur: adhibe & ad Cytharam cantum, id est, lætitiæ spiritualem, hæc enim multum iuuat hominem ad fugandum Dæmonem. Adhibe si placet & septem Christi verba, quæ in modum suauissimæ cantilenæ recreabunt animam, affectusque tuos sedabunt.

DAlter modus est, dissolvas opera Diaboli, quem Spiritus sanctus docet Ioann. 1. 3. 8. *in hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera Diaboli.* Itaque cum primùm videris Diabolum malè aliquam ordiri telam, vel occasione sociorum, vel alia de causa, dissolue illam, occasionem tolle.

Postremus modus est, si submerferis in aquis Dæmonem, Psalm. 73. 13. *contribulasti capita draconum in aquam.* lacrymæ enim magnam habent vim ad submergendum Dæmonem.

Finem imponam si illud adijciam, non eos tantum esse per dæmonem mutos effectos, qui peccata sua confiteri non audent: Verùm etiam ij quoque muti sunt, qui in mutorum morem signis ac motu manus & articulorum, ac gestuum significatione loquuntur. tales dixeris

10.

Pagani.

1.
Dæmon dicitur
i bellico
filiis.Dæmon iue
vendabilis.3.
confessio
Dæmonem
ellit.3.
Dummodo
fr. Hæusè
fa. senda.4.
Dæmonis est
anima ex-
pellendi tre-
modi.5.
Muti qui.

eos esse, similes mutis, qui externis signis Christiani hominis, ac Religioso habitu vtuntur quidem, eoq; gloriantur verè, sed opera Christiani viri non habent; nec religioforum viuendi modum & virtutes imitantur, hi sunt, qui vt muti gestibus ac signis quibusdam externis loquuntur, non solidis nituntur virtutibus.

DIGRESSIO II. MORALIS

In vers. 24. *Magister volumus à te signum videre, & quæ sequuntur.*

1.
Duo genera
persecutorum.

D Augustinus in Psalmũ sexagesimũnono, duo, inquit, sunt genera persecutorum, vituperantium, & adulantium; plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. nam & ipsam caminum dixit Scriptura. Sapien. 3. 6. certè cum de persecutione loqueretur, dixit: tanquam aurum in fornace probauit illos, de Martyribus interfectis. de lingua adulantium, Prouerbiorum vigesimo septimo, vigesimo primo, probatio argenti, & auri ignis, vir autem probatur per os laudantium eum. argenti, inquit, & auri ignis ille, ignis & iste, de vtroque te saluum oportet exire. Sic Augustinus.

2.
Adulatores
loc. 5. in f.
miles.

Porro adulatores rectè componi videntur cum locustis illis, de quibus Ioann. in Apocalyp. capite nono, quæ facie muliebri, & cauda Scorpj effinguntur: exiisse verò dicuntur de fumo putei abyssi, & datam esse illis potestatem sicut habent Scorpiones terræ: quarum etiam sint dentes sicut leonum. Ijs certè similes sunt adulatores, quorum origo ex inferni fumo est; nam Lucifero auctore in terram mittuntur adulatores; & cum mendacijs, & fucatis verbis vtantur, quibus veritatis lumen obscuratur, rectè de fumo gigni dicuntur. facie verò sunt muliebri; nam sub specie veritatis, & amoris, ac religionis venenum tegentes pios quosuis infectantur, & à diuino cultu seuocare moliantur; ac proindè rectè cauda Scorpj effinguntur: incautos enim Scorpj cauda ferit. Horum persecutio omnium est ferè crudelissima & hæreticorum propria, qui ex puteo abyssi, eiusque fumo prodeunt, & veritatis luci fumum, tenebras, ceu noctem quandam offundunt specie quidem meretricia, & blanda, reuera autem venenatæ sunt locustæ mille Scorpj ad feriendum armatæ.

3.
Hoc duplex aduersariorum genus Christum Dominum nunc adoritur. Cum enim malum spiritum expulisset ab homine, quidam insigni malitia impudenter obiecerunt, quod in Beelzebub principe Dæmoniorum eijceret Dæmonia: ecce primum persecutorum genus. Alij porro rectis, & fallacibus verbis oblanduntur: & re vera aduersando assentantur: *Magister*, inquit, *volumus à te signum videre.* quod aduersantium genus hoc nomine alterum superat, quod cum rectum fit & obscurum, multò magis timendum est: clam enim & inopinato, non palam & aperto Marte, quem odit, aggreditur.

4.
Plutarchus in Apophthegmatibus refert, ci-

A uem quendam liberè admodum Damaratum increpauisse, in quem cum nescio quis alius vehementius commotus fuisset, quod ita liberè loqueretur. Respondit Damaratus: *nihil in me peccauit: qui enim ad gratiam loquuntur, nocent, non autem, qui cum odio.* Quare Sapienter Pythagoras, quem refert Stobæus, dicebat: *gaudendum potiùs de redarguentibus, quàm de assentantibus, quos etiam hostes deteriores existimare & effugere oportet.*

Quid igitur miramur quod Sapiens Prouerbiorum decimosexto, vigesimo nono, adulatorem iniquum vocet? sic enim ait: *vir iniquus lactat amicum suum.* Ostendit sanè Christus quomodo horum astutias effugiamus. Accessit Iudas ad Iesum, & cum prodere illum reuera cogitaret, osculo tamen excepit. cui Christus, quem nihil latere occultum poterat: *Amice ad quid venisti.* iterum cum ei adulando dicerent Pharisei: *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces,* Matth. vigesimo secundo: sic illos repulit: *quid me tentatis hypocrita,* & nunc rogatus ab adulatoribus, vt de celo miraculum ostenderet, indicàs se minime pulcris eorum verbis oblectari, respondet: *generatio praua & adultera signum querit.* Rectè Quintus Curtius: *Regum opes, dixit, sapius assentatio, quàm hostis euerit.* Sapienter item Glossa Interl. habet in illa Exodi 10. 13. *ventus vrens, leuauit locustas,* habet: Locustas esse linguas adulantium, quas ventus vrens, id est, suggestio diabolica leuat, & excitat. Vide item Gloss. ordina. in hunc locum ex Gregor. 1. 31. mor. c. 12. to. 1.

C *Generatio praua*] Meritò à Christo generatio praua nominantur hi, quod peccata parentum imitentur: sic Deus Ezechiel. 16. 3. cum populo suo exostulat, quod parentes imitentur, & vitia moribus & vita expriment: *radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa: & quando nata es, non est præcisus umbilicus tuus.* quali dicat, progeniem tuam ducis ab idololatriis, & eiusmodi impietatis succo nutritus es, & in dies pariter nutritis praua quadam idolis seruiendi consuetudine, non secus ac infans sanguine matris corrupto alitur quandiu illius vtero fouetur. Docent enim qui naturæ arcana scrutantur, infantem quandiu intra matris yterũ continetur, corrupto matris sanguine nutriri, quem menstruum vocant: idque per certum quendam canalem, & intestinum ventri affixum, qua umbilicus cernitur: porro hic nervus umbilicaris, vbi puer ille in lucem editur, refecatur. quod aliter accidisse huic populo significat Deus, cum inquit eius umbilicus non fuisse præcisum, hoc est, adhuc trahens progenitoribus succum impietatis, & idololatriæ. Paulò aliter Maldonatus in hunc locum vult enim agi hic de prima Iudaicæ gentis barbarie, deque Dei in illa excolenda benedictione, nam antequam eam Deus eligeret, & omnimodò adèd barbaria, ita inculta erat, vt ex Chanaan potius, & Amorrhæis genita fuisset, vt dicitur, quàm ex Abrahamo; sed ad rem potius magis nunc prior sensus accomodatur, quàm etiam expositionem quidam non indocti sequuntur.

Ceterum

7.

*Israëlitarū
puerū dū
descentes He-
lisum cur
ab vrsis dis-
cepti.*

*Vrsa lam-
bendo ean-
los suos per-
ficiis.*

Cæterum hæc patrum in filios transfor-
matio multò magis in moribus quàm alijs in
rebus apparet, quàm rem non ineptè eliciunt
quidam ex libri 4. Reg. historia capite secun-
do, vigesimoquarto, cum enim pueri Samarizæ
Elisum conuicijs consectarentur, ac subindè
aduersus illum per contumeliam ea verba v-
surparent: *Ascende Calue: Iussit Deus è sylua
vrsos egredi, qui eos in frustra discerperent, &
dilaniarent. quod factum à Deo est non tam
propter petulantiam puerorum, quibus parum
fortassis inerat mentis ad mala discernenda,
quàm propter eorum parentes, quos pueri ali-
quando audierant fortassis, cum de Prophetarum
fama, ac gloria detraherent. Itaque vt hoc
Deus significaret, illud puerorū exitium ma-
luit per vrsos, quàm per leones, aut tigres per-
ficere. fertur enim Vrsa suos catulos sine vlla
oculorum, oris, aut cuiusdam alterius partis
lineamentis, ac figura in lucem edere, mox ve-
rò ita editos, lambere, expolire, & membris
ita effingere, vt nullam speciem præter eam,
quam eis mater imprimit, habere videantur.
quoniam ergò hi pueri ita erant à parentibus
edocti, ita illorū moribus conformati, vt Pro-
phetas irrideret, & parentum vitia quasi effi-
giem quandam referrent; propterea per illud
animalium genus punire eos voluit, quod ma-
ximè in à se genitos se ipsum quodammodo
transfundit. Et verò cum tanta sit inter paren-
tēs, ac natos necessitudo, & amor, miraculo
dandum videtur si quando liberi corruptos
parentum mores non sequantur, atque aded
infelicem eorundem exitum non fortiantur,
insinuari visum fuit aliquo modo in filijs Co-
re, de quibus ait Scriptura Num. 26. v. 10. & 11.
& factum est grande miraculum, vt Core pereunte,
filij eius non perirent. Quare non est quod mire-
mur, quamobrem Christus, qui videbat in his
Scribis & Pharisæis signum de cælo petenti-
bus, obstinatum parentum suorum increduli-
tatem, his verbis illos excipiat: *generatio praua,
& adultera, non obscure exprobrans illis trans-
fusum in illos à parentibus duræ ceruicis; &
incredulitatis vitium.**

DIGRESSIO III. MORALIS

In vers. 25. & seq. de Iona, & Nini-
uitis.

I.

HAEC Niniuitarum ac Ionæ historia non
pauca continet hominum moribus vti-
lia; proindè ea, quæ hic de ea dicemus clarita-
tis causa, ad quinque capita reuocabimus. Vnum
pertinebit ad personam Ionæ, alterum ad tem-
pestatem, tertium ad nauarum trepidationem
ex tempestatis magnitudine coortam. quar-
tum ad Ionæ proditorem. Postremum verò
Niniuitarum pœnitentiam cõplectetur. Prin-
cipio quod ad Ionam attinet, refert hic, & non
obscure repræsentat Ionas prædicatores tum
externos Euangelicæ veritatis, tum internos.
Ionas filius Amathi ad prædicandum mittitur;
est autem *filius Amathi* idem quod *filius veritatis
meæ*; quia nimirum Euangelij prædicator ve-

*Ionas præ-
dicatoris
typus.*

A ritatem Dei, hoc est, quam à Deo accepit præ-
dicare debet; non quæ suo ipse Marte ad cap-
tandam auram popularem, vel ad vulgi volun-
tatem excogitauit.

Deindè Ionas columba est, si nomen inter-
preteris, quæ innocens, & cicur est auis, quia
debent prædicatores Christi mansuetudinem
imitari, & innoxiam vitam inter homines de-
gere. verum quamuis Iona columba sit, acri-
bus tamen verbis iubetur exitium, clademque
Niniue minari: *adhuc quadraginta dies & Nini-
ue subuertetur*; nam Euangelij præcones, ita
modesti, & mites esse debent, ita commiserationis
viscera declarare, vt interim impenden-
tem scelestis hominibus Dei iram efficaciter
denuntient; & cum res postulauerit etiam ver-
borum amaritudini, & acerbitati minimè par-
cant, desleant sanè, & vt columbæ gemant ob
hominum miseriam, & quæ ab illis malè com-
missa sunt, proprijs redimant lacrymis, vt pec-
cantibus à Deo magnis gemitibus veniam pe-
tant, & obtineant, & magno tamen honoris
Dei zelo scelera hominum detestentur, palam
& acriter reprehendant, & quæ illis, ni errata
corrigant, supplicia immineant, non dissimu-
lent. non arma timeant, non Niniues pulchri-
tudine capiantur, non magnitudinem me-
tuant, non Principum potentia cedant, non
impudentia parcant, cum id Euangelij veritas
exposcit; alioquin illud de ipsis dici poterit,
quod est apud Isaiam cap. tertio: *popule meus
qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & hæc de ex-
ternis prædicatoribus.*

C.

Verum præter hos ipsæ à Deo immittæ
cogitationes sanctæ, & impulsus ille spiritus
boni, quem Deus vidente nemine, tanquam
nuncios cœlestis salutis, & Euangelicæ veritatis
ad animam transmittit; prædicatores etiam
quidam sunt, qui quoniam sub oculorum ob-
tutum non cadunt; & sine verborum strepitu
loquuntur rectè prædicatores interni nun-
cupantur. qua in re illud obseruare oportet
ne decipiamur: habere malum Dæmonem
etiam suos istos interiores prædicatores; &
ideò circumspectos nos esse oportere ad dis-
cernendum eas cogitationes, & impulsus,
quæ à Diabolo, & quæ à Deo immittun-
tur.

*Inspiratio-
nes diuina
prædicato-
rum insur.*

D.

Diabolus enim per suas cogitationes, quas
nobis inferit, vel peccantibus blanditur, vt
suum peccatum non videant, ac proindè
neque illud à se procul abijciant: tenebras
etiam rebus clarissimis interdum offundit;
etenim docet, vt cum facinorosus aliquis
sit, multas tamen se habere virtutes sibi per-
suadeat, multa; quæ prudentibus, ac pri-
marijs viris valdè probentur: quod si quid
peccatur condonandum id esse ætati, ho-
minum naturæ; occasione; tempori; ami-
citiæ; superesse adhuc plurimum vitæ; ad
pœnitentiam; nosse Deum debiles mortalium
vires; patientem, & misericordem esse; &
tempus libenter peccatoribus ad pœnitendum
concedere. contrà verò; præsertim cum
suprema imminet vitæ hora, in desperatio-
nem deicere miserum hominem contrarijs
omnino cogitationibus conatur. quod non ra-
rò etiam efficit cum quibusdam, quibus actum

esse de salute persuasit, vt propter cōscientiam scelerum desperata salute, præcipites in vitia omnia ruant, atque ita omnibus se vitæ oblectamentis, & sceleribus mancipient. Sic Dæmō contrarijs vijs incedit, vt peccatoribus imponat, ac secū in æternas, tartareasq; pœnas ruere faciat. At Deus sic allicit, vt terreat, sic terret vt alliciat, allicit sp̄e misericordiæ, terret iustitia. Etenim in memoriam reuocat extremum iudicij diem, & quæ sint peccantibus parata supplicia, vt quanto sint in periculo videant, & tandem ad meliorem frugem redeant. Ac ne peccatorum conscientia quasi fluctibus obruti desperent salutem, excitat illos, atque animat passionis suæ recordatione, & bonitatis suæ indicijs iacentes erigit, veniam pollicetur, blandè inuitat, medicamenta spiritualibus morbis apta demonstrat, ita vt nunquam à misericordia seueritatem, nunquam à seueritate misericordiã seiungat. q̄ apud Isa. c. i. 19. legimus: *si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis, quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit vos.* & his similia apud Prophe-
 3. *inas peccatoris image.*
 tas legere est, in primis apud Ezechii. c. 18. & 33. & hoc tandè est, Ionã. i. columbã mittere, ore tamè diuini iudicij districtã sententiã ferentem: *adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.*

Ad hæc considerandum est in Iona, quod fugerit à facie Domini. qua in re repræsentat nobis Ionas peccatoris personam, cuius tanta est infania, & stultitia, vt quodam modo fugere se posse putet à facie Domini, eumq; fallere; q̄ effecit Adam; fugit enim à facie Dei, vt videre est Gen. 3. 8. cum enim primi illi homines audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem, absconderunt se. fugerunt sanè; sed non ideò effugerunt faciem Domini. Cain quoque stultè arbitratus est posse se latere Deum. stultè & illi Psal. 93. 7. qui dixerunt vbi multa patrassent scelera: *non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob: quos meritò confutat Dauid: intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: qui plantauit aurem non audiet? Aut qui fixit oculum non considerat?* quod alibi idem propheta immensam Dei sapientiam admiratus sic testatus est Psal. 138. 6. *mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, & non potero ad eam. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam:* & Ierem. 23. 23. inquit Deus: *putas ne Deus è vicino ego sum, & non Deus de longe?* q. d. an non ego vbi que, vt possim vos punire, neque quisquam possit manus meas effugere? quem sensum eo loco videntur septuaginta reddidisse, licèt Hieron. Aquila, & Symmacus in huc sensum interpretentur verba Dei: *num ego cognosco quæ prope sunt, & nō etiã quæ longe, vt ignorem quid vobis olim euenturũ sit.* quibus fauent sequentia verba v. 24. *si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum dicit Dominus?* q̄ Dauid dixit Psal. 138. 5. *ecce tu cognouisti omnia nouissima & antiqua. & Paulus ad Hebr. 4. 13. omnia nuda & aperta sunt oculis eius.*

4. Est & aliud quod in hac Ionæ fuga contem-
 4. *teritus*
 plemur, confirmari videlicet hoc facto fugientis prophætæ, id quod vtiliter animaduertit Gregor. lib. 6. mor. c. 13. in illa Iob. cap. 5. *qui comprehendit sapientes in astutia eorum; sic enim de Iona scribit: sed quia nonnunquam astu-*

A *tè se aliquid sapere etiam electi moluntur; libet ad medium alium sapientem deducere, & quomodo in internis consilijs sapientia mortalium comprehendatur, demonstrare. prudenter quippe Ionas sapere voluit cum ad prædicandam Ninivitarum sapientiam missus, qui electis gentibus Iudæam deserere timuit, prædicationis officium implere recusauit. Nauem petijt, fugere Tharsis elegit: sed protinus tempestas exoritur, fors mittitur, vt videlicet cognoscatur cuius culpa mare turbetur. Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, ceto sorbente repente deuoratur; atque illuc gestante bellua peruenit, quo ire sponte contempsit. Ecce fugitiuum Dei tempestas inuenit, fors ligat, mare suscipit, bellua includit; & quia auctori suo obedire renititur, ad locum, quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Iubente Deo ministrare homo prophetiam voluit, adspirante Deo bellua prophetam vomuit. Comprehendit ergo Dominus sapientes in astutia eorum, quando & hoc in vsu sua voluntatis redigit, per quod sibi voluntas humana contradicit.* sic Gregor.

B Nec disimulanda duo alia sunt in hac eadem fuga, nimirum, quod dum à facie Domine fugit Ionas, in Tharsis nauigat, & dato nauulo fugit. nam profectò quia à Domini facie fugit in Tharsis, in mare fugit, quo nihil instabilius, nihil periculosius, & cum liceret in tuto consistere, fluctus, & procellas experiri libet peccatori, & exiguo, fragiliq; ligno animam suam credere non veretur. nam quid rogo boni potest esse ei, qui fugit bonum? quæ lux, quale gaudium ei qui lucem propter tenebras, linceram animi voluptatem propter mærores, & angores deserit? An quæso stultius aliquid excogitari peccatore possit, qui tranquilla, ac suauis vita contempta in tantos se perturbationum fluctus vltro conijcit?

C Sed neque minor est altera peccatoris stultitia, qua magno pretio ac labore sibi emit ea, quæ diximus mala, sicut Ionas mare ingressus est dato nauulo, quo non aliud quàm luctus, & tempestates, & pericula coemit, sed multo grauiore nauulo, & pretio assequitur peccator ea quæ cupit; quæ re ipsa ærumnæ, angores, pericula, perturbationes, terrores, labores, denique omne malorũ genus vel sunt, vel secū cõuehūt.

D Ingredditur mare peccator relicto Deo, vt quærat quod cupit, sed immisso vento magno videt sæpe miser nihil se aliud fecisse cū à Deo fugit, q̄ q̄ à Deo ppitio fugerit ad iratũ Deũ, neq; .n. Deum fugere potuit, tũc verò in mare præualido irruente vento tēpestas magna fit, cū variæ, aduersæq; sibi mutuo perturbationes in anima peccatoris exsurgūt, quæ omnem illi lætitiã, animiq; tranquillitatē adimunt, & hæc de persona Ionæ, eiusq; fuga dicta sint. Venio ad alterum tempestatis Caput.

In fugientē Ionã tēpestatē immisit Dominus, q̄ q̄ aptè factum sit hæc similitudine docet Chryl. ho. de Iona to. i. sunt tibi duo serui, vnus fur, alter fidelis. fur scyphum furatur, & fugit; mittis post eũ fidelē, q̄ eũ insequitur, & capiat. ita fugit impius peccator nolēs Deo parere: sed mittitur post eũ tanquã fidelis Dei Minister, spiritus procellarũ, quæ faciūt verbũ eius, qui etiam mari præceptũ posuit, & nō præteribit. Spiritus iste procellarũ vexationes sunt, & ærumnæ, persecutio, pericula, morbi, filiorũ in

Peccator vel vltro, vel immittitur quod Dem vult.

5. Peccatoris stultitia in Iona expressa.

6. Peccator pretio emit malum.

7. Peccator fugiens à Deo propositio tendit ad iratũ.

8. Et varijs malis ab eo tanquam tēpestatibus vexatur.

teritus, diuitiarū amissio, & cætera innumera mala, quæ solet Deus immittere, & quibus tanquã arctissimis vinculis, & teterrimo carcere cõpel lit aliquo modo peccatores vt resipiscant. Verùm sicut nõ quieuit tẽpestas aduersus Ionã immissa, quãuis impedimẽtis, sarcinis ac mercibus in mare proiectis, quia nõ hæc querebat spiritus illę procelle excitatus à Deo, verũ Ionã, quem cũ deuorasset turgidũ mare, quieuit illic. eodẽ planẽ modo cũ à Deo vexaris peccator, te insequitur ille, nihil mundi solatia proderũt, nihil amicorũ cõsuetudo, nihil cõsilia vanorũ hominũ iuuare poterũt, frustra medicũ accersis, in Aegyptũ auxiliij petẽdi gratia frustra descẽdis: hæc externa sũt: redi ad Deũ tuũ: peccata tua projice in profundum maris; sic cessabit tempestas: quod si permaneat adhuc, tuo bono permanebit si conuertaris.

Sed vide ne ea cogitatio animũ tuũ occupet cũ te ijs, quę numerauim⁹, malis, castigat Deus, vt putes beneficiũ maleficiũ esse, amorẽ odiũ, misericordiã sęuitiã. ecce tibi, si permisiss⁹ fuisset Ionas more suo agere, ad Dei obsequiũ non rediisset: quod in maximum ei⁹ exitiũ celsisset. at nũc tẽpestas agitatur, in mare proiectus, validissimis perturbationũ vndis exercitur, redijt ad Deũ à cui⁹ facie fugerat; idq; nõ aliter, quã ipsa illũ ducẽte tẽpestas, & ad Dei seruitutẽ reuocãte. Nescio an mai⁹ aliud sit irati Dei signũ in peccatores, quã si illos impunitos hic relinquat, si permittat illis omnia ad nutũ succedere, si sinat eãdem vitiorũ viã insistere, nec immisso procellarũ vëto illos insequatur. Audi quid de his scribat Dauid Ps. 80. 13. *dimisi eos secundũm desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis.* quibus etiam & Deus dicit: *egredere, & abi post vestigia gregum tuorum,* Cant. 1. 8.

Væ quibus dicitur Osę 4. 14. *non visitabo super filias vestras cũ fuerint fornicatae, & super sponsas vestras cũ adulauerint,* in quẽ locum sic scribit Hierõ. *grandis offensa est postquã peccaueris irã Dei non mereri.* & paulõ inferiũs: *quando, inquit, videris peccatorẽ diuitiis affluere, iactare se potentia, sanitate gaudere, delectari cõiuge, corona circumdari liberorũ, & impleri illud quod scriptum est, Plal. 72. in labore hominũ non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, scito in illo cõminationem Propheta esse cõpletam: non visitabo super filias vestras, &c.* Docet etiã in eundẽ locum idẽ Hieron. Deum visitare. i. punire peccatores, vt veluti cauterio & amarissimis potionibus: recipiant sanitatem, & morbis careant, q̃ Psal. 88. 33. significatur: *visitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorũ, misericordiam autẽ meam non dispergam ab eo.* ergõ qui amatur corripitur; qui negligitur, suis peccatis dimittitur. & eadem habet in traditionibus Hebraicis in illud Genes. cap. 6. *non permanebit spiritus meus, &c.*

Sed nihil hac in parte acerbi⁹ dici potest eo q̃ habet ad Rõ. 1. 24. *propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immitanditiã: vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, & v. 28. tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant ea quæ non cõueniunt.* quod est nõ modo nõ punire illos vt resipiscãt, verũ in grauia etiã & turpia, sinere illos labi peccata. hoc sanẽ maximẽ horrendum esse Dei suppliciũ, testis est Orig. lib. 3. Periarc. c. 1. testis Chryf. hom. 37. in Ioan. testis Augu. serm. 37. de verbis Domini. testis

A Greg. hõ. 12. in Ezech. qui etiã l. 62. mor. c. 14. cũ Chryf. lo. ci. hoc ipsũ esse magnũ argumentum, & futuræ damnationis signum affirmat.

Est ergo magnum Dei beneficium non sine re Deum hominẽ more suo viuere, & post scelera sua abire, sed flagellis inflictis ad cor illum reuocare, q̃ Osę 2. indicat Dominus se cũ anima facere, quã diligit: licet. n. illa per summam animi ingratiudinẽ à Deo descuerit, & in transfugæ morem ad mundi, carnis, & dæmonis transferit castra, dixeritque aliquando quod est apud eundẽ, Osęam loc. ci. v. 5. *vadam post amatores meos qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* Benignus tamen Deus non finit illam licire; quare subdit ver. 6. *ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceris, & semitas suas non inueniet; & sequetur amatores suos & non apprehendet eos, & quæret eos & non inueniet.*

Quamobrem id? vt tandem ad se reuerfa dicat id quod ibi ver. 7. habetur: *vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia benẽ mihi erat tunc magis, quã nunc.* Videtne quod per ærumnas, & flagella didicit ad Deum redire, dum non finitur à benigno Deo ad nutum suũ agere, & votis suis potiri. sic Iacob cũ delicijs frueretur in domo Laban, domũ patris sui ferẽ obliuioni traderat. at vbi vidit foceri sui Laban immutatã esse faciẽ aduersis rebus eruditus: *vada, inquit, ad terrã Patrum meorũ.* ita interdũ vsuuenire solet, vt quis delicijs affluens Dei sui obliuiscatur, at exorta tẽpestas repetit eam, quam deposuerat Dei, ac cælestium bonorum memoriã. illudque Ierem. 2. 19. non sine dolore meditatur & lacrymis: *scito & vide quia malum & amarum est reliquisse Dominum Deum tuum.* sic egestate compulsus, & ærumnis confectus redijt tandem prodigus filius ad amplexum, osculaque Patris sui, à quo ingratus discesserat. hæc ergõ omnia docet nos coorta aduersus Ionam tẽpestas. Sed tempus est vt ad tertium caput veniamus quo ingens nautarum trepidatio in ea exorta tempestas continetur, quod sequenti Digressione fiet.

C
DIGRESSIO MORAL. IV.
Prosequitur auctor cæteras Historiæ prædicationis Ionæ circumstantias.

QVANTA fuerit ea, quæ à Deo immissa fuit tẽpestas, sat docet scriptura, dum ait Ion. c. 1. 4. *facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri* satis indicat trepidatio illa & tumultus nautarum, v. 5. *& timuerunt nauta, & clamauerunt viri ad Deũ suũ, & miserunt vasa quæ erãt in nauis in mare, vt alleuiaretur ab eis.* arbitratur, inquit Hierõ. *nauem solito onere prægrauari, & nõ intelligunt totũ pondus esse fugitiui Propheta.* quid namq; grauius est peccato, q̃ solum homines in profundã demergit voragine? non potuit cælum quãuis solidissimũ, quasi æreum sit, Angelorum peccatum sustinere; quin & ipsi Angeli licet omnis ponderis expertes sint, statim ac lapsi in peccatum sunt eius pondere oppressi in inferna detracti sunt. neq; verõ aliud animas illas, quæ purgatorio igne lustrantur in imo, & tenebroso detinet loco, & nec finit in cælum euolare, quã peccati pondus, hoc est, vel leues culpæ eluendæ, vel peccatorũ pænæ

D
 I.
 Peccati quã sum pondus.
 Cc 4 non-

9.
 Quia nõ qui
 efcens domet
 ipsum com-
 prehende-
 rint.

10.
 Quod ipse
 beneficij lo-
 co habendũ
 est.

11.
 Perna autem
 loco ducendũ
 si permittat
 tur ire via
 suas.

12.

13.
 Conclusio.

nondum perfoluta. hoc onere prægrauati Aegyptij summersi sunt in mari rubro, *abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis*, Exo. 15. 4. 5. hoc onere premebatur Dauid cum Psalm. 37. 5. sic querebatur: *quoniam iniquitates mea supergressa sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me.* hoc ergo erat onus, quod Ionæ nauem prægrauabat, eo exoneranda erat. Næ tu etiam cum persecutionum tempestate vrgeris; cum te persequitur Deus vt vitam & mores corrigas; cum te procliuem sentis ad fluxa hæc bona, nec facile posse in cælum leuare animum; cum agente Dæmone varijs tentationibus agitaris, mitte de nauis conscientie tuæ onera tua, hoc est, peccata projice; sic enim nauim alleuaueris, & rectum, ac prosperum in cælum nauigationis iter confeceris. hic ergo est primus, quem ex hac tempestate desumere possumus, fructus.

2.
Cauendum
malorum
confortium.

Et verò alter est non minus utilis, cauendum esse à peccantium hominum consuetudine, & conuictu, quos præsertim Deus ob patrata scelera persequitur. nam quoniam in eadem nauis erant nauæ, in qua & Ionas, qui à facie Dei fugiebat, delicti conscius, ob id simul cum illo cæteri omnes in eodem versabantur periculo propter illum, erant enim in eadem nauis. Refert Irenæus lib. 3. aduersus hæreses c. 3. cum Iohannes Apostolus Ephesi balneum esset ingressus, vbi Cherintus hæreticus lauaretur, exilijs inde statim ac eum vidit, his verbis præsentis allocutus; timere se ne balneum conideret, in quo esset Cherintus veritatis inimicus. quantū Deus bone, tumultum, & querelas excitauit in populo Dei tempore Iosue vnus Achani peccatū, quod aliquid ex ijs furatus esset, quæ Dominus contingi prohibuerat? lege Iosue c. 7. propterea enim tria hominum millia ex populo Dei ab hostibus in fugam coniecta sunt, & plures etiam interfecti. itaque punit interdum Deus, magnisque incommodis afficit aliquos propter malorum hominum cōiunctionem, eandemque cum illis habitationem, quibus sæpè malis non corripentur si separati ab illis essent.

3.
Pius irrepidatibus impij securi iunus.

His accedit tertia utilitas quæ se se nobis offert ex eadē tempestate. quis enim nō miretur in tanta nautarū trepidatione, rerumque; omniū discrimine; solum Ionam, propter quem tamē coorta erat ventorum illa concertatio, & tanta maris turbatio somno correptum iacere? ita in Ecclesia nonnunquam accidit, in medijs periculis pius vehementer esse sollicitus, & ad solitum orationis præsidium confugere, conscientie maculas, si quæ insunt, diligenter abstergere, & flagris, cæterisque pœnarum generibus, suppliciter à Deo sibi, alijsque; veniam petere. dicunt enim cum Iob. c. 9. 28. *verebat omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti.* At impij quibus maximè timendum esset, nihil sæpè timent aduersi, quia nec aliorum pericula ad se pertinere putant. quare nec verè peccata relinquere, nec ad Deum redire, nec mala facta inflictis sibi pœnis castigare cogitant, quibus iratum numen placent; nimirum altissimo veferno occupati dormiūt, vel stertunt potius: præsertim verò ij, de quibus Proverb. 18. 3. legimus: *impius cum in profundum ve-*

A *uerit peccatorum, contemnit, vel sequitur eum ignominia, & opprobrium.*

Quare rectè, apteque id quod de Saule proditum est memoriæ, 1. Reg. 26. in peccatorem cadit. Cum enim Dauidem insequeretur inuidia, & odio stimulatus non iure aliquo, vel iustitiæ zelo: de sua salute minimè sollicitus; nec quod in manus eius, quem persequeretur incidere posset, cogitans sopori se tradidit aliquando, tum cum eum ita dormientem inuenit Dauid, vt nullo negotio Regno simul & vita spoliare posset: quamuis Dei volūate factum sit, vt ab eius cæde abstineret. Eodem planè modo scelesti homines quibusdam quasi furijs agitati, dum mundi voluptatibus affixi vitia sequuntur, altè dormiunt nihil de sua salute, nihil de animæ, corporisque interitu, nihil de infesti dæmonis crudelitate solliciti. Sed vide interim, lector, & admirare Dei in istos misericordiam & patientiam. quoties enim illos sic malè tutos, & medijs in periculis quasi sopitos Dæmon inuaderet, & interfectos secum ad inferna traheret, nisi Deus dæmonis in illos potestatem cohiberet? quales igitur, quantasque; gratias agere debeas Deo, peccator diligenter aduerte, propterea quod non in libidine & potestatem diaboli iam multis ab hinc annis traditus, & pœnis tartareis addictus fueris, & respisce miser Dei saltem in te commiseratione commotus, neque eius vltius pergas abuti patientia. horrendum sanè erit in manus eius incidere vbi te toties ad pœnitentiam & inuitauit, & expectauit.

C Sequitur quartum caput eorum, quæ in historia Niniuitarum & Ionæ cōsideranda proposuimus Digress. superiore, n. i. pertinet autem hoc caput ad prædicationem Ionæ, quam sic describit Scriptura: *adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur*; quæ eadem est prædicatione cum illa, quam iubet Deus peccatori fieri: *propè est interitus tuus.* sanè multis verbis queritur Deus de Prophetis insipientibus, quod peccatoribus blandiantur, nec parata supplicia denunciant, vt resipiscant. sic enim ait Ezechiel. 19. 3. *& erit manus mea, Chald. plaga mea, super Prophetas, qui vident vana & diuinant mendaciū: in consilio populi mei non erunt, non censebuntur in populo meo, & non erunt participes secreti boni, quod ego populo meo referuo, & in Scripturis domus Israel non scribentur, id est, in Catalogo Israel, q. d. non reuertentur ex captiuitate in Israel. nam qui reuersi sunt ex captiuitate recensiti sunt, & in catalogum prius relati Esdræ 1. cap. 2. nec in terram Israel ingredientur. quæ verbi sunt explicatio præcedentis partis, & possunt hæc accipi spiritualiter de ingressu in cælestem Israel, & absolute à captiuitate peccati, & scietis qui ego Dominus Deus eo quod deceperint populum meum, dicentes, pax & non est pax, inanem securitatem populo promittentes; & ipse edificabat parietem, & in tem liniebant eum luto absque paleis, hoc est, populus promittebat sibi securitatem, hæc etiam per parietem rectè significatur: at promittentes confirmabant populi securitatem, falsis, & inabilibus rationibus, hoc enim est linire parietem luto absque paleis; facile enim dicitur ad eos qui liniunt absque temperamento.*

4.
Qui nibilominus sapè à Deo prætermeritum ab exitio conseruatur.

5.
Viri Prophetæ terram De peccatoribus annuntiant.

6.
Sed propheta ante dulcia palloremur.

paleis, quod casurus sit, id est, securitas quā pollicentur, concidet: erat enim imber inundans, sic nominat Chaldæorū exercitū, sicut & Ierem. 47.2. & Isai. 8.7. & 17.13. & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, id est, duces exercitus, & ventum procella dissipantem, omnia deiicientem. videtur autem intelligere Regem Babylonis, de quo Propheta c. 1. 4. siquidem ecce cecidit paries: numquid non dicitur vobis, vbi est litura quam linistis? hoc est, exprobrabant vobis malè firmam fiduciam & securitatē vestram, interrogantes vos vbi nam lit. similem fermè comminationem habet, Ierem. c. 4. 10. & 6. 14. & 8. 11.

6.
Achab ab
ijs deceptus.

Similes istis erant quadringenti illi Prophetae, qui falsò prædicebant Acabo Regi in bello victoriā, cōtra quem tamen Deus mortis sententiam tulerat, 3. Reg. 22. non aliud ergò tibi peccator dicere possumus, quàm quod Niniuitis dictum est: & Niniue subuertetur, vel quod Tob. 14.6. legitur: prope erit interitus Niniue .i. tuus. age igitur pœnitentiam, cum tibi Dei nomine minas intentari audieris, & quia Deū offendēdo multa quæ tibi facere nō licebat, impiè perpetrasti, nūc etiam debitas de te pœnas reposcens, à licitis etiam abstine. hoc .n. luctus, & pœnitentiæ tēpore faciendum est ad auertendam iustā irati Iudicis iram. Chryso. in illa Gen. 7.13. ingressus est Noe, & Sem, & Cham & Iapeth filij eius, vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam: obseruat separallē Scripturam hoc loco viros à fœminis. nam quāuis ij de quib⁹ est sermo hic, viri & vxores essent inter se, & liceat viro cū vxore sua habitare; quia tamen pœnitentiæ vel diuinæ vltionis tempus aderat, seorsum hi ab illis, sicut erant corpore separati, numerantur. vnde constat si verè pœnitet scelerum à licitis abstinentium nobis esse, quando illicita perpetravimus.

7.
Vera pœnitentia virtutum opera habet adiūta.

Sequitur postremum caput de pœnitentia Niniuitarum. Ante omnia non indiligenter animaduertendum est, veram pœnitentiam virtutum sibi opera habere semper adiuncta. sic enim elegāter Chryso. hom. de conu. Pauli tom. 3. non obscurè significat exēplo Pauli, & Iudæorum collatione facta inter vtrosque. hi enim in horto interrogante Christo: quem queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum, quibus Christus: ego sum. qua voce percussī in terram illicò conciderunt, retrorsum abeuntes. ille verò, id est, Paul. interrogatus à Christo: Saule Saule quid me persequeris? Respondit: quu es Domine? & cū respōsum illud accepisset: ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, etiam & ipse in terram statim corruit non secus ac Iudæi, diuerso tamen effectu. Iudæi quippè velociter vt Christum apprehenderent, & contumelijs afficerent surrexerunt, nihilo meliores effecti, & vt inquit Chryso. lapidibus insensatiores. quid enim stupidius illis, qui retrorsum cū corruissent, iterum surgunt, vt inuadant? at nō ita Paulus, sed cælesti vi cedens, suauiter, ac blandè Seruatori respondit: Domine quid me vis facere? priorem planè viam detestatus, & omninò meliora cogitans. quare egregiè Chryso. concludit: simile vtrobiquē virtutis Christi indicium, similiaq; remedia, at non similis correctio. nam illi in cecitate sua manserunt, at Paulus anima sincera,

A bonaq; voluntate ad fidem accessit. quibus omnibus satis constat, non satis esse extrinsecus concionatoris verba auribus insonare, nec sufficere ad salutem quod Deus inspiret id quod sciendum est, si nobis ipsi desimus, nec Dei auxilio per luctus, & bona pœnitentiæ opera cooperemur, prompta volūtate suscipientes cælestem spiritus impulsū; quod effecere Niniuitæ postquam Prophetæ minas perceperunt.

Etenim omnes à se corporis abiecere voluntates, cilicij, & flagris indomitam, & effrenatam carnem edomantes, illamq; sic rationi parere cogentes; nec ipsi modò cibo abstinere, sed & iumentis etiam ieiunium indixere, cæteraq; multa pœnitentiæ signa, superioris vitæ maculas eluere cupientes, ostenderunt, & hac demum arte illi tunc veniam à Deo obtinere meruerunt. neque ab his aliena Paulus, de quo paulò antè, se fecisse commemorat ad Galat. 1.15. cū autem, inquit, placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt Evangelizarem illum in gentibus, continud non acquieui carni, & sanguini. sic de sola tantum Dei voluntate; & gloria sollicitus priora contempfit.

Vehementer vereor ne nobis obijci possit quod olim Iudæis dictum est: viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in predicatione Iona, & ecce plusquam Iona hic. illi ad vnus serui, eiusque ignoti vocem tam insignem pœnitentiam egerunt; nos cū quotidie Deum ipsum Dominum in Scripturis, & in Ecclesijs loquentem audiamus, vix quidquam mouemur. vnus illis dies satis fuit vt ad Deum redirēt, nobis tot mensium interualla, tot annorū curricula non sufficiunt, vt pristinum vitæ modum corrigamus; illis, solis verbis subuersionem comminabatur Propheta, & toto tamen & corpore, & animo cohorrerūt, nos toties æternis supplicijs intentatis nihil afficimur; illis quadraginta dierum spatium concedebatur, vt ad meliorem frugē redirent priore vita derelicta, nobis ne hora quidē vna certa, securaq; ad vitam promittitur. illi vniuersi summi, medijs, infimi, meliora concepere, nos in dies peiores euadimus, & vix vnquam vllū emaculatiōis vitæ signum damus. Postremò ne longum faciam, tot illi se affixere supplicijs, vt diuinum numen placarent, quamuis idola colerent, nec veram planè Dei cognitionem haberent; nos Christiani, Deique veri religionem multos iam annos professi, ita affixi voluptatibus hæremus, ita terreste hoc corpus amamus, ita vitij insistimus, & inordinatis animi affectibus inhæremus, vt quiduis quamuis paruum, quamuis leue pati minimè possimus, vel de nostris delicijs quidquam detrudere audeamus, & non ignoramus tamen paulò post, vel nobis inuitis ista esse omnia relinquenda, ac longè præstantiora bona esse reposita in cælis fluxarum rerum contemptoribus, earum verò sectatores sempiterna manere supplicia non dubitamus.

Quare meritò in nos conuenire dixerim illa Ierem. verba c. 2. 10. quibus Deus rebellem populum accusabat, quod se contemp toserui-

Niniuitarū
pœnitentia.

8.

Christiani
peiores &
duriore Niniuitis.

9.

ret

ret idolis: *trāsite, inquit, ad insulas Cethim, in Cyprum, ubi ciuitas Cethin, hinc Ieron Citthei: nisi malis Italiam seu Græciam intelligere: & te, in Cedar mittite & considerate vehementer: & videte si factum est huiusmodi. i. in Arabiam atq; adeo ad barbaras & remotissimas qualq; nationes mittite, qui explorent diligenter, ecquid tale apud eas fiat, quale fit apud vos: si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Di; populus verò meus mutauit gloriam suam, Deum videlicet suū, quo gloriatur, in idolum. i. in id quod nihil prodest, vt sunt idola, vel etiam peccata, voluptates, res vanæ, vnde summa miseria, sempiternus interitus, vtilitas nulla consequitur. *Obstupescite cali super hoc. i. cū id quod diciturus sum, audieritis, & porta cali desolamini vehementer, lugete, vel more abiectorū mæstítiam indicatè, seu inhorrescite cum Septuaginta. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aqua viua, perpetuò manantis, vel vitam dantis, q. d. qui perpetuò illos iuuare possum, & sempiternam vitam largiri: & dederunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, non sine labore magno elegerunt, & conquisierunt idola, seu fluxa bona, infirma & inania; qua continere non valent aquas, quæ nulla in re eos iuuare poterunt. Propterea minimè admirari debemus, si tot interdum vrgemur malis, si tot sæpè à Deo flagellis cædimur, si toties res Christianorum malè succedunt, si prædæ, si direptioni hostibus sumus, cū adeo duri ad pœnitentiam firmus, vt nullis Dei querelis, nullis prædicantium vocibus, nullis exemplis indoleamus. sic loco iam cit. v. 15. subdit Deus: *quare ergo populus meus factus est in pradam? super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, Reges, & Principes exercituum infidelium contra Israelitas vel populum Christianum inhiarunt tanquam leones rugientes in eius prædam; posuerunt terram eius in solitudinem; Ciuitates eius exusta sunt, & non est qui habitet in eis. quod si scire cupis, quæ sit horum malorum causa, audi: nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum? & pergis tamen peccator cū hæc audias, vel legas, Deum ad iracundiam prouocare. propterea sic iure conqueritur Deus eodem loc. v. 18. & nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aqua turbida? & quid tibi cum via Assyriorū vt bibas aqua fluminis? hoc est, quid quæris adhuc mundi voluptates, quid consecraris ea quæ tibi mortem afferent sempiternam? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te, id est, castigabit te, & faciet vt res aduersas, & contrarias experiare, ex quibus discas quàm malum, & amarum sit dereliquisse te Deum tuum. propterea subdit: *scito & vide quia malum, & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus exercituum.****

10.

Restat iam videre quænam speciatim fuerint ea pœnitentiæ opera, quæ sibi Niniuitæ indixerunt, vt peccatorum pœnas darent, quibus iratum numen placarent, eaquæ ad nostros mores accommodemus. & primùm quidem crediderunt illi seruo Dei Ionæ, & præterita peccata lugentes, ieiunarunt; deindè se faccis operuerunt; mox cū prædicationis Ionæ fama pertrebuisset, peruenit rumor ad Re-

A gis Niniue aures, & optimates eius. & quidem Rex regio honore posthabito, & regali vestimento abiecto, indutus est sacco, & sedit in cinere, iussitque per præconem edici per Niniue ex Regis, & Principum eius decreto: *homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur sicci homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus? &c. Ionæ 3. 7. nec viri solum, verùm etiam pueri, & iumenta, quod mirere maximè, faccis operiri iussa sunt. quæ omnia sic ad rem nostram, vtilitatemque conuertemus.*

B Primùm enim credere oportet vera esse ea, quæ à Deo, diuini que verbi præconibus, & quæ Spiritus S. in scripturis contra peccatores, supplicia minatur. indè ex attenda peccatorum nostrorum cogitatione lugendum erit, vt hac saltem ratione peccati sordes abluamus, dolori etiam, ac luctui solemne ieiunium adiungamus, quo tanquã primo indumetò animas nostras operiamus, & tanquam armis impenetrabilibus pectus muniamus; *operui, inquit Dauid Psal. 68. 11. in ieiunio animam meam.* vnde infert Ambros. in l. de Elia, & ieiunio cap. 4. *gula ergò nudos facit, ieiunia operiunt, & exutos: bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur.* quare præclare nos Episcopi Africani epist. ad Siriciū Pontificem, quæ 1. to. Concil. habetur, ita monent; *audiant Prophetam dicentem: cooperui in ieiunio animam meam. ergo qui non ieiunat intectus & nudus est, patet vulnere. deniq; si Adam se texisset in ieiunio non fuisset nudus effectus.* Rectè: sunt enim animæ nostræ venenatis aduersarij nostri sagittis expositæ; patent vindicis iustitiæ Dei telis, quæ si non operuerimus tegumento ieiunij, nequibunt profectò multis cõfossæ vulneribus non interire. sic ergo Niniue se à morte ieiunio liberavit.

C Sed neque nobis fatis erit primum hoc vestimenti genus nisi adiciamus & alterū, & faccis etiam operiamur. quod est pristinæ vitæ vilitatem, & veteris vitæ turpitudinem exterius aperire, quod tum profectò fit, cū per integram, humilemq; confessionè, quæ intus peccata latebant magno Dei beneficio, homini Dei locum tenenti, detegimus. etenim si intus quæ exæstuat febris, & viscera nostra depascitur, non prodit foras, longus sanè & periculosus erit morbus, & mortè sæpè inuehens: ita & peccatū, si foras per confessionè erumpat, auferitur, si lateat, interimit. Proindè Dauid quãdiu peccatum texit, nunquam illi esse quieto licuit; at cū primùm aperuit, *peccaui Domine, audiit à Propheta, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris.* 2. Reg. 12. 13.

D Verùm tum ad Regem & Principes sermo pœnitentiæ peruenit, cū Christiani populi capita, Antistites, sapientes, quiq; alijs præsumt, peccata inspicietis, quibus Deum ad irã, indignationemq; prouocatum vident, primi molè, ac delicatã vitã abijciunt, & se pœnitentiæ faccis accingunt, si fortè suo antea exemplo cæteris nocuerat; hoc. n. cū faciunt, veluti firmiter, stabiliterq; decernunt, & edicunt, vt familia oēs

11.
Quomodo
penitentia.12.
Sacco operiri
mysticè quid
si.13.
Principes &
Antistites
penitentia
agere debent.

agant

agant; unde fiet ut ad eorum exemplum totus componatur populus, & Deum frequentibus lacrymis, solemnibus ieiuniis, cilicio, aliisque bonis virtutum operibus ad misericordiam inflectant, eius iram auertant, & commissorum tandem veniam obtineant. aliter si fecerint, frustra clamabunt, & leges condent, si à clamore, & à legibus eorum vita discordet. hinc sanè consequetur, ut & homines, & pueri, & iumenta faccis operiantur, hoc est, ut ait Hieronymus, rationabiles, & irrationabiles, prudentes, ac simplices penitentiam se dedant, & illud impleatur, Psalm. 35. 7. *homines, & iumenta saluabis Domine.* tunc videbit Deus opera nostra, quia conuersi sumus de via nostra mala, & miserebitur Deus super malitiam, quam loquutus fuerat, ut faceret nobis & non faceret; ut c. 3. Ionæ fecisset Deum legimus cum Niniuitis.

Sed antequam finem huic historiarum imponam, facere non possum, quin pulchram quandam comparationem Synagogæ cum Iona Propheta, & Veteris testamenti cum hedera in umbrante Ionam, non adscribam huc translata ex epist. 49. Augusti. in respon. ad 6. quæst. *Vmbra culum, inquit, hedera super caput Iona, promissiones erant in Veteri testamento bonorum temporalium, & erant tanquam umbra futurorum bonorum, quasi ab astu temporalium malorum vmbra culum quoddam præbentes. hic enim promissionibus, ac bonis populus ille carnalis, ab illius temporis aduersitatibus quodammodo protegatur. vermis autem matutinus percussus, & siccata hedera Christus Dominus noster fuit: vermis quidem appellatus propter humilitatem carnis: quippe sub persona Davidis ipse de se dixerat; ego sum vermis, & non homo: & quia sicut vermis sine commistione vtriusque sexus, & sine virili semine natus est. Matutinus autem vermis propterea dictus est, quia mane & in diluculo surrexit à mortuis. per vermem autem illum percussa, & siccata est hedera; quoniam per Christum, & eius Euangelium, cuncta illa, quæ apud Iudeos vmbra tili quædam significatione ad tempus vixerant vacuata & exinanita penitus emarcuerunt. & cunctus ille populus amisso Ierosolymitano Regno, & Sacerdotio, & Sacrificio (quod tamen totum fuerat umbra futuri) in captiua dispersione magno tribulationis aestu adurit, sicut Ionas à solis ardore; & dolet quidem ille grauiter, & tamen dolori eius, atque vmbra, quam diligebat, salus gentium, & penitentium hominum præponitur. hæc Aug. quibus postremis verbis significat, carnalem illam Synagogam dolentem de gentium conuersione, & salute similem fuisse Ionæ irascenti, atque indignanti, quod Deus pepercisset Niniuitis.*

14. Comparatio Synagoge cum Iona.

CAPVT XIII.
PARABOLA
SEMINANTIS.

A. 13. 1. B. 4. 1. C. 8. 4.

1. A. **I**n illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. B. & iterum cepit docere ad mare.

2. A. Et congregata sunt ad eum turba multa: ita ut in nauiculam ascendens, sederet & omnis turba stabat in litore. B. circa mare super terram.

3. A. Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens. B. illis in doctrina sua.

4. Audite: ecce C. exiit, qui seminat seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam: & concultatum est, & volucres cali comederunt illud.

5. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit: quia non habebat humorem.

6. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spina suffocauerunt illud. B. & fructum non dedit.

7. C. Et aliud cecidit in terram bonam. B. & dabat fructum ascendentem, & crescentem, & afferebat unum triginta, unum 60. & unum 100.

8. C. Hæc dicens clamabas: qui habet aures audiendi audiat.

9. Interrogabant autem eum B. cum esset singularis. C. discipuli eius. B. hi qui cum eo erant, duodecim parabolam. C. qua esset hæc parabola. (&) A. quare in parabolis loqueris eis?

10. C. Quibus ipse dixit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem B. qui foris sunt C. in parabolis.

11. C. Ut videntes non videant, & audientes non intelligant, B. nequando conuertatur, & dimittatur eis peccata.

12. A. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Idcirco in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, & intelligunt.

13. A. Et adimpletur in eis prophetia Isaia dicentis: Auditum audietis & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.

14. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant & conuertantur, & sanem eos.

B. Super petras, ubi non habuit terram multam, & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ. Et quando exortus est sol exarsit: & eo quod non haberet radicem, exaruit. C. & ortum fecit fructum cœmplum.

A. venit Malu. B. Satanas
 A. omnis, qui audit verbu Regni, & nō intelligit, venit, malum, & rapit quod seminatū est in corde eius. hic est qui secus viam seminatus est.
 B. Hi autem sunt qui circa viā, vbi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit Satanas & aufert verbum. quod seminatu est in cordibus eorum.
 A. Rapit. B. aufert.
 A. qui autē super petrosā, seminatus est, hic est, &c.
 B. qui super petrosā seminatur.
 A. continuo cum gaudio accipit.
 C. Ad rēpus credunt & in tempore tribulationis recedunt.
 A. qui autē seminatus est in spinis. B. & alij sunt, qui in spinis seminatur.
 A. Fallacia diuitiarum.
 A. qui vero in terrā bonā seminatus est, hic est, qui audit verbum & intelligit.
 B. Numquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto: nonne vt super candelabrum ponatur.
 B. non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factū est occultū sed vt in palam veniat.

- 15. Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestrae quia audiunt.
- 16. Amen quippe dico vobis: quia multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.
- 17. B. Et ait illis: nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolæ cognoscetis?
- 18. A. Vos ergo audite parabolam seminantis. C. Semen est verbum Dei. B. qui seminat, verbum seminat.
- 19. C. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit Diabolus B. confestim. C. & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.
- 20. Nam qui supra petram: qui cum audierint. B. statim. C. cum gaudio suscipiunt verbum.
- 21. B. Et non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione, & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.
- 22. C. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ eunt, suffocantur, & non referunt fructum.
- 23. B. (Nam) erumna seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeunt suffocant verbum, & sine fructu efficitur.
- 24. C. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum offerunt in patientia. A. Aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum.
- 25. C. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut sub lecto ponit; sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.
- 26. Non est enim occultum quod non manifestetur; nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam veniat.
- 27. B. Si qui habet aures audiendi audiat.
- 28. C. Videte ergo B. quid (&) C. quomodo audiatis. B. in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis.
- 29. C. Qui enim habet dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo.

A
 B
 C
 D

SCHOLIA.

I. A. **I**N illo die] Matthæus & Marcus parabolæ proximè subiiciunt superioribus, & prima quidem pulcherrimè coheret cum eo quod præcelsit de audiendo verbo Dei. Quare etiam Lucas hæc coniunxit, quamuis diuerso ordine à Marco & Matth. cum verò Mart. dicat: *in illo die exiens Iesus*, indicare videtur eodem ipso die quo superiora pronuntiauerat Dominus, cum domi esset, exisse, & has parabolæ differuisse. Quamquam & illud verbum *in illo die*, non id omnino conficiat, cum possit dies accipi more scripturarum pro tempore, sed simplicius pro eodem die accipiendum hic, quemadmodum & Beda accepit, qui Marci 4. arbitratur eodem illo die à Christo hunc sermonem esse habitum, quo in ea ipsa domo fuerat ad quam fratres eius conueuerant.

Videtur sanè huius parabolæ occasio, ea fuisse, nimirum frequens hominum concursus, ac multitudo, quæ vndique confluerat: vt proinde indicare voluerit Christus non satis esse verbum Dei audire, neque omnes qui illud audiunt vitam suam emendare. non eodem modo excipitur ab omnibus: immò verò in paucis suos facit fructus, vitio eorum qui audiunt. Addit & alias similes parabolæ, quibus natura, vis, & efficacia, fructus, denique verbi Dei pretium melius declaratur. Itaque in hac prima parabola ostendit quales esse debeant verbi Dei auditores.

B. *Iterum cepit docere ad mare*] obseruandum est ex Marc. initio docuisse Christum in littore, postea ob nimiam hominum frequentiam concessa nauis, ne opprimeretur, & audiri clariùs posset, vel vt Chrysost. & Theophyl. existimant, vt omnes auditores ante conspectum suum intentos in se haberet in mari cœpisse docere. Ait enim Marc. *iterum cepit docere ad mare* nimirum, vt Matth. inquit, *sedens secus mare*; subdit verò postea idem Marc. *& congregata est ad eum turba multà, ita vt in nauim ascendens sederet in mari*, nempe in cymba. vide nu. 4.

Mare verò istud procul dubio lacus est Genesareth; & verò idcirco videtur domo egressus, quia paucos capere poterat & quamplurimi confluerant, quibus Dei verbum impertiri volebat.

Porrò egressus cœpit secus litus concionari, sed aucta adhuc multitudine nauim inscendit.

Mythicè, quod Dominus è domo exiens vbi paucos docere potuit, circa mare cōscensa nauis multas turbas docere cœperit, significare videtur eiccta Iudæorum Synagoga exiturum aliquando ad docendum gentes concessa Petri nauis.

3. *In parabolis*] in loco, per, hebr. more ponitur. Est, parabola vox, græca à πᾶράβολα, quod verbum significat comparare; Latinis similitudo dicitur, hebr. masal. & est sermo qui aliud sonat, aliud significat, obscuris rerum similitudinibus inuolutus. Quia verò sermo noster ferè parabolicus est, vel translaticius, hinc est, vt omne verbum parabola sit appellatum ab antiquis Ecclesiasticis, hinc Hispanis, *palabra*, Italis, & Gallis *parola*. Sunt autem aptè ad explicandas res spirituales, cum enim sub sensum non cadant per parabolæ, & similitudines sensibus veluti subiiciuntur, & memoriæ tenacius inhærent. Hinc Dionys. Areopag. de cælesti Hierarch. cap. 11. scriptum reliquit: impossibile esse aliter lucere nobis diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminum, anagogicè circumuelatum. Sacræ namque parabolæ diuina quædam sunt velamina, quæ dum non expli-

I.
 2.
 3.
 4.
 5.
 Domus Iudæos, mare gentiles designat.
 Parabola quid.
 cantur

cantur, velant quidem, at explicatæ referant res spirituales, ac diuinas.

Hinc Christus vsus est parabolis non ob hæc solum, sed vt iucundior quoque esset narratio. Accedit & mos Syrorum ad quos etiam Iudæa pertinet. mos ijs erat, inquit Hieronym. Matth. 118. & maxime palæstinis ad omnem sermonem suum parabolas iungere, vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem, exemplaque teneatur. Lege Chrysolo. sermone 96. hoc ipsum sapientibus antiquis in vsu fuisse testis locupletissimus est Clemens Alexandrinus libr. 5. Stromacum.

Porro de interpretatione, & vtilitate parabolorum, vide Driedonem to. 1. de Ecclesiasticis Scripturis l. 3. c. 4. tract. 2.

In doctrina sua] id est, iuxta suum docendi genus.

4. Audite. Ecce. C. exijt qui seminat] Seminatore Christus est, secundum Athanas. hom. de semente. & dicitur à Matth. & Luc. qui seminat, est autem periphrasis agricolæ; græcè *οὐρανίου* seminans, vt apud Marcum legimus, hoc est, seminator, seu qui seminare solet. Porro sic dicitur, quia nunquam dicitur, quia nunquam desinit seminare; vt Deus enim ab initio cõditi orbis seminauit verbũ in cordibus hominum, dum lumen illis naturale indidit, quo cognoscerent, quæ scire, quæ facere oporteret; Lumen item supernaturale concessit fidei, reuelando salutem necessariam; seminauit & per Moysen legem dando. Sed exisse ad seminandum tunc propriè dictus est, dum hominem induit: nam quasi agricola vitem, ac rusticanam vestem indutus seminare tunc venit, id est, quæ ad salutem facerent nos docere, quibus vitam adipisceremur æternam.

Quod cum antea non fecisse, meritò dicunt Matth. & Marc. ecce exijt, quasi rem miram, ac nouam indicantes. In more positum est, vt princeps, atque magnates per seruos, vel administratos suos seminent. At iste per se exijt ad Euangelium disseminandum.

Porro exisse scribitur absolutè etiam, sicut Pontifex & Rex. Siquidem hi, cum intra aulam sunt, à suis tantum amicis videntur, cum verò foras prodeunt, exire dicuntur, quod se alijs manifestos, ac spectabiles præbeant: Ita Christus ab angelis modo in cœlis cognoscebatur, verum sumpta carne etiam hominibus sese viuendum obtulit, & quasi accepta veste foras prodijt. Denique exisse dicitur, hoc est, nostræ salutis studio, & amore quasi extra se venisse.

Semen suum] semen suum iure spargere dicitur: nam Prophetæ & reliqui concionatores non suum, sed Christi verbum prædicarunt, atque ad eò etiam nunc promulgant; cætero qui Christus suum Euangelium.

Discat hic concionator quoties concionandum est, exeundum esse illi de sinu Patris, à vulneribus filij, ab ardore Spiritus sancti, ab vberibus matris; exeat à cœlestium rerum contemplatione, sic Paul. de tertio cœlo prodijt, sic Ioann. verbum bonum eructauit, & recumbens in Christi sinu suauiter epotauit. sic in apertum Apostoli de coenaculo illo Spiritus sancti igne concepto venire, ac tria statim hominum millia Christo aggregarunt. igitur veniant cum lacrymis concionatores, vt dici de eis possit: *euntes ibant & flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Prodeant de deserto cum Io. missi à Spiritu sancto.

Et dum seminat] vide quàm bonus sit iste seminatore, non respuit quemquam, omnibus vbique locis seminat, vbi terram inuenit; & dum seminat,

inquit Euang. id est, inter seminandum aliud cecidit, & cætera, non ait seminasse in via, spinis, petris, sed inter seminandum accidisse, vt pars feminis in viam caderet, pars inter spinas & cætera, vt indicaretur optare seminatore hunc, vt omnes terræ partes quantum est ex se fructum optatum ferat: Quod ergò non omnis fructum faciant iacto verbi semine, terræ vitium est, id est, hominum, non Christi.

Quod si obijcias: seminatore qui videret spinas, viam, lapides, & in his tamen seminare pergeret, videretur certè nolle ex iacto semine fructum referre. Cur ergò Christus, qui rectè nouit, qui nam sint spinæ, qui nam via, qui nam lapides, semen illis committit? Respondet Chrysocton. us hom. 47. in Matthæum, hoc interesse inter materiale terram, & homines; quod illa non habet potestatem à se spinas euellendi, eij. cedi lapides, leuigendi; se à via, ppter eà, qui de industria atq; animaduertens seminaret in istis, velle se semen perdere non obscure declararet. Ast homines qui liberi sunt, possunt à se eiusmodi impedimenta auferre, Dei scilicet auxilio nixi, quod paratum est omnibus.

Urgebis fortè, prænouisse Christum sat bene aliquos non recepturos semen, vel certè optatum fructum non reddituros, quamobrem ergò in illis seminat? similem quæstionem habet Ambrosius libro de Paradiso capite octauo, cur Deus illis præcepta tradidit, quos non seruatuos esse sciebat? Adhibet vero hoc responsum, vt suam clementiam, bonitatemque indicaret, quod quantum ad se attinet omnium velit salutem, excludat verò neminem. Quod si secus faceret, excusarent se homines si ea non præstarent, quæ præcepto seruanda mandantur. Non aliter erit & hic respondendum; quod ipsum hoc appositò exemplo illustrari poterit. Si quis publicum apparat epulum & consanguineos omnes inuitaret, nã ille, quamuis sciret aliquos non fore venturos, prudenter faceret, vt in omnes amorem, charitatemque ostenderet, excludendo neminem.

Porro hunc Dei in omne hominum genus amorem indicat Scriptura Apocalyp. tertio, vigesimo. *ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Sto, inquit, ad ostium, & pulso, en gratiam excitantem, præuenientem, operantem, ac proindè vide, quod in omnem terram semen iactet. Tum verò subdit: *si quis audierit vocem, & aperuerit ianuam* &c. exprimit cõsensum hominis cù gratia cooperare, adiuuante, vel subsequente. *Intrabo* &c. nempè per gratiã iustificantem; ex hoc autem in gressu magnum subsequitur animæ gaudium, & immensa vtilitas, *cenabo*, inquit, *cum illo*; quod si quis in his perseueret cenabit, & ipse in gloria cum Christo.

Quare fere omnia pulcrè Iob ostendit dum dixit capite duodecimo: *vocabi me, & ego respondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram.* Quibus tria significata sunt. Primo gratia Dei præueniens, & vocatio dum dicitur: *vocabi me.* Deindè assensus hominis liberè obsequentis vocati: *ego respondebo tibi*, dum illud adiungitur: *& ego respondebo tibi*, licet non sine gratia cooperante. Tum gratia Dei adiuuans, & promouens.

Etenim bona cogitatio, & voluntas, & propositum hominis adiuuatur, & promouetur, vt ad iustificationis gratiæ consequutionem perueniat. Vide in hunc Apocalyp. locum Pere. capite tertio, disput. vigesima octaua. Ex his est intelligere, vt se peccator ad meliorè frugem recipiat, requirit præter vocationem, ne vocanti Deo obluetur; quare fit vt allucinentur impij Pelagiani; qui plus

6. Cur parabolis Christus vsus.

7. Christus nãquam desinit seminare.

8. Quomodo exire dicatur.

9

10. Cur semine inter spinas.

11.

Bonitas Dei.

12.

13.

Ad peccatoris emendationem quod requiratur.

quo arbitrio nostro tribuunt : toto item aberrant cælo Lutherani, & Manichæi, qui vt gratiam stabiliant liberum evertunt arbitrium. Sunt porro Pelagiani similes Satanz superbè præeuntis, quibus ait Dominus: *vade post me Satana*, Matt. 16. præcedunt. n. quodammodo Christum vocantem; Lutherani porro nolunt per ignauiam sequi, iuxta eandem Christi sententiam, qua iubet nos ipsum sequi, vt & Petro dictum est, *tu me sequere*. est enim Christus tanquam dux, qui saltantibus moderatur in choreis: hunc decet nos præeuntem in saltatione sequi, & de his hætenus.

5. *Natum aruit*] Marc. habet, *ex aestuauit*, Gr. *ἐκ τῆς καύσεως*, inquit Gagnæus, licet æstare significat, tamen hic sumi puto pro nimio calore arefcere; æstare enim dicuntur, quæ halitum sudum, & calidum emittunt: quomodo non seges æstuat, quæ calidam non sular præ estu, sed arefcit plane.

14.

8. *C. Hæc dicens clamabat*] clamore vocis excitat ad inquirendam intelligentiam, & insinuat aurium illorum aggrauationem. id ipsum & verbis indicat, dum ait: *qui habet aures*, &c. Gregor. homil. 15. in Euang. omnes, inquit, qui illic aderant, aures corporis habebant, sed qui cunctis aures habentibus dicit: *si quis habet aures audiendi aucliat*; aures procul dubio cordis requirit. Theophyl. item in Matth. *multi*, inquit, *aures habent, sed non ad audiendum, id est, intelligendum*.

Propterea ait Christus, *qui habet aures audiendi aucliat*. Ecclesiast. 3. 31. dicitur: *auris bona audiet cum omni concupiscentia, sapientiam*. David Psalmo 39. 7. *auris*, ait, *perfecisti mihi*; aures perficere nihil videtur aliud, quam concinnare, & aptare ad Dei verbum excipiendum. vertit hic Hieronym. ex Hebr. *auris fodisti mihi*, hoc est, in seruum me tibi perpetuo sub. ecisti, ac consecrasti. Etenim, vt constat Exod. 21. auris perforatio perpetuæ seruitutis signum erat, quia nimirum stabilis, perpetua, ac perseverantis serui Dei signum clarissimum est, auris ad Dei verba promptè excipienda, expedita, & aperta; ad ea vero quæ Dæmon influit & mundus obtrudit audienda, occlusa. Et verò tales minimè fuisse Iudæorum aures Hie. e. c. 6. dum illas *incircumcisas* vocat, ostendit. Incircumcisæ autem aures illæ sunt: quæ ad verba noxia audienda circumcisæ non sunt: *Cui loquar*, inquit Dominus, loc. cit. apud Ieremiam, *& quem contestabor vt audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt*. Sic ferè Barad. cap. 2. lib. 9. in hæc verba. Iure igitur Christus hic aures scilicet, intelligibiles ad Dei verbum audientium, hoc est, intelligendum procliuës, ac promptas desiderat.

15.

Cæterum hi dicuntur huiusmodi aures intelligibiles ad intelligendum promptas habere, qui intelligentes, scil. voluntatem morigeram, & obedientem habent, iuxta il'ud Psal. 17. 45. *in auditu auris obsecrauit mihi*; & Prouerb. 20. 12. *oculum videntem, & aurem audientem Dominus fecit vtrūque*, id est, doctorem eruditum, & auditorem verbi docilem esse; opus Dei est æquè mirabile. Meminit autem sapiens horum sensuum, quia vt notat Polychronius, visus, & auditus tantum recipiunt admonitionem: antequam cernentes aliorum calamitatem ad sanitatem reuertimur; aut audientes diuinas leges diligentiores in studio virtutis efficitur: neque est præterea alius sensus, qui ad pietatem indicat. itaque mihi videatur oculus magis ad intellectum, auris ad voluntatem magis spectare, tamen præeunte intellectu. Tol. annot. 18 in Luc. cap. 8. putat, hic aures intelligi corporis, alioqui inquit, nõ cum omnibus, et-

A iam incredulis, loqueretur Christus, carent enim hi intelligibilibus auribus; præterea sic sæpè in Scripturis auris sumitur pro corporea, vt cum dicitur, *auris audietis, & non intelligetis*: dicit ergo, qui habet aures corporis ad hæc mysteria audienda, id est, qui dignus est factus hæc audire, curet vtiliter & vt debet audire ea. bona quidem hæc est interpretatio; sed non reiicienda prior Patribus conformior. nam non inde fit non etiam cum incredulis esse hic locutum Dominum: vt argumentatur Tol. dum enim ait Christus, qui habet aures, intelligibiles, scilicet, ad intelligendum, &c. significat etiam incredulis, si velint audire, eas paradas aures, quibus dum destituti sunt non audient; & licet alibi auris pro aure interdum corporis sumatur, pro intelligibili tamen hic sumi locus ipse libenter admittit. qui etiam fauet Hieronym. cum ait, hanc admonitionem tum in Euang. tum in Apocaly. significare mysterium esse quod dicitur, & Interl. ait, significasse per hæc Christum se alta dixisse. Gagn. inquit, idem esse ac si diceret; qui habet intellectum ad intelligendum intelligat, cuius sit vocationis an saluandorum, an pereuntium quod etiã in Patrum expositione continetur.

9. *Interrogabant autem eum*] duo interrogant, quæ esset, id est, quid significaret parabola, & quæ obrem in parabolis loqueretur eis; Marcus addit, *cum esset singularis*, id est, solus, seu solitarius Gr. *ἑνός*, ex quibus verbis intelligere possumus cum Beda, Luc. 8. non statim finita parabola discipulos hæc interrogasse, sed vt ait Marc. *cum esset singularis*, propterea non cogimur affirmare cum D. Hierony. discipulos cum Christo in cymbam ascendisse, ibique Dominum sciscitatos esse.

10. *C. Vobis datum est*] Ostendit donum Dei esse cælestium mysterium intelligentiam conferre, sicut & auferre opus Dei est. Illud est gratiæ, ac misericordiæ, hoc iustitiæ. datum est illis, quia Dei gratia digni; negatum istis, quia indigni proprio vitio facti sunt: quamuis & illi Dei inprimis gratia facti sint digni.

Mysterium] arcanum scripturarum seu secretum non communicandum prophanis. Marcus habet, *in parabolis omnia sunt*, hoc est, proponuntur, contingunt, vel vt ait Beda, quia nec dicta Christi, nec facta intelligebant. Itaque incredulis (hoc enim est, *ijs qui foris sunt*) omnia parabolica sunt. Rectè verò hi qui foris sunt incredulos significant, quia sunt extra fidem, ac proinde animæ salutem, sic Euthy. exponit, vel foris dicuntur hi qui Christi non erant discipuli, quod extra eius essent disciplinam.

11. *Vt videntes non videant*] Responder posteriori interrogationi discipulorum. Lucas & Marcus loquuntur de Iudæorum cæcitate & obstinatione, quæ sit poena, Matth. verò in verbis quæ ver. 12. hic posuimus de ea quæ culpæ rationem habet, Isai. sanè qui ab Euangelistis citatur de ea cæcitate & obstinatione loquitur, quæ in culpa posita erat, ad quam tamen Marcus & Luc. alludunt, quæ ex Theoria a. clariora fient.

Vox verò illa, vt, non euentum rerum, & consequentem significat, vt vult Bonauent. sed causam finalem. Hanc enim scire auebant Apostoli cũ interrogarunt, cur in parabolis turbis loqueretur. vide item num. 10. Itaque sensus est, ideò loquor eis in parabolis, vt quæ audiunt aure corporis iusto Dei iudicio, mente non intelligant, & quæ vident exterius in me nõ videant oculis mentis, nec percipiant quid illa significant. Neque enim verba quæ Christus proferebat, neque admiranda illa opera quæ patrabat, animo vnquam perceperunt. cum tamen hæc verum esse Messiam, ac Dei filium non obscure significarent. Interdum enim

16.

17.

euenire solet, vt res quæ geruntur, oculis cernamus, & eorum quæ dicuntur sententiam percipiamus, sed quo tendat, quid significetur per illa planè ignoremus, vt accidit Petro cui Ioan. 13. dictum est (vt obseruat Orig. hom. 6. in Exod.) *quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea*; nam licet D. Petrus cerneret oculis Christum lauantes pedes, quo tamen tenderet ea lotio ignorabat, nec id mentis oculo perspiciebat. vt & nunc discipuli, verborum quidem quibus parabola proponebatur, notiones percipiebant, at quid per ea significaretur, non assequebantur, donec tandem Christus illis aperuit, quod cum turbis non fecit. Marcus ait, vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant, sed idem significat quod Lucas vt videntes non videant, & audientes non intelligant, vt sit sensus vtriusque Evangelistæ; vt videntes videant oculis corporis, quæ Christus gerebat opera, & non videant mente, quo tendant, vel quid significant. Similiter, vt audientes audiant auribus corporis, quæ à Christo pronunciabantur, & verborum notiones percipiant, sed quo tenderent, animo non intelligant. Addit Mar. ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata, quorum verborum hæc est sententia: loquor in parabolis, vt non intelligant, & vt non conuertantur intelligentes, ac sanentur, quasi dicat, nolo ob pessima ipsorum scelera, & obfirmata ipsorum in non credendo mentem aperire parabolas, nec maius lumen eis impertiri, quo conuertantur. non quod sufficiens vnquam negarit, quo potuissent conuerti si voluissent. Græc. vbi nos habemus *ne quando*, est *μήποτε*, sed de hoc in Theoria 4. h. 4.

18.

12. A. *Qui enim habet*] qui habet id quod debet habere, dabitur ei amplius, vt & abundet etiam, & qui non habet, quod debet habere, etiam quod habet, aut habere videtur, auferetur ab eo. Sic explicata hæc sententia, & deseruit huic loco, & alijs omnibus vbi à Domino profertur, inuenitur enim & apud Lucam hic, & postea apud Marcum 4. 25. & rursum apud Matt. c. 13. & rursum apud Matth. c. 25. & eundem Lucam c. 19. 26.

Est ergo hic sensus: vobis quoniam habetis fidem, & ediscendi studium, perfectior mysteriorum cognitio dabitur: Illis verò, qui foris sunt, quoniam suo ipsi vitio non habent illam in se fidem, quam iure optimo habere deberent, nec simplex illud cognoscendi veritatem, studium, & desiderium obtinent, ob id auferetur etiam id quod habent, aut habere videntur diuinæ cognitionis, quo magis, magisque cæci fiant, traditi in reprobum sensum. Atque ita exposita hæc sententia, includit etiam omnes aliorum explanationes. Dicitur verò non habere aliquis, cum non habet, vel lucrum, vel quod debet habere, licet aliquid aliud habeat; Dicitur, vt v. 19. habes hic, videtur habere potius, quam habere, vel quia perindè se habeat, ac si non haberet gratiam aliquam; detinet enim illam inutilem; vel quia videtur sibi habere illud quod habet: Sunt enim qui ignorant se habere aliquid quod alioqui habent: de eo ergo loquitur, qui quod habet Talætum, vel quam habet gratiam, nouit se habere.

Vide libr. 6. dilucida. cap. 5. in Schol. vers. 16. & inferius n. 29.

19.

A. *Quia videntes non vident*] Hæc verba Matt. continent veluti causam motiuam & meritoriam irrogatæ poenæ; est enim redditio causæ, nam quod excæcati, & obstinati remanserint Dei iusto iudicio, non alia causa est, quam ipsimet, qui obfirmato animo noluerunt credere, & suo vitio cæcati noluerunt videre. Itaque Matthæus in his verbis de merito hominum illorum loquitur, reliqui

A Euangelistæ de iusta Dei voluntate infligentis poenam, locuti sunt: & idèd verba Matthæi, verbis illorum subnectuntur, vt ostendatur causa meritoria illius diuinæ voluntatis, seu illius poenæ, scilicet excæcationis, & obstinationis (de qua Marcus & Lucas) ob quam iustè à Deo puniti sunt. vtrumque autem horum integram causam continet, cur in parabolis loqueretur eis, seu cur non illuminarentur. partim enim hoc merito hominum, partim iustæ diuinæ voluntati est tribuendum.

Nec displicet quod obseruat Iansenius, vtrumque etiam hanc causam, videlicet & finem propter quem in parabolis Dominus loquebatur, qui erat iusta poena, & causam, ob quam illi hoc meruerunt Matthæum complexum esse illa sententia; *qui enim habet dabitur illi, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo*, nam, vt intelligeremus, cognitionem mysteriorum non contingere sine libero nostro arbitrio, licet donum Dei sit, propter quod dictum est: *vobis datum est, & cætera*. Propterea aptè sententiam hanc apud Matthæum subtexit Christus, qua indicat, quam cõgruum sit hoc diuinæ voluntatis decretum, quo hanc cognitionem placuit quibusdam dare, quibusdam negare, si homines ipsos spectemus; quodammodo enim eos, qui mysteriorum cognitione donantur, eam cum Dei gratia promereri; illos verò qui ea non donantur, eam demeruisse. Igitur cum ait, *qui non habet, & quod habet auferetur*: per hoc quod inquit; *qui non habet*, causam demeritoriam significat: per illud verò quod subdit; *auferetur*, indicat se propterea turbis loqui in parabolis, vt non donarentur ea mentis illustratione, idque in poenam, quod sua culpa eam illustrationem demeruerant, & hoc est, *vt videntes non videant*. Vtrumque ergo Matthæus artigit, & poenam, & causam demeritoriam, in his verbis.

20.

13. A. *Et adimpletur in eis*] vaticinium est Isai. capite sexto, iuxta septuaginta, *auditu audietis (Mefsiam) & non intelligetis. Et videntes (illum oculis corporis) videbitis; & non videbitis*, oculis animi, ac fidei.

14. *Incrassatum est*] nempè abundantia malitiæ, Rab. videtur autè crassities significare obfirmationem cordis, & carnales, ac crassas cogitationes, vnde non mirum si Iudæi fingebant sibi Mefsiam crassiore modo opulentum, Bellatorum, terreno imperio clarum. Crassum enim cor tenues cogitationes non parit.

Auribus grauius audierunt] ac si dicat: aures habent pessimo quasi humore oppletas, & oclusas, vel *grauius audierunt*; quia ingratis susceperunt Verba Dei. Rab.

D *Et oculos suos clauserunt*] id est, animi oculos:

Ne quando videant] significat propterea nolle eos videre, & intelligere, ne conuertantur, & quasi de industria ita se gerant, vt non conuertantur, vt David dixit de impio Psalm. 35. 4. *noluit intelligere, vt bene ageret*, id est, ne bene ageret, quod autem Isai. de veteri populo Iudæorum fortassis dixit; hoc Christus in ipsis adimpletum ostendit, qui suo tempore increduli erant nunquam credituri, sed de hoc loco pluribus in Theor. 4.

15. *vestri autem beati oculi*] hic Apostolos non modo à Iudæis separat, quo fecerat, versiculo decimo. Sed vel etiam Prophetis ipsis beatiõres prædicat, iustis ac regibus: quia cum vtrique crediderint, quæ credebant, & videre optabant, illi viderunt, hi non viderunt. Cum autem dictum est Ioann. vigesimo, vigesimonono. *Beati qui non videntur*, &c. illos qui non videntes credunt, illi,

Apostoli
Prophetis
& regibus
beatiõres;
& c.

præfert, qui oculis fidem metientes non credunt, nisi cum vident, quare voluit hic Christus Apostolos, Prophetas anteferre, quod quæ prophetæ longè, illi propè, quæ illi obscurè, hi perspicuè, quæ spiritu prophetæ, etiam oculis Apostoli vidissent, manibusque tenuissent. sic Theophyl. & Euthymius. Itaque non solum comparasse suos discipulos cum reprobis Iudæis contentus fuit, verum etiam nunc cum sanctis Prophetis, iustis hominibus confert, quibus Lucas cap. decimo, ver. 24. reges adiungit (quamuis hæc sententia Matth. alio sit tempore prolata, quàm illa Lucæ, bis enim est pronunciata.)

• Ex his ergo quæ hic, & superius dixit, *vobis datum est*, &c. apparet plenum, ac perfectum discrimen inter suos discipulos, atque alios.

22.

Illud observa hic, *videre*, non esse tantum videre oculis externis, sicut nec audire, istis solis auribus percipere; nam etiam Iudæis id concessum est. Ergo cum ait, *vestri beati oculi, quia vident*, &c. intellige non corpore tantum, sed & mente, quod est credendo videre, & audire, & ea quæ visa sunt, & audita fouere.

16. *Multi Propheta*] intellige omnes. dixit autem sic, vt Apollolis, qui pauci erant, opponeret. Porro Abraham non ita Christum vidit, quemadmodum & Apostoli. vide Gregor. quarto, cap. trigésimo septimo.

17. *B. Nescitis parabolam hanc?*] id est, non intelligitis parabolam hanc? Respondere iam incipit satisfacere priori interrogationi Apostolorum.

Et quomodo omnes parabolæ, &c.] quasi dicat, cum hæc parabola facilis sit, & vulgaris, si eam non capitis, quomodo cæteras, & ea quæ sum dicturus; & quæ dici possent capietis? Nonne verbum facile semini comparatur, quod sit ei usdem, vel proxime rationis, non igitur immerito seminare dicitur qui prædicat, quia qui seminat, verbum seminat. sic Gagnæus in Marcum: videtur autem dum ait: *nescitis parabolam hanc?* excitare attentionem. Itaque in his ostendit Marcus reprehendisse Dominum leuiter Apostolos, quod parabolam non intellexissent: vt & reprehensu sunt, Matth. 15. 16. *adhuc & vos sine intellectu estis?* At inquires, nonne difficile erat sine interprete statim parabolæ sensum percipere? fateor. sed reprehendendi tamen Apostoli, qui cum tamdiu cum ipso versati essent, debuerant iam magistri esse, vt Ioan. decimoquarto, ver. nono, *tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?*

18. *A. Vos ergo audite*, id est, intelligite parabolæ significationem, alioqui parabolam iam audierant. quasi dicat, vos qui vidistis, quæ multi Prophetæ & iusti non viderunt, quamuis operarint. vos, quibus datum est nosse mysterium regni, &c. hanc enim vim habent hæc verb, *vos ergo &c.*

19. *C. Qui autem secus viam*] quasi dicat, qui similes sunt terræ secus viam positæ, seu qui significatur per terram positam secus viam, in quam iactum semen conculcatum est; *hi sunt qui*, &c. Matth. habet: *omnis qui audit verbum regni* (id est, Euangelium, quo ad regnum Dei peruenitur) *& non intelligit* (id est, non recondit in animo, fouet, custodit illud penetrando, meditando, bene animadvertendo) *venit malus*, &c. Est autem hebraismus, *omnis qui audit*; nam *omnis* redundat. Gr. *omnis* est genitiui casus: *ταυτης ακουοντες*, id est, quous audiente verbum, & non intelligente; vel cum quis audit verbum, & non intelligit, tunc venit malus; Marcus, Satanas; Lucas, Diabolus; & rapit quod se-

minatum est in corde eius. Proinde apud nos illud, *omnis qui audit, & non intelligit*, accipiendum est vt absolute positum, quasi dicat, cum quis audit, &c.

Ne credentes] non quod credentes salui fiant per solam fidem; sed quod nemo salutem consequi potest; nisi credat: vt si quis prohiberet ne magister scholam adiret, ne discipuli in doctos euaderent, non id faceret, quod solum magistri aduentum satis esse putaret, vt discipuli docti sint, sed quod sciat sine doctoris aduentu minimè doctos esse posse, est certè fides fundamentum, & radix prima bonorum operum, ac salutis.

Obserua loquendi formulam, *qui secus viam hi sunt*, id est, qui similes sunt terræ secus viam seminatæ, hi sunt qui, &c. vel vt habet Mathæus, hic est qui secus viam seminat: id est, qui talis est, similis est terræ secus viam positæ. At inquires is qui audit, & non intelligit, non ipse, sed granum seminatum videtur, de quo dictum est; aliud cecidisse secus viam, aliud, &c. verum scire oportet dicere nos solere non semen modo, sed agrum etiam seminari: hic verò homines audientes verbum non semini, sed agro, seu terræ comparantur. Eodem modo intelligitur sequens versus vigesimus, & Mathæus, & Marcus qui ad margi. ponuntur. vbi similis loquendi formula inuenitur, est enim idem sensus, hoc est, qui similes sunt terræ super petras & spinas quas habet, seu loca petrosa, & spinosa quibus constat, seminatæ, hi sunt, &c.

Cæterum difficile hic exponendi modus congruit versui vigesimo secundo, & vigesimoquarto; nam videtur Luc. loqui de semine, dum ait: *quod autem in spinas cecidit, & quod autem in terram bonam, scilicet cecidit*. igitur fatius mihi videtur esse vt exponamus Lucam loqui de solo semine cum seminari dicit, non de terra. & non illud tantum, vel hanc solam comparet auditoribus, sed totum compositum ex terra cum semine comparat cum auditoribus, vt sit sensus; hoc quod dixi, semen seminatum secus viam, vel cecidisse secus viam, vel super petrosam terram, vel in spinas significat, vel representat hos, vel illos auditores qui, &c. & ita non est quod exponamus Euangelistam Lucam de auditoribus, vel de ipsa terra, dum ait; *qui autem secus viam, vel qui supra petram*; vel, *quod cecidit in spinas, &c.* Sed de semine, vel verbo licet inde non inferatur rectè, terram, vel auditores dici etiam non posse seminari, id est, recipere semen. semper tamen dicendum cum comparatio fit, seu accommodatur, non solum semini comparari auditores verbi, sed toti composito ex semine & terra, vel exposita viatoribus, vel petrosa, vel spinosa, vel bona. totum enim hoc, vt dici solet, materialiter sumendum est, & toti similes auditores dicentur, qui sunt veluti terra, quæ semen recipit, & in qua semen seminari dicitur. hic mihi sensus videtur facilius, & Lucæ textui congruens. Reliqui verò Euangelistæ de auditoribus clarè mihi videntur loqui, & eos dicunt seminatos esse, nam dum ait Matth. *hic est qui seminatus est secus viam*, &c. videtur de auditoribus, non de semine, vel verbo intelligere: idem in reliquis locis observabis, sensus tamen omnium vnus, & idem est.

De corde] non quod Dæmon immediate agat in hominis mentem seu intellectum, & voluntatem attingat: auctoris enim hominum id est; sed mouet Dæmon phantasiam, memoriam sensitiuam, & sensus exteriores, & per hæc intellectum, ac voluntatem. sic Ioan. 13. dicitur Diabolus misisse in cor Iudæ, &c.

23.

24.

20. Nam qui supra petram] Matth. habet, qui autem super petrosam seminatus est. Græcè enim est autem, siue verò.

Cum gaudio suscipiant verbum] Matth. habet, continuo cum gaudio accipit. Sed idem est, hoc est, intelligit, recondit. nam priores tantummodo audiunt, sed non intelligunt, quibus hos opponit.

21. Temporales sunt] Græcè προσωποποιήσιον, ad tempus tantum durant. Propter verbum] significat non quamcumque tentationem, aut persecutionem, sed eam quæ illata est, vt à fide recedatur, & verbo audito.

Scandalizantur] cadunt, fidem deserunt, quia scilicet cum arido ac saxeo, id est, minimè pio & deuoto fit corde, radicem, id est, constantiam, ceterasque virtutes non habent, quibus veluti in magna, & profunda terra voluntatis verbum Dei altè impressum sit, denique in charitate radicati non sunt. Lucas habet, ad tempus credunt, & in temptationis recedunt: quod eundem sensum continet.

22. C. Hi sunt qui audierunt] hic audire, significat etiam intelligere, & cum gaudio accipere verbum, ita vt radices etiam emiserit semen, tanquam in terra bona: nam sicut secundos primis, ita tertios secundis preponit tanquam qui propius ad eos, qui fructum multiplicem ferunt accedant. In his ergò nascitur Verbum, sed ob impedimenta sollicitudinum & cetera. non reddunt fructum.

A sollicitudinibus] Gregorius homilia decimaquinta, & Chrysostomus quadragesimaquinta in Matthæum, sollicitudines, & voluptates referunt ad diuitias. Sunt enim hæc diuitijs annexæ, licet re & ratione differant. Aduerte sollicitudines apud Matthæum & Lucam, idem esse, quod ærumnas apud Marcum. est enim Græcè apud Matthæum, μεριμνα. sollicitudo, ἰπὸ μεριμνῶν, apud Lucam à sollicitudinibus; μεριμνῶν, vero apud Marcum, id est, sollicitudines: ærumna verò significat, quid grauius, quàm sollicitudo, putà grauiiores cogitationes, magis anxias, spes intensiores acquirendi, timorem perdendi, qui magis cor vrat, & cetera. Item quod Lucas diuitias, Matth. fallaciam diuitiarum, Marc. deceptionem diuitiarum vocant; nam vt dicit Gregorius homilia decimaquinta, Chrysostomus quadragesimaquinta in Matthæum homil. apparent diuitiæ potius quàm sint, sicque animos hominum ipsis inhiantes, & affixos decipiunt, quasi vero essent diuitiæ cum non sint.

Euntes] scilicet, post sollicitudines, diuitias, & voluptates. Vel euntes cum illis, & recedentes à verbo audito, & fide, horumque memoriam deponentes; vel idem est, quod conuersantes in mundo; vel Hebraismus est; pro temporis progressu. Græcè προσωποποιήσιον, significat in vita progredientes, vitæ tenentes cursum in diuitijs, inquit Barr. & huiusmodi curis &c.

Suffocantur] quia dum bonum desiderium ad cor trahere non sinunt, quasi aditum vitalis flatus claudunt. sic Interl.

23. Seculi] nam sollicitudines spiritus, & rerum ad Deum pertinentium fecundat, non suffocat sementem, 1. Corint. 7. 32. 33. qui sine vxore est, sollicitus est, qua Domini sunt: hæc est Dei sollicitudo. qui cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi: en sæculi sollicitudinem.

Deceptio diuitiarum] Matthæus etiam, vt dixi, fallaciam diuitiarum, id est, fallaces diuitias vocat, quod à via deducant, hoc enim significat ἀπάτη Alij fallaces dicunt vocari, quod fugaces, & instabiles sint, vel vt dixi, quod appareant potius, quàm

A sint diuitiæ. Est ergò Hebraismus, fallacia & deceptio diuitiarum pro fallacibus, & deceptricibus diuitijs, vt Roma. 7. 24. legimus: corpus mortis huius, pro corpore hoc mortali.

Concupiscentia] Interl. scilicet acquirendi.

Introentes] vigilare igitur oportet, & custodire cor ne illis aditus pateat.

Suffocant verbum] Interl. id est, strangulant guttur mentis, nec bonum desiderium ad cor transire sinunt.

Et sine fructu efficitur] Græcè ἀνεπρόσφορον, quod Erasmus vertit, infructifer (scilicet sermo) redditur. qui, inquit Gagnæus, si Latine loqui voluisset infructuosus dixisset, non infructifer.

24. Quod autem in bonam terram] obseruat Hieronymus statui hic tria eorum genera, qui fructum ferunt; sicut tria distinxerat hominum genera nõ ferentium fructum. alij enim centesimum, alij &c. is autem in terram bonam seminatus dicitur, qui similis terræ bonæ, vel fecundæ, vt terra bona, & fecunda semine verbi seminatur. iste verò iuxta Matthæum est, qui audit verbum & intelligit; secundum Lucam, qui in corde bono & optimo, & cetera.

In corde bono & optimo] Græcè ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, hoc est, in corde pulcro & bono; vel potius bono, & bono, seu honesto & bono, quod idem est, ac optimum per Hebraismus. D. Bonauentur. exponit bonum quoad partem intellectiuam, optimum quoad effectiuam, vt sit in intellectu veritas, in affectu rectitudo. Propter memoriam verò significandam additum est retinet. Denique propter vim executiuam, subditur fructum afferunt. Itaque secundum Bonauent. ad eandem hæc pertinent personam significatam per bonam terram. Alijs verius videtur, vt ad diuersas hæc referantur personas: constituuntur enim hic gradus afferentium fructum, tricesimum, sexagesimum, centesimum, ita vt hi afferant centesimum, qui optimo sunt corde, id est perfecti; sed cum Græc. habeatur bono & bono corde, quod per Hebraismus diximus significare optimum eorum, non videtur hæc expositio omnino ex hoc textu colligi, vbi dicitur in corde bono, & optimo: nisi ponatur bonum & bonum, vt significantur varij bonitatis gradus. colligitur tamè hæc diuersitas ex triplici fructuum genere.

In patientia] id est, per patientiam, seu patientem mercedis expectationem Græcè ἐπιμονή, permanencia, perseverantia. expectatio cum tolerantia, qualis agricolarum est, 1. Corint. 9. debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus.

Centesimum] indicat Christus Dominus varium, & inæqualem fructuum prouentum in auditoribus verbi. Euthym. per centuplum inquit, significat Dominus perfectam virtutis significationem; per sexagecuplum, mediam; per trigecuplum, minorem. Diuus Augustinus libr. 1. qq. Euang. cap. 9. centesimum fructum ait, esse Martyrum; sexagesimum Virginum; trigecimum coniugatorum. Hieronymus libro primo, aduers. Iovinian. centesimū Virginibus assignat; sexagesimum Viduis; trigecimum coniugatis. Theophyl. centesimum anachoritis tribuit; sexagesimum coenobitis assignat; trigecimum dat coniugatis, & laicis. mihi omnium optimè sentire videtur Athana. qui hæc non ad status, sed ad personas refert. Per fructum verò intellige & operum, seu virtutis fructum, & gloria ac beatitudinis præmium; nam vtrumque horum fructus est. Præsertim verò hic virtutes, & opera intellige.

25. C. Nemo autem lucernam] Beda ostendit, inquit, per eos aliquando etiam cæteris idem myste-

Audire, intelligere.

25.

S. Vicinus & ærumna ubi idem.

26.

27.

Fructus sermōnis dicitur si quos statim designat.

28.

rium reuelandum. August. de qq. Euangel. ait, doceri his verbis fiduciam prædicandi, ne quis timore carnali incommodorum scientiæ lucem abscondat. vas enim & lectus caro, lucerna verbum, cuius manifestationi nõ est caro præponenda, sed subiiciendum corpus, vt superior sit prædicatio veritatis. hoc enim est ponere lucernam super candelabrum. Maximus verò inquit: Dominus lucerna est; domus mundus: candelabrum Ecclesia; vas, aut lectus corporalis; cultus legis.

Vera sententia huius loci est; vt per parabolam lucernæ significare velit Dominus, quamobrem mysteria regni parabolicè tradita, discipulis suis aperuerit, nimirum, quo suo tempore eadem discipuli ipsi alijs reuelarent. Propterea inquit, diuinæ sapientiæ lumine vos accendo, vt suo tempore, veluti supra candelabrum positi luce vestra alios illuminetis. nam neque quispiam est qui lucernam incendat, & vase operiat, &c. Est autem sumpta similitudo hæc à consuetudine pauperum, qui consueverunt sub vasis, seu sub lectis recondere vel conseruare res; vsus etiam hac similitudine Dominus, Matth. 5. & Luc. 11. Marc. etiam hic cap. 4. genus vasis expressit, nempe sub modio, qui mensuræ aridorum species quædam est. vide quod ad mores pertineat Gregorium lib. trigesimo Moralium, cap. decimosextimo, dicit autem Marcus, *nunquid venit lucerna, id est accenditur, seu accensa profertur.*

26. *Non est enim occultum*] quasi dicat, hæc dixi, quia volo ea quæ vos docui ne occulta, & otiosa retineatis, sed vt prædicetis ea palam: omnia enim olim in lucem, & apertum venient, quæ dixi vobis seorsim, & in occultis locis. Fortassis autem quod hic ait, prouerbum erat illo tempore. nam solet euenire, vt quæ occultamus peccata in lucem veniant, nec diu premantur, at saltem in die Iudicij propalanda sunt omnia. propterea voluit Christus eo vt ad explicandum, quod dictum est. Marcus habet: *nec factum est occultum, sed vt in palam veniat* (sic enim etiam Gr. habetur) id est, in apertum, vel publicum, & est sensus: non est aliquid factum occultum, scilicet vt occultum maneat, sed vt manifestetur tandem. loquitur autem de se, ac sua doctrina, & de parabolis, vel ijs etiam, quæ de se ipso à Prophetis obscurè scripta erant.

27. *Si quis habet aures*] quoniam Dominus rursum hic parabolicè loquutus fuerat, & quidem ea, quæ animi se eorum voluit esse infixæ, adiecit, *si quis habet aures, &c.*

29. 28. *C. Videte ergo*] discipuli futuri erant lucernæ accensæ, vt palam alijs manifestarent seorsim audita, idcirco infert Christus inuitans eos, ad magis & magis diligetè audiendum, & memoriæ commendandum quæ declarabat, *videte ergo quid & quomodo audiatis.*

In qua mensura, &c.] si diligenter, inquit audieritis, nã ego liberaliter agam vobiscum maiora patefaciendo, iuxta mensuram attentionis, & studij.

29. *Qui enim habet*] Monet vt diligentissimè excipiant sensus expositos mysteriorum Dei, vt maiorem recipiant cognitionem, & gratiam; ne fortè si tales non se exhibuerint, etiam data, intelligendi facultate & gratia priuentur. Hanc ergo sententiam dixit Dominus, vt referunt Marcus & Lucas, post parabolæ totius explicationem, & quidem alio sensu quam antè explicationem parabolæ eandem superius dixerat, vt Matthæus refert. vide superius numerum decimumoctauum.

Paulò aliter Iansen cum enim dixisset Dominus, *videte quid, seu quomodo audiatis*, hoc est,

A curate vt quæ auditis memoriæ mandetis, subdit, in qua enim mensura vos menti fueritis alijs, remetiatur vobis à Deo, immodè & adijciatur vobis. nam si fueritis ignaui, aut parci dispensatores doctrinæ quam vobis impertio, parcam etiam sentietis in vos Dei benignitatem in cognitione diuinorum, alijsque Di donis. Contrà verò, si larga mensura alijs dispensaueritis, largam item experiemini in vos Dei mercedem; & qui dedit fortem, larga item mensura adijciat incrementum, copiosiore vos donans cognitionis lumine, quo pluribus prodesse possitis.

In regno namque cælorum quadamtenus etiam impletur, quod vulgò & iactari & fieri solet, vt multum habenti multum detur: parum habenti non solum nihil detur, sed etiam ab eo tollatur quod habet; nam qui dona diuina, quæ ei offeruntur verè habet (habet autem, qui quæ accepit se habere declarat eis vtens) ei amplius à Deo dabitur: qui verò quæ debet habere, & quæ offeruntur ei diuinitus dona non habet (non habet autem qui defossum thesaurum apud se seruat) tollitur ab eo etiam quod videbatur habere. Hanc eandem comparisonem de mensura habet Matth. capite septimo, versic. secundo:

alteram verò de occulto, cap. decimo, versiculo vigesimosexto, & vigesimosextimo.

THEORIA PRIMA MORALIS.

De seminatore, ac semine.

C **Q**UATVOR hic ad expressiorem huius Parabolæ intelligentiam expendentia videntur. Sator, Semen, Terra, Fructus.

Quamuis constet præcipuum seminatorem Christum esse, & hunc imprimis hic intelligi: (de quo quomodo exierit ad seminandum dictum est in Scholijs, numero septimo, octauo, & nono.) Quicumque tamen concionator Diuini verbi, etiam hic Seminator dicitur; hinc Marcus qui seminat, inquit, Verbum seminat. Seminantis munus est semen spargere, & pro fructu supplices Deo preces offerre; Dei verò est incrementum, fructum quæ præbere; ita concionatoris quoque partes sunt, vt Dei verbum populo ministret, & Deo pro profectu enixius supplicet, cuius est optatos fructus elargiri; nam rectè Apostolus primæ Corinth. tertio, versic. septimo, *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, & versic. sexto: Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.* Rectè Augustinus libro quarto, de doctrina Christiana, cap. decimosexto, ait: *adiumenta doctrina tunc profunt anima adhibita per hominem, cum Deus operatur vt proficit: Dominus enim dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Rectè proinde Gregor. libro vndecimo Moralium, cap. quinto, sic affirmat, *mutum esse os omne, quod loquitur, si ille interius in corde non clamat, qui aspirat verba, quæ audiuntur.*

Seminatorem sanè manu serere oportet, hoc est, opere, quod eleganter Aug. scriptum reliquit 4. de doctrina Christiana capite vige-

Seminator
Christum &
quicumque
verbi Dei
concionator.

2.
Concinator
operis præ
dicare de-
bet.

simo-

simonono. *prabeat* (concionator nempè) *alijs exemplum & sit eius quasi copia dicendi, forma viuendi.* Præcepit Leuitici decimonono, decimonono Deus; *agrum tuum non seres diuerso semine;* hanc rem Dei præceptum is facit, qui aliud semen ore, aliud exemplo serit. Quare iure optimo Basilius Psalmo quadragesimoquarto: *Puto, inquit, spiritualem prætexi tum vestem, cum operatio comes attextitur verbo doctrina. Quemadmodum enim pallium corpori tegendo tunc textitur, cum sub tegmen innectitur flammis; sic ubi verbum primas in ordiando obtinuerit, si mox actiones verbo consentanea attextentur, tunc exornanda anima decentissimus, & plurimum habens honestatis amictus confici possit, anime inquam, secundum virtutem, & verbo, & opere suam absoluenti vitam.* Ibidem quoque testatur; sermonem fimbriam esse operibus annexam: *sermo, ait, veritatis, quasi fimbria quædam est, à textura ad actionem ex abundanti annexa.* hæc sunt illæ aureæ fimbriæ, quæ ex præclara Ecclesiæ veste pendent Psal. 44. 14. *in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* His se cœlestis verbi concionator indumentis induat, his se fimbrijs exornet, si optatum fructum ex concione demetere cupit. De his fusius nolter Barad. 1. 9. c. 2.

Sequitur, vt de femine agamus. In primis ergò seruandum, inquit Ianfenius, quam verbum Dei appositè semen vocetur, omnis quidem sermo præfertim verò, qui diuulgatur, & spargitur, vel ab ipsis etiam prophanis scriptoribus semen dicitur. Hinc disseminare sermonem. hinc ab Atheniensibus Paulus *σπριουόλογος*, hoc est, *seminuerbius*, aut potius verbi Sator dictus est, quod nouos in vulgus rumores spargeret Act. 17. 18. Sed his omisis magis propriè verbo Dei competit semen dici ob alias rationes; nam primum, id quod semen est terræ, hoc verbum Dei est cordi, quod in medio hominis velut terra in medio mundi constitutum omnium spiritualium fructuum, siue bonorum, siue malorum principium est, & veluti mater. Sicut ergò semen nusquam fructificat, nisi in terram proiectum, sic nec verbum Dei, nisi corde susceptum, & sicut terra, nisi in eam semen iaciatur, spontè non profert ferè, nisi steriles, & inutiles herbas: ita hominis cor nisi semine diuino satum fuerit noxia tantum, vel certè inutilia profert.

Deindè quemadmodum, vt fructum reddat semen, necesse est intra terram recipi bonam, non lapidibus asperam, non spinis ac vepribus obsitam, non malis herbis noxiam, sed mollem ac repurgatam: ita, vt optatum fructum Dei verbum in corde susceptum producat, debet intra illud recondi altius, non leuiter animaduerti tantum; à vitijs etiam necesse est ipsum prius repurgari cor, rebusque vanis ac sollicitudinibus exhauriri.

Ad hæc, vt semen intra terram recipiatur necesse quoque est eam aratro profcindere, & multo sudore excolere, idem & de corde hominis affirmandum: eget enim aratione, stercoratione, agitatione, reliquoque terræ cultu. Hinc Hierem. 4. 3 dicitur: *nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas & Osee 10. 12. innouate vobis nouale,* pro quo Hebræa significantius habent. *arate vobis arationem.*

Præterea moriatur necesse est intra terram semen & corrumpatur, vt fructum afferat: eodem modo mori debet quodam modo verbum Dei in homine, hoc est diu hærere, expendi mente, denique meditatione confringi.

His accedit, quod sicut feminis virtus & efficacia non satis est ad obtinendum fructum, sed requiritur præterea terræ fecunditas, & quidam cœlestis aspectus & influxus: ita ad verbi fructum decerpendum non satis ipsum verbum, sed necessarius est præterea liberi arbitrij cõcurfus, & præter hunc, necessarium est in primis ipsum diuini numinis auxilium, cœlestisque quidam fauor aspirans, quo excitetur liberum arbitrium, & ad cooperandum verbo Dei iuuetur: hinc Paulus 2. ad Corint. 6. 1. ait: *exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis,* id est, cooperimini oportet.

Postremò, vt semen radices suas mittat opus est, quo infructuosum non sit, & inutile: ita & verbum Dei suis radicibus destitui non debet. Dicuntur autem radices, quæ faciunt, vt fides, vel auditum verbum Dei sit fixum, & stabile, & per bona opera fructum reddat. Hæc autem sunt, vel intellectu dona Spiritus sancti sapientia, intellectus, &c. Ephesio. 1. *Deus det vobis spiritum sapientia, & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri.* Penetrare namque his donis, res fidei eandem firmat, stabilemque reddit: Vel radices item sunt in affectu charitas, & reliquæ virtutes, Ephes. 3. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris radicati in charitate, & fundati.* Sic verbum Dei, sic Fides fortis, ac robusta euadit, sicut dictum est: *refistite fortes in fide.* Sic persecutionibus immanium quamuis tyrannorum, totius etiam inferni viribus, ac potentia minimè cedit, sic fecunda efficitur, nam hæc est illa fides, quæ per dilectionem operatur.

Sed illud restat diligenter animaduertere; tam doctrinam, quam bona opera rectè semen dici, illam quidem respectu operum, hæc respectu vitæ æternæ. Inest namque semini vis productrix quædã, & fecunditas, vnde fit, vt bona opera sint fructus & semine; fructus doctrinæ, semen gloriæ; docereque, ac operari, seminare est. idq; etiã in malis cernitur; nã mala opera sunt semen mortis æternæ ad Gal. 6. 8. *qua seminauerit homo, hæc & metet; quoniam qui seminatur in carne sua, de carne & metet corruptionem, qui autem seminatur in spiritu, de spiritu metet vitam æternam,* & speciatim de elemosyna, quæ tamen bonum quoddam opus est, legimus. 2. Corint. 9. 6. *qui parçè seminatur, parçè & metet, & qui seminatur in benedictionibus, id est, abundè, de benedictionibus & metet.* Hæc hæctenus.

sequitur vt de terra, & fructu agamus.

(..)

3.
Verbum Dei
semen aptè
vocatur.

4.
Terra qualis
esse debeat,
in qua semen
verbi Dei
proiciatur.

THEORIA II.

De terra & fructu, &c.

I. **S**TATVIT hic CHRISTVS præter terram, quam bonam vocat, tres reliquas terræ partes: nam quædam ut via est, in qua proteritur à viatoribus semen, & conculcantur: nec proindè radices iactare sinitur vllas. Quædam sine humore petris vel lapidibus aspera, vbi semen natum arefcit. quædam, quæ iactam suffocat sementem. Totidem quoque auditorum genera sunt: quidam porterunt, atque proculcant verbum DEI, ut qui nolunt illud proponenti, fidem adhibere, quales sunt qui naturalibus ratiunculis, quas audito verbo præferunt, nituntur. quales item sunt qui terrenis affectibus præpediuntur ne credant. poscit enim verbum DEI auditorem qui submisso atque humili sit animo, nec sibi multum tribuat, & qui affectibus prauis, & inordinatis careat, quos descripsit Iacobus I. ver. 21. *abijcietes omnem immunditiam, &cæt. in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.*

2. *Mundus via est.* Hi ergo qui vel intellectu mundum, vel affectu non excedunt, secus viam sunt: quod mundus hic, rectè quasi quædam via dicatur. sunt deindè quidam auditores, qui necessario humore carent, vnde fit, ut arefcant illicòdè verbum: tales sunt qui credunt quamdiu nihil eis contrarium occurrit. Ast vbi tempus est persecutionum, vbi animum tentatio pulsatur, confestim insalutato hospite recedunt; scilicet, plus isti bona temporalia, quam CHRISTVM diligunt. Quid igitur mirum cum vera, stabiliq; caritate destituantur, si humore quoque destituti sint? Dixit enim CHRISTVS Lucæ decimoquarto: *si quis venit ad me, & non odit patrem suum, ac matrem, & uxorem, & filios, &cæt. adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Rectè igitur isti petrosæ terræ, atque minimè profundæ, quæ sub modica altitudine continet petras, comparantur.

3. *Suffocantes verbū Dei.* Tertio loco, sunt etiam quidam suffocantes verbum sollicitudine rerum sæculi, & fallacia diuitiarum, hi perseverant in fide, sed non proficiunt, nec expectatum fructum seminatore reddunt, ut euenire videmus cum cadit granum super spinas, Iacobi primo: *estote factores verbi, & non auditores tantum, quia si quis est auditor verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum naturæ suæ in speculo: considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* Tunc fit suffocatio cum constrictis faucibus, impeditur respiratio. sic nimæ curæ rerum mundanarum, & superflue sollicitudines, totum ad se attrahunt hominem, & obstant quominus aduertere, & meditari diligentius possimus, quæ audiuius: adeò ut ne locus quidem detur in nobis Spiritus sancti inspirationi. Quare Gregor. homil. decimaquinta, rectè ait: *suffocant, quia importunus*

A cogitationibus suis gættur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditam vitalis status necant. Meritò igitur CHRISTVS & aptè suffocationis metaphoram hic vsurpauit. Rectè item diuitiæ, sollicitudines mundi, voluptates noxiæ, spinæ nominantur, quia, ut inquit Gregor. de diuitijs, cogitationum suarum punctationibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccata pertrahunt, quasi inflisio vulnere cruentant.

Verum vnde, inquires, est ut expectatum fructum non referat terra? Respond. non ex seminare, qui bonus: non ex semine quia sanctum est; non ex terra, neque enim hominis natura, ex se mala est; meritò ergo dicat quis, *Domine non ne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizania?* ea sanè ratio est, quòd non tollantur ab auditoribus ea, quæ terram impediunt, quò minus fructum afferat, spinæ videlicet, petræ, volucres.

B Hæc enim tria sunt, quæ & terræ, & femini aduersantur volucres, petræ, spinæ. volucris nomine rectè Diabolus intelligitur, idque quinque nimirum ob causas. Primum quidem ob locum: morantur enim sicut aues, Dæmonum cateruæ in aëre caliginoso, quare à Paulo Ephes. 6. 12. dicuntur *potestates tenebrarum*; hic verò *volucres cali*; deindè propter alas, quibus nituntur *volucres*, sunt enim dæmones ut alati quidam dracones.

C Quare si similes illos dixeris serpentibus illis ignitis Numer. 21. 6. næ tu benè dixeris: illos enim serpentes pennatos fuisse, & populi capitibus inuoluisse de quorundam sententia refert Pined. cap. quinto in Iob, versic. septimo, num. decimo: Nec mirum cum dicantur ab AEliaño lib. 16. cap. 42. in AEGYPTO scorpiones alati esse: cuiusmodi etiam sunt viperæ quædam, quæ se iaculorum more rapidissimè vibrant, auctore Plinio lib. 2. c. 25. & AETIO dum de Cenchræ serpente loquitur, quem dum se ad lædendum parat, aiunt, extendere se ipsum, ac veluti iaculum vibratū corporibus inuolare: rursusq; idem Plin. l. 8. c. 23. auctor est, hunc eundem serpentem iaculū (sic enim vocant) ex arborū ramis vibrari. Deindè in India plura serpentum genera alata reperiri vetus fama est: nam de Africa abundè id testatur Lucanus libro nono, cum de Natrice serpente, qui in aqua quoque venenum spargit, atque de iaculatricibus illis volucris sic canit.

D *Et natrix violator aqua, iaculiq; volucres.* Adde quod Isaïæ quoque c. 30. 6. reguli volantis fit mentio.

Tertia causa est, quia velocissimè in nostrâ perniciem volant, & sunt expediti ad damna quælibet inferenda homini. quod mihi significasse videtur apud Iob. cap. 1. vers. 12. Spiritus Sanctus, cum ait: *egressusque est Satan à facie Domini*: illud enim egrediendi verbum alacritatem, strenuitatem, sollicitudinè in re gerenda significare videtur, ut ibi Pineda. Nihil enim aliud expectabat, quam facultatem nocendi Iobo, ea ob'èta nihil moratus abiit rem perfecturus. Idem significatum est H. hac. 3. quinto, *egredietur Diabolus ante pedes eius*: Heb.

4.

3.

6.

Serpentibus alati qui similes.

7.

egredietur (*Reseph*) id est, volatile, vt Hieronymus eo loco exponit, atque ex Hebr. sententia ob nimiam velocitatem Principi Dæmonum id nomen conuenire scribit, qui Christo post baptismum statim occurrerit, nec solum post pedes eius, vt insidiaretur calcaneo ex lectione 70. sed ante pedes eius egressus fuerit in campum, locumque certaminis, tempus, & locum præoccupans.

Quarta porro causa, cur volucres dicantur dæmones, est, quod voraces, & insatiabiles sint 1. Pe. 5. 8. *circuit quærens quem deuoret*. Quod mihi significasse videtur Dominus cum ad Satan dixit Iob. capite primo, versiculo duodecimo: *tantum in eum ne extendas manum tuam*. Vnde colligit Apollinaris voluisse Satanam, vt totus ipse Iobus illius arbitratui, & potestati permitteretur, negasse verò Deum; vt vel hinc discas quanta insit Satanæ nocendi fames, quanta sitis humani sanguinis. *Va*, inquit Angelus Apocalyp. duodecimo, duodecimo, *terra, & mari*; non quod aliquid timendum sit mari. vel terræ, sed hominibus terra, marique de gentibus, idèò subdit, *quia descendit Diabolus ad vos, qui habet iram magnam*.

Meritò igitur nomen illi *Leuiathan* conuenit Isa. vigesimo septimo, primo, *visitabit Dominus super Leuiathan serpente uelut*. Dicitur Leuiathan additamentum, vel augmentum, nam nullo nostro malo contentus est. Vocatur & *serpens uelutis*, vbi Pagninus legit *serpens transfrens*, alij *serpens fugiens*, aut *velox*, aut ditcurrens de extremo ad extremum, videlicet omnem locum occupans, omnem exitum obstruens, velut inductus uelutis omnibus dominari cupiens. Sed Christo fidendum est, qui venit, vt dissoluat opera diaboli. Hanc eandem sitim, rapacitatemque Dæmonis repræsentare mihi videntur duæ voces hic positæ, *venit Diabolus*, apud Lucam; vel, *venit malus*, apud Matthæum: Itemque, & *rapit quod seminatum est*.

Postremò volucres integrum semen diu seruant in stomacho: ita Dæmon conferant aduersum nos mala sibi altius impressa, ad quæ induxit, vt ad extremum diem mortis, & iudicij proferat, & habeat in quibus nos acriter accuset. Eius sanè in nos odium, & ardens nocendi studium ex tribus nominibus, quibus ab Euangelistis nominatur satis quiuis colligere potest: dicitur enim à Matthæo *malus*, à Marco *Satan*, à Luca *Diabolus*. *malus*, quia malum hominibus inferre conatur; *Satan*, quia aduersarius, & inimicus; *Diabolus*, quia calumniator, & accusator est omnium. Proficitur planè odium, & inuidia Diaboli in nos, vt Basiliius homilia in aliquot Script. locos aduertit ex incredibili in Deum odio. Quarè cum homo quædam Dei sit imago, & Deo quidquam nocere non possit, totum in hominem conuertit odium; vt si aliquis regi nocere non possit, & eius tamen simulacrum cederet, maleque acciperet. Quod de Pardali bestia inimicissima homini fertur, quod præ ira in faciem, oculosque hominis inuadat, atque inuolet; quod si qui volunt furorem eius auertere, imaginem hominis ostendunt, vel obijciunt, quam illa statim veluti furij agitata discerpit, ac dilaniat, declarans quanta

fit accensa in hominem ira. Non aliter diabolus in hominem tanquam in Dei imaginem, inuolat, ac rapitur.

Neque verò illud hic dissimulandum est; quid nam sibi velit illa loquedi formula, quam omnes hic tres Euangelistæ usurpant, venit & tollit, seu rapit, seu aufert verbum. Dixi superius numero nono, quid hæc significarent id, quod cum re, quam tractabam, congruere videbatur; nunc duas præterea assignabo causas. Prima hæc est, vt ostendatur Diabolus extra nos esse, nec semper adesse tentando. Solus Deus intra nos est, semper adiuuans infirmitatem nostram, in quo viuimus, mouemur, & sumus. Accipe & alteram, homo enim sæpè aduocat quodammodo & inuitat Dæmonem, dum negligenter agit, & Christiani hominis partes officitanter obit. Idcirco aduolat statim Dæmon, & rapit verbū, ne fortè si immoretur in homine & expendatur, aliquid efficiat, ac radices iaciat

Obserua denique optimo ordine tres partes malæ, atque infructuosæ terræ designari à Christo; nam prima significat eos, qui verbi doctoribus non credunt. Altera eos, qui credunt quidem, sed in fide semel accepta non perseverant. Postrema eos, qui perseverant quidem, sed sine fructu operum sunt. Sequitur vt de bona terra dicamus.

Ergò fructuosa terra, quam quarto loco adijcit Christus tribus opus habet, nam, & vt suscipiat semen necesse est, & vt susceptum retineat, ac conseruet. Demum eo retento, & conseruato fructum proferat expectatum: quorum aliquo singule infructuosæ terræ partes priuantur, nam prima non admittit semen, secunda non retinet, tertia fructu destituitur. Cum verò bonum ex integra causa sit, idèò hæc tria simul coniuncta bonæ terræ necessaria sunt.

Afferret porro terra bona fructum in patientia, quæ duobus constat, labore nimirum, laboribus namque insistendum est agricolæ in excolendo agro ad fructum suo tempore decerpendum Iacob. 1. *Patientia opus perfectum habet*. Deindè constat expectatione temporis Iacob. 5. *ecce agricola expectat preciosum fructum terra patienter ferens*. De triplici sanè fructu trigésimo, sexagesimo, centesimo, consule Scholia n. 27.

Cur autem vnus maiorem, alius minorem fructum referat, Card. Tolet. explicat ad nota. 31. Lu. 8. nam vt reb^o corporeis tria ad ferendū fructū concurrunt, terra, semen, influxus cœli: interdum enim terra quædam fecundior est, interdum etiam semen maiorem habet vim, interdum quoque ager vnus in hac vel illa mundi plaga situs, melius, ac felicius cœlestem recipit influxum: sic sentiendum est in spiritualibus. Cætera vide apud eundem Tolet.

(. .)

11.

12.
Fructuosa
terra tribus
indiget.

13.

14.

THEORIA III.

In ver. 11. 12. 13. & 14. De cæcitate mentis, duritia cordis, & cæt. Quid nam sint, quæ eorum causæ & effectus.

L.

QUATVOR hæc sunt nomina in Scripturis vsurpata, duritia cordis, aggrauatio auriû, reprobis sensus, cæcitas mentis. Primum ad voluntatem, reliqua tria ad intellectum pertinent, & ferè idem sunt, nisi quod cæcitas per respectum ad visum dicitur, aggrauatio auriû, ab auditu sumitur. vterque autem & visus, & auditus ad cognitionem pertinet, vt inferiùs ex D. Thoma declarabo, & ex his omnibus reprobis sensus existit; significat enim reprobam mentè, talem, quam nemo probare meritò possit, & quæ iure omnibus displiceat, mentem contemptibile, qualis est mens, quæ deprauati prorsus est iudicij, & peruersi.

Cæcitas ergo mentis est, praua animi affectio, qua quis impeditus veritatem Dei euidenter sibi ostensam, & quasi coram, & ante oculos positam, non cernit, nec intelligit. imò per auriû aggrauationem, nec audire sustinet, & per reprobum sensum auditam cõtemnit, peruersè de rebus & deprauatè iudicans.

Duritia cordis est praua item animi affectio, qua quis in suo proposito malo obfirmatus diuinis monitis, & præcepto, correptioni, beneficijs nullo modo cedit; sed sibi vtilia, & Deo placentia reiicit, de quibus Psalm. 4. 3. *filij hominum vsquequo graui corde*, quam ex verbis D. Stephani Act. c. 7. 51. constat peccatum esse, & ex Psal. 94. *hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra: & poltea; & dixi semper hi errant corde, ipsi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam: & Prouer. 28. qui mentis est dura corruet in malum: Ecclesiast. 3. cor durum habebit malè in nouissimo. Rom. 2. secundùm duritiam tuã, & impõnitens cor tuum thesaurizat tibi iram. Hebr. 3. videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum, & c. August. 5. contra Iul. scribit; cæcitatè mentis & esse peccatum, & pœnam peccati, & causam peccati. Idem de obduratione dicere possumus.*

2.

Quatuor excæcant.

Est autem legere in Scripturis quatuor esse quæ excæcant. primò, munera Eccles. 20. *munera excæcant oculos iudicum.* secundò, Diabolus, 2. Corint. 4. 4. *Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium,* tertio, hominis malitiam, Sapient. 2. *excæcauit eos malitia eorum.* quarto, Deus Isai. 6. & munera quidem per quandam occasionem excæcare dicuntur, quibus adde prosperitatem & huiusmodi. Diabolus verò incitando ad malum id facit. hominis malitia sollicitudine rerum terrenarum: exprimit enim hæc succum, vt cum à carnibus exprimitur humor densantur. Idem facit malitia per in deuotionem, & negligentia frigus: hoc enim aquam vertit in crytallum. Idem facit eadem hominis malitia, quatenus causa est, vt non commoueamur minis & flagellis Dei, ita vt instar incudis in duriores euadamus, quæ

A

quò magis pulsatur, & percutitur malleis, eò magis obdurescit. Idem malitia efficit per assuetudinem prauam, vnde & habitus enasci solet. Idem præstat per impudentiam: dum tollit pudorem, qui frenum est nos auertens, atque abducens à peccato. Denique Deus est causa cæcitatè, quia permittit; quia subtrahit gratiam: quia multa facit, quamuis noscat peiores nos inde futuros esse.

B

Effectus indurati hominis è scripturis hi sunt. Primò, sunt indurati corde quasi cæci, & titubant more ebriorum Iob. 12. 25. *palpabunt quasi in tenebris, & non in luce,* (id est, in tenebris obscurissimis, vt eiusdem repetitio significationem augeat) *Et errare eos faciet quasi ebrios* (vertigine circumrotatos sicut ebrios, vt de rebus iudicent aliter quam sint. Ebrii enim quæ fixa sunt, moueri videntur, quæ verò singula sunt duplicata) hoc est, quod ait Isai. 19. 14. *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis,* quasi dicat, vertiginem miscuit loco vini. Porro pergit Isai. *& errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens.* sicut enim ebrius scedè turpi vomitu se commaculat, sic hi quidquid dicant, cogitent, faciant, instar scedissimi vomitus est. secundò, nolunt intelligere, vt benè agant: sic indicat Iob. 21. *recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.* sic Exod. 5. Pharao dixit: *quis est Dominus vt audiam vocem eius?* nescio Dominum. tertio, *letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis,* Prou. 2. quartò, nil pudet istos, defricta fronte sunt, Hierem. 3. *frons meretricis facta est tibi, noluisse erubescere.* quinto, à Deo percussus non modò non sentiunt, sed in incudis morem indurantur potius, quod exemplo Pharaonis illustrari posset: sed satis sit, Hierem. testimonium, cap. 5. *Domine percussisti eos, & non doluerunt, & c. indurauerunt facies suas supra petram.* sexto, fit istis velut impossibile benè agere, & peccare velut naturale, vt verè in istos congruat illud Hierem. 13. *si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* septimò, derelicti à Deo dicuntur, quo vno malo quid grauius dici, aut excogitari potest? in quod ne incidat sollicitè orat Dauid: *Ne projicias me à facie tua, & ne declines in ira à seruo tuo.* octauò, in pius semper hi proficiunt, quouisque veniant ad locum tormentum, quem Deus ipsis præparauit, vt artifex contra duritiam ferri præparat malleos, ignem & c. 2. ad Timot. 3. 13. *mali homines, & seductores proficiunt in peius.* Sed iam gradum hinc faciamus ad enodandam difficultatem, quæ initio sequentis Theoriæ, continetur,

C

propter quam de his differuimus.

(••)

D

Effectus indurati.

THEORIA IV.

Affertur difficillimi textus, qui vers. 11. 12. habetur, expositio, & simul vaticinij Isai. cap. 6. quod vers. 13. continetur.

1.

SATIS laboratum est à plurimis in horum versiculorum & Isaiæ intelligentia. Nos etiam tentabimus si quid fortè lucis huic loco afferre possimus. Et quidem imprimis illud statuendum, quod cum hic legimus, vers. 11. *ut videntes non videant, & audientes non intelligant*, non est quod eò confugiamus ad fugiendam difficultatem loci, ut affirmemus particulam, ut euentum rerum, & consecutionem significare; Apostoli namque Christum interrogauerunt. ut vers. 9. habes ex Matth. *quarè in parabolis loqueris eis?* quibus verbis quis dubitet causam sciscitatos esse? igitur cum Christus respondet, *ut videntes non videant* &c. causam saltem finalem declarare voluisse, credendus est: Atque hoc ipsum concedit Augustinus libro qq. in Matthæum, capite decimoquarto, & Hieronym. Isai. sexto. Vide Schol. num. decimoseptimo. Affirmo igitur causam finalem hæc verba innuere, ne scilicet intelligant & cætera. quam etiam insinuauit non obscure, & Matthæus hic versiculo duodecimo: *qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo*, ut mox dicam & dixi prius numero 20. Hoc igitur principio positum hic sit tanquam certum.

2.

Affirmo deindè non de eadem cæcitate Matth. loqui dum ait: *quia videntes* &c. vers. 11. de qua Marc. & Luc. ille enim de cæcitate, vel obduratione, quæ peccatum est, loquitur; isti de ea, quæ in pœnam inflicta est à Deo, ante quam præcessit in Iudæis culpa: vitio enim suo facti sunt cæci & obdurati; vnde factum ut noluerint, credere ijs, quæ Christus prius edixerat, & fecerat Ioann. 10. 25. *loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Quarè ob hanc inexcusabilem & spontaneam culpam, in pœnam loquebatur illis in parabolis. si tamen voluissent interrogare, sicut Apostoli fecerunt, exposuisset eis, quæ opuserat, scire. Vtramque igitur cæcitatem & obdurationem si obserues, explicant Euangelistæ, sed Marcus & Lucas tantum eam quæ pœnæ locum habet, ac proindè per illa verba, *ut videntes non videant*, ut loquitur Lucas, vel ut ait Marcus, *ut videntes videant, & non videant* &c. causam finalem exposuerunt cur in parabolis loqueretur Christus scilicet in pœnâ. Matthæus verò per illa verba, *quia videntes non vident* &c. ut hic habes vers. 12. cæcitatem & obdurationem, quam Iudæi vitio proprio contraxerant, aperuit, propter quam in eam quam dixi pœnam incurrere meruerunt. Quarè dum ait, *quia videntes non vident*, &c. assignat causam meritoriam, cur in parabolis loqueretur eis, quibus iusto iudicio cæcarentur, & obdurarentur, nimirum id merebatur voluntaria eorum cæcitas mentis, & cordis durtia, & ex vtraque constatur inte-*

A gra causa, cur sic loqueretur illis, ut exposui in Schol. num. 19. Cæterum etiam Matth. non tacuit causam finalem, meminit enim cæcitatis & obdurationis, quæ pœna est, licet obscurius, dum ait hic vers. 12. *qui enim habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo*. Nam cum ait, *quod habet auferetur*, indicat Christus se propterea loqui turbis in parabolis, non donentur mentis illustratione, sed ut videntes non videant, & hæc pœna est; cuius causam meritoriam docuit, dum dixit; qui autem non habet, nempe id quod deberet habere, propter hoc ipsum, quia vitio suo eo caret, iuste auferetur ab eo etiam quod habet, ut in Scholijs ad versiculū duodecimum diximus sub finem, numero vigesimo, ex Iansenio, quam causam meritoriam expressius significauit Matthæus illis verbis, *quia videntes*, &c. Itaque ita sunt posita, versiculo vndecimo, verba reliquorum Euangelistarum, ut illis statim subiiciantur. versiculo duodecimo, verba Matthæi ad ostendendam videlicet causam meritoriam inflictæ pœnæ cæcitatis, & obstinationis, ut superius etiam numero decimonono monuimus. habemus ergo ex his de qua cæcitate loquantur Euangelistæ, nam de ea tantum, quæ pœna est, posuimus loquutos esse Marc. & Luc. at Matth. etiam de ea, & quidem præsertim & clarius, quæ culpa est. iam videamus, de qua loquatur Isai.

B

Sanè eadem hæc ipsa duo ex loco Isai. capite sexto, qui hic citatur videtur colligere posse. Nam prædixisse videtur duplicem Iudæorum cæcitatem, & allatam à Matthæo, quæ causa fuit meritoria alterius in pœnâ datæ, & hanc ipsam, quæ est in pœnam, quam recenser Luc. & Marc. Primam declarat Isai. capite sexto, versiculo nono, dum ait: *audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere*. quæ verba, non exhortationem continent, sed vaticinium habent eius, quod futurum erat: Et hæc citauit Matthæus iuxta sensum: *auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis*: hic versiculo decimotertio, de cæcitate autem altera, quæ pœna fuit præcedentis culpæ, subiicit Isai. versiculo decimo. *excaca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet*. Sed de mente Isai. reuertetur iterum sermo numero octauo.

C

D Ijs positis difficultatem etiam non paruum ingerunt verba, quæ Marcus addit, *ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata*. Græcè est, *μήποτε*, quod interpres vertit, *ne quando*. Et quoniam apud Græcos *μή*, non semper est negantis, aut prohibentis coniunctio, sed aliquando dubitantis, idem valens, quod num, vel si: quomodo accipitur secundæ, ad Timotheum secundo, vigesimo quinto, *cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam, pro, si quando, vel si forte*. Propterea placuit aliquibus sensum Marci hunc esse: idè in parabolis quibusdam loquor, eisque non explico illas, ut vobiscum facio, quò non intelligant mysteria regni celorum, & non intelligentes, nò credant ad tēpus, si quando vel hac ratione conuertantur, & fiantur; cum scilicet, suæ incredulitatis, ac ob-

3.

4.

stinatio-

stinationis morbum agnoscent. De quo sensu disputat August. lib. qq. ex Matth. c. 14. Hic tamen sensus non videtur esse germanus, quia de obstinatione, & impenitentia reproborum, in quos non congruit iste sensus, sermo videtur hic esse. Quare Hieronym. Isai. 6. opinatur cæcitatem hanc, de qua Isai. & Dominus loquuntur, futuram illis incredulis perpetuam, ita vt nunquam respicere debuerint. Quod videtur Rom. 11. significare Paulus illis verbis; *diminutio eorum diuitia sunt gentium, & amissio eorum reconciliatio est mundi, &c. cecitas ex parte contigit in Israel.*

His accedit quod licet *μῆτορ* græcum vox affirmatiua possit esse: vox tamen Hebr. apud Isaiâ videtur semper esse negatiua; & propterea Græca per Hebr. declaranda sunt.

5. Quare dicendum sentio loqui Dominum de illis, qui in incredulitate permanserunt, ac deinceps permanebunt, donec extremo tempore reliquæ conuertantur: sic Basil. Isaiæ sexto.

Itaque sensus Marci in his verbis videtur iste esse: loquor in parabolis, vt non intelligant, & vt non conuertantur intelligentes, ac sanentur. quod perindè est, ac si diceret: nolo ob pessima scilicet, illorum scelera, & obfirmatam in non credendo mentem aperire parabolas: & maius illis lumen impertiri, quo conuertantur, tot enim auditis ac visis fidem habere deberent; & tamen suo vitio non habent. Non quod sufficiens lumen & auxilium negarit vnquam, quo potuissent conuerti si voluissent, sed quod noluerit ob ipsorum culpam, efficax auxilium tribuere: quo conuertendos fore præuidebat: negat enim Deus quædam auxilia, sine quibus videt aliquem nõ conuertendum, idque in penam priorum peccatorum, atque adeò dicitur indurare hominem, non dando ei gratiam, sine qua de facto ille non mollietur, nec inflectetur ad bonum: similiter dicitur excæcare: quia negat maius auxilium.

6. Qua de re luculentè disputat D. Thom. 1. 2. q. 79. art. 3. qui locus quoniam etiam facit ad intelligentiam Isai. idcirco totum hic adscribam: *excacatio, inquit, & obduratio duo important, quorum vnum est motus animi humani inherens malo, & auersus à diuino lumine, & quantum ad hoc Deus non est causa excacationis, & indurationis: sicut nec est causa peccati. Alterum est subtractio diuine gratie, ex qua consequitur, quod mens non illuminetur diuinitus ad rectè videndum, & cor non emolliatur ad rectè viuendum; & quantum ad hoc Deus est causa excacationis & obdurationis. sed considerandum est quod Deus est causa vniuersalis illuminationis animarum secundum illud Ioan. erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sicut sol est vniuersalis causa illuminationis corporum, aliter tamen & aliter Nam sol illuminat per necessitatem nature, Deus autem voluntariè per ordinem sue sapientie. Sol itaque licet quantum est de se omnia corpora illuminet, si quod tamen impedimentum inuenerit in aliquo corpore, relinquit illud tenebrosum, vt patet de domo cuius fenestra sunt clausa; veruntamen istius obscuracionis nullo modo est sol causa nõ. n. suo iudicio & voluntate agit vt lumen interioris nõ immitat: sed causa eius est*

A. *solū ille, qui clausit fenestras. Deus aut proprio iudicio, & voluntate sua lumen gratie nõ immitat illis, in quibus obstaculū inuenit. vnde causa subtractionis gratie est, non solū ille qui ponit obstaculū gratie, sed etiã Deus qui suo iudicio gratiã non apponit, & per hunc modum Deus est causa excacationis mentis & aggrauationis aurium, & obdurationis cordis. Hæc autem tria distinguntur secundum effectus gratie, qua & perficit intellectum dono sapientie, & affectum emollit igne caritatis. Et quia ad cognitionem intellectus maxime deseruiunt duo sensus visus, & auditus: visus enim deseruit inuentioni, auditus vero disciplina: idè quantum ad visum ponitur excacatio, quantum ad auditum, aurium aggrauatio, quantum ad effectum, obduratio; ita D. Thomas. videat eundem lector, primo sentent. dist. 40. q. 4. Pere. in cap. 11. Exod. vbi decem exagitat quæstiones de induratione, & in epistolam ad Rom. c. 1. dist. 20. & 21.*

B. Iuxta igitur hunc modum exponendi Marcum, dum ait; *nequando conuertantur, & dimittantur eis peccata*, qui modus videtur verus, & genuinus, rectè cõcordat Marc. cum Isai. si sequamur prædictam Isaiæ intelligentiam, numer. 3. alludere enim videtur Euangelista dum ait: *nequando, &c. ad illa Isai. ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* videntur enim hæc pœnam continere. & hæc quidem sentiat quis probabiliter.

C. Cæterum licet quod attinet ad Euangelistas rectè procedat hæc expositio; Marcus enim & Lucas de pœna loquuntur, quam Matt. etiam tetigit licet obscurius, vt dixi num. 2. & in Schol. nu. 20. quantum tamen ad Isai. spectat videtur mihi potius loqui de vetere populo, ac de cæcitate illa, quæ est peccatum, & non de ea quæ est pœna ex subtractione auxiliij diuini consequens.

D. Scito igitur hoc Isai. vaticinium sic referri à Matth. *auditus audietis & non intelligetis*: cum tamen Hebr. non per futura tempora, sed per imperatiuum modum loquatur Isai. *audiendo audite, & ne intelligatis, & videndo videte, & ne videatis.* Quare Matth. siue potius Matth. græcus, latinusque interpres LXX. sequutus videtur esse, qui per futura conuerterunt. sed vtrovis modo loquaris, rectè & conuenienter ad locum Isai. loqueris. Nam si per futurum legamus non quid eos Deus facere velit, sed quid ipsi facturi sint, significatur. si per imperandi modum etiam non imperat Dominus, neque quid ipse velit, sed quid illi sint facturi declarat; vt si viro perditio dicas: videne quid Deo placitum facias: non imperando, neque volendo id dices: sed significando te scire, eum Deo nunquam placiturum, sic Matth. 23. 32. *& vos implete mensuram Patrum vestrorum*: neque enim est concessio, vt plerique putant: sed loquendi formula ab Hebr. vsurpata maiorem habens vim.

9. Iam verò quæ sequuntur apud Matth. ver. 14. hic ex eodem Isai. *incrassatum est enim, &c. clarè adhuc ostendunt loqui Isai. de cæcitate Iudæorum, quæ erat ipsorum peccatum. vobis namque enim reddit rationem, cur intellecturi non essent: quod scilicet cæci forent quæ ipsorum culpa est: & ita per eam voculam in-*

dicat,

dicat Matt. reddi eo testimonio, vel illis verbis rationem talem ab Isaia. vbi obiter etiam Nota quod vbi nos habemus apud Esai. *excæca* Heb. est verbum quod incrassare, impinguare significat, & idèd LXX. reddunt *incrassare*. Porro illa alia verba Isaia: *nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant* &c. hunc continent sensum: propterea nolle eos videre, & intelligere, ne conuertantur, & peccata illis dimittantur, vt psal. 35. 4. dicitur de impio *no- luit intelligere, vt bene ageret*, id est, ne bene ageret. erit ergò sententia hæc: isti videntur veluti de industria ita se gerere, vt non conuertantur, & peccata illis dimittantur. & hoc modo rectè citatur à Matth. locus hic Isaia. ad ostendendum quòd propter culpam ipsorum incredulorum his insinuatam, fiat vt non aperiat eis mysteria regni. Et licèt videatur Isaia de veteri populo loqui, Christus tamen Dominus hoc in illis adimpletum item affirmat, qui suo tempore increduli erant, non credituri vquam. Ex his patet à solo Matt. citari hoc vaticinium iuxta germanum eius sensum, deindè etiam constat intelligentia omnium Euangelistarum, & Isaia vaticinij.

TO.

Verùm obijcies non consentire hanc secundam expositionem Isaia cum Marco, vel etiam cum Luca, quos tamen diximus huc alludere. Resp. Marcum quidem & Lucam loqui de cæcitate, quæ est pœna. Quòd ergò Isaia dixit de cæcitate, quæ est culpa incredulorum rectè Marcus, & Lucas applicarunt propter quandam similitudinem ad eam cæcitatem, de qua agebatur, quæ est pœna, potiùs alludentes ad illum locum Isaia, quàm illum ipsum referentes. & quidè rectè: nam sicut illi ex sua culpa ita erant cæci, & obdurati, vt conuerti nollent, ita Deus in pœnam, delicto conuenientem, ac simillimam, subtraxit auxilium efficax, ne conuerterentur, id est, quamuis videret illos non conuertendos talibus subtractis auxilijs. simpliciter enim vult omnes saluos fieri etiam istos, & idèd auxilium sufficiens non amouet, idèd parabolas non negat, quas si interrogarent, exponere non graueretur.

Adde secundo Marcum præsertim dum sic loquitur: *nequãdo conuertantur, & dimittantur*, similiter loqui ac Isaia, & idèd ad illius verba alluisse dicendus est. denique in cæcitate quæ est pœna, Marcus & Lucas includi intelligunt eam, quæ est culpa; neque enim Deus cæcitatibus, vel obdurationis pœna quemquam afficit, nisi in pœnam voluntariæ cæcitatibus, & obdurationis; Ita meritò potuerunt alludere ad locum illum Isaia, in quo de cæcitate & obduratione, quæ est culpa, fit sermo. sicut & in hac includitur pœna; permittit enim illos Deus in culpa permanere, nec in pœnam, vult efficacè auxilium dare. itaque qui de vna loquitur expressè, de altera tacitè loquatur oportet.

II.

Postremò illud non omittendum per præteritum Matthæum loqui; *incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiser audierunt, & oculos suos clausurunt*; quæ tamen apud Isaia impetrandi modo leguntur, sed Græcus, vt dixi, & Latinus Matthæi Interpres Septua-

ginta est sequutus, cuius veram rationem assignat Maldonat. capite decimotertio Matth. versicul. decimoquinto, quia verba Hebræa alijs punctis legerunt Septuaginta, quàm nunc legantur, ab Hebræis. legimus enim nunc *impingua, incrassa, aggraua, caligare fac*, at Septuaginta vertunt *impinguatum est, incrassatum, aggrauatum, seu auribus grauiser audierunt, oculis suis caligauerunt*, quàm interpretationem qui linguam Hebr. callent, magis probant, tanquam magis coherentem litteræ. nam Deus ipse loquitur, non Propheta, vt Lyranus, & alij volunt, licèt aliter Diuus Hieronymus sentiat, quem vtraque glossa ordina. & Interl. secuntur. **DEVS** autem non dixisset: *impingua, aggraua*: scio sensum esse posse *impingua, vel excæca, aggraua, &c.* prædic impinguandum, &cæt. quod tamen duriusculum apparet. nec videtur Propheta orare posse, vt excæcentur, cum iam illos paulò antè cæcos dixerit. Nos apud Isaia capite sexto, versiculo decimo legimus: *excæca cor populi huius, & aures, &cæt.* Hæc videntur dicenda in tam perardua difficultate huius loci.

THEORIA V.

In qua ex occasione prædictorum, Respond. obiectioni cuidam.

COAETERVM non est dissimulanda obiectione, quæ ex his oriri potest. videmur enim affirmasse peccatum, posse esse peccati pœnam; nam, vt inquit Augustinus cap. tertio, libro quinto contra Iulianum: *cæcitas montis quam solus remouet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur, & pœna peccati est, qua cor superbum digna animaduersione punitur: & causa peccati est, cum mali aliquid cæci cordis errore committitur.* Idem docet Augustinus & pluribus, libro de Natura & Gratia contra Pelagianos, capite vigesimo secundo: iam inquiet aliquis: peccatum, vt peccatum voluntarium est: at pœna, vt pœna inuoluntaria; non igitur peccatum, vt peccatum pœna esse potest. Adde quod peccatum iniustum est, neque à Deo esse potest. Hanc difficultatem, si quis perpendat ea quæ ex Diuo Thoma superiùs diximus, facillè explicabit.

Quo tamen clariùs res hæc intelligatur, animaduertenda est diligenter responsio Diui Thomæ in prima secundæ, quæstio. octogesima, articul. secundo, vbi ait: *peccatum, si consideretur secundum formam, & naturam suam, non habet rationem pœne: peccatum enim vt peccatum est, est voluntarium, & ab hominis electione profectum; at verò si peccatum consideretur secundum suam causam, ex qua oritur, puta subtractionem diuini auxiliij, quo seruabatur, & tenebatur homo, ne rueret in maxima scelera; sic vnum peccatum est pœna peccati, hæc enim ratione occulto, & se vero Dei iudicio; sicut ait Augustinus vindicatur peccatum; dum offensus Deus præcedentibus peccatis, subtrahit auxilium gratia sue: quo amoto, partim impulsu Demonum, partim procliuitate carnis, atque infirmitate humani*

I.
Peccatum
an pœna peccati.

2.

animi precipitatur homo in omne peccati genus. Propter hanc igitur subtractionem gratuita preservationis hominum a peccando, quam & efficit Deus, qua est pœna quadam & supplicium peccatorum, peccatum quod ob talem subtractionem deinde committitur, dicitur peccatum esse & pœna peccati: tot & tanta D. Thom. eo loci.

3. Quæ confirmat August. epistol. centesima quinta, dum inquit; Deus non indurat impietate malitiam, sed non impietate gratiam. hanc verò excæcationem meruisse Iudæos, idem tract. quinquagesimo tertio in Ioannem docet. de qua item Iudæorum cæcitate, lege etiam Barrad. Tomo primo, libri secundi, cap. primo, satis sit Pauli testimonium, secundæ Corinth. 3. 14. *obtusis sunt sensus eorum vsque in hodiernam diem: cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum, &cæt.* itaque velamen illud, quod Moyses obtegebat vultum, oculosque, adumbrabat hanc Iudæorum cæcitem, ex qua obduracy nata est cordis.

4. Sed redeamus ad Diuum Thom. ipse idem in comment. capitis primi, epistol. ad Romanos, in vers. vigesimum sextum, propterea tradidit illos, &c.

Peccatum quomodo pœna cum sit voluntaria.

Addit ad præcedentia declarans prescius, quomodo peccatum possit esse pœna, cum sit voluntarium: Notandum est, inquit, quod peccatum, vt peccatum non potest esse pœna: siquidem pœnam patimur contra voluntatem nostram: peccatum autem est voluntarium, vt dicit Augustinus, sed quia peccatum habet quadam adiuncta, qua sunt contra voluntatem peccantis; ratione eorum, peccatum dicitur pœna præcedentis peccati: & hoc dupliciter: vel quia est aliquid præcedens peccatum, cuiusmodi est subtractio gratia, ex qua sequitur vt homo peccet, vel est aliquid adiunctum ipsi peccato, aut interius, sicut est inordinatio animi, dicente Augustino in primo libro Confess. iussisti Domine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus; aut est aliquid adiunctum peccato, quantum ad exteriores actus, quibus labores, & difficultates adiunguntur secundum illud quod dicunt impij: ambulauimus vias difficiles (Sapi. 5.) vel denique quantum ad id, quod sequitur peccatum, sicut est remorsus conscientia, & infamia, & similia. sic sapienter Diuus Thomas quæ etiam faciunt ad intelligenda ea, quæ D. Paul. habet cap. 1. ad Rom. 26. &c.

5. Deinde & quomodo trahat peccatores in praua desideria.

Sed vrgebit aliquis: D. Augustin. in ea etiam esse sententia; vt affirmet iusto iudicio Deum trahere peccatores in praua desideria, & in reprobum sensum, non modo per nudam permissionem, vel per patientiam, vel per subtractionem auxilij, vt hætenus ex Diuo Thoma visi sumus affirmasse, sed per quandam potentiam, & actionem inclinando voluntates eorum, vt ex lib. 5. contra Iulian. cap. 3. & libro de gratia, & libero arbitrio ad Valentinum cap. 21. constat. videtur igitur Deo auctore verè peccatum esse pœna peccati. Fateor hæc & similia August. loca aliam exposcere solutionem, maioremque declarationem. sed Respondet Pere. in cap. 1. ad Roman. distinct. 21. num. 119. non intellexisse Augustinum, Deum inclinare voluntates ad malum propriè, & efficienter, & vt aiunt Physicè mouendo eas, & determinando ad malum: sed

A. quia multa circa peccatores, qui indurantur, & excæcantur in peccatis, operatur, per se quidem non mala, sed è quibus tamen occasionem illi capiunt grauius peccandi, magisque animum suum in peccatis obfirmandi; non igitur Deus malitiam infundit voluntati, nec eam efficienter mouet ad malum, verum iusto iudicio vindicans peccatorem, diu, multumque in magnis peccatis versatum, non modo non infundit gratiam, qua prohibeantur prauis motus, & appetitiones humanæ voluntatis: sed etiam permittit eis occasiones, & offendicula, ad quæ grauius illi impingant, suo tamen vitio; vertentes videlicet occasiones, quibus resipiscere, atque emendari debebant, in maiorem occasionem peccandi. & vt Scholasticè, breuiterque rem concludamus, non inclinatur Deus voluntatem hominis ad malum efficienter mouendo, vel occasionatiuè, & obiectiuè; quod multa faciat, & obijciat homini vitij corrupto, quæ illius prauam voluntatem inclinatura sint ad malum. Quæ autem sint ista, & qualia leges apud eundem Pere. distinct. octaua, super caput vndecimum Exod. quam autem hæc quæ diximus conformia sint Augustino colligere poteris ex libro quæstionum in Exodum, quæst. decima octaua.

DIGRESSIO MORALIS

C. In versiculum 18. *Semen est verbum Dei.*

QVAM multis rebus simile sit verbum Dei è Scripturis ostenditur.

Monet nos hic locus, vbi femini comparatur verbum Dei, vt quam multis alijs rebus in Scripturis simile dicatur idem verbum paucis aperiamus. Dicitur ergo verbum Dei lucerna, Psalm. 118. *lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*, quia nimirum diuino verbo ceu lumine quodam per peccatorum tenebras, & rerum cælestium ignorationem, pedes nostros in viam pacis facillè dirigimus. Hinc est quod cum Christus è sinu Patris hoc lumen ad nos detulerit lux mundi, Ioan. 8. vocetur: *ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite*, vt merito idem Christus Ioan. 3. cum hominibus expostulet: *hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* loquitur verò de sua prædicatione volens innuere, iustam esse mundi condemnationem, quod Euangelica prædicatione contempta, quam Pater per Filium induxerat, adhuc tamen, proh dolor, altissimis peccatorum tenebris hærebant; quod verò per tenebras diuini verbi ignorantia intelligatur, non obscure docet Matth. quarto, *Cum audisset Iesus quod Ioannes esset traditus in Galilæa, recessit in ciuitate nazareth, venit & habitauit in ciuitate nazareth, in finibus Zabulon, & galilæa, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam: terra Zabulon, & terra Naphtalim, via maris trans Iordanem, Galilæa.*

Verbi Dei
varie appellationes & nomina.

populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis. Et ut ostenderet quas tenebras, & quam lucem diceret, subdit Matthæus, exindè cepit Iesus predicare, & dicere, pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum: procul dubio per lucem prædicationem Christi, quam tum inchoavit, per tenebras verò, & umbram mortis, verbi diuini priuationem, & quæ cum ea coniuncta sunt peccata, & rerum cœlestium ignorantiam intelligit: Quare non immeritò Ioannes Baptista nominatur, Ioannis capite quinto *lucerna*, Apostoli verò *lux mundi*, Matthæi quinto, hi quidem quod Euangelicam prædicationem intulerint mundo, ille quod Euangelico lumini veluti viam paraauerit.

Dicitur & verbum Dei *aqua*, quod nos urgente persecutionum æstu, siue à mundo, siue à carne, siue à Dæmone, suauiter recreet. Deindè quod peccatorum fordes pellat, & virtutes fecundas reddat. Hinc Isai. omnes inuitat: *Omnes, inquit, sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite absque commutatione vinum & lac.* quare meritò quidam per aquam, quam Dominus Samaritanæ Mulieri est pollicitus Ioannis quarto, Verbum Dei interpretantur, vel certè gratiam Spiritus sancti, quæ à fontibus, id est, sanctis viris deriuatur per diuinam prædicationem in animas tanquam in plantas, faciens illas ad perfectionis fastigium, denique in æternam vitam ascendere & proficere. Talem aquam ille irriguus fons Paulus ab Hierosolymis vsque Illyricum spargebat Roman. decimoquinto: *ita vt Hierosolymis, inquit, per circuitum vsque ad illyricum repleuerim Euangelium Christi.*

Talem Apostoli duodecim effuderunt significati per duodecim illos fontes, quos Israeliticus populus sitiens in deserto reperit. Numerorum trigesimaltertio, nono. Talem aquam biberat. Ioan. in sinu Christi quam dum incipit in omnes velle effundere summo Dei beneficio altissimè intonat: *In principio erat Verbum, &c.*

Vis ne lector scire aquam, quæ sitim non extinguat? *Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.* Vis ne rursus habere, quæ sitim prorsus pellat? fecundare aqua diuini verbi, nam qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, inquit Christus, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam, quam si poposceris à Christo cum muliere: *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam haurire, dabit tibi.*

Dicitur deindè & verbum Dei *vinum*. confortat namque genua ad viam mandatorum currendam, & cœlestium bonorum spe inebriat, eorundemque memoria lætificat, tristisque hominum animos recreat, atque confirmat. Hoc ad nos vinum attulit æterna Dei sapientia, dum humanos artus induta spectabilem se omnium oculis præbuit Prouerbiorum nono, primo. *Sapientia edificauit sibi domum (Ecclesiam) excidit columnas septem (septem Sacramenta quibus tota innititur, & recumbit, Christiana religio) immolauit victimas suas, (animam & corpus in ara crucis) miscuit vi-*

A num (cœlestem doctrinam) proposuit mensam (altare vbi corpus, & sanguis eius nobis datur) misit postea suos concionatores, vt paruulos vocarent, & insipientibus loquuta est: *venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. &c.*

Cauendum tamen est diligentissime, à venenato hæreticorum vino, de quo Moyse Deuteronom. trigesimaltercio, trigesimaltertio. *fel Draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Sanè quod Isai. capite primo, vigesimaltercio, exprobrat Hierusalem, dum ait: *vinum tuum mixtum est aqua:* id nos possumus verisimè de hæreticis affirmare, quod cœlestem æternæ sapientiæ doctrinam falsis peruersisque dogmatibus permiscere contentant.

B Dicitur quoque Dei verbum *panis*, vt meritò proindè diuina sapientia nos non ad vinum modo, sed ad panem etiam inuitarit: *venite comedite panem meum.* Vbi Hieronymus in pane, inquit, *diuina eloquia exprimuntur.* hunc panem docuit nos petere Christus in Oratione Dominica: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè:* non malè siquidem etiam doctrinam cœlestem nomine panis intelligere possumus. certè locus ille Matthæi decimoquinto, vigesimalsexto, *non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus:* de doctrina, & miraculis quibus ad eam homines alliciuntur, intelligitur. sed verendum ne aliquando auferatur à nobis hic panis nostram ob incuriam, & ingratitude, & dicatur de nobis illud Trenorum quarto: *paruuli petierunt panem & non erat, qui frangeret eis.* Itemque; *auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

Dicitur & *lac*, quod crescere faciat, & nutriat paruulos. Est verò doctrina cœlestis, dulcis & candida in lactis modum amoris igne decocta in sanctorum & Ecclesiæ pectore, qua aluntur hi quos ipsa Ecclesia genuit per baptismum Christi cum alerentur prius fœculentis peccatarum menstruis. Igitur iuxta illud primæ Pe. secundo, primo. *deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.*

Dicitur *sagitta*, quod corda mortalium quasi telo perfodiat. Hinc Psalm. quadriagesimoquarto, sexto: *Sagitta tua acuta (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.* Hunc iactum ac vulnus sequitur mors; Hinc Paul. hoc telo confossus dicebat ad Galatas secundo Christo *confixus sum cruci, viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus.* Hoc iaculo confossi sunt loquente Petro Actorum capite secundo, trigesimalseptimo, hi, de quibus dicitur: *his auditis compuncti sunt;* Primum namque punctum est eorum cor doloris stimulo ob peccatum crucifixionis Christi. Deindè etiam ob alia; qua punctione Spiritus sancti aperuit cor eorum, vt pus indè foetidum prodiret. Apertum est & eadem punctione cor Dei, iuxta illud: *vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, qua fit vt apertis thesauris diuinis transmittat ad nos Deus auxilium gratiæ, & dona cœlestia. Deni-*

Verbum Dei lux est.

Item aqua.

3.

4. Vinum.

5. Vinum hæreticorum venenatum.

6. Panis.

7. Lac.

8. Sagitta.

que eadem hæc punctio in modum lanceæ cor Diaboli peruasit, & perforauit. Nec tantum *compunctos* dixit Lucas fuisse illos, sed adiecit *corde*, & quidem merito, quia ibi sedes horrenda peccati, alioquin fictam oportet esse punctiorem, nisi cor pungatur.

9. Nec dubium maximum hoc fuisse vulnus quod compuncti acceperunt isti, maximam punctiorem. Cùm enim aduerterent delicti grauitatem, & se in crucem egisse per summum scelus, eum qui Dei erat filius, quamuis id ignorarent, cùm tam immane scelus patrent, toto cohorrerunt & animo & corpore: vt si quis putans interfecisse se hostem, clara luce cognosceret, illum non hostem, sed regis sui dilectissimū fuisse filium, quam magno, quam incredibili dolore afficeretur? & quo in se odio conuerteretur?

10. Huius porrò salutiferæ compunctionis signum certissimum est, remedia ac præcepta salutis quærere, quibus errata tollantur: *Et dixerunt*, inquit Lucas, *ad Petrum & ad reliquos Apostolos, quid faciemus viri fratres?* vbi obserua, *fratres* iam vocasse eos, quos prius loco hostium habitos vix aspicere ferebant. vide igitur quam salubris, ac vitalis sit hæc diuini verbi sagitta & conuulseratio, qua fit, vt peccato morientes æternū Christo viuamus.

11. *Gladim.*

Dicitur & verbum *gladius*, vel quod hostes spirituales conficiat, vel quod prauos affectus, & appetitus amputet carnales, teste Paulo ad Hebræos quarto, *uiuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum cordis.* Hic est gladius ille, quem Ioannes Apocalyp. primo, & decimo nono, vidit de Christi ore prodeuntem vtrinque acutum. Hoc eodem armantur Christi prædicatores Psal. 149. *Et gladij ancipites in manibus eorum: ad faciendam vindictam in nationibus, & ne longum faciam, non alijs armis instructi, neque maiori alio gladio freti totum Christo mundum subiecere Apostoli.*

Cùm igitur ingruerit bellum spiritale, cum diuini verbi tuba, tympanum, clamor, Christianorum ducum cohortatio insonerit, bellum acriter inuadas: ita enim fiet vt hoc gladio tanquam cælestibus armis armatus, hoc robore fretus ingentem hostium cateruam, non in fugam modo conijcias, sed penitus etiam deleas; sic armatos nos hortatur Apostolus Ephesios sexto, vt bellum ordiamur; *confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, & induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli in omnibus summes ites scutum fidei, in quo positus omnia tela inimici ignea extinguere, & galeam salutis assumite & gladium spiritus, quod est verbum Dei.*

12. *mensa.*

Dicitur Dei verbum quoque *mensa*: *parasti in conspectu meo mensam.* dicitur *pluuia*; *pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tue.* Dicitur *lex Domini immaculata, conuertens animas.* Dicitur à Paulo primæ Corinth. primo virtus Dei, & potentia, & stultitia, verbum crucis stultitia est, his autem qui salui fiunt,

A id est, nobis, Dei virtus. Neque verò suaui melodia, & concentus huic mensæ deest. est enim cælestis doctrina similis cytharæ David, quo pulsante refocillabatur Saul. sic Diabolo premente vexati, suaui huius melodiæ concentu recreati quiescunt, denique salutem, & incredibilem pacem inueniunt.

B Infelices igitur qui in his densissimæ noctis tenebris hoc lumine non vtuntur, infelices qui inter medios mundi æstus, non huius aquæ potu reficiuntur. Infelices qui hoc cælesti vino non inebriantur, qui huius panis suauiatē non fruuntur, huius lactis dulcedine spiritualem suam infantiam non nutriunt; huic mensæ non accumbunt. Denique infelices qui hac sagitta, vt æternam possint, ac beatam vitam traducere, corde non compunguntur, & salutari hoc gladio non confodiuntur.

C Quam latè pateat huius diuini verbi utilitas, ostendit Origen. homilia septima in Exodum, similitudine manna: *festinamus*, inquit, *caeleste manna suscipere, quod prout vult quisque saporem reddit in ore.* Audi enim & Dominum dicentem *ijs qui accedunt ad se; fiat tibi secundum fidem tuam. & tu ergo si verbum Dei, quod in Ecclesia predicatur tota fide, & deuotione suscipias: fiet tibi quodcumque desideras. si tribularis consolatur te, dicens: cor contritum & humiliatum Deum non spernit, si letaris pro spe futura, cumulat tibi gaudia dicens: latamini in Domino & exultate iusti. Si iracundus es, dicit, desine ab ira & derelinque furorem. si in doloribus sis, sanat te dicens: Dominus sanat omnes languores tuos. si paupertate consumeris, consolando dicit: Dominus alleuat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. sic ergo manna verbi Dei, reddit in ore tuo saporem, quemcumque volueris. hoc tamen si quis infideliter suscipiat, & non comedat, sed abscondat, vermes ex eo ebulliunt. Et paulld post: sicut enim ipse CHRISTVS est qui sit alijs in ruinam, alijs in Resurrectionem, ita & ipse est qui nunc in manna, fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus autem vermis efficitur. ipse est enim sermo Dei, qui iniquorum mentes arguit, & correptionum spiculis peccatorum conscientias terebrat, &c.*

D Sed obseruandum non indiligenter, est quod si furtim, & vltra mensuram collegeris, putrescet hoc manna; atque ita hæreticis accidit, qui furtim, vt latrones & fures oherant se Sacræ Scripturæ sententijs vltra mensuram, hoc est, sensum Patrum, atque ad eò apud illos putrescat oportet, verbum; neque enim apud illos purum est verbum Dei.

E Quod si tu Lector manna huius suauiatē non sentis, scito delicatam esse Diuinam consolationem, nec in vasis sordidis recipi posse. Non Aegyptiacas cæpas, simul & manna gustare poteris, si illas deposueris, & contempleris dices profectò, & quidem magno tuo bono: *quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

Cùm verò plurimi sint verbi Dei fructus aptè ligno vitæ, de quo Apocalyp. 22. 1. comparari poterit: ostendit mihi, inquit Ioan. *fluum aqua viua splendidum tanquam crystallū procedentem de sede Dei, & agni. In medio platea eius,*

13. *Verbi Dei varia vilitas.*

14.

15.

16. *Verbum fructum.*

& ex

& ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Fluvius Spiritum sanctum significat, qui de sede, id est, diuina voluntate Dei, id est, Patris, & Agni, id est, Filij, procedit, in qua sola quiescit Deus. Porro quod ex utraque parte fluminis lignum sit vitæ, indicat Diuinum Verbum, quod nouo, & vetere Testamento continetur, eundem Spiritum sanctum auctorem habere, qui docet omnem veritatem. Sanè huius tam augusti ligni duodecim præstantissimos fructus sic enumerat Apосто. i. ad Galat. 5. *Fructus autem Spiritus est Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas.* Quid? vel ipsa etiam folia ligni huius ingentem afferunt gentibus salutem, & proinde dicuntur ad salutem esse gentium: nam quæ in Scriptura & facris concionibus videntur esse simplicia, maxime profunt.

17. Possumus & eandem verbi diuini utilitatem, ex loco illo Genes. 24. 63 colligere, vbi de Isaac scribitur, quod *egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die. quacumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.* Profus nihil tam triste potest emergere, quod non statim diuini Verbi, vel sacræ Scripturæ meditatione, vel euanescat, vel patienter toleretur. hoc igitur Verbum, hæc Scriptura ager est, ad quem Isaac inclinata iam die pergit ad meditandum: vbi ei occurrens Rebecca eum, qui acciderat, lenit dolorem. Quoties mihi, bone Iesu, dies vergit in vesperam; quoties paræ alicui consolationi quasi diurnæ luci intolerabilis dolor, velut nocturna caligo succedit. Vertuntur in fastidium omnia, oneri sunt, quæ video. si quis loquitur vix audio, vix sentio, in modum silicis cor obduratur, hæret lingua, oculorum vena liccatur. Quid tum? ex eo certè ad meditandum in agro, reuoluo codicem, &c. cum subito mihi occurrens Rebecca, gratia tua ô Iesu, disijcit tristitiam &c. & lacrymæ oboriuntur cum gaudio. Miseri, quos cum tristitia perturbant, non in hunc ingredientur agrum.

18. Verum ille ex diuino Verbo omnium maximus existit fructus, qui charitate, & Diuini amoris igne continetur, quem venit Iesus mittere in terras, quo illi accensi dicebant: *nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* hoc ipso inflammatus Apostolus sic clamabat: *quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius. & postea, certus sum enim, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit nos separare à caritate Dei, que est in Christo Iesu Domino nostro.*

19. In eos qui verbum Dei in vana audiant.


Postremò huic digressioni finem imponam si prius in eos breuiter inuectus fuero, qui frequenter Dei verbum audiunt, & admirantur, sine vlllo tamen pœnitentiæ fructu, vel utilitatis emolumento, & cū maximis cooperti sint vitijs, ardorem quidem concionantis in vitijs, insectandis laudant, & suspiciunt doct riam,

A nè tantillum tamen ipsi commouentur, nihiloque meliores, quam venerant, è concione discedunt. equidem hos opinor simillimos esse Regi Balthafari, cuius tanta fuit stoliditas, vt audita Dei contra se sententia, non ingemuerit, non misericordiam Dei supplex imploraerit contentus admirari Danielis sapientiam, eumque honorare: tales mihi isti videntur, vt meritò in eos quadrera dicas, quod apud Ezechielem Dominus dixit Prophetæ capite trigesimalotertio, trigesimo, trigesimaloprino, trigesimalofecundo. *Filij populi tui, & cætera. dicunt, vnus ad alterum, & cætera. venite, & audiamus, quis sit sermo egrediens à Domino. & veniunt ad te, & cætera. & sedent coram te, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. & es eis, quasi cæcumenicum, quod suauis, dulcisq; sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.*

CAPVT XIV.

PARABOLÆ
ZIZANIORVM, SEMINIS
CRESCENTIS, GRANI
sinapis & fermenti.

A. 13. 24. 31. B. 4. 26.

- C 1. A.  LIAM parabolam proposuit illis, dicens: simile factum est regnum calorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.
2. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit.
3. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.
4. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergò habet zizania.
- D 5. Et ait illis: inimicus homo hoc fecit: serui autem dixerunt ei: vis inuis, & colligamus ea?
6. Et ait non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.
7. Sinite utraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis dicam mesforibus: colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum.
8. B. Et dicebat: sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terra.

- 9. *Et dormiat & exsurgat nocte, & die: & semen germinet & increſcat, dum neſcit ille.*
- 10. *Vlirò enim terra fructificat. Primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.*
- 11. *Et cum produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.*
- 12. *Et dicebat cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabola comparabimus illud?*
- 13. *A. Simile eſt regnum Calorum grano ſinapis, quod accipiens ſeminauit in agro ſuo.*
- 14. *Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit maior eſt omnibus oleribus. B. & facit ramos magnos. A. & fit arbor. B. ita ut poſſint ſub umbra eius auis cali habitare. A. & habitent in ramis eius.*
- 15. *Aliam parabolam loquutus eſt eis: ſimile eſt regnum Calorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farina ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.*
- 16. *Hec omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas. B. Prout poterant audire.*
- 17. *Sine parabola autem non loquebatur eis. ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.*
- 18. *A. Ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiſiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita, à conſtitutione mundi.*

SCHOLIA.

I. Vide auton. hiſt tit. 5. c. 2. §. 1.

1. A. **A**liam parabolam] quemadmodum ſuperiore parabola, oſtenſum eſt ſemen, hoc eſt, Dei verbum, non in omnibus fructum facere, nec eundem reddere in quibus facit: ita declarat hic; in Eccleſia non ſolum bonum ſemen, id eſt, homines bonos (hoc enim per ſemen intelligit) verum etiam malum, id eſt, homines malos eſſe. Deinde ſe non eſſe mali ſeminis auctorem, ſed boni ſignificat: malum enim à Diabolo ſeminari. Denique toleratum ſe patienter ad meſſem uſque malum ſemen. ſemper enim in Eccleſia ſua permittit Deus malos in bonum electorum.

Iam verò aptè, appoſiteque hæc parabola ſuperiori ſubnectitur, tum quod etiam à ſemine ſit deſumpta, ſicut & ea, quæ ex Marco ſequetur: tum ne ſemen illud quod in terram bonam cecidit, putaretur, nullam mali ſeminis, vnde ſimul ſpinæ naſcerentur, aut malæ herbæ, habiturum admixtionem.

2. Regnum calorum Eccleſia.

2. **Simile factum eſt regnum Calorum homini**] per regnum cælorum Euangelium intelligitur, ſeu potius Eccleſia ipſa, ut ſit ſenſus: idem accidit in regno cælorum, ac ſi quis ſeminaret bonum ſemen in agro ſuo, vel quod idem eſt: perinde ſe habet Euangelium, vel Dei potius Eccleſia, atque ſi

A quis in agro ſuo bonum ſemen ſeminauerit, & aliquis eius inimicus ſuperſeminet malum. Neque verò regnum cælorum homini proprie dicitur ſimile.

1. **Cum autem dormirent homines**] eſt hebraiſmus. dicunt enim hebræi virum aut hominè, id eſt, quemlibet; vnde interdum vertunt Septuaginta *ὁ ἄνθρωπος* vnufquiſque, vt Iudicum 21. 25. Latine dicimus, vulgo vel paſſim. Ergo *homines*, idem eſt, ac omnes.

Superſeminauit zizania] Chryſoſto ſerm. 96. nullum, inquit, malum ab originis proceſſit auſtere, ab inimico ſuperſeminatum eſt malum, Genef. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Hæretici omnes nõ ſeminant, ſed ſuperſeminant, nimirum ſuper veritatem euangelij à Chriſto ſeminatam, ſeminant ipſi nouas hæreſes, & falſa dogmata, vide Tertull. lib. de Præſcriptio. aduerſus hæret. c. 31 & Pammeliu in eundem locum Tertull. Chryſoſ. hom. 47. in Matt.

B **In medio tritici**] in medio proborum hominum, corrumpunt enim bonos mores colloquia praua, & Pſalm. 115. *commixti ſunt intergentes* (cum zizanijs commixtum eſt frumentum ſequitur corruptio) & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum.

Et abiit] Bernard. ſerm. 85. in Cantic. *impellit, ſed non euertit, ſi quidem tuum illi negauerit aſſenſum*. Significari item videtur clanculum, ne agnoſceretur ſe occultaffe; ſicut cum dictum eſt: *cum dormirent*: notatur noctu veniſſe. oportuno, ſcilicet tempore. Quibus indicatur tum maxime ſuperſeminare zizania Diabolum, cum videt dormientes Eccleſiæ Prælatos, cum inertia torpent, & præpoſiti Eccleſiæ negligentius agunt. Hinc habes Diabolum quam poteſt maxime ſtudere vt lateat; niſi velimus dicere illis verbis: cum autem dormirent homines, ſignificari, Diabolum occultè, & nemine aduertente zizania ſeminaffe, & hic ipſiſſimus videtur huius loci ſenſus, quæſiuis id faciat Dæmon, & id accidat, cum Epifcopi negligentiores ſunt.

C **Cum autem creuiſſet herba**] Gr. *ἰβλάσθη*, id eſt, germinaffe, & pullulaſſet, ſeu ſpicam, granæque genuiſſet: nam ante fructum dignoſci non poterat bonanè, an mala herba eſſet; ex fructu autem agnoſcitur. ſignificatur ad tempus quidem plerumque malos bonis permixtos ob ſacramentorum, & nominis Chriſtiani communionem non poſſe ſtatim diſcerni, cognoſci tandem ex eo quod non eoſdem fructus proferant cum bonis.

3. **Accedentes autem ſerui**] Porro ſerui qui dubitant, num eradicanda ſint zizania ſignificat homines Deum timentes, præſertim Eccleſiæ miniſtros, qui & hæreticos, & malos catholicos bono religionis ſtudio optant de medio tolli. Quare præcipiti zelo peccant, docentur tolerare ad tempus malos bonis permixtos.

Duo notat Diuus Thomas, in his ſeruis laude, & imitatione digna; primò, zelum ad deſtruendum malum, primæ Corinth. 15. *auferre malum ex vobis ipſis*. Alterum, quod facere nolint ex ſe, ſed Domini iuſſu.

D **Zizania**] id eſt, noxias ſegeti herbas.

4. **Inimicus homo**] vide Diuum Thomam ſecunda ſecundæ quæſt. 10. art. 8. & quæſt. 11. art. 3. & q. 64. art. 2. & contra gent. lib. 3. c. 14. 6. Pamme. in epistol. 52. Cypriani.

Vis imus, & colligimus] pro *eam*, & *colligamus*.

5. **Et ait, non**] Diuus Chryſoſt. docet ſignificatum eſſe hic, hæreticos, quos per zizania intelligit ſic & Auguſt. & Hierony. non eſſe occidendos: idque hodie pleriq; colligunt. At quam malè id colligant primum intelligere eſt vel hoc, quod non

3. Vide Aug. ſerm 39 ac ſancti 99. ex Mat. 11. 12. & ſer. 18. de verb. Dom. in ſu. & 18. de di. mer. Chryſol. ſer. 96. 97. Hæretici ſuperſeminant.

4.

Diaboli latere ſe agi & non vult agnoſci.

5.

6. Hæretici occidendi.

de folis hic agitur hæreticis: sed omnibus filijs Diaboli, qui filijs regni opponuntur, quamuis præcipue hæretici sint Diaboli filij. Si ergo quidquam illi probarent; etiam probare possemus, nec fures, nec homicidas trucidandos esse. Deinde his verbis non prohibetur extirpatio huius, vel illius mali, sed omnium in commune malorum. Neque enim danda opera est, ut omnes simul mali de medio hominum tollantur. Denique si propter conseruationem tritici, ut hic dicitur, non sunt eradicanda zizania; rursum eradicanda erant ubi conseruando tritico ita necessarium erit. Tunc ergo ex sententia Christi euellenda non sunt zizania, cum periculum est, ne & triticum eradicetur, ut rectè docet D. Augustinus l. 3. contra Epif. Parme. c. 2. & D. Tho. 2. 2. q. 10. a. 8. ad primum & q. 11. a. 3. ad tertium. Cum igitur periculum non est, ne simul triticum eradicetur, sed potius ne si non euellantur, triticum lædant, non opus est messis tempus expectare; euellantur, comburantur. Et cur quælo iubet Paterfam. messem expectare, nisi quia ante messem dignosci, & separari à tritico non possunt? Ergo si dignoscantur, & tritico periculum nullum creetur, quis dubitet num euelli, & comburi possint?

Quamuis itaque Chryst. Hiero. Aug. de hæreticis interpretentur zizania, id dixere, quia præsertim hæretici ipsi zizania sunt; & quia Chrysof. & Hieron. per bonum semen ex prima parabola intellexerunt sinceram Euangelicam doctrinam, cui opponitur doctrina hæreticorum à Diabolo super seminata in mundo post Euangelij prædicationem. Quin & Aug. propterea hæreticos speciatim hic significatos vult, Quod in semine tria sunt, semen bonum, palea, & zizania, & per bonum semen, rectè bonos Catholicos intelligimus; per paleam, malè viuentes Catholicos item rectè accipiamus: nam palea etiam fundamētum habet cum frumento radicemque communem: zizanijs ergo similes sunt hæretici. Hoc inquam dixit August. ut ostenderet hac peculiari quadam ratione esse hic significatos hæreticos: Alioquin Christus inquit zizania filios esse nequam, lege August. lib. 1. qq. euangel. secundum Matth. cap. 11.

8.
Augustini
sententia &
mens de pe-
na seu morte
hæreticorū.

Et aduerte quod Augustin. initio quidem, ut de se ipse testatur in epist. ad Vinc. 38. & epist. ad Bonif. com. 50. in ea fuit sententia quod hæretici non modo non essent occidendi, sed nec quauis ratione puniendi, vel cogendi: cum iam tum à Constantino primum, & deinde à sequentibus Catholicis imperatoribus statutum esset, ut multa pecuniaria, aut etiam exilio plecterentur. Neque tamen mouebat Augustinum multum hic locus, sed potissimum eo inclinabat, ne Ecclesia fictos Catholicos haberet, quos apertos nouerat hæreticos. At postea lib. 2. retractationum cap. 5. & epist. 48. & 50. retractat quod aliquando senserat, probans vtilissimum esse vi cogere hæreticos ad fidem: semper tamen excipit supplicium mortis, nō quod illos hoc non mereri putaret; sed tum quod hoc decere Ecclesiæ mansuetudinem existimaret, tum quod non dum vlla lex Imperatorum extaret, qua hæretici iuberentur occidi. Illa enim lex: *quicumque* C. de hæret. paulo post mortem Augustini lata est, sane quod August. existimari iustum esse si hæretici occiderentur, patet ex lib. 1. contra epist. Parm. c. 7 tract. 11 in Ioan. & epist. 50. ad Bonif. & Ianf. hic c. 22. conc.

7. *Sinite*] August. 1. qq. euangel. c. 10. Gregor. 4. dial. c. 3. in fine, & l. 9. moral. c. 47.

9. *Dicam messoribus*] Chrysofom. homil. 48. in Matth. *considera*, inquit, *ineffabilem Christi misericordiam, & quod ad benefaciendum promptus est. à desiderio autem puniendi alienus. Nam quando seminat per se ipsum id peragit: supplicia vero per*

A *alios infert: nam dicam, ait, messoribus, alligate ea, & c. quam rem eleganter obseruauit Philo. lib. de Abrahamo circa med pag. 53. cum Abrahamo oblata sit, inquit, trium virorum species, duos tantum eloquentia diuina ad excindendam regionem, Sodomam venisse dicunt, ut delerent eius incolas. cum tertius indignum punire aduentu suo duceret. Is, quantum intelligo, erat ille qui verè est. id est Deus æquum iudicans, ut bona per se ipsum largiretur, contraria exequenda suis potentijs relinqueret. id quod mihi videntur Reges facere ad imitationem nature diuina, dum per se ipsos gratias porrigunt, penas per alios sanciant.*

Colligite] Interl. *separate à bonis. Alligate*] Interl. *hic vagos. In fasciculos*] Interl. *non vnum fascem, quia pro modo peruerfitatis suæ, vnusquisque punietur.*

Congregate] Interl. *ut qui vnitatem amauerunt. In horreum meum*] id est in cœlestes mansiones.

B Habes hic insigne patientiæ, ac tolerantis signum, ut obseruat Beda Matth. 13. ut sicut paterfamilias in dolo inimici patiens fuit: sic in aliqua nos læsione, non statim ad vindictam, sed magis ad tolerantiam recurramus.

Greg. Nyffe. l. de anima, & resurrect. ante medium; bonum semen animi appetitus rationi consentientes esse scribit. Zizania verò errorem circa iudicium boni, atque honesti. Deum verò noluisse animi impetus omnino, penitusque extirpari. vide illum.

Quæ restant declaranda in hac parabola in sequenti capite vide.

8. B. *Et dicebant, sic est regnum Dei*] Tertia est hæc parabola à solo Mar. conscripta, adhuc à semine desumpta, & proinde probabilius est hoc eodem loco, & tempore, quo præcedentem iacti in terrâ seminis, propositam fuisse. Nam vtraque affinis est, vtraque de semine agit. Scimus autem Christum eandem diuersis sæpè parabolis eodem tempore inuoluere solere, ut ex Matth. c. 13. constare potest. Videri autè potest ob similitudinem huius parabolæ cum præcedenti, nec Lucam, nec Matth. vtramque posuisse. Porro sicut in prima semen, verbum erat Dei, ita & hic, in quo differt à secunda parabola, in qua sementis pro filijs regni accipitur, & ut secunda assumpta est ad significandum præsertim permixtionem malorum cum bonis, ita hæc ad significandum modum quo Euangelicum semen multiplicatur.

C Et igitur sensus: sic est regnum Dei, id est, ita in regno Dei vsu venit, quemadmodum cum semen ab homine iactum in terram, vltro, citra eius, qui seminavit, operam, immò sæpè eo ignorante è terra enascitur; præterea sensim crescit: nam primum velut herbæ est, deinde in spicam euadit, tandem perficitur: sic Dei Verbum in homine paulatim perducitur ad perfectam virtutem Regnum igitur Dei Ecclesia vocatur ex Hierony. Beda, & Chrysofomo.

Si homo iaciat] quisquis Christi nomine prædicat: euangelium est iste homo, qui sementem facere dicitur, quamquam potest & Christus comprehendere.

In terra] terra auditores sunt, qui in prima parabola, terra bona, vel mala, nuncupati sunt.

9. *Et dormiat, & exurgat nocte & die*] non dubito hæc verba ad hominem facientem sementem referri, quidquid aliqui velint ut Hieronym. Beda, Strabus, *nocte*, iunge cum *dormiat*; *die*, iunge cum *exurgat*; quasi dicat, dum prætereunt, noctes, & dies. Vel dum ille aliud agit dies & noctes. scilicet. etiam discedente prædicatore fructificat verbum. Illa particula, &, præposita voci, *semen*, ostendit, non posse *exurgat* referri ad *semen*. Sunt qui

70.

11.

dicant loquutum Dominum ex hypothesi, quasi dicat, etiam si qui seminavit nihil agat, semen tamen crescit. Sed ferè eodem recidit. quare non habet locum obiectio, si dicamus etiam Christum seminatore esse, quomodo eo dormiente, & ignorate crescere potest semen? nam nõ est necesse id in omni seminatore verum esse: sed in eo dumtaxat qui homo purus est, non item Deus. Et ob id dicitur etiam discedente prædicatore, etiam dum nil cogitat, vel etiam si nil cogitaret, cresceret tamen semen: quæ in Christum Deum non cõpetunt. sic malo respondere, quam cum alijs qui dicunt id etiã in Christo posse esse verum, si spectetur præcisè, vt homo. Non nego id, sed tamè non sic arbitror metaphysicè loquutum esse Christum. Ex his fit non esse negandum quod nisi interdum assidua concionatoris opera rigetur, & excolatur auditorum animi, minimè crescere Dei verbum. Neque hic voluit Christus significare, non opus esse vnquã, vt iactõ verbi Dei semine, aliquid agat concionator. exhortandi enim sæpè, animandi, confirmandi auditores verbi. Porro quando dicitur verbum Dei vi sua atque natura per se crescere, non excluditur diuina gratia, sed docemur tantam vim esse verbi Dei, vt per se pullulet ac germinet, nisi impediãt auditor; & simul omnis gloriãdi occasio præciditur diuini Verbi præconibus: & quicquid hinc boni est in Deum refertur, qui incrementum dat. Quod magis explicatur sequenti versu.

12.

10 *Vltro enim terra fructificat*] id est, per se; Gr. *ἐν ἑαυτῇ ἡ γῆ καρποφορεῖ*, id est, spontanea terra fructum adfert, vt indicetur in arbitrio hominis esse fructificare. Intellige verò terram vltro fructum profere vbi semen susceperit, si cœlum faueat. Est autem carachresis: neque enim herba, neque spica fructus propriè est, quare verbum *καρποφορεῖ*, aliter accipitur à Mar. in hac parabola, & aliter in prima. Hic enim dicitur semen fructificare, cum tantum in herbam, & nec dum in spicam enatum est. In prima verò parabola, solum illud semen dicitur fructificare, quod in terram bonam cecidit, nam quæ in spinosa, aut petrosa loca ceciderunt, etiam si in herbam germinarint, non ob id fructificare dicta sunt. Similiter & hic produxisse fructus aliter accipitur inquit Iansen. quam apud Matt. facere fructum in secunda parabola. hic enim produxisse fructus dicitur cum iam plenum frumentum est in spica, & messis tempus adest, vbi verò diu antè messis tempus dicitur fecisse fructum, videlicet cum iam ex spicis distinguisset à zizanijs. Itaque non idem est dicere, cum fructum fecisset, vt habes supra ex Matt. v. 3. ac cum est plenum frumentum in spica, vt v. 10. ex Marc. Ad plenitudinem enim frumenti, non satis est, vt sit formatum, & productum, vt cumque, sed requiritur maturitas tanta, vt ferè meti iam debeat, & possit frumetum. aliquid tamen maturitatis addit productio fructus v. seq. 11.

13.

11 *Plenum*] quasi perfectum, & tale quale est illud, quod seminatum est, nec ab eo deficiens, ac degenerans. Hæc videntur parerga quædam esse non omninò necessaria intentioni Christi, possunt tamen accommodari. Herbam ex Hierony. intellige timorem, initium namq; sapietiz timor Domini; spicam, penitentia lacrymosam; plenum frumentum, caritatè, quæ plenitudo legis est. vel ex Chrysof. herbam in lege naturæ; spicam in lege Moysi; frumentum in Euang. vel ex Theophyl. herbã cum principia boni demonstramus; spicam, cum resistimus tentationibus; fructum verò intelligè, cum est perfecta operatio. Eodem ferè modo Greg. l. 22. Moral. c. 14. hõ. in Ezech. 15. Ex his etiã discere licet, parabolas duplici posse modo explicari: primum quidè generatim res applicãdo ad rem, propter q̃

A assumuntur, quantũ exposcit Saluatoris intentio. Secundo verò modo singulas partes diligentius excutiendo. vbi tamen extremũ vitandũ, ne scil. nimium curiosi, nimiumque emungentes in ineptias aliquas incidamus. Posset & tertius modus esse explicandi parabolas, quo explicantur non secundũ illam primam & præcipuam intentionem, secundũ quam à Domino sunt dictæ, sed secundũ eũ modum quo accommodantur à S. Doctoribus ad morum informationem, & Ecclesiæ vtilitatem pro exigentia locorum & temporum.

11. *Et cum produxerit*] *ex se* legunt aliqui, sed Gr. non est *ex*. Alij legunt, *cum se produxerit*: & tunc aptus sensus videtur esse: cum fructus (est enim nominatiui casus) id est semen iactum, nam & hoc est fructus alterius seminis. Cum, inquam, se, id est, alium sibi similem fructũ produxerit. similem dico, id est, iam omninò ita maturum & perfectum, vt aptum sit, vt metatur, & molatur, sicut erat semen ipsum iactum. Hoc enim significat, quasi *alterum se*, si verò non legamus, *se*, sed Gr. *ὅταν ἡ γῆ δὲ ἰ καρποῖς*, id est, cum produxerit, vel redierit fructus. est enim fructus nominatiuus adhuc, sensus erit: *produxerit*, nimirũ, *alterum fructũ sibi similem*. vel *fructus* ponitur pro tempore messis, & *καρποῖς* pro redierit. sic Theophyl. vel *produxerit* idem est, quod maturuerit, hoc est, ad tempus messis peruenierit fructus, hoc est, frumentum iam productum antea, ita vt passuè sumatur. vel *produxerit*, id est, cum prouenerit, seu prodierit perfectus omninò fructus aptus ad messem. Syriacè, *pinguis erit*. Itaque plus aliquid videtur semper esse hoc, quàm quod antè dixit: *plenum frumentum*.

• *Mittit falcem*] metit scilicet Dominus agri, id est, Deus ipse. Falx ex Theophyl. Dei verbum, seu præceptum. quo præcepit hunc, vel illum demeri, id est, mori, siue generalis sit mors omnium ad extremum diem morientium, sine cuiusque priuata. Messis enim est vel generalis eiusmodi mors, vel priuata.

Hæc parabola quid significet, non omnes eodem modo exponunt. Iansen. putat declarari per eam: Euangelicam doctrinam præter hominum opinionem, ac ne sentientibus quidem illis sensim passimq; exorituram, & fructum reddituram, donec tandem ad perfectum fructum perueniat, non aliter quam semen ipsum non sentientibus hominibus nascitur; sensimque, ac quodam ordine primum quidem ad herbam; deindè ad spicam, mox ad frumentum in spica adolescit & peruenit. Maldon. mentem Christi esse contendit; eam esse, ac tantam vim verbi Dei, vt si in bonam incidat terram, licet is qui iecit nihil agat aliud, germinet, crescat, & fructum afferat. Opinatur etiam voluisse per hæc Christum Apostolis gloriãdi occasionem præcidere, ac significare neque qui plantat esse aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deum.

Caietan. in ea est sententia, vt indicari velit id quod secundo loco diximus ex Maldonato. Deindè ex crescere Dei verbum sensim, paulatimque: neminem enim repente fieri summũ, sed primum exercetur operibus incipientium, deindè proficientium, deniq; perfectorum. Primum herba est, mox spica, tandem plenum in spica frumetum. D. Hieronym. seu potius auctor in Marcum, quod & in Glossa ordina. legitur: semen ait, est verbum vitæ; terra, corda humana; dormitatio hominis, mors saluatoris. exurgit semen nocte & die; post somnum .n. Christi numerus credentiũ per aduersa, & prospera magis, magisq; germinabat in fide, & in opere crescebat, dum nescit ille, id est, nescire nos fecit quis fructum in sinem afferat, dum ait:

qui

qui perseverauerit vsque in finē, hic saluus erit. Theophylactus Homo, inquit, est ipse Deus, semen misit in terram, id est, Euangelij prædicationem. Semine proiecto dormit, id est, in cælum ascendit; attamen surgit nocte, & die. Nam quamuis Deus dormire videatur, surgit tamen: Et nocte quidem, cum per varias tentationes in sui nos excitat cognitionem tanquam sopitos: die verò cum per suavia, lata, ac perucunda vitam hanc nostram subsulsi, & moderatur. Crescit sanè semen ignorante illo, quia liberi arbitrij semus, & in nostrā electione est, semen crescat, nec ne: sponte enim fructum afferimus. primum quidem herbam, ac principium boni demonstrantes &c. prout ex ipso paulo superius expoluimus numero decimotertio, per messem verò consummationem sæculi intelligit. Idem ferè Euthym. habet. mihi quidem Maldo. vel Ianfen. vel Caietani videtur quadrare expositio. Quod si Christo etiam velis applicare, nam diximus etiam & Christum nomine semina oris comprehendēdi posse, ita locum habebit illius auctoris in Marcum vel Theoph. & Euthym. interpretatio, licet non satis mihi ad Christi mentem esse videatur. Potius responderem prout v. 9. dixi circa principium, satis esse si ea, quæ hic dicuntur de ignorantia seminantis, eiusq; recessu, non de omni seminatore intelligantur; neq; n. necesse est ad Christi intentionem; sed satis erit, si de reliquis seminatoribus ea vera sint, puta, hominibus.

12. Et dicebat] & loco præterea. Cui id est, parabolæ. Assimilabimus] quasi dicat, qua declarabimus similitudine. sic loquitur quasi hæsitando, quo attentiores reddat auditores.

Hanc parabolam quartam habent Marcus, & Matth. hic, & eandem habet Luc. c. 13. alio rursus tempore dictam, sicut & illam de fermento, quam etiam Matth. hic habet: verum à Luca recensetur tanquam alio tempore iterum à Christo prolata.

Significat igitur hac & consequenti parabola Dominus vim & efficacitatem regni cœlorum, hoc est, verbi Dei, & Euangelicæ doctrinæ, seu Ecclesiæ in crescēdo, quod scilicet ex paruis initijs mox processura sit ad maxima.

13. Regnum cœlorum] Chrysostomus Ecclesiam primitivam interpretatur. Alij ipsum regnum Dei, quo in credentibus coeperat tum regnare per Euangelium Deus. sed satius est regnum Dei interpretari Euangelium, id est, Dei verbum in Ecclesia: vel Ecclesiam ipsam, quæ Dei verbum continet, vel ut Hieronymus etiam intelligit prædicationem Euangelij scilicet in Ecclesia, & notitiam Scripturarum, quæ ducit ad vitam. Breuiter, utrumque iungendo verbum cum Ecclesia, docemur hic Ecclesiæ incrementum per Euangelicam prædicationem: quam David longè ante prævidit Psalmo septuagesimo nono, vndecimo, dum dicit: Operuit montes umbra eius, & arbuscula eius cedros Dei, expandit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad fluvium propagines eius. & Psal. octogesimo sexto, quarto. ecce alienigena, & tyrius, & populus Aethiopum hi fuerunt illi.

17. ecclesia cur vilis grano appt.

Grano sinapù] Hic cum regno cœlorum simile dicitur grano, possumus simpliciter verba sumere, ut dicamus verè ipsam Ecclesiam & Euangelium, simile esse grano sinapis, licet superius hunc loquendi modum aliter exposuerimus, quia absurdum videbatur ipsa verba simpliciter accipere. Interl. regnum cœlorum granum sinapù dicitur, quod quanto plus teritur, vel persequutionibus, vel meditatione frequenti, tanto plus redolet. Augustinus in quæstionibus Euangelicis granum, inquit, sinapù ob feruorem fidei; & rectè nam sinapù vis quædam ignea inest: sic verbo Dei cœlestis ardor: hinc illi: nonne cor nostrum ardens & cætera. ob latentem hanc vim sinapis venena dicitur expel-

lere, & Euangelium omnia dogmata prauitatis. Meritò igitur Ambrosius dixit granum sinapis rem vilem & simplicem, si teri cœperit, vim suam fundere; sic fidem si atteratur aduersis, gratiam suæ virtutis effundere. Martyres habebant ardorem fidei, sed latebat; contriti, gratiam sparsere martyrij. Et Christus granum sinapis qui captus & sepultus resurrexit, & factus est arbor mundum obumbrans, cuius rami Petrus & Paulus, in quorum sinus, & disputationum recessus, qui erant longè, assumptis virtutis remigijs, aduolamus. Sic Dan. secundo, trigesimo quinto, Christus per lapidem sine manibus abscissum significatus est, qui tamen postea subiecit orbem in magnum excrescens montem.

Sed ad mentem Christi hi mihi maximè loqui videntur, qui interpretantur grano sinapis simile dici regnum cœlorum; primò quia initio paruum in ingentem postea magnitudinem crescere solet. Ad hæc sicut si conferatur cum reliquis seminibus paruum est hoc granum, ita minima quidem videtur verbi Dei prædicatione & Ecclesia, in qua illa est; Præterea minima, & incredibilis videtur & ingrata; tum ob rerum despicientiam quam docet; tum propter ardua, ad quæ hortatur toleranda libenter; tum ob fidem rerum planè captum nostrum excedentium; tum quod in his exarandis vitur simplici verborum stylo, sine phaleris, sine vilo mundanæ eloquentiæ ornamento. His accedit quod sicut, licet alia semina in herbas tantum ferè, aut olera exsurgant, semen sinapis in arborem potius exsurgit, ita Philosophorum dogmata, ut inquit Hieronymus, cum creuerint, tantum in olera & herbas quæ citò ardescunt, & corrunt, ebuliunt; eò quòd nihil sic in eis firmum & solidum, sed totum flaccidum, & macidum. At Euangelij prædicatione in arborem excrescit magnam, atque aded Ecclesia, ut vides, longè lateque diffusa, & firmiter stabilita est.

14. Minimum quidem est omnibus] scilicet proportionem minimum, si spectes id quod ex eo nascitur, & quod ex alijs seminibus. vel significat paruum esse valde inter omnia olerum semina. Nec necesse est omnium omnino minimum, minimum esse, satis quod ex omnium minimis vnum sit: alioqui minus est papaueris semina. loquitur enim iuxta communem loquendi modum, ut alibi nouissimum quadrantem dixit, non quod minima, sed quod ex minimis monetis esset.

Cæterum quod Marc. ait, de grano sinapis, quod cum seminatum fuerit, minus est omnibus seminibus; non sic accipiendum est, quasi ante quam seminetur, non sit minus alijs. sed videtur Marcus respexisse ad id quod per parabolam significatur. tunc enim doctrina Euangelica videbatur minor alijs, cum seminari & prædicari cœpta est, cum prius non agnosceretur.

Obserua græcismo vsus esse hic interpretem: quod enim Gr. μικρότερον πάντων τῶν σπυριμάτων, apud Mat. hæc, & Marc. per comparatiuum dictum est, minus omnibus seminibus, vertit, minimum omnibus seminibus: nam Gr. comparatiuum illud, superlatiu vim obtinebat, ut cum de Apostolis dicitur, quorum esset maior, id est, quis maximus. Ergo ut interpretes sensum verum exprimeret, per superlatiu conuertit, & ut indicaret græcè comparatiuum esse, auferendi casu dixit, omnibus seminibus.

Ramos] amant vehementer aues eius granum. Itaque cum feruente estate maturuit in eius ramis, ut semen edant, insidere solent, quas etiam si multæ sint, possunt infracti sustinere.

Fit arbor] in calidioribus locis longè supra huma-

18.

humanam naturam assurgit. Id autem videre erat in Palæstina.

Habent] id est, sedent; nam vox hebraica vtrumque significat habitare, & sedere. Nec bene vertunt, qui pro *habitare*, *nidulari* interpretantur. Nam nec vox ipsa græca, nec hebræa *nidulari* significat: & vix credo aues in eiusmodi arbuscula nidulari.

Quòd de volucris hic dicitur, mysterio minime caret. significat enim eos modò conuiescere in umbra euangelij, qui terrenis contemptis ad cœlestia possunt subuolare. Hieronymus etiam, Angelos vult posse intelligi. Alij homines sublimes scientia, ac sensu intelligunt, qui in Euangelio, & Ecclesia sustentantur. sic Daniel. quarto, nono, volucres quæ in ramis magnæ illius arboris erant, principes, & reges significabant quasi sub umbra Nabuchodonosoris viuentes.

Sed Bedam audiamus, qui totam hanc arborē veluti ob oculos cum ramis, & volucris nobis ponit: *non herbarum*, inquit, *qua velociter arescunt, sed arborum instar euangelica prædicatio presurgit: rami, dogmatum diuersitates; aues, anima casta.* Porro dicitur hæc arbor magna, quia secundum Cyrillum Christi doctrina principio penes paucos erat, sed postea recepit augmentum. huius arboris ramos, non modo dogmata diuersa, vt iam dixi ex Beda, sed etiam cum Theophylacto super Marcum, dicemus significare Apostolos, & cæteros Euangelij prædicatores per orbem veluti expansos, id est, dispersos.

Hieronymus accommodat hanc parabolam ad singulos homines: vt quisque intelligatur seminare granum sinapis, hoc est, euangelij doctrinam in corde suo, cum illam ibi suscipit, & fidei humore fouet, in quo deinde ita pullulabit ac crescet, vt in ramis bonorum operum, Angeli sint habitaturi, vel ramis doctrinæ suæ possit alios obumbrare, ac habitandi locum præbere.

Barradius, is Christianus, inquit, *granum est sinapis, qui minimus est humilitate, magnus ardore, & charitate: qui cum teritur tribulationibus inflammatur & ardet: adde, & suauissimum spirat odorem, Vide etiam Diuum Ambrosium sermone 1. 2. Chrysol. ser. 98. Aug. 1. qq. En. cap. 11.*

15. *Aliam parabolam*] eodem spectat & hæc, regnum cælorum ex paruo initio maximum incrementum esse sumpturum. Chrysol. fermento significari vult Apostolos, hoc est, nascentem Ecclesiam. Hiero. Euangel. prædicationem, nos Regni cælorum nomine intelligemus, vt superius Euangel. doctrinam, & Ecclesiam, per quam prædicatur, & per quam ipsamet Ecclesia crescit. hæc ergo fermento similes esse dicuntur; Doctrina namque Euangelica & Ecclesia illam inuehens, mundo permixta totum immutauit orbem, & ad se traxit, quòd etiam rectè Apostolis numero paucis, conuenit vt vult Chryso. qui totum mundum ad suos mores, habitum, fidemque transmutare coeperunt. Nec mirum, quod fermento simile dicit Euangel. quod in malam aliquando partem sumitur, vt Matth. 16. 6. primæ ad Corinth. 5. 6. 7. nam qua parte corruptio quædam est massæ nimis calefactæ, sic in malam partem accipitur. verum quatenus ob conceptum in se calorem vim continet ea quibus immiscetur augendi, sic in bonam partem capitur, vt hoc loco.

Abcondit] miscuit, ita confudit, vt non appareret.

In farina satis tribus] de satis vide Digress. 1.

Verum hic videre restat quid nam per hanc mulierem intelligendum sit, quæ acceptum fermentum abscondit in farinæ satis tribus. Respon. siue intelligas Ecclesiam primitiuam, siue potius vni-

A uersalem quæ se ipsam per prædicatores commiscet: siue cum August. Dei sapientiam, quæ Euangelium fermentum ipsamque Ecclesiam orbi prouideret, & veluti clanculum admiscuit, rectè semper intellexeris. Per *tria verò fata* commodè tres mundi partes accipiuntur, nam vt Hilarius significare videtur, quidam tres istas mensuras, ad trium gentium vocationē ex Sem, Cham, & Iaphet, retulere. sanè posteri Sem, Asia; posteri Cham, Africam; & posteri Iaphet bona ex parte Europam incoluerunt. Ad mysterium autem aliquod significandum, videtur potius dixisse Dominus: *abcondit in tribus satis*, quàm *in ephi*. Suidas his tribus satis encryphiorum, in cap. 18. v. 6. Gen. vult significari triduanam Domini sepulturam, qui panis est vitæ, licet iuxta communis receptam expositionem D. Ambr. & August. tres S. Trinitatis personæ tribus satis adumbrentur eo loco.

B Allegoricè etiam potius, quam ad Christi mentem, D. Hilar. hic per fermentum intelligit significari Christum, quod accepta à nobis natura virtutem diuinitatis suæ, humanæ naturæ communicauerit. fermentum enim de farina est, virtutemque acceptam aceruo sui generis reddit; hoc ergo fermentum mulier Synagoga per iudicium mortis abscondit arguens Legem, & Prophetas Euangelio dissolutos. hoc autem in farinæ mensuris tribus, id est, Legis, Prophetarum, & Euangeliorum æqualitate coopertum vnum omnia fecit, vt quod lex constituit, & Prophetæ nunciauerunt, id ipsum Euangeliorum profectibus expleatur. Hæc ille.

Non longè ab Hilarij sententia abiit Ambros. ser. 5. & quidem rectè, Christus in Eucharistia fermento cõparatur, quod in corpore nostro absconditur, dum dignè ore sumitur, fermentat verò totam massam, cum corpori ipsi castitatem, & modestiam, animo cunctas virtutes affert. Quare Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 17. sicut inquit, parum fermenti, vt Paulus ait, 1. Corin. 5. totam massam fermentat: sic paruula benedictio totum hominem in se ipsum attrahit, & sua gratia replet: atq; ita fit, vt nos in Christo, & Christus in nobis sit.

C Cæterum secundum moralem intelligentiam, per mulierem hanc rectè intelligitur anima hominis, quæ prædicationem Euangelicam occultat, & commiscet tribus suis partibus, ita vt ex his vna fiat spiritualis; & rationalis pars, non erret in dogmatibus; nec irascibilis, vel concupiscibilis absque ratione ferantur; sed fermententur omnia & similia reddantur verba Dei, ita vt in ratione sit prudentia; odium in irascibili contra vitia; in concupiscibili desiderium virtutum. vide Diuum Hieronym. in Marth. & D. Thomam in Lucam. Possumus & per *tria fata* intelligere spiritum, animam, & corpus, in quæ Paulus hominem diuidit. In his ergo communionem verbi Dei, vna sit contemperatio, vt in vnum redacta, non discrepent inter se.

D Bernardus lib. de consideratione. S. accommodat hæc Diui Virgini: vt ipsa sit mulier, quæ fermento suæ fidei in vtero suo commiscuit tria fata, hoc est, coniunxit in vnitatem personæ, tres Christi naturas. vide item de hac parabola Ambr. serm. quinto, Chrysol. serm. 99. August. 1. qq. Euang. 12. Mysterium super hunc locum Euangelij Hebraici.

16. *Prout poterant intelligere*] Exponunt nonnulli hoc quasi significare velit Euangelista, quod accommodaret se Christus ad auditorium captum, sed ex versic. decimo cap. decimotertio, videtur hoc explodi. significat ergo Marcus Christum obscurè locutū, vt qui posset capere, caperet, vt etiam, c. 19. 12. Matt. indicat. quare Euthym. interpretatur

prout

19.
per volucres
hoc loco quid
intelligentiam.

Fermentum
quid, & qui
ei similes.

20.
Mulier hæc
arabica
quid significat

prout poterant, id est, prout digni erant. Non enim erant digni, ut aperte illis Christus loqueretur; si tamen velis primam expositionem sequi, quam graues etiam interpretes sequuntur, intellige illud dictum, versiculo decimo cit. de incredulis, tantum, & reprobis, qui non erant interrogaturi: at plebs licet non intelligeret, tamen facilius interrogando erudiri poterant per huiusmodi similitudines vulgares, & ideo dum illas dicebat Christus ad ipsius plebis captum se attemperabat.

17. *Sine parabola non loquebatur*] tunc scilicet; vel ferme non loquebatur. *Differabat*] *ἰνάλω*, dissoluebat, exponebat, explicabat.

Omnia] quæ tunc fuerat loquutus. omnia enim parabolæ erant. Quare cum prius dictum est in Matth. superius c. 13. v. 3. *loquutus est eis in parabolis multa*: non est intelligendum, iudè dici multa, quia non omnia, sed quia omnia multa erant. Verum si subintelligas ferme non erit opus hac adnotatione, ut sit sensus: ferè omnia.

Maldon. sic ait: non omnia omninò differabat, sed quæ non intelligebant, aut quæ interrogabant, ut Theophylactus etiam adnotauit, sicut ex c. 13. Matth. 36. colligitur. *Seorsum autem*] seorsum, ne alij qui digni non erant intelligerent, & non habentibus, etiam quod habebant, tolleretur. Vide August. qq. ex Matth. 15.

25. 18. A. *Vt impletur*] Interl. pro, & sic impletum est. ut vero hic non causam significat. videtur namque Euangelista quod à Dauide Psal. 77. 1. alio sensu dictum erat, ad similem accommodasse. Neque enim erat hæc Prophetia propriè, sed rerum præteritarum historia, de qua Dauid agebat. Et per parabolis ibi Dauid nō intelligit obscuras, & similitudinibus adumbratas loquutiones; sed breues, & acutas sententias, quas apocryphæ grammata græci nominant. Sic ferè Maldon. vel ut vult Genebrardus, intelligit stylum parabolæ tropicum, & figuratum, non simplicem & vulgarem, sed artificiosum, & elegantem.

Nullo tamen modo arbitror reiiciendam expositionem eorum, qui dicunt hanc Scripturam, ex Psal. 77. 2. tribui Christo, sed per illam regulam cuius meminere veteres, ut Tertull. con. Praxeam: omnes penè Psalmos Christi personam sustinere, atque ob hanc causam Asaphypum Christi gereas nonnulla dicit, quæ Christo magis congruunt, quàm sibi. Hoc enim ferebat illorum temporum ratio, ut mysteria Domini umbris huiusmodi, & imaginibus velarentur, in quæ possent introspicere hi, quorum mens à Deo esset illuminata: Cæteri præter ipsas umbras, penitus cernerent nihil.

Aperiam] scilicet qui prius aperuit ora Prophetarum. Videtur autem in Psal. non Deus, vel Dauid ad literam, sed Asaph loqui.

26. *Eruclabo*] proferam, vel cum Interl. de profundo eiciam. *Ructum*, inquit Pradus in cap. 3. Ezech. ver. 3. solet vocare Scriptura doctrinam Prophetarum: quia ut ructus ex cocto cibo exhalatur; sic Dei verbum ex corde pleno alimonia cœlesti depromi debet. Sic Dauid Psal. 144. 7. *memoriam abundantie suauitatis tue eruclabunt*, id est, pronuntiant ore suauissima verba laudis. redolentia dulcedinem bonitatis tue, qua passus est eorum animus.

Abscondita] ea scilicet quæ ab exordio mundi fuerunt hominibus abscondita. Quare patet, non eodem prorsus modo debere accipi verbum illud ab initio cum testimonium hoc, Asaph, & cum Christo tribuitur. Nam in Psalmo sumitur *ab initio*, seu, ut Hebraicè legitur *de initio*, id est, de rebus ab initio gentis nostræ factis. Euangelium vero parum mutato testimonio, sic illud citauit, quomodo proposito suo maximè quadrabat, &

A Christo peculiariter competebar, scilicet, à constitutione mundi.

Loco absconditorum in Psal. habetur *loquar propositiones ab initio*, Hebraicè *anigmata*. Sic & Psal. 48. 5. *Aperiam in Psalterio propositionem meam*. Hebræi namque sententiam elegantem, eruditam, & grauem *misle* appellant, siue illi sit figurata, siue propria, & simplex. Quare & hoc vocabulo suum sententiarum, ut inquit Genebrardus siue Prouerborum librum inscripsit Salomon. Porro problema Septuaginta vocant, quod noster *propositionem* vertit, & est sententia obscurior, quæ egeat explicatione, vel studio quasi ænigma. itaque doctrina illa Psal. est parabola, quoniam conitatur sententijs præclaris, partim propriè, partim figurate enunciatis: est ænigma, & problema, quoniam multa habet obscura, & inuoluta; quamuis propriè parabolæ dicantur similitudines, vel similia, cum scilicet vnum alteri expresse comparatur, vel cum vnum sub altero propter similitudinem insinuatur, quemadmodum obseruare est in parabolis Euangelicis. Ait Parœmia, vel Prouerbum propriè est, quod *Adagium* dicimus, commune scilicet & antiquum aliquod dictum & sententia, quæ in ore omnium veritatur, ut & Diuus Basilus notat initio prouerborum. Verum sæpè hæc in Scripturis confunduntur, & parabolæ pro parœmijs, & parœmiæ pro parabolis sæpè accipiuntur, & vtrumque etiam extra propriam suam significationem, ut Ioannis decimo dicitur: *hec prouerbum dixit eis Iesus*: Vbi Prouerbum, & ut est græcis: parœmia, accipitur, pro parabolico sermone, quo prius vsus erat Dominus. At Ioannis decimosexto, cum dicitur: *hec in prouerbis locutus sum vobis, venit hora cùm iam non loquar vobis in prouerbis*; non accipitur in propria significatione, nec pro parabolis propriè dictis, sed pro sermone utili, obscuro tamen, ut obseruauit Basilus. Sic loco citato scribens: prouerborum vox apud græcos *παροιμία*, extra scripturæ usum, de sermonibus vulgarioribus vsurpatur, & de his, quæ in vijs plerumque dicuntur; *παροιμία* enim apud externos via nominatur, vnde etiam parœmiam definiunt; verbum ad viam vulgi vsu tritum, & quod à paucis ad similia plurima transfusi potest. Apud nos aurem *parœmia* est sermo utilis, cum moderata obscuritate editus, multam quidem per se vtilitatem complectens, multam etiam in profundo intelligentiam occultans. hæc ille. Itaq; in Psal. 48. & 77. & alibi sic sumitur parabola prout explicauit Basilus, quæ continere solent problemata & propositiones graues & dubias, ac sæpè perplexum sermonem, atque ad ænigmata, sæpè etiam parœmias propriè dictas. Quoniam verò similitudines Christi, & comparationes supra expositæ continent etiam vtilem sermonem cum moderata obscuritate sententiam occultante, idè rectè etiam secundum sensum Psal. vocari possunt *parabola*, quamuis etiam propriè sint parabolæ.

B Illud non prætermittam, apud Diuum Paulum ad Heb. 11. 0. dum de Abraham loquens dixit: *vnde eum (Isaac) in parabolam accepit*; sumi parabolam pro exemplo, ut sit sensus: credidit Abraham filium suum etiam si immolaretur, posse à Deo ad vitam reuocari, ut prædixerat Apost. v. 19. & huius tanq; fidei meritò incolumem illum recepit in parabolam, id est, exemplum aliorum, ut cum Deus aliquid præceperit, licet difficultatibus circumseptum videatur, non dubitent homines illud aggredi, firmiter apud se statuentes, Deum omnes illas difficultates expediturum, & quicquid mali, atque aduersi timebant, in melius esse conuersurum. In parabolam namque siue in

27.

28.

Parabola pro exemplo.

prouerbiū accipi dicitur more Scripturæ, quod cum simile aliquid incidit, vulgo in similitudinem, atque in exemplum eius rei afferri solet, siue in bonam, siue in malam partem afferatur, vt Ezech. 16. 44. ecce omnis qui dicit vulgo prouerbiū in se assumet illud dicens: sicut mater, ita & filia eius. 2. Paralipo. 7. 20. & domum hanc quam sanctificauī nomini meo, projiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis: Vnde fit vt cum ciuitates, aut homines Deum dereliquerint, dicant illis: mementote excidij Ierosolymitani, & templi eius sicut declaratur ibi, cum subditur, & domus ista erit in prouerbiū omnibus transeuntibus, & dicent stupentes: quare fecit Dominus sic terra huic, & domus huic respondebuntq; quia reliquerunt Dominum, &c. Sic Ierem. 24. & dabo eos in vexationem & cætera. & in parabolam, & in Prouerb. id est, cum loquentur homines de populo incredulo, & impio, continuo in exemplum, & similitudinem hic populus adducetur, & eius supplicia, hoc ergo est, tradi in prouerbiū, & parabolam, in exemplum omnium & sermonem vulgi tradi. Sic doctè Ribe. in eundem Apostoli locum. numero 53. & 54.

DIGRESSIO I. MORALIS

De Sato.

1. **D**E SATO Martinus Delrio in c. 18. Gen. vers. 6. & Ioannes Marianus l. de ponderibus & mensuris c. 10. & Villalp. tom. 3. pluribus agunt, nos breuiter, quæ verosimiliora videntur, dicemus hac digressione. in primis 70. tria sata loco cit. Genes. vertunt tres mensuras, & alibi etiam pro sato, mensurarum voce vtuntur. Heb. tria seim, seu Saim, Chaldaicè sain, vt & Syriacè apud Matth. & Luc. c. 13. in singulari est saah. Deindè aduertere oportet, non idem prorsus esse satum, quod modium. nam vt Isidorus l. 16. c. penultimo definit: satum genus est mensura iuxta morem palestina, vnum, & dimidium modium capiens. desumpisse autem hoc videtur Isidor. ex Epiphano, & ex Hieronymo cap. 13. Matth. qui à Iosepho id mutuatus videtur. l. 9. antiqui. cap. 2. vbi ait; τὸ σάρον μῶδιον καὶ ἡμισυ τραπεζόν.

2. Est autem mensura aridorum, quod vel ex hoc ipso Euangelij loco confirmatur, quo Christus cælorum regnum fermento confert, quod mulier abscondit in farinæ satis tribus, quo satorum, & nomine, & numero respexisse videtur ad Abrahamum vxori præcipientem, vt pro tribus hospitibus tria similæ sata pararet Gene. 18. 6.

3. Hic autem trium satorum numerus, integram mensuram ephi complet. continet enim ephi tria sata Ioann. namque vt tria seaim vertunt tria metra, ita epha etiam interpretantur tria metra. vt patet ex loco Gene. iuxta 70. nam vbi Heb. est tria seaim, vertunt τρία μετρα; item vecem Epha etiam vertunt tria metra, vt patet Isa. 5. 10. Exod. 16. 36. vbi Heb. est vnum Epha, & ipsi vertunt tria metra. ergo illis idem est tria metra, quod Ephi. Corus autem qui denos continet ephi (est enim ephi decima pars cori) triginta pariter sata continebit: id quod non modo plurium rabinorum, quos retulit Be-

A nediſtus Arias l. deſ ato, auctoritate comprobat.

Verum etiam quod caput est, sacre Scripturæ. nam Ruth. 2. 17. quas in agro Booz collegerat, spicas, virga cædens, & excitiens inuenit hordei, Hebr. cæpha, hoc est, quasi ephi, quam lectionem sequuntur 70. & oîpe, quasi ephi scribètes. Chaldaicè vero habetur tria seim sata, vtramque lectionem coniunxit vulgata nostra: nam inuenit hordei, inquit, quasi ephi mensuram, id est, tres modios vbi notat Villalp. loco cit. p. 2. l. 3. c. 10. Sanctum Hieronymum vulgatæ interpretem, modios pro satis ferè semper substituere, non quod Hebræorum sato æqualis sit Romanorum modius, sed quod nulla sit latina frugum mensura sato capacitate propinquior.

B Verum quid Hieronymus intelligat modij nomine quoties illud pro sato scribit, ipse sic explicat c. 13. Matth. l. 2. Comment. satum autem genus est mensuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ vnum, & dimidium modium capiens. Porro modius Romanis sexdecim continet sextarios, atq; aded satum quatuor & viginti sextarijs Romanis complebitur, quod nimirum sunt in vna Romana: quare satum, & vna æquales mensuræ erunt: atque aded ephi tria sata continens tres etiam continebit vnas, sextarios duos, & septuaginta, quod nimirum in græca sunt metreta.

C Vnde verum est, aridorum mensuram ephi, minori bato, qui est mensura liquidorum, vel metretæ exequari; nam minor batus Metretæ græcæ æqualis est. & ita ex hac sati ad modium proportione, omnium Hebræarum mensurarum ad Romanas proportio, liquidò constare videtur, vt obseruat Villalp. loc. ci. Itaque cum Hieronym. videtur æquare satum modio, non Romano modo loquitur, sed Hebraico, ita vt possimus duplicem modium distinguere & Romanum, & Hebraicum licet modius non Hebraica, sed Latina vox sit, & Romana mensura; Scriptores tamen, & Scripturæ interpretes volentes exprinere capacitatem sati, vtuntur voce modij, modium paulò maiorem, id est, dimidio facientes modio Romano, quam Hebraicum dixeris.

D Aliqui censent vt Maldon. in cap. 13. Matth. mensuram sati auctam post reditū ex transmigratione, quod ex misnaioth colligi dicit Martinus Drelsius, vt proindè duplex fuisse dici possit satum, antiquum fortè modio Romano æquale, & nouum continens quatuor modios cum dimidio: siue ergò duplex sit satum, antiquum & recens, siue duplex modius, Roman. & Hebraicus conciliari possent interdum, qui contraria his sentiunt, quæ superius diximus. illud tamen erit semper verum, sumendo propriè satum, & modium, qui tantum videtur fuisse Romana mensura, satum sesquimodium Rom. continuisse.

8. Cum verò idem D. Hieronym. apud Zachar. 5. 6. vertit Amphora, quod Heb. est epha, intelligendus est voluisse, non quod ephi sit æqualis Romanæ amphoræ (licet amphora continere dicatur tres modios sicut & ephi) Sed quod, vt notat ibi Riber. nu. 13. sumat ibi amphoram non pro certa mensura, sed pro qua-

uis

uis in vniuersum . alioqui ephi non continet tres modios Romanos vt amphora, sed tria farta, seu tres modios, quos dixi vocari posse Hebraicos, quorum singuli continent sesquimodium Romanum .

Colligamus igitur breuiter, Corum vnum continere 10. Ephi; vnum verò Ephi 3. Sata; vñ Satū Gomor 3½. Gomor, vñ Chœnicem Græcorum & 7. vñus Chœnix 4. Sextarius Romanos antiquos . Porrò 16. Sextarij continent vnum Modium Romanum; & vñus Modius 4 14 7/8. Cochliaria. Tab. proportio. sextā vide apud Villalpand. pag. 548. tom. 3. p. 2. sub finem lib. 3.

Videntur autem Satum vel etiam Vrna 40. libras pendere, Modius autē 26 2/3. Sextarius 1 2/3. si aqua vel vino impleantur. vide Tabulam ponderum 10. apud eundem loco citato .

Pro nostratibus potest addi etiam sic alter calculus, in quo aliquot ex mensuris enumeratis reducuntur ad Quartuccios Panhormitanos, quorum quilibet pendit tres libras aquæ.

I.	}	Corus	} Quartuccios.
		Ephi	
		Satum	
		Gomor	
		Chœnix	
		Modius	
		Vrna	
Sextarius			
} facit		400.	
		40.	
		13 1/3.	
		4.	
		2 2/3.	
		8 2/3.	
		13 1/3.	
		5.	

& de his hæctenus.

DIGRESSIO II. MORALIS

De Zizanijs.

Simile factum est regnum calorum homini qui seminavit &c. Satoris nomen perantiquum est Deo. nam ab initio nascentis mundi semper illi solemnè ac proprium fuit, sementē facere. Quare quasi vna manu in cælo primū cælestes illas mentes ab omni materiæ concretionè seiunctas, alterā verò in terra hominem seminavit. Cæterum licet hoc ita sit, speciatim tamen hoc ipsum *Seminatoris* vocabulum illi tribui cœptum est quadam videlicet magis peculiari ratione, ab eo tempore, quo nostros miseratus errores, hominem induit, atq; in mundum tanquam in sterilem agrum se se dimittere decreuit; vt illum sudoribus ac laboribus diligenter excoleret, & ad reddendum Deo Patri fructum aptaret, fœcutidumque redderet. Ita veluti rustico quodam fago inuolutus, cœlestis doctrinæ cœpit manibus suis semina iacere, & sparsō demū sanguine ac lacrymis iactam semēntem fœcundare, aridam terræ faciem irrigans, vt quæ prius spinas & tribulos germinare solita erat, copiosam in posterum messem redderet. factus est quasi colonus in terra; & quasi vir viator, iuxta Ierem. 14. 8. qui ligone in humeros assumpto, aut falce in agrum ad opus proficiscitur. Scitè prædixit eum Iere. 14. futurum esse colonum in terra, namque alius

I. Satoris nomen Deo antiquum.

Sed maxime conueniens post incarnationem.

A erat in cælo: ibi rex erat, hîc colonus pro nobis factus; ibi diues, hîc inops; ibi lucidissimo Gloriæ splendore circumamictus, hîc vili fago indutus; ibi regali diademate redimitus erat, hîc neglecta cælarie coopertus; ibi sceptrū manu tenebat, ligonem hic; denique ibi immenso gaudio & pace fruebatur summa, hic nunquam non labores & ærumnas sustinuit.

Chrysológus sermone nonagesimo sexto ostendit Deum semper bona seuisse; diabolum contra mala superfeminasse; sic enim scribit: *audistis quemadmodum sator mundi rerum principia bona seuit: nec vllum malum ab originis processit auctore: ab inimico superfeminatum est malum: malum non est à rerum parente procreatum. Et vidit Deus, inquit, omnia quacunque fecit, & ecce bona valde. bona & valde bona: nam quem Deus faciens vocauit mundum, insciens reddidit inimicus immundum: & hominem quem Deus in paradiso deliciarum collocauit ad vitam, inimicus in hac laboris vita detraxit ad mortem: & affectum quem carni Deus inseruit per naturam, inimicus in paricidium per inuidiam commutauit. Cain probat hoc qui primus germano sanguine terram tinxit, & in exitium fraternum, mortis dignus exitit deditator.*

Sic ex discordia nata mors, semper humanam scindit & separat caritatem. Et quia longum est ire per singula, vel paucis aperire compellimur, inimicus qualiter bonis mala, virtutibus vitia, vitalibus mortalia, nostram semper superseuerit ad ruinam. Non ne ex vno homine Deus omnem repleuit terram, & semine ex vno pius sator, totum genus hominum tantam multiplicauit ad messem? sed inimicus mox homines in vnum redegit omnes: & superfeminando mala quod bene satum fuerat diluuiò, non rigauit.

C *Sic legem diuinis, & veracibus satam præceptis, humanis & mendacibus fucavit inuentus: vt de Sacerdote fieret persecutor, de doctore, deprauator existeret, de defensore legis redderetur inimicus. Sic creaturas ad agnitionem conditas creatoris, vt nesciretur Deus, Deos esse mentitus est. hinc sapientes sæculi fecit stultos; speculatores mundi docuit nihil videre, professores scientiæ fecit scientiam non habere, inquisitores rerum omnium dimisit ignaros. Sic Euangelicam segetem satam, cælesti semine heretica zizania superfeminando confudit inimicus: vt manipulos fidei, gehennæ fasciculos faceret, ne triticum fieret cælestium horreorum. Et quid plura? postea quam est ipse in Dæmonem conuersus ex Angelo, ne qua creatura in suo statu confisteret, arte, dolo, machinis, fraude contendit. Hæc præclare Chrysológus.*

D Obseruat autem idem Chrysológus tria hæc sapienter à Domino coniuncta esse. Superseminauit zizania, hoc est primum; in medio tritici, & hoc secundum; & abiit, hoc tertium: sic enim scribit: *Superseminauit, non seminauit. præcedunt Creatoris bona; mala Diaboli post sequuntur; vt malum quod est ex Diabolo, sit accidens, non natura: in medio tritici; quia Diabolus hæses inter fideles; inter sanctos peccatum; inter pacificos, lites; inter simplices, dolo; inter innocentes, nequitiam gratis serere, consuevit; non vt acquirat zizania; sed vt triticum perdat: nec vt reos capiat; sed vt adimat innocentes: hostis plus ducem quam militem petit; nec obsidet mor-*

2. Deus, bonis, diabolus, mala seminavit.

3.

tuos, sed impugnat viuentes: Sic Diabolus, non peccatores querit capere quos possidet subiugatos, sed vt iustos capiat sic laborat. Superseminauit zizania in medio tritici & abiit. Quia Diabolus impellit quidem viribus ad ruinam, sed postea quam prostrauerit, derelinquit. Diabolus non querit hominem, sed hominis interitum querit. fratres, ille malis nostris gaudet, surgit ruinis nostris, nostris vulneribus conualescit, nostrum sanguinem sirit, nostra saturatur ex carne, nostris viuuit ex mortibus. Diabolus hominem non vult habere, sed perdere. quare? quia ad cœlum vnde ille cecidit, non vult, non fert, non patitur hominem peruenire. Sic ille. Sermone verò nonogesimo septimo, inuidia sola Diabolum, & odio in Deum superseminare zizania sic docet: *superseminauit zizania. vt quid? vt periret dominica messis, & hoc ad lucrum quid pertinebat inimici? nisi quod inuidia spiritus, hominum damnum, suum computat lucrum: & quod perierit hominibus, hoc se estimat acquisisse.* Chrysostomus quoque obseruans verbum illud superseminauit, ait: *demonstrat* (Christus) hic quod error post veritatem existit, quod rerum exitus testatur. Etenim post Prophetas fuerunt Pseudoprophetae, post Apostolos Pseudo Apostoli, post Christum AntiChristus. in hoc ergò agro boni permitti sunt reprobis. Quid miramur in terra has esse factiones, cum in cœlo etiam olim fuisse non ignoremus?

4. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania*] Augustinus sermone quadragesimo sexto, de diuersis, interpretatur zizania malos Christianos esse: ô Christiani, inquit, mali. ô qui implendo premitis Ecclesiam malè viuendo: corrigite vos antequam messis adueniat. non dicatis, *peccauit, & quid accidit mihi?* non perdidit Deus potentiam; sed à te exigit pœnitentiam: hoc dico zizanijs. in agro enim sunt; & fieri potest, vt qui hodiè sunt zizania, cras sint frumentum. idè & triticum alloquor.

5. Sed minimè oscitanter consideranda sunt illa Domini verba: *Cum autem dormirent homines, & cætera.* nimirum tunc superseminata esse zizania cum torpore ij correpti essent, quibus vigilare incumberebat. id quod in primis argumento est, omnia fermè damna, præsertim verò quæ insignia sunt, Diabolum nocturno inferre tempore; hoc est, cautè, versutè, dolosè, dissimulanter nobiscum agere, dum hæc inuehere contra commune bonum molitur. quo fit, vt non generosum agat militem, neque fortiter prælium aggrediatur, sed omnia ipsius facta dolis sint, versutisq; plena. Ita primis parentibus in paradiso dum bellum intulit, serpentis ignaui quidem, verum callidi animalis speciem sumpsit. Ad hæc, Iobum tentaturus aliam finxit personam; nam nuncios illos, qui venerunt ad Iob, dæmones fuisse assumpta hominis forma D. Gregorius, & alij quidam affirmant, qui tam subitos, & insaufos casus eo modo descriperint, & sic narrent, vt ad impatientiã, desperationemq; sanctum Dei seruum inducere sola ipsa tam repentina & conglobata malorum narratio valeret. hanc obscuram & nocturnam agendi rationem significare voluit forsitan Iob quadragesimo primo, quarto, cum diceret, *quis reuela-*

Diabolus
noctu grassatur.

A *bit faciem indumenti eius?* Odit lucem fur, lucernam extinctam optat, vt furetur & lateat, non aliter Dæmon: *omnis enim qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Ioannis tertio, vigesimo. quoniam ergò nihil se posse videt contra eos, qui fide armati, & Dei auxilio protecti acriter illi resistere decreuerunt: propterea ad versutias, fraudes, dolos, se conuertit; si fortè dum oscitanter quis & negligenter agit occultè in animum hominis irreat. Hinc est vt in Angelum sæpè lucis sese transformet. Hanc ergò tam vilem & Indecoram, hoc est, fraudulentam Dæmonis bellandi rationem nobis indicans Diuus Iacobus quarto, septimo, sic monuit: *resistite Diabolo, & fugiet à vobis.* De eadem hac Dæmonis tanquam insidiatoris infirmitate & turpi ignaui, sic Chrysologus sermone nonogesimo septimo in hæc verba: *cum autem dormirent homines, insidiator, inquit, in noctibus latitat: in diebus vigilantes fugit, appetit dormientes. fortis insilctum petit, prouocat palam spectantibus omnibus, & coram populo vult habere victoriam. maxima confirmatis indicium est dormientibus irruisse, sic ille. Insidiatur Dæmon in abscondito quasi leo in spelunca sua.* Psalmo nono. Et facit vt venator qui retia tegit vt incautum animal capet. Dauid Psalmo centesimo quadragesimo primo, *in via hac, inquit, qua ambulabã absconderunt* (Dæmones) *laqueum mihi, sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prouerborum primo, decimo septimo. Est enim tam ignaui, tamque debilis Diabolus aduersus eos, qui seriò agunt, vt si vel solum Clypeum fidei, & gladium diuini verbi, & humilitatis, cæterarumq; virtutum arma prensare, quempiam animaduertat, statim aufugiat, & vel solo ipso obiecto sanctæ Crucis signo, in fugam sese turpiter conijciat; Testis est Athanasius sanctum Antonium dicere solitum ad eò ignaui esse Diabolum, vt ad primum signum crucis territi, abscedant & euanescant: *Quare ridendos potius esse, quam timendos.*

6. *Cur Diabolus tam multos seducat.*
Quod si percontetur quis hæc audiens; ergò tam imbecillis, tamque ignaui est Diabolus; si aufugit protinus, cum videt fortiter aliquem sibi resistentem, cur tam multa hominum millia sibi subdit? Cur tam frequenter de nobis triumphat? cur tam multos ad suum adiungit Imperium? huic dubio facilè simul & verè respondebat Antonius Teste Athanasio in eius vita: *fortia hæc, vt videntur, Dæmonis facinora, non tam diabolica virtuti, potestatisq;, quam malitia nostra; non tam diligentie eius, quam nostra negligentia, & socordia attribui.* Adde quod nisi quis per frequentem orationem ad Deum accedat, & cœlesti lumine illustretur, Dæmonis versutis, dolisque nocturnis facilè decipitur. Et verò cur miramur si tam multos sibi subijciat Dæmon, cum ipsi se homines in eius potestatem tradant, ac veluti spontè ditioni subijciant? quod ijs accidit qui nulla spiritualis armaturæ cogitatione, curaque tanguntur, verum sese totos in omne genus, occasionemque peccati vltro, sponteque obijciunt.

7. Sed iam quid dormire sit explicemus, cum noctem, soporemque hominum capet libenter Dæmon. D. Gregorius l. 5. mor. c. 22.

in itinere

in itinere, inquit, dormire est in hoc presentis vita transitu à rerum temporalium amore quiescere in itinere. dormire est in dierum labentium cursu ab appetitu visibilium mentis oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit. Genes. tertio, quinto. Verum hoc modo dormire in bonam partem sumitur; neque hic est somnus, quem callidus obseruat Diabolus, ut homines capiat: nec de eo hic agitur. Quare idem Gregorius libro octauo moral. capite sexto, ad rem nostram accommodatè; dormire, ait, est in peccatis iacere. si enim somni appellatione culpa designata non esset, nequaquam Paulus discipulis diceret: *Euigilate iusti, & nolite peccare. vnde & auditorem suum admonet dicens: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et rursus: hora est iam de somno surgere; vnde & Salomon peccantem increpat dicens: vsque quo piger dormies? Epiphanius verò hæresi 66. contra Manichæos: omnino, inquit, non est Diabolus causa & auctor Seminorum zizaniorum. statim enim declarat dicens: dum dormirent homines: Et non dixit, dum dormiret paterfamilias, cum enim nos obdormierimus à bonis operibus, cum neglexerimus iustitiam; cum mentem nostram non vigilantem habuerimus ad mandatum Dei, tunc seminamus peccata: Origines verò ad decimum tertium caput Matthæi, quid sit dormire tacitè, sic exponit: dormientibus his qui non agunt iuxta Christi præceptum dicentis: *vigilate, & orate, ne intreris in tentationem; Diabolus obseruans superfeminat, qua vocantur zizania, id est, praua dogmata, prauos sermones, malos filios. Beda Matth. 13. sic habet: hæc quidem sententia cautos nos esse admonet, ne dum torpemus inertia, Diabolus sæditatem vitiorum super semen bone voluntatis spargat.**

Ex his ergò Patribus intelligimus, dormire in malam partem sumptum, vel esse in peccatis iacere ex Gregorio, vel cessare à bonis operibus ex Epiphanio, vel non vigilare, & orare, ne intremus in tentationem ex Origine, vel torpere inertia ex Beda. vnde fit rogo in Sanctorum conuentu, Ecclesijs, & Religionibus tanta in peius sæpè mutatio, quantam non sine lacrymis videmus: An non ex somno? possumus applicare ad hanc rem declarandam illa Zachariæ vndecimo, secundo. *Vlula abies, id est, qui fortes vos viribus, & erectos putatis timete & ipsi ruinam, quia cecidit Cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan anno sæ, quæ diu in pinguisimo solo, in cornu filio olei, plantatæ, id est, in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, tantum ambitione foliorum, id est, externa religionis & pietatis specie, & humore creuerunt. Quoniam succifus est saltus munitus. in quo videlicet, multæ insignes & excelsæ arbores confitæ cernebantur, quem etiam Deus sua præsentia decorabat, sua ope firmum, stabilemque reddebat. Porrò succifus est multis cadentibus, & à pristino viuendi feruore, animique submissione per tumorem, & elationem deficientibus. verum tanta in Sanctorum congregatione, communitateque mutatio repente non fit; à paruis iniitijs sensim glifcente malo ad exitium peruenitur. nimirum dormientibus pastoribus, & ignaue agentibus, & sæpè subditorum peccata dissimulantibus ad ruinam tenditur, siquidem*

A cum dormirent homines, bono semini, quod cœlestis agricola seminauerat in agro suo, inimicus homo zizania superfeminauit. Hoc autem fit, inquit Ribera in locum Zachariæ citatum numero trigesimo octauo, cum vocatio in admittendis non diligentissimè inspicitur, sed ille aptissimus & dignissimus existimatur, qui generis nobilitate, aut eruditione, aut diuitijs præstat: aut admisi, cooptatique in cæterorum numerum, hominum, sæculique respectu tolerantur, qui ad religiosam disciplinam apti non sunt; aut certè illi segniter instituntur, & remissè exercentur, qui idonei, si instituerentur, & exercerentur, futuri videbantur. quocirca pastores grauiori supplicio afficiendos, & potentes potenter tormenta passuros esse significat idem Zacharias loco citato, versiculo tertio. *Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum.*

B Et verò Prælatorum, & Antistitum Ecclesiæ sopor plurimorum malorum & hæreseon causa sæpè numero esse solet, quod efficaciter docet Castro. libro tertio, de iusta hæreticorum punit. capite quarto, vbi adducit ad id confirmandum ex tertio Regum capite tertio, Mulierem illam, quæ filium, quem vigilando lacte nutrierat, oppressit dormiendo. id quod Ecclesiæ pastoribus vsu venit: nam filios, quos si vigilent, lacte doctrinæ alunt: si dormiant, pessimo exemplo, & negligentia suffocant; quare Sapienter D. Hieron. Nahum 3. *Scit, inquit, Rex Assyrius, id est, Diabolus, non posse se oues decipere, nisi pastores ante consopierit.*

C Ceterum vix explicari potest quanta inuehat mala & incommoda in Christianam rempublicam, & in singulorum animos oscitantia somnus, & inertia torpor; tunc enim cum dorminus aduersus nos vires assumit, atque animum concipit Dæmon. Ita cum Dalida vincere Sampsonem vellet, & ab eo robur, fortitudinemque auferret; dormire eum fecit Iudicum 16. an non sopore correptum Holophernem aggressa est sanctissima Iudith, & interfecit? an non Sifaram Iael, & Isboseth inimici eius dormientes interemerunt? etiam debilis muliercularum manus in strenuos, validosque Duces præualuit, quod sopore illi correpti essent; hinc meritò Isaias cap. 51. 20. queritur & deplorat tantam suo tempore Hierosolymitanæ vrbs inertiam, vnde factum sit ut hostium prædæ patuerit: *filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, similes sunt peccatores ijs, qui in capite omnium viarum, ac media quasi via somno, sopori que se tradunt, quos sæpè currus transeuntes, miserè dilaniant, ac disperdunt. vsquequo piger dormies, inquit Sapiens Proverbiorum 6. 9. 10. 11. quando consurges à somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres (complicabis) manus ut dormias: & veniet tibi quasi viator (properanter, seu de improviso) egestus, & pauperies, quasi vir armatus (cui non polsis resistere) si verò impiger fueris veniet, ut fons (abundans) messis tuæ, & egestas longè fugiet à te.*

D Habes interim peccator, cur tuam sortem multum deploras, ac veteris torporis & diurnæ negligentia, tandem aliquando pertæsus, mœstus ac dolens cum Dauide dicas; dor-

9.
Prælatorum
Ecclesiæ
sopor
maxim.

10.
Desidia
somnia
quæ
noxium.

11.
Peccatori
euigilandum.

8.
Dormire in
malam
partem
sumptum
quid sit.

mitauit anima mea: confirma me in verbis tuis, viam iniquitatis amoue a me, & de lege tua miserere mei. dole quod vigilet sanè ille qui nunquam dormit inimicus tuus Satan, & tanquam leo rugiens ad te deuorandum circumeat, & dies & noctes insidias struat, vt decipiat; illius enim propria vox est: *circuisi terram, & perambulauit eam* Iob. primo, septimo, & secundo, secundo, & tu tamen interim dormis ac stertis, nec Domini præceptum audis: *vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Pergit Diabolus sua in te superfeminare zizania, vt salutare triticum in corde tuo iam ante seminatum à Deo, impediatur, & expectatum agri tui fructum obruat, nec tamen aduigilas. Noli locum dare Diabolo; noli contristare Spiritum sanctum, audi patronum, & tutelarem Angelum custodem tuum, qui te subindè de somno excitat, vt Angelus olim ille Eliam 3. Reg. 19. exfucitauit; sic enim si Angeli excitantis vocem audias, Dei gratia, quali efficaci cibo confortatus, tuum inter longum quidem vsque ad montem Dei Oreb facillè perficies. Quod & Eliæ accidit, vbi Angelo morem gessit, nam è somno euigilans 40. diebus, & 40. noctibus ambulauit in fortitudine cibi illius. immò si sapias non tuam modo, verùm & communem præsentis Ecclesiæ miserare calamitatem; & Daniele mimitare, qui vt à populo suo, vel auerteret, vel mitigaret exitium, multum in orando vigilauit, nec sua tantum, sed & populi peccata coram Deo humiliter confiteri voluit; proindè expergefatus clama cum illo: tibi Domine Iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Hierusalem, & omni Israel.

12. Inurgiorum seminatores filij Diaboli.

13.

Sed antequam ad alia veniamus, altius menti infigere oportet, quod Gregorius Past. curæ parte 3. adm. 24. monet: *admonendi sunt, qui iurgia seminant, vt cuius sint sequaces agnoscant. de Apostata quippè Angelo scriptum est: cum bona messi inserta fuissent zizania: inimicus homo hoc fecit.*

Illud præterea animaduertendum est ex responso Patrisfamilias, nam rogatus vndè ager haberet zizania, in quem bonum semen iactum esset, respondit, inimicum hominem zizaniarum fuisse auctorem. Ex hoc inquam responso constat potuisse nocturnum insidiatorem latere homines, at nõ potuisse patrem familias. *Quid, inquit Chrysologus sermone nonogesimo septimo, hic agit inimicus esto mihi dormierint serui, numquid & Dominus dormiebat? esto quod oculos seruorum sopor clauserit post laborem, numquid & dominantis oculos vlla vicerat lassitudo? inimice lucis refuga, vigilasti, laborasti, sed non latuisti: nam dormientibus seruis Dominus ipse te videt: desertor cæli prauenisti, fecisti, sed non profecisti, Deo perire non potest quod ipse custodit: hæc Chrysologus.*

Hinc discas fures, adulteros, dolosos, insidiatores, & similes hominum pestes, quamuis obscuris, & dolosis artibus homines lateant, quos vel decipiunt, vel iniurijs afficiunt, vel bonis spoliunt, Deum tamen nullo modo posse latere. ille videt qui totius & fraudis testis est, & iniuriæ. manent nequitia suæ pœnæ fraudantem; & qui auctor est discordiæ,

A zizaniarum suorum portabit fasciculos ad gehennam.

DIGRESSIO III MORALIS.

Prosequitur Author cætera, quæ de zizanijs dicenda restant.

VIS *imms & colligimus ea?* Hos seruos putat Hieron. Angelos esse; cuius opinione duo confirmant, vnum est, quod hi qui hinc serui dicuntur, ita loquantur, quasi cum Deo versentur in cælo, non verò in agro sint, & terra, & ideò, inquit, *vis imms*, quasi extra agrum sint. Alterum est, quod dicant, & *colligimus ea*: nam abducere malos omnes quotquot sunt è vita, valet quidem Angelus, non valet homo. Verùm ista facillè refelluntur, nam etiam serui Dei, fideles & prælati postulant ire, vt potestatem quam acceperunt, exerceant. Quod colligere verò zizania petant, indicat zelum, conatum, & studium, quo quantum in ipsis est, euelli cuperent omnia mala, si Deo placeat. Accedunt autem quando veritatis doctrinam, & Dei voluntatem consulunt; vt ei per omnia se conforment.

Itaque videtur alijs melius nomine seruorum accipere prælatos & bonos fideles, qui dubitant, & vndè mala proueniant, & quid Dominus de his fieri velit, immò tot esse mala mirantur, dolent, queruntur, & indignantur; quæ nec angelis tam propriè, neque alijs beatis competunt, præsertim cum videantur hic serui à messoribus in parabola distingui, & propterea non dixit **C H R I S T V S**: in tempore messis dicam vobis; sed *dicam messoribus.* nec refert si iidem sint serui, & bonum semen cum Dominus, & ostium sit, & ostiarius.

Sinite vtraque crescere. hic licet in primis mirari, quanti Deus faciat, & æstimet iustos. Etenim ne vnus euellatur, improborum hominum vniuersitati parcit interdum ad tempus. Sustinet in agro suo magnos sæpè loliorum fasciculos, ne vel vnus contingat euelli tritici spicam. quam multa erant bone Deus, Sodomæ zizania, lolium? quam multa noxiarum genera herbarum? quot cardui, quot spinæ? & tamen si vel decem iusti in ea reperi fuissent, infandæ vrbi pepercisset Dominus, qui propter solum Moysen vniuersæ Israelitarum multitudo, veniam condonauit, cum se illius furori se murum quendam in deserto opposuisset; cum enim diceret Deus: *dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos;* orabat Moyses: *cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum?* tantum autem valuit apud Deum iusti vnus oratio, vt placatus fuisset dicatur Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum: vide Exodi vigesimum secundum. Sic Ieremias capite quinto, *legimus, iussisse Deum: circuite iherusalem, & aspiciate, & considerate, & plateis eius, an inueniatis virum scientem*

1. Quinam serui parisienses.

2.

3. Iusti quanti quod Deus.

& querentem fidem, & propitius ero ei. quo loco ostendit se adeo esse misericordem, vt si vel vnus iustus in tota ciuitate inuentus fuisset toti ciuitati pepercisset.

4.

Ezechielis item vigesimosecundo, trigesimo, non obscure significat Dominus quantum sibi iusti placeant: *quasi de eis virum, qui interponeret sepem* (qui se tanquam sepem opponeret inter me, & populum, ne eum perderem, sicut se olim Aaron opposuit, Numerorum decimo sexto, quadragesimo octauo, cum stans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit; sic & Ieremias capite septimo, decimoquinto, dixit Deus: *tu ergo noli orare pro populo hoc, & nec assumas pro eis laudem & orationem & non obsistas mihi*) subdidit Ezechiel: *& staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni*. vbi verò staret oppositus nos legimus, Hebr. habetur, vt obseruat Maldon. *& staret in ruptura*. per pulchram quandam metaphoram, sumptâ ab strenuis militibus, qui cum vrbs, quam defendunt, oppugnatur, in murorū rupturis sese hostibus, ne ingrediantur, opponunt. Huiusmodi Deus ait, inuenisse se neminem. vbi simul mirare Dei misericordiam, & quam promptus sit ad veniam dandam, vt querat etiam deprecatores pro peccatoribus.

5.

Sed nihil illustrius hac in parte afferri posse videtur ad indicandum quo loco sint apud DEVM iusti, quam quod de Dominicano, & de Franciscano Ordine commemoratur insigni quadam visione Diuo Dominico indicatum esse. nam quo tempore de iaciendis ordinis sui fundamentis cogitabat, accidit, vt Romæ in Apostoli Petri templo fundens Deo preces pernoctaret, visumque ei esset totum referari cælum, Christumque Dei filium exurgere, irato, atque inflammato vultu ternas manu lanceas vibrantem ad hominum genus abolendum; vnâ in superbos, in auaros alteram, tertiam contra lasciuos; cuius iræ cum nemo se opponere auderet; vna mater misericordiae inuenta est, quæ ad eius pedes accedens rogare cœpit, vt ijs parceret, quos sanguine redemisset. cumque tale à CHRISTO responsum retulisset, non esse iam responsum iustitiæ suæ, vt tanta orbis terrarum peccata impunita relinqueret; adiecit illa; habere se famulos duos fideles, ac probos, qui in mortalibus ad pœnitentiam reuocandis strenuam operam impigrè positura essent: quibus verbis placatus Dominus, cum illos viderè voluisset, productus est Franciscus, & Dominicus ipse, qui hæc videbat. quo quidem vno exemplo non video quid efficacius adduci possit ad id confirmandum, quod ostendere volebamus. Væ igitur iterum atque iterum mundo, si omninò iustis spoliaretur; heu quanta impenderent orbi terrarum mala, quantis vrgeremur incommodis, nisi essent apud nos iusti, quorum DEVS sanctissimis precibus placaretur.

D. Dominici vifo.

Iusti iram Dei auertit & mundum conseruant.

Quod si scirent homines mali atque peruersi, quanto cum ipsorummet bono sint inter ipsos iusti; numquam sanè in animum inducerent, vel illos persequi; vel de eorum

fama detrahere, vel contumelijs afficere, quin potius pro viribus contenderent officiorum genere illos prosequi, summis in cælum laudibus attollere, maximis honoribus afficere, à quibus scirent suam sæpè vitam, & salutem pendere.

Sed vt vltèrius progrediamur ex his eisdem verbis: *sinite vtraque crescere*: habemus vndè sumamus patientiæ, discretionis, & tolerantiae exempla; sic enim Beda scribit Matthæi decimotertio. *hic nobis patientia exemplum prabetur, vt sicut paterfamilias in dolo inimici patiens fuit; sic in aliqua nos lesione non statim ad vindictam, sed magis ad tolerantiam recurramus*. Hic denique discretionis & tolerandi malos habemus exemplum, *ne si magis vlciscendo talionem malis reddamus, bonis praebeamus scandalum imitationis*. Et sanè tanta Dei potentia in tolerandis malis, vt vel ob eam solam causam in vehementem admirationem etiam iusti rapti fuerint.

6. Patientia exemplar ipse Dem.

Hinc Dauid Psalmo nonagesimotertio, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur, affabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur in iustitiam? *Populum tuum Domine humiliauerunt, & hereditatem tuam vexauerunt. Viduam & aduenam interfecerunt; & pupillos occiderunt. Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob*.

Cur Deus peccatores tam diu tolleret, vt cum sancti morerentur.

Eandem quæstionem proponit Abacuc primo, decimotertio, *mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris: quare non respicias super iniqua agentes; & taces deuorante impio iustiorum se? & facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem*. Quibus postremis verbis, vel sensus est, quod quemadmodum in piscibus, qui maiores sunt, minores deuorant, ita pati videatur Deus inter homines non ius valere, sed vires; & quasi nulla esset prouidentia, infirmiores à potentioribus spoliari, atque vexari, vel potius his verbis indicare vult Propheta: Ita quodammodo contemni à Deo homines, ac si essent pisces, ac reptilia; ita vt quicumque eos vexare velit, vel spoliare, vel interficere, impunè facit, ac si pisces vel reptilia caperet. Quomodo Psal. 43. exclamant iusti; *Propter te mortificamur tota die, estimati sumus, sicut oues occisionis*, id est, qui nos interimunt, non magis in occidendo morantur, quam si oues occiderent, quæ laniantæ ad macellum ducuntur.

7.

Adeo sanè admiranda visa est hæc Dei in tolerandis malis patientia, vt multi propterea impiè negasse videantur circa humana Dei prouidentiam, & opus fuerit in scripturis aliquando eius rei rationem reddi, vt 2. Pet. 3.9 *nō tardat Dominus promissionē suā, sicut quidā existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti*. Hanc ergo tantam Domini patientiam, & veneremur & imitemur; & ne abutamur; sollicitè caueamus; Nam quos diutius tolerat, eos & grauius punit misericors simul, & iustus Iudex.

8. Mali domi semper per mixti.

Docet & nos hic locus Euangelij, triticum non esse sine zizanijs; atque adeo nullum bo-

num esse solum. quam rem eleganter Chry-
sostomus docet operis imperfecti decimiter-
tio. in omni, inquit, opere bono, scandalum Diaboli
positum sicut scriptum est de demonibus: iuxta se-
mitam scandalum posuerunt mihi, ut ipsum bonum
non sit securum si solum: sed iuxta malum positum
semper tentatum sit & probatum. Sicut enim ubi-
cunq; fuerit triticum, necesse est, ut inueniantur illic
& zizania: si ubi cunq; fuerit bonum Dei, illic
erit, & scandalum inimici. quid ergo? Ecce propo-
sisti facere eleemosynam, sed ascendit super cor
tuum velle hominibus apparere: numquid debes sub-
trahere manum tuam, ut ne des locum vana cogi-
tationi? absit: perfice opus tuum, ne dum via cogi-
tationi vana resistere, perdas opus bonum: veniat tibi
in mentem quod Dominus ait de tritico & zizanijs:
sinite utraque crescere vsque ad messem, ne eradicantes
zizania, simul eradicetis, & triticum triticum
est enim voluntas bona, quam seminat Deus in homi-
ne. Zizanium autem est cogitatio mala, quam Dia-
bolus seminavit super carnem. Cum ergo omni vo-
luntati bona adhareat, & desiderium malum, si vo-
lueris malam cogitationem tuam ad plenum tollere,
simul tollis & opus bonum. Nam & ipse Diabolus
eo consilio seminavit zizanium suum in tritico Dei,
ut attrita zizania eius suffocent triticum Dei, aut
si quis voluerit Diaboli zizanium tollere, simul e-
radicet, & triticum Dei. numquid & continens,
aut virgo, mox ut concupierit, iam cecidit? tantum
plena voluntate non concupiscat, ut velit implere
concupiscentiam suam: si autem ex necessitate
carnis concupierit, & contradixit concupiscentia
sua, non peccauit: sed magis gloriosior est effectus,
quia vicit tanquam si non fuisset pulsatus. Quid er-
go dicit Scriptura? sine ut maturescant utraque,
id est, adimple opus tuum, & duc ad perfectum: &
sic illa vana cogitatio, quasi zizanium, exsic-
catur, bonum autem opus quasi triticum manet.
nam sic intelliges si ex voluntate tua fuerit illa vana
concupiscentia, aut ex necessitate carnis. si ex vo-
luntate tua fuit, doles si te facientem eleemosynam
tuam nullus aspexit: si autem gaudes postea, quia
eleemosyna tua in silentio facta est, scito quia concu-
piscentia tua non fuit ex animo tuo, sed ex neces-
sitate carnis; Et ideo quasi zizanium aruit. sic & con-
tinens concupiscentiam suam probare potest, si ex
animo eius est, quod concupierit, si etiam postquam
transierit, concupiscentia, voluntatem habet
peccandi, tunc ex voluntate eius est concupiscentia:
si autem gaudet, quia non praualeuit aduersus eum
concupiscentia, sed confusa recessit, intelligat
quia zizanium fuit ex necessitate carnis natum, &
non fuit anima eius voluntas. Hæc Chryso-
stomus. ex qua Chrysostomi sententia inter alia
intelligimus, quando carnis illecebris tenta-
tus quis peccet, & quod nam indicium sit
consensus in tentationem, denique & quidem
præcipue, Dæmonem omni bono operi insi-
dari cum potest.

9.
Ecclesia vi-
sibilis.

Iterum ex hac sententia sinitate utraque cresce-
re, habemus verissimam esse Catholicorum
omnium fidem, quæ certò semper docuit Ec-
clesiam visibilem esse, nec ex bonis, modo &
electis, verum ex prauis etiam & reprobis con-
stare fidelibus. Est enim illa quamdiu est in
terris tanquam ager, qui Christum, & Dæmo-
nem habet Seminatores, ut non mirum sit, si
in eo agro, triticum simul proueniat, & lolium.

A Est similis arcæ Noë, in qua & munda, & im-
munda seruabantur animantia; Est domus
illa magna Teste Paulo secundo, ad Timo-
theum secundo, vasa aurea & argentea simul,
& lignea, & fictilia complectens; Est DEI
templum, in quo sæpè docent, & præsent
improbi, quos præcipit Christus in Cath-
dra sedentes audiri, & iubet fratres peccan-
tes non modo corripi, sed & Ecclesiæ denun-
ciari; Est area continens triticum & paleas
Matthæi decimotertio, est sagena bonos, ma-
losque pisces concludens Matthæi vigesimo-
quinto; Est locus nuptiarum, quo veniunt
prudentes, & fatuæ simul virgines, Matthæi
vigesimoquinto; est cœna in qua est etiam non
vestitus veste nuptiali Matth. vigesimo secun-
do.

B Porro, hoc bonorum, malorumque discrimen, ut significaret Deus, dixit Gene. decimo-
tertio, ad Abraham: *faciam semen tuum sicut
puluerem terra, & capite decimoquinto, suscipe
calum, numera stellas si potes, sic erit semen tuum.*
In quem locum habet Glossa, populum Chri-
stianum cuius Pater fidei est Abraham, com-
parari, nunc arena maris propter terrenos ho-
mines, & improbos, nunc verò cæli stellis con-
ferri propter bonos, qui ceu sidera quædam in
Ecclesiæ firmamento fulgent: moneris proin-
dè Christiane bonus esse, licet inter malos ver-
feris. esto triticum inter zizania, esto pudicus
inter lasciuos, esto Ioseph in domo Putipharis,
esto Loth in medio Sodomorum, Iob in
terra Vs, Daniel inter Babylonios, Iudith ca-
sta in tabernaculo Holophernis. tanto enim
illustrior & admirabilior apparebis, quanto
piores sunt ij, inter quos viuis, quando eorum
mores non imitaris. Nec verò ideo sancta dici
non debet Ecclesia, quod admixtos habeat
males, cum à nobiliori, potiori que parte, quæ
bonorum est, nominari debeat sancta.

C Neque propterea quod hoc Christi corpore
quamuis suas habeat rugas, & maculas, se vn-
quam quisque diuelli patiatur etenim, ut sa-
pienter docet Cyprianus lib. 3. Epist. 3. Ad Ma-
ximum: *etsi videntur in Ecclesia esse zizania, non
tamen impediri debet, aut fides, aut caritas nostra; ut
quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ec-
clesia recedamus. nobis immò laborandum, frumen-
tum esse possimus, ut cum cœperit frumentum Domi-
nicum horreu condi, fructum pro opere nostro & labo-
re capiamus.* hæc Cyprianus. quibus adde qua-
cunque potius ratione nitendum esse, ut ijs
succurramus, qui improbi, vel mali sunt. nam
qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via sua,
saluabit animam eius à morte, & operiet multis
indinem peccatorum.

D Reuera enim deplorare debemus, ac lu-
gere vehementer propter eam Ecclesiæ par-
tem, quæ peccatorum est; sicut lugebat olim
Sophonias capite tertio, primo. Hierusalem,
quam, non sine ingenti animi dolore, repre-
hendebat, quod ingrata semper benefactori
Deo fuisset: *Va, inquit, prouocatrix, & redempta
ciuitas, & columba, non audiuisti vocem, & non susce-
pit disciplinam.* quæ verba rectè ad hæc nostra
tempora aduersus malos Christianos vsurpa-
re possumus. mali enim Christiani maxime
Deum ad iram, indignationemque prouocant.

10.
Non recedendum ab
Ecclesia ab
eius vicia.

11.

dum nomen Christi habentes, plurimum ab eo moribus disident, & crucem fronte gestantes, inimici tamen sunt Crucis; confitentur se nosse Deum, sed factis negant. Quare iure optimo Ecclesie, quo ad hanc malorum hominum partem, dicere possumus: vae prouocatrix & redempta ciuitas. nam licet infideles ad iram Deum prouocent, multo tamen magis Christiani, cum quibus proinde sic exoptulat Deus: *quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & si u qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus.* Porro quantum illis succentat, fati indicat id quod in eodem Psalmo sequitur: *ueniat mors super illos, & descendant in infernum uiuentes: quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum.* redempta vero ciuitas dicitur Ecclesia longe melius, & verius quam Hierusalē, si quidem non corruptibilibus auro vel argento redempta est de vana sua conuersatione, sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi, & incontaminati; eadem etiam columba recte appellatur, quae cum arma praesto habeat, quibus omnes Diaboli impetus effringere, & incurfus depellere queat, ita se tamen a diabolo capi finit quasi imbellis esset columba. nescit irasci sibi, vel vitij, vel ad malū suafori diabolo, sed iterum ad ea redit, ac si nihil incommodi accepisset, in quibus stultas, & insipientes columbas imitatur. Ceterae enim aues pugnant, & pullos defendunt, sola autem columba, ablatos pullos non dolet, non requirit, imò non definit ad eosdem Dominos, & ad easdē aedes stultè redire ubi pullis viduata fuit. eadem nec magnoperè aucupem retia tendentem videre, aut vitare curat, quin quodammodo sponte sua irruere in retia velle videtur. vnde Osae 7. 11. *factus est Ephraim quasi columba seducta, non habes cor.* subdit mox Sophonias: *non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam,* quod rectè etiam quadrat: quia etiam toties auribus corporis insonuisse sibi audierint Evangelium mali Christiani, nunquam tamen illas applicuere aures, de quibus Luc. 18. *qui habet aures audiendi audiat.*

12.
effis tem-
v iudicij

Sed iam pergamus ad alia. *in tempore messis dicam messoribus.* ex tribus insignibus locis aperte colligimus messem, postremum diuinæ vltionis tempus esse, hoc est, finem mundi. primus locus est, quem prae manibus habemus: *sanite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania:* & postea; *messis vero consummatio saeculi est, messorum vero Angeli sunt,* vt habet Matth. 13. 39. Alter vero locus est Apocal. 14. 15. *mitte falcem tuam, & metete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terra. & misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & demessa est terra,* hoc est, in vnum locum omnes homines ad iudicium congregati sunt, quasi manipuli in vnum aceruum. Tertius locus est Ioëlis 3. 13. *mittite falces, quoniam matura aruit messis.* ex quo loco videtur desumptus locus ille Apocalyp. quod autem ait Ioel; *quia matura aruit messis,* id est, matura facta est, dixit Ioannes *quoniam aruit messis terra,* id est, iam apta est vt metatur, iam venit metendi tempus, quo di-

A cendi modo saeculi finis significatur, sed non est praetermittendus quod subditur apud Ioel: *venite & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum.*

Notat autem Hieronymus apud Isaiā 63. & Thren. 1. torcular iuxta Scripturae consuetudinem non solum congregationem novorum fructuum significare, sed etiam vltionem, atque supplicia peccatorum, si adiungatur verbum calco, vel quid simile, ergo quemadmodum cum iam vae omnes congregatae sunt, calcatoribus dicitur vt premant, & conculcent eas, ita cum ad extremū iudicij diem mali omnes collecti fuerint, dicit iudex: *plenum est torcular, exuberant torcularia, venite & calcate;* Exhibunt enim Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminū ignis.

B Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. August. lib. 1. qq. Euang. 11. omnia, inquit, immunditia in segete zizania dicitur. quod primo separatur zizania dicitur: quia tribulatione precedente separabuntur impij a pijs, quod per bonos Angelos intelligitur fieri: quia officia vindicta possunt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo iudex: officia vero misericordia mali implere non possunt.

C Hortatur nos Propheta Nahum cap. 1. 9. 10. vt armati huius futuræ mēsis cogitatione cum separabuntur tandem mali de medio iustorum, vt toleremus impios nobiscum nunc viuentes, eorumque persecutiones constanter, patienterque feramus. *Quid cogitatis, inquit, contra Dominum? consummationem ipse faciet: non confurget duplex tribulatio. quia sicut spinae se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium, consumuntur quasi stipula ariditate plena;* quasi dicat, quid desperatis, & malorum terrore superamini? parumper expectate. en ipse Dominus consummationem faciet tribulationis, quae vos nunc torquet; modo concessum est improbis in vos scire, at post hanc vitam, vel post mundi huius interitum, non confurget iterum vel duplex tribulatio, tantū praesentem equo animo tolerate. id quod Christus Dominus Matth. 20. monet: *nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; & Luc. 12. dico autem vobis amicus meus ne terreamini ab ijs qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant.* Sic dixit Luc. 22. *Hac est hora vestra & potestas tenebrarum.* Etenim hi qui nunc bonos persequuntur, vexant, spoliant, interimunt, conuiuijs & voluptatibus se tradunt, veniet non multo post dies Domini, cum quasi spinae in fascies componentur, & sempiternis flammis cruciadi tradentur in tartara; sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis; sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptus tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & talis omnes: ita erit & aduentus filij hominis, Matth. 24.

D Vel dum ait Nahum, *sicut spinae se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum, & c.* per spinas intellige non homines modo malos bonis admixtos, sed eorum etiam sollicitudines, &

diuitias, & voluptates vitæ, quæ suffocant se-
mentem Patrisfamilias. nihil horum erit in al-
tero seculo, comburentur spinæ, hoc est, finem
accipient hæc omnia; auferetur conuiuium pa-
riter potantium, hoc est, delitiæ, & omnia
demum præsentis vitæ gaudia, nec erit qui
bonos exterreat; vel quidquam mali inferat,
cum non nisi boni cum bonis seorsim in cælis,
mali cum Diabolo, & Angelis eius in inferno
perpetuò, ac sine vlla spe absolutionis coniun-
gendi sint. & verò inter eos, bonos, inquam, &
malos stabile, ac sempiternum chaos consti-
tuendum erit. Porrò de hac combustione spi-
narum de qua dixi legimus hic apud Matt. 13
& in tempore messis dicam messoribus: colligite pri-
mum zizania & alligate ea in fasciculos ad combu-
rendum.

16.
in ordo ali-
quis in in-
ferno.

Diuus Gregor. lib. 9. Moral. c. 37. hanc quæ-
stionem proponit, quomodo in inferno nul-
lus sit ordo, cum tamen ex Scripturis constet
etiam inferni pœnas suo ordine non carere,
quem diuina præscripsit sapientia, quod qua-
tuor rationib. è scriptura petitis, & præsertim
hoc loco, colligite primum zizania, & alligate
ea in fasciculos, &c. confirmat. Sic ergò scri-
bit: mirum est valdè quod dicitur, vbi nullus ordo
&c. neq. omnipotens Deus, qui mala benè punit, in-
ordinata esse vilo modo vel tormenta permittit, quia
quoque ipsa supplicia, qua ex lance iustitia prodeunt,
inferri sine ordine nequaquam possunt. quomodo nam-
que in supplicijs ordo non erit, dum damnatū quem-
que iuxta modum criminis, retributio sequitur vl-
tionis? hinc quippè scriptum est (Sapient. 6.) poten-
tes potenter tormenta patientur, & fortioribus for-
tior instat criminatio; hinc in Babylonis damnatio-
ne dicitur Apoc. 18. quantum exaltauit se & in de-
litijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. si
igitur iuxta modum culpa pœna distinguitur, con-
stat nimirum, quod in supplicijs ordo seruatur (hæc
videtur prima ratio Gregorij) & nisi tormen-
torum summam meritorum acta dirimerent, nequa-
quam iudex veniens disturbum se messoribus esse per-
hiberet: colligite primum zizania, & alligate ea in fas-
ciculos ad comburendum, si enim nullus in supplicijs
ordo seruabitur, cur comburenda zizania in fascicu-
los ligantur? sed nimirum fasciculos ad comburendū
ligare, est hos qui aeterno igni tradendi sunt, pares
paribus sociari, vt quos simili culpa inquinat, par-
etiam pœna constringat; & qui nequaquam dispari ini-
quitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento cru-
cientur, quatenus simul damnatio cõterat, quos simul
elatio subleuat; quosque non dissimiliter dilatauit
ambitio, non dissimiliter angustet afflictio, & par cru-
cietur summa supplicij, quos igne luxuria par succen-
dit flamma peccati. (& hæc sit secunda ratio) sicut
enim in domo Patris mansiones multe sunt pro di-
uersitate virtutis: sic damnatos diuerso supplicio ge-
benna ignibus subicit disparilitas criminis. (en ter-
tiam rationem. sequitur postrema) qua videli-
cet gehenna quamuis cunctis vna sit, non tamen cun-
ctos vna, eademq. qualitate succendit. nam sicut vno
sole omnes tangimur, non tamen sub eo vno ordine o-
mnes æstuamus: quia iuxta qualitatem corporis, sen-
titur etiam pondus caloris. sic damnatis & vna est
gehenna qua afficit, & tamen non vna omnes quali-
tate comburit; quia quod hic agit dispar valetudo
corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum.
quomodo ergò nullus inesse ordo supplicijs dicitur, in

A quibus profecto quisque iuxta modum culpa crucia-
tur?

Ad hanc quæstionem sic respondet idem
Gregor. eodem libro Moral. cap. 38. sed sanctus
vir, postquam vmbra mortis intulit, quanta sit cõ-
fusio in damnatorum mente subiungit: quia ipsa
quoque supplicia, qua ordinata per iustitiam ve-
niunt, ordinata procul dubio in corde morientium
non sunt. dum enim damnatus quisque foris flama
succenditur, intus cecitatis igne deuoratur, at-
que in dolore positus, exterius, interiusq. confundi-
tur, vt sua deterius confusione crucietur. reprobis er-
go ordo in supplicijs non erit, quia in eorum morte
atrocis ipsa confusio mentis seuit, quam tamen mi-
ra potentia iudicantis æquitas ordinat, vt pœna ani-
mam quasi inordinata confundat. (& hæc est pri-
ma responsio qua referre videtur Gregorius
hunc ordinis defectum ad perturbatas & con-
fusas damnatorū conscientias, & cogitationes
nunquam sibi constantes, ita vt nihil ab illis
ordinatè fiat, sed incredibilis confusio in ipsis
met damnatorum perturbatis mentibus po-
tissimum cernatur) vel certe abesse ordo supplicijs
dicitur, quia quibuslibet rebus in pœnam surgentibus
propria qualitas non seruatur. vnde subinfertur; &
sempiternus horror inhabitat. In huius vita tormen-
tu timor dolorem habet, dolor timorem non habet,
quia nequaquam mentem metus cruciat, cum pasi-
am caperit, quod metuebat: infernum verò & vm-
bram mortis obscurat, & sempiternus horror inhabi-
tat; quia eius ignibus traditi, & in supplicijs dolorem
sentiunt, & in doloris angustia pulsante se semper
pauore feriuntur, vt & quod timent, tolerant: &
rursum quod tolerant sine cessatione pertimescant,
&c. quia igitur, & mors perimit, & non extinguit:
dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat: flama
comburit, sed nequaquam tenebras discutit; quã-
tum per notitiam presentis vitæ colligitur, supplicia
ordinem non habent, qua non suam per omnia qua-
litatem tenent; quamuis, & hic ignis ad consolatio-
nem non lucet, & tamen vt magis torqueat ad ali-
quid lucet. Ex quibus Gregor. verbis colligitur
secunda responsio: in inferno non esse ordinem,
quod naturalis ibi rerum ordo inuersus esse
videatur, ita vt ignis qui natura sua lucidus est,
quasi perturbata natura obscuritatem potius,
quam splendorem eo in loco afferat; aquæ etiam
niuium cum calore nimio, & cum sempi-
ternis ardoribus, stridor quoque dentium ibi
non desunt; & cum tenebris crassissimis per
obscurissimam, sic dixerim, lucem, & quasi
per medias tenebras, sequaces quoque suos, vt
ait Gregor. c. 49. secum in tormento reprobis
visuri sunt, quorum amore deliquerunt; spe-
tra quoque horrida, lethales manium
vmbra, & mestissima vbiq. mor-
tis imago apparebunt. &
hæc de hac Digres-
sione.

D

DIGRESSIO IV.
MORALIS.

Quod adulterina femina symbolum
sunt hæreticorum.

AMBROSIVS hex. lib. 3. cap. 10. causam aperit cur inter triticum conspecto lolio minimè turbari animus debeat; sic enim scribit: *Sed forte quis dicat: quomodo secundum genus terra profert semina, cum plerunque semina iacta degenerent, & cum bonum triticum fuerit seminatum, decolor eius species, & inferior forma reddatur? sed hoc si quando accidit, non ad translationem generis, sed ad agritudinem quandam, & inaequalitatem seminis videtur esse referendum. Non enim desinit esse triticum, si aut frigore aduratur, aut imbre madidetur, sed specie magis quam genere, colore quoque & corruptione mutatur: denique frequenter madidata frumenta in sui generis speciem reuertuntur, si aut sole, aut ignibus torrantur, aut diligentibus commissa culturis, aeris temperie, terrarumque feracium vbertate foueantur. Itaque reparatur in sobole, quod degenerauerat in parente. vnde non periclitamur, ne praeceptum illud Dei, cuius vsus natura inoleuit, in reliquum successionis vitio destitutum sit, cum hodieq; in seminibus generis sui sinceritas refertur.*

2. Nam lolium & reliqua adulterina semina, qua frugibus saepe miscentur, zizania nuncupari Euangelij lectione cognouimus: sed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici semine in aliud genus seminis decolori mutatione translata degenerem traxere naturam. Denique hoc docet Dominus dicens: simile est regnum Calorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo: cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & super seminavit zizania inter triticum. Aduersimus utique quod zizania & triticum, ut nominibus, ita & genere videantur esse discreta. Denique & serui dixerunt ad Patremfamilias: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? & ait illis: inimicus homo hoc fecit. Aliud enim est semen Diaboli, aliud semen est Christi, quod seritur ad iustitiam. Denique aliud filius hominis, aliud Diabolus seminavit. Aded diuersa natura vtriusque seminis ut contrarius seminator sit. Quod seminat Christus regnum esse Dei: quod seminat Diabolus peccatum est. quomodo igitur potest vnus generis esse Regnum atq; peccatum? sic est, inquit, regnum Dei, quemadmodum si homo iactet semen super terram. Est & homo qui seminat verbum, de quo scriptum est: qui seminat verbum seminat. sic Ambros. prorsus similia habet Basil.

Marc. 4.

3. Quibus constat non esse mirandum si Ecclesia gignat, & fideles qui à semel concepta fide nunquam recedunt; & fideles qui pertinaci malitia, & corrupta voluntate susceptam fidem deserentes in hæreticos euadunt: quandoquidem prima etiam viuientium mater ex eodem viro Adam & iustum Abel, & iniustum peperit Cain.

4. Porro si ea obseruemus quæ Ambros. scriptit de prauis, corruptis & adulterinis seminibus, & causas cur ex terra gignantur, animaduertemus aptè hæreticos adulterinis seminibus; lolioq; comparari. Etenim agricola bonum iacit in terram semen, terra eodè ipsum excipit vte-

Aro, natura eadem gignit virtute, eodem rore quasi lacte pascit, eodem solis radio elicit, iisdem aquis irrigat; quod autem ex hoc semine pars vna triticum, alia lolium, vel certè malum semen fiat duplicem cum Ambros. assignare possumus causam: alteram nimiam caloris exustionem, alteram frigoris: simile quid accidere in Ecclesia intelligere possumus. Deus omnes homines vult saluos fieri, Ecclesia Mater omnes in vtero suscipit Catechumenos, eadè eruditione concipit, eodem fidei splendore illuminat, & Baptismatis fonte parit, eadè doctrinæ Christianæ esca nutrit, eodem gratiæ lumine fouet, iisdem Scripturarum sensibus irrigat: verum ipsi duabus illis causis præcipites in Hæresim ruunt; primum nimia caloris adustione, hoc est, philautiæ, vel amoris proprii, ac nimia carnis libertate obsecati. carnis enim illecebræ, non modo voluntatem rapiunt ad praua, sed mentis etiam aciem perstringunt, ita ut ea dogmata tanquam vera hæretici sibi fingant, quæ carnis libertati fauent.

B Quod certissimum esse tribus exemplis illustrari potest, quæ auctor glossæ magnæ mysticè in Gen. c. 1. satis ad rem hanc aptè excogitauit. primum inquit, terra madida exhalationes, atq; vapores ingentes gignit, qui in aërem attracti, & in nubes atras condensati, solis splendorem contegunt: ita carnis libertas, & in voluptates proiecti homines, delectationes adco vehementes exhalant, ut saepe in nubes atras, id est, in opinionones erroneas obdensesentur, & fidei lumen à se auertant.

C Adicit & alterum non minus illustre exemplum. Terra si inter solem interponitur & lunam eclypsim efficit lunæ, quæ luce solis carèis atra redditur; ita caro si inter animam, & Deum interiacet eclypsim efficit animæ, quæ lumine fidei orbata in tenebras & in regionem vmbrae mortis corrui.

7. Affert tertium exemplum. lucerna si oleo abundat, lumen clarum atq; nitidum præbet: deficiente oleo, flamma primum extinguitur; deindè ellychnium accensum foetida quadam exhalatione attenuatur; eodem modo, animus caritate præditus, fidem puram, splendidam, ac viuam emittit: verum obtinentibus omnia vitijs, sublata verò caritate, fides viuam extinguitur. deindè & fides mortua suamet peccatorum fordida labe tandè obruitur, sicut mortuo Christo tenebræ factæ sunt super vniuersam terram; ita Christo in impijs mysticè obituro, eorū mentes profundissimis primū tenebris obruuntur, quibus mox hæretici euadunt. Constat igitur nimio calore bonum semen in prauum conuerti, quæ erat prima causa eius rei.

8. Altera causa peruersi seminis est vehemens frigoris exustio; sic hæretici pinguedinis spiritus, caritatisq; expertes, & proprio dumtaxat ingenio innitentes credere illud tantum volunt, quod ingenij procacitas ipsis suggerit. Hinc Ecclesiæ auctoritatè paruipendunt, neq; ab ea desistere curant. quare Aegyptijs similes palbabilibus tenebris obducuntur. ita enim sæpè hæreticorum placita erronea sunt, aded Patrum doctrinæ & scripturis repugnantia, ut errores eorum manifestissima quadam ratione à

quo-

quodlibet ferè palpari queant. Hæ igitur sunt caussæ cur bonum semen lolium fiat, vel in ad-
ulterina semina transeat.

Sed verum est id quòd Ambros. dicebat, malum ac corruptum semen rursus si in bene cultam terrâ iactum fuerit, & cælum clemens nactum, in pristinû colorem, atq; saporem redire; id quod experientia didicimus. ita hæretici si iterû ad Ecclesiæ matris gremiû confugiant, & perniciosum dogma abiurèt, Dei clementis cõmiseratione, & Ecclesiæ matris pietate ad pristinû redire poterunt statum salutis. Etenim in Ecclesia non tantum palmites mortui reuiuiscunt, hoc est, peccatores, qui numero sunt, non merito in Ecclesia, si tamen vitis virtutem, gratiã videlicet hauriant: verûm etiam recisa sarmenta repullulant, quibus hæretici significantur.

DIGRESSIO V. MORALIS

In ver. 13. De grano Sinapis.

QVONIAM ex sinapi natura, naturæque proprietatibus, multa ad mores transferunt doctores, dum hanc Christi similitudinẽ interpretantur, non erit ab re, quæ ad insitam eius naturæ vim pertinent, carptim, breuiterq; attingere. Plin. lib. 22. c. item 22. sinapim accuratè descripsit ex quo & alijs hæc colliguntur: esse quidem minimum semen quantitate, maximum verò qualitate & virtute; maximum etiam inter omnia olera, vt Dominus ait, verum specie vilissimum, nec colore, neq; odore blandiens; calidè & subtilis naturæ, ita vt principatum habeat teste Pythagora inter ea quorû in sublime vis feratur; neque enim aliud magis in nares, & cerebrum penetrat. vim habet vaporem exspirandi; contritû verò maximè suã virtutem indicat; purgat pituitã, & cerebri superfluitates: condit cibos, tollitq; eorû superfluas humiditates, & tenacitatem: excreationes faciles facit: ad dentiû dolorem manditur: tritum cum aceto ad serpentiû icûs, & scorpionum illinitur: fungorum venena discutit: ymbra & nidum auibus cæli præstat: fit enim arbor, inquit Christus Dominus, ita vt volucres cæli veniant, & habitèt in ramis eius, nõ modo nidulentur ibi, vt quidam interpretatur.

Quòd granum hoc sinapis sit fides & verbû Dei, dictum à nobis fuit in Scholijs huius cap. num. 18. Hic ostendemus primûm quidem fat bene in Christum conuenire hanc grani sinapis similitudinem; deindè quod & in Apostolos, & in Martyres, deniq; in vniuersam Ecclesiam idem quadret: Christus ergò qui granum hic sinapis quod minimû est, dicitur, & excre-
scens in arborem ramos suos longè, lateq; diffundit, idem & Daniel. 2. ob eandem rationem *lapis paruus* vocatur: qui locus mirificè ostendit huius sinapis primûm paruitatem; deindè etiã in arborem incrementû; postremò ramorum expansionẽ cum auium complexu, & habitatione. simul ergò has duas similitudines lapidis, & sinapis eadẽ continentis simul & coniungemus & exponemus, & quidem quòd Christus lapis sit & fanè fundamentalis Isai. c. 28. 16.

A ostendit. de quo item lapide sic Zachar. c. 3. 9. vaticinatur; *super lapidem vnum septẽ oculi sunt: Ecce ego calabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* oculus scientiam significat; septenarius numerus vniuersitatẽ, & perfectionẽ; in Christo verò absconditi sunt thesauri omnes scientiæ, & sapientiæ Dei. huius lapidis sculpturam dicitur Deus cælasse, quia solus ipse formauit Christi corpus in vtero virginis, qui etiam definito à Patre tempore in vna illa die veneris, qua in crucis ara seipsum pro mundo obtulit holocaustum, omnem terræ iniquitatẽ abstulit. hic lapis est illo significatus super quo dormiuit Iacob Genes. 28. lapis est ex quo virga percusso largissima ad potandû aquarum copia manauit Nu. 20. lapis quo Dauid Goliath percussit 1. Regum 17. lapis est cum ob soliditatem & firmitatem, tum ob humilitatem; etenim lapis ad infima loca descendit, vbi & con-
quiescit. lapis est, & refugij petra bonis, verum lapis offensionis, & petra scandali perfidis. lapis est super quem ædificata est Ecclesia. huius porro lapidis excisio sine manibus significat admirandam Christi generationem ex Matre Virgine sine vilo virilis seminis concursu. Rectè ergo vt sinapis, ita & lapidis nomen, & similitudo conuenit Christo.

Sed cur iste lapis à Daniele primûm paruus, mox paulatim crescere, tandem terram replere vniuersam dicitur? Respondeo sic dici ob eandem rationem, qua initio minimo sinapis grano comparatur; deindè eidem in arborem excrecenti, tandem ramos suos longè, lateq; extendenti: Paruus ergò primûm dicitur lapis Christus propter assumptam humanitatem, quæ præ diuinitate minimû quid, ac propè nihil est. Etenim verbum abbreviatum fecit Dominus, cum enim esset infinitæ magnitudinis, in arcto se humanæ naturæ occlusit verbum caro factum.

Hinc Anacletus Epistol. secunda, decret. vt habetur tom. 1. Concil. docet: his verbis non diminutionem Deitatis in filio significari, sed susceptæ carnis dispensationem. quãuis sint etiam qui Christum verbum dicat abbreviatum, quia summatim comprehendit, & in compendium rededit vniuersam Moysi legem sub vno caritatis præcepto: *hæc mando vobis, &c.* Ioan. 15. sic Tertull. contra Marcionem lib. 4. Euseb. l. 2. de Demonstratione cap. 40. paruus item dicitur ob statum viatoris, in quo tres integros & triginta annos versari voluit, quamuis simul comprehensor etiam esset secundum superiorem animæ partem. tertio paruus fuit, quod ex tenui, hoc est, paupere parente paruulus & inops natus est, & quidem intra stabulû in præsepio mox collocatus, & vilibus pannis obuolutus. quarto paruus, propter corpus quod induit laboribus, angoribus, & interitui subiectum. paruus præterea quinto, propter pauperem vitam, & abiectam, modestamq; in omnibus se gerendi rationẽ. ad hæc, quia paruus fuit in oculis superbiorû Iudæorû, qui eum despiciebant. septimo etiã paruus, quia intra paruum Iudæorum regionẽ suam præsentiam, miracula & prædicationẽ concludere voluit, sibi quẽ exiguum discipulorum numerum tan-

quam

1.
Sinapis natura.

2.
Christo & apostolis aliisque Sanctis applicata.

Christus lapis paruum.

quam pusillum gregem dumtaxat aggregare voluit. Denique paruus propter ignominiosam, & acerbam passionem, & mortem. Porro ob easdem causas, & minimi grani sinapis instar esse dicitur. si enim externam speciem inspicias Christus paruus est, & velut minimū granum sinapis. pendet enim externa hominis species ex diuitijs, nataliū splendore, eloquentiæ vi, & præstantium virorum comitatu. atqui Christus generatione habebatur Fabri filius, diuitias nullas habuit, nec vbi caput reclinaret. imò & inter rudes discipulos, & piscatores etiā minimus esse voluit, hinc ille dicebat: *Ecce ego in medio vestrum sum, sicut qui ministras.* hinc se *filium hominis* identidē appellat, cum sit filius Dei. sed nihil est quod potentius & efficacius rem hanc illustrat, vt crux Christi, in qua ipse de se ait: *ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis:* hinc Propheeta admirabundus: *vidimus, inquit, eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum,* Isai. 13. quid quod ipsa etiam Christi Crucifixi prædicatio vilis, & abiecta visa est? prædicamus, inquit, Paul. 1. Cor. 1. Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. rectè ergo paruo lapidi, rectè item & grano sinapis minimo comparatur.

4.

Ceterum creuisse dicitur lapis, id est, Christus non coram Deo, in cuius semper oculis æquè magnus fuit, sicut nequè auctus est vnquam, quantum ad gratiæ, & animæ gloriam pertinet, quam mox ab initio conceptus semper eandem habuit: verum creuit coram Deo, & hominibus tam secundum corporis gloriam post resurrectionem, quam secundum famam, atque claritatem sui nominis, quod toto terrarum orbe celebratum est, dataq; est illi omnis potestas in cælo, & in terra, & vt in nomine *I E S V* omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus *I E S V S C H R I S T V S* in gloria est Dei Patris. Postremò creuit in corpore suo mystico, quod est Ecclesia, quam per vniuersum diffusam, & dilatam cernimus; ita, vt non mirum sit, si dicat Daniel, lapidem paruum percussa statua, qua regna terræ continebantur, in montem euasisse magnum. destructa sunt enim Regna à Christo, non euersa temporali eorum dominatione, sed sublata idololatria, quæ passim omnia occupabat, excisoq; Dæmonis imperio, cui illa erant subiecta; hoc autem non simul, atque vno vbique tempore factum est, sed paulatim, per varia temporum interualla vsque ad Constantini dominationem, & inde fiet vsque ad finem mundi, cum demum consummatè & absolutè secundum omnes numeros perficietur, atque ita perfectissimè implebitur illud, Isai. c. 49. 23. *erunt Reges nutritij tui, & regina nutrices tue: vultu in terram demisso adorabunt te, & lingent puluerem pedum tuorum.* & cap. 60. 12. *gens & regnum quod non seruiert tibi, peribit.* Cæterum idem est, lapidem paruum creuisse in montem magnum, ac minimum sinapis granū in arborem proceram euasisse. fuit enim Christus vt granum sinapis, quasi calidæ ac subtilis naturæ propter diuinitatem; hoc

A aut granum in cruce contritū indicauit quantæ virtutis esset. etenim Christus in crucem auctus vniuersum commouit orbem, & exaltatus à terra omnia traxit ad seipsum. venena errorum, & falsum dæmonum cultū postea per orbem prædicatus sustulit. condiuit etiam tribulationum cibos, vt iam post eius passionem, & mortem electis non amari, sed dulces appareant. hoc quidem granum seminatum est in horto; nam in horto, captus est, & post mortem in horto sepultus. at mox vt surrexit à mortuis, maximus factus est & creuit in arborem magnam, quæ per ascensionem etiam cælum ipsum penetrauit, & excessit. quo tempore impletum est illud Isaiæ vaticinium cap. 4. *erit germen Domini in magnificentia & fructus terre sublimis.*

B Quod verò vniuersam terram replese dicitur à Daniele lapis, qui creuit in montem, significat Christi nomē, & doctrinam toto terrarum orbe longè, lateque diffundenda esse. id, quod constat primò ex prædicatione Euangelij, quod per Apostolos, eiusque discipulos per totum orbem disseminatum est; quam rem spiritu Dei illustratus David olim vaticinatus est: *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Psal. 18. deindè etiam ex scientia Dei, quæ accepit mundus per cælestem Christi doctrinam; nam cum inania olim simulacra, & gentiū idola, & fallaces dæmones serè cuncta obtinerent, factū est per Euangelij lucem, vt illis reiectis, verum Deum homines colerent, vt vel ex vaticinio Isai. c. 11. patet: *repleta est terra scientia Dei.* Patet item per Christum repletam esse terram odore virtutum ac sanctitatis eius. Cœpere enim homines hausta Euangelij luce, incredibili iam ardore inflammari ad colendas virtutes, ad voluntariam paupertatem, obedientiam, virginitatem, martyrij desiderium, ad contemptum & despicientiam rerum mundanarum, denique ad cælestium amorem. Tandem repleta est atque commota vniuersa terra innumerabilium prodigiorum ac miraculorum multitudine & admiratione; expectatione quoque futuri iudicij, & certa resurrectionis spe, & stabili cælestium præmiorum promissione.

5.

C Neque verò hoc ipsum quod vaticinatus est Daniel de paruo illo lapide, nimirū quod vniuersam repleuerit terram, minus aptè in hanc similitudinem sinapis conuenit. Hoc enim quod de lapide dixit Daniel, idem est cum eo quod dicitur sub similitudine sinapis, quod in arborem excrescens extendat ramos suos; *C H R I S T V S* enim tum protulit & quasi expandit ramos suos, cum discipulos misit in orbem terrarum, illis præcipiens, vt euntes in mundum vniuersum prædicarent Euangelium omni creaturæ. Etenim Apostolis, cæterisque Christi discipulis rectè conuenit, vt palmitum, ita & ramorum similitudo respectu Christi, cui tanquam viti, vel arbori insiti sunt; vnde vim, efficacitatemque ad benè operandum habent. & licet numerus sit in ramis, est tamen vnitas in trunco, & radice sinapis. varia sunt quæ credimus, diuersi ministri, vna tamen est omnium Christianorum,

6.

& dogma-

& dogmatum Ecclesie fides, vnus Christus, dicuntur verò rami in eam excrefcere magnitudinem, vt volucres cæli veniant, & ibi nidum sibi conſtruant, & sub vmbra eius habitent: propterea quod Angeli, qui per volucres cæli commodè intelligi poſſunt, in affectu Apoſtolorum quieuerunt, tanquam in nido, quemadmodum Dæmones in mentibus ſuperborum tanquam in proprio domicilio conqueſcunt. niſi malis volucres cæli accipere homines cæleſtium deſideriorum, & excelsarum mentium, qui ad fidem conuerſi, ſub vmbra Euangelicæ doctrinæ quietem mentis, & ſolatum inuenere, & auellentes à ſeipſis, & à terrenis rebus ſpem omnem, in vno Christo, eiufque fide tanquam in nido poſuerunt. Conſtant ergo tum ex hoc Danielis loco, tum ex ſimilitudine ſinapis hæc tria, paruitas Chriſti, eius incrementum, & per vniuerſum orbem extenſio ac propagatio.

Iam non erit difficilè eandem ſinapis ſimilitudinem Apoſtoliſ, eorumque affectatoribus & martyribus accommodare. Etenim Apoſtoli veluti parua quædam grana initio fuerunt, quibus dictum eſt, *nolite timere puſillus grex*; parua item numero, quia principio duodecim ferme tantum Apoſtoliſ conſtabat Eccleſia; conditione quoque ſeu qualitate parua erant. Etenim pauperes, & obſcuris natalibus orti ſunt; & nec eloquentia, nec multiuigerum cognitione conſpicui; nam *qua ſtulta ſunt mundi elegit Deus*, teſte Paulo 1. ad Corint. 1. *vt confundat ſapientes: Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, vt non gloriatur omnis caro in conſpectu eius.* Iterum parua erant grana Apoſtoliſ coram oculis ſuis. rectè enim tenebant illud Chriſti præceptum: Matth. 20. *quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter*, quare Apoſtolus eandem inſiſtens viam dicebat Ephes. 3. *mibi omnium Sanctorum minimo.* & 1. Corint. 15. *ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus.* Erant parua coram aliorum oculis: Hinc Paulus 1. Corint. 4. *puto quod nos Deus Apoſtoliſ nouiſſimos oſtendit tanquam morti deſtinatos; quia ſpectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus.* & iterum ibidem, *tanquam purgantia huius mundi facti ſumus omnium per ipſem. vsque adhuc.*

Sed hæc minima grana ſinapis à Chriſto in terram iacta, ac ſeminata maximum fanè fructum attulerunt: etenim in arborem magnam excreſcentes ad Chriſtum innumeros populos traxerunt Apoſtoliſ captiuantes omnem intellectum in obſequium fidei. venena quoque errorum iuxta naturam ſinapis, de qua num. 1. diximus, extinxerunt, idolorum cultum, ac ſuperſtitionem & cæteras huiusmodi noxias ſuperfluitates ſuſtulerunt, & in morem ſinapis contriti vim ſuam, & efficacitatem expreſſerunt. Etenim perſecutionibus, corporis afflictationibus, crudeliſſimis pœnarum generibus, denique acerbis morte attriti Apoſtoliſ vim intra ſe quandam in eſſe diuinam veluti deliteſcentem, oſtenderunt. verè enim dixit Tertullianus in Apologetico: *ſanguis martyrurum ſemen eſt Chriſtianorum*; nam ipliſ cadentibus

A quaſi ſemine in terram iacto multa sæpè ſurgebant Chriſtianorum millia ad fidem conuerſa, ſiue illorum conſtantem fortitudinem, ſiue miracula & prodigia, ſiue Dei præſentiam, quæ illis præſto erat, cernentes: ita fiebat, vt creſceret fides, & copioſius propagaretur Eccleſia.

Verum ſicut Apoſtoliſ rami erant reſpectu Chriſti, ita primi illi Patres, ac Doctores, qui Apoſtolorum opera & labore Chriſti fidè amplexati ſunt: rami Apoſtolorum & Martyrum illorum rectè nominari poſſunt; in quos ramos aduolarunt alij poſtea magni etiam ipſi & excellentes viri, qui tanquam volucres in ſublime volantes, terrenis rebus contemptis in illis quieuerunt, hoc eſt, in eorum imitatione, & fidei dogmatibus, tanquam ibi nidum ſibi conſtruentes, perſeuerarunt; & vniuerſim loquendo in ramis Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, tota cõquieſcit Eccleſia, eorum meritis fulcitur, eorum precibus adiuuatur, eruditur doctrina, regitur præceptis, ſanctitatis exemplis promouetur, & tandem eorum etiã gloriæ particeps fit. Conſtat igitur etiam iſ tria illa in eſſe quæ grano ſinapis. conuenire ex Euangelio didicimus; quod ſit minimum; quod in arbore proceram creſcat; quod in eius protenſis ramis volucres cæli inhabitent.

Vt verò melius intelligamus creuiſſe Eccleſiã, & expandiſſe ramos non potentia mundanæ armis, ſed patientiæ præſidio, ad eam, potiſſimum verò ad primam illam Apoſtolorum Eccleſiam referre poſſumus, quod Cant. 4. 4. dictum eſt de ſponſa: *ſicut turris David collum tuum, quæ adificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea.* quis non vehementer admiretur in munitiſſima hac turri, quæ Eccleſiam repræſentat, nullum expreſſè ſaltem aliud commemorari armorum genus, quod ad eius munionem faciat, quam clypeorum multitudinem? Etenim clypei, & varij, atque innumeri ſcutorum ordines, multis ſtemmatibus, teſſeris, ſymbolis, cæteroque picturarum ornatu conſpicui, ad pulchritudinem & ornamentum facere quidem multum poſſunt, ad munionem verò, & fortitudinem parum pertinere videntur. non hic ſpiculorum, non ſecurium, non arcuum, non gladio- rum ſpeciatiſ vlla ſit mentio. atqui hæc eſt maxima Eccleſiæ fortitudo, hoc eius ſummum decus, quod cum non alijs armis inſtructa ſit, quibus alijs oppugnando noceat, ſed iſ dumtaxat quibus ſe tueatur, victrix tamen ſemper, & debellatrix inimicorum eſt. nouum hoc bellandi genus Chriſtus ad nos de cælo aduexit, in quo tota certantium virtus & fortitudo, nõ in offenſione, ſed in deſenſione; non in inſiſtione vulnerum, ſed in patienti potiùs eorum receptione; non in inferendis iniurijs, ſed in eiſdem conſtanter, ſolo patientiæ clypeo, tolerandis, poſita eſt. Rectè ergo per *clypeum* Eccleſiæ fortitudo declaratur; clypeo enim vtimur non ad offendendum, ſed ad nos potiùs defendendum, eodem etiam aduerſariorum ictus excipimus, vt hac loquendi formula, quam Spiritus ſanctus hoc loco Cantic. vſurpat, intelligere poſſimus, proprium eſſe

Eccleſiæ

7.
Apoſtoliſ
rami ſinapis.

8.

9.
Sicut & Doctores Eccleſiæ.

10.

Ecclesie, ac fuisse tum maximè cum vigeant inuicti illi Ecclesie Principes & Apostolici viri, vt eius milites contractos clypeos, contritas cassides, hoc est, varia vulnera, & cõminutos corporum suorũ thoraces è prælio reportarent. Sic enim Ecclesie vires eminent, neque vnquam melius generosorum Ecclesie ducum fortitudo apparet, quam patienter excipiendis ictibus aduersariorum, quamuis multis confossi vulneribus mortẽ ipsam pro Christi fide, atque animæ salute, fortiter subeant. sic crescit Ecclesia, quæ minimo grano sinapis comparatur, sic per totum terrarum orbem ramos effudit. sic tyrannos subdidit, barbaras gentes edomuit, sic sapientes, diuites, potentes, ad Christum traxit; sic denique rebelles, ac feros hominum sibi aduersantium animos, suavi, humiliquẽ Christi iugò subiecit.

II.
Iam Ge-
nis Chri-
stus cer-
tissimi ap-
tissimi.

Proindè simile est Christianorum bellandi genus, illi certandi rationi, qua in bello contra Madianitas Gedeon vsus est, Iudic. 7. in quo non lanceis ab Israelitis, neque gladijs, aut spiculis pugnatum est, sed clangentibus tubis dumtaxat & fictilibus lagenis, intra quas ardentes lampades continebantur: nam inter tubarum sonitum contractis & collisis inter se lagenis, factum est, vt subito quod latebat lumen affulserit, & præ metu exanimato hoste, tandem victoriam reportarunt Israelitæ. hanc sanè Gedeonis bellandi rationem, & insigne victoriam applicat præter alios August. tom. 4. in qq. supra Iudic. 7. num. 37. ad eam victoriam, quam Christus Dominus obtinuit per Sanctos Apostolos, & Martyres suos, & Euangelij prædicationem de gentibus, earumque principibus & inferni tyranno. nam per illos trecentos viros, qui manu in os proiecentes aquam more canum lambuerunt, intelligit Augustinus gentes in crucifixum credituras esse figuratas. sic enim scribit: *quorum numerus, quis trecenti erant, signum insinuat crucis propter literam, T, gratiam, qua iste numerus significatur: per quos etiam gentes magis in crucifixum credituras præfiguratum est, quod littera Græca est. vnde Græcorum nomine Apostolus omnes gentes significat cum dicit, Iudæo primum & Græco. Et paulò post addit: nam quod ita isti probati sunt, per quos vinceret Gedeon, vt similes in bibendo canibus dicerentur, significat quod contemptibilia, & ignobilia elegit Dominus. pro contemptu enim habetur canis. vnde dicit: non est bonum tollere panem filiorum & mittere canibus. Itat ergò etiam ex Augustini sententia hanc Gedeonis bellandi rationem præsignasse illam, qua Ecclesia gentes debellauit, de qua Isaiam vaticinatum non dubito, cap. 9. *lætabuntur coram te, &c. sicut in die Madian, vt sit hæc sententia: lætabuntur Domine strenui milites tui tempore Euangelij ob nouam partam victoriam de inimicis tuis, sicut olim Israelitæ gauisi sunt, cum in fugam coniectis & prostratis Madianitis triumphantes redirent; quando iugum ferreum quo eorum premebantur humeri confregisti, & sceptrum exactoris, quod opprimebat eos contriuisi sine exercitu, & armis, & in abscondita manu. quo loco Isaias innuit, huic obtentæ à Madianitis victoriæ, similem futuram esse alteram,**

Tom: 2.

A quam Christus de gentibus sublata idololatria & dæmonum cultu, per suos prædicatores obtenturus erat non sine gaudio incredibili: tunc enim absque armis, & exercitu (hoc enim est, sicut in die Madian) iugum oneris diaboli, qui exultabat in mundo, & grauissimo seruitutis iugo omnium colla premebat; & virgam humeri eius, qua percutiebat vniuersos; & sceptrum exactoris, quo peccata sibi quasi quoddam tributum reddere homines compellebat, detraxit CHRISTVS de humeris egentium; quibus diabolus per tyrannidem dominabatur, idque per Apostolos, & Euangelij lucem. & aptè congruit vterque vincendi modus. nam sicut victi sunt Madianitæ clangentibus tubis, & mox fractis lagenis emicante lampadum splendore, sic per Apostolos, cæterosque Ecclesie Martyres, prostrati sunt hostes euangelicæ tubæ clangore, contractis etiam per mortem & supplicia illorum corporibus, quæ tanquam lutea, ac fictilia vasa sunt, & ita apparente iam fidei splendore, & caritatis flamma, quæ in eorum pectoribus latebat, magis accensa. Relinquitur vt quomodo nostrum quilibet esse debeat similis sinapi, paucis exponamus.

B Ergò etiam, atque etiam intelligat quilibet Christianus, si sui Domini; ac Apostolorum imitator esse cupit, si crescere per virtutum progressum desiderat, si varios proferre virtutum ramos exoptat, sit etiam ipse instar minimi grani sinapis per humilitatem, seque ipsum, & prauos animi motus diligenter per mortificationem conterat, & per persecutiones patienter se atteri sinat: ita enim fiet, vt pœnitentia, laboribus, & varijs afflictionum generibus carnem suam edomando, & atterendo experiatur in se in generem. spiritus efficacitatem, & ardentioris amoris Dei ignem cum cælestium voluptatum affluentia, hinc vero tam bonos fructus etiam ad illos dimanare faciet. omninò sapienter monuit Hilar. in Matthæum sinapis virtutem ac potestatem tribulationibus, & pressuris accendi. Christiani enim hominis virtus tunc inflammatur, tunc ardet maximè, cum teritur, cum calcatur; cum rebellis caro spiritui parere compellitur.

C Et sicut vnguenta, vt inquit Diuus Gregorius in præfatione in librum Iob. capite secundo, *nisi commota redolere latius nesciunt, & sicut aromata fragrantiam suam, non nisi cum incenduntur, inexpandunt; ita sancti viri omne, quod virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt; vnde rectè in Euangelio dicitur; si habueritis fidem tanquam granum sinapis, dicitur huic monti: transi hinc, & transibit. granum quippe sinapis nisi conteratur, nequaquam vis virtutis eius agnoscitur; nam non contritum lenè est, si vero conteratur, inardescit: & quod in se acerrimum latebat, ostendit; sic vnusquisque vir sanctus cum non pulsatur, despicibilis, ac lenis aspicitur: si qua verò illum tritura persecutionis opprimat: mox omne quod calidum sapit, ostendit: atque in feruorem virtutis vertitur, quidquid in illo ante despicabile, infirmumque videbantur, quodque in se per tranquillitatis tempora, libens operuerat, exagitatæ tribulationibus coactus innotescit. vnde benè per Prophetam dicitur:*

12.
Christianus
quilibet
grano sinapis
similis esse
debet.

Gg

tür:

tur: in die mandabit Dominus misericordiam suam, & in nocte declarabit, Psalm. quadragesimo primo, ex Septuaginta interpretibus; misericordia enim Domini in die mandatur, quia in tranquillo tempore cognoscendo percipitur: in nocte vero declaratur, quia donum quod in tranquillitate sumitur, in tribulationibus manifestatur. hæc Gregorius.

Porrò in ramis eorum, qui de sinapi in proceram arborem euasere, volucres requiescunt, quia sanctæ animæ etiam secundum Diui Gregorij sententiam, qua quibusdam virtutum pennis à terrena cogitatione se subleuant, in eorum dictis atque consolationibus, ab huiusmodi fastigatione vitæ respirant.

Rectè autem sanctæ animæ, quæ se se ad cælestia per contemplationem attollunt, volucris comparantur, sicuti terrenis affixi rebus per pisces repræsentantur. vtrumque enim & piscium, & auium genus, idem habere principium, aquam. sic enim Genes. 1. legimus: *producant aqua reptile animæ viuens, & volatile sub firmamento cali;* & quamuis idem referant principium, varias tamen habent naturæ propensiones, & differentias; nam pisces, cum nec veras plumas, nec veras alas habeant, quibus se se in aëra vibrent, intra maris profunditatem demersi remanserunt. at cæli volucres agilibus pennis instructæ, continuò relictis inferioribus aquis, sursum versum in cælum ferri cæperunt. idem in hominum genere accidit: nam licet omnes ex eodem sint principio, hoc est, ex eodem terræ elemento formati iuxta illud Iob. 33. 6. *Ecce & me, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum.* æqua est conditio, vnum principium regum & vilium hominum; proborum, & malorum, sed multiplex animorum studium, magna inclinationum varietas; quidam sunt quasi pisces maris, & quali reptilia non habentia ducem, & tanquam monstra maritima intra terrenarum rerû profunditatem immersa, nunquam in altum caput attollentes, cum virtutû pennis destituantur; contra alij de quibus dixi tanquam pennigera animalia semper lætum illud occinunt: *nostra autem conuersatio in cælis est.* hi ergo sunt qui in Sanctorum hominum ramis libenter conuiescunt, & amœna eorum vmbra fruuntur.

Verùm monendæ sunt hæc sanctæ volucres, ne à vulturibus tartareis inuadantur, ac miserè discerpantur. solent enim, vt author non omninò ignobilis refert, vultures columbis inprimis infesti bifariam illas adoriri. nam qui generosi sunt, & à parentum natura minimè deficiunt, ij in sublimè feruntur, insequunturque columbam si quando à terra sursum affurgat. sunt & adulterini, & à primorum nobilitate plurimum degenerantes, qui non alta petunt, sed columbam deorsum impellentes infectantur, mox vt à terra paullulum affurrexerit. harum omnium insidiarum non ignara columba, cum à prioribus strui sibi insidias videt, mox demittit se, & pennis terram versus fertur. Quod si à posterioribus parari sibi insidias conspicit, quantum potest in sublime contendit. Sic Animæ fan-

ctæ faciendum, quæ instar columbæ felle caret: nam ne teterrimis inferni vulturibus prædæ sit, duabus alis volet oportet, altera humilitatis, qua se deprimat in terram contra superbiam tumorem, & arrogantiam, in mentem reuocans se ex terra constare; altera vero contemplationis, qua feratur sursum, contra vilissimos abiectissimosque carnis petulantis insultus: & nobilitatis suæ non ignara cogitet quod ad cælestia creatam indignum sit terrenis rebus inhærere. sic externis hostibus resistendum est.

Verùm nihil est potentius ad expugnandum eosdem externos animæ nostræ hostes, quàm si caro, quæ domesticus est aduersarius, seuere comprimatur. nam frustra quis laborat dæmonum viribus & insidijs occurrere, si carni suæ laxet habenas; neque illam seruire faciat, sed dominari permittat: tunc enim contra nos dæmoni se adiungit, & tanquam trās fuga ad aduersariorum partes transit, quibus coniuncta, admirandum in modum externis hostibus vires sufficit, animumque addit; quo cum ventum est, actum de nobis. Quod hac similitudine intelligi poterit. qui rei nauticæ præsumt, si quando inter nauigandum pyrarum nauigia, aut hostium conspiciantur naues contra se velis, remisque ferri, si de fuga capessenda cogitant, quod illis se viribus impares agnoscant; tum si fortè aliquibus indicijs percipiat is, qui remigio præest, velle remiges à remigando cessare, quod sperent libertate donandos, si ea triremis in qua sunt, in manus, ditionemque hostium venerit, arripit illicò flagellum, & per medium triremis incedens, acriter eos qui remigare reculant, verberat. quod si quandoque, neque hac arte succedat res, arrepto gladio, vni brachium, alteri humerum, vel membrum aliud abscindit, vt similis pœnæ timore ceteros strenuè remigare compellat. quod si fortè nauæ cernant ita se ab hoste premi, ita vrgeri, vt necessariò cum aduersarijs committenda pugna sit, ante omnia vinculis & compedibus artificis vinciunt Mauros, Turcas, ceteraque mancipia, quæ cum hoste amicitia & foedere iuncta sunt, alioqui non minus sibi timendum foret ab his qui intra triremem sunt, quàm qui extra.

quod ergò in corporali nauigatione diximus facere rei nauticæ experientes cum remigibus suis, idè facere oportet & in nauigatione spiritali, qua cælum versus nauigamus per procellosum huius mundi mare plurimis agitatum procellis, & innumeris refertum periculis, varijs etiam expositum pyratibus, qui nobis iter in cælum præcludere, spoliare armis, triremem nostram demergere, & vita denique ac bonis omnibus spoliare contendunt. quibus vt fortiter resistamus, caro nostra in officio continenda est, ne perfidè cum hoste nostro coniungat se se, & auctis inimicorû viribus contra nos ceteret. Est enim caro, quæ hostis est domesticus, cõtumax, perfida, cui nulla ratione credendû, vt quæ semper suspecta haberi debeat. quare eam semper quasi remo affigere & alligare, laboribus atterere necesse est, & erumnis, flagellis, lorifve compellere ad remigandum, par erit, vbi se præsertim dederit occasio, sic non

15.
Caro demãda.

Pugna christi
fianorum
similis pugna
nauticæ.

13.
Anima sanctæ volucres.

14.
Diaboli vultures.

vacabit illi ad aduersarios transfugere, illorumque partes foedere inuito adiuuare.

DIGRESSIO VI. MORALIS

De fermenti parabola.

PETRVS CHRYSOLOG. Serm. 99. obseruat in superiori parabola de grano finapis dictum esse quod ab homine, hoc est, viro feminatum esse in horto suo: at in hac mulieris mentionem fieri, ipsa enim dicitur abscondisse fermentum in farinae satis tribus, vt intelligeremus vtrumque sexum mysteriorum Regni Dei participem esse factum; sic enim scribit: *ante finapi granum memorat accepisse virum; mulierem nunc asserit accepisse fermentum. dicit autem, exiguum semen virum seuisse in magna arboris incrementum, mulierem modo fermentum breue ad profectum totius masse abscondisse manifestat; verè sicut dixit Apost. Paulus I. Cor. II. neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino. ad vnum Regnum diuersum sexum varia similitudo perducit; neque virum separat à muliere vocatio Christiana: quos Deus coniungit natura sociat, & mira similitudine similes reddit habitus, forma componit. intra subdit, Ephes. 5. mysterium hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. hæc Chrysológus.*

Deindè obseruandum est quænam sint fermenti proprietates vt eas ad mores accommodemus; Ambros. serm. 21. tom. 5. sic scribit: *fermenti vim atque virtutem omnibus notam esse non dubium est: nam cum sit magnitudine paruum, specie simplex, natura commune, tantam fortitudinem intrinsecus gerit, vt cum reconditum fuerit in farina, succus hoc totam massam faciat esse, quod ipse est: & ita semper vniuersum cumulum aspersiois sua vigore diffundit, vt omnem ipsam magnitudinem pollicis faciat fermentum: ac sic res ipsa fortitudine sua molem sibi proprii vigoris acquirit. hoc autem faciunt mulieres, vt viris suis salubriorem panem & cibum vtilem diligenter exhibeant. Sic Ambrosius.*

Albertus Magnus docet calorem fermenti, humidum panis maturare, & spirituale efficere, acore etiam suo eleuare, lapidum reddere, digestumque præparare. dicitur sanè fermentum à feruendo calidum enim est, & feruidum.

Vsurpatur autem vox fermenti, interdum quidem propriè, interdum metaphoricè in sacris litteris, propriè, vt Exod. 12. 34. tulit populus conspersam farinam antequam fermentaretur, & ligans in pallijs posuit super humeros suos, & ex Leu. 23. habemus, quod offerebantur duo panes cum similia fermentata in die Pentecostes. Cùm verò metaphoricè vsurpatur, aliquando in malam partem, aliquando in bonam sumitur Teste Augustino libro tertio, de doctrina Christiana capite vigesimoquinto, tom. tertio. Etenim Matth. 18. attendite à fermento Pharisæorum, & Saducæorum. vbi fermentum prauam doctrinam significat. Et ad Galatas 5. dicitur: *modicum fermentum totam massam corrumpit.* quo loco per fermentum intelligit Apostolus prauam doctrinam, seu praua docentem hæreticum. Et idem I. Corinth. 5. ait, non

A est bona gloriatio vestra. nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. expurgate igitur vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. Vbi de incestuoso loquitur, & nomine fermenti peccatum, vel peccatorem ipsum designat. Sicut etiam cùm exhortatur ad celebrandum Pascha, citra peccati labem, ait: *itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitia, & nequitia: sed in azimis sinceritatis & veritatis.* hæc enim omnia, hæretis, peccata, homines mali, vim habent fermenti ad labefactandum, & corrumpendum doctrinam fidei, & mores hominum. in malam partem sumit fermentum. Amos quodque 4. 5. vbi irridet eos, qui panem fermentatum in laudem scilicet Dei, offerebant, Leuitici namque 7. prohibebantur iuxta legem hostiæ pacificæ offerre panem cum fermento. quod mysticè exponens Greg. hom. 22. in Euang. ait: *panes quippè sine fermento comedit, qui reuera opera sine corruptione vana gloria exercet; qui mandata misericordiae sine admixtione peccati exhibet; ne peruersè diripiat, quod quasi rectè dispensat. hoc quoque peccati fermentum bona sua actioni miscuerant, quibus Propheta voce per increpationem dominus dicebat: venite ad Bethel & impiè agite.* Amos 4. 4. *atque post pauca; & sacrificiis de fermentato laudem.* ibidem versiculo quinto, de fermentato namque laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. In bonam verò partem accipitur fermentum hoc loco, quem præ manibus habemus; vt enim fermentum communicat multas bonas proprietates, & vtilitates toti conspersioni, quæ ex farina conficitur, ita Euangelium cordibus hominum.

C iam restat vt Christo Domino primùm, deindè & Apostolis applicemus hanc parabolam, vt fecimus de grano finapis. Ambrosius ergò sermone quinto, sic habet: *legimus in sancto Euangelio dicente Domino Christo de se ipso: nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit multum fructum affert.* Ergò si triticum Dominus, & Dominus est fermentum, quia fermentum non nisi de tritico fieri solet. Rectè ergo fermento Dominus comparatur, qui cùm esset specie homo, humilitate paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinsecus sapientia virtute pollebat, vt doctrinam ipsius mundus ipse vix caperet; qui cum se cepit per totum orbem diuinitatis vigore diffundere, statim omne hominum genus in substantiam suam sui potestate protraxit, vt & iugum Spiritus sui sancti infunderet omnibus, hoc est, Christianos cunctos faceret esse quod Christus est. Nam quod homo Dominus Iesus vnus & solus esset in mundo tanquam fermentum in massa reconditum, vniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhereat, efficitur, & ipse fermentum, tam sibi vtilis, quam idoneus vniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. sicut igitur fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, cōfringitur, comminuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, vt dispersam illam farina multitudinem in vnum vigorem constringat, atque in solidum corpus redigat, quod in pulueris modum ipsa diminutione languebat. faciatque coniunctione sui vtilem massam, quod propria dissolutione videbatur inutile. Sic ergò & Dominus Iesus Christus, cùm esset totius mundi fermentum diuersis passionibus confractus, laceratus & dissolutus

1. Tam mulieres quam viri regni celestis capaces.

2. Fermenti proprietates ad mores accommodatæ.

3. Vox fermenti diuersimodè vsurpata in scripturis.

4. Christus fermentum est.

est, & succus eius pro salute nostra, qui est pretiosus sanguis, effusus est, vt aduisione sui, genus humanū solidaret, quod per diuersa antra resolutum iacebat. Sic enim velut fermentum quoddam nos qui farina ex gentibus videbamur esse, adhesimus nos, inquam, qui per totum orbem dispersi, & diminuti penitus sacebamus, vigore passionis Christi, in ipsius corpus redacti sumus: sicut Beatus Apostolus ait: quoniam sumus corpus Christi & membra. nos igitur, qui ex nationibus in pulueris modum è terra facie iactabamur, asperione sanguinis Domini in massam soliditatis eius aggregamur. Hæc ille præclare.

5. Ergo secundum Ambros. aptè Christus fermento comparatur in eo quod fermentum mole quidem paruum sit, virtute magnum; quod confringatur, comminatur, dissipetur; quod faciat totam massam esse, quod ipse est; quod vniat, conglutinet, & sibi adhærescere faciat eandem massam, quæ alioqui instar antea pulueris erat, &c. quas proprietates fermenti, vt vidimus, Ambros. eleganter ad Christum accommodauit. sed & aliæ etiam fermenti virtutes & vtilitates Christo applicari poterunt in hunc modum: fermentum pars est farinæ separata ad totam massam fermentandam: & Christus selectus ac separatus fuit à Deo tanquam nobilissima pars humanæ naturæ ad eam fermentandam. fermentum acore, & amarore quodam præditum est: CHRISTVS Dominus cruci suffixus asperam mortem obiit, & aceto felle mixto in cruce potatus est. Ad hæc, fermentum calidæ vis est, & feruentis naturæ; & Christus ignis consumens est, & ignem venit mittere in terram, virtutemque habet rapiendi ad se hominum corda caritate plenus cum sit. quare dicebat: *venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos.* Deinde fermentum totam peruatit massam, & implet; CHRISTVS etiam totam naturæ humanæ massam impleuit, & quodammodo peruasit, quando in omnem terram exiuit sonus eius, & in finem orbis terræ verba eius penetrarunt; eleuat fermentum & attollit massam: extulit, & CHRISTVS naturam nostram ad diuinam, & corda hominum de fluxis, & terrenis, ad sempiterna, & cælestia prouexit, ac proinde instar fermenti sapos nos reddidit, ac Deo Patri gratos effecit, qui prius eramus tanquam terra maledictis obnoxia, & tanquam cibus venenosi serpentis, qui terra vesctur: sic enim Gene. 3. 14. dictum illi est: *terram comedes cunctis diebus vita tua.* at vbi per Christum fermentati fumus cibus Deo carus effecti fuimus.

6. Ecclesia mulieri similis.

Sed quænam est mulier illa quæ fermentum accepit, & abscondit in farinæ fatis tribus? Diuus Ambrosius loco citato, Ecclesiam putat esse, sic enim post illa verba, quæ recitauimus, subdit; *mulier autem quæ dicitur abscondere in farina fermentum, quæ est nisi sancta Ecclesia, quæ quotidie doctrinam Christi in cordibus nostris conatur abscondere; ipsa, inquam, est mulier, quæ in alio loco etiam molere dicitur, sicut ait Dominus: erunt duæ molentes, vna assumetur, & vna relinquetur. molit enim sancta Ecclesia per legem, per Apostolos, per Prophetas, cum catechumenos facit & asperitatem gentilitatis dissipat atque comminuit, vt emolitos illos in farina modum aptos faciat fermento*

A Dominici sanguinis adherere. fermentum enim dixerim totam Domini passionem. fermentum enim salitis nostræ est Symbolum, sine quo fermento vel simbolo nemo potest vitæ æternæ substantiam promereri: Et quia duas Euangelium describit molentes, atque vnam Ecclesiam diximus salubriter molere, alteram, quam nisi Synagogam accipere debemus: molit enim & ipsa per Moysen, & Prophetas, sed inutiliter molit, sicut dicit Apostolus de Iudeis: *emulationem Dei habent, sed non secundum scientiam, inutiliter, inquam, molit Synagoga, quia massam suam Christi doctrina non temperat, atque ideo euitandum præcepit Synagoga Dominus esse fermentum: dicens, caete vos à fermento Phariseorum. Temperatum est enim sanguinibus, & crudelitatibus Iudeorum, dicentium de Domino: sanguis eius super nos & super filios nostros. vnde ait Euangelium: Erunt duæ molentes, vna assumetur, & altera relinquetur. assumetur enim in requiem æternam sancta Ecclesia, quæ Domino cibum sanctitatis emoluit. relinquetur ad molas cruenta Synagoga, gyrum semper passura suæ perfidia. sic eleganter Ambros.*

B Cæterum non minùs eleganter alij, nec minus verè Sanctissimam virginem MARIAM dixerunt hanc esse mulierem, Saræ typo significatam, cui dicitur Gen. 18. 6. *accelera, tria sata simila commisce, & fac subcinericios panes.* Ipsa enim virgo Deipara primùm quidem in corde suo, deindè etiam intra pudicissimum ventris arcanum sacratissimum hoc fermentum accepit, & in se abscondit, ac commiscuit farinæ fatis tribus, dum verbum, anima, & caro, id est, æternum nouum, & antiquum intra eius vterum in vnam conuenere Christi personam. Quando illa Deum simul & hominem admiranda Spiritus sancti virtute concepit: quo modo Christus ipse his tribus constans naturis fermentum est, idem verò ratione earundem naturarum, quæ in vnam Christi conuenere personam, tribus fatis comparatur non ineptè.

D. Bernard. Tum in fermone de tribus misturis; tum lib. 5. ad Eugenium, fatetur quidem Beatam Virginem esse istam mulierem, verum fermenti locum, eius fidem tenere dicit: sic verò primo loco scribit. *Verbum, quod erat in principio apud Deum, & Deus erat: Anima, quæ de nihilo creata est, & antè non erat: caro de massa corruptionis sine corruptione aliqua diuino segregata artificio, qualis nulla iam caro erat, vinculo indissolubili in persona coeunt vnitatem. Habes in his triplex genus potentia: quod non erat, creatum: quod perierat, reparatum; quod super omnia erat, pauld minus ab Angelis minoratum: hæc sunt Euangelica illa sata farina, quæ pariter fermentantur, vt sit panis Angelorum, quem manducet homo, panis carnis confirmans. felix mulier, benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus superueniente igne Sancti Spiritus coctus est panis iste. felix, inquam, mulier, quæ in hac tria sata immisit fidei suæ fermentum: siquidem fide concepit, fide peperit; & vt ait Elisabeth: Beata quæ credidit, quoniam perfecta sunt in ea quæ dicta sunt à Domino. Hæc Bernard.*

Hoc igitur accepto fermento siue illud Christus sit in vtero Virginis conceptus; siue eiusdem Virginis fides, ipsa Deipara virgo in primis fermentata est, & confestim ascendit in montem, vt Ioannem Baptistam fermentaret,

eiufque

7. Maria virgo hinc molens co parata.

8.

9.

eiusque parentes Zachariam & Elisabetham, quos suo aduentu Spiritus sancti fermento repleuit, & Prophetas reddidit. Rursus Ioannes huius fermenti gratia repletus, & ipse coepit colligere discipulos, & prædicatione ac Baptismo præparare populum ad Christi fermentum recipiendum.

Restat videre quomodo Apostoli etiam fermentum Christi fuerint. Apostoli namque numero pauci quidē fuerunt, & nataliū splendore, diuitijs, opibus, cæterisque fortunæ bonis destituti; verū igne caritatis ac diuini spiritus incensi totum fermentarunt Orbem; & vbiq; homines, quibus immisti erant, ad sui, Christi que Domini imitationem attrahebāt, illos de terrenis ad cælestia attollentes. neque verò hoc effecerunt nisi instar fermenti persecutionibus, laboribus, contumelijs, sanguinis ac vitæ profusione subacti. qua fermentatione totus fermē coepit inardescere mūdus, & relicto Dæmonum cultu, ad verum Deum conuertitur. quod prædixisse videtur Zacharias, quāuis sub ignis similitudine cap. 12. 6. *in die illa ponam duces Iuda Apostolos sicut caminum ignis in lignis, & sicut faciem ignis in forno & deuorabunt ad dextram, & ad sinistram omnes populos in circuitu.* vbi prædicit Propheta Ecclesiæ Christi incrementum, quæ cum multis persecutionibus non esset minuenda, quin etiam crescere potius mirandum in modum deberet, iccirco futurum esse ait, vt comburant cælestis caritatis ac diuini verbi igne Apostoli, & qui ijs succedent, prædicatores omnes in circuitu populos, id est, perdent omnem idololatriam, & commisti populis audientium corda succendent. quod autem ait: *ad dexteram, & ad sinistram,* fortitudinem, & successum prædicantium indicat, quibus nemo resistere, nemo impedimento esse poterit. Ex quo Zachariæ vaticinio facile est intelligere, quantum ignis diuini caloris in Apostolis, tanquam in fermēto ad fermentandum longè, lateque populos vbiq; vt ita mundus panis, mundus, & sapidus efficeretur Deo. Vt verò fermētum nō in massam, sed potius massa in fermentum conuertitur, ita id quod est apud Ierem. 15. 19. in Apostolos rectè quadrat: *conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.*

II.

Præclare sane Chrysof. hom. 47. in Matth. tantam Apostolici fermenti virtutem admiratur, qua breui totum orbem fermentarunt, sic scribens: *quemadmodum fauilla cum in arida ligna incidit, in flammam ipsa conuertit, qua vi sua deinde vel viridia ligna facile incendit: eodem quoque modo prædicatione. cur nam non dixit ignis sed fermentū? quoniā non ignis virtute totū sit, sed lignorū quoque ariditate: fermentum vero per se ipsum omnia conficit. si autem duodecim homines totā penē farinam fermentarunt, diligēter animo versa, quanta sit nostra malitia, atque ignauia, qui cum iam innumeri simus, has gentium reliquias conuertere nō possumus, qui vel mille mundis satisfacere deberemus. Sed Apostolos illos fuisse inquires. Quid ad rem? nonnē secum eiusdem naturæ fuerunt? nonnē cum hominibus etiam ipsi conuersabantur, artes professi, eisdem rebus nutriti? vineudi ergo disciplina est qua vbiq; fulget, qua spiritus etiam gratiam attrahit. Quod enim signum Ioannes fecit, qui tot, tantāq; ciuita-*

A *tes erudiuit? nam nihil miraculosè ipsum egisse testatur Euangelista, Ioan. 10. 41. dicens: Ioannes quidem nullum signum fecit. vnde autem Elias mirabilis factus? nonnē quia regem liberè alloquebatur? nonnē quia nihil possidebat, clariùs quam per signa quoque perfecit? Iob autem illum quibus signis Diabolus admiratus est? certè signo quidem nullo, vita autem mirabili disciplina, & robore animi excelsò atque inuictò: qua signa David adub adolescens effecit, vt Deus diceret inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum? Abraham porro Isaac & Iacob, quos mortuos suscitauerunt? quē leprosum mundauerunt? sic sapienter & copiosè loquens Chryf.*

Quibus ergo non omittam illud attexere, (vt cæteras Apostolis parabolæ partes applicem) Hoc nimirum Apostolicum fermentum mulierem, diuinam videlicet sapientiam accepisse & immiscuisse tribus farinæ satis. nam per Apostolos viles passim, in quibus tamen delitescere huius fermenti vis, breui temporis spatio Asiam, Europam, Africam tanquā tria fata occupauit; vel certè, vt sapienter dixit Hilarius vniuersos homines ex Sem, Cham, & Iaphet progenitos.

Ex his quæ de bono fermento diximus magnum & incredibile sanè Dei beneficium esse intelligimus, si viri probi ciuitatibus, populis, & regnis à Deo concedantur. sunt enim instar fermenti cæteros omnes ad vitæ honestatem attrahentes, & vel vitæ exemplo, vel orationis efficacitate, vel caritatis ardore, vel diuini verbi prædicatione cæteros fermentant; contra verò mali, tot mala rebus publicis inferunt, aded cunctos inficiunt, ita mores hominum corrumpunt, vt omninò passim eijciēdi, & extirpandi sint; Nam si farinæ subactæ paululū fermenti admisceas, tametsi parum id est, paulatim totam farinam & massam, penetrat, & inficit. quod Apostol. Galat. 5. testatur: *modicum fermentum totam massam corrumpit.* ita impius Ieroboam rex populum suum tanquam pessimum fermentum, sensim, paulatimque ad idololatriam attraxit. de quo Ose. cap. 7. 4. *omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente, quieuit paululū ciuitas à commissione fermenti; donec fermentaretur totum.* Sumit ab adulteris similitudinem, qui libidine ardēt quasi clibanus à coquente succensus, & ait: omnes de adulterio cogitabant. i. à me ad idola transferre se moliebantur; tantoq; idola colendi studio ardebant; vt instar clibani succensi à coquente essent. succēderat enim eos Ieroboam, vt Hieron. & Cyrill. exponunt. Quieuisse verò paululū ciuitas dicitur; nam Ieroboam cæperat populum fermentare, & corrumpere per intimos etiā suos; deindè quieuit paululū, ne cogere aut decipere velle videretur, aut nimum instare; verum illud fermentum paulatim totum corrumpit populum, & omnes tandem prōptissimis animis regi paruerunt. commissionem autem vocat fermentationem, id est, missionem fermenti cum farina.

Eadem est veteratoris, ac versipellis draconis ars & malitia. aggreditur namque sinceram animam fermento malitiæ suæ corrumpere, clām, sensimq; primum. hoc est, tētatione, quæ nō magni faciēda initio videtur; deindè quiescit paululū ne nimis vrgēdo, cogat animā

12.

13.
Bonorum
quanta vit-
litia in Rep.

14.

medicamentum, quasi graui morbo quærere, & se se peccati occasionib⁹ subtrahere. Verum quamdiu ita agit? donec fermentetur totum, id est, omnes animæ vires, & cogitationes corumpantur, donec lues illa neglecta, & illa fermenti particula se se diffundat, totamque occupans animam, & inficiens, cogat eam victas Dæmoni manus tradere, & se vitijs omnibus mancipare, vt sempiternam tandem mortem supremumque supplicium incurrat.

DIGRESSIO VII. MORALIS.

Eadem parabolæ Sinapis & fermenti ad gratiam accommodantur.

1.

ANTEQVAM gradum ad aliam parabolam faciamus non erit ab re parabolam *sinapis & fermenti*, iterum ad gratiam accommodare, quod hic præstabimus, vt intelligant Lectores, quantū gratiæ diuinæ tribuendū, quo ve loco habēda sit. Primo, sicut granū sinapis minimū quidem est omnibus seminibus, cum aut creuerit maius est omnibus oleribus: item vt fermentū modicum est, quod acceptū mulier miscet farinæ satis tribus, & totam fermentat massā, ita gratia modica videbitur, rem nō ita solidē æstimantibus: verū instar sinapis & fermenti magnā in se virtutem & efficacitatē continet; paruulum donum est gratia, hoc est, studio humilitatis perexiguū, sed multo præstantissimū; & cum crescit & se se in virtutes, ac bonas actiones aperit, & extendit, cum se cordi hominis, & tribus animæ potentijs Dei sapientia miscet illam, omnibus naturæ bonis apparet esse nobilius & vtilius.

Gratia diuinae præstantia.

2.

Rationali Pontif. significata.

Ob id eadem gratia ab alijs, quia paruula, & magna cōtinet, rectē Rationali Summi Pontificis significatur. nam teste Greg. in past. 2. p. c. 2. rationale munditiā cogitationum designat: igitur rectē per illud gratia ipsa indicatur, vnde omnis munditia, ac totius animæ nostræ puritas existit. Rationale licet paruū, cæteris tamen (vt Hierony. ait) sacratius vestimentū, duplex erat, & in mensuram palmi patebat, ex auro quoq; & quatuor coloribus, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta contexam erat, atque à super humerali dependens, pectus sacerdotis exornabat; habebat item, vt August. qq. in Exod. 9. & Hugo Victorin. annot. in Exod. volunt, in ipsa texura nomina doctrinæ & veritatis descripta & duodecim fulgentissimis gemmis, per quatuor ordines dispositis decorabatur, quibus duodecim Patriarcharum nomina includebantur.

3.

Quæ omnia præclaram quandam gratiæ imaginem repræsentant. nam quoniam iusti eo modo, quo Petrus loquitur epist. 1. cap. 2. 9. *genus sunt electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*, rectē gratia sacerdotale vestimentum appellari potest, quo qui iusti sunt inter Christianos, & amici Dei, mirificè ornantur. hi genus electum sunt, quia ad æternā hæreditatē vocati; reges, quia proprijs affectibus imperant; sacerdotes, quia totos se Deo in odorem suauitatis offerunt; sancti, quia mūdi,

A & per Spiritus S. gratiam immaculati. denique quia pretioso Christi sanguine redempti, populus sunt acquisitionis. paruū est vestimentum, seu potius exigua quædam vestimenti pars, ob eandem rationem, qua paruū sinapis grano comparari diximus, & modico fermento; duplex verò; vel quia gratia ipsa fit, vt rationem nostri examinis, & inuisibilis intus, vt Beda ait, arbiter probet, & nunquam humana foris existimatio merito condemnet; vel quia beneficio virtutum quæ ab ipsa dimanant, tum internas animæ vires eadē gratia moderatur, tum corporis sensus, actionesque disponit. quod autem mēsuram palmi haberet per quadrum, conatum indefatigabilem, ac perpetuū piæ intentionis ostendit. qui enim palmo aliquid metitur, summo vtique conamine dispersis digitis manum extendit. vnde meritò sicut per manum operatio, ita per palmum exprimitur ipsa inflexibilis contentio bonæ operationis: dum suam quisque dexteram, in vniuersa quæ valet insignia virtutum, dilatate fatagit; vt idem docet Beda. Ex auro & quatuor coloribus textitur, quia caritatis, quæ rectē auro ostenditur, & quatuor virtutum infusarum, quæ *morales* nominantur, Prudentiæ, Iustitiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ radix & principium est gratia. Pendet à superhumerali, vt bonorum operum labor designetur, quibus conseruatur, & citra quæ iacturæ periculo exponitur. pectus, quod sedes est cordis, operit, & exornat, quia gratia, tanquam vita quædam spiritualis, vitam ipsam naturalem, hoc est, animam nostrā informat, & perficit. Vrim & Iuhmim, id est, doctrina, & veritate depingitur, quia gratia diuini luminis claritatem, & omnium virtutum perfectionem secum affert.

B Cæterum etli parua est gratia, vt proinde nunc minimo sinapis grano, nunc paruū rationali, nunc modico fermento cōparetur, maximam tamen habet efficacitatem, & effectus quosdam parit, cum vel instar sinapis in arborem crescit, qui tanquam rami, longè se, lateq; diffundunt, sub quibus volucres cæli .i. anime sanctæ habitant: vel cum instar fermenti, quod acceptum diuina sapientia tribus animæ facultatibus fermentandis commiscet, multas humano cordi affert vtilitates. huiusmodi ergo effectus, qui de fonte gratiæ proficiuntur, siue illos ramos arboris, quæ de sinapi excreuit; siue vtilitates nomines quas cordi humano fermentum hoc affert, aptè, idoneeque per duodecim illas gemmas, quæ in rationali visebatur, optimè explicantur; ex quarum enumeratione, gratiæ præstantia, & efficacia, non obscuris signis constabit.

C Est igitur primus effectus instar gemmæ, contritio vera, & efficax detestatio delictorū, quæ quis commisit, cum videlicet cor nostrū tanquam terra copioso lacrymarum imbre irrigatur. quo etiam, vt Chrysost. ait homil. 5. de poenitentia, rogo extinguitur peccatorum; hic porrò imber primus esse videtur gratiæ effectus; prima vtilitas, ac primus velut ramus grani sinapis. Alter effectus est stabilis ac firma voluntas, vt nullo euentu, nullo discrimine, nullo cōmodo, nulla quavis re mundi, cōmit-

4.

5.
Effectus gratiæ duodecim.

tere

te e quis velit graue aliquod peccatū. hoc. n. proprium gratiæ est 1. Io. 3. 6. efficere, vt omnis qui in Christo manet, non peccet.

6. Tertius effectus est, vt multo quis tempore crimen non commiserit, neque graue aliquod peccatum perpetrarit. Hoc enim non nisi gratiæ tribuendum est, alioquin si quis sine gratia sit, animaduertere debet, quod Greg. ait; peccatū quod citò pœnitentia non tergitur, iusto Dei iudicio ad aliud trahere. Hinc est q̄ iubēti Domino tollere lapidem, quo corpus Lazari defuncti tegebatur, respondit Martha: *Domine iam scies, quatruiduanus est. n. Io. 11. 39.* Quo responso lignificatur non posse animā Deo mortuam, per absentiam gratiæ, quam Lazari cadaver vita priuatum, insinuabat, iustorum pulchritudinem, & virorem habere, & tetrum, grauēque odorem noui criminis non exhalare. quo scetore priuantur, qui accepta gratia, audierunt à Christo: *Lazare veni foras: ijenim, vt habes Osee c. 14. germinabunt sicut lilium. lilij & odor & color gratissimus est, & pulcherrimus, vt verè dictum sit Cantic. 2. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. & Matt. 6. 28. 29. considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Amen dico vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnum ex istis.* eiulmodi aliquid est anima, quæ à peccatorum sordibus expiata, gratia Dei germinat, & floret, & suauissimè flagrat, cuius iucundissimos flosculos odoratur Dominus. Huius porrò anime pulchritudini nulla ex his rebus, quæ apud nos sunt, comparari potest, qua omnis gloria, & ornatus, omnes diuitiæ Salomonis minores sunt. hæc anima Christum imitatur, qui Cant. 5. de se testatur: *Ego flos campi, & lilium conualliu.* Quartus ramus arboris gratiæ vel effectus instar pretiosissimæ gemmæ, custodia est diuinæ legis. Lex enim Dei in corde iusti est, in quo est gratiæ radix, & in lege Domini voluntas eius. *si quis enim diligit me, inquit Dominus. sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum. Io. 14. 23.* vt enim ignem ex fumo, hominem ex loquela, solem ex splendore deprehendimus, vt ex visu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus, sic ex legis obseruatione nõ euidēter quidem, at verosimiliter gratiam nobis in esse cognoscimus; neque enim repugnat speciali aliquo Dei auxilio impleri mandata.

7. Quintus effectus vel utilitas gratiæ, radius quidam est cœlestis iustorum mentibus immisus, quo terrena omnia vana esse cognoscunt, & cœlestia contemplantur, & facili negotio, quid in singulis rebus sit faciendum, quidue mittendum, vident. est namque, vt Iustinianus ferm. de Epiphania ait, gratia gratum faciens, quædam matutina stella præfulgida, quæ electorum quemque præcedens, corde ducit ad Christum. Est sextus effectus caritas, qua Deum amamus, eique per omnia placere cupimus, & proximos diligimus, quamuis nobis aduersarios & infestos esse experiamur. Septimus effectus, & utilitas gratiæ est gaudium quoddam, & iugis quædam lætitia, non inanis illa quæ de fluxis rebus concipitur, sed solida, ac de cœlestibus rebus, quam qui habet, gratiæ acceptam referre debet. tumque illi dici potest illud Isa. 58. 14. *deleaberis super Domino, & substollam te se-*

A per altitudines terra, & cibabo te hereditate Iacob patris tui.

8. Octaua gemma vel effectus est pax illa quæ exsuperat omnem sensum. hæc conscientie angores sedat, inordinatos animi motus cōprimit, carnis petulantiam subiugat, debilitat dæmonis vires, effringit impetus inimicorū, denique admirandā quandā & propè diuinā animi tranquillitatē secū aduehit. Quibus fit, vt anima ab externis his impedimentis soluta, & vincendis tentationibus ac mitigandis conscientie stimulis non multum intenta, cū iam ferè omnes sopiti sint, maiores in dies in virtutibus progressus faciat. Nonus effectus est rerum mundanarum despicientia, honorum, diuitiarum, ac voluptatum contemptus, cœlestium verò ardens desiderium. Decimus mortē non modo non timere, sed & optare etiam, & venientem obuijs vlnis excipere; nam qui Dei gratia ornatus est, & hoc habet diuinum fermentum, ac granum sinapis, non potest non amicus Dei esse, atque ad eō non dicere, cupio dissolui & esse cum Christo.

B Est & vndecimus, conscientie propriæ testimonium, non increpantis nos, quasi graue aliquod peccatum commiserimus, sed quæ bona potius appobet, & ad meliora semper instiget. Quo testimonio gloriatur Paulus dum ait 2. Cor. 1. 12. *gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. & 1. Io. 3. 21. carissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; Et quidquid petierimus, accipiemus ab eo; quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus.*

C Postremus effectus gratiæ est, testimonium Spiritus sancti, qui interdum tacitè iustorum mentibus inspirat verba quædā testantia, ipsos iam fuisse Dei gratiam, & amicitiam consecutos. Qua de re Paulus Ro. 8. 16. *ipse, inquit, Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus Filij Dei.* Porrò quia hoc sancti Spiritus testimonium quorundā interdum cordibus iustorum datum, non constat fide certa, sed probabili tantum coniectura, ideò & ipsos iustos eadem coniectura gratiæ participes ac Dei filios esse constabit. Hi ergò sunt duodecim effectus gratiæ, & duodecim huius diuini fermenti utilitates, quibus humanum cor tribus potentijs præditum, fermentatur, vt panis mundus efficiatur Christo; vel etiam sunt duodecim rami, in quos sese extendit arbor illa, quæ de minimo sinapis grano in magham altitudinem excreuit, vel denique sunt duodecim lucidissimæ gemmæ exigui illius & spiritualis rationalis, quod iusti quasi regis & sacerdotis, pectus exornat.

D Possunt item esse duodecim quædam iudicia, quibus inesse nobis Dei gratiam probabili quadam ratione cōiungere possumus. Vnum superest declarandum, cur duodecim istis gemmis rationalis, duodecim item insculpta essent patrum nomina, singula in singulis. huius rei hanc interpretes rationē assignant; vt sanctorū vitam sacerdos & iustus inspiciens, qui quibus maximè virtutum operibus floruerunt, sedula inquisitione scrutetur, & hæc cuncta in abditis sui pectoris meditando colligere, atque operando proferre satagat.

8.

9.

10.


11.

Cur gemmis
rationalis
insculpta
nomina Pa-
trum.

CAPVT XV.

**EXPLICATIO
PARABOLAE ZIZANIO-
RVM, THESAVRVS ABSCON-
ditus, negotiator, & sagina mis-
sa in mare.**

A. 13. 36.

1.  VNC, dimissis turbis, venit in domum; & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: ediffere nobis parabolam Zizaniorum agri.
2. Qui respondens ait illis: qui seminat bonum semen est Filius hominis.
3. Ager autem est mundus. bonum verò semen, hi sunt filij regni. Zizania autem filij sunt nequam.
4. Inimicus autē, qui seminavit ea, est diabolus. messis verò consummatio seculi. messores autem angeli sunt.
5. Sicut ergo colligitur Zizania, & igni comburitur: sic erit in consummatione seculi.
6. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem.
7. Et mittent eos in caminū ignis. ibi erit fletus, & stridor dentium.
8. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorū. qui habet aures audiēdi audiat.
9. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quē qui inuenit homo abscondit, & pro gaudio illius vadit, & vendit uniuersa qua habet, & emit agrum illum.
10. Iterum simile est regnū cælorū homini negotiatori quærētī bonas margaritas.
11. Inuēta autē una pretiosa margarita, abiit & vendidit omnia qua habuit, & emit eam.
12. Iterum simile est regnum cælorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti.
13. Quam cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.
14. Sic erit in consummatione seculi. exhibēt angeli, & separabunt malos de medio iustorum.
15. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium.
16. Intellexistis hæc omnia: dicūt ei: etiam.
17. Ait illis: ideo omnis Scriba doctus in regno cælorū, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.
18. Et factū est cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde.

SCHOLIA.

3. **FILII regni]** id est, homines ad cæleste regnum preparati, seu idonei, est Hebraismus, sicut & filij nequam, id est, Diaboli, est enim nequam genitui casus τὸ πονηρῶν. hoc est, homines illius imitatores, & sectatores. aliter filij Regni sumuntur Matth. 8. 12. filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. hi dicuntur filij Regni secundum hominum opinionem, at hoc loco vocat filios Regni secundum Dei prædeterminationem.

6. **Omnia scandala]** id est, id per quos scandala venerunt quos declarās subdit: & eos &c. ubi & ponitur pro, id est, rectè autem dicuntur scandala, qui alijs cadendi occasionem dederunt malis moribus, & doctrina, quibus veritati, vel pietati impedimentum præbent. vel dicuntur scandala, quia ex eorum cum bonis intermixtione, ac prosperitate multi scandalizantur humani aliquid patientes, vt serui de quibus in parabola, offendeantur quod viderent zizania permixta bono semini.

7. **In caminum]** id est, in fornacem, in gehennam ignis.

8. **Tunc]** Maldon. cum scandala sublata erunt, cum zizania separata, quæ impediunt quo minus triticum appareat, cum paleæ euentilatae fuerint, quæ triticum tegebant, quo minus effulgeret Matth. 3. 12. Luc. 3. 17. Iansen. tunc, inquit, fulgebunt, quia tunc liberati erunt à malorum permixtione, à miseris huius vitæ, ab omni errore, & peccato, per quæ omnia eorum fulgor, & gloria hic obscuratur. Videtur sanè alludere cum ait, fulgebunt sicut Sol, aliquo modo ad illud Dan. 12. 3. qui autem docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates. de differentia tamen inter fulgentes iustos loquitur Apostolus 1. Cor. 15. 41. 42. alia claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum; stella enim ab stella differt in claritate; sic erit resurrectio mortuorum.

In regno patris eorum] versic. 6. regnum sibi tribuit. Hic verò regnum patri tribuit; quare significat æqualem suam cum Patre potestatem, cum quo habet regni consortium. Rectè verò regnum sibi tribuit, quod in terris est vsque ad finem iudicij; Patri verò quod tandem erit post diem iudicij. Regnum namque Ecclesiæ speciatim à Patre accepit Filius, quandiu in eo humanitatis suæ meritis agit interpellando pro nobis, spiritum suum impertiendo, mortem superando. cum autem inimica mors destructa erit, & cuncta ei subiecta, tunc ait Paulus primæ Corinth. decimoquinto, vigesimo octauo: & ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia, diciturque deinceps Dei & Patris regnum. Hinc Gagnæ. Benè, inquit, regnum Dei, quod futurū est post consummationem seculi, regnum Patri appellat: quia quod ipse interim dum hic viuimus, administrat, Patri in finem traditurus est; dicente Paulo de Christo, 1. Cor. 15. 24. deinde finis: cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

Qui habet aures] significat id quod dixerat, auditorum maxime interesse.

Verissimum est (antequam ad aliam parabolam progrediamur) id quod in hac potissimum significatur, bonis malos esse permixtos, sicut de Iobo Origines homilia 1. & D. Gregorius lib. 20. c. 1. declarāt eius sanctitatem mundo extitisse velut fulgentissimum lumen in medio tenebrarum, quippe iusti in medio nationis prauæ, atque peruersæ, vt ait Apostolus Philippent. 2. 15. lucent sicut luminaria

1.

2. Christi o-
qualis cum
Patre pote-
stas.3. Boni medi
permixti

in mundo. Sed sunt nunc lumina circumdata tenebris; eorum reperfæ luminibus; impijs intermixti sancti; pijs circumfusi peccatores; confusa omnia, & perturbata, & ut dixit Augustinus i. de ciuita. c. 35. perplexæ nunc sunt duæ illæ ciuitates, inuicèque permixtæ, donec ultimo iudicio dirimantur; nunc triticum & zizania in eodem agro crescunt vsque ad messem; in eadem area grana frumenti, nondum à paleis expurgata sunt vsque ad ventilabrum, Matth. tertio, duodecimo, Lucæ tertio, decimo septimo. In eadem sagena mali, bonique pariter pisces conclusi vsque ad electionem honorum in vasa sua, Matth. decimo tertio, quadragésimo. In eadem Aegypto commorantes aduenæ Israelitæ, cum indigenis, vsque ad exitum de populo barbaro: Babylone inter Chaldæos detenti Hierosolymitani, vsque ad conuersionem captiuitatis; in idem pascuis hœdi, agni que pariter versantes vsque ad reparationem, Matthæi vigesimo quinto, trigésimo secundo. In eadem domo magni patrisfamilias vasa in honorem, & vasa in contumeliam, aurea, & argentea, lignea atque fictilia Romanorum nono, vigesimo primo, vsque ad virgam ferream, que vasa figuli confringat, psalmo secundo, nono. Sic Pineda capite primo in Iob. versiculo primo, numero sexagesimo quarto.

9. *Simple est regnum celorum*] Parabolæ huius capitis videntur domi à Christo dictæ ceram presentibus dumtaxat Apostolis, vel discipulis, quod intelligi ex ver. 16. potest: his enim absolutis interrogauit discipulos: *intelligistis hæc omnia? dicunt ei: etiam.* quasi cum illis tantum loquutus fuisset. Et verò ad discipulos magis hæc spectant, quæ ad vniuersos. Sic Orig. Matr. 13. Chrysoft. hom. 48. Euth. 1. anfr. Barra. repugnante Maldon.

4. Ut autem Christi mentem hæreas, obserua per parabolas seminantis, grani sinapis, boni, & mali seminis, itemque crescentis, & fermenti duas ferè euangelij proprietates expositas esse, nimirum quomodo diuersum habeat in diuersis hominibus effectum: deinde quomodo ex paruo initio magnam sumat incrementum: qua vna re quanta sit eius vis, & efficacia aperitur. Iam verò pretium exponit, & doceat quanti illud homines facere debeant, & quanta querere diligentia, & moribus exprimere.

5. *Regnum celorum*] regnum celorum est fides, vel Euangelium, sic Ambrosius serm. 2. in Psal. 118. Euthym. & Theophyl. non est autem sensus huius loci: simile quid in regno Dei accidere, quale est cum quispiam inuenit thesauro abscondito in agro alieno, ut illo potiatur vadit & vendit, &c. sed potius sententia hæc est: Euangelij doctrina similis est thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit, ne perdat, & ut illo potiatur primum diligenter eum abscondit, ne præripiatur, deinde omnibus distractis emit, &c. sic in Dei Ecclesia veluti thesaurus quidam est in agro absconditus, cælestis sapientia hominibus incognita, nec cuius facillè obuia licet æstimari non possit. Hanc qui inuenit abscondit (est autem præteritum inquit Emmanuel, sicut & abscondit) inuenire autem est eam agnoscere, abscondit autem, non nec alius inueniat, quod in thesauro terræ rectè quadrat, quæ si alius inuenit ipse perdet. ergò abscondere dicitur ne ipse perdat, ac proinde idem est ac fouere, seruare ne effluat, denique diligentiam omnem adhibere ad illam obtinendam.

Hæ enim actiones diligentiam significant in conseruando inuenito thesauro. quod si velimus exponere, ne ab alio præripiatur, id est, à Dæmonibus, etiam possumus sic exponere. Et tunc eodem quoque reuoluemur. Nam & sic significabitur sollicitudo curantis, ne per negligentiam, iactan-

A tiam, ac ostentatione à Diabolo thesaurus dissipetur. Quare Gregorius abscondendum esse ait, ab humanis laudibus, & malignis spiritibus.

Thesauro] ex Paulo iuris consulto, lege nunquam de acquirendo rerum Dominio, *thesaurus est quedam vetus depositio pecunie, cuius non extat memoria, ut iam Dominum non habeat: sic enim fit eius, qui inuenit, quod non alterius fit. Alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodia condiderit sub terram* (intellige, & adhuc Dominum habet) *non est thesaurus.* Hactenus iuris consultus. Et lege vnica c. de thesauris l. 10. docetur, nomine thesauri intelligi non solum pecuniam, sed etiam quæcumque alia mobilia. sic enim in ea lege scriptum legimus: *Thesaurum, id est, condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia, ex quibus constat ad rationem thesauri duo necessaria esse, vnus ut fuerit quodam repositus, alterum verò, ut tantum intercesserit temporis, quod domino careat.*

Homo] quisquis inuenit hominem, pro quolibet homine, & pro nota vniuersali Hebræi sapè ponunt.

Vadit & vendit] videtur Dominus significare voluisse, decere, ut propter Euangelicum thesaurum assequendum, quis omnes facultates suas vendat, & distrahat, idque cum gaudio cantans illud: *bonum mihi lex oris tui super millia auri, & argenti.* Ita hæc, ut & sequens parabola rectè in discipulos Christi conueniet. Possumus (quamuis non sit necesse omnia in parabolis curiosius explicare) intelligere per hæc proprias voluntates, & paruos appetitus abijciendos, falsisque dogmatibus, ac voluptatibus renuntiandum esse ei, qui volet Christum eiusque doctrinam lucrifacere: ac paratum quoque esse debere, facultates omnes abijcere, & à se alienare, cum occasio incidit, vel euentus, ut non possit simul eas cum Christo possidere. Vel significat tanti æstimandum Euangelium, ut qui inuenit, nihil non, ut illud obtineat, facere debeat; quamuis omnia vendenda, refecanda omnia, perdenda etiam vita sit.

Verum oportune, & obiter roget quis: an qui emit agrum sciens in eo latere thesaurum, integrum illum sibi comparet. Diuus Thomas secunda, secundæ, quæstione sexagesima sexta, artic. quinto ad secundum, partem innuere videtur affirmantem, eademque est nobis amplectenda cum Soto 5. de iusti. quæst. tertia art. 3. ad secundum. Nauar. c. 17. n. 172. & alijs, aduersus Angelum. probari autè potest primum, quoniam eam innuit hic Christus, deinde quoniam Dominus agri, non est dominus thesauri, qui in eo latet: quandoquidem neque est pars agri, neque fructus illius: immò constat thesaurum, antequam inueniatur, vacare Domino eaque ratione stando in solo naturali, ac gentium iure est primo occupantis, non secus ac feræ propter eandem rationem, sunt primo occupantis. Ius verò Romanorum fuit, quod ex quadam æquitate, atque ad pacem conseruandam statuit, ut vel totus, vel dimidium illius esset domini agri. Cum ergò qui scit eum in illo agro latere, non teneatur illum detegere domino agri, sed possit uti ea scientia in suum proprium vsu & commodum posthabita vtilitate aliena, sequitur profectò, ut nihil ea scientia impediende possit licitè agrum illum emere eo pretio, quo iuste emeretur, si in eo non lateret thesaurus, ut comparato dominio agri, suum efficiat thesaurum illum integrum. hinc patet quam falsa sit quorundam sententia, quas Syll. versiculo inuentum refert, qui asseruerunt, eum qui ignoranter emit agrum aliquid, in quo thesaurus latebat, & postea illum inuenit, suum eum non efficere. Hæc est

6. *Thesaurus quid sit.*

7.

8. *An emens agrum emat etiam thesaurum in eo latentem.*

Fide Greg. bo. 11 in eu Bern. ser. 26. in paruis ser. Aug. 1. 99. en. 13.

Dua Euan- gelij propri- tates.

doctrina,

9.

doctrina, ac opinio Molin. tom. 1. quaest. de iust. quaest. 56.

10. Iterum simile est] Hæc parabola de pretiosa margarita omnium bonorum dispendio comparata ad idem significandum assumitur, ad quod præcedens. Hoc interest, quod in illa proponitur thesaurus casu inuentus, in hac margarita studio inuenta. Quare, vt illa Christus significauit coelestem sapientiam non inueniri, nisi ab eo, cui veluti casu oblata fuerit, hoc est, diuinitus monstrata: ita hac significatum est attentos, & sollicitos esse nos debere ad eandem inueniendam sapientiam. Rectè autem thesauro pretiosi lapides conuerti sunt, ad ostendendum precium, valoremque euangelicæ sapientiæ. Nam pecuniarum thesaurus & lapides pretiosi maximo habentur apud homines in honore, & pretio. Quare & in scripturis non raro coniunguntur, vt Psalm. decimo octauo, vndecimo: desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum. & Psalmo centesimo decimo octauo, centesimo vigesimo septimo: dilexi mada tua, super aurum & topazion; sic Prouerbior. 8. & alibi.

10. Euangelium margaritæ simile.

Aptè sanè margaritis euangelium simile dicitur; nam vt Plinius scribit l. 9. naturalis historiz; origo atque genitura concha, est haud multum ostrearum conchas differens. Has vbi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese oscitatione impleri rescido conceptu tradunt, grauidas postea eniti: partuque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti. Hoc quis non videt rectè in coeleste quadrare sapientiam? nisi enim delapsa cælo fuerit, nulli contingit. Donum Dei est descendens à patre luminum: quod nemo accipiat nisi sese veluti pandat, ac diuinæ gratiæ cedens, capacem se, diuino Dei præuentus, & adiutus auxilio, effecerit: ac pro qualitate adhibiti conatus cum Dei gratia vberius, & maiori cum fructu, & emolumento coelestem in se rorem admittet, & conseruabit.

Obseruandum verò est, quod quemadmodum euangelium thesauro inuento, & non inuentori dicebamus esse simile: ita hic intelligere oportet margaritæ conferri: At non ita dictum est, sed simile esse homini negotiatori. Obscurior ergò hic loquendi modus exponendus est, eodem modo quo in primis parabolis eum declarauimus, vt sit sensus; idem accidere in inueniendo, acquirendoque regno cælorum, atque si quis mercator (cui quidem nos similes esse oportet) bonas quærens margaritas vna pretiosa inuenta habeat vendatque, vt illam emat, vniuersa. Ita cum regnum cælorum inuenerimus nullis laboribus parcere, nullis debemus sumptibus abstinere, vt tandem illo potiamur.

11. Que margarita bona.

Bonæ] margaritæ, pulchras, in his enim quæ pulcræ, bonæ sunt. Ex Plinio præstantiores sunt in margaritis quæ sequentes habent proprietates; nam vt ille ait: dus omnis in candore, magnitudine, orbe, lauore, pondere, haud promptis rebus, intantum, vt nulli duore periantur indiscreti: vnde nomen vnionum Romana scilicet imposuerit delicia. Et postea: hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, femininarum gloria est. sic ille, in cælestem sapientiam, & euangelium aptè, sciteque transferuntur. Est enim euangelium candidum puritate, ac veritate doctrinæ; maximum mysteriorum amplitudine, & vbertate; quasi rotundum in orbis modum ob eximiam perfectionem, quam in se claudit; fulget lauore, quia incredibili lenitate, ac cælesti suauitate animum hominis replet. Nec leuè est, & fugax, seu fallax & inane, sed infallibili veritate pollicitationum, & vbertate, ac magnitudine præmiorum immensum continet gloriæ & æternitatis pondus. Quod verò margaritæ vniones dicantur

A

rectè etiam cadit. Nam euangelica sapientia, & veteris testamenti vaticinijs consonat, & sibi ipsi mirificè constat, & possidentibus vnitatem, vnionemque largitur, semper eadem, & à se ipsa nunquam recedens. Hanc digitis suspendere, hoc est, opere exercere, ac declarare; auribus item appendere, hoc est, eam audire, eiq; morem gerere summa Christiahorum gloria est. Et hæc de margarito attigisse satis. vide de hac parabola Bernar. fol. 113. in additis; Augustin. qq. ex Matt. t. 13. Cyprian. serm. 1. de Eleemosyna.

B

11. Vna] Chrysoſt. vna est veritas. Margarita] Hierony. scientia Saluatoris, pro qua Paulus omnia contemnit, cuiusq; comparatione omnis alia gemma vilior est. Chrysoſt. qui margaritam habet scit se diuites, alij nesciunt. sic infideles euangelij thesaurum nescientes, diuitias nostras ignorant.

C

Vendit] omnibus suis renuntiat, & sibi ipsi. Augustinus de quaest. Euangelicis non habemus maius pretium, quam nos ipsos, non quia tantum valet, sed plus dare non possumus.

D

Emit] Interl. alias comparauit. Pere. cap. 3. in Apocal. dist. 25. nu. 101. & c. obseruat nonnunquam S. Scripturam vendendi verbu vsurpare, in ijs rebus, in quibus nullu repperitur condignum pretiu, respodens venditioni vt apud Isai. 52. 3. gratis venundati estis. Quomodo gratis si venundati? sed venundati dictum non est proprie, sed pro eo quod est, simpliciter traditi. sic Psalm. 43. 13. vendidisti populum tuum sine pretio, & lib. Iudic. cap. 2. iuxta Ioan. ver. 14. vendidit eos in manu inimicorum suorum. In quæ verba August. qq. in lib. Iudi. q. 17. scribit: queri solet cur dixerit: vendidit eos in manu inimicorum suorum tanquam intelligatur pretium aliquod ab inimicu datum esse Deo, vt traderet illis populum Hebræum. similiter Psalm. 43. 13. legitur: vendidisti populum tuum sine pretio. quare ergo vendisti, & non potius donati si gratis? an forte Scripturarum loquutio est, vt venditus etiam qui donatur dici possit? hic autem sensus optimus est in eo quod dictum est, gratis venundati estis: & in illo etiã: vendidisti populum tuum sine pretio, quia illi quibus populum hebr. Deus tradiderat, impij erant, nec Deum pie colendo, Hebraos sibi tradi à Deo meruerant, vt ipsorum cultus Dei tanquam pretium illius venditionis, & traditionis esse videretur. Quod verò additum est, & sine argento redimemini, & non dixit, sine pretio, non vacat mysterio: significatur enim pretium redemptionis humani generis, de quo B. Pe. dixit: non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, sed pretio sanguinis agni immaculati. sic August.

E

Idem de verbo emendi dicere possumus nõ proprie interdum vsurpari, vt Isai. 55. 1. venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione, hoc est, accipite. Gratia enim euangelica datur homini sine pretio proprio, quamuis pretio, & merito sanguinis Christi. idem Perer. loc. cit. num. 103. obseruat: emendi verbum etiam cum non proprie sumitur habere latentem significationem alicuius pretij, vel alicuius rei quæ similitudinem habeat pretij, per quam rem comparatur quod emi dicitur. sic Prouer. 3. 23. veritatem eme, & noli vendere sapientiam. vbi Septuaginta vertunt: veritatem posside, siue acquirere, & sapientiam ne repudies, siue abijcias. sed plus energie habet verbum emendi. significare enim voluit Salomon nihil esse nobis debere sapientia optabilis, & pretiosius, omniaq; esse nobis facienda, & persequenda, etiam cum iactura bonorũ temporalium, modo sapientiam comparare possumus. In hoc loco item non proprie sumuntur verba emendi, & emendi, iubetur siquidem studiosas, & percipiendi sapientia euangelicæ illam cælestem, similis vt sit negotiatori, qui

12.

13.

Vendit quid.

14.

Emendi verbum quando improprie.

pretiosa margarita, vendidit omnia bona sua, & cōparauit eam: vendere est, se, & omnia sua tradere & relinquere, emere est eam accipere se, & rebus omnibus temporalibus contemptis, vt tanto vberius, & accuratius obtineatur, & conferuetur. Quare verosimilius apparet esse illud, quod superius cōsumimus, has parabolas Apostolis seorsim esse traditas, & differas. videtur enim his Euangelicæ paupertatis status describi Apostolorum proprius, & eorum, qui eorum vitam, & institutum imitari cupiunt.

15.

12. *Iterum simile est regnum cœlorum (sagena)* hęc est tertia parabola huius capit. s, similis parabolæ zizaniorum. licet hoc intersit: quod per zizania tritico permixta significatur mali homines, toto orbe malis intermixti, quamuis numquam fidem, numquam Euangelium susceperint. Iam verò de eis tantum malis sermo est, qui intra Ecclesiam sunt, vel fuerunt aliquando, quos sagena (Euangelicam dico prædicationem) simul cum bonis collegit. Quamuis sint qui per sagenam, Ecclesiam intelligant.

Rectè sanè hęc parabola duabus superioribus subnectitur. Nam ne putaretur Euangelij prædicatione, ac cœlestis sapientia (quippe quæ thesauro, & margaritis inuenis similis esse dicta est) omnibus, qui eam inuenerint talis esse futura, aut omnes suos inuenciores diuites, saluosque factura. Monet nunc eam ceu sagenam quosdam etiam malos collecturam, conclusuramve, quibus nihil proderit bonis coniunctos fuisse. Oprimè verò seorsum discipulis tradita est, quibus olim dictum fuit: *faciant vos fieri piscatores hominum*, scilicet, per sagenam Euangelicam, id est, prædicationem, quoniam enim ipsi experturi erant malos quosdam colligendos cum bonis Euangelij prædicatione, voluit hoc eos præmonere Christus, ne propterea desponderent animum.

16. *Discrimen inter sagena & Euangelij prædicationem.*

Obseruandum porrò hic non in omnibus procedere hanc similitudinem inter sagenam, & Euangelij prædicationem. Nam sagena pisces capit inuoluntarios, non item Euangelij prædicatione. Intentione hic Christi est spectanda in primis, quæ est, declarare bonos simul cum malis Euangelij sagenam concludi, licet extremo die separandos: atq; adeò in Ecclesia militanti, quandiu mortali conditione viuunt, futuros esse bonos & malos; donec in iudicio cum separabuntur ab improbis aucti, tota munda, ac sine macula remanens sit Ecclesia. Hinc tamen non etiam benè tu colliges, si sic dicas; pisces siue boni, siue mali sint, tales fuisse antequam sagena congregarentur. ergò eodem modo non fide, aut Euangelij prædicatione bonos, iustosque euadere homines, sed tales antea fuisse, quam cōprehenderentur. Similiter & malos, qui nunc sunt in Ecclesia, fuisse prius malos. Respondeo per malos hic non esse intelligendos eos tantum, qui fictè aut coactè ingrediuntur Ecclesiam, vel fidem suscipiunt: verum etiam qui bono animo, & spontè suscipientes, à cœpta virtutis semita diuertunt ad vitia, & ad paruos conuertuntur mores, ita vt aliquando etiam benè vixerint sub Euangelio. per bonos verò eos, qui benè sanctèque viuunt, licet mali fuerint ante susceptam fidem, possintq; post mali fieri propria voluntate. nō ergò similitudo cum piscatione in omnibus posita est, sed tantum in eo quod vt in sagena continentur & boni, & mali pisces inepti ad comedendum; sic intra Ecclesiæ, & Euangelij sagenam & boni, & mali continentur, ad finem separandi. Quod si per malos eos, qui non sunt electi, per bonos verò, electos intelligas; sic mali semper dici possunt mali: & boni semper boni, quamuis non quantum ad præsentem iustitiam.

17.

Ex hoc loco duo argumenta habere possumus

A contra hæreticos: nam si regnum cœlorum hic Euangelium, vel Ecclesiam significat: habemus non omnes qui Euangelium, id est, fidem receperunt, salutem adepturos, sed eos duntaxat, qui boni fuerint pisces, id est, bona opera fidei adiunxerint. Ad hoc, si regnum cœlorum est Ecclesia; in qua est fides vera, non erunt tantum boni in Ecclesia, quod D. Aug. Donatistis etiã obijcit. Dicitur. n. Ecclesia, vel q̄ eodè redit, Euangelium, sagena missa in mare, quæ ex omni genere piscium congregat.

13. *Educentes*] sc. piscatores. Et *secus litus sedentes*] non est quod hęc nimium emungas, cum ad parabolæ verisimilitudinem & ornatum apponatur: licet per litus, locus iudicij intelligi possit: Nam G. legimus *educentes secus litus & sedentes*.

In *vasa*] per hęc rectè æterna tabernacula intelligi possunt. sunt autem *vasa* hic repositoria piscium.

17. *Ideo*] quasi dicat, quandoquidem intelligitis, scitote quod omnis legis doctor peritus ad regnum cœlorum (sic enim G. legitur) prædicandum similis est homini patrifam. *qui profert de thesauro suo*] id est, de diuite penu, vel penario *noua, & vetera*] pro abundanter & varia, quo satisfaciatur cuiusque gustui: sic Cant. 7. *Poma noua, & vetera seruauit tibi*, id est, abundanter, & copiosè, & omne genus poma ad satisfaciendum cuiusque appetitui. Irenæi sententia l. 4. 21. Scribas vocat suos discipulos noua, & vetera, id est, duo testamenta: Item & August. qq. Euangelicis, ex Matt. c. 16. indicat ergò oportere concionatorem esse debere benè instructum omni scientiæ diuinæ, & exemplorū ac similitudinum genere, apud Mart. Delrio Cant. c. 7. fess. 8 sic habes; noua quidem, id est, illa Euangelica mandata perfecta & absoluta, quibus nihil in terris potest esse diuinius, nihil illustrius, nihil denique vtilius; vetera verò quæcumque in lege Mosai- ca & Prophetis continentur ad salutem æternam conductura. hęc sunt quæ sponsa fidelissimo spōso patri & fratri suo, accuratissimè seruasse, & seruaturam esse promittit & spondet. Aduertamè non dictū esse, qui potest proferre, sed qui profert: neq; .n. satis est habere pectus omni rerū eruditione, & scientia refertū, ita vt possit proferre; vt proferat necessariū & Euangelico doctori legis perito.

18.

Noua & vetera qua.

C Continetur autem in his verbis similitudo hęc: quod sicut paterfamilias diues simul & liberalis ex abundantia diuitiarum suarum profert, cum opus est, noua simul in vetera, hoc est, omne ciborū genus, vel rerum vitæ necessariarū res varias, omnigenamque substantiam; ita peritus, & bonus Euangelij Doctor è corde spiritualium opum diuite, debet suo tempore proferre sermonem varium, fœcundum, ad diuersa hominum ingenia accommodatum; varijs exemplis, similitudinibus, parabolis ornatum, & refertum. Videretur verò adhortari suos voluisse Dominus, vt se imitarentur, vt quemadmodum ipse instar patrisfamilias vario modo doceret, ita & ipsi. Dices; non ergò tam proprie, & ad mentem Christi accommodatè faciunt, qui per *noua & vetera*, vetus, & nouum testamentum intelligunt. nam Christus condebat nouum Testamentum, non quid ex illo proferebat, cum nondum extaret. Respondetur, aptè id quod Christus generatim de omni vtilis scientiæ genere dixit, & copia, plerique sanctorum ad nouum & vetus Testamentum speciatim accommodarunt. nec mihi tamen placeret, si quis patrisfamilias nomine, Christum ipsum intelligeret. licet enim verè diceret, non tamen iuxta germanum huius loci sensum, & proprium loqueretur: quasi velit Christus dicere, discipulos debere esse sibi ipsi similes, qui cum paterfamilias sit, proferat noua & vetera, quemcunque potiùs Concionatorem Verbi Dei,

19. *Similitudo inter patrem fam. & Euangelicum doctorem.*

exemplo

exemplo patrisfamilias in rebus domesticis, & familijs, docet debere, & noua, & vetera proferre modo exposito. Et quidem vox *patrisfamilias* vniuersalior alioqui videtur esse, quam vt de Christo intelligatur.

DIGRESSIO I. MORALIS

In versum 9. *Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. quem qui inuenit. &c. Quod Christus, & eius imitatio, thesaurus sit absconditus. & cetera.*

I.
Quis verus
thesaurus?

MAGNO studio quærent mundani homines thesauros; sed quinam sint veri thesauri, planè ignorant. Putant enim diuitias si inuenerint, & accumulauerint plurimas, argentum, item aurum, lapides pretiosos, veros thesauros, iam se assequutos esse. Sed longè falluntur miseri. Audi quid de his Baruch Propheta scribat cap. 3. 16. 17. 18. 19. *Vbi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? in auiibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt.* quasi dicat; quid prodest principibus, quod non solum hominibus, sed etiam bestijs dominantur? quod auiibus cæli ludant, &c. si sapientia careant, nec eam consequi possint, cum ibi eam quærant vbi non est? Est enim in Deo quasi in eius fonte quærenda, & ab eo postulanda. Idè exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Est autem ludere quasi ludendo aliquid facere, id est, sine difficultate, Prouerb. 8. 30. 31. *Cum eo eram cuncta componens. &c. ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Ergo ludere in auiibus cæli est adeò potentem esse, vt videatur quis non modo in bestias, sed, quod difficilius, in aues cæli pro suo arbitratu dominari. Argentum verò fabricare, est, non modo argentum conflare, sed etiam quibusuis modis, & partibus corradere, & varias rationes excogitare inueniendæ pecuniæ, ita vt eam excudere quodammodo videantur. Illa verò: *nec est inuentio*, &c. significat; nihil lucri percipiunt ex operibus suis, *lupus*, enim aut *lupus*, aut *lupus*, id est, inuentio; lucrum, & emolumentum significat, vt Maldonatus notat; quia quod inuenimus, in lucro ponimus, vt Eccles. 20. 9. *est inuentio in detrimentum*, id est, lucrum damnosum, & c. 29. 4. *multi quasi inuentionem*, id est, lucrum æstimauerunt scænis, & v. 7. *computabit illud quasi inuentionem*, id est, in lucris ponet.

Ludere in
auiibus cæli
quid sit.

2.
Thesaurorum
virtus est
veteris sapientie.

Vide quid sentiat de his thesauris sapientissimus Salomon Sapient. 9. 8. *Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.* Et v. 9. *omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.* Vbi tribus comparationibus, quam viles terræ thesauri sint indicat: nam primùm diuitias nihil esse dicit: quod paradoxum arbitrabitur is, qui non secundùm Deum diues est: sed non item

A arbitrabitur Dauid, qui de diuitibus testatur, nihil inuenisse viros diuitiarum in manibus suis. Iterum Salomon, omne aurum arenæ exiguæ comparat: quod reuera soleant diuitiæ diuitum corda, quæ ipsis immersa sunt in lapidem conuertere. auaris enim conuenit verè quod de Dæmone affirmavit Iob, *cor eius stringetur quasi lapis*: talia sunt corda diuitum, & auarorum mundi. Nam sicut lapidescit arena calore solis, si pluuiæ misceatur, ita diuitiæ, & aurum in modum arenæ, quanto copiosiore pluuiâ, id est, largiore manu à Deo conceduntur, tanto magis in lapidem stringuntur, hoc est, tanto magis corda auarorum hominum in duros lapides vertunt: non ipsarum naturæ; vel Dei voluntate, sed tenacium, & auarorum hominum vitio.

B Comparat tertio argentum, & vniuersas mundi diuitias luto, cum reuera luto consistit, & hominem quasi luteum efficiant. Theodor. in ea verba Gen. 2. Et plantauit Deus paradysum in Eden ad Orientem, sic scribit. q. 25. *quidam paradysum ipsum dici putant Eden, alij verò locum vniuersum in quo paradysus erat; vnde & Adam formatus est: & denominatus est Adam ex eo quod ortus sit à terra illa, quæ est in Eden. Eden enim Rufum significat. Quemadmodum & Esau, qui pro Lenticularusa vendidit primogenita sua, appellationem, quod verius est. Hæc ille. Ex quibus Theo. verbis constat de eius sententia, tria hæc, paradysus voluptatis, Adam pulcherrimus, & fortissimus, optatissimum edulium, quibus omnia mundi bona comprehenduntur, quæue thesauri nomine vulgo censentur, ex luto originem trahere, vel ad illud aliquo modo pertinere, ac proindè rectè luto comparari à Salomone. Itaque horti homines amcenissimi humanæ voluptati seruietes; pulchritudo corporis humani, & robur ipsum tanto in honore, & pretio habitum; denique omne genus epulæ, in quibus bonam suæ felicitatis partem mundani homines collocant, vel in luto infixæ hærent, vt paradysus in Eden, quod terra rubra est ex Theo. vel luto constat, vt Adam ex luto formatus, cuius erat mira venustas in vegeto, ac robusto corpore; denique luti similitudinem colore, & proprietatibus referunt, vt erat escæ lentis tantopere ab Esau expetita, propter quam & primogenita vendidit: nam sæpè non curant homines propter escam, & potum in cælis promissa bona negligere. Maneat ergò probatum vt verissimum, exiguam arenam, & lutum & nihil etiâ esse ea quæ thesauri ab imperitis falso nominantur. vt verè cælestis Doctor nos admonuerit: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur.* Matth. 6.*

C Quoniam verò ibidem hortatur nos: *thesaurizate autem vobis thesauros in celo.* & Luc. 12. *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in celo:* Idè videndum quis nam sit cælestis iste thesaurus: quod vt melius intelligere possimus sciendum est, sic definiri thesaurum à Paulo iure consulto de acquirendo rerum dominio lege nunquam: *thesaurus est tam vetus depositio pecuniæ, vt eius non extet memoria, & iam dominum non habeat. sic enim fit eius qui inuenit, quod non alterius sit, alioquin si quis lucri*

causa

causa, vel metus, vel custodia cōdiderit sub terra, non est thesaurus: ut patet cuius etiam furtum fit.

Iam verò secundum D. Hilarium & Hieronymum, hoc loco, *thesaurus absconditus*, cui regnum cælorum simile dicitur, est diuinitas verbi, quæ sub humanitate latet. Quam interpretandi rationem sequutus est Beatus Vigilius Papa l. 3. in Euthyc. vbi addit: ob id qui thesaurum inuenisse dicitur, non statim illum abstulisse narratur de agro, sed voluisse simul cum eo assequi etiam agri possessionem quod non profit agnouisse diuinitatem in carne latentem, nisi simul cum ea agnoscamus, & confiteamur humanitatem. Quare subtiliter Paschasius l. de corpore Christi cap. 17. ait: *non rellè caro sine diuinitate sumitur; nec diuinitas sine carne prestatur. Vnde in Euangelio Regnum cælorum simile dicitur thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illū: quia nec ager, corpus videlicet Christi sine thesauro, id est, diuinitate, nec thesaurus diuinitatis sine agro carnis iure comparatur.*

6. Diuus Hieron. in Matt. cap. 13. tom. 9. Aug. l. i. qq. Euang. l. 13. tom. 4. & ante omnes Origenes in idem cap. Matth. 13. tom. 2. interpretantur huic thesaurum esse sacræ Scripturæ intelligentiam, vel Dei sapientiam. Hæc enim in sacra Scriptura tanquam in agro recondita est. Hos duos sensus nos non ineptè coniungemus, intelligentes idem per thesaurum quod prius per granum sinapis, & exiguum fermentum, denique per margaritam, quam spiritualis negotiator quærit, eiusque limitatio quæ est sapientia illa quæ in Scripturis latet. Christum enim, eiusque virtutes, & ad imitandum exempla nobis sacræ Scripturæ libri proponunt. Vnde Hieronymus *thesaurus iste*, inquit, *in quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia absconditi, aut Deus verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus, aut sancta Scriptura, in quibus reposita est notitia Saluatoris: quem cum quis in eis inuenierit debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, ut illum possit habere quem reperit.* quam verò Hieron. & alij notitiam, & sapientiam Saluatoris vocant, nos idem dicentes imitationem Christi vocamus, seu ipsummet Christum quem imitandum nobis Scripturæ promunt.

7. Qui merito thesaurus dicitur, *infinite enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitia Dei propter disciplina dona commendata Sapien. 7.* Thesaurus est Christus. quid enim non boni continet? *mecum sunt*, inquit, Prover. 8. 18. *diuitia, & gloria, opes superba, & iustitia; melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo: etenim melior est sapientia cunctis pretiosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari.* Ibidem v. 11. reuera thesaurus est Christus; quia vt superius n. 4. thesaurum definiuimus, tam vetus depositio omnium bonorum est, vt eius nulla apud homines exstet memoria, quem Deus Pater ab æterno Deum genuit, & ad imitationem, perfectionemque sanctorum sub carne recondidit, & oculis iniquorum occultauit, in quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absconditi, verè thesaurus, qui vt eodem n. 4. definiuimus nullum præter Deum Dominum habet qua homo est, & illum qui diligenter eum quæ-

A fierit, & tandè pijs laboribus, & multa lacrymarum vi adiuuenerit, dominatorem habet. Eorum quæ in imitatione Christi posita sunt bonorum verè thesaurus indeficiens; nam imitationis Christi fructus super augetur, & nouis meritis adiectis crescit, nec eius diuitiæ immèxæ deficient, vel consumerentur vnquam, si volet quis semper magis ac magis Christi diuitijs ditari, id est, virtutes assequi; clara enim est, & quæ numquam marcescit sapientia, & imitatio Christi. Proindè monet Dominus: *facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* Lu. 12. verè thesaurus infinitus est Christus, eiusq; imitatio, quia omnium opum, quæ homini contingere possunt, summa est, atque compendium. Etenim si Bernardo credimus lib. sententiarum; tres sunt thesauri, quos nobis thesaurizare debemus: desiderium pietatis in corde, doctrina veritatis in ore, & assiduitas perseuerans in homine; quorū omnium instar est vnus imitationis Christi thesaurus; imitatio namq; Christi pietatis desiderium gignit. Est autem pietas cultus Dei. At qui Christum imitatur, in eo omnè collocat curā, vt Deū adoret, & in spiritu, & veritate colat, & quæcunq; huic purissimo cultui aduersantur, remoueat. secū item annexam habet vetitatis doctrinam; neq; .n. verè potest Christum imitari, qui non eius amplectatur doctrinā, & nō modo ore doceat, verū etiam in corde abscondat, & sanctis operibus exprimat. Deniq; q̄ ad se attinet procreat imitatio Christi perseuerantiæ assiduitatem, quia cum ipsa perfectam contineat virtutem, iustorum mentibus altius est infixæ, & amore boni, & in omni iusto opere voluptatem affert: Quæ duo, amor, & voluptas, magnā vim ad perseuerandum continent. Verè thesaurus est imitatio Christi, nam & thesaurum in cælis omni redundantem bonorum genere cōtinet: *si vñ*, inquit Christus, *perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cælo.*

Verè thesaurus magnus nō animæ modo salutem, & vitam cōtinens, verū nihil cæterorū bonorum excludens: cibum habet, & quidem suauissimū, de quo Dominus Io. 6. 27. *operamini non cibū, qui perit, sed qui permanet in vitā æternā.* Cibus iste quod dictū est Augu. cibus est grandium, quem qui manducaturus est, oportet vt crescat, & ad virilem ætatem, id est, perfectam virtutem, venire festinet; cuius tanta est dulcedo, tantā suauitas, vt nunquā comedentem exsatiat, vel tædio afficiat. Etenim, *qui edunt me adhuc esurient*, Ecclesiast. 24. 29. Est cibus simul, & potus: *comedite amici, & bibite, & inebriamini cariisami.* Can. 5. 1. ad quē potū inuitat Dominus: *si quis sitit veniat ad me, & bibat.* Hanc ergo aquā refrigerantem, & vinum inebrians secum affert Christus, & eius imitatio, quæ sitim rerum terrenarum extinguit. Habet hic Christi thesaurus de quo loquimur vestimētā, quibus mens de se nuda amicitia, & cōdecorari pulchra varietate potest; quod fiet si monēti Paulo Rom. 13. 14. assentiamur cū ait; *Induimini Dominum Iesum Christum.* hoc enim est Christū induere, ipsum imitari, vt ibidem exponit Anselmus. Hic thesaurus habet diuitias, honoribus fulget, dignitatibus, & diuitijs abundat, ita vt

nihil desit illi ad vitam beatā transigendā. De delicijs audi Isa. 51.3. *Consolabitur Dominus Sion & consolabitur omnes ruinas eius* De honoribus testis est Sapiens cap. 8.10. *nam habeo, inquit, propter hanc, videlicet Dei sapientiā, quæ in Christo, & eius imitatione posita est, claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis.* De dignitatibus habes 2. Pet. 1. 4. *per quæ maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hac efficiamini diuina consortes natura:* De diuitijs non est dubitandum, an non diues qui possidebit paratum sibi regnum à constitutione mundi?

Hic thesaurus absconditus est teste Isaia 45. 15. *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.* Verè Deus est absconditus inter homines, què nemo principum huius seculi cognouit: *si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* 1. Cor. 2. 8. *Ignotus angelis, si eorum naturā spectes; solo enim reuelante Deo Christi misterium cognouerunt.* Dæmonibus verò tantum innotuit, quantum ipse voluit; soli Patri notus, qui dixit: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* soli tibi cognitus, qui de se ipso dixit: *Ego sum via, veritas, & vita: ego lux mundi: ego principium: ego & Pater vnum sumus.* Verè Deus absconditus in cruce, tanquam in agro: *Cornua, inquit Abacuc, in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Etenim *mors mortua tunc est in ligno, quando mortua vita fuit.* Quis credat tā ingentem thesaurum fortitudinis, & perennis victoriæ, per quam regnum cælorū adepti sumus, in morte tam ignominiosa latuisse? & tamè verissimū est illud: *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius,* cum ergò in Christo crucifixo cumulatissimus hic omnium bonorum thesaurus fuerit, dubitabimus in eiusdem crucifixi imitatione huius tanti thesauri absconditam esse consecutionem? Absconditus thesaurus est Christi imitatio, quis enim credat sub iugo, sub laboribus imitationis, ac legis Christi immensum pacis, & quietis, & gaudij thesaurū reperiri? *Tollite, inquit idem Christus Matt. 11. iugum meū super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris:* nam quomodo ergò non apparens potius, & quasi fictus labor, vbi non labor, sed requies inuenitur? est enim imitatio Christi sub ficto potius iugo, requies; sub apparète mortis horrore, vita; sub specie mæroris, gaudiū; sub quadam quasi persecutione, & iniuriarū acerbitate, corona gloriæ.

Porro ager in quo Christus absconditus est, vel mundus est; *in mundo. n. erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* 1o. 1. vnde Paulus 1. Corin. 1. ait: *quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Vel ager est Synagoga, & Prophetarū scripturæ, in quibus thesaurus hic occultus reconditur, nimirum, *in propria venit, & sui eum non receperunt.* Vel ager est Beatissima Virgo, ager omni odorum, & florū suauitate fragrans, qui vel mortuos reuocet ad vitam. Ipsa enim non corde tantum, sed castissima etiam vtero tā immensum thesaurum gestauit occlusum, quem sanè agrum, sicut & thesaurum, perferri contempere Iudæi, cum dicerent Matt. 13. *Nonne hic est filius fabri? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres*

A eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores eius nonne oēs apud nos sunt? vel ager est sanctissimū Christi corpus, & humanitas in qua inhabitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter; vel ager est quæuis anima concipiens Christū, & seruās in præcordijs, vt illo ditari queat.

Vel deniq; ager est vita spiritualis, speciatim verò religiosa in qua perfecta Christi imitatio reperitur. Etenim si ager, teste Greg. disciplina est studij cœlestis, certè viri spiritualis & religiosi vita nihil est aliud, quā huius cœlestis studij disciplina. Cuius est propriū Angelos imitari, seipsum cōtemnere, cœlestibus inherere, & nulli parcere labori, quo quis assequi possit perfectam Christi imitationē. Hic ager est, de quo Isa. 41. 18. *Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporū fontes, ponā desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & Myrthum, & lignum Oliua: Ponam in deserto Abietem, & Vlmum, & Buxū simul: vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc.* Colles, & campi, & deserta piorum, & religiosorū cœtus significant propter pulchritudinē, & altitudinē, & latitudinē multipliciū spiritualiū exercitationū, & actū variarū virtutū, quos illi exercent, qui sese etiā ad proximos, & seculares homines extendunt; propter orationis itē & cōtemplationis eorū studium, deniq; ob pœnitentiā, propter quā maximè religiosa, & spiritualis vita desertū dicitur: Verū in ijs omnibus aperta sunt flumina, & fontes, & stagna, & aquarū riuus, & nascuntur arbores formosæ, atque proceræ, id est, religiosi homines, vel pij, qui, & diuina gratia irrigantur, & cum perfectè Christum imitentur, Ecclesiam Dei puritate vitæ cōsolantur, suauissimo odore recreāt, virtutū exemplis cōfirmant, & robore, ac virtute suffulciūt. Ponit autē in hac sententia Isaia triplex plantarū genus odorē suauē ex se efflans, Cedrum, Myrthū, Buxū, nam inter viros religiosos, & pios triplex odorum suauū genus reperitur, vnū ex varietate, & cōiunctione virtutum egreditur, quasi odor agri pleni, & Cedro significatur, quæ arbor est Myrthū, & Buxū longè exsuperans. Alterum oritur ex spiritali conuictu cum proximis, & bonis exemplis, quasi odor vitæ. i. salutē afferens. Et significatur Myrtho, quæ pulchritudine, ac virore intuentiū oculos oblectat. Tertiū est, quod speciatim ex castitatis virtute spargitur, & dicitur odor suauitatis ex sacrificio proprii corporis exurgens, què libenter odoratur Dominus, sicut detestatur iumenta, quæ cōputruerunt in stercore suo; Buxo verò exprimitur, quæ pulchra est & viret, cuius lignum odoriferū, & benè cōpactū, minimè verò hiulcū, & nodosum est.

Quoniā verò nec proximū ædificat, nec castitatem conseruare potest, qui superbus est, & elatus, idè ij qui tale odorū genus spirāt, rectè humili & parua Myrtho, & Buxo significatur. sicut ij, qui, perfecti cum sint, omnē in se virtutū varietatē cōplectuntur, vnde ad alios earum odor emanat, cedro arbore alta, & perpulchra designantur, & quæ stabili radice nititur. Iterū obseruare est in hac arborū enumeratione ab Isaia loco citato posita, mentionem fieri etiam

spinæ

II.

12.

10.
Ager celestis thesauri mundus.

spinæ & abietis. Est verò spina quæ Settim dicitur arbor grâdis, pulchra, cuius lignum læue nascitur verò in heremo, & imputribilis est, & apta vt tanquã columna suffulciat tabulata. significare verò potest viros solitudini, & cõtemplationi deditos, & qui cõtra inordinatos animi motus egregiè certant, & omnè à se vitij asperitatem auferre, & putredinem student; suis verò orationibus, & sanctitate vitæ tanquã colanẽ Ecclesiam Christi sustentant. Abies verò procera, & fortis in primis, nascitur in mõtibus, & vallibus: & potest significare viros itè perfectos, Christi imitatione sublimes, & fortes, qui Ecclesiã doctrina, & exemplis iuuant, qui fundati sunt in mõtibus; dicere enim possunt, *nostra cõuersatio in calis est*: & interim valles humilitatis etiam amant. Meminit deniq; Isaias Vlmi, & Oliuẽ, & quidem oliua eos, qui operibus misericordiæ vacant aptè repræsentat. Vlmus propter raritatem foliorum, apta est maritandis vitibus, & cùm ipsa sit infrugifera, potest simplices, & ignobiles in Ecclesia significare; cuiusmodi sunt, qui in religionibus conuersi, vel coadiutores nominãtur, qui cùm apti nõ sint ad opera spiritualia exercenda; suis tamen corporis laboribus alios in auxiliũ animarum, & earũ salutem incũbentes sustentant alacriter. Vitem etiam .i. Christum in seipsis portant, cui se vnire, ac coniungere student: & hæc de loco Isaiæ in gratiam Religiosorum dixisse nõ erit arbitror inutile: In hoc ergò agro disciplinæ præsertim religiosæ inuenitur imitationis Christi thesaurus, latet quidem sæculi sapientes, & potètes, verũ humilibus magno Dei munere reuelatur: sic enim Dominus Matt. 11. ait, *Confiteor tibi pater Domine cali, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

Sed quibus modis, inquires, inuenitur tantum bonum? Respondeo multis. Nam primò, forte hoc est, nullo nostro merito præcedente, sed sola Dei gratia, & bona voluntate. sic inuentus est à Samaritana, à Matthæo, à Latrone in cruce, à Paulo. Deindè inuenitur interdum Deo Patre reuelante, vt factum est cum Petro, cui Dominus dixit Matt. 16. *caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus in caelestis*: vt plurimũ verò per prædicationem cognoscitur, & interna mentis illustratione. Quartò deprehensus fuit veluti indicio radiorum suorũ aliquando, cùm inter nos verfaretur, & verborũ, atq; operum suorũ splendore, & miraculorum admirabili luce fulgeret. Quintò, passim inuenitur ab his, qui eius inueniendi desiderio flagrantur fodiunt, hoc est, mortificatione cum Dei auxilio student, & magnis laboribus carnem cogũt spiritui parere: rectè enim à Salomone est dictum Prou. 2. *si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentia: si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis illã: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inueneris.* Sudandum est igitur, & diu fodiendus est ager vt in illo inueniri possit tam copiosus bonorum omnium thesaurus.

Cæterũ abscondendus est illicò thesaurus inuentus: dicendumq; cum Propheta, *secretum meum tibi, secretum meum tibi.* Isai. 24. Et nec aperiendus amicis, & domesticis, sæpè enim ini-

A *mici hominis domestici eius.* Abscondendus à canibus, & porcis, ne pedibus conculcent margaritas, aut moribus lacerent, quòd sanctum est, Matt. 7. ad hæc diligenter abscondendus est, ne per ostentationem, & ambitionem euanescat. Ob id enim Deus Ezechiæ meritò succensuit, quòd alienigenis thesauros ostentasset, 4. Reg. 20. quare Greg. hom. 11. sic nos sapienter monet: *in presenti vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident: depraedari ergo desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. hoc autem dico, non vt proximi opera nostra non videant: cùm scriptum sit, videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrũ qui in calis est; sed vt per hoc quod agimus laudes exterius nõ queramus. sic autem sit opus in publico quatenus intèrio maneant in occulto, vt de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere querimus, semper optemus secretum.* hæc Pater Sanctissimus, cui concinit illud Christi: *nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.*

B Itaque thesaurum inuentum abscondere, secundũ Grego. est desideria nostra, quibus Christum, eiusq; imitationem sitimus, & labores, quibus hæc operamur ab humanis laudibus occultare: & in eadem sententiam ait Ambros. in Psalm. 18. tom. 2. in Octona. 2. in ea ver. in corde meo abscondi eloquia tua. Hunc thesaurum sapientia, & cognitionis absconditum in agro, in quo plantata sunt verba Scripturarum caelestium, cùm inuenit homo abscondit illum in corde suo, nec diuulgat eum, sciens quia si diuulgauerit Babylonij thesaurum Dei, magnam offensam contrahet, vt dicatur ei sermone prophético: *de semine tuo accipient, & facient spadones in domo regis.* Isai. 39. per qua significatur quia is qui prodiderit diuina mysteria, posteritã animã suã, seminariãq; meritorũ habere non possit. Caue ergo ne diuitias tuas perfidus prodas; & si amicitiam simulent, non illis aperias interiora domus tuã, non illis referes thesauros regios, quos Babylonij scire nõ debent, ne veniant, & capiant posteros tuos, & seminariũ virtutis abscondant. hoc est q in Euangelio dicit Dominus. Matt. 7. *Nolite mittere margaritas vestras porcis. idè bene facit, qui abscondit eloquia Domini in corde suo, sicut abscondebat Propheta Dauid, Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi; sicut MARIA quæ conseruauit omnia verba Domini IESV in corde suo. Et enim si bonum est viro sermones suos abscondere, quanto magis sermonem Dei cordis nostri gremio debemus abscondere?*

C Verũ non satis est inuenisse thesaurum nisi possideas; sicut aliud est videre in foro panẽ, & fame vrgente appetere; aliud dato pretio illum emere; ac necessitati prospicere, ita aliud est mentis intelligentia cognoscere thesaurum hunc; & Christi imitationẽ appetere, nisi pro viribus contendis eam in tuos mores, vitamq; transfundere, & omnium rerum despicientia cõemere. Itaque si vis hunc thesaurum à te cognitum, & simplici, ac puro desiderio absconditum, in tuum vsum transferre, vende omnia quæ habes, & eme vitæ Religiois, vel Sanctæ agrum, qui thesaurum perfectè Christi imitationis occultat. & verò scito non sufficere opes, voluptates, & honores reliquisse, nisi te ipsum & tuas voluntates deferas; nisi hoc adie-

ceris nondū omnia vendidisti. Neq; enim condignum pretium huius agri omnia sunt, quæ extra te habebas, nisi quæ intra te sunt, teque ipsum in eius pretium libèter impendas, quod dignetur nobis Dominus concedere.

DIGRESSIO II. MORALIS

In v. 10. *Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori quarèti bonas margaritas.*

QVATOR hic cōsideranda. Primò, quæ nā sint negotiatorū conditiones. Deinde quæ bonæ margaritæ, quas bon⁹ mercator quærit, & quæ vna pretiosa margarita. Tertio: quæ eius margaritæ proprietates. Postremò quod pretium. A primo ergò ordiamur.

I.
Negotiatorū
proprietates
applicata
spiritualibus
negotiatori-
bus.

Laurentius Iustinianus lib. de humilitate c. 6. explicans negotiatorum mundi proprietates sic scribit: *prudantium negotiatorum temporalium rerum hoc est proprium; infatigabili cura secum in cordis secreto, priusquam ad exteriorem deueniant actum sua tractare negotia. Impellentē quippè cupiditate aggregandi diuitias, sepè cogitant, quanta qualiaud sint qua possident, quomodo aut quibus argumentis valeant qua habent, vendere, emere qua nō habent, & semper lucri causa circa hoc multiplicant cogitationes, accenduntur desiderijs, partē noctis insomnem ducunt, in die huc illuc discurrunt, supputant tempora, mente peragrunt prouincias, obuiant periculis obiectis, atque sedula intentione in ut illa secum gerunt certamina. ordinant qua agenda sunt, & qua facta sunt, vt indelibiliter recondant memoria, & reuisere valeant, calamo scribunt. Nemo prorsus explicare sufficit eorum cogitatus, inordinatos affectus, anxietates plurimas, occupationesq; innumeras. Obluiscuntur sui, & penè salutis propria efficiuntur immemores, pra nimio amore terrenarum facultatū, quas, velint, nolint, relicturni sunt posteris.* Sic Iustinianus diligentiam, & terreni negotiatoris describit ingenium; & ea quæ dicit, modo subtrahas inordinatos affectus, & superfluum, ac inutile studium, si diligenter expendas, facile, quæ sint partes spiritualis negotiatoris, intelliges.

2. Est prima negotiatorum mundi proprietates ex Iustiniano, antequam ad exteriorem deueniat actum sua secum tractare negotia; & spiritualis negotiator antequā aliquid vel dicat, vel faciat, suum opus tanquam magni momenti negotium, hoc est, animæ salutem, & profectum, mente reuoluēs, an Deo placeat, an displiceat potius, sedulò dispicit. Deindè terrenorum negotiatorum est propriū impelli ardenti aggregandi diuitias cupiditate: & spiritualis negotiator vehementi studio vrgetur ea o-
ne exequendi, quæ Deo offerat; atq; adeò acquirendi virtutes desiderio fatigatur incredibili. Et hinc est vt præ desiderio maiora semper acquirendi, nihil se vnquam ferè acquisisse putet, sed semper magis, ac magis infatigabili cura studeat ea magnis laboribus emere, hoc est, assequi quæ non habet, & quæ habet terrena bona, vendere. i. alijs propter Deum tradere, vt merita sua, ac spirituales diuitias nouis in dies accessionibus augmentet. Tertio lucri causa multiplicant, inquit Iustinianus, mercatores cogitationes, & noctes insomnes ducūt, huc il-

A luc discurrūt &c. nec minus est quod spiritualis mercator præstat; dies enim & noctes laborat, sepè sine cibo, sine potu, sine somno diem transigit, & nunc huius, nunc illius virtutis actui, vel bono operi insistit. Nunc conscendit in cælum, & Angelorum choros inuisit, & ad eorum, Sanctorumque omnium pedes accedit, vt opem ab illis ad negotiandum, lucrandumue imploret. quin etiam longos terrarum tractus, & inaccessas sæpes, ac remotas regiones lustrat ad maiorem Dei gloriam, & proximi vtilitatem, vnde postea in cælum, tanquam in patriam redire possit, diuitiarum lucris, vt diligens mercator, onustus. Tempora etiam supputat, dum sollicitus de vitæ incertitudine, ac breuitate, nullam pretiosi temporis iacturam pati pro viribus contendit; veritus ne mors illum pauperem inueniat, ac sine mercibus, quibus cæleste Regnū assequatur. Ad hæc quarto: ordinant negotiatores, quæ agenda sunt, & facta etiam in papyraceos codices referunt; cælestis quoque mercator præterita non obliuiscitur, vt ea si mala sunt, deleat, si bona, perficiat, eaque veluti in memoriæ libello describit; vt semper ob oculos, quando opus est, habeat, vt quibus artibus ea pepererit, quātis laborib⁹, & quanto Dei auxilio, non obliuiscatur. præsentia etiā diligenter obseruat, vt emendet: futura verò discreto mentis oculo prospicit. Quintò addit Iustinianus multa ferè lucri causa mercatores, tot angoribus cōfici, tot laboribus frangi, vt quasi salutis suæ immemores esse videantur: atqui Euangelicus noster negotiator, nulli non se labori subdit vt cælestes thesauros accumulet; corporis salutis, & rerum terrenarum exiguam curam ducit, nimirum, tantum necessaria curat; nulla verò magis cogitatione tangitur, quam vt semper duraturas diuitias, vel inueniat, vel augeat.

Cæterum ijs cōditionibus quas Iustinianus posuit, addere possumus sextò, industrios negotiatores scientia rerū acquirendarū pollere nec ignorare, vel temporis, vel loci ad negotiandum opportunitatē. Septimò scire merciam, quæ sese offerūt, aut vilitatem, vt reiciant; aut valorem, vt admittant. His accedit octauò: rationē habeant quonā pacto acquisitas merces conferuent. Nonò etiā eorū quibuscū negotiatur conditiones expendunt. Postremò animo grādi, atq; magnifico præditi sūt, nec ob irruētia pericula, & multiplices labores ab expensis faciendis, vel emēdis pretiosissimis mercibus deniq; à mercaturæ munere absterrentur, quæ omnia à spiritualibus negotiatoribus aliena non sunt; neque enim ignorāt quænam, & qualia bona sint, quæ assequi, vel comparare debēt; locorū opportunitatē præterea captant, ad inuenienda, & cōquirenda, nec sibi illa emere labi propter ignauia, prætermittunt. Tercerò rectè tenēt, quæ bona vt falsa, & vilia aspernari quæ vt vera, solida, præclara cōsequi, & amari cū ipso oportet. quare quæ terrena, fluxa, & vana, quæ ipsos contemunt, quæ cælestia, stabili, & æterna sunt toto animi desiderio persequuntur. Post diligentissimè cauēt, ne ea, quæ in labore acquisierūt, per incuria amittat, & seruare, & perficere assiduis precibus, & diligentissimo studio bonorum operum, & diligenti

uersione contendunt. Deinde non paruam adhibent diligetiam, vt cum ijs duntaxat versentur, à quibus auxiliū ad spirituale lucrū augendū, accipere valēt; fugiūt verò prauos hominū cōuentus, nec praua solum colloquia eorū, sed inutilia etiā & otiosa deuitāt, ne quid fortē de eorū moribus sibi adhærescat incautē. Postremò Deo innixi, nullis laboribus, nullis persecutionibus, nullis periculis ab ea lucrandi intentione, & consilio, vel ab appetitu cælestium thesaurorum absterrētur. sciunt enim dictum esse à Domino Luc. 19. *negotiamini dum venio*: quibus verbis, & spe præmiorū accensū, nihil esse ducunt quod patiuntur, dum venturi Domini aduentum læti expectant.

4 Felices sanè negotiatores, & prudentes, quos ad lucrādum caritas incitat: quorū substantia, gratia, quorū omnis intentio ac finis Paradisus est, in quos aptē cadit illud Iob. 40. 25. *cōcidit eum amici, diuidit illū negotiatores*. vocat amicos seu socios viros Apostolicos; Apostolos enim Christus amicos dixit, quos etiā indicauit esse socios dum binos misit ad prædicandū. Iidem sunt negotiatores, seu mercatores spirituales siue margaritarū, siue pisciū quorum negotiū, & mercatura in piscatu est; & ipsi quidē Apostoli ex piscatorib⁹ pisciū, facti sunt piscatores hominū. Ii ergò, Behemoth, hoc est, Diabolū abscondunt, & cōcidunt, cum verbo, & exemplo peccatores. i. Diaboli membra, ab eo separant, & ad vitæ rectitudinē, ac sanctitatem traducunt. Scio hunc locū etiam cum interrogatione legi, & aliū habere literale sensum, sed nos allegorico sensu cōtenti sumus. Aliqui exponūt etiā allegoricē; cōcidere Leuiathan, seu Behemoth, idē esse ac illū comedere. Quæ allegoria non est ab Aug. aliena, dum super Psal. 73. 14. in illa; *dedisti eum escā populū Aethiopū*. i. ijs qui cum prius tenebræ fuisset, facti sunt postea lux in Domino, sic scribit: *quomodo acceperūt isti in escā Draconem istū? puto quia magis Christum acceperunt in escā: sed Christū quo se consumerent, Diabolum quem consumerent*. Hi sunt negotiatores principes & institores inclyti, non terræ, de quibus Isai. 23. 8. *sed cæli*: nam *negotiatores terra*, vt est Apocal. 18. 11. *stebunt & lugebunt*. Verūm cæli mercatores gaudebunt, & exultabunt: etenim merces eorū nunquā discedent ab eis. quod si interim in hoc sæculo tristantur aliquantulum, tristitia tamen ipsorum tandem conuertetur in gaudium.

5. Iam verò quoniam hi, de quibus hætenus dixi, mercatores sunt spirituales quæretes bonas margaritas: inuenta autē vna pretiosa margarita dant omnia sua vt emant illā. videre oportet hic oportune, quænam sint bonæ istæ margaritæ, & quæ vna ista pretiosa margarita. Hieron. in Psal. 95. si eius sunt illa cōmentaria; *video, inquit, plura atria, video vnum atrium, tollite hostias, & introite in atria eius*. Rursum: *adorate Dominum in atrio sancto eius: Ecce vnum atrium*. videte ergo quoniam non potest de vno atrio veniri ad plura atria, sed de pluribus atrijs venitur ad vnum atrium. vultis scire hoc ipsum mysteriū? Ecce in alio loco negotiator ille, qui habebat plurimas margaritas, vendidit plures, vt emeret vnā. & in Michæa dicitur: *state inquit in vjs Domini; & inquirite, inquit viam Domini. nisi steterimus in vjs plurimis, vnā*

A *viam inuenire non possumus. qua sunt ista margarita plures? qua sunt via plures? qua sunt ista atria plura, vt inueniamus vnā margaritam, & vnā viam, & vnum atrium? Abraham, Isaac, & Iacob, Moyses, Iesus naue, Isaias, Ieremias, Ezechiel, 12. Propheeta, David, Salomon fuerunt atria, hoc est, atria nostra sunt. Primum in illa intramus, & de illis atrijs postea venimus ad atrium Euangelij, vbi inuenitur Christus. sic Hieron. Itaq; Patres veteris testamenti, eorumq; libri secundū Hieron. sunt plures margaritæ, & Christus est vnum illud pretiosum margaritum, propter quod cæteras margaritas spernere oportet, vt vnum illud margaritum comparemus.*

Quam rem idem Hieron. Matt. 13. clariū explicat: *bona margarita, quas quarit insitor, sunt lex, & Propheeta. Audi Marcion, audi Manichæ: bona margarita sunt Lex, & Propheeta, & notitia veteris instrumenti. Vnum autē est pretiosissimum margaritum scientia Saluatoris, & Sacramentū Passionis illius, & Resurrectionis arcanum. quod cum inuenit homo negotiator, similis Pauli Apostoli, omnia legis Prophetarumq; mysteria, & obseruationes pristinas, in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit, & quisquilias, vt Christum lucrifaciat: non quod inuentio noua margarita condemnatio sit veterum margaritarum, sed quod comparatione eius omnis alia gemma vilior sit.*

6. Augustinus quoque lib. qq. ex Matt. c. 13. eadem quæstioni de margaritis, & vna margarita, sic respondet: *quæstio est, cur à numero plurali ad singularem transierit, vt cum quærat homo bonas margaritas, vnā inueniat pretiosam, quam veditis omnibus qua habet, emat. aut ergo negotiator iste bonos homines quærens, cum quibus viliter viuat, inuenit vnū præ omnib⁹ sine peccato, mediatorem Dei, & hominū, hominem Iesum Christū. aut precepta iustitiae quærens, quibus seruati cum hominibus recte conuerteretur, inuenit dilectionem proximi, in quo vnd dicit Apostol. omnia contineri, Rom. 13. vt non occideris, non machaberis, nō falsum testimoniū dices, & si quod est aliud mandatū. singula enim margarita sunt, qua in hoc sermone recapitulantur: diliges proximum tuū tanquam te ipsum. Aut bonos intellectus homo quarit, & inuenit vnū illum, quo cūcti continentur: in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Est. n. verbum Domini lucidum candore veritatis, est solidum firmitate eternitatis, & vndiq; sui simile pulcritudine diuinitatis, qui Deus penetrata carnis testudine intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam peruenerat, qua in tegumentis mortalitatis, quasi concharum obstaculo inter profunda hui⁹ sæculi, atq; inter duritias saxeas Iudeorū aliquando latuerat. Ille ergo ad ipsam margaritam iam peruenerat, qui ait: et si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus, 1. Cor. 5. nec vllus omnino intellectus margarita nomine dignatus est, nisi ad quem, discussus omnibus carnalibus tegminib⁹, peruenitur, quibus siue per verba humana, siue per similitudines circumpositas operitur, vt purus, & solidus, & nusquam à se dissonus certa ratione cernatur. quos tamen oēs veros, & firmos, & perfectos intellectus vnus ille cōtinet, per quæ facta sunt omnia, quod est verbum Dei. Quodlibet autē horum triū sit, vel si aliquid aliud occurrere potuerit, quod margarita vnus, & pretiose nomine benè significetur, pretium eius est nos ipsi, &c. Hæc August.*

Ex quibus constat triplex intelligentia, seu

6.
Bona margarita lex & Propheeta.

7.

8.

Plures mar-
garis arant
proprietates
Christo con-
uenientes.
Conchyliorū
max.

interpretatio pluriū margaritarū, & vni^o pretioſæ margaritæ. Nos verò hic per *margaritam*, Christum, eiusq; etiā imitationē intelligemus cū Hieron. & eodē Aug. in primo, & secundo sensu. Quarè sequitur, vt tertio loco ostendamus, quā benè Christq̄ cōpetat margaritæ nomen. Sunt verò plures margaritarū proprietates, & oēs Christo, eiusq; imitationi aptè congruunt, quod ad tertiū caput eorū, quæ dicēda initio proposuim^{us}, p̄tinet. Plin. l. 9. his. nat. c. 35. & Orig. in Matt. c. 13. de Conchylijs admirandū quid docēt: esse inter illa vnū magnitudine præstantissimū, & pulchritudine gemmę intra se recōditę venustissimū, q̄ turmatim alia Cōchylia velut ducē sequātur, & ipsum tanquam Regem & Imperatorē comitentur. Hoc igitur Cōchyle Vrinatores præ omnibus apprehēdere cupiūt, siquidē eo capto ferè nullo negotio vniuersum agmen Concharum cōprehenditur, suum ducem sequens, & apprehendens omnium margaritarum possessor efficitur.

9. Quæ Cōchylis proprietas in Christum, quā benè congruat, nemo est qui nō videat. Ipse. n. est Cōchyle intra quod pretiosissima omnium margaritarū, vel anima cū diuinitate, vel ipsa diuinitas cōtinetur. Nam si Cōchyle corp^{us} est, rectē anima Deitate vnita margarita dicitur; si verò Cōchyle humanitatem esse intelligas, sic diuinitas, humanitate tecta, margaritum erit infiniti valoris.

10. Quia verò Christū oēs imitātur sancti, à quo & habent, vt sint sancti, quemq; velut Ducē, & Imperatorē sequūtur: idē etiā rectē conuenit Christo esse instar vnus illius Conchylij præstantissimi, quod reliqua turmatim sequuntur.

11. Quare rectē illud Prou. 17. 8. Christo applicare poterimus: *Gemma gratissima expectatio prestolatus*, hoc est, cū aduenit q̄ vehementer quis expectat, & cupit instar gemmæ optatissimę aduenit: *quocunq; se vertit, prudenter intelligit*, q. d. ita se gerit, vt possit cōsequi. Et quidē prætolans nō alius intelligēdus est, quā iustus, qui cū nihil in terris desideret, totus à cęlo pendet, & cū eò peruenit, vt Christum assequatur, gratissimā iam, & pretiosissimā gemmā inuenisse se vehementer gaudet: pro cuius etiam desiderio quacūq; in re prudētē, & circūspētē se gerere curat, ne rei à se cōcupitæ possessione priuetur.

12. Est & altera margaritarū proprietas, quod in Cōchis generentur. & Christus Dominus tanquā pulcerrima margarita in candida, lucētēq; Cōcha, quæ Deipara est Virgo, atq; adē in eius sacratissimo vtero genita est. Nisi malis intelligere margaritam Christum in nobis, vel Christi esse imitationē; quæ imitatio priusquā anulo, quē speramus, æternæ felicitatis cingatur, in corde iustorū tanquā in Cōcha mortalitatis inclusa cōtinetur, vt meritò Paul. dicat. 2. Cor. 4. 7. *Habemus thesarū istū. i. Christi imitationē, in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Et Greg. in Can. 6. 10. *Descendi in hortū nucū*, asserit perfectos Christi imitatores asimiles nucibus, quia *dū diuinā sapientiā, quæ Christi imitatione continetur, intra corpora sua retinent, quasi nucleum in fragili testa portant.*

13. Est & tertia proprietas margaritæ, seu vnionis, q̄ à cęli lumine ex humore roscido tanquā ex materia fit: & Christus Dominus ex purissi-

A mo rore sanguinū B. Virginis, & supercęlestis obumbrantis Spiritus S. lumine conceptus est. Porro in nobis Christus, eiusq; imitatio ex cęlesti luce, ac spiritali rore mirandū in modum gignitur. Cū. n. Deus sit, *qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.* Philip. 2. atq; adē ipse sit q̄ semina virtutis, & imitationis Christi inferat, hominibusq; instillet, satis patet hęc in nobis margaritā nō enasci nisi lumine virtutis Dei. Ex rore quoq; cęlesti eadē in iustorū cordibus efformatur, quando diuina inspiratio tāquā ros in piorū animos descendit, & ea in desideria protracta, atq; in opus, & actionē prouecta, Christi imitatorē perfectū facit. De quo diuinę inspirationis rore Isai. 26. 19. ait: *expergissimini, & laudate, qui habitatis in puluere; quia ros lucis ros tuus, & terrę gigantū detrahes in ruinā.* Illi quippè habitāt in puluere, qui terrena amat, quos Dominus pro bona volūtate lucis suę rore. i. inspiratione sua excitat à somno vitiorū, cū peccatis, & vitijs extinctis, de mūdanicis cęlestes facit, & de mortuis viuētes, hoc est, Christi imitatores, & qui eius spiritū viuēdo referant.

14. Quarta vnionis proprietas refertur à Plinio solertissimo secretorū naturę indagatore l. 9. c. 35. nā p̄ ratione, & qualitate roris, qua Concha cōcipitur, margaritū mutari docet, & aut candidius puro, aut obscuri turbido rore produci: Ita Christus Dominus, eiusq; in nobis amor & imitatio, pro modulo, & qualitate gratiæ iustis cōcessæ, & p̄ vocationū discrimine, magis, minusq; perfecta in Sāctis cōspicitur. Hinc varia iustorū studia, distinctę actiones, varijque spiritus impulsus, oēs tñ boni, oēs à Deo; quare alij silentij, & quietis studiosi sunt; alij sollicitudinis & Sācti laboris amatores; hūc vitæ actiuz caput amor, illū cōtemplatricis desiderium tenet; alios media via oblectat incedere; quosdā Dei zel^{us} adurit; alij caritatis, & maiora māfuetudinis signa exhibere studēt: propterea Ecclesia non vno colore vestita, verū *circumdata varietate* dicitur.

15. Quinta proprietas est, quod vniones solis radios fugiunt, vt auctor idem est Plinius, vsu atteruntur, & incuria atq; indiligentia colore mutantur; sic sancti, qui verè Christū imitātur, solis huius radios fugiunt, hoc est, hominū laudē, & ostētationē. neq; n. similes illis sunt, qui vt Iob. 30. 4. habet: *Mandūt herbas, & arborū cortices*, hoc est, externa solū laude delectantur. Imitatio itē Christi, tūc vsu atteritur, cū imprudēti, ac superflua negotiorū occupatione fuscatur. Sicut. n. vestis pretiosa inter carbones, & ollas inficitur; ita mētis puritas inter mūdi occupationes sēdatur. Deniq; incuria, & otiositate idē Christus in nobis, vel eius imitatio, quasi colorem mutat, vt qui antea erat præfulgidus, ac splendidus, præ negligentia, & torpore in fuscum & deformem sensim abeat, quousq; tādem, nisi aduertat homo Dei lumine adiutus, in nigredinem, & foetorem conuertatur.

16. Sequitur vt pretiū quo negotiator spiritalis tam pretiosam margaritā emit, ostēdamus. D. Aug. huius pretij mentionē facit loco superius n. 7. citato: *pretiū, inquit, eius, id est, pretiosę margaritæ, est nos ipsi, qui ad eā possidendam sumus liberi, nisi omnibus pro nostra libertate pretiū, quæ temporaliter possidentur. Vnde*

bus nostris, nullum earum maius accipimus pretium, quā nos ipsos, quia talibus implicati nostri nō eram⁹, vt rursus nos ipsos pro illa margarita demus: nō quia tāti valeam⁹, sed quia plus dare nō possumus. Breuiter nos dicere possumus ex Euāg. pretiū esse omnia nostra vendere, nosq; rerū omniū mūdānarū cupiditate priuari. Nomine verō omnium quæ nostra sunt, nō externa tantū bona intelligas, sed propriā etiā voluntatem, inueteratam consuetudinem, anti quos mores, quin & te ipsum etiā, nisi ergō quis omnia despiciat, nisi se ipsū plenē contemnat, & desiderio vehemēti flagret huius cælestis ac diuinæ margaritæ, quæ Christus est, eiusq; imitatio, nunquā sanē eam assequetur. & hæc de hac Digressione satis.

CAPVT XVI.

DOCET IN NAZARETH.

A. 13. 54. B. 6. 1. C. 4. 16.

- 1. B. **E**gressus inde, abiit in patriam suā, & sequebantur eum discipuli eius.
- 2. C. Et intrauit secundū consuetudinem suam die sabbathi in Synagoga, & surrexit legere.
- 3. Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum ubi scriptum erat.
- 4. Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. euangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde.
- 5. Prædicare captiuis remissionē, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.
- 6. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit, & omnium in Synagoga oculi erant intendentē in eum.
- 7. Cæpit autē dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc Script. in auribus vestris.
- 8. Et omnes testimoniū illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius: & dicebant: nonne hic est filius Ioseph.
- 9. B. Nonne hic est faber? A. Fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas.
- 10. Et sorores eius, nonne omnes apud nos sunt? unde ergo huic ista? B. & quæ hæc sapientia quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?
- 11. A. Et scandalizabantur in eo; Iesus autem dixit eis.
- 12. Vt q; dicitis mihi hæc similitudinē: me dice cura te ipsum. quanta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua.
- 13. Ait autem: amen dico vobis, quia nemo Prophetæ acceptus est in patria sua. A. B. (&) Non est Prophetæ sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. B & in cog-

C Venit Nazareth ubi erat nutritus.

A. ita vt mirarentur, & dicent: unde huic sapientia hæc, & virtutes.

A natione sua.
 14. C. In veritate dico vobis: multa vidua erant in dieb. Elia in israel, quādo clausum est regnū calorū annis 3. & mensib. sex, cum facta esset fames magna in omni terra. 15. Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonia ad mulierem viduam. 16. Et multi leprosi erant in israel sub Elifao propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. 17. Et repleti sunt oēs in Synagoga ira, hæc audientes. 18. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatē, & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat adificata, vt precipitarent eū. 19. Ipse autē transiens per medium illorum ibat. 20. B. Et non poterat ibi virtutem vllam facere propter incredulitatem eorum. B. nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. 21. Et mirabatur propter incredulitatem eorum.

SCHOLIA.

D Bernard. ferm. 2. in Cant. ardorem, ait, desiderij Patrum suspirantium Christi in carne presentiam frequētissimē cogitans compungor, & confundor in memetipso, & nunc vix contineo lacrymas, ita pudet teporis, torporisq; miserabilium temporū horum. cui nam nostrum tantum ingratum gaudium gratiæ huius exhibitio, quantum veteribus sanctis accenderat desiderium promissio? Illorum ergo desiderij flagrans, & pia expectationis affectū spirat mihi vox ista: osculetur me osculo oris sui. senserat nimirum in spiritu quisquis tunc spiritualis esse poterat, quanta foret gratia diffusa in labijs illis: propterea loquēs in desiderio anima atebat: osculetur me osculo oris sui: nimirum omnimodis cupiens tantæ suauitatis participio nō fraudari. dicebat enim perfectus quisque: quo mihi ora hæc semiuerba prophetarū? ipse potius speciosus forma præ filijs hominū, ipse me osculetur osculo oris sui. Non audio iam Moysen: impeditoris siquidē lingue factus est mihi. Exo. 4. Isaiæ labia immunda sunt, Hui. 6. Ieremias nescit loqui, quia puer est, Ier. 1. & Prophetæ oēs elingues sunt. ipse quē loquuntur, ipse loquatur. non in eis iam, aut per eos loquatur mihi, quoniā tenebrosa aqua in nubibus aëris: Psal. 17. sed ipse me osculetur osculo oris sui, cuius gratiosa presentia, & admiranda fluente doctrina fiant in me fons aquæ salientis in vitā aternā, Ioā. 4: cuius vtq; sermo viuus & efficax osculū mihi est: hæc Bern. verē ac sapienter de Christo, de cuius gratiæ verborū sic Dauid vaticinatus est, Psal. 44. 3. speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gratia in labijs tuis: quibus verbis significat ingentē copiam & abundantiam gratiæ, quæ veluti torrentis; & quasi flumen appelletur; vt sit sensus: circumfusum est gratia os tuū; sicut fons sese largitē effundit, sic effudit sese vbertim gratia in ore tuo. Id docet hoc capite Lucas, dum ait: mirabatur de verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Docet Ioan. 7. nunquam sic loquutus est homo. expertus est Matth. vim verborū eius, & energiā in sermone ei⁹ latentē. experti reliqui, qui ad simplicē vocationē subitō efficacissimē tracti, & persuasi, relictis omnibus sequuti sunt eum: factus est Petrus, verba vitæ aternæ habes. Huic voci venti & mare, & ipsæ febres, ac deniq; mortui obediebant. meritō obseruat Titelmanus Psalm. 44. 3. in labijs Christi potius, quam

A. Et non fecit ibi virtutes multas.

I. Patrum antiquorum desiderium vidēdi Christi.

Vn verborū Christi.

in facie, fronte, aut oculis diffusam fuisse gratiam dici, quia venerat Christus, ut legationem maximè difficilè perageret, sedulq; inter homines, Deumque grauitè offensum percuteret, & oportebat, ut in labijs multam haberet diffusam gratiam, & essent fauus distillans labia eius, ut & hominibus faciliè persuaderet, & Patrem sermonis suauitate mitigaret. hanc ergò gratiam hoc cap. declarant Euangelistæ, hanc testantur Nazarethani, dum mirantur in verbis gratiæ, quæ procedunt de ore ipsius, sed iam ad verborum expositionè accedamus.

2. Quod post parabolam sequatur ingressus Nazarethanum.

1. B. *Et egressus*] Accidit hoc, post dissertas parabolam capitis præcedētis, ut ex Matt. liquet, licet Marc. interponat transfretationem Domini in regionem Gerasænorum, quam eodem die accidisse videtur significare, quo disertæ sunt parabolæ: postquam subnestit curationem dæmoniaco, hæmorrhoyssæ, & suscitationem filiz Iairi Archifynagogi, quæ habet Luc. c. 8. etiam post parabolam seminantis. Verum hæc euenisse ante sermonem Domini in monte, dictum à nobis superius est c. 1. huius l. 4. dilucida. in Scholijs initio. Cùm ergò Marc. c. 6. post illa interposita subdat: *& egressus inde, abiit in patriam suam*, per particulam; *indè*, significas Capharnaum, vbi verisimillimum est postremas parabolam dictas à Domino, & ad vitam reuocata Iairi filiam, de qua ante hæc verba: & egressus inde abiit &c. meminerat proindè recto ordine Matt. accessum Domini ad Nazarethos sermoni parabolarum subiunxit.

3. *In patriam suam*] Nazareth. huius enim historiz, quæ accidit Nazareth, meminit Lucas c. 4. per anticipationem, ut scripsimus l. 3. Dilucidationum c. 5. in Theor. & in Scholijs ad v. 12. memoria lapsi videntur Ambros. Lu. 4. v. 16. & Iren. l. 4. c. 40. dum affirmant hanc historiam contigisse Capharnaû.

2. C. *Secundum consuetudinem suam*] confluuerat Dominus, idque die Sabbati, quo solo Iudæi conuentus suos paragebant synagogas ingredi sc. tempus, locumque accommodatum obseruans, & meritò ad publicos conuentus accedebat, ut doctrina illius à multis audiretur. Quo etiam fiebat, ut multos suæ prædicationis testes haberet, vnde meritò Matth. 18. dixit: *ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagogis, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.*

4. *Surrexit legere*] is videtur mos fuisse, ut in synagoga non vnus tantum faceret verba ad populum, sed liberum esset diuersis successiuè concionari. Hinc Paulus ad Corin. scribens c. 14. in prima statuit, ut in Ecclesia Prophetæ vicissim dicant, & audiant; & sicui fuerit reuelatum aliquid dignum cognitu, cedat qui prior dixerat. Solebant ergò Iudæi diebus Sabbati in Synagogis cōuentus suos celebrare. Conueniebant enim, tum ad orandum, tum ad publicam Prophetarum, & legis lectionè; postquæ sequebatur interpretatio, vel etiã exhortatio, ut ex Act. 13. colligi potest, vbi habetur: post lectionem legis, & Prophæarum misisse principes Iudæorum ad Paulum, eiusque socios dicentes: *viri fratres, si quis est in vobis sermo ex hortationis ad plebem, &c. dicite.* itaque solebant maiores Iudæorum inuitare quosdam etiam alios addicendum, quamuis interdum nemine inuitante liceret etiam dicere. hoc nunc fecit Christus, nam & ex sumpto libro legit aliquid, & postea explicauit. quod verò surrexisse dicatur, & stando legisse, ob auctoritatem scripturæ, eique debitam reuerentiam actus est, non tamen videtur mos fuisse, ut stantes concionarentur, quod opinatur Iansen. nam licet de Paulo Act. 13. dicatur quod surgens, & manu silentium indicens, dixerit: *viri Israelitæ, &c.* non sequitur quod postea non sederit. deindè potuit esse liberum, si quis stans maluisset loqui, licet

Mos Iudæorum in lectionibus Scholasticis.

A communis usus esset, ut sederent, quod indicatur Marth. 23. *super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei, quacumque dixerint vobis seruate, & facite.*

Notat Ambros. ne lectoris quidem aspernatum fuisse officium Christum Dominum, & ut inquit Gloss. ut quos signorum operatione non conuertet, Propheticæ attestations lectione corrigeret.

3. *Et ut reuoluit librum*] olim singulæ partes, seu libri Scripturæ diuersis membranæ circumuolutis conscripterant. circumuoluebantur verò ipsæ membranæ lignis oblongis: ut proindè tunc non vno volumine sacra biblia comprehenderentur. Itaque cùm legendum erat reuoluebatur membrana, id est, explicabatur, & expandebatur. quâ rem exactè declarat Pradus in c. 2. Ezech. v. 9. quod, quia hunc locum mirificè illustrat, referre non grauebor, cum mei sit instituti, ea, quæ valdè faciunt ad illustranda Euangeliorum loca, & ab alijs autoribus alijs locis dicuntur, saltem breuiter huc accersere: sic ergò scribit: *Antiqui in corticibus arborum cōtortis, ut sunt, scribere cōperunt, deindè in membranæ hœdinis chartis, quas pergamenas vocant, credentes Pergami vrbe Troadis primum inuentas ab Asshalo rege, qui cum Eumene sibi successore celebrem illam bibliothecam exemplaribus vndique conquisitis hœdinis chartis construxisse dicitur. Verùm charta hœdina antiquiores sunt Troade & Pergamo: nam illis usus est Moses, quare & volumina vocauit, quod membrana proprium est in spiras sponte conuolui. Mos autem erat, ut seruarentur illæ, eas conuoluere circa virgã cedrinam, vel alterius pretiosa materia, cui extremum membrana colligatum erat. Meminit Ouidius eius consuetudinis.*

Formaliter ram qualis olim.

Nec titulus ininio, nec cedro charta notetur, Candida nec nigra cornua fronte geras.

C *Eum autem morem conuoluendi librum existimo obseruatum in instrumentis magni momenti: alioqui litteras familiares Lacedæmoniorum ad Iudæos quadrangula forma complicatas testatur Iose. l. 12. antiqui. c. 5. vnde cognoscimus alios atque alios complicandorum chartarum modos apud hos, vel illos extirrisse. meminit voluminis D. Lu. (4. 17.) dicens: ut reuoluit librum. est eadem phrasis etiam in Psal. (39. 8.) in capite libri scriptum est de me. Ita verterunt 70. Hebra. etiam legitur: in volumine libri, hoc est, in pentateuco, qui antonomasticè appellatur volumen à Dauide, quod quinque libri legis exarati essent oblonga, & contineti charta ex multis membranæ consuta, quæ duabus columellis, hinc inde astantibus alligata conuoluebatur, & reuoluebatur, quem ritum hodie obseruant Iudæi in synagogis, legunt volumen, eo quo diximus apparatu, custodientes. Et ceteri quidè libri sacri, ut Psalmi, vel Prophetæ membranæ scripti erant, quæ conuoluta claudiebantur, reuoluta, explicabuntur, ut vidimus ex Luna. Verum lex siue explicanda esset, siue complicanda, semper voluebatur in spiras circa vnum, vel alterum cylindrum. hæc doctè Pradus. hoc fecit Christus, nam oblato sibi Isai. reuoluens membranam peruenit ad c. 61. Isai. neque casus factum est, ut Isai. offerretur illi, vel talis sermo occurreret, sed diuino consilio tribuendum. Licet sint qui dicant ob difficultatem Isai. & obscuritatem traditum fuisse illi huiusmodi potius librum, ut noui magistri eruditionem experirentur. Probabile id quidem est, sed tunc Nazarethorum malicia diuinæ seruiuit providentiæ.*

D *Spiritus Domini super me*] verba sunt Isai. 61. 1. quibus prædixit legationem, functionemq; Christi ad redimendum & saluandū captiuos, oppressosq; homines, & loquitur in persona Christi, ratione humanitatis assumptæ: hæc textum nunc expendere oportet. Principio sunt qui in Hebraicâ, & græcam Isai. lectionem discrimen statuunt, quod Heb-

non habeatur, *propterea*, seu, *propter quod*, vt habent 70. & Lucas & noster interpres apud Lucam hic, denique græci: *sed quia*, seu, *ed quod*, vt Hieronym. vertit apud Isaiam & vulgatus interpres. sed nullum quibusdam videtur discrimē esse. nam etiam vox hebræa, inquit, significat, *propterea*, vt docent Magistri hebraici, aut quapropter, vt li. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 40. Irenæi interpres vertit: & Hilarius lib. 8. de Trinit. habet, *propterea*, & Maldon. idem sentire videtur hic, licet mendum arbitrer irrepsisse in eius commentar. cum legatur apud eum, pro, *propterea*, *propterea* quod, vt Erasmus vertit. Dicit enim *iaan*, significare, *propterea quod*, vt magistri hebræorum docent: corrigere reponendo, *propterea*. nam postea semper, *propterea* vsurpat, & alioqui idem sunt *propterea quod*, & *quia*, vel, *ed quod*: cum tamen ipse sequatur lectionem, quæ habet, *propter quod*. multum verò differunt, *propterea quod*, & *propterea*, vel, *quapropter*. Hieronymus porrò Isai. 61. in commentario citans locum Lucæ, legit: propter quod, licet ipse vertat apud Isaiam *ed quod* vnxit me. Iansenius censet vocem hebræam, *iaan* significare *propterea quod*, vt etiam Erasmus interpretatur, licet huius hominis autoritas parua sit apud me, at Alken significare hebræis *propterea*, quapropter. sed quicquid sit an etiam vox *iaan* significat, *propterea*, nec ne; equidem hoc loco arbitror sumendam esse pro, *propterea quod*, vel vt est apud Isaiam 61. 1. *ed quod*, vt sic loca hæc magis consonent, & verbis & sententia. itaque hic propter quod, est iungendum cum præcedentibus, & sic æquiualeat *propterea quod*: quasi dicat, *propterea quod est semper in me*, vel propter hoc quod est super me, destinauit, vel vnxit me ad euangelizandum, vt dicam in expositione, & idem est, si dicas eoque est in me, vnxit me, dummodò iungatur præcedentibus, sic, *ed quod est in me, vnxit me*; immò aliqui dum vertunt *propterea*, possunt etiam sic exponi, vt subintelligatur, quod hoc modo: *propterea vnxit me, quod est in me semper*; similiter quapropter, idem erit, ac propter quod, seu *propterea quod*, est in me, & fuit semper vt in Messia, vnxit me & cæter. vnum est discrimen inter Lucam & Isaiam: quod, *ed quod* Isaiæ est iungendum cum sequentibus, at Lucæ cum præcedentibus: vt in ipsa expositione paulò post dicam.

7.

Tam ad Isaiam redeamus: loquebatur Isai. vt c. 60. ita & 61. de tempore Euangelij, eiusq; conditione sub figura Israelis à Babylonica captiuitate liberati, & idè inducit hoc eodem cap. 61. redemptorem eum loquentem, quem se Iudæis missurum promiserat his verbis Deus c. 59. 19. 20. *cum venerit quasi fluminis violentus, quem spiritus Domini cogit, & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob*: Hunc inquam promissum redemptorem facit sic loquentem Isai. c. 61. & ostendentē se esse eum, quem Deus promiserat, spiritus, inquit, Domini super me. Hebr. spiritus Domini Dei super me: licet LXX quos sequitur Lucas simpliciter Domini, habeant.

Significat sanè hic spiritus Domini, spiritum sanctum, quo plenus erat Christus, vt Luc. ait c. 4. v. 1. & quo agebatur, impellebaturque, vt idè Luc. habet ver. 14. & qui super eum requieuerat, Isai. 11. 2. Non ignoro Cyprianum lib. 2. aduer. Iudæos & Euthym. in Luc. hic per spiritum Domini ipsam Christi diuinitatem minus probabiliter intelligere, vt 1. Cor. 15. 45.

8.

Sed id, est contra communem interpretationem, quare Ambros. apud Luc. & Irenæ. lib. 3. cap. 10. & 20. & Phœbadius contra Arrianos, tom. 5. Bibliothec. Patrum, eliciunt hinc Trinitatis mysterium: nam Dominus pater est, Christus, & Spiritus

sancti reliquæ personæ. Deindè diligenter obseruanda est hic textus disunctio tum Isaiæ, tum Luc. quam indicari inquit Iansen. accentus hebraici punctis. Est ergo hæc: vt verbum vnxit cum sequenti iungatur hoc modo: spiritus Domini super me (eo quod) vel propter quod vnxit me (vel vnxit me) euangelizare pauperibus (vel ad annunciandum mansuetis) misit me sanare contritos corde (vel vt mederer contritis corde, &c.) quam interpunctionem grammaticæ, tum Latine tum Græcæ ratio exigit, vt habeant apud Lucam, infinitiui sanare, prædicare, &c. verbum cum quo hæreant, scil. vnxit, misit Hieronym. hanc eandem distinctionem text. in comment. indicat: sic enim ait; *unctus est igitur Spiritus sancto vt annuntiaret pauperibus, siue mansuetis; & missus est ad sanandos eos, qui corde contritis sunt, &c.* item Theophyl. in Lucam sic habet: *spiritus Domini vnxit me, hoc est, consecrauit me, constituit me, vt euangelizarem pauperibus, id est gentibus.* sic etiam Tertull. lib. 4. con. Marcio. & Hilar. in comment. Psalm. 52. Theophyl. & Beda hic. Aliter Orig. hom. 32. & Cyprian. lib. 2. ad Quirinum, & Epiphani. in Ancora. & Rufin. in expos. Symb. cum Euthym. in commen. hoc ipsum confirmat Maldon. sic scribens; *Hebr. verbum vnxit me ad sequentia refertur: vnxit me ad euangelizandum pauperibus. sicut & verbum misit: misit me sanare contritos corde.* Card. Tolet. id non placuit.

B

Cæterum, quia in nostris nunc biblijs aliter etiam legimus, nec eam nos lectionem reiicimus; sed ex dictis quem sensum facere debeat, facile est intelligere, vt vobis enim modo legas semper eundem conficies sensum, quem paulò post subiiciam: si postremo vnum hoc adnotauero. Equidem arbitror vngere hoc loco, hanc habere notionem, vt nimirum significet ad officium aliquod sacrè destinari, sicut vngi, solebant qui ad gubernandū populum & ministrandum Deo destinabantur: ac propterea visibilis ille spiritus aduentans in Christum quo die baptizatus est, proclamante patre, vt ipsum audiremus, merito unctio vocatur: quia oleum quo vocationes fiebant, visibile esse oportebat: spiritus sancti aduentus in Christum ante baptismum inuisibilis erat, sicut & eiusdem in ipso inhabitatio; inde meritò, cum in baptismo per visibilem spiritum declaratus est Redemptor à Deo missus ad euangelizandum, unctus fuisse dicitur.

C

Erit igitur hæc sententia: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, &c.* Propterea unctus fui, hoc est, ad euangelizandum destinatus per Spiritum S. visibiliter descendentem in me in baptismo, quod ante baptismū idem Spiritus S. in me erat, non visibilis quidem, sed vt in Messia singulari quadā ratione iā ab ipsa mea natiuitate, & conceptu ad hunc ipsum euangelizandi finem. neque enim debuit primū ab alio prædicari Euangelij, quam ab eo qui præuentus esset diuinis benedictionibus, & spiritu Dei omnino plenus à quo ageretur, ne vnquā errare posset; q. d. ne quis existimet quod meo, priuatoq; consilio ad prædicandū venio; ipse spiritus qui semper in me fuit ad huc ipsū finē euangelizandi mihi datus à Patre, quo auctore semper impellerer, & quo ductore ducerer quocumque ducerer, ad euangelizandum iam publicè & apertè destinauit me tanquam Messiam apud Isai, promissū, & misit sanare contritos corde &c. destinauit verò ac misit cum super me descēdit in Iordane conspicuus, & spectabilis hominū oculis. videtur autem cum dicitur: *propter quod*, apud Lucam, vel *eo quod*, apud Isai. significari finis, cur spiritus Domini super eum esset; missio enim & destinatio ad euangelizandum, seu redemptionis opus finis fuit, saltem vnus, inhabitantis,

D

& existi-

9.

10.

& existentis semper Spiritus sancti in Christo, ut in Messia, quasi dicat, propter hoc quod, seu propterea quod Spiritus Domini super me semper fuit & quidem ad finem redemptionis humanæ, ut eum moueret semper in eo opere ad quod me ut Messiam elegerat, ideò destinavit me suo tempore visibiliter. quare rectè quidam exponunt, *propter quod*, id est, *propterea* quod, vel quia in me erat, ad eum redemptionis humanæ finem, ideò *vnxit me*, &c. Ad hunc eundem sensum accipere possumus verba Isa. *Spiritus Domini super me: id quod* &c. Est enim idem sensus: Nimirum, ex eò quod vnxit ab æterno ut Messiam, id est, destinaverit me, & de facto & visibiliter post Baptismum ad Euangelizandum, ideò hinc constat fuisse in me semper ad hunc finem; vel ideò fuit in me, ut in omnibus ager & ducerer ab eo, prout opus est ad officium redemptionis & Euangelizationis, ad quã me destinavit; & ita sententia est eadem semper in Isa. & Luca, & eò quod, vel, *propter quod* sumitur eodem modo, seu in eadem significatione, & innuitur finis, propter quem erat Spiritus sanctus in Christo: tantum est discrimen, quod eò quod, vel propter quod, seu propterea quod, secundum contextum Lucæ, & Ioan. iunguntur cum præcedentibus, propterea quod Spiritus Domini super me, ideò vnxit me ac destinavit; at secundum Hebraicum text. & Isai. c. 61. 1. cum sequentibus; hoc modo, *eò quod vnxit* &c. ideò fuit, ad hunc scilicet finem ritè obendum, *semper in me*. Vnde etiam liquet non suo, priuatoque consilio ad concionandum, & Euangelij lucem spargendam venisse, sed ut Messiam à Deo promissum apud Isa. lo. ci. quod Christus maximè intelligi voluit.

Dicit autem *super me*, ut notat Athan. ut ostendat loqui de se, ut homine; nam secundum diuinitatem non erat super eum. Per *Dominum* verò intellige Patrem.

II. Tantum restat, ut interpunctionem nostrã, tum apud Luc. tum apud Isai. conciliemus cum ea, quã superius approbauimus, cum diximus verbum *vnxit*, vel, *vnxit*, iungendum cum *Euangelizare*, vel *adnunciandum*. Nostra verò interpunctio, coniungit; *ad annunciandu*, apud Isa. vel *euangelizare*, apud Lucam; cum *misit me*, &c. Verum idem sensus est: dum enim ait, *propter quod vnxit me*, subintelligitur *ad euangelizandum*, quod intelligitur, explicari, & declarari sequentibus verbis: *ad annunciandu in mansuetis misit me*, ut Isa. vel *euangelizare pauperibus misit me*, ut Lucas habet.

Pauperibus] Heb. *mansuetis*, sed per pauperes hic afflicto, & humiles intellige, non modo inopes: agebat enim Isa. de captiuis apud Caldæos, Iudæis, & sub eorum persona de omnibus hominibus, qui captiui diaboli tyrannide tenebatur. Hinc Matth. 11. *pauperes euangelizantur*: neque enim diuites Christus, aut potentes quæsiuit. Sunt qui per *mansuetos*, apud Isa. intelligant eos, qui ad prædicationem euangelij credunt, & obediunt verbo Dei, qualescunque ante fuerint.

12. *Contritos corde*] hic sumere possumus eos, qui anxium habent nimis afflictionibus animum; Simmacus & Theodotion verterunt, *ad alliganda vulnera peccatorum*, quod idem est cum illo; *venit filius hominis querere quod perierat*. est autem metaphora sumpta à chyrurgis, qui fascijs suis fracta, & contusa membra alligant sanationis causa: quare apud Isa. Heb. est; *ut alligem contractos animo*, id est, ut illis medear, ut consoler, & confirmem tristes, id est, eos qui peccatorum onere grauati sunt, ac propterea tristes, & infirmo, ac fracto animo sunt perturbati que incurfionibus, nec valentes, ut inquit Cyrill. illis resistere. De his David Psal. 140. *qui sanatur contritos corde, & alligat contritiones eorū*. Hæc ex-

A ppositio magis placet, quam eorum, qui contritos corde, accipiunt eos, qui ob admitta peccata dolēt iuxta illud David: *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*; nam cum contritio huiusmodi bonus status sit, & Propheta miserabilem statum eorum significet, quibus & ipse liberationē à Caldæorum captiuitate nuntiabat, & Christi redemptionē à tyrannide Diaboli; ideò melior est prior expositio, ut vel intelligamus per cōtritos contribulatos, vel eos, quorum conscientia tota contrita est, & multitudine, ac turpitudine peccatorum vuluorata: qui scelerum pondere grauati sunt, & ideò anxio animo, ac tristi.

5. *Captiuis remissionem*] id est, dimissionem, liberationem, facultatem in patriam redeundi, quo significatur, inquit Ians. l. 3. c. 10. eos, qui peccatis captiui, obstrictiq; tenebatur, à Christo liberados.

B *Cæcis visum*] Gr. ἀνδρα. 41. Sic 70. quasi reuidētia. Apud Isa. legimus; *clausis apertionem*. i. vincis apertionem carceris. Sed 70. cum cæcos interpretati sunt, sentētiam potiùs quam verba exprimere voluerunt; nisi forte exprimere voluerint eos vinctos, vel clausos vocari hoc loco, qui non in quouis, sed in tam tetro, ac profundo carcere vincti essent, ut cæci viderentur: cuiusmodi illi sunt, qui de obscuro peccatorum carcere educti sunt qualis est ille populus de quo Isai. c. 4. 3. 8. *educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum & aures ei sunt*. Vel certè voluerunt 70. potiùs cæcos interpretari, ut significarent hanc Prophetiã Christo magis cōuenire, quam Isaiæ, vel alij. Non enim legitur visus corporis restitutus ijs, qui de Babylonica captiuitate liberati sunt. At scimus Christum multis cæcis etiam corporis visum restituisse, atque ita accipimus cæcos, oculis captos.

C *Dimittere contractos in remissionem*] hæc verba, nec Heb. nec apud 70. leguntur. *Contractos* hic, vinculis peccatorum obligatos intellige, vel etiã infirmos, ægritudinibus, quasi nexibus, impeditos; vel etiam dæmonibus obsessos Luc. 13. *quam alligauerat Satan ex decē & octo annis*. Est metaphora desumpta à fractis corporibus, seu vasis vsui, ad quæ instituta sunt, non apti deseruire: sic qui ligati, vel peccato, vel ægritudine, vel Dæmone oppressi sunt opera sua liberè exercere non valēt. Cur hoc adiecerit Euangelista causam arbitror hanc esse, quoniam enim 70. pro clausis, cæcos posuerant, voluit Lucas etiam alterum sensum exprimere, quo per clausos intelligitur, secundum vim Heb. vocis etiam ligati vinculis, aut carcere detenti, quod rectè ut dixi, in infirmos, & obsessos à dæmone quadrat, & per metaphoram in peccatores.

Est autem obseruanda præpositio, *in*, significat enim, *per*; hoc est, per remissionem, seu libertatem, sc. remittendo, seu soluendo. Leo Isa. 61. vult duplicem sensum posse habere Hebræa, & illum Hieronymi, *clausis*, seu *vinctū apertionem*; & eum quæ habent 70. & *cæcis visum*, vtrumque voluisse Euangelistam complecti, & ideò non tantum contentus fuit dicere cæcis visum, sed tubdidit, *dimittere contractos*, id est, dimittere ex carcere laboribus eius *contractos in remissionem*, id est, libertatem.

Vel certè his verbis voluit explicare ea, quæ Isai. habet. v. 3. *ut consolaret omnes lugentes, ut ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronã pro cinere. Oleum gaudij pro luctu* &c. hoc. n. est dimittere lugētes, ac tristes in libertatē, atq; adeò hilaritatem.

16. *Annum Domini acceptum, & diem retributionis*] hoc est ergò sextum opus ad quod missus dicitur Christus; primum enim fuit euangelizare pauperibus; alterum sanare contritos corde; tertium prædicare captiuis remissionem; quartum & cæcis visum; quintum dimittere contractos; sextum hic habetur. Accipitur verò hic annus pro tempore,

quod in Christo inceptit, & ad finem vsque sæculi perdurabit: & alludit Isai. ad annum Iubilæi Iudaici, Leuit. 25. Is enim figura erat temporis Evangelici.

Acceptum] Græc. *Λατόν*, hebr. est *Ratſon*, annum scilicet quo homines Deus in gratiam recipit, tempus inquam misericordiæ, pacis, remissionis, salutis, in quo post longam tandem iram, & iustam in nos indignationem, restitui-mur in gratiam, acceptationem, ac benevolentiam eius Isaiæ quadragesimo nono, vers. octauo, tempus placidum vocatur, Latine vertitur *beneplacitum*, Psalm. sexagesimo octauo, *tempus beneplaciti*: à Septuaginta dicitur bona voluntas, qua gratis, & spontè ex amore, & misericordia sua decreuit Deus hominibus subuenire, in gratiam recipere, & adoptare: quod quia executioni mandatum est per Christum, dicitur beneplacitum in Christo posuisse Ephes. primo, vers. nono, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo: hoc ergo prædicauit Christus. apud Isai. legimus placibilem, sed actiue intelligendum est, hoc est, annum reconciliationis, seu beneplaciti, seu voluntatis bonæ; quòd scilicet, **D** **v** **s** beneplacito suo uti velit erga homines, id est, quod decreuerit misericordiam suam exhibere humano generi: non quia id merebatur, sed quia libuit illi esse misericordi.

Diem retributionis] ultionis hostium spirituum, & apud Isai. ultionis, Ioan. duodecimo, *nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. Hieronym. in Isai. comment. & Euseb. lib. 9. demonstrationum cap. 13. intelligunt ultionem illam, qua populus Iudaicus per Romanos deaustatus, & perpetuæ seruituti mancipatus est Luc. 19. Cyrill. in commentar. exponit etiam hunc diem esse iudicij tempus: sed retributionem intelligit eam, quam reddet Christus tunc credentibus in eum, sed satius est intelligere præsertim ultionem in suos inimicos: tunc enim poenas sumet de his qui illi non crediderunt. Dies enim ille, dies erit iustitiæ quo vnique tribuendum erit iuxta opera sua. prædicauit sanè Christus non semel iudicij diem. Ambæ hæc interpretationes bonæ sunt.

6. **Et cum plicuisset librum**] non vacat mysterio quod Domino à ministro Synagoga porrigitur liber clausus, quodque eundem Dominus aperuerit, & explicarit (Græc. *ἀνεπιτύξας τὸ βιβλίον*, & ut explicauit librum, quod nos habemus *reueluit librum*) quod item hunc clausum Dominus rursus reddiderit ministro. Scripturam enim sanctam ante Christum Iudæi quidem habuerunt, sed obſignatam, & clausam, nec dum intellectam, quam Dominus ab illis accipiens solus aperire potuit, & explicare, ut qui solus haberet scientiæ, & intelligentiæ clauem: sed eandem nihilominus clausam à Christo bona Iudæorum pars suo vitio accepit, qui pertinaci incredulitate Christum legis Spiritum, & finem in ea non agnoscent, etsi eam quotidie manu terunt, & legunt. aliter Beda mysterium totius facti, quod hic memoratur, explicat.

Sedit] ut maiestas doctrinæ, & dicentis auctoritas indicaretur.

Intendentes in eum] nimirum expectabant aliquid noui. multa enim de eo admiranda audierant, & experiri volebant.

7. **Hodie impleta est propheta in auribus vestris**] id est, vobis audientibus eam, quasi dicat, ego sum de quo loquitur. Est ergo sensus: hodie vestris ipsi auribus huius prophetiæ impletionem audistis, cum me concionantem auditis, de cuius illa præ-

A dicatione loquitur. Dixit autem auribus vestris potius quam in oculis, quia impleto prophetiæ sita erat in Euangel. prædicatione, saltem ea pars, quam tum propriè completam esse significabat. Dicitur autem primum eo die impletum illud vaticinium, nempe illis Nazaræis: quia eo primum die cœperat illis spiritu Dei plenus, atque impulsus Euangelium prædicare.

8. **Et omnes**] more Scripturæ loco plerique ponitur.

Testimonium illi dabant] Missis cæteris interpretationibus, equidem arbitror hoc testimonium referendum ad Christi miracula, quæ præsertim Christus patrarat coram aliquod Nazaræis, antequam concionem hanc haberet, quam commemorat Lucas, ut hic habes v. 20. ex Marco, infirmos enim curasse narrat. Et quidem ad explicandam prophetiam Isai. oportebat miraculorum meminisse, ut vel si ostēderet impletam esse prophetiam quantum ad hoc. Matt. etiam 13. 64. & Marc. 6. 2. & hoc cap. ver. 10. non tantum verborum Christi, sed etiam virtutum mentionem facere, dum habet admiratos esse Nazaræos non Christi modo sapientiam, sed & virtutes, Lucas ergo propterea addidit, illos testimonium Christo dedisse, quasi testes se exhibentes & confirmantes miracula illius. Porro ea miracula præcessisse explicationem prophetiæ, illud planè suadet; quia post eam explicationem, quæ subinde conſequuta fuit, voluere Nazaræi illum præcipitem agere, & ob id etiam extrâ ciuitatem eiecere. Quare reuersus est Christus Capharnaum. iam ergo præcesserant illa miracula.

In verbis gratiæ] id est, gratiosis, vel gratia plenis: significat autem hic gratia non quæ hominem Deo charum, sed quæ hominibus gratum acceptumque facit: gignebant verò hanc in Christi verbis gratiâ, simulque admirationē pariebant, sapientia, & suauitas quædam ac venustas dicendi, ve ex Marc. constat, qui ait: *admirabantur in doctrina eius*: & ex Luc. dum ait, *in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius*, iuxta Psalm. 44. *diffusa est gratia in labijs tuis*. quamuis hæc duo vno verbo comprehenderit Lucas, dum ea verba gratiæ appellauit, id est, accepta, & grata audientibus. quicquid enim sermonem gratum, & acceptum efficit, gratia dicitur, iuxta illud Coloss. 4. *fit sermo vester semper in gratia sale conditus*.

Et dicebant] Interlin. *Et pro, & tamen*.

Nonne hic est filius Ioseph?] Erat hæc admiratio cum incredulitate coniuncta. Nam cum virtutem & sapientiam eius agnoscerent, carnis tamen humilitate, ac parentum inopia ne in illū crederent. factum est; & hoc est, quod dicunt Matt. & Mar. & scandalizabantur in eo, hic v. 11. Itaque dicebant, nouimus hunc nunquam litteras didicisse, parentes eius scimus, pauperem, humilemque vitam degere. vnde igitur huic sapientia tanta, virtutes tales? & idcirco admirabantur: nascitur enim admiratio ex ignoratione causarum. certum igitur esse debet, admirationem illam, & testimonium non fuisse fidei, sed scientiæ. Neque enim testimonium illi dabant, quod esset Christus promissus à Deo: sed quod benè, & eloquenter in Synagoga doceret, & miracula, quæ negare non poterant, fatebantur: quæ eo magis admirabantur quod putarent eum filium fabri, nec litteras didicisse.

Verum hic non parua se se offert difficultas, qui videlicet scandalizari in eo potuerint. cum dictum sit, admiratos Nazaræos fuisse eius & sapientiam, & virtutes: Resp. dixisse Euangelistas, quod Nazaræi scandalizabantur in eo tantum ob hoc, quod non crediderunt in ipsum, impingentes in eius carnis abiectiōem, & humilitatē. Plus enim

potuit

17.
Iudæi scrip-
turā clau-
sam habent.

18.

19.

Iudæorum
scandalum
ex carnis
humilitate
origini.

20.

potuit apud illos ad non credendum nota Christi educatio, ac paternæ domus inopia, propter quâ Iosephi fabri filium, ac Mariæ vocabant, & fabrûs; quam ad credendum valuerit eius & sapientia & virtutes.

Porro huic infidelitati, & scandalo non repugnat admiratio, & testimonium virtutum Christi. Est enim admiratio quædam, quæ ex fide, & cum fide est, & est admiratio infidelitati cõiuncta, cuiusmodi est Ioan. 7. illa Iudæorum dicentium: quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Admirabantur sapientiam Christi & non credebant tamen. Hinc Hilar. cano. 14. in Matt. ait: *imbonoratur Dominus à suis, quanquam & docendi prudentia, & operandi virtus admirationem commoueret, fidelitas tamen eorum veritatem iudicij non recipit: non enim credunt hac Deum in homine agere* Quare non mihi omninò placet, quòd Iansé. excogitauit, & quidam neoterici, non eosdem fuisse admiratos, ac scandalizatos in Christo initio; quamuis postea censeant, priores illos à posterioribus in prauum sensum inductos esse, ac deprauatos.

21. §. B. *Nonne hic est faber*] Aug. lib. 1. de consen. Euang. c. 42. inquit quomodo Matt. dicat Christum appellatum fabri filium, Marcus verò fabrum? Respondet vtrumque dici potuisse, eò enim illi credebant fabrum Christum, quòd fabri filium, vel dic, Christum antequàm se proderet artem fabri exercuisset sicut Ioseph: quare, & faber, & fabri filius appellari potuit.

Idem August. se 36. de tempore ait: *Ioseph faber in terris, pater putabatur esse Domini saluatoris. nec ab hoc opere Deus, qui vere est Pater Domini nostri Iesu Christi excluditur. nam est & ipse faber, ipse enim est artifex, qui huius mundi machinam non solum mirabili, sed etiam ineffabili sapientia fabricauit tanquam sapiens architectus, calum sublimitate suspendit: terram mole fundauit, mare calculis alligauit. ipse artifex qui in nostris moribus præcidit superflua opera, vtilia quaque conseruat. ipse est artifex cuius securim ad radicem nostram positam Iohannes Baptista comminatur, vt omnis arbor que nonnam iusta discretionis excefferit, excisa radicibus tradatur incendio: qua autem mensuram veritatis habuerit, cælesti fabrica deputetur.*

Hieronym. item ad finem Zachariæ sic scribit: *qui vitia destruant, virtutes edificent, omnesq; sancti, qui hac remedia possidentes instaurant semper Ecclesiam, fabri appellandi sunt. vnde & Apostolus loquebatur, quasi sapiens architectus fundamentum populi sui; 1. Cor. 3. & iratus Dominus, de Hierusalem ablatum esse se dicit architectum, & virum sapientem. & ipse Dominus Dei omnipotentis filius, & creatoris omnium fabri filius appellatur. & Matt. 6. Filius fabri Iesus vocatur, & hoc mysticè, sed fabri, qui fabricatus est auroram & solem. Sic Hierony. & verò voluit Dominus faber esse, aut fabri filius haberi. primò, vt consolaretur eos qui manuum labore victum querant, & ostenderet vesci se pane suo, vt cæteros Adami filios, in sudore vultus sui. Deindè, quia rectè in illum hoc artificium congruebat, qui fabricaturus erat nobis arcam ex cruce à diluio peccati seruantem, tanquam alter Noè: & scalas constructurus quibus ad cælum cõscenderemus. postremò, vt ex August. & Hieron. retulimus, vt indicaret se illius fabri esse filium, qui fabricatus est auroram, & solem, mundumque totum, & plenitudinem eius.*

Quæstio faber
Christus.

Cæterum cum faber sit commune nomen artificum, qui ex quauis materia aliquid faciunt exceptis plasticis vt inquit Iansé. sicut Græcis est *τίκτωρ* non constat cuius artis fuerit. Hilar. cap. 14. in Matth. Fabrum ferrarium fuisse opinatur. Et Ambros. lib. 3. in Luc. & Bed. in cap. 3. Marc. sunt qui

A aurificem putent, vt Hugo. sunt qui murarium, quod etiam Hugo videtur approbare. passim cum Chrysof. apud D. Thom. in cap. 1. Matth. & 13. & cum D. Thom. in comment. lignarium arbitrantur. vnde Sozom. lib. 6. cap. 2. histor. narrat Christianum quendam à gentili per derisum interrogatum quid faceret filius fabri, respondisse, feretrum Iuliano Imperatori fabricare.

Fratres eius] De his in Theoria: vbi & de sororibus.

10. *Qua hæc sapientia*] Hierony. Matt. 13. mira, inquit, *stultitia Nazarenorum: mirantur vnde habeat sapientiam sapientia, & virtutes virtus. sed error in promptu est, quod fabri filium suspicantur. Error Iudæorum salus nostra est, & hereticorum condemnatio. in tantum enim cernebant homines Iesum Christum, vt fabri putarent filium. Mirari, si errent in fratribus cum errent in Patre?*

B 11. *Et scandalizabantur*] vide superius numer. 19. 20.

12. *Vtique*] Gr *τέρας*, id est, omninò vel certè. *Similitudinem*] Gr. *ἰσοδοξία*: quasi dicat, prouerbium. vnde Cyrill. *commone*, inquit, *prouerbium apud Hebræos ad improprium excogitatum.* Quorsum hoc prouerbium vsurpauerit exponit ver. eodem 12. dicens, quanta audiimus facta in Capharnaû, &c significabat enim illud prouerb. medice cura te ipsum, vt quod quisque beneficij se præstare alijs posse profiteretur, sibi ipsi præstaret doceretque à seipso posse alijs prodesse. Est autem sumptum à medicis, qui alios curant, se verò ipsos curare nesciunt: quamuis ad alios etiam accommodaretur, qui cum alijs prodesse se posse dicerent, sibi prodesse non possent. Nazareni postulabant verbis, vel tacitis saltè cogitationibus, vt quæ miracula in alijs fecisset ciuitatibus, in sua etiam faceret patria; Nazareth cum Christo confundentes, & pro eodem habentes patriæ, & sibi prodesse.

Postulabant sanè, vt ex responso Christi haberi potest ambitione potius, & incredulitate, quam fide vt crederent. Ambitione dum ciuitatem suam alijs præferunt, quasi magis miraculis digna esset, quæ Christum aluisset: incredulitate, quia sic id apud se dicebant, quasi dicerent, non posse Christum, vt iactabat, facere miracula: Nec vera esse, quæ de miraculis alibi factis dicerentur. si enim alibi fecisset, multò magis in patria facturum fuisse, cum autem in patria sua non faciat, nec alibi profectò fecisset. Quod alibi Iudæi Christo obiecerunt crucifixo: *alios saluos fecit, seipsum saluum faciat*, quasi dicerent, si vera fuissent miracula, quibus alios saluos fecisse fertur, se vtique ipsum multò magis saluum faceret; quod cum facere nõ possit, ne illa quidem miracula facere potuit quæ narrantur.

Quanta audiimus facta] exponit Dominus, in quo sensu dicturi essent prouerbium illud, medice cura te ipsum, vt paulò superius declarauimus, numero vigesimo, qua illorum calumnia proposita adhibet responsum, dicens versicul. sequenti.

13. *Amen dico vobis, quia nemo Propheta*] hæc sententia respondet simul, non solum propositæ calumniæ à Luca: sed etiam scandalo ob humilitatem generis, quod habent Matth. & Marc. qua occasione etiam inquirunt, eandem sententiam obiecisse Dominum, *non est Propheta sine honore, &c.* vtrique ergò respondet hæc vna sententia. Quoniam enim in progenie eius scandalizabantur ex Matth. & Marc. & calumniabantur paucitatem miraculorum ex Luc. Dominus hæc sententia significat nihil noui se ab eis pati, sed commune hoc sibi esse cum omnibus Prophetis, quod

nō honoretur in patria à ciuibus suis. Significat etiā ob id non facere se ibi multa, aut magna miracula, quod non esset ibi acceptus, & honoratus, & proindē ipsi indigni essent, & incapaces miraculorum, vt postea dicitur: non quod propriam ipse gloriam quæreret, sed quod honor vel contemptus prædicatoris in prædicationem ipsam redundet, ac fructum impediatur.

24.
Cur quilibet
Propheta
contemptus
in patria sua.

Familiari-
tas parit cō-
tempnum.

Hanc sanē sententiam vehementius afferunt Matth. & Mar. dicentes: *non est Propheta sine honore, nisi in patria sua* &c. id est, non est Propheta vsquam contemptior, & magis in honoratus, quam in patria sua, & inter notos. Ratio autem, quare Propheta, vt plurimum (sicut enim oportet intelligere) non est acceptus in patria sua duplex est, prima propter familiaritatem, quæ contemptum parit, tum quod per eam familiaritatem obseruatur, & cognoscuntur hominum vitia, & defectus: cum quod eo sumus ingenio, vt externa semper domesticis admiremur, adē vt pleraque ob id solū sint in pretio, quod ex remotissimis locis veniunt ad nos, vnde illud in Eunucho apud comicū de Fidicina, ex Aethiopia est vsque hæc. Altera ratio est, propter ingenitam quandam inuidiam inter conciuēs, qua fit vt æqualis, & qualem non ferat præ se honorari, & multo minus senior iuniorē, à quo aliquando prius honoratus fuit. Est inuidia dolor de aliena prosperitate, quando ea de causa homo, de alterius bono dolet, quia per id bonum sibi videtur ipse minor fieri, & alter præferri, aut coæquari, qui inferior erat. Hæc ratio dolendi inuidiā constituit. Vnde Augustinus l. ii. super Gen. ad litteram. c. 14. *inuidet, inquit, par pari, qui ei coaquatur, inuidet inferiori maiori, quia ei non coaquatur, inuidet superiori inferiori, ne ei coquetur.* Habet autem inuidia tres effectus incredulitatem, detractionem, iniustitiam. Hinc August. ser. 18. ad fratres de here. *inuidia, inquit, fidem tollit, linguam multiplicat, iustitiam disperdit.* Sanē qui eiusdem patriæ sunt quandam videntur habere paritatem, vel æqualitatem. quando ergo eorum aliquis prospera vitur fortuna sæpē alij ciues inuidet illi, quia eo ipso illi minui videntur: quod non est in eis, qui non sunt eiusdem patriæ.

Inuidia vis.

Inuidia quid sit.

25.

Ex hac autem inuidia Nazaranorū cōtra Dominum, quem audiebant pro Messia haberi, orti sunt tres illi effectus inuidiæ: Nam nec crediderūt eum esse Christum, vel miracula vera fecisse, detraxerunt etiam verbis, eius dignitati, dicentes, eum fabrum, fabri filiū &c. & sorores eius apud nos sunt, quasi dicant, sunt sicut cæteræ foeminae; nec hoc contenti tentarunt eum præcipitem agere. hoc ergo Prouerbio notauit & tacitè reprehēdit, Dominus, suos ciues inuidiæ, infidelitatis, detractionis, & iniustitiæ.

26.

Obseruandum quod eam sententiam: *non est Propheta sine honore* &c. referunt Matth. & Marc. quasi pronuntiatam à Domino contra scandalum generis, & humilitatem parentum eandem: *nemo, scilicet, Propheta acceptus* &c. ponit Luc. quasi cōtra calumniam de nō patris miraculis in patria. Quare videri posset bis dicta à Domino, semel quidem ad excludendam obiectionem humilitatis generis, iterumque repetitam contra calumniam ex miraculis natam. Verū multo mihi verosimilius fit, semel tantum à Domino hic esse prolatam: nam, vt dixi n. 21. ver. 13. vtraque obiectio per hanc eandem sententiam semel dictam excluditur: & idcirco contenti fuerunt Euangelistæ alteram afferre obiectionem, quamuis omnes simul vtramque complectantur, quia vna exclusā excluditur altera, vt patet intuenti superiorem expositionē.

27.

14. *In diebus Elia*] Ambrosius, id est, quibus Elia operatus est.

A *Multa vidua erant*] probat Prophetam non esse in pretio, atque adē acceptum in patria sua duobus exemplis: simulque causam significat, cur ibi miracula non faceret, propter scilicet incredulitatem; neque Elia ad vllam Iudæam viduam missus fuit, nec Elisæus vllos Iudæorum leprofos curauit. Exemplum Elia habes tertio Regum decimo septimo, nono. Elisæi verò quarto Regum quinto, decimo quarto. Elia autem constat non ad Iudæam aliquam tempore famis, sed ad gentilem in Sarepta Sydoniorum missum fuisse, quod sciret Deus gratiorem apud alienigenas. quā apud suos hospitem fore, liquet etiam ad Elisæum nullum inter Iudæos leprosum accessisse, petendæ curationis causa, nec illi tantum honoris detulisse: cum tamē Naaman alienigena tantum illi honoris detulerit, vt à Syria vsque venerit, vt ab eo curaretur. Quibus duobus exemplis probat Dominus, non solum Prophetas apud suos in pretio non habitos; sed eos quoque miracula apud extraneos suis derelictis fecisse, ob suorum incredulitatem, & quod ab illis non honorarentur.

B

Annus tribus, & mensibus sex] non potest, inquit Iansenius, id haberi ē Scriptura veteris Testamenti, tempus illud fuisse annorum trium, & mensium sex. Quare dicendum quod Dominus tempus cognouerit æterna illa sua cognitione, qua nullum præteritum ei fuit incognitum, vel quod id ex antiqua traditione haberetur vulgatum apud Iudæos. Idem tempus assignat Iacobus in sua epistola, siue Dominum sequutus, siue traditionem: dum ait tempore Elia non pluuisse menses sex, & annos tres. Quod verò tertio Regum decimo octauo, dicitur: in anno tertio missus esse à Sarepta Elia, vt daretur pluuia in terra Israel, quæ & mox postea data scribitur: secundum Iyranaum intelligendum anno tertio, non à prohibitione pluuiæ, sed à tempore quo fuit Elia in Sarepta: fuerat enim aliquando in torrente Carith. vel annus tertius intelligendus est completus.

28.

C

Fames magna] Basilius per famem illis ieiunium attulit, quo culpa cohiberetur. facti autem sunt iusto corui ministri cibi, qui aliorum pabula vsurpare consueuerunt.

In vniuersa terra] scilicet cum per totam regionem illam Syriæ magna grassaretur fames.

16. *Nisi Naamā Syrus*] insignis sanē fuit fides Naamā Syri primū quod puellæ vni dicenti: *Vtinam fuisset Dominus meus ad Prophetam, qui est in Samaria, profectō curasset eum à lepra*, statim fidem adhibuit. deindē quod hac fide motus stabilis Regem Syriæ adiit, rem hanc auditam vt certam illi relaturus. Tertio quod ea fide impulsus profectus est in terram Israel ad Elisæum non sine muneribus. Ad hoc iussus Lauari septies in Iordane, licet monitus à seruis statim obediuit.

Quinto consecutus fuit illic verum Deum agnouit, spretio idolorum cultu: ac dixit: *Verè scio, quia non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel.* Postremò de terra Israel secum tulit, vt vero Deo sacrificia offerret, nec amplius falsis Dijs litaret. egregia sanē fides, vt nō mirū, si spretis incredulis Iudæis, qui licet apud se Prophetam haberent, non credebant tamen posse ab eo sanari, Elisæus hunc à lepræ morbo liberarit.

29.

17. *Et repleti sunt*] quoniam indicauerat Nazaranis, atque adē obiecerat infidelitatē, & adductis exemplis indignos eos esse miraculis: peiores reprehensione effecti ira, ac vindictæ appetentia cōtra illum exaruerunt; nec mirum, cum Prouerbiorum decimo quinto scriptum sit: *non amat pestilens eum, qui se corrigit.* Hugo de S. Viçt. de duodecim abusioni.

Tres gradus obfirmatorum in malo.

Tres gradus constituit hominum in malo obfirmatorum. primum eorum, qui admoniti ac correcti nihil meliores fiunt, nec inde iuuantur. Alterum illorum hominum, qui ita peccato inhaerunt, ut admonitione ipsa & correctione etiam peiores reddantur: ij ex lima rubiginem contrahunt, ijs simillimos esse recte dixeris Nazareos. In tertio gradu collocat eos, qui cum emendationem admoniti promittant, moliantur tamen semper, nec stant promissis, de quibus exponi potest illud Psalmi octuagesimi: inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in saecula. vel ut alij legunt in saeculo.

30.

18. Eiecerunt illum extra civitatem] is erat olim locus plectendi reos morte, quare & Christus extra portam passus est, sicut & Stephanus.

Vsq[ue] ad supercilium montis] Civitas posita erat supra montem quidem quamvis non supra verticem illius, seu quod idem est, supercilium; quare egressi civitate eò pertraxerunt Christum ut precipitem inde agerent. vi autem trahi & eijci videbatur illis Christus, sponte se tamen trahi, & & eijci sinebat. Beda, peiores hos Diabolo facit: nam ille suadere tantum conatus est Christo, ut se ex templi fastigio precipitem daret, ipse non est ausus: illi suis eum manibus, precipitem agere voluerunt.

Nazareni peiores diabolo.

31.

Observandum Diuum Bonaventuram hic affirmare Nazareos Christum extra civitatem eiecisse, quasi blasphemum: nam Leuitici vigesimo quarto, decimoquarto, praecipitum erat: educ blasphemum extra castra, & lapidet eum omnis populus, quod impiè in Diuo Stephano Actorum septimo fecerunt. Ceterum non videtur hoc verum: nam blasphemum lapidare consueverant, non precipitem agere. Responderi posset actum precipitem lapidatos fuisse. sed hoc quis noverit? Praeterea verbum illud: hac audientes, referri videtur ad exempla duo Prophetarum, in quibus nihil est quod blasphemiae adscribere possit. Quare Evangelista irae, & indignationi tribuit. Quod illis testimonijs allatis se norari, se reprehendi animaduvertebant. Nisi dicas, illos ita appetitu vindictae, atque invidentia commotos fuisse, ut haec fecerent, pensasse tamen quod se Christum & Messiam praedicaret, & ita verum habere poterit expositio Diui Bonaventurae. Et confirmatur, quia alioquin non viderentur fuisse ausi occidere quenquam, Herodis potestatem timentes.

32.

19. Ipse autem transiens] Illa, per medium illorum, coniungenda sunt cum verbo, transiens, non cum ibat. sic enim Graece legimus αυτoς δειδιδων διαμεσθ αυτων ιποριον: ipse autem cum transiisset per medium ipsorum, ibat, vel ibat quo scilicet voluit, quibus significatur, quanta cum libertate, & omnipotentia elapsus sit è manibus illorum, intrepide scilicet pertranseundo per ipsos medios, non fugiendo, aut currendo. Potest autem hic transitus bifariam intelligi, aut per hoc quod mentem illorum aut mutavit, aut obstupescit, ut vult Beda, adimendo, illis vires; quemadmodum cum ante captiuitatem suam prostravit eos, qui cum Iuda venerant. Aut per hoc, quod se illis inuisibilem reddidit. qua ratione videtur se bis liberasse apud Ioan. cap. octauo, versic. 59. cum lapides vellent Iudaei in eum iactare; & cap. 10. 39. cum eum volebant apprehendere. in hunc locum mihi videtur quadrare prima intelligendi ratio.

Quomodo Christus abierit à Nazareis.

33.

Quomodo non poteris ibi signa facere.

20. Et non poterat] non posse hic, exponunt nonnulli pro nolle: nam ex Gregor. Nazianzen. orat. 4. de Theolog. in sacris litteris dicimur interdum facere non posse, quod facere nolumus,

A

ex Genes. 37. 4. dicuntur fratres Ioseph non potuisse, id est, noluisse vllum verbum illi pacifice loqui; & Ioan. 7. 7. non potest mundus odisse vos, id est, non vult, cum mundani sitis. Maluit autem Evangelista dicere non potuisse facere, quam noluisse: ut subindicaret Christum quodammodo impeditum horum incredulitate fuisse, quo minus faceret miracula. nec per illum, sed per auditores stetit, quo minus ea faceret, quamuis simpliciter potuisset facere, si voluisset. vel non significatur hic Christi imbecillitas, sed illorum incapacitas, non potuit enim, non quod deesset Deo potentia, & virtus, sed quod illi non essent capaces. cum enim ad curationem, duo concurrere debeant, non quidem necessaria, sed conuenienter tamen, eius qui curatur fides, & curantis potestas: cum alterum deesset, non potuit fieri, quod quantum in ipso erat Domino facile erat. vel & eodem ferè reedit, dicitur fieri non posse quod fieri non expedit ex eodem Gregor. & patet Matth. 9.

B

15. numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? id est, non conuenit. Ita hic dicitur Christus, non posse facere miracula, quia non expediebat, ut faceret: ut si quis à probo principe iniustum aliquid peteret, posset respondere; non possum tibi hoc praestare. Ita nunc æquum non erat, ut ingratis, & indignis hominibus ea faceret Christus miracula. Docuerat enim: nolite sanctum dare canibus: &c. hinc est quod facturus miracula, fidem exigebat prius Matthaei nono, 18. Marc. 5. 36. & 9. 23. Luc. 8. 50. & rectè, nam minus habet meriti fides, quæ miracula sequitur, quam quæ praecedit: & indignus est qui miracula videat, quisquis non aliter, quam visis miraculis credit. Interdum tamen coram incredulis miracula edidit ob eos, qui aderant, quos credituros nouerat. Quod si aliquando fecit aliqua apud eos quos sciebat non credituros, potuit id fecisse, ut tantò iustior, & euidentior esset eorum condemnatio si postea non crederent: quamuis eius primarius finis esset ea facere, ut crederent. vel ne necessarijs, immò & vtilibus auxilijs eos destituisse videretur: ut proinde excusare possent incredulitatem.

C

Existimant verò Beda & Theoph. idè Christum apud incredulos non plura, sed pauca miracula patrare voluisse, ut illis parceret, ne si plura fecisset non credentes inexcusabiles omnino essent. Itaque hoc miserationis fuit. Videtur alijs probabilius, iustitia id potius quam misericordia fecisse Christum, ut miraculis indignos, miraculorum puniret priuatione. Hinc Iuuenus li. 3. hist. euangel. cecinit: talibus indignans praestit sua munera Christus. vtraque ratio respectu diuerforum verum habere potest. Praesertim verò illis miracula negauit, qui vel ex incredulitate postulauerant, vel ob curiositatem, vel ob ambitionem: ita Herodes, ut Greg. lib. 10. moral. cap. 17. voluit Christi miraculum videre, sed videre non potuit. Et Phariseis responsum: Generatio praua, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei. Similiter & Nazareis dixerant: quanta audiuimus facta in Capharnaum. fac & hic, & c. idè indigni qui viderent miracula. Adde non plura interdum facere voluisse apud eos, qui pauca non curassent, neque moti fuissent ut crederent; quemadmodum interdum negat maiora ijs auxilia, qui minoribus abusi sunt. Certè Nazareis paucis illis non crederant prout par erat.

D

Nisi paucos infirmos] ponitur hic nisi pro tantum. Ita superius vers. 15. & 16. in exemplo Eliae, & Elisaei ponitur nisi pro sed tantum. Non enim exceptiue potest accipi, cum id quod excipitur non contineatur sub eo unde fit exceptio. idem significat Matt.

34.

cat Matth. cum ait : non fecit ibi virtutes multas. Notat Orig. Matth. 13. propterea id dixisse Matth. & Marcum & ceteros. ut intelligeremus, qui pauca ibi fecit miracula, plura facere potuisse si meruissent.

Impositis manibus] dum ait non solo verbo, sed *impositis manibus* curasse paucos, indicari vult Maldonat. quasi vi curatos fuisse, ut miracula ibi facta extenuaret Evangelista: sed non est verosimile illis verbis; *impositis manibus*, voluisse extenuare Evangelistam, miracula Christi.

21. *Et mirabatur*] Alibi dictum est, quomodo in Christum cadat admiratio dilucid. c. 9. huius libri. vide etiam Maldon. Matr. 8. 10.

Propter incredulitatem eorum] putant aliqui illa verba, & *mirabatur*, per parenthesis esse legenda, ita ut hæc verba, *propter incredulitatem eorum*, referatur ad præcedentia: sic enim loquitur Matth. & non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.

T H E O R I A.

De fratribus Domini in ver. 9.

1. **Q**UAE DAM diximus huc pertinentia de fratribus Domini lib. 2. dilucida. cap. 6. in ver. 12. & lib. 4. cap. 12. in versic. 39. Adijciemus nunc aliquanto copiosius quædam alia. in primis licet aliquando quidam Patres dixerint. Beatam Virginem esse illam mulierem, quæ dicitur apud Evangelistas mater Iacobi & Ioseph: non tamen intellexerunt genitos esse ab ea, sed quia putarunt Beatum Ioseph fuisse patrem illorum, sed ex alia omnino coniuge; vnde factum ut B. Virgo quoniam sponsa fuit Ioseph, dicta sit mater illorum. verum iam satis constat falsos illos fuisse; fuit enim D. Ioseph virgo, quod Hugo de S. Viç. q. 5. in epist. ad Galat. docet cum Bernardo & alijs; inter quos Petrus Rauennas epist. 11. c. 4. affirmat hanc Ecclesiæ fidem esse, id est, vniuersalem, & piam credulitatem. Idem sequuntur Scholastici in 4. d. 30. & suadet id ratio: tū quia B. Ioseph fuerat Domini Pater dicendus, tum quia custos virginis futurus, quod confirmat D. Thom. lect. 5. in epist. ad Gal. si Dominus noluit Matrem virginem, nisi Virgini commédare, quomodo sustinuisset eius sponsum non fuisse virginem?

2. Est igitur obseruandum: hos, quos fratres Domini vocant Evangelistæ, non fuisse consobrinos Domini: filios scilicet sororum Beata Virg. eo modo, quo quidam exponunt: censent enim Beatissimam Annam post mortem S. Ioachin nupsisse Cleophæ, & ex illo habuisse Mariam Cleophæ, matrem Iacobi, & aliorum fratrum Domini. Rursum sublato ex hac vita Cleopha nupsisse Salome, & ex eo tulisse Mariam Salome, quæ ex Zebedæo habuerit Iacobum, & Ioannem. Sed omnino incredibilia, & falsa sunt hæc; nam Beatissima Anna cum Ioachino, sterilis permāsit ad ætatem vsque senilem, & tunc accepit S. Virginem Dei Matrem, nec aliam vnquam, vel nouit, vel habuit filiam, neque alij nupsit. Allucinantur etiam hi dum arbitrantur matrem Iacobi, & Ioannis dictam esse Mariam Salome; cum alioqui vocaretur proprio nomine Salome. Dux enim in Euangelijs tantum nominantur Maria exce-

2. Anna an plures maritos habuerit.

A pta B. Virgine, scilicet *Maria Iacobi*, quæ dicitur etiam *Cleopha*, & vocatur etiam *altera Maria* à Matt. hoc est vltra Mariam Magdalenam, & *Maria Magdalena*. mater verò filiorum Zebedæi tantum *Salome* dicta est. Immo nusquam inuenio filios Zebedæi, *fratres Domini* appellatos fuisse.

Quare dicendum Cleopham binomium fuisse, dictumque etiam *Alphæum*; atque ita hæc Maria dicta est Cleophæ scil. vxor, qui idem est cum Alphæo. Hinc *Iacobus Alphæi* vocatus est. quod si non placet dic, eius nomen fuisse *Alphæum*, sed *Cleopham* fuisse cognomen à gentilitate, vel familia, ut videtur Hieronym. dicere. Nec desunt qui distinguant Alphæum à Cleopha; ita ut Maria hæc vtriusque successiue coniux fuerit: sed prius nupsit Alphæo; vnde habuerit Iacobū, & Ioseph, quo mortuo nupsisse aiunt Cleophæ fratri D. Ioseph, & sustulisse inde Simonem & Iudam. vnde factum ut omnes hi quattuor dicerentur filij Cleophæ, licet Iacobus, & Ioseph fuerint naturales Alphæi, ac proindè omnes dicti *fratres Domini*.

Verum probabilius iudico eundem esse Alphæum cum Cleopha, fuisseque fratrem B. Ioseph sponsi B. Virg. & genuisse ex prædicta Maria Cleophæ Iacobū Alphæi dictum, Apostolū, à quo dicta est hæc mulier *Maria Iacobi*, & Ioseph, & Iudam, & Simonem illum, qui successit Iacobo in Episcopatu Hierosolymitano, & peruenit ad decimum Traiani annum, ac vixit centum viginti annos, cum Iacobus Apostolus nonaginta sex annos vixerit, martyrque; factus sit septimo Neronis anno ex Epiphani. hæref. 78. Porro iste Iudas fuit Apostolus scriptor vnus canonicæ, vbi vocat si *fratrem Iacobi*, & Act. 1. 13. *Iudas Iacobi* vocatur.

Cæterum quoniam B. Virg. & Maria Cleophæ duorum fratrum coniuges erant, Iosephi scilicet & Cleophæ, ideò dicuntur sorores inter se more scripturæ, & Iacobus, Iudas, Ioseph, & Simon fratres Domini; quia filij sororis Beate Virginis: coniuges enim duorum fratrum rectè sorores appellari possunt. Hæc est mea hac de re opinio, quàm etiam Suar. d. 5. Sec. 4. sequitur.

Quæ sententia sumit *Iacobum Alphæi*, & *Iacobum fratrem Domini*, seu *Iacobum Apost.* eundem esse: nec obstat quod dicatur Episcopus Hierosolymorum factus ab Apostolis, quod in virum Apostolum non videtur conuenire. Intelligendum enim est non creatum fuisse Episcopum ab Apostolis, sed fuisse illi assignatâ speciatim Ecclesiam illam. Quod si D. Clemens in constitut. lib. 2. cap. 29. & clariùs lib. 6. cap. 12. 14. aliter sentire videtur: Dicendum locum illum corruptum esse. Et Nicolaus primus qui citatur in contrarium à Turriano in Scholijs ad Clementem lib. 6. cap. 12. pag. 81. fauet potius: nam concedit Hierosolymitanam Ecclesiam esse Patriarchalè, licet Antiocheam propter D. Petrum illi præferat.

Hieronym. ad Galat. 1. excludit à numero 12. Apostolorum Iacobum fratrem Domini, quam sententiã videtur tueri August. 28. in Ioan. & Chrylost. hom. 40. quare Theop. Ioannis 7. adnot. 3. censet fratres Domini non

3. Cleopha quæ.

4.

5.

6.

fuisse de numero 12. Apostolorum : quamvis fortè fuerint quidam alij, qui præter duodecim, dicerentur Apostoli, vt significat Hieronym. loc. cit. & hæc sententia confirmatur : nam Ioannis 7. dicitur non credidisse in Iesum fratres eius, cum tamen de Apostolis 12. dictum fuisset superius : *nos credidimus, & cognouimus, quia tu es filius Dei.* Matt. etiam 12. dicitur : *ecce mater tua, & fratres tui foris stant querentes te, & extendens manus in discipulos suos ait : ecce mater mea, & fratres mei.* Erant ergo fratres hi extrâ numerum Apostolorum, qui sequebatur Dominum, quod non videtur fecisse fratres eius. Actorum 1. inter Apostolos numerantur Iacobus Alphæi, Simon, & Iudas, & postea subditur : *hi erant omnes vnanimiter perseverantes, & ceterum mulieribus, & Maria matre IESU, & fratribus eius.* Erant ergo hi fratres alij ab Apostolis. Sed respondeo his rationibus tantum confici non omnes fratres Christi fuisse Apostolos, cuiusmodi fuerunt Simon & Ioseph.

7. • Et verò neque arbitror absurdum concedere præter hos fuisse alios fratres Domini dictos, quamvis hi essent magis intimi & noti. Quid quod & sub nomine *fratrum* comprehenduntur etiam sorores possunt, per quandam conceptionem. Nominantur enim Marci 6. & hic vers. 10. sorores Domini, quamvis non exprimentur, quamnam sint. Niceph. lib. 2. hist. cap. 3. ex Hippolyto Portuensi Apostolis vicino, duas scribit fuisse sorores Domini, vnâ nomine Esther, alteram Thamar, illorum quatuor sorores, de quibus, quia tanquam mulieres non recedebant à patria, dicuntur Nazarætanæ; & sorores eius apud nos sunt. Epiphanius in Anchorato duarum etiam meminit, sed Mariam, & Salomen vocat. omnia incerta.

DIGRESSIO PRIMA MORALIS

De unctione Christi Præstantia, in ver.

4. Spiritus Domini, &c.

1. **M**ESSIAE nomen hebræis idem significat, quod Græcis *Christus*, & Latinis *Unctus*. & in Scriptura quidem accipitur etiam vt nomen appellatiuum : qui enim sacro vnguento vngebantur Christi, & Messia nomen fortiebantur. Erat autem apud hebr. solenne, ac legitimum & Sacerdotes unctione consecrari, regesque inaugurari ; vt constat Exod. 29. 1. Reg. 10. 16. itemque de aliquibus Prophetis insignioribus legimus, vt lib. 3. Reg. 19. iussit Deus Elię, vt Prophetam vngeret Elişum. porro unctione hæc regibus, aut sacerdotibus in caput effundebatur. patet id 1. Reg. 10. 1. Psal. 132. idem arbitror in prophetis factum.

Sacerdotes
vngebantur
apud Iu-
deos.

2. Christi sin-
gulari vn-
ctio.

Singulari igitur modo vngi debebat etiam Messias Christus Dominus. futurus enim erat eximius, & singularis Propheta sicut Moyses, Deut. 18. 15. prædixerat : *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus.* quæ verba Petrus in Actis Apostol. cap. 3. 22. de Christo dicta interpretatur. Futurum eum præterea regem, immò & regum potentissimum plenissimè Dauid prædocuit in Psal. 2. 44. & 71. De singulari Sacerdotio etiam eius

A minimè dubitandum est : etenim Dauid in Psal. 109. qui est de Messia, sic cecinit : *iurauit Dominus, & non penitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Omnino igitur dicebat Christum spirituali, ac cælesti unctione excellentissimè vngi.

Propterea non singulari tantum modo, sed plus etiam & excellentius cæteris omnibus vnctus est, idque pluribus rationibus : nam primum non modo abundanter, sed etiam redundanter, nec sibi tantum, sed nobis etiam vnctus est : de plenitudine enim eius nos oēs accipere debebamus ; quod Psal. 132. præsignificatum videtur à Dauid : *sicut vnguentum in capite, inquit, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.* Merito igitur Psal. quadragesimoquarto sic vaticinatur idem Dauid : *propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitia præ participibus tuis.* quare nomen Messia per quandam antonomasiam Christo tribuitur, vt Psal. 2. *aduersus Dominum, & aduersum Christum eius.* Daniel. 9. *post septuaginta duo hebdomadas occidetur Christus.* Ad hæc præ cæteris vnctus est, quia in se vno ipse complectitur, & concludit omne unctionis genus : est enim simul rex, sacerdos, & Propheta, vt ostensum est, quod nemini alteri congruit : neque enim vllus vnquam simul rex, propheta, sacerdos, præter vnum Christum Iesum.

C Tertio, eius unctio cæteras omnes antecellit quia olim reges, sacerdotes, vel Prophetæ corporali oleo vngebantur, at Christus spirituali. Fateor Patriarchas ante legem, de quibus Psal. 104. *nolite tangere Christos meos* gratia, ac spirituali vnguento vnctos esse. Hoc enim loco Psal. vtuntur D. Basil. & Hieronym. contra Iudæos, vt ostendant dici etiam *Christos* aliquos ab vnguento spirituali. Fateor id, sed eorum gratia certis quibusdam cancellis, & limitibus continebatur cum Christi gratia infinita suo modo fuerit.

His accedit quarto loco Christum longè aliter vnctum fuisse, nam cæteri summum creatam gratiam, at Christus etiam increata, nempe diuinitate. tribus .n. modis dicitur Christus vnctus, vel diuinitate, vel donis Spiritus S. affluenter & sine mensura, vel denique vnctus dicitur, id est, siue ad euangelizandum, siue ad redemptionis opus à Deo destinatus. Quantum igitur diuinitas rem creatam excedit, tantum vnctio Christi, cæteras omnes unctiones antecedit : de qua per diuinitatem unctione, lege Orig. lib. 2. de Principiis c. 6.

D Dices quid oleo cum diuinitate? Respondeo, rectè posse non modo gratiam ipsam creatam, ac Spiritus sancti charisma, sed etiam diuinitatem ipsam sanctissimæ Christi humanitati communicatam, aptè unctionem appellari; quam rem Euseb. 4. demonstrat. euang. cap. 15. sapientissimè explicat; ait enim : *diuina natura virtutem illam rectè oleum in Scripturis nominari: auget enim oleum lumen, fessos subleuat, labores aufert, eos, qui ipso vnguntur, hilares facit, instar luminis de seipso vibrat splendores, nitidumque, ac micantem vultum reddit, vt in Psal. centesimo tertio dicitur, vt exhilaret faciem in oleo. vt autem olei natura vna est, vnguentum vero multarum*

4.
Diuinitas
vnctio dici
possit.

in idem

in idem concursus significat: sic diuinitas quatenus simplex oleum recte vocatur. quatenus autem considerantur in ea attributa innumera, ac perfectiones recte unguentum dicitur. sic Euleb. Licet non iisdem planè verbis, quoniam verò huiusmodi dona, quibus Christus Dominus vnctus dicitur Spiritui sancto tribuuntur, sicut & incarnatio; ita rectè in Scripturis non raro legimus illum Spiritu sancto vnctum esse, vt Actorum 10. *quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute.* Huic Eusebij rationi accedit, quod Spiritus sancti virtus omnia valentis, omnia bona præstantis, præsertim autem omnia penetrantis, quæ maximè virtus olei est, intrauit non modo sicut aqua in interiora Christi Domini, sed sicut oleum etiã in ossibus eius, Psalmo centesimooctauo, idè oleo meritò comparatur; & verò iure optimo id ita per Deum factum est, vt tam copiosè Spiritus sancti virtute, tam intimè repleretur, quia scilicet ea virtute maximè omnium indigebat, cum ad euangelizandum, & ad redimendum homines vngi deberent, & cum ab eo nostra omnium salus dependeret; itemq; ipse esset in cuius manus pater omnia dare decreuisset.

5. Sed cur inquires; Dauid hanc virtutem exultationis oleum vocat, quos etiam participes intelligit, dum illum vnctum præ participibus suis dicit? paucis Respondeo hæc quam diximus virtus mirum in modum animam lætificat, quare aptè, sciteque dicta est oleum exultationis, siue lætitiæ. Cùm verò etiam Christo non ad mensuram datus sit spiritus, vt reliquis hominibus rectè vaticinatur Dauid: Psal. quadragesimoquarto, ver. octauo, *vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* vocat autem participes Apostolos; & credentes, vt Hierony. ad Principiam interpretatur, quibus vnctionis suæ vocabulum tribuit, vt ab vncto, vocentur vncti, id est, à Christo Christiani. vnde etiam fit vt dona ea, quibus Christiani efficitur virtutis Christi participes vocentur vnctio, quia illis efficitur membra viuæ Christi & similes ei, ita vt etiam Christi & reges quodammodo dicamur, primæ Ioan. 2. 20. *sed vos vnctionem habetis à Spiritu S. & nosse omnia;* Et postea ver. 27. *vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis.*

6. His igitur constat præstantia vnctionis Christi quia igitur hæc vnctio, vt hæcenus ostendere conati sumus reliquis omnibus veterum vnctionibus anteferenda est; idè merito lenticula, quæ parua mensura est, interdum legimus illos antiquos Reges fuisse vnctos, est enim lenticula paruum vas, vnde videtur per guttas quodammodo oleum effluere, saltem tale vas est, quod parum continet olei, vt proinde rectè dici possit *Latinè guttus olei.* dictus est enim guttus teste Varrone de lingua Latina, à *gutta*, quod propter colli angustiam humor inde guttatim efflueret, eademque ratione à Festo gutturnium nominatur. meritò igitur lenticula Dei vncti fuere, qui si cum Christo conferantur parum, vel nihil ferè gratiæ accepisse videbuntur.

7. Hinc Diuus Gregorius libro quarto, cap. quinto, in primam Reg. cap. decimo, idè

A ait, Saulem lenticula olei vnctum dici, quia velut Lenticula, olei parum habuit, qui spiritalem gratiam prociendus accepit, quod dictum non Sauli modo, sed toti etiam Synagoga, & Hebræorum gentis regno rectè quadrat, de quo dictum: *auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius.* quod idem de sacerdotio dici posse, restatur Apostolus ad Hebræos septimo, ver. vndecimo, cùm tamen de Christo Domino verisimè legamus sine mensura ei spiritum esse datum.

8. Vt meritò proindè dicat Sponsa Canticor. 1. ver. 3. *oleum effusum nomen tuum,* ac si clarè dicat, tanta perfusus es olei pinguedine, odorisque suauitate, vt te non oleo inunctum, sed ipsum potius oleum effusum nominem, in cuius odorem suauissimè currant omnes electi Dei. quæ quidem Sponsæ proposito, quàm vera sit declarari potest ex his quæ Martinus del Rio habet in Canticor. capit. primo, Sect. prima ex Patribus: *ait, inquit, Synagoga (potius Christi Ecclesia) nomen Christi, quod tot sæculis in sinu Patru latuerat, reipsa tandem exhibitum, & per incarnationem effusum in vterum Virginis: sed ibi rursus inclusum, principio in alabastro humani corpusculi, & intra limites Synagoga aliquem mox sparsisse odorem, sed exiguum & gentibus ignotum. Postea quam verò ad crucis stipitem contritum vitrum, & saccus ille pretiosi numismatis conscissus fuit; per Apostolicam predicationem toto terrarum orbe diffusus, & de gratiarum eius plenitudine vniuersus mundus repletus fuit. Quid dico terrarum orbem? odor eius calum, terram, inferos peruasit. Letare mater Ecclesia, inquit Philo Carpathius, tanti nominis, tamque salutaris suauitate inferta (nam à Christo dicitur Ecclesia Christiana) exulta sponsa diuinissimo hoc unguento perfusa. Erumpe in gratiarum actiones, age iam diues, & clama unguentum effusum nomen tuum dilecte mi. Quid igitur mirandum si tanta iniustat a largitate, si tam ardenti amoris face tacta & succensa Ecclesia omnes gentium flagrantis mutuo amore, ad Christi predicationem toto vndique orbe rapido cursu ferantur? hoc itaq; pradicat futurum: nam addit, idè adolescentula dilexerunt te, hoc est, diligunt. Hæc del Rius.*

9. Clariùs Guilhelmus, Solemne est, ait, in Sacra Scriptura per oleum gratiam signari. Quid ergo est oleum effusum, nisi gratia diffusa? diffusa est gratia in labijs tuis, ad personam eiusdem incarnata sapientia dicitur. Labia eius Apostoli, in quibus posuit saluberrimum verbum predicationis, & per quos suauissimum osculum reconciliationis mundo porrexit. Per ipsos facta est diffusio gratia, id est, diffusio olei, quo vngerentur omnes præordinati ad vitam æternam, & dicerentur à Christo Christiani. A facie huius olei computrescet iugum, de quo scriptum est Isai. 10. *grauè iugum super filios Adam.* Hoc iugum non statim aufertur, sed leuius fertur, & computrescit, id est, paulatim languescit, atque decrescit, donec suo tempore penitus auferatur, & plenitudo libertatis filijs vnctionis tribuatur.

10. Porro prima quæ huius olei suauitate, & odore repleta est B. Virg. fuit, quæ in suo eburneo vtero candore virginittatis, & auro caritatis insigni fragrantissimum hoc oleum cõclufit. Quare & fama, & gloria nominis eius rectè oleo effuso comparatur, vt & ipsa filio simil-

lima

Lenticula
quale vas.

lima fit. Hinc Alanus; *Oleum, inquit, esurientem reficit, egrotantem sanat, membra defatigata mitigat, odorem parit, flammam nutrit. sic & in laude virginis reficimur, exemplo eius ad virtutum medicamina inuitamur, aduersitatibus seſſe eius patientia recreamur, vita eius forma illustramur, & sicut oleū effusum magis redolet, sic quanto magis nomen virginis dilatatur, tanto magis gloria augetur.* hęc ille. Et quid miramur fratres sic suauiter Mariam redolentem, cum ab illa tanquam ex vna eburnea æde, quæ instar omnium dignissimarum ædium est, vestimenta illa Christi prodierint, id est, anima eius, & corpus eius, quæ etiã nomine velaminis explicantur ad Hebr. 10. 20. & ad Philip. 2. 7. voce habitus nominantur quasi indumentum, vt docet August. lib. 83. 99. q. 73. vestimenta inquam illa, quæ spirant myrrham, spargunt guttam, siue stacten, & casiam redolent: quibus (sic enim Hierony. intelligit illud, quod nos habemus, ex quibus) *delectauerunt te ij, qui tibi ea dederunt, id est, Spiritus S. ac B. Virgo, qui tibi corpus, & animam circumdederunt, & ided filie Regum, tanquam pedisequæ Reginæ, Genitricis tuæ, aderunt tibi inter tuas honorandas, vel in tua aula (quæ est Ecclesia) honorifica, vel in tuo comitatu honoris, gloriæ & maiestatis pleno, sed de his hætenus.*

DIGRESSIO II. MORALIS

De Inuidiæ natura.

I. **O**FFERT sese hic occasio, vt de Inuidiæ vitio breuiter aliqua perstringamus, præter ea, quæ in Schol. diximus nu. 22. 23. hac maximè peste laborabât Nazarethani adeo, vt propterea Christum ciuem suum de supercilio montis præcipitè agere cogitarint. Et quidem de inuidia multa sunt præclare scripta à SS. Patribus, ac nominatim à S. Cypriano in serm. de Zelo, & liuore, & à Basilo hom. 11. & 21. inter hom. de varijs argument. & à Chrysost. hom. 44. & 45. ad pop. Antioch. & à Ioan. Casiano collat. 18. cap. vlt. & à Prosp. lib. 3. de vitæ contemp. cap. 9. & ab Isidor. lib. 3. sentent. de sum. bon. cap. 25. De eodem argumento inter Philosophos optimè Aristot. scribit lib. 2. Rhet. cap. 9. & 10. & Plutarch. lib. de Differen. inter odium, & inuidiam. vt omittam D. Thomã, qui pulchrè hac de re disputat. 2. 2. q. 36. vbi multa Caiet. nos carptim quædam tantum vtiliora attingemus.

2. Principiò quod ad Inuidiæ naturam attinet; est inuidia tristitia quædam de bono alieno proximi æstimato ab inuidente, vt malo proprio, quatenus per cõparationem quãdam offuscatur, & imminuit proprij boni excellentiã, & dignitatem. vt cum Saul inuidit laudi Dauidis, quatenus hic nominis sui splendore obscurabat illius nomen: vnde illæ lacrymæ: *dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt, 1. Reg. 18. 8.* Et quidem in prædicta definitione tristitia est loco generis: quæ verò cõsequuntur particulæ declarant; quid intersit inter inuidiam, & tres præsertim alios consimiles tristitiæ affectus: quorũ primus est tristitia quæ-

1. Inuidia vnde oritur, & quid sit.

2. Inim effusum.

A dam ob auctam potentiam, & vires inimici, quem propterea timeat plus nociturum aut sibi, aut alijs bonis. Hic affectus non inuidia est, sed effectus quidam potius timoris: per inuidiam enim tristatur quis de bono alieno, non vt potest id esse causa mali, & damni proprij, sed vt suapte ratione putatur iam bonum proprium minuere per solam cõparationem sui ad illud; vide Aristot. l. 2. Rhet. ca. 9. & Diuum Thom. a. 1. ad 2.

B Est & alter affectus tristitiæ inuidiæ similis, cum quis tristatur non verè de ipso bono alterius, sed potius quod ipse bono illo careat: hic enim affectus non inuidia, sed zelus, & æmulatio est teste Philof. cap. 11. & D. Thom. art. 2. inuidus enim tristatur non de ipso suo defectu alicuius boni, sed de ipso bono alieno, quatenus de excellentia propria detrahere aliquid videtur. & ob id D. Ioan. epist. 1. c. 3. ait: propterea Caim occidisse fratrem ex inuidia, quia fratris opera erant iusta. & Gregor. Nyssen. lib. de vita Moysis scribit: *inuidus felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet*: vnde eos comparat Miluis, quos cadaueribus pasci, & pretiosis vnguētis emori aiunt. Hinc est quod quia non nisi virtutem inuidia insectatur, præclarum virtutis testimonium eam esse Philosophi existimarunt: exiguæ verò aut nullius virtutis indicium habere inuidum neminem, hinc Martialis:

Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

C Est tertius affectus non absimilis inuidiæ, vt cum quis tristatur de alieno bono, quatenus obtingit ei, qui eo est indignus, & dicitur ab Aristot. cap. 9. Nemesis, siue indignatio, quod longè est aliud ab inuidia, quæ non est tristitia de bono indigni, sed de bono alieno vt minuente per sui cõparationem bonum proprium. sic ergo ab his tribus affectibus, qui etiam tristitiæ quædam sunt, differt inuidia, quæ & ipsa tristitia est.

D Ab odio verò etiam differt inuidia per suum genus quatenus tristitia est. Nam tristitia est de malo, vt proprio. Odium circa malum absolutè. & hinc nascuntur deinde complures aliæ differentiæ, quas Plutarchus doctè persequitur, quarum illa videtur præcipua, quod quem quis odit, etiam odit ad extremam calamitatem redactum, neque enim calamitas facit, vt quis videatur minus malus; nemo autem misero inuidet: nam miseria imminuens alienam excellentiam, facit vt ea nostram minuere non videatur, atque adeo vt non appareat esse nostrum proprium malum.

E Ex sic declarata inuidiæ natura fit primò, non habere illam locum inter eos, qui multum conditione inter se distant, quemadmodum enim sol, quorum per verticem transit in eos diffuso lumine aut nullam, aut exiguam vmbra facit; ita qui prosperitate elati, supra caput æmuloꝝ eminent, splendore suo eorum offuscant, & obruunt inuidentiam. vnde solet vulgò dici, aliquem superasse iam inuidiam. Odium verò exsuperantia potentia, ac felicitatis inimicorum minimè minuitur: vt Nilum ipsum Alexandrum, cui nemo iam inuidebat, multi oderant, quorum denique unus eus insidijs, occidit. Similiter nec locum habet

3. Differt ab odio.

4. Apud quos non habet locum.

inuidia

inuidia inter eos, qui statu, aut loco, aut tempore multum distant. Vnde neque mortuis inuidemus; neque ijs qui loco remotissimi sunt: inter eos vero est inuidia, qui proximi sunt tempore, loco, ætate, gloria: Vnde illud dictum est: propinquitas inuidere solet; & figulus figulo inuidet, faberque fabro. Inter proximos enim, & riuales, ut ait Arist. c. 10. & inter eos, qui eadem cupiunt, & intendunt, intercedit inuidia, eosque, qui de honore contendunt.

7.
Apud quos
verò regnet.

Fit secundò eos ad inuidendum esse prouiores, ceteris paribus, qui in aliqua re valde honorantur, ac maximè in sapientia, & felicitate, quod ij putent sua ab omnibus auferri. Cùm enim soli ferè, & singulariter velint haberi excellentes, idè quantum aliorum præstantiæ accedit, tantum putant decedere de sua.

8.

Tertiò sequitur eos, qui puillo animo sunt facilè inuidia corripit, quia eis; inquit Philosophus, magna omnia videntur: & Iob. 5. 2. paruulum occidit inuidia. quam rem Gregorius lib. 5. mor. in hæc Iobi verba c. 5. sic declarat: inuidere, inquit, non possumus nisi eis, quos, nobis in aliquo meliores putamus, nõ quod inter pares, vel qui propè ad idem bonum accedunt, non possit esse inuidia; sed quod æquales etiam, vel qui parum recedunt a nostro bono meliores videantur, ut imminuunt excellentiam nostram, ac proinde faciunt nos minores, & respectiue paruulos. Quanquam non est negandum, quin tunc maximè, & clarissimè in bono alieno eluceat ratio commouens inuidiam, id est, diminutio propriæ excellentiæ, quando id per excessum imminuit propriam excellentiam. His ergò modis intelligendus est Gregorius lib. 5. moral. c. 31. dum ait inuidere non posse nos nisi melioribus: paruulus ergo, inquit, est qui liuore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhibet, quod eò minor sit cuius inuidia torquetur. Hinc est quod hostis callidus primo homini inuidendo surrepsit, quia amissa beatitudine, minorem se immortalitate illius agnouit. Hinc est quod Cain ad perpetrandum fratricidium corruit, quia despecto suo sacrificio prælatum sibi infremuit, cuius Deus hostiam accepit, & quem meliorem se esse exhorruit, ne vtrumque esset, amputauit. Hinc Esau ad persecutionem fratris exarsit: quia primogenitorum benedictione perditâ (quam tamen pro esu lenticula ipse vendiderat) minorem se eo quem nascendo præibat ingemuit. Hic Ioseph fratres sui transeuntibus Ismaelitis ipsum vendiderunt: quia cognito reuelationis mysterio, ne se fieret melior, eius profectibus obuiare conati sunt. Hinc Saul David subditum lanceam intorquendo persequitur; quia quem magnis augeri quotidie virtutum successibus sensit, ultra se excrescere expauit. Paruulus itaque est qui inuidia occiditur; quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret. Et hæc de descriptione, & natura inuidiæ.

DIGRESSIO III. MORALIS

De remedijs inuidiæ.

IOANNES Casianus collat. 18. c. vlt. significare videtur inuidiæ morbum curabilem non esse nisi à solo Deo, sic enim scribit: eum quem inuidia semel veneni sui peste corruperit, penè dixerim carere remedio. Ipsa namque est lues, de qua figuratè dicitur per Prophetam Ieremiam, Ierem. 8. Ecce ego mittam ad vos serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos. & c. sicut enim Diabolus qui primus eiusdem mali peste corruptus est, nec medelam penitentia, nec sumentum vllius curationis admisit: ita & ij qui isdem se percutiendos moribus tradiderunt, opem omnem sancti incantatoris excludant: quia cum vtrique non culpa aliorum quibuslibet, sed prosperitate crucientur, erubescens ipsam proderit veritatem extrinsecus sibi quasdam superfluas, & ineptas causas offensionis inquirunt: quarum, quia omnimodis falsæ sunt, vana curatio est, cū illud mortiferum virus, quod nolant proderit lateat in medullis. & infra: Quapropter ne totum quiddam in nobis viuendum est, & quasi vitali sancti Spiritus vegetatione animatur, vno tanto huius mali morsu basiliscus interimat; diuinum, cui nihil impossibile est, iugiter imploremus auxilium: itaque non inficiatur Casian. ope diuina fieri posse medicinam huic morbo, tantum significat ope spiritualis Patris difficillimè curari posse, quod morbus hic præ verecundia tegi solet. Id quod etiam D. Basilus obseruauit hom. vario. argum. 21. vbi de inuidia sic ait: malum hoc est, quod satis exprimi nequit, quod medicinam spernit. Qui caput, aut membrum aliquod dolent, medico morbum aperiunt: at qui agrotat inuidia, quid dicit? Angunt me proximi bona? Veritas hæc est: attamen hac quisque verba fateri erubescit. Et S. Cyprianus serm. de zelo & liuore: calamitas, inquit, sine remedio est odisse felicem.

C

Hinc fieri solet ut inuidus magnus sit stimulator, & vir duplex animo, aliud in ore præptum habens, aliud mentegerens. Quam rem sapienter sic Basilus expressit in eo sermone, quem de inuidia scripsit: nonne vides, ait, quantum malum sit stimulatio? & hæc inuidia fructus est, nam morum & ingenij duplicitas ex inuidia plerumque hominibus euenit. Quando in cordis recessu odium retinentes, caritatis speciem ore præ se ferunt, non aliter quam petra ac scopuli marini, qui modica operi aqua, magnum, & cacum non obseruantibus inferunt malum. Cùm itaque nobis inde, ut ex fonte quodam fluat ipsa mors, amissio bonorum, à Deo alienatio, legis confusio, & demum omnium in vita bonorum euersio. Credimus Apostolo dicenti ad Galat. 6. ne simus inanis gloriæ cupidus, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes; sed magis boni, & misericordes, donantes inuicem, & honore inuicem præuenientes.

D

Potest verò is ipse, qui hoc laborat, morbo variorum remediorum vsu sibi ipsi, cum Dei auxilio, medicinam facere. Ac primùm quidè huic morbo depellendo, multum proderit at-téta cogitatio eorū, quæ de inuidia in S. litteris scribuntur, quæ ad tria hæc capita commodè reuocari possunt. Nam primò prohibent illā, & in numerum grauium peccatorum referunt.

1.
Inuidia mor-
bus ab incur-
bilis.

2.
Inuidus sti-
mulator &
duplex ani-
mo.

3.
Remedia.

Sic Apost. 1. Cor. 3. 3. *Cum sit, inquit, inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Et ad Galat. 5. inter opera carnis numerantur etiam inuidia, de quibus operibus mox subiicit Apосто. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. & infra. Non efficiamur inanis gloria cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et Rom. 13. 13. non in contentione, & emulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Et Iacobi 3. 16. dicitur: vbi zelus, & contentio; ibi inconstantia, & omne opus prauum. Denique Christus Matt. 20. 15. oculum inuidi nequam appellauit: *an oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum?* Deinde docet sacrae litterae: inuidia non modò alijs, sed vel ipsi etiã inuido non parcere, & verò etiam maximè noxiã esse Iob. 5. 2. *paruulũ occidit inuidia.* Prou. 14. 30. *vita carnis, sanitas cordis: putredo osium, inuidia.* Ecc. 1. 14. 6. *qui sibi inuidet, nihil eo nequius, & hac redditiõ est malitia illi.* Sap. 2. 24. *inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum.* 1. Io. 3. 12. *propter quid Cain occidit Abel? quia opera eius erant maligna, fratris autẽ ei iusta.* Postremò monet nos scriptura, nõ relinquere Deum inuidiã sine pœna. Prou. 17. 5. *qui in ruina letatur alterius, non erit impunitus.* & cap. 24. 17. *cũ ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum; ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo irã suam.* Et cap. 28. 22. *vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quòd egestas superueniet ei.* Et Sap. 6. 25. *neque cum inuidia tabescente iter habebõ, quoniam talis homo non erit particeps sapientia.**

4.
Inuidia qui-
bus rebus si-
milis.

Iuuabit etiam non parum animaduertere, quibus rebus Patres inuidiam similem faciant, Diuus Basiliius homilia vndecima de inuidia, inuidiam cõparat vulturibus, & muscis. *Sicut .n. inquit, vultures pratis amœnis, & odoratis desertis, ad tabida, & sœculenta loca feruntur. Muscæ quoq; præteritis salubribus membris, ad vlcera proferant: sic inuidi neglecto vita splẽdore, & rebus magnificè gestis, errata tantum obseruant, & diuulgant.* idem Bas. eo lo. pauò tamen superius: *quam bestiam, ait, morum inmanitate non superant? canes namque educatione mansuescunt, leones obsequio tractabiles fiunt, inuidi tantum officio aggressiores euadunt.* Idem quoque Basiliius similes inuidios dicit viperis hoc modo. *Sicut enim vipers dicunt abrupto ventre matris nasci, sic inuidia concipientẽ se animam corrodit, & tabefacit.* eadem comparatione vtitur Aug. ser. 83. de temp. D. Chryf. ho. 41. in Matt. confert illam cum Scarabæis, & canibus rabidis, & suis, ait enim: *quemadmodum sues lutosã immunditia, & demones nostris damnis latantur: sic inuidi calamitate proximorum exultant, alienas iacturas suos questus existimant. Nonne igitur tales homines lapidibus petendĩ? nonne omni cruciatu torquendĩ? Non aliter profectò quam rabidi canes demonisq; atroces furia; Nam velut Scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur; Inuidia pestiferum malum, hominem in diaboli conditionem, ac in demonem inmanissimum conuertit.* Homilia verò 44. ad Pop. Antioch. non modò inuidios æquat feris & demonibus, verũ etiam deteriores istis facit. sic & Bas. loc. cit.

5.

Est & tertium remedium ad expugnandam inuidiam attentã cogitatio eorum, qui per illã vel interierunt, vel propter illam malè audierunt, ad quod ostendendum satis esse videntur Cypriani verba. ser. de zelo & liuore, vbi sic

A scribit: *quale malum est, quo Angelus cecidit, quo circumueniri, & subuerti alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est, qui decipit? exinde inuidia grassatur in terris sicut scriptum est. Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum. Inuitantur ergò illum, qui sunt ex parte eius. Hinc noua fraternitatis odia, dum Abel iustum Cain zelat iniustus, dum bonum malus, inuidia, & liuore persequitur. Iniuste oppressus est, qui iustitiam primus ostenderat: occisus est impiẽ, qui moriens nõ repugnabat. Et quod Esau fratri suo Iacob inimicus extitit zelus fuit. Nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odium persecutionis facibus liuoris exarsit. Et quod Ioseph fratres sui vendiderunt, causa vendendi de emulatione descendit, post quã id quod sibi in visionibus prosperum fuerat ostensum, simpliciter vt frater fratribus exposuit, in inuidiã maleuolus animus erupit.* B Saul quoque Rex, vt Dauid audisset, vt persecutionibus sæpè repetitis, innocentem, misericordem, mitem, lenitate patientem necare cuperet, quid aliud, quam zeli stimulus prouocauit. Quia Goliath interfecto, & opere ac dignatione diuina tanto hoste deleto populus admirans in laudes Dauid prædicationis suffragio profilijs; Saul simultatis atque insectationis furias de liuore concepit. Et ne longum faciam, pereuntis simul populi attendamus interitum. Iudai nonne indè perierunt, dum Christo malunt inuidere, quam credere? obtrectantes magnalibus, quæ ille faciebat, zelo excoecante decepti sunt, nec ad diuina noscenda cordis oculos aperire potuerunt. Quia nos considerantes fratres carissimi, cõtra tantam mali perniciem vigilanter, & fortiter dicata Deo & vegetata pectora nostra muniamus. Aliorum mors proficiat ad nostram salutem, imprudentium pœna prouidentibus confert sanitatem. Hæc Cyprianus.

C

Quarto & illud proderit, vt inuidiam detestemur tanquam execrandum malum, & quo nulla magis detestabilis pectis est, si diligenter videamus quantũ ipsi inuido tormentũ afferat & detrimentũ; inuidus. n. sibi plurimũ, cui autẽ inuidet nihil planè nocet. Quid igitur mortaliũ animis inuidiæ affectu perniciosius contingit, quæ ante omnia ipsi nocet autori, alijs verò quã minimũ? Sicut. n. rubigo est ferri, quasi venenũ: sic inuidia quos possidet eos cõficit, atq; cõsumit; quã similitudinẽ Bas. lo. ci. & Aug. ser. illo. 83. de temp. vsurpat. Omnia proximi bona quæ per se gaudij, ac lætitiæ materiã præbent, inuidũ tristitia, & dolore opprimunt. Ex quo apparet inuidũ esse similem hominis nudi, qui omnium iaculis, atque ictibus petitur. Hoc igitur solũ, quod etiã Bas. aduertit, in hoc malo quispiã fortasse laudauerit, quod inuidus, quanto in proximũ vehementius incitatur, tanto sibi met maius asciscit incõmodum. Quẽadmodũ. n. fagittæ magna vi emissæ, si forte iu durũ quodpiã, & repellẽs corpus incurrerint, in emittentẽ reflectuntur: Sic inuidia tristitiã alijs nequaquã affert, soli q; officit inuidenti. quã similitudinẽ scitẽ Bas. idẽ vsurpat: vt nõ mirum sit, si dixerit ille: *inuidia siculi nõ inuenere Tyrãni tormẽtũ maius.*

D

Ne igitur nos tam noxia inuidentiẽ tinea absumat, magna opus est sapientia; scitẽ enim Hector Pintus in cap. 19. Ezechiel. *Quemadmodum, inquit, tinea non nascitur in cedro arbore odorifera, cuius ligna cariem non sentiunt: sic inuidia non gignitur in corde hominis sapientis, sed scelerati, qui aliorum bonis mœore afficitur.*

Per inuidiã
qui perie-
runt.

6.

Inuidus si-
bi ipsi tormẽ-
tũ.

7.

Quin-

invidia de
vitiis.

Quinctū etiā remediū ad inuidiā profligandā fatis vitale erit, eius malitiam & deformitatem diligenter animaduertere; Sapienter enim D. Gregorius de ea sic scribit lib. 5. moral. cap. 31. *quamuis per omne vitium, quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur: in hac tamen nequitia, tota sua viscera serpens concutit, & imprimenda malitia pestem vomit. De quo nimirum scriptum est: invidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Sapient. 2. Nam cum deuictum cor liuoris putredo corruerit, ipsa quoque exteriora indicat, quam grauius animū vesania instigat. Color quippe pallore afficitur; oculi deprimuntur; mens accenditur, & membra frigescent: fit in cogitatione rabies; in dentibus fridor; cumque in latebris cordis crescit absconditur odiū, dolore ceco tenebrat conscientiā vulnus inclusū. Nihil latū de proprijs libet, qui tabescentē mētem sua poena sauciat, quam felicitas torquet aliena. Quantoque extranei operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis liuida profundius suffoditur: ut quo alij ad meliora properant, eo ipso deterius ruant; qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in alijs actibus, perfecto opere surrexisse putabatur. Nam invidia, cum mentē tabefecerit, cuncta qua inuenerit bene gesta consumit. Vnde bene per Salomonem dicitur. Prouerbiorum decimoquarto. *vita carniū, sanitas cordis; putredo ossium, invidia. Quid enim per vitam carnis, nisi infirma quadam ac tenera: Et quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit, ut quidam cum vera cordis innocētia in nonnullis suis actibus infirmi videantur, quidam verò iam quadam ante humeros oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona, intus invidia pestilentia latenter tabescant: Bene ergo dicitur, vita carniū, sanitas cordis; quia si mētis innocētia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, quandoque roborantur. Et rectē subditur: putredo ossium invidia, quia per liuoris vitium, ante Dei oculos pereunt, etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quadā etiam robusta deperire. Sic Gregorius ex cuius verbis apertē patet, quam turpe, & foedum monstrum ac venenatum sit invidia.**

8.

Iurē igitur sic Ouidius lib. 2. Metamorphoseos suis quasi lineamentis & coloribus inuidiam expressit.

Descriptio.

*Pallor in ore sedet, maciesque, in corpore toto,
Nusquam recta acies; liuent rubigine dentes;
Pectora felle vident; lingua est suffusa veneno;
Risus abest, nisi quem visu fecere dolores:
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos, intabescitque, videndo
Successus hominum, carpitque, & carpitur vna,
Suppliciumque suum est.*

Conuenit cum his omnino, quod ille ait:

*Liur tabificum malus venenum,
Intactus vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quisque furit, inuidetque, sorti,
Ut debet sibi poena semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores.
Suspirat, gemit, incutitque, dentes,
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum,
Pallor terribilis genas colorat:
Infelix macies renudat ossa,
Non lux, non cibus est suauis illi. &c.*

Sextum remedium numerare possumus; ob-

A. seruare quam cæca sit invidia, quæ dum aliorū inuidet bonis, sua non videt mala: Et dum modo ijs obsit, sua ipsius detrimenta non curat. Similis Ophthalmiæ, quæ est vitiosa oculorum affectio. Sicut enim hæc omnibus rebus splendidis & lucentibus offenditur ac læditur, sic invidia omnibus aliorum bonis, secundisque rebus acerbatur, & tabescit.

Rectè ergo Salomō Prou. 23. 6. dum monet fugiendam esse amicitiam, & societatem inuidorum; *ne comedas, inquit, cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: Vbi pro homine inuido Hebraicè habetur malus oculo, vel malus oculus; & secundum phrasim linguæ Hebræe significat malignum oculum, & inuidum, qui aliena bona æquis oculis videre non potest: qualis ille erat, cui dixit Dominus: an oculus tuus nequæ est, hoc est, inuidus, sequitur crucians alterius felicitate, quia ego bonus sum. Talis erat & Saul, de quo scriptum est lib. 1. Reg. 18. non rectis oculis Saul aspiciebat David, nimirum propter inuidiā. Neque enim rectos habet oculos invidia, sed omnino distortos, & obliquos. Sic diuina opera, quæ Christus edebat, distortis oculis cernebat Pharisæi, dum illa dæmoni per inuidiā, & insaniā ascribebant. Et vniuersim inter animi perturbationes amor, & odium, siue invidia, ita iudicium perturbat, ut pessimè de rebus iudicent. Hinc D. Hieronym. epist. 61. Ad Pammachiū ait: non aequè inimici audiunt & amici. Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum querit: amicus praua quoque recta iudicat. Is certè rectè iudicat & equaliter, qui rectè, & æqualiter propter Deū amat. Nam odium vel inæqualis amor iudicij lancem deprimit. quo propendet amor, eo propendet libra: Idemque testatur Aug. tract. 30. in Io. cum ait: qui est qui non iudicat personaliter? qui diligit æqualiter. dilectio equalis facit non acceptari personas. Sic ille.*

Et vide quam cæca & insipiens sit invidia; cum enim possit ex terra aurum, & gemmas eruere, venenum eruit, quo hausto pereat; nam cum possit inuidus ex felicitate, præclarisque aliorum factis caritatis aurum colligere quo ditescat, tristitię venenum mauult extrahere quo malè pereat, ut sapienter Chryf. ho. 52. in Gen. scripserit: inuidiā nihil cum ratione operari.

Septimum remedium adhibet Basiliius, ut conuictū hominū inuidorū fugiamus; *Sapienter, inquit, profectō fuerit quicumque, cum inuido minime congregatur & conuersatur; nec etiam in eadem esse cum eo mensa studet, quod ex conuictu reliqua vita cōmertia vitari non facile queant. Quemadmodum enim arentem syluam, aut materiā quampiam, nobis cura est procul ab igne submouere: sic opus est (quoad fieri possit, & liceat) inuidorum conuersationes à nostra amicitia repellere, ut extra venenatas eorum sagittas securius agamus. Neque enim possibile est ut hoc malo non implicemur, si illi familiariter coniuncti fuerimus: quoniam ex sententiā Salomonis: zelus hominis ex socio ipsius. Et profectō sic res habet. Non enim Aegypto inuidet Scythia, sed sua genti quilibet, & in eadem gente non ignotus, sed familiaribus, sed vicinis, & eiusdem artis hominibus, aut alia de causa coniunctis, & his denique coactis, cognatis, amicis, & fratribus. Et omnino ut arugo frumenti est vastatio; sic invidia amicitia pestis est; hæc Basiliius.*

10.

11.

12.
Inuidorum
conuictus
fugiendus.

9.

invidia ca.

Postre-

13.
Contemptus
rerum mundanarum o-
ptimum ad-
uersus inui-
diam reme-
dium.

Postremum, & efficacissimum remedium est rerum mundanarum despicientia, vt Basiliius in primis, & Gregorius animaduertunt, quorum ille sic scribit: quid ergo nobis faciendum vt hanc pestem animi ab initio euitemus: aut si ea fortasse capti sumus, a nobis longè repellamus? Primum quidem si nihil rerum humanarum magnum, aut vehementer expetendum putemus: non potentiam, non gloriam, non diuitias, non corporis sanitatem, nec robur, nec pulchritudinem: non enim in rebus fluxus verum bonum constituendum est, sed aeternorum honorum participatio toto studio appetenda, omniq; conatu consecranda est. Itaque nec diues inuidendus est propter diuitias, nec potens ob dignitatis, atque honoris culmen, nec fortis ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem. Instrumenta sunt has virtutum rectè vtentibus, non autem veri boni, ne dum felicitatis vim habentia. Qui verò ita fuerit animatus, vt nihil vnquam humanum ac temporale admiretur, nihil vehementer concupiscat: huic dominari non poterit inuidia. Si quis verò ita gloria flagret cupiditate, vt omnibus excellere cupiat, nec vlli se patiatur credere, maximam profectò inuidia occasionem, causamq; praebeat. Basilio consentit Greg. loco citato hoc modo scribens. Difficile est, vt hoc alteri non inuideat, quod adipsi alter exoptat: quidquid enim temporaliter percipitur, tanto fit minus singulis, quanto diuiditur pluribus; Et idcirco desiderantis mentem liuor excruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alter accipiens adimit, aut à quantitate restringit. Qui ergo liuoris peste omnino carere desiderat, illam hereditatè diligit, quam coharedum numerum non angustat. qua & omni bus vna est, & singulis tota; qua tanto largior esse ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatatur. imminutio ergo liuoris est affectus surgens interna dulcedinis, & plena mors eius, est perfectus amor aeternitatis; nam cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, qua accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius sua damna pertimescit. Quae si perfecte in amore caelestis patriae rapitur, plene quoque in proximi dilectione sine vlla inuidia solidatur: quia cum nulla terrena desideret, nihil est, quod eius erga proximum caritati contradicat. Quae nimirum caritas, quid est aliud, quam mentis oculus, qui si terreni amoris puluere tangitur, ab interna lucis mox intuitu laesus reuerberatur. Quoniam autem paruulus est, qui terrena diligit, magnus verò qui aeterna concupiscit, potest etiam illud quod dicit Iob. paruulum occidit inuidia, sic non inconuenienter intelligi, quod huius peste languore non moritur, nisi qui adhuc in desiderijs infirmatur. Hæc Gregorius. Et hæc de remedijs inuidiæ.

14.
Discrimen
inuidiosum ab
inuidia.

Diuus Hieronymus inuidiosum ab inuido distinguit libro tertio in Epist. ad Galat. quod ille is sit, qui ab alio patitur inuidiam, & inuidiosi nomen est virtutis; nam semper virtutes sequitur inuidia, eodem teste Hieronymo Epistola vigesima septima. Idem in Epitaphio Paulæ docet inuidiosum, quo se antidoto contra inuidiam munire debet: ego, inquit, aiebam liuori esse cedendum, & dandum insaniam locum, quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo inimicorum Saul. i. Regum vigesimo septimo, secundo: quorū alter in Mesopotamiā fugerit, alter se Altophylis tradiderit, mens hostibus, quæ in inuidis subsicere. At illa (Diua Paula) respondebat

A iuste hæc dices, si Diabolus contra seruos Dei, & ancillas non vbique pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet, si non sanctorum locorum amore retineret, & Bethlem meam in alia reperire possè parte terræ, cur enim non patientia liuorem superem, cur non humilitate frangam superbiam, & percipienti maxillam offeram alterā, dicente Apostolo Paulo Romanorum duodecimo, vigesimo secundo: Vincite in bono malum? Nonne Apostoli gloriabantur, quando pro Domino sunt passi contumeliam? Actorum quinto, quadragesimo primo. Nonne ipse Saluator humil iauit se formam serui accipiens, & factus est obediens Patri vsque ad mortem, & mortem crucis, vt nos sua passione saluaret? Iob nisi certasset, & vicisset in pralio, non accepisset coronam iustitiae. Sic Hieronymus. in cuius verbis duplex suppeditatur antidotum inuidioso, alterum ipsius Hieronymi; alterum Diuæ Paulæ; vtrumque vtile, vtrumque sequendum, pro temporis, rei, personarum, cæterarumque ratione circumstantiarum. Atque hæc de inuidia.

DIGRESSIO VI. MORALIS

In quasdā huius capitis sententias.

NEMO, inquit Christus exiguam ciuium suorum fidem miratus, Propheta accipus est in patria sua. Diuus etiam Marcus non poterat, ait, ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum. quibus vtiq; sententijs damnatur hominum incredulitas, quæ in causa est, vt multa sæpè Deus in nobis non operetur; cum contra is, qui fide armatus est, nihil sit, quod efficere non valeat. Sic Iosue præstantia, ac magnitudine fidei, soli præcepit, vt cursum sisteret, & obtinuit, Iosue capite decimo, & ipse populi Hebræi ductor Moyses sublatis manibus, quibus crucis mysterium, vt Iustinus ait in colloquio cum Tripho. declarabatur, victores vt existerent, Hebræi mirandum in modum potentia fidei efficiebat, eas cum remitteret superiores euadebant hostes. Idem verò quod dubitasset de petra exituras aquas, frustra semel percussit silicem, Numerorum vigesimo, ita fit, vt fidei opera respondeat; & enim si parua sit, parua operatur, si verò magna & ardens incredibilia ferme opera exercet; Quare quod tam pauca sæpè experiamur DEI beneficia, paruitati, vel exiguitati fidei nostræ tribuamus.

1.
Infidelitas
impedit Dei
beneficia.

Multa vidua erant in tempore Eliæ in Israel tertio Regum decimo septimo, nono.] meritò ad nullam aliam missus est Elias, quam ad pauperem & viduam, cuius in maxima paupertate insignis liberalitas fuit.

2.
Vidua Sa-
reptane libe-
ralitas.

Nam cum parum farinæ, & olei tantum haberet ad victum, totum id libenter Dei seruo impertijt; itaque meritò eam dignam arbitratus est DEVS, quæ seruum suum Eliam pasceret. Vt vel hinc dif-

cas pro viribus & cuiusque facultate largiendum esse, & sæpè plus hac in parte tribuit, qui pauca, & tenuia libenter impertit, quam qui magna largitur; plus enim laudata est vidua illa Evangelica Marc. 12. quæ cum pauper esset misit duo minuta in Gazophylaciū, hoc est, vt exposuit Christus Dominus de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suū; & meritò prælata est multis diuitibus, qui multa contulerant ex ijs, qui abundabant. Neque enim hoc magnum est, sed ex eo quod deficit dare, hoc proprium Christianæ liberalitatis est. Præsertim quia tanto gratior Deo est operatio, & laudabilior, quanto per illam plures, ac maiores propter Deū difficultates superantur. Vt meritò qui hanc exercēt sacrificare Deo dicantur. Id quod & fecisse Dauid legimus 2. Reg. 23. Cùm enim acri siti cruciaretur vas aquæ per magnum vitæ discrimen quæsitum, in terram effudit, eaque actione libasse eam Domino dicit Scriptura; ita cum te ferè necessariò cibo priuas, vt fame deficienti partem communices, cùm propter Deum de tua tenuitate, & mendicitate quidquam detrahis, rem difficilem præstas, verùm Deo gratum sacrificiū offers; idemque accidit cum te propter eundem Deum vincis, in ijs, quæ repugnante sensu eiusdè Dei, vel proximi amore operaris. Ita Martinus ille pauper, & modicus de vnica, quam gestabat veste, partem mediam ense detraxit, qua nudum pauperem contegeret; at ea re Deo illū sacrificasse dubitabit nemo, qui à Christo propter eam causā mirificè laudatum legerit.

3.
iudem in
suis pietas

Sed ad nostram viduam Sareptanam redeamus, quam sic immodicè laudat Ambrosius li. de Vid. *quam verò sancta vidua, qua cum fame vrgeretur extrema, venerationem Deo debuit. am seruabat. Nec solum sibi vsurpabat alimenta, sed cum filio diuidebat, ne caro pignori superuieret. Magni pietatis officium, sed Religionis vberius. Nam sicut neminem filio oportuit anteferrè; ita Propheta Dei & filio præferri debuit & saluti. cui non exiguum victū, sed vita sua omne subsidium existimanda est detulisse, qua nihil reliquit sibi; tam hospitalis vt totum daret, tam fidelis vt citò crederet.* Hæc meritò Ambrosius de hac vidua, cuius benefacta in seruum suum amplè rependit Deus, vt indicaret quantum sibi ea contributio placuisset. Lecythus namque olei non defecit, & hydria farinæ non est exhausta, sicut illi diuino spiritu prædixerat Elias; Etenim illud verissimum est quod Prou. 3. dixit Salomō, dum nos ad Eleemosynam hortaretur: *honora Dominum de tua substantia & implebuntur frumento horrea tua, & vino torcularia redundabunt.* Exemplo igitur huius viduæ seruemus illud diligētur, quod senior Tobias iuniori olim præcepit ca. 4. *Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impertiri stude.*

4.

Qua de re multa & præclara scribit Chrysof. quibus hortatur cunctos vt liberaliter & libèter Christo tribuāt: sic enim ho. 53. ad Pop. Antio. ait: *quo plura Deo dederis, plus te diligit, quibus maiora debet, plus tribuit amoris, & gratia libèter intuetur eum, cui dedit aliquid, sed libentius eum respicit, à quo accepit. Nec ita tu delectaris, cum multos habes, & vides debitores; ac Deus cum multos videt creditores; & cum aliquem videt cui nihil debet, eum fugit, & auersatur; cum verò intuetur eum cui*

A aliquid debet continuo ad eum accurrit. Omnia ergò tibi facienda sunt, vt Deum habeas debitorem. Quod si roges à Chrysof. quando mihi Deum debitorem faciam? respondet.

Nunc huiusce rei tempus est. nunc enim esurit, nunc sitit, nunc nudus est in pauperibus. Cùm verò hac elapsa vita fuerit, tui non indigebit; & nunc indigere vult propter te. Cibari à te vult, vt te cibet; indui vt te induat; & non habens opus, petijt à te, quia tuam quarit vtilitatem, propterea in vili habitu petens, si obolum tribuas, non auersatur; neque si spreueris recedit, sed ad te rursus accedit, quia vehementer tuā desiderat salutem. Pecuniam ergò contemne, ne contemnaris; vt diues sis tua largiter da; vt colligas, disperge; quod si hoc tibi nouum apparet, seminantem animaduerte, qui non possit plura colligere, si qua habet pauca non dispergeret. Semina ergò in benedictionibus, vt de benedictionibus & metas.

B Quod si dicas: filij mihi sunt, infantum me cæcus circumstat, & illos diuites relinquere cupio. Occurrit huic obiectioni Chrysof. tum eadem homilia 53. tum 68. ad Populum Antiochenum. *si filijs, inquit, omnia dimittas, periculosa custodia tua cuncta commendasti. Si verò Deum eis relinquant herede & tutorem, innumeros reliquisti thesauros. Sicut cum nos ipsos vicijsimur, Deus nos non defendit: cùm autem ipsi concedimus, plusquam expectamus efficitur: sic & in pecunijs, si nos earum curam gerimus, ab earum ille prouidentia recedit: si verò totū in eum projiciamus, & eas & filios in omni securitate cõstituet. Si vis itaq; multas filijs diuitias relinquere, Deo relinquet utela.* Et hic est printo respondendi modus; lubdit & alium. *Hoc itaq; ne consideremus, quomodo filios diuites relinquamus, sed quomodo virtute praditos; nam si diuitijs confidant, nil aliud curabunt; habentes vnde morum malitiam obumbrent pecuniarum abundantia. Si verò se viderint illarum esse consolatione destitutos, omnia facient, vt aliquam paupertatis releuationē per virtutem inueniant. Ne diuitias itaque relinquant, vt relinquant virtutem. Addit & tertiam respondendi rationem in hunc modum: si vis filios diuites in tuto relinquere, Deum ipsis relinque debitorem, & hoc eis chirographum trade. Nam si pecunias quidem ipsi ceperint, neque cui dent, norunt: sed in multos incident calumniatores, & ingratos. Si verò præueniens eas Deo sceneraueris, indireptus iam manebit thesaurus, & erit cum multa copia retributio. Et hæc quidem Chrysof. hom. 53. Quartò etiam respondet eidem obiectioni hom. 68. prætextum enim ait, & verba esse quod de filijs objicitur: *Non est, inquit, filiorum cura, qua pecuniarum faciat, sed animæ morbus. propter hunc, & multi non habentes filios, circa pecunias insanunt: alij verò liberis affluentibus, & diuitias contemnant, illi te redarguent in illa die. Quid Abraham? Nonne cum Isaac, & alios plures habebat filios. Quid ergò? Nonne sua hospitibus parabat? Non est ergò quod filios accutes tuos. Non ipsi in causa sunt, vt alijs non beneficias, sed auaritia?**

C Quod si dicas, non ego filijs opes accumulo, sed mihi thesaurizo. Atqui hoc ipsum erat quod tibi ipse persuadere volebam, thesauriza tibi ipsi, non alteri. verùm cùm dico da pauperi, tibi vt thesaurizes dico. Dum pecunias habes si rectè perpendas, non eas tibi habes, quia securæ tibi non sunt. Si pauperi dedisti, iam dicere potes te eas securè possidere

D Non est, inquit, filiorum cura, qua pecuniarum faciat, sed animæ morbus. propter hunc, & multi non habentes filios, circa pecunias insanunt: alij verò liberis affluentibus, & diuitias contemnant, illi te redarguent in illa die. Quid Abraham? Nonne cum Isaac, & alios plures habebat filios. Quid ergò? Nonne sua hospitibus parabat? Non est ergò quod filios accutes tuos. Non ipsi in causa sunt, vt alijs non beneficias, sed auaritia?

Quod si dicas, non ego filijs opes accumulo, sed mihi thesaurizo. Atqui hoc ipsum erat quod tibi ipse persuadere volebam, thesauriza tibi ipsi, non alteri. verùm cùm dico da pauperi, tibi vt thesaurizes dico. Dum pecunias habes si rectè perpendas, non eas tibi habes, quia securæ tibi non sunt. Si pauperi dedisti, iam dicere potes te eas securè possidere

fidere

fidere, quia nec fur, nec mors poterit eas à te auferre; nam vt idem ait Chrysof. hom. illa 53. *tanquam canis ita Diabolus diuitibus insilit, tanquam buccellam, vel placentā tenenti puerulo volens auellere*: accidit interdum vt panis sit in manu pueri, cricumdant eum canes, vt panem rapiant: vt ergò sibi tuto seruetur, puer Patri dat, & recedunt canes, statimque puero redditur à Patre exactis canibus. Sic Dæmones diuitibus insiliunt; nec Dæmones modo, sed homines etiam & innumeræ, quæ expleri nequeunt, appetitiones, gula, luxuria, ludus, hæc omnia tanquam rabidi canes diuitias, ac bona nostra tollere, diripere, ac suffurari festinant, & in canum morem latrantes, laniantes, trahentes diuites circumstant.

8. Quo illud Habac. secundo, sexto, 7. aptè accomodare possumus: *ve ei, qui multiplicat non sua. vsquequo & aggrauat contra se densum lutum?* id est in damnum suum diuitias, quæ nihil aliud sunt, quam lutum multo labore condensatum. *Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eius?* Ecce, quòd sicut canes circumdant hæ feræ bestię diuitem, vt lacerent eum. Da igitur Deo diuitias tuas, & securæ tibi erunt, & recedent à te canes.

9. Audi eundem Chrysofomum: eadē hom. sic contrā istos agentem. *Si scenerare quidem suppetat multum dantes conquirimus; hic autem contrarium facimus. Grate suscipientem Deum, & non centesimam partem, sed centuplum reddentem dimittimus; & ne sortem quidem nobis reddituros querimus. Quid enim nobis venter reddit, qui plurima confamit? sterco, & corruptionem. Quid autem inanis gloria? liuorem, & inuidiam. Quid vero auaritia? caram, & sollicitudinem. Quid intemperantia? Gehennam, & veneniferum vermem. Hi namque sunt diuitum debitorum, has sorti iungentes vsaras, presentia mala, pœnasque futuras. Hic igitur queso ad tantam mutuabimus vltionem, & nostra Christo non credemus, Cælum prætendenti, aternam vitam, & arcana bona?*

10. Postremò aliam diuitum excusationem nē sua Christo dent, adijcit: *cur, inquit, non das Christo, qui plura daturus est, fortasse ne, quia post multum dat temporis?* Atqui hic præbet. *Non mentitur enim qui dicit: querite primū Regnum Dei, & hæc omnia adicientur vobis. vidisti liberalitatis magnitudinem? illa tibi seruata sunt, inquit, & non diminuntur: presentia verò adiectionis, & superabundantia loco tibi largior. Præterea post longū recipere tempus, tibi talentum multiplicat: scenus enim efficitur maius. nam in mutuantibus hoc facientes videmus sceneratores, qui post multum temporis redimentibus libentius scenerantur. qui namque statim totum reddit, vsura cursum interrumpit: qui verò diu retinet, maiorem facit & operationem. itaque in hominibus quidem dilationem non agrè ferimus, verū & studemus, vt maior efficiatur: apud Deum verò tam pusillanimitè nos gerimus, vt propter hoc torpeamus & retrocedamus.*

11. Respondet & aliter huic obiectioni: *eorum, inquit, quæ dantur magnitudo, & illius donationis decor presentis vite transgreditur vtilitatem. nec enim incorruptibili corpore illas immarcescibiles scas est accipere coronas, nec in presenti plena turbationis conuersatione immotam illam, & imperturbatam*

A *sortem acquirere: Et si quis aurum quidem tibi debens in aliena moranti regione, nec habenti seruos, neque domum reportare praualentem, mutuum se d. s. re promitteret; etiam ac etiam rogares ne tibi peregrè, sed domi potius id erogaret. illa verò spiritualia & ineffabilia vis hic accipere? & quanta sunt iste dementia? nam si hic quidem cœperis, omninò corruptibilia recipies: si verò tempus illud expectes, incorrupta tibi reddet & immortalia. si recipis hic, plumbum recepisti: si verò illic, probatum aurum.*

B *Veruntamen neque presentibus te priuauit. Centuplum, inquit, accipiet in hoc saculo, & vitam aternam possidebit. quid enim magnum, queso, Petrus erogauit; nonne rete fractū, & calamum & hamum dumtaxat? veruntamen ei Deus orbis terrarum domos reseruit, & terram explicuit, & mare: & omne eum ad sua vocabant; quin potius & sua vendentes ad Apostolorum pedes pretia deserebant. Actor. 4. 34. 35. tantum eis & cum largitate tribuebant honorem. sed ille Petrus erat inquis: & quid hoc homo? non enim hac soli Petro promisit, neque dixit, tu verò Petre centuplum accipies solus: sed quicumque, reliquerit domos, vel fratres: centuplum accipiet. Non enim personarum dixit differentiam, sed rerum merita. Hæc præclarè Chrysof.*

C *Verum, antequam ab hac vidua recedamus, habemus, & quod ex ea ad mores nostros trāferamus. Etenim Elias, quod nomen idem est, ac Dominus Deus, Christum designat, qui nō mittitur nisi ad animam viduam, solatio & delictijs destitutam, & ad illum ardentibus desiderijs & votis suspirantem. Hæc porrò in Sarephta Sidonis reperitur. Sarephta incendium significat, fidon venationem, & ob id meritò animam notat, quæ per desiderij incendium venatur Deum. Venit ergo Christus ad talem animam ab ea quidem pascendus, sed magis vt eam pascat, ita vt non desit vnquam in domo conscientie eius farina cognitionis Dei, & oleum amoris. sed transeamus ab hac vidua ad Naaman Syrum, & ab Elia ad Elisæum.*

D *Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo Propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus, 4. Reg. 5. 14. Merito sanè solus Naaman Syrus mundatus præ omnibus est, quia cum diues, & præpotens esset, vltro se tamen Prophetæ subiecit, quamuis externo & pauperi. Quam rem eximie commendat Ambros. lib. 4. in cap. 4. Luc. cur igitur non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat Elisæus Propheta consortes, cum sanaret alienos, cum sanaret eos, qui obseruantiam legis, & legis consortium non habebant, nisi quia voluntatus est medicina, non gentis, & diuinum munus vtrius eligitur, non natura iure defertur? Disce Christiane, rogare, quod cupias impetrare, fastidiosos viros celestium profectus munerum non sequuntur. sic ille. Quoniam igitur Naaman supplex Prophetam adiuit ad fores consistens, illius præcepta expectauit; Ideò per humilitatem à lepra mundatus est, dum tanto perè serui Dei personam reueretur. & vide quo se deiecerit princeps alioqui diuitijs, fauore, & potentia insignis, cum enim sanitatem adeptus ab Elisæo recederet, ait: *obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet seruus tuus holocaustum, aut victimam dijs alienis, nisi Domino, 4. Reg. 5. 17.* colligunt aliqui petijisse Naaman, vt asportare*

libi

12.

13. Elias Christi figura.

14. Naaman cum mundatus.

sibi liceret duas terræ illius sportas, quam domi suæ pedibus calcabat Propheta, quasi sanctum quid & veneratione dignum esset; quod indicare videtur textus, dum ait, obsecrasse Naaman, ut sibi à Propheta facultas fieret auferendi terram illam, quasi esset aliquid Prophetæ proprium. Itaque tanti Elisæum fecit, ut quod ille calcabat; id supra caput suum constituendum putaret. Addit Glossa decreuisse ex eadem terra altare Deo erigere, in quo Deum verum coleret; eique preces, & hostias offerret. Non ergo mirum quod tantum humilitate promeruit, ut quod Hebræis non concesserat Elisæus, id libenter homini ignoto & gentili conferret, videlicet Deus libentissime videt à Regibus, & Principibus viris ministros suos honorificè & cum summa animi submissione accipi, eosque in magno honore haberi præcipit.

Sed quamobrem, inquiet aliquis, Elisæus congrèdi cum homine Principe, & locuplete recusavit, & ne ad illum quidem foras prodire, vel se videndum præbere passus est, sed per internuncium, quid factò opus esset, tantum præcepit. Non id tumori procul dubio adscribendum est. Etenim certissimum est ex quarto Regum eundem Dei Prophetam videri se & teneri passum esse à Sunamitide muliere, immò & ex montis Carmeli vertice in eius venisse domum, ut defunctum filium ad vitam reuocaret. Sic & Elias, qui superbum Regem Achab acriter increpauit tertio Regum decimo octauo, decimo octauo, idem tamen in pauperis viduæ domum ingressus est. & Christus Dominus, quod obseruat Gregorius quamuis rogatus in domum Reguli non venerit, ad humilem tamen Centurionem etiam non rogatus accessit. Aliunde igitur petenda est causa. Et quidem duæ occurrunt dignæ, quæ in primis referantur. Elisæus ministrorum Dei dignitatem cogitans (Dei namque personam gerunt) in quorum se esse numero non ignorabat. indicare voluit mundanarum rerum gloriam, splendorem diuitiarum, nullius esse momenti apud Deum, eiusque ministros, qui tanquam Dei legati eius sustinent personam; licet rebus istis mirificè trahatur huius sæculi Principes, easque maximè suspiciant & venerentur. deinde tumorem ac superbiam Principum, & huius sæculi diuitum non minus curare voluit Propheta, quam lepram; quam curationem quoniam non despexit, nec recusavit Naaman, se se illi subiiciens, Ideò quod voluit obtinuit; videlicet placet Deo vehementer animi submitio in Principe, propterea per humilitatem lepra mundatus est Naaman Syrus; cum contra per superbiam, animique elationem Ozias Rex Iuda lepra infectus sit, quod ille debitum Dei ministris honorem detulerit, hic sacerdotis auctoritatem contempserit 2. Paralip. 26. 19.

Magnum sanè salutis discrimen Principibus imminet, cui cum peccando cæteris sint hominibus similes, nolunt tamen in curatione pares esse, nec se, more reliquorum, Christi ministris subijcere, & lacrymis, cinere, & cilicio Christi opem implorare, & hinc est,

A ut miseri semper lepram suam secum gestent. Etenim Deus, teste D. Iacobo. capite quarto, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*; neque ob aliud magis Saul Israelis Regno præpositus fuit, nisi quod de se submisit, modelteque sentiret; sic enim illi dictum primo Regum decimo quinto, decimo septimo: *nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribulibus Israel factus es?* At postea propter mentis elationem Regno depulsus est: Audiuitque sibi Dei verbis dici: *Quare non audisti vocem Domini, & cætera?* Pro eo ergo quod abiicisti sermonem Domini, abiicit te Dominus, ne sis Rex. At contra David humilitate, & animi submissione sibi ad imperandum viam muniuit, nec sibi solum, sed & posteris Regnum stabilivit, cuius illæ fuerunt voces vero Principe dignæ: *Ante Dominum qui elegit me, & cætera. Iudam, & vilior sum plusquam factus sum, & ero humilis in oculis tuis*, secundo Regum sexto, vigesimo primo, vigesimo secundo.

Insignis sanè ludus est humilitas, qua Deus cum suis amicis paruulis, hoc est, humilibus ludere libenter consuevit. contendunt illi se magis ac magis deprimere, contendit Deus tanto magis illos gloriosos efficere. Sed vincit tandem Deus, nam qui se humiliat, exaltabitur. Est item lusus quidam humilitatis; nam quemadmodum olim Ioseph cum Benjamin fratrum ministro lusit, quem initio quasi furem premeret, ac vincere velle se simulauit; postea verò totum id ioco factum fuisse ostendit, dum tandem eum, ut fratrem amplexatus est, & cæteris etiam fratribus prætulit; ita Deus agere cum humilibus consuevit; contemni enim illos patitur, & afflictationibus sæpè; ac persecutionibus exerceri quali inimicus esset. At ubi se humiliasse illos, neque ab incepto humilitatis & patientiæ itinere deflexisse videt, tunc eos fouet, tunc blanditur, tunc se amicum declarat, tunc demum ad excelsum gloriæ thronum transfert, & celestibus donis auctos supra cæteros collocat, ut tanto gloriosiores sint, quanto humiliores & abiectiores fuere. Sic pater cum paruulo filio, ac prædilecto ludit, dum fingit se illi iratum, poma, quibus ille delectatur, auferre, eoque relicto recedere, quem ubi plorantem aspicit, in illius repente amplexus ruit, demulcet, osculatur, & multa plura ac meliora largitur, quam abstulerat.

B Sic se gerit Deus, sic ludit cum paruulis suis, id est, humilibus, dum illos in varias submittendi se, & despiciendi occasiones incidere permittit, quos postea amplexatus gloriosiores in cælis efficit. Aliter verò se cum superbis habet; & elatis Principibus, quod exemplo Nabuchodonosor manifestissimum est: Cum enim iactaret ille diuitias, gloriam, & potentiam suam vires, ac secum gloriosè diceret: *nonne hac est Babylon magna, quam ego adificauit in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Cumque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cælo ruit: *tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijciant te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: forum*

15.
Cur Helisæus non sit egressus ad Naaman.

16.
Principum discrimen.

17.
Dei qualis ludus cum humilibus.

quasi bos comedes. Daniel. quarto, vigesimo-
 primo, vigesimo octavo, vigesimo nono.
 Nam, quia, vt Gregorius quinto moralium,
 capite sexto docet: elatione cogitationis se super
 homines extulerat, ipsum, quem cum hominibus com-
 munem habuit, sensum, amisit. Imitentur igitur
 sæculi Principes Naamani humilitatem si Deo
 placere, & pluribus donis præclare augeri cu-
 piunt.

18.

*Recessum Dei
 homini exi-
 tiosum.*

*Irati cedi-
 dum.*

Postremò restat vt illa verba: *Iesus autem
 transiens per medium illorum ibat*; non omninò
 prætermittamus. Duo enim præcipuè docuit
 nos hoc factò Christus: primùm solere Deum
 ita peccato offèdi, vt propterea ab homine tã-
 quam inimico recedat. Quo supplicio nihil
 grauius excogitari potest; Hinc Osæ nono,
 duodecimo: *va*, inquit, *eis, cum recessero ab eis.*
 Has ille nobis minas intentat cum ait Matthæi
 vigesimotertio, trigesimo octavo: *Eccerelinque-
 tur vobis domus vestra deserta.* Deindè docet nos,
 vt ab homine ira cõtra nos incenso, & inflam-
 mato tamquam à Tigride, & Leone decline-
 emus, ne ignem igni admouentes, iræ incendi-
 um in immensum excrescere faciamus. Neque
 verò dedecori id tribuendum est, sed honori
 potius; verè enim Sapiens Prouerbiorum
 vigesimo, tertio, dixit: *Honor est homini, qui se-
 parat se à contentionibus.* quod si animaduerte-
 rent diligenter homines, minimè tam multa
 nascerentur odia, neque inde homicidia, & in-
 numerata alia mala orirentur.

CAPVT XVII.

MITTUNTUR
 AD PRÆDICAN-
 DVM APOSTO-
 LI.

A. 9. 35. & IO. I. & II. I. B. 6. 6.
 C. 8. 1. & 9. 1.

1. C. **F**ACTVM est dein-
 cept, & ipse inter fa-
 ciebat per A. omnes
 C. ciuitates, & ca-
 stella, B. in circuitu
 docens. A. in synago-
 gis eorum A. C. predicans, A. Eu-
 angelium Regni. C. & Euangeli-
 zans regnum Dei, A. & curans om-
 nem languorem & omnem infirmi-
 tatem, & duodecim cum illo.
2. Et mulieres aliqua, qua erant curata à
 spiritibus malignis, & infirmitati-
 bus: Maria qua vocatur Magdale-
 ne, de qua septem demonia exie-
 rant.
3. Et Ioanna uxor Chusa Procuratoris
 Herodis, & Susanna, & alia multa,
 qua ministrabant ei de facultatibus
 suis.
4. Videns autem turbas miseratus est eis:

*A. Et circū-
 ibat Iesus o-
 mnes ciuita-
 tes & castel-
 la, docens
 in synagogis
 eorum.
 B. Et circū-
 ibat castella
 in circuitu
 docens.*

- quia erant vexati, & iacentes sicut
 oues non habentes pastorem.
5. Tunc dicit discipulis suis: *Messus qui-
 dem multa operarij autem pauci.*
6. Rogate ergo dominum messis, vt mittat
 operarios in messem suam.
7. Et conuocatis duodecim discipulis suis,
 dedit illis potestatem spirituum im-
 mundorum, vt eijcerent eos, & cu-
 rarent omnem languorem, & om-
 nem infirmitatem (&) B. cepit eos
 mittere binos.
8. A. Duodecim autem Apostolorum no-
 mina sunt hæc: Primus Simon, qui
 dicitur Petrus, & Andreas frater
 eius.
9. Iacobus Zebedai, & Ioannes frater e-
 ius, Philippus, & Bartholomæus,
 Thomas, & Matthæus Publicanus,
 Iacobus Alphaï, & Thadæus.
10. Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes,
 qui & tradidit eum.
11. Hos duodecim misit Iesus C. predicare
 regnum Dei, & sanare infirmos. A.
 præcipiens eis dicens: *in viam gen-
 tium ne abieritis, & in ciuitates
 Samaritanorum ne intraueritis.*
12. Sed potius ite ad oues qua perierunt
 domus Israel.
13. Euntes autem predicate, dicentes:
 quia appropinquauit regnum Dei.
14. Infirmos curate, mortuos resuscitate,
 leprosos mundate, Demones eijcite:
 Gratis accepistis, gratis date.
15. C. Et ait ad illos: *nihil tuleritis in via:
 neq; virgã, neq; perã, neq; pane, neq;
 pecuniam, neq; duas tunicas habe-
 tis.* A. Neque calceamenta.
16. A. Nolite possidere aurum, neque ar-
 gentum, neque pecuniam in zonis
 vestris: dignus enim est operarius
 sibo suo.
17. Inquamcumque autem ciuitatem, aut
 castellum intraueritis, interrogate,
 quis in ea dignus sit, & ibi manete,
 donec exeatis.
18. Intrantes autem in domum saluate
 eam, dicentes: Pax huic domui.
19. Et si quidem fuerit domus illa digna,
 veniet pax vestra super eam: si au-
 tem non fuerit digna, pax vestra re-
 uertetur ad vos.
20. Et quicumque non receperit vos, ne-
 que audierit sermones vestros, exe-
 ntes de domo, vel ciuitate, excuti-
 te puluerem de pedibus vestris. C. in
 testimonium supra illos.
21. A. Amen dico vobis: Tolerabilius erit
 terra Sodomorum, & Gomorrhæo-
 rum, quam illi ciuitati.
22. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio
 luporum,

*Apud Lucã
 in v. 11. dicitur
 in viam
 B. Nihil tuleritis
 in via
 nisi virgam
 tantum.
 B. Neque in
 zona est, sed
 calceos
 sandalijs.
 ne induamini
 ni duas tu-
 nicas.*

*C. Et tunc
 ne exeatis.*

luporum. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columba.

23. Cavete autem ab hominibus: tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos.
24. Et ad praesides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.
25. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
26. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.
27. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient.
28. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.
29. Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite ad aliam. Amen dico vobis, ne consummabitis civitates Israel, donec veniat filius hominis.
30. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficient discipulo, ut sit sicut magister eius, & servus sicut dominus eius.
31. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius?
32. Ne ergo timueritis eos: nihil enim est operum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non scietur.
33. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure audistis, predicare super tecta.
34. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timeate eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.
35. Nonne duo passeret asse vanerunt, & unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.
36. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.
37. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.
38. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.
39. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.
40. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem

Simile B. 8.
38. c. 9. 26.
& 12. 8. 9.

A mittere, sed gladium.

41. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suum.
42. Et inimici hominis domestici eius.
43. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.
44. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.
45. Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.
- B 46. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.
47. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetam, mercedem Prophetam accipiet, & qui recipit iustum, in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.
48. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam.
49. Et factum est, cum consummasset Iesus precipiens duodecim discipulis suis transiit inde, & doceret, & predicaret in ciuitatibus eorum.
50. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes ubique, & predicabant, ut penitentiam agerent.
51. Et Daemonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos agros, & sanabant.

SCHOLIA.

I N T E R caput 13. & 14. Matt. vt obseruat Ians. c. 55. concor. inferenda est missio 12. Apostolorum, quam habet Matt. c. 10. per anticipationem. Non ob id tantum, quod Mar. inter aduentum Christi Nazareth, & mentionem necis Ioannis Narrata à Matt. c. 14. initio, inserat missionem illam: sed multo propterea magis, quod Mar. c. 6. & Luc. c. 9. antequam commemorent admirationem Herodis, de fama Iesu narrat missionem, & post descriptam admirationem Herodis, quam Matth. ponit initio c. 14. subijciunt Apostolos rediisse, & cum eis Dominum celsisse in desertum locum, quem secessum Matth. scribit propterea factum quod audisset Dominus eadem Baptistae: Ergo quo tempore erant iam Apostoli in ipsamet missione: verosimile est occisum esse Ioannem, vel certe paulo ante; post vero eadem fuit admiratio, & post hanc reditus discipulorum. Ceterum ante missionem Apostolorum, de qua Matth. c. 10. anteire debet quod habetur in fine capitis noni apud eundem Matt. quomodo Dominus circumierit ciuitates, & castella, & quomodo videns turbas, misertus sit earum. Nam ea quae ibi narrantur causa fuerunt, & occasio missionis duodecim Apostolorum, quod ex Marco etiam haberi potest. Nam ante missionem Apostolorum, praemitit: & circuibat castella in circuitu docens. cap. 6. 6. mox v. 7. subdit: & vocauit duodecim, & cepit eos

i.

Iohannes
quando occisus.

mittere binos &c. hic autem circuitus Domini cuius mentionem fecerunt Mattheus, & Marcus, idē videtur cum illo quem describit Luc. 1.8. qui interfectis quibusdam, quæ prius contigisse diximus, in principio capitis noni missionem Apostolorum subtexuit. est ergo rectus ordo sic colligendus: circumit Iesus ciuitates &c. & videns turbas miseratus est earum; deinde misi sunt discipuli, occiditur interim Ioannes. Admiratus est Herodes illustrissimum Christi nomen. redeunt Apostoli. Sequitur secessus Christi cum Apostolis trans mare Galilææ in desertum locum &c.

1. *Deinceps*] Post coniectum Ioannem in vincula, post fuscitatum mortuum, cum iret in ciuitatē Naim. hoc. n. videtur significare *deinceps* apud Lucam, id est, post ea quæ narrantur apud eundem Lucam c.7.v. 11. 19. quamquam non immediate post illa hæc consequta sunt, quæ de missione narrantur, vt patet ex serie, quam sequitur in L.4. de rebus Euang. vel dilucidationum harum eodem lib.

Et castella] Notat Theoph. præbuisse hic Christum concionatoribus exemplum vbiq̄ue animas querendi, nec in magnis duntaxat ciuitatibus, sed vilibus etiam pagis concionandum esse.

Prædicans & euangelizans regnum Dei] Prædicare ad doctrinam morum, euangelizare ad aduentum Christi refertur, quod dicitur *regnum Dei*. Sic enim accipitur regnum Dei etiam Matt. 3.2. *appropinquauit regnum celorum*: & Luc. 11.20. *peruenit in vos regnum Dei* & Lu. 14. 15. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, regnant .n. supra Dæmonē & omnem mundi potestatem, qui in Christum spiritaliter credunt, ad coeleste regnum eius op̄e, & gratiā transferendi: & dñi hic viuunt regnat etiam Deus in eis, vt proinde reges sint orbis.

Duo porro hæc maximē Christus sc. morum honestatem, & suum aduentum in concionando, vt auditorum animis infereret, curabat, quæ his verbis comprehenduntur prædicans, & euangelizans regnum Dei.

Antequam hinc discedamus non prætereunda est hic benignitas simul, & potestas Domini. Quarum prima prodesse omnibus voluit, & propterea circumiens, nō omnes modo ciuitates, verum & castella nullum quamuis vilsimum locum aspernat⁹ est. Altera verò in eo maximē elucet quod curasse scribitur omnem languorem, & infirmitatem, hoc est, quoduis morborum genus, & ægritudinem: animis simul, & corporibus medicinam faciēs. Qua in re etiā benignitas apparuit. Dicitur quidem docuisse simul, & curasse; prius tamen docuisse, nam illud præsertim spectabat, quod præcipuum erat: miracula verò potissimū ad cōfirmendam doctrinam adhibebat, quod vt Apostolos doceret, se vt illi sequerentur voluit. Nec modo id verbis docuit, sed suo ipse exemplo.

Et duodecim cum illo] Theoph. & Euth. subintelligunt, etiat, Atij subtriceri volunt: *cum illo prædicabant, & euangelizabant regnum Dei*. Sed magis credo primum subintelligi. Vocat autem Lucas nunc absolute duodecim sc. Apostolos, quia c.6.13. scripserat elegisse Christum ex discipulis suis duodecim, quos & Apostolos nominauit.

2. *Et mulieres aliqua*] Erant hæc à Christo curationis beneficio affectæ: idē gratæ, vt essent sequi eum voluerunt, eius præsertim benignitate, ac suauissimis moribus attractæ.

Cur autem Christus passus sit sequi, rationē collige ex sequenti versu: quia sc. *ministrabant ei de facultatibus suis*, vltro se ad hoc offerentes. Non recusauit verò hoc ministeriū clementissimus Dominus, vt indicaret pauperem se esse, & exemplo doceret, operarios euang. dignos esse mercede sua, & eis qui in animarum salutem serio incumbunt, non

3. *Benignitas & potestas Christi.*

4

Christum vt pauperi sibi - 10. strati - misit.

A defuturos, qui liberaliter, ac sp̄ote necessaria subministrarent. Præterea id fecit, ne videretur ipse qui pauper erat cibi gratia, & non ob Euang. regni tantum, salutisque hominum causa circuire ciuitates, & loca. Denique mitis, ac dulcis Dominus quemquam omnino grauari nolebat, cum tamen verè eo ministerio, ac facultatibus indigeret.

Cæterum tollebat consuetudo offensionem; Hieron. in c.27. Matt. annot. *consuetudinis*, inquit, *Iudaica fuit (nec dusebatur in culpā more gentis antiquo) vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus ministrarent. Hæc quia scandalum, facere poterat in nationibus, Paulus abiicisse memorat: dicit enim ipse (1. Cor. 9.5.) numquid non habemus potestatem sorores mulieres circumducendi, sicut & ceteri Apostoli facimus?* hoc Tertul. l. con. Marcio. 4. ad vaticium Isai. refert, quod hic impletum dicit: habet enim Isai. c.32. 9. *mulieres opulenta surgite, & audite vocem meam, filia confidentes percipite auribus eloquium meum.* Ex Hieron. in epist. ad Ctesiphō. discite quas mulierculas circūdixerunt infames illi hæretici Simon Magus, Nicola⁹, Marcion, Apelles, & similes pestes, quod sancti ab Apostolis factitatum fuit in abusum peruerentes.

Quæ erant curate] incertum, an omnes quæ sequebantur curationis essent beneficio affectæ, verosimilius omnes.

De qua septem dæmonia] consulat lector quæ scripsimus l.8. Dilucid. c. 7. Schol. ad v.1.6. de qua septem Dæmonia eiecerat.

3. *Et Ioanna vxor Chuse*] credibile est hanc mulierem & diuitem, & piam valde fuisse; cum procuratoris Herodis vxor esset, Christumque relicto viro sequeretur. Hic autem loquendi modus: *vxor Chuse procuratoris Herodis*, innuit virum adhuc superstitem fuisse; alioquin potius dicturus fuisset Euangelista, quæ fuerat vxor. Creditur autem consensu viri id fecisse, vt sequeretur Christum, à quo beneficio esset affecta. Colligit hinc Maldon. licere mulieri, infidelem relinquere virum, vt sequatur Christum 1. Cor. 7. 15. sed quomodo locus Pauli congruat non video: cum verosimilius sit virum hunc benè affectum erga Christum fuisse, cum permiserit vxorem sequi Christum, ei que suis facultatibus ministrare.

Susanna] hæc videtur fuisse nota, & idē contentus fuit Eangelista solo eius nomine.

De facultatibus suis] non est necesse dicere, omnes has mulieres, quæ multæ erant, ministrasse de facultatibus suis, quia nec necesse est dicere omnes fuisse diuites, vt id facere possent.

Et] videntur aliqui *ei*, legere, id est, Christo & Apostolis, sed idem est, si, *ei*, legamus.

4. *Quia erant vexati*] Græca ferè habent *ἐκδιωκόμενοι*, quod est dissoluti, ac dissipati à λῶν, vt legit Theophyl. & videtur maximē quadrare in id quod sequitur, *sicut oves non habentes pastorem.* Quædam tamen Græca habent *ἐκκαταμεινόμενοι*, hoc est, conuulsi, & vexati, prout Chryl. Hieron. H. lar. legunt; & benè etiam conuenit sequentibus: *sicut oves non habentes pastorem*: tales enim oves varijs sæpè morbis vexantur, & malis.

Et iacentes] Gr. est *ἐκπεσμένοι*, quod est sparsi, siue disiecti: est enim participium, inquit, *ἀνίστασθαι*, quod est proiicio. Dicuntur igitur vexati hi quibus Christus misertus est, quia varijs malis affecti primum à Scribis, & Phariseis, qui pro pastorebus, lupos potius agebant, & innumeris eos traditionibus humanis, & opinionibus onerabant. Deinde à dæmone per peccata, & ignorantia sibi eos subiugante, & corpora etiam affligente. Dissoluti verò, aut dissipati dicuntur, quia varia sectabantur in morem destitutarum omnium per diuersa vagantiū. Iacentes deniq; quia ad omnibus neglecti.

5. *Conuertendo Iudæorum.*

6. *Ioanna vxor Chuse dicitur & pia.*

7. **5. Messis quidem multa**] redditur hic causa missionis Apostolorum, de qua mox agitur: propterea enim missi sunt: quia messis erat multa, operarij autem pauci. Messis vocatur auditorum multitudo, Dei verbum autem expetendum. Et quia iam Christus ipse exierat seminare semen suum, & creuerat feliciter semen, & seges matura iam erat ad messem: Propterea non segetem, non semen, sed messem vocat etiam Lu. 10. 2. Io. 4. 31. 38.

Dominum] Christum intelligit Chrysof. quod etsi verum est tamen probabilius est hic patrem suum vocasse *dominum messis*, quem & Io. 11. 1. agricolam vocat, & Matth. 21. 33. Mar. 12. 1. Luc. 20. 9. vineæ dominum, se vocat filium familias, qui pro patre & sementem facit, & metit. operarij tum præfertim pauci erant Christus & Ioan. vel secundum Remig. parvus numerus operariorum erat, si conferretur cum tot, tantisque segetibus.

6. **Rogate**] Chrysof. ostendit magnum donum esse decenter prædicare, dum dicit hoc esse orandum. vel docet donum Dei esse quod hominibus etiam veritatis amidis boni dentur pastores, idque vult precibus à Deo contendendum esse.

88 **Mittat**] ex antiquis exemplaribus scriptis legendum esset, *vt eiciat operarios*, quod conuenit cum græca editione *ἐκβαλεῖ*. significatur ergo orandum, vt citò mittat, ac vel inuitos, & coactos extrudat in opus Dei. Significatur etiam vis imperij, & gratiæ Dei, quæ cunctantes etiam ad hoc impellit. Nec alios demum vtiles esse colligendæ huic messi, quam qui ad hoc à Deo protruduntur, & nec se ingerunt non vocati. Interdum tamen *ἐκβαλεῖ* significat emittere aut depromere Io. 10. *cum proprias oves emiserit*: Matth. 12. *bonus homo de bono thesauro profert bona*. Vbi idem vocabulum est.

9. **7. Conuocatis**] seiuunctis à turba, vt priuatim eos institueret. **Potestatem**] hanc potestatem exercet Ecclesia dū cōlecrat aquā, palmas &c. Lu. habet, virtutē, & postatē: *ἐν αὐτῇ καὶ ἰσχύς*. potestas ad quādam præfidentiam, & dignitatem petinet. Qui .n. alijs præfunt potestatem habere dicuntur. Virtus autem ad efficaciam. Potestas sine virtute inermis, & inutilis est: virtus sine potestate aliquādo temeraria est. Instituit igitur Christ⁹ quasi præfides veluti ex officio Apostolos super demones, & morbos, & vt efficaciter vtrumq; præstarent adhibuit virtutē, ac potentiam. Matth. & Mar. nomine potestatis vtrumq; significarunt. Hæc autem duo, potestas, & virtus, diuinitatis erant argumentū, & apta ad cōciliandā hominū beneuolentiā: idē illis Christus gratis concessit, & sine inuidia cōmunicauit: cū ad fidem verbis conciliandam, multum facerent.

Spirituum] eiciendorum. **Immundorum**] nam rebus oblectantur immundis, & homines eo pellunt, non quod ex se natura immundi sint.

Binos] in commedationem fraternæ charitatis, in mutuum consolationem, mutuamq; custodiam operum & doctrinæ, & in maiorem veritatis prædicandæ contestationem: in ore enim duorum vel trium testium stat omne verbum. Quomodo autem dicat Mar. c. 3. 15. dedisse prius potestatem illam; declarauimus c. 8. huius libr. 4. Dilucida. Schol. ad vers. 3.

10. **8. Duodecim autem**] de his vsque ad v. 11. vide quæ scripsimus c. eodem in Scholijs, & Theorijs. Cur autem idiotas, & pauperes elegit, vide Ambr. in c. 6. Luc. Hieron. in 4. c. Matth.

Hos duodecim misit Iesus] Pradus Ezech. v. 14. ad finē sic notat. in hæc: Græcæ, amandauit, ablegauit, extruxit, abegit, quasi nolentes ad prædicandum Verbum Dei &c. cuius re: duplicē assignat causam Prima est, quod tam difficile, & arduum prædicationis munus eligerentur: quod illa Ezechielis verba c. 3. 14. significat: *Spiritus quoq; leuauit me, &*

A *aspexit me. & postea, & abij amarus in indignatione mea.* non solum quia meditabatur Dei in populum iram, sed quia sollicitabat etiam eum iniunctum à tam præpotenti maiestate munus. sc. coctus cibus libri coepesat iam fumare nebulam tristitiæ in cor: & idē manus Domini confortabat eum. Secunda est, quod à Christo separari per tantillum quidem temporis spatium ægrè ferebant.

11. Regnum Dei] aduentum Messis, & tempus gratiæ, quæque ad illud faciunt, æternamque salutem acquirendam.

Sanare infirmos] sub hoc continentur reliquæ, quæ habentur infra v. 14.

In viam gentium] ad gentes, Hebræa phrasi, vt Hier. 2. 18. *quid tibi vis in vijs Aegypti?* id est, quorsum tam fræquenter in Aegyptum is? Ponitur verò hic primum Christi præceptum instruētis Apostolos. Vide in hunc V. Greg. ho. 4. in Euan. ia.

B Solet hoc loco moueri quæstio, cur Christus ad gentes Apostolos ire prohibuerit, c. 20. Matth. v. 19. & Mar. 16. 15. ire iusserit. Passim respondent, quia Iudæi filij erant regni. Matth. 8. 12. & illis facta fuerat regni promissio Gen. 17. 1. & Rom. 15. 8. & non venerat Christus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel, id est, ad eas in primis Matth. 15. 24. illis enim oportebat primū prædicare Verbum Dei Actor. 13. 46. vt sic profecta euangelica lex à Iudæis, à quibus est omnis salus, deriuaretur ad gentes, & admittenda quadam iustitia diuina videretur facta à Iudæis ad gentes Euangelij translatio. Vt ita non prius passim, & palā gentibus Euangelium prædicaretur, quam se Iudæi illo omnibus modis indignos reddidissent. Et hæc est propria huius rei causa: Alij quæ afferuntur potius accessorix, & accommodatæ sunt, vt illa: ne vllam Iudæi haberent excusationem, si Christum non recepissent, dicentes: eum ad gentes, & Samaritanos, atque a deo ad hostes suos misisse Apostolos.

C **Et in ciuitates Samaritanorum**] Gr. καὶ ἐν πόλιν, in ciuitatem, hoc est, in nullam ciuitatem Samaritanorum. sic legit Clemens Alexandrinus 3. Strom. Nostrer interpret sensum est sequutus, & idē, *in ciuitates*, dixit. vel fortè legit melius *ἐν πόλιν*. Samaritanorum, seorsim mentionem facit: nam nec Iudæi, nec gentiles erant omnino, sed cū Deum colerent, idola etiam sua venerabantur, & tamen Israelitæ videri volebant, Io. 4. 9. propterea seorsim vocat Christus Apostolos eos adire, erant verò hæretici, nam tantum quinque libros Moysis recipiunt, alios reijciunt. Huc spectat pulchra similitudo Chrysof. quam habet de Priscilla, & Aquila, de auib fountibus pullos, disce hinc hæreticorum commercia fugere.

12. Ite ad oues quæ perierunt] Barrad. c. 11. lib. 9. putat non fuisse hanc primam Apostolorum missionem. missos enim antea, ex Io. 4. *ego misi vos mittere*. Nam missi fuerant ad baptizandum, & aliquo modo ad docendum, sed hæc præstantior est missio: & qua missi sunt omnes Apostoli, postquam Apostoli electi, & nominati sunt, & Christi præceptis benè instructi. proindē non mirum si ab Euangelistis hæc sola missio sit commemorata.

Vocat verò hic *oues*, quia erat populus ei peculiaris, & eius velut grex, quem ipse per se, & per patriarchas, per duces, & Prophetas, per Sacerdotes, & reges pascebat, Psalm. 73. 1. & 76. 21. & 77. 52. 70. 71. & 78. 13. & 79. 11.

Quæ perierunt] quia omnes declinauerunt. *simul inutiles facti sunt*, Psalm. 73. & 124. & 112. 53. 6. *omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suā declinauit*. Sic Ezech. 34. 5. *dispersa sunt oues meæ quod non erat pastor, & facta sunt &c.*

13. Euntes autem predicate] obseruandum à Matth. esse positā octo potissimum præcepta specia-

ii. Cur apostoli ad gentes ire prohibuit.

Samaritanos quales.

12.

13. Octo præcepta apostoli ad gentes dantur.

tim pertinentia ad hanc missionem. horum tria videntur Lucas, & Marcus ponere. quamuis Lucas quædam scribat præcepta etiã in missione 70. discipulorum. Est ergò hoc secundum præceptum à solo Matt. scriptum, sicut & primum; licet Lucas c. 9. 2. illud insinuet, cum dicit, illos esse missos, vt prædicarent regnum Dei, & septuaginta alijs discipulis idem mandatum aperte narrat esse datũ, cum ait. c. 10. 9. & dicitur illis: *appropinquauit in vos regnum Dei.*

Appropinquauit regnum Dei nõ tamen sine poenitentia, vt Marc. 6. patet quid sit appropinquare regnum Dei. vide l. 2. Diluci. c. 1. ad. v. 7. sicut autem Christus Iudæis primum prædicare voluit, ita & Apostolis idem iussit, vt primum facerent: & sicut ipse sic auspicatus est, vt & 10a. *pœnitentiam agite, appropinquauit enim &c.* sic voluit suos inchoare. Nam de poenitentia dicitur inferius: *& euntes prædicabant, vt pœnitentiã agerent,* quæ includitur etiã in his verbis: *appropinquauit regnũ cœlorũ:* Cõtinetur. n. his cõtemptus regni terrarũ, explosio eorum quæ gratiã Dei impediũt, præparatio regni cœlorũ &c. Nec putandũ est, voluisse Dominũ, vt his conceptis verbis prædicaret: *pœnitentiam agite, appropinquauit enim &c.* verum his summam & caput prædicationis insinuauit.

14. *Infirmos curate*] tertium hoc est præceptũ apud solum Matt. à Luca in 70. missione cõmemoratum. Recte subnectitur priori, nã cum alioqui illi rati, & rudes essent Apostoli, & noua quædã & admiranda tamẽ prædicaturi essent, quo fidẽ verbis facerent necessẽ erat potestate miraculorũ vri. Non præcepit autẽ signa facere, quæ ad curiositatẽ, aut terrorem hominũ, stuporẽq; tantũ inanẽ facerent, sed quæ salutẽ corporibus præberent, simulq; gratã, & acceptã, & credibilẽ, non admirabilẽ modo euangelicã doctrinã redderent. Quare meritò Theoph. Matt. 10. miracula arma vocat, quibus Deus Apostol. instruxit, quibus gentium, ac Iudæorum perfidiam fortiter excinderent.

14.

Gratis accepistis, gratũ date] Hoc quoq; quartum præceptũ, solus Matt. scribit ad superbiam, & auaritiæ affectũ cohibendũ. Nam vt recte monet Chryf. superbiam reprimi, cum ait: *gratis accepistis, auaritiã præcidit cũ subdit, gratũ date.* D. Hiero. Mat. 10. quia, inquit, *semper dona spiritalia, si merces media sit, viliora sũt: adiungitur auaritiã & odematio: gratis accepistis, gratũ date.* hæc vera est huius loci sententia magis, quã ea, quã Maldõ, c. 10. in Matth. v. 8. probat: velle Christũ monere Apost. q. deberet miraculorũ dono largiter vri. *Solemus. n. inquit, quæ gratis accipimus, quæq; gratis damus, largiter, & copiosẽ dare.* Neq; tñ voluit per hæc, vt Aposto. potestatem miraculorum acceptã gratis, alijs etiã gratis cõferreret, sed vt potestate illa gratis accepta, gratis etiã vterentur. Generatim autẽ loquitur, vt intelligeremus vniuersim omnia spiritalia gratis danda esse, sicut gratis accipiuntur. Sic Elisæus 4. Reg. 4. munus à Naamã accipere noluit, q. quia Giezi ambiuit & accepit, incidit in leprã. Sic Petrus Simoni meritò iratus dixit: *pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniã donũ Dei existimasti pecunia possideri* Act. 8. sic debet Christi cõcionator omni auaritiæ suspitione liber cũ Isa. c. 55. auditores suos inuitare ad dona spiritalia: *venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione.*

Spiritalia
cur vendere
non liceat.

Iam verò sciendum his verbis indicari causas, propter quas non licet spiritalia vendere, vt proinde hinc cõstet nõ simpliciter esse auaritiã hæc pretio impertiri, sed irreuerentiã, sed iniuriã quoque Dei. ob tria. n. spiritalia vendi nequeunt. Primum quia pretio aliquo terreno cõpensari non possunt, vt locus citatus Act. 8. indicat: *pecunia tua tecum sit in perditionẽ, quoniã donum Dei existimasti pecunia*

A possideri sunt: enim pretiosiora cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur hu non valent cõparari. Deinde eã possunt esse debita veditiois materia, quorum venditor est Dominus, ad spiritaliũ gratiarũ homo tantũ dispensator est 1. Cor. 4. deniq; venditio repugnat origini spiritaliũ, quæ proficiscuntur. ex liberali Dei voluntate. Quare irreuerentiã Deo, rebusq; diuinis exhibet qui vendit: cum id, q. Deus per ipsum gratis vult hominibus cõferre, facit ne sit gratuitũ. Has posteriores duas rationes significat Dominus his verbis, secundã quidẽ dũ ait: *gratis accepistis:* per quæ satis docet non esse nos illorũ dominos, quæ acceperũt, sicut eorũ quæ pretio, & labore cõparauimus. Tertiã verò indicat, dum ait, *gratũ date.* Sunt ergò dona gratuita, & proinde nõ subijcienda venditioni. Addit Ians. c. 51. concor. etiã per hæc prohibere voluisse Dominũ, ne ab ijs, quos curassent, munera acciperet, etiã quæ grato tantũ animo offeruntur, q. seruasse Elisæum locus 4. Reg. c. 4. superius citatus ostẽdit. Et recte id prohibetur, ne pietas vertatur in questũ, & q. institutũ erat ad gloriã Dei occasio fiat auaritiæ, & vilescat Dei gratia, dum cõpensatio sit munerum acceptorũ per aliqua dona collata ab his qui ea acceperũt.

15. *Nihil tuleritis in via*] Lucas in viã dixit *in via*, q. d. nolite esse solliciti de necessarijs ad iter. lege in hunc v. Chry. to. 3. in dictum Pauli, salutate Priscã & Aquilã, & Driedo. *Neque virgã*] est quintũ præceptũ, quo statuitur quomodo gerere se debeat in via. Quinq; autẽ prohibet, primũ virgam, q. ad se defendendũ facit. Itaq; virga vltionis aut defensionis causa vetatur: nã quæ ad innitendũ, conceditur Mar. 6. *nihil tuleritis in via, nisi virgã tantũ.*

Neq; peram] prohibet circumferri cibos, & repositaria ciborum, ac potus. Et vt ait Interl. ne cellariũ secũ vehant. Ex Hiero. arguuntur Philosophi cellarium secum vehentes, dicti *Bastropæra*, cum tamen cõtemptores se esse sæculi iactarent. Est autẽ pera sacculus in quo cibus reponitur, & asseruatur ab iter agentibus 4. Reg. 4. maxime aut pastoribus est familiaris 1. Reg. 17. citarchiũ, aut cistariũ vocat Hiero. 1. Reg. 9. 7. sportulã vocabat Romani, de qua Tertul. per *peram* intelligunt aliqui res, quæ pera portantur, per cõtinens cõtentum accipiendo. fatius est & sacculũ, & res simul cõtentas intelligere apud Matt. præsertim. Nã Mar. & Lu. seorsim panẽ addiderũt, per quẽ cib' omnis significatur, vt Mar. etiã 3. Lu. 14. sub nomine etiã *pera* comprehendit etiam vasa debemus accipere, in quibus potus conseruatur; cum præsertim hæc peris vehantur.

Neque pecuniam] Prohibet tertio pretium pro viatico, & inferius: *nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam* &c. vbi obseruandum, non simpliciter prohiberi hæc illis, scil. pro omni tempore, & loco, sed eo modo, quo in Theor. dicemus.

D Additur *in zonis vestris*, hoc est, in crumenis vestris, quia loquitur iuxta veterem morem, quo pecunia ab his, qui se dant in viam, & iter faciunt, præsertim verò à militibus, solet deferri in zonis, hoc est, in cingulis. Hinc Spartianus in vita Pesti *enij nigri ad finem:* iussit ait, ne in zonis milites ad bellũ aureos, vel argenteos nummos portant, & Graccus apud Gel. l. 15. c. 12. *Zonas*, inquit, *quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli,* & Suetonius in Vitellio. c. 10. ait: *Zona se atreorũ plena circumdedit.* Horat. item l. 2. epi. 2. de eo qui pecuniam amisit inquit: *ibit eo quo vis qui zonam perdidit.* Et Iuuen. Saty. 14. *Zonã laua, morsuq; tenentis* à naufrago enim zona, vbi recondita est pecunia non modo manu, sed & dentibus tenetur.

Apud Matt. pro pecunia græcẽ est, *denarius*, tres enim pecuniæ species posuit Mat. *denarius, aureus, & sesterterius*, ex quibus cudi solet moneta, & dzo teste primũ fuit ærea, deinde argentæ.

15.

16.

mò aurea.

mō aurea. Prohibet ergō vel aurū, vel argentū, vel æspōsidere, id est, habere, & secum ferre. Maluit interpretēs pecuniam vertere, quam æs, quia fortē nomine pecuniz vulgō ærea intelligi solet. vel quia argento, & auro etiam utimur ad ornamentum, tacitē etiam talem vsum significare voluit interpretēs esse prohibitum hic à Christo vt & Druthmarus in Matth. cap. vigesimo septimo exponit. In Marco interpretēs vertit *æs*, & potuisset vertere *pecuniam*: quandoquidem speciem pro genere videtur Marcus posuisse; apud Lucam, vbi interpretēs vertit *pecuniam*, legimus *ἀργύριον*, videturque poni argentum pro genere.

17. *Tunica que vestis, & cur Apostolis prohibita.*
Neque duas tunicas] Quartō prohibet duas tunicas. est autem tunica indumentum interius, sicut palliū exterius. Ne intelligas prohibitū esse ne duobus vestimentis induerentur in via, cum cōstet & ipsum dominum pluribus vestibus indutum. secundū ergo Hierony. accipere oportet per duas tunicas duplex vestimentum; vel quod idē est, vestes mutatorias, & ita *tunica* ponitur generatim pro veste, & *duas*, pro, *duplices*. vt sit sensus: ne præter vestes, quibus irent induti alias secū deferrent, quas induerent, alijs sordidatis: vt videtur to. intelligendus cum ait: *qui habet duas tunicas det vnā non habenti*. sed Marcus ait, *ne induerentur duabus tunicis*. ergō videtur significare vetitum esse illis, ne simul duabus induerentur vestibus, sed sensus est Marci, ne vicissim nunc hac, nunc illa indueretur tunica. Quare non dixit duabus vestibus, sed *duabus tunicis*, vsus nomine speciei, & per illud significans non duplicandas, cuiusvis alterius etiam speciei vestes, ita vt vna induatur, altera in futurum tempus reseruata.

18. Sunt qui dicant, tunicarum multitudinem absolute singulis Apostolis prohibitam, quāuis Hierony. Matth. 10. notet nō fuisse prohibitum Apostolis duas tunicas simul induere. sed ne multas haberent, vnā, qua induti incederēt, altera futuro tēpori reseruata. Ratio horum, quia inquirunt tunc tēporis morē fuisse vna tantū indui tunica nō pluribus simul. Non ergo inquirunt isti, licebat pluribus indui simul, nec plures habere, vnā, qua induerentur, alteram reseruata. Hoc verō expressē Christum exhibuisse, illud tacitē, quia ex consuetudine facile intelligi poterat. Probabile est hoc præferim si intelligamus hoc Christū præcepisse pro eo tēpore, quo erant peregrinaturi per terrā promissionis. Nam postea Apostoli etiā reseruata habere vestimenta in vsu necessarios, vt Chryf. probat ex illo Pauli 2. ad Tim. 4. *penulam*, inquit, *quā reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum*. Penulam ergō reseruata habuit Paulus, qua hyemali tempore utebatur. Porro nomine tunicæ non intelligas subuculam, imō neq; pallium, alioqui Christus etiam tria induisse vestimenta dicitur. nam vltra hanc tunicam de qua loquimur, pallio vsus est, & aliquid aliud habuit loco subuculæ.

19. *Calceamenta que & qualia Apostolis prohibita.*
Neq; calceamenta] Quintō prohibet calceamenta. sunt qui dicant prohibuisse hic Dominū calceos tantū, qui tōtū tegeant pedem, quique propriē *ὑποδήματα* dicuntur. nam Marcus 6. 9. dicit: *sed calceatos sandalijs*. Sandalia. n. dicunt fuisse soleas, solamq; texisse plantā. hæc ergō concessit, calceos prohibuit. sic videtur Hierony hic & Aug. li. 2. de consen. Euangel. c. 20. interpretati. Alij, quæ Mar. vocat, *συνδάλια* sandalia, inquirunt Matth. vocasse *ὑποδήματα*, & ex Actis ca. 12. 8. apparet *ὑποδήματα*, & *συνδάλια*, idem esse, quod confirmat id quod habet Serarius Iudith. 10. quæstiunc. 2. sandalia etiā interdū accipi pro cōmūnibus calceis, qui & *ὑποδήματα* dicuntur. ita. n. & sandalia à Chaldaico *Thargum* appellatur Gen. 14. Isai. 11. Cant. 7. 1. & alibi prout suo Thisbi monet Elias, vbi etiā exinde ait, vocatū Rab-

A binum, quēdam Hassandelar. i. calceolarium. iam ad rem. Concordant ergo isti Matt. cum Marc. quia intelligunt Matt. sicut duas tunicas nominauit, ita cum dixit; *neque calceamenta*, intelligat etiā bina, vel duplicia, seu duo paria. sic Iuuenus lib. 2. hist. euang. *nec plantis tegmina bina*. Marc. verō significat iussisse Christum vt illa ipsa sandalia, quibus tunc calceati erant ferrent tantū secum, non plura. eligat Lector vtram velit sententiam.

Sed inquit Luc. 22. dictum esse Apostolis à Domino: *quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis*, &c. videntur igitur prohibita fuisse calceamenta omninō Apostolis, quæ scilicet totum contegerent pedem, cum tamen sandalia Marous hic expressē permittit dicat. Respondeo hoc facere aliquanto probabiliorē primam interpretationem: licet responderi possit, de duplicibus calceamentis loqui Luc. am.

B An verō Dominus nudis inceserit pedibus dubium est. quod verē non vsus fuerit calceamentis, quæ totum obtegerent pedem, inde constare videtur, quod peccatrix mulier, quæ lacrymis rigabat eius pedes, repperit superiorem saltem pedū Domini partem nudam. vide Hierō. ad Eustoch. certē Tertull. l. de Pallio, significat calceos totum tege- re pedem, ac suo tēpore Christianos ferē sine calceis incesisse nudis pedibus; asserens parum virile esse calceos gestare, ac futrinās venereas prospexisse magnum incessui munimentū perones effeminatos. Hierony. in Matth. scribens, videtur intellexisse calceamenta in totum prohibita Apostolis, cum Platonis præcepta, veluti cōformia præcepto Christi tradat: & Plato, inquit, etiā præcepit, duas corporis summitates, non esse velandas, nec assuefieri mollitei capitis, & pedum. cum enim hæc habuerint firmitatem, cætera robustiora sunt.

C Erant quoque, eodem serario referente loc. cit. nu. 19. sandalia, calceamenta, non qualiacumque, sed pulcra, & elaborata, diuitumq; mulierum propria, vt probat. l. 14. var. lec. c. 15. Victorius testimonio Cephifodori comici, qui in Trophonio sua, induxit mulierem olim diuitem, iam pauperem cōquerentem, quæ quæ antea sumptuosō genere calceamenti, id est, sandalijs vsa fuerat, postea, se tanquam ancillam, peribat idibus vti. vnde manarunt sceminarum illi ex D. Hieronym. ad Saluinam, Aurati Socci. quod Clemens confirmat. l. 2. Pædagog. c. 11. dum hæc scribit: *in calceamentis quoque superba, arrogantesq; scemina magnā ostendunt molliem*. verē ergo turpia sunt illa Sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria, & hoc modo sumuntur Sandalia Iudith 10. 3. Hieron. item cap. 20. Isai. scribit; Sandalia, quæ ibi verterunt 70. pro calceamentis, significare caligas: quæ sunt tibiariarum tegumēta. Cur verō etiam si græca id genus nomina in interprete nostro legantur, carpendus non sit, docet idem Serar. ex c. 14. libri 2. Machab. pag. 705. quia, inquit, græca interdum nomina pro latinis vsurpantur, vt apud Plin. lib. 2. Oeci populorū, lib. 7. probata id est, oues, apud Ciceronem, & Virgil. acta, id est, licus; apud Terentium aliu, id est, vrbs, de quibus c. 3. lib. 1. variarum lectionum Muræus.

D 16. *A. Dignus enim est*] significat his Dominus, non tantum se diuina prouidentia omnia illis necessaria subministraturum, sed etiam illos, quibus annuntiandum erat Euangel. teneri eis subuenire. & necessaria suggerere, & ipsos Apostolos iure posse ab ijs talia exigere, & recipere. paullō aliter August. lib. 2. de consen. c. 30.

Cibo suo] alibi dicit mercedem, quod non videtur stare cum ijs quæ dicta sunt: *gratis accepistis, gratis date*. sed mercedem vocat, & suum cibum, id est, debitum quoddā à similitudine operariorū.

20.
Christus an nudis pedibus inceserit.

21.

22.

Similitudo inter operarios mercenarios, & Evangelicos doctores.

23. Qui indigni sunt stipendijs Ecclesiasticis.

24.

25.

Paulus 1. Corin. 9. vocat stipendium à similitudine militum, quibus datur non vt merces; *quis militat stipendijs suis?* sed vt sustentatio debita. Itaque similitudo inter operarios mercenarios, & euangelicos constat ea parte, qua vtrisque omnibus debetur: non autem ex parte ea, qua illis debetur vt merces. His enim nō debetur, vt merces, licet vocetur *merces* improprie. Omne enim quod operati debetur, quia operatur, merces est, nō tamen proprie. i. pro eo cuius gratia operatur. Hinc Gregor. hom. 17. in hoc verbum Lucæ, in missione Septuaginta, *considerandū est*, inquit, *quod vno tantū operario dua mercedes debentur; vna in via, altera in patria; vna, qua nos in labore sustentat; alia qua nos in resurrectione remunerat. Merces itaque qua in presenti accipitur; hoc in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque predicator, non ideo predicare debet, vt in hoc tempore mercedem accipiat: sed ideo mercedem recipere, vt predicare subsistat. Quisquis namque ideo predicat, vt hic laudis, vel muneris mercedem recipiat, aterna procul dubio mercede se priuat. Hæc ille.*

Obseruandum, operarium hic vocari à Domino dignum: vt intelligas eos esse indignos stipendijs Ecclesiasticis, qui non operantur pro fidelium utilitate. Præterea dum addit *cibo suo*, significat non esse operario euangelico requirenda præterquam necessaria. Neque enim studendum, vt ex Euangelio ditescat. hinc Paulus 1. ad Timoth. 6. *habentes victum, & vestitum, his contenti simus.* Denique non dicit Dominus, debere operarium accipere cibum suum ab his quibus operatur, sed dignum esse: vt significet, licere id quidem, immò verò ius esse ei, vt accipiat, non autem necessario accipere debere: hinc Paulus primæ ad Corint. 9. 14. *Dominus, inquit, ordinauit ijs, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere.* Ordinauit vtique cum hæc Apostolis diceret, cum tamen etiam Paulus doceat non fuisse hoc præceptum, sed permissionem, sed potestatis traditionem, qua ipse Paul. ferè vti noluerit; non fuit inquam præceptum, si videlicet ad alia tempora, & personas referatur. Fuit ergo & ad certum tempus restrictum, & personale, vt Apostoli addiscerent suo experimento, nihil illis defuturum, esse illos Deo curæ, ab illo pendere totos debere, sine sollicitudine, sine spe mercedis terrænæ.

17. *In quamcumque domum*] Sextò hoc præcepto statuitur de eligendo, & retinendo hospicio. Nam quia, inquit Chrysol. hom. 33. in Marth. præcipiens Dominus Apostolis ne ferrent peram, panem, &c. dixerat: *dignus est enim operarius mercede sua.* Ne hoc verbo Apostoli omnium domos sibi parere existimarent, sed magnam in hoc etiam moderationem habendam sibi esse seirent, subiecit: *in quamcumque domum intraueritis, &c.* vide Ambros. ferm. 13.

Interrogate] Gr. *Ἐρωτάετε*, exquirite. Hierony. hospes, inquit, fama eligendus est populi & iudicio vicinorum, ne prædicatoris dignitas suscipiens infamia deturpetur, nondum autem eis dat, vt sciant quis sit dignus, sed iubet scrutari. Et Ambros. in Luc. ait: *ideo domus eligenda præcipitur, vt mutandi hospitis causa non suppetat, non tamen hac cautio, reeptori mandatur, ne dum hospes eligitur, hospitalitas minuat.*

Quis in ea dignus sit] id est, probata vitæ, & vt inquit Euthy. honestus Dei cultor. Atqui Christus inquit ad publicanum diuertit? responder Chrysol. in hom. 1. dignum fuisse factū ex conuersione. vel dignus vocatur hic, pace euangelica dignus. vnde Luc. 10. dicitur: *filius pacis*, vel dignus vestro hospicio: vnde Hierony. hospes magis se nouerit gratiam accipere, quam dare.

A *Ibi manete, donec exeat*] quamdiu in ea fueritis ciuitate, nolite transire de domo in domū, vt Luc. 10. 7. hoc est, ne muretis hospitium. quamobrem id præceperit, tres assignantur causæ à Chryf. hom. 3 prima ne inconstantes videantur; altera ne delicati, quasi non contenti ijs, quæ apponerentur in primo hospicio, meliora quærerent. Idem Euthy. & Theophy. Postremò ne priorem hospitem contristent, quasi parum dignum. duas extremas rationes primam & tertiam Hierony. sic complectitur: ne alioquin suscipiens contristetur, & ipsi opinionem accipiant leuitatis.

18. *Salutate eam*] Septimum præceptum, quo decernitur quid in inuentum hospitium ingredientibus sit faciendum. Inter pacem hospicio precamini, vt sopiatur omnis repugnantia contra veritatem. Chrysol. in hom. ait quod docet anteuertere alios salutando, & honorando: hæc autem saluatio, est significatio aduentus ipsorum pacifici, & amici, vt Gen. 43. 23. Iudi. 6. 13. Item est precatio quædam optantiū à Deo pacem domui illi. Est autè pax hæc recõciliatio cum Deo, per gratiam à Christo factā, qua & peccata remittuntur, & amicitia cum Deo restituitur; quam angeli annuntiarunt, dicentes: *in terra pax hominibus.* hanc ergo proprie pacem precari, & annunciare iussi sunt Apostoli præsertim. Est autem hæc saluatio more Hebræorum, qui dicunt pax tibi precantes omnia prospera & læta: Gr. *ἡσυχία*: Lat. *aus*, vel *salus*, vel *gaude*.

Dicentes: pax huic domui] non leguntur Græcè hæc verba, leguntur tamen ab Hilar. Chrysol. Hierony. Theophyl. in com. non in textu; licet Euthy. non legat; sed legenda videntur ex ver. 13. & Lucas apposuit cap. 10. 5. Porro per *domum*, habitatores intelligit.

C *Domus illa digna*] vt pacem vestram recipiat, Luc. c. 10. 6. inquit: *& si ibi fuerit filius pacis*, id est, hospes pacis amator, aut pace dignus, vt dicimus filius mortis, id est, dignus morte. vel quod idem est, pacis sectator, & ad veram pacem à Deo electus.

Pax vestra reuertetur ad vos] Hac phrasi significatur, ea, quæ precati fuerant, non quidem ipsis Apostolis euentura, sed potius non euentura illis, quibus precati fuerant. Itaque reuerti, est effectum non habere, sic dicitur Isai. quinquagesimo quinto, vers. vñdecimo, *verbum meum non reuertetur ad me vacuum*, id est, irritum, sine effectū, loquitur de verbo promissionis.

Dixit autem Christus, vt significaret Apostolos fecisse quod debuerant. alij exponunt sensum esse: vestrum erit meritum; fecistis enim quod debuistis, vel nihil inde detrimenti accipietis, quin inde potius meritum accrescat. Gr. habetur *ἡσυχία* reuertatur, imperatius pro futuro more Hebræorum.

20. *Excutite puluerem*] Octauum præceptum quo instituuntur, quid faciendum sit eis eum non admittuntur in domum aliquam, vel ciuitatem, excutiendum, inquit, puluerem. Hoc seruauerunt Actorum 13. ver. 51. Paul. & Berna. sed quamobrem id iussit Christus? Primum quidem vt ostenderent laborè itineris se pro illis quidē suscepisse, & prædicationem Euangelij etiam ad eos quidem peruenisse, sed sine fructu, ita vt hæc excussio pulueris ad hærescentis ad pedes, itineris laborem significet. Deinde in protestationem & signū, quod non causa terreni alicuius commodi accesserunt ad eos: vnde Luc. in missione 70. cap 10 addidit; *dicite etiam puluerem qui adhasit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos*, vt ostendatis, scilicet nihil vos desiderasse terreni commodi ab eis, ita vt nec puluerem velitis vobis imputari hæc duæ

Cur Apostoli hospitium mutare non deberent.

26.

27.

28.

Cur puluerem deberent extergere Apostoli.

inter-

interpretationes sunt etiam August. q. 7. in Matth. denique præsertim sensus est huius excussiois, vt sic significarent Apostoli; nolle se cum illis in aliquo communicare, propter poenam. quæ illis immineret. vnde subdit Matth. vt habes v. 21. *tolerabilis erit*, &c. id est mitius punientur Sodomitæ, Gomorræi in die iudicij, quæ ciuitas illa, sub qua quilibet locus intelligitur, & per locum homines, vide digressionem.

Dixit autem *exeuntes*] &c. quia scilicet domo egressi, in platea id facere debebant, vt Luc. cap. 10. insinuat: vbi à Domino dicitur discipulis: *exeuntes in plateas dicite, etiam puluerem extergimus in vos*. Matth. autem habet *exeuntes de domo, vel ciuitate excutite puluerem, &c.* quare verosimilius est, præceptum id à Domino vt fieret siue in plateis, siue extra ciuitatem, quam quod Abul. Matth. 10. q. 83. censet bis illos extersisse pedes, vel excussisse puluerem semel in plateis, iterum extra urbem.

Quomodo autem id fieret declarat idem Abul. loc. cit. Apostolos Sandalia excalceasse, eaque manibus collisisse. Barrad. etiam lib. 9. c. 11. putat satis esse dicere, quod pedes exterserint, vel excusserint, vt ipse loquitur in aliquo lapide, vel ligno.

In testimonium supra illos] id est, contra illos. porro in testimonium dicitur, & laboris suscepti, quamuis inuiciliter; & quod nihil ab illis accepit; & quod nec cum illis in aliquo communicare velint. Maldon. ex Hilar. & Orig. hom. in Gen. 18. habet, per hanc excussioem ostendi illum ipsum puluerem, quem in itinere collegissent in die iudicij testem contra eos futurum, qui se recipere noluisse. vide illum ver. 18. Matth. 10. Ambros. in Lucam 9. & Euthy. putant, hic declarari etiam eorum puluerem esse impium, ideoque nolle se eum habere: sed quæ primo loco dicta sunt verosimiliora videntur.

21. *Tolerabilis eris*] Non quod non maiora fortasse Sodomæ, & Gomorræi habuerint peccata: aut quod de peccato solum in hospitalitatis hic agatur, vt Lyran. & Remig. apud D. Thom. opinantur: nec quod conferatur hic peccatum carnis cum peccato idololatricæ: sed quod illis non fuerat Euangelium prædicatum, vt Hilar. Hieron. Matth. 10. & alij interpretantur. vnde Lucas 10. addit: *va tibi Corozain, va tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes poeniteret, &c.* vnde dici possunt grauius absolute peccasse, qui non receperunt Apostolos, quam Sodomitæ, & ob id etiam grauius puniendi quibus impoenitentiam, scilicet cæteris paribus: vel si cætera non sint paria, quantum est ex parte hac impoenitentia, istorum impoenitentia, grauius punietur, ob id quod istis sit. Euangelium prædicatum; licet ex parte peccatorum, grauius illi punientur quibus non est prædicatum, cum peccata paria non sunt. Et hanc singularem impoenitentiam in Corozain, & Bethsaida, videtur significasse Dominus cum Lucæ 10. dixit: *quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes poeniterent.* quare non comparatur hic peccatum cum peccato, sed cum circumstantia.

22. *Ecce ego mitto vos*] ego, inquit, qui elegi, qui docui, qui scio ita expedire, & possum subuenire. Addunt hæc vim verbis & discipulis animum, vt eum Absalon seruis dicebat: *nolite timere, ego enim sum qui præcipio vobis, percutite eum, & interficite*, 2. Reg. 13. 28. videntur hæc autem, & multa quæ sequuntur ferè non tam ad istam, quam ad alias, quæ sequuntur erant missiones post Christi ascensionem, referenda esse.

Mitto] Chrysostr. in homil. 31. *qua igitur in*

A *omnibus his erat consolatio? Sola mittentis virtus* Idem in hom. eadem 31. prædicit, ait, futura mala, primum vt distant eius præscientiam. deinde, vt ne putarentur ex infirmitate magistri contingere. tertio, vt ne inopinantes opprimant, nec turbent tempore crucis. Gloss. congruit, inquit, illis apud Ioan. sicut misit me Pater, id est, ad passionem & ego mitto vos, non ad gaudia, sed ad passiones: vbi seruate innocentiam; quia qui locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare. videtur Christus ad prophetarum missionem alludere, quasi dicat, ego qui veteres Prophetas misi, mitto & vos, & qui illos, cum oportuit liberaui, & vos liberabo.

Sicut oves] idem sitis mansueti, & humiles, & innocentes. Hinc Greg. in hom. *sensum innocentia seruate, morsum malitia, ne habeatis.* vocat etiam oves, quia inermes mittit, id est, sine virga & pera.

B *In medio luporum*] Chrysostr. in homil. in eo, inquit, apparet magis eius virtus, quod oves in medio luporum existentes, eos superant, & conuertunt in oves; per lupos autem Hieronym. intelligit Scribas, & Phariseos, melius Chrysostr. hom. 34. lupos, ait, vocari omnes homines, qui euangelio repugnaturi erant, vt mox dicet, caute ab hominibus, mundanis scilicet modo à Iudæis, sed etiam à gentibus. Hos omnes sciebat Christus more luporum in discipulos vesano furore seuituros esse, Græc. & *in medio*, pro in medium luporum & pro, sic Luc. 10. 18. id est, inter lupos, qua phrasi significat lupos esse multos, oves paucas.

Estote ergo prudentes] scilicet ad cauendum, vt vitæ insidias eorum, vt habetur hic v. 29. & sicut fecit Paul. Act. 20. 3. & 22. 25. & 23. 6. & 17. Item *estote prudentes* vt fidem seruetis.

C *Sicut serpentes*] Prudentiam Serp. explicant sic Patres; nam, vt ait Hieron. serpens exposito toto corpore, occultat caput de quo inferius. de serpētibus multa hic Iansen. c. 55. & Barrad. l. 4. c. 13.

Simplices sicut columba] ad mansuetudinem conuersandum, scilicet ne iniurias vlciscamini. Chrysostr. hō. 34. vel sitis innocentes, sinceri (hoc enim græcè significat ἀνίπρω;) idque ne vllam vobis nocendi occasione præbeatis. Rectè autem, vt columbas, vult esse simplices, & mansuetos, quia vt ait Chrysostr. in hom. ira nõ per iram extinguitur, sed per mansuetudinem: non sufficit pati mala, sed nec turbari conceditur, quod est columbæ. sed paulò exactius serpentis prudentiam explicemus.

D *Obserua igitur verba Ambros. rō. 2. Psa. 37. quibus sic explicat serpentis prudentiam. serua, inquit, caput tuum sicut serpens, & si laceratus toto corpore fueris, renuisces. Caput tuum Christus est, quia caput ipse est viri, si seruaueris fidem, etsi mortuus fueris sicut serpens, & tu resurges. Imitare serpentem, qui exteriorem suum exiit, vt renouetur interior* (sic enim Arist. lib. 8. histor. c. 17. ait: *exiit serpens senectutem tum vere tum autumno*) imitare serpentem, qui venenum suum euomit. Beatus & tu si cogitationes tuas malas euomas, & malitiae tuæ venena deponas (quod explicat Epiphani. hæref. 37. *quando enim siti pressus à latibulo procedit ad aquam, vt bibat, non simul accipit secum venenum, sed in latibulo relinquit, & sic progressus potum aquarum sumit. Proinde & ipsi hoc imitemur, vt quando ad Ecclesiam, aut preces, aut ad mysteria venerimus; malitiam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid, in cogitationibus nostris nobiscum ne feramus.* Dauid Psa. 57. s. 6. aliam serpentis explicat prudentiam. *sicut aspidem, inquit, surda, & obturantis aures suas, quæ non exaudit vocem incantatum.* Occludendæ igitur sunt aures dæmoni cauda, & terra, id est, recordatione finis, & humanæ vilitatis ac fragilitatis. vide August. in hunc locum Psa. & Bedam. Matt. 10.

Coniun-

33.

Coniunxit autem Christus hæc duo, serpentis prudentiam cum simplicitate columbæ, vt & simplicitatem columbæ, astutia serpentis instrueret; & rursus serpentis astutiam, colubæ simplicitas temperaret. Remig. *simplicitas sine prudentia facile decipi potest prudentia periculosa est, nisi simplicitate temperetur. Hinc est, inquit, Greg. pastor. 1.3.c.12. quod Spiritus S. non in columba solummodo presentiam suam, sed etiam in igne patefecit. per colubam quippe simplicitas, per ignem verò zelus indicatur. lege eundem Greg. hom. 30. in euang. & Hiero. Ose. 7. vbi ait; præcepit Dominus, vt essemus simplices, quasi columba, & astuti, quasi serpentes, nimirum, vt nec alijs nocere velimus, nec ab alijs patiamur insidiis. D. Basil. in regul. breuioribus interrogat. ne 245. prudens, ait, vt serpens est qui in doctrina tradenda ita se moderatur, vt adhibita circumspeditione, consideratione q̄, qua ratione id & fieri, & facile fieri possit, omnia faciat, vt audientium animos ad auscultandum, habeat paratos. Simplex autem, vt columba, qui ne simpliciter quidem de vlciscendo eo, qui sibi aduersarius sit, cogitat; potiusq; in instituto suo bene de illo merendi persequatur.*

23. *Cauete autem*] videtur poni pro *ap̄a* ergo. Gr. est *πρὸς ὑμᾶς*, id est, attendite, id est, cauti estote, & circumspicite, ne omnibus fidatis. Euthy. exponit: obseruate homines, siue pericula ab illis expectate. Homines autem dixit, quos superius lupos vocauit ex Raba.

34.

In consilijs & Synagogis] verumque ad Iudæos pertinet, qui & Synagogam, id est, publicam totius populi concionem habebant, vbi qui flagris digni erant, flagellabantur. In concilijs verò, quæ hic græcè dicuntur *σωμῆται*, grauiores causæ decernebantur. sic Euthym. nam de gentibus postea. Lege Act. 4.7. & 5.17. & 6.12. & secundæ Corinth. 11. 24. Emman. exponit: *In concilijs*] consensu senatorum, seu iudicum, *Synagogis*] congregationibus.

24. *Et ad presides*] Hæc de gentiliū tribunali- bus.

Ducemini] scilicet examinandi, & iudicandi, sicut supra dixit, *tradent enim vos*. scil. examinandos & iudicandos.

Propter me] Chrysof. in hom. 34. *unicuiq; afflictioni consolationem adiunxit: non est profectio hæc parua consolatio, vt propter Christum patiari.*

In testimonium illis] scil. Iudæis, & gentibus, & sic vtriusque vestra patientia testimonium erit. Testimonium verò ait, de me ferendum à vobis: nam corā illis, & gentibus publicè meā doctrinam confitebimini: & ipsamet mors pro me obita, vel flagella, & vincula constanter tolerata testimonium erunt nō esse vanam fidem meā, pro qua tam multa patimini; vnde martyres .i. testes dicuntur. vel sensus est: erunt hæc in testimonium contra illos, qui conuerti voluerint tam multis ad id prouocati. Greg. in hom. 35 *mors sanctorum bonis in adiutorium est, malis in testimonium, vt inde peruersi sine excusatione pereant, vnde electi exemplum capiunt, vt viuant.* sic videtur intelligendū illud Luc. 21. 13. *continget autem vobis in testimonium.* Gloss. *persecutio enim testimonium malitia Iudæorum & Gentium, & innocentia Apostolorum.*

35.

25. *Nolite cogitare*] *μη μελετήσητε*, ne solliciti, & anxij sitis, quod vertit interpretes Luc. 12. nolite solliciti esse. Nec enim prohibet cogitare. vide Matr. 6. 25. 28. 31. 34. Marc. 13. 11. Luc. 21. 14. prohibet igitur potius ex diffidentia diuinæ prouidentie profectam nimiam, anxiamque sollicitudinem. *Quomodo*] Interl. scil. *de modo proferendi ornatè, an inornatè.* *Quid*] Interl. scilicet de modo inueniendi, vel etiam materiam dicendi: Christus enim subministrabit verba, & sapientiam.

A

Dabitur] Luc. 21. 15. dabitur, inquam, à Spiritu S. Is enim in vobis, & per vos loquetur, quod in D. Stephano Act. 6. satis patet, cuius sapientie, & spiritui qui loquebatur non poterat resistere. Confule Aug. lib. 13. Confess. c. 31. & 1.4. de doctrina Christiana c. 15. & ser. 2. de Apostolis.

26. *Non enim vos*] nulla vult eos præmuniri aduersum reges, & principes humana prouidentia, sed spiritui Dei vult illos fidere; quem pro illis responsurum pollicetur. Hierony. Offerre voluntatem pro Christo, ipse pro se loquetur. Hilar. can. 10. *sic Abraham non defuit aries ad victimam.* sensus est, non tam vos estis qui loquimini, &c. quia non ex ingenio, vel arte vestra verba procedunt, sed ex Spiritu S. gratia. Non enim vestra causa est quæ agitur, sed mea, & Patris. quare spiritus ipse paracletus, id est, vtriusq; aduocatus respondebit, vel vobis tacentibus: suggeret enim vobis omnia. Remig. *vos acceditis ad certamen, ego praelior.* Porro ad prophetarum illos dignitatem adducit, qui Dei spiritu sunt loquuti: vt ait Chrysof.

B

In vobis] .i. per vos, seu in vobis scil. velut organis, hinc Paulus. *an experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus.*

27. *Tradet autem*] Interl. *adeo crescet persecutorum rabies, vt nullus sit inter eos affectus, quorum diuersa est fides.* sic Hierony.

Frater] Gregor. in hom. 35. *minorem dolorem ingerunt mala, qua ab extraneis inferuntur.* Beda, prædixit futuram perturbacionem, vt quasi ante cognitam, leuius portarent.

28. *Eritis odio*] tanquam communes orbis terrarum hostes omnibus hominibus, non tantum amicis. vel potius omni hominum generi, vel omnes, vt ait Euthym. dicit pro pluribus.

C

Propter nomen meum] propter me. ex Chrysof. rursus consolatio opponitur.

Qui autem] ex Chrysof. hom. 34. alia consolatio. *Perseueraueris*] *ὁ ὑπομένων* qui sustinuerit, scilicet patienter tolerans. Marc. 13. 13. *qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit.* Hierony. *non capisse, sed perfecisse virtutis est.* Notat ea hom. Chrysof. indicari hic, nunquam defutura mala, quare rectè sequitur vsque in finem. vbi Glossa inquit, *hostia cauda iubetur offerri.*

29. *Cum autem persequantur vos in ciuitate ista, fugite*] fuga hæc bifariam capi potest, vel quatenus per eam persecutiones declinantur. Iterum quatenus per eandem Dei verbum indignis subtractum, dignis profertur, & laicius disseminatur. Primò modo non tam præceptum, quàm facultas, & permissio est ad omnes Christianos pertinens: Altero verò modo magis præceptum est, quàm solum permissio ad Apostolos, eorumq; successores, qui Dei verbum prædicant, pertinens. videtur autem Dominus hoc secundo modo præsertim intellexisse, vt scil. per fugam, & migrationem latè Dei verbū disseminaretur, ob id subdidit, semper locum aliquem reperiri posse in quo pandatur euangelium. Et propterea nō dictum est absolutè *fugite*, sed additum, *in aliam ciuitatem*, vt scil. alibi prædicetis. Tacitè tamen, primum sensum complectitur. permittit enim videtur fugā ad declinandas persecutiones: quomodo Patres passim hanc sententiam acceperunt, cum de fuga persecutionis tēpore agunt: quam licere, exemplum Christi & Apostolorum, maximè confirmat. Cætera in Theor. vide Athan. de fuga in Apolog. habetur in breuia. 2. die Maij, & Aug. epist. 130. ad Honoratum, & D. Tho. 2. 2. q. 185. 25. 36.

D

Non consummabitis ciuitates Israel donec venias] significare vult, nō esse defuturas ciuitates ad fugiendū. Obscurus est loc⁹ hic: triplex tamè mihi videtur digna expositio. Prima Chryf. hō. 35. cōsum-

36. Fuga partim permissa, partim precepta Apostolis.

37.

mare ciuitates, est illas prædicando perambulare, per aduentum verò filij hominis intelligitur eius auxilium, præsentia, & consolatio, vt sit sensus: ego vobis adero, & opem feram, antequam Euangelium in omnibus Iudææ ciuitatibus prædicetis. Id consonat ijs qui apud Luc. 10. 1. scribuntur: *mittit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.* itaque donec hic sumitur pro, priusquam, antequam.

Altera Hilar. sumit enim *non consummabitis*, pro non perficietis *ὀρατὴν* (πλὴν αὐτὸν perficere est) hoc est, non reddetis perfectas vestra doctrina, & prædicatione oēs ciuitates Israël. i. non conuertetis illas oēs ad fidem, donec &c. sumit verò *Donec*, pro vt idem significat, ac, antequam, priusquam, vt sit sensus Apostolos consummaturus quidē ciuitates Israel, sed non ante aduentum filij hominis, & sumit aduentum vltimum, q. d. populum Israeliticum nō perficiendum fide, nisi postquam plenitudo gentium intrauerit, iamq; adsit secundi aduentus Domini tempus.

Denique Ruper. per ciuitates Israel, intelligit non tantum carnalis Israel ciuitates, sed omnes etiam fidelium ciuitates, quæ sunt Israel spiritualis. quoniam ergo Dominus dixerat in solis ciuitatibus Israel prædicandum esse: rursus, præceperat fugere de vna ciuitate in aliam; obijcere poterant Apostoli, in quam fugiemus, si ex omnibus pulsi fuerimus.

Propterea secundum Rupert. veluti obiectioni occurrit Dominus: vsque in diem iudicij, semper fore aliquas ciuitates Israel ad quas cōfugere possint, nec prius eos omnes ciuitates Israel perambulatos, quam iam aduenerit, vel immineat dies iudicij: oportet enim euangel. prædicari in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio.

In omnibus his expositionibus, *donec*, nunquam sumitur, vt idem sit quod *postquam*, sed pro *antequam*, ita tamen vt Chrysol. velit non consummandas, id est, non percurrendas ciuitates omnes Israelitarum priusquam occurrat Dominus: sed prius occurfurū Dominum, seu futurum, & sua eos præsentia consolaturum: cum alij velint Apostolos consummaturus *se* ciuitates, verum non antequam veniat filius hominis, sed cum impenderit eius aduentus, sub mundi finem. ergo Chrysol. negatiuē, seu vt sic dicam, exclusiuē sumit; positiuē Hilar. & Ruper. vel inclusiuē.

38.

30. *Non est discipulus*] prædictis malis confirmat iam suos ad eorundem tolerantiam. Et primum quidem exemplo sui. vtitur autē, vt solet, receptis vulgō sententijs, & ad suum propositum accommodat. vnde non oportet nimis anxium esse, quomodo sit vera semper hæc sententia; rectē. n. ait, Chrysol. *quousq; discipulus, aut seruus est, magistro & domino excellentior, nunquam erit honore, ac dignitate. Noli enim ea, qua verissima sunt, in medium producere, sed ab his, qua solent sapē fieri, orationem considera.* Sic ille; & Euthym. *neque discipulus, inquit, præstantior magistro est, neque seruus suo Domino: ille dum discipulus fuerit, & isto seruus; vide etiam hoc lib. 4. Dilucid. cap. 8. in Schol. ad ver. 31.*

Et verò hæc sententia, *non est discipulus, &c.* vsus fuerat Luc. 6. ad indicandum nō maiorem virtutis perfectionem requirendā à discipulis, quam sit in magistro. Et illa, *non est seruus, &c.* vtitur Ioan. 13. ad ostendendum seruum, non debere detrectare illud munus, quod videt Dominum exercere: de lotionem enim pedum agebat. Iam verò easdem sententias vsurpat, vt videtur Hilar. significare, ad declarandum quomodo se discipuli, & serui gerere debeant erga Dominum & magistrū in perferendis scilicet persequutionibus, nimirum,

A vt non existiment se melioris conditionis esse debere in his tolerandis, quam dominū, ac magistrū. quo etiam modo Ioan. 15. vsurpasse videtur sententiam de seruo, & Domino: vbi ad hūc locum alludere videtur, cum ait: *memento te sermonis mei, &c.* hunc sensum sequentia v. 31. ostendunt.

31. *Si Patrem familias*] explicat, quod dixit; Patrem famil. se vocat: quia Ecclesiam gubernat, cuius est Dominus & Magister, & cui cælestia, & terrestria famulantur.

Beelzebub] Satanicum; vel cui Satanas fauerit.

32. *Ne ergo*] quia multa terribilia prædixerat, adiungit & aliam consolationem futuram in hac vita ex Chrysol. homil. 35. ait igitur: licet omnes vos persequuti sint, & satannicos vocati: initio id quidem fiet; ac procedente tempore vestra virtus cognoscetur, & honorabunt vos, qui contumelijs appetebant, simulque cum Euangelio diffundetur, & prædicabitur virtus vestra per vniuersum orbem; quod iam videmus factum, Apostolos enim & Christi prædicatores cum Euangelio amplectimur, & veneramur. D. Hierony. ad diem iudicij refert, cum inimicorum nequitia, & virtus discipulorum Christi & euangelij gloria declarabitur. Hoc ergo est quod ait: *nihil opertum, &c. nolite ergo timere eorum persequutiones, & iniurias.* Illud, ergo, potest significare illationem quandam: ergo quia fatis esse debet discipulo, vt sit sicut magister, &c. ne metuatis eorum conuitia & persequutiones.

Aduerte ter Christum hanc sententiam vsurpasse Matth. 10. hic & iterum Luc. 8. 18. & ex Marc. c. 4. 22. vide hunc lib. 4. Dilucid. c. 13. v. 26. vbi etiam ex Luca in marg. habetur. *non est aliquid absconditū, quod non manifestetur, nec factum est occultum, quod non veniat in palam.* Vide in locū hunc Schol. Deniq; 3. apud Lucam c. 12. vbi à Luca assertur ad ostendendum per prædicationē Apostolorum hypocrysin, dolum, techuas, & vitia Phariseorum, & Scribarum, & Christi hostium manifestanda esse toti orbi, & quæ illi occulta, & abscondita putarunt, per prædicatores, & scripturas iam esse reuelanda: & Christus quem illi occultare voluerunt, à populis, & gentibus agnosceretur, & ideò ob hanc etiā causam, non sunt timendi huiusmodi hostes.

33. *Quod dico vobis in tenebris*] volens illos *παρρησιασθε*, ac palam magna fiducia Euangelium prædicare, quod dico vobis, inquit, in tenebris, id est, quod nunc vobis seditim, ac non palam prædico, volo vos in lumine dicere ac palam, &c. Ergo hortatur illos vt liberē, vt fortiter Euangelium prædicent. *In tenebris*] .i. priuatim. *In auro*] .i. secreto. *In lumine*] palam ac publicē, in oculis, & luce hominum.

Prædicate super tectā] Omnibus. sunt tectā in Palæstina plana, non cacuminata, & quæ ibi dicebantur clara voce faciliē ab ijs audiebantur quicumque essent.

34. *Nolite timere*] Quia grauis penē omnibus erat euangelij prædicatio conspirantibus in prædicatores magnatibus omnibus, & regibus, iubet discipulos nihil illos formidare: quod nulla illis sit in animum potestas, vt cumque scuire in corpus valeant: sed Deum potius vereri, qui potest animum & corpus æternū perdere, quamuis neque aliquid in corpus possint illi, nisi volente, ac permittente Domino, quod & in confitentibus ostendit. omnibus reddit superiores, mortem etiam contemnendam docens. Excluserat superius timorem infamiae, nunc etiam mortis tollit metum. vide Chrysol. serm. centesimo primo.

Animā non possūt occidere] nō modo quia immor-

talis,

39.

40.

calis, sed quia non possunt gratiam auferre, quæ est mors spiritualis animæ, nec illam in gehennam mittere, æternumque supplicium, quod est mors secunda. Non prohibet autem omnem timorem: est enim timor reuerentiæ qui eis debetur, est & naturalis, ut mortis, tantum ergo inordinatum illum mundi timorem illis aufert, quo cedimus malis, & à veritate, & virtute deficimus. Pulcrè autem animam corpori opponit, q. d. possunt quidem occidere corpus, vilissimam hominis portionem, breui alioqui morituram, quæque ab eis semel occisa, amplius ab eis occidi nõ potest. quid, quod per resurrectionem reparanda erit? aut animam, digniorem hominis partem, nihil lædere possunt.

41.
Timor mundi
di timore
gehennæ
pellendum.

Sed potius timete] timorem timore pelli præcipit, timorem mundi, timore Dei. Et quo magis timorem Dei in nobis exciter, nõ ait, timete eum qui potest animam simul & corpus occidere: quo modo ut diceret oratio ipsa poscere videbatur. Nam mundani homines reb. istis caducis inhiantes optarèt sibi mortem morti bestiarum similem. Dicit ergo quod his est grauius: *qui potest animam & corpus perdere in Gehennam*, id est, totum hominem sempiternis ignibus cruciandum tradere. neque verò absolute timorem Dei, quatenus is damnationem æternam infligere potest, præcipit: propterea, inquit: *Sed potius timete*, significans illum, si quis timendus sit, magis esse timendum, & illius timorem quemuis alium debere superare. Non ergo præcipit suos serui timore qui non est in charitate, obtèperare patri cælesti, sed vult inordinatum illum mundi timorem, Dei timore inferiorem esse, & reprimi attenda eorum malorum meditatione, quæ Deus inferre potest, qualis timor etiam esse potest in eo, qui Dei charitatem habet, si modo non præcipue ob illorum malorum timorem à malo sibi temperet, & bonum operetur: absolute tamen melius & perfectius est Dei amore à malis abstinere, & bonis studere operibus. Luca c. 12. antequam dicat: *timete eum*, &c. præmittit, *ostendam autem vobis, quem timeatis*, ut significet supra humanam cognitionem esse malum, quod Deus infert defertoribus iustitiæ, vnde consequitur quantum debeat præponi timor Dei, timori hominum, cum possit totum hominem æterno supplicio mancipare.

42.

Gehennam] Hierony. Matth. 10. scribit in veteri Scriptura non inueniri *Gehenna* nomen, sed à Christo Domino primum fuisse positum, quod saltem verum est, quatenus in Scriptura non inuenitur nisi à Christo primum prolatum, licet forte non ipse Christus primus hanc vocem vsurparit: vnde Orig. lib. 6. cont. Celsum, notat in lib. Hebr. antiquorum reperiri vocem *Gehenna* pro tartaro, vel inferno. sed de his alibi dictum, nam de *Gehenna* copiose dictum à nobis est superius cap. 4. dilucida. Theor. 6.

Dei providentia.

35. *Nonne duo passeret*] tribus his sequentibus versibus, vsque ad 38. v. aliam assignat rationem, cur non sit illis timendum, quam v. 37. explicabimus, ut eius vim aperiamus.

Passeret] Græc. *passer* passerculi, ut tanto magis diuina providentia ostendatur; quæ vel ad minima se extendat, Lucas cap. 12. habet: *nonne quinque passeret vaneunt dipondio*, seu græcè, *duobus assarijs*, sicut apud Matt. pro asse Gr. est assarion, dum ait: *nonne duo passeret asse vaneunt?* Nec est mirum, quod aliter Matt. aliter Luc. referant Christi verba, quia nõ eodem tempore; ac proinde nec eodem modo à Christo fuere prolata, semel enim ut à Matt. iterum ut à Luca relatum est, Christum loquutum esse verosimile est. sed roget quis fortassis, cur Matt. duos passeret vèdi assario; Lucas verò, quinque pas-

A feret duobus assarijs vèditi, Dominum dixisse referant. Facilis responsio, cum hæc non eodè tempore à Christo dicta sint, & pretium horum, præsertim cum plures simul venduntur, non indiuiduum sit, sed nunc maius, nunc minus pro ut vendi possunt, nõ mirum quod Dominus dixerit apud Matth. duo passeret vendi assario, & apud Lucam quinque duobus assarijs vèditi.

Asse] asses decem faciunt denarium argenteum nummum; videbitur fortè alicui assis duplum, dupondium dici à Luca c. 12. quia verò hic apud Matt. Gr. legimus *ἀσάριον*, videtur significari numus, minor asse, idèd non videtur debere hic accipi assis, qualis primum cudebatur pondere vnus libræ; sed de asse sextario, aut vnciali, vel semiunciali, & ob id tam Matt. quàm Lucas Græcè voce vtuntur diminutiua; quam Erasmus vertit, *minutum assem*. docet autem Budzus, lib. 5. de asse, aliquando apud Romanos ob penuriam, asses factos sextantarios, ac deindè etiam vncarios, & ut alij etiam dicunt semiunciales; vnde Euthy. dicit: assarion fuisse genus oboli ab asse nuncupatum per diminutionem, licet non fuerit assis. Aliqui vocant teruntiolum, vel minimum obolum. Couar. l. de colla. vet. numis. cap. 1. Dupondius, inquit, olim æreus numus fuit, qui duos asses continebat, hodie esset estimationis octo quadrantum, seu Maruedinorù. Græci autem, ut ex Cleopa. refert Georg. Agri. l. 2. de externis ponderibus. Assem semiuncialem appellauère *dupondium*, quia is duo Assaria penderet.

Cæterum numus erat æreus, quorum duo assem efficiebant semiuncialem, ita ut præsentis Hispanæ monetæ quatuor Maruedinorum esset is dupondius. Assarium duorum tantum. sed & Suida teste, assarium obolus est. Polyb. l. 2. asseuerat Assarium dimidio obolo æstimari. mihi assem significat, sic Couar. nu. 4. idem loc. ci. nu. 2. ait, post varias assium mutationes eos fuisse semiunciales, lege Papyriana. sic ille. Ego ut nunc occurrit, nomine Assarij vel assem semiuncialem intelligerem, quatuor Maruedinorum; nam interpres assem vertit, pro assario hic; vel certè dimidium assis huius, ita ut duo Assaria assem efficiant, & hoc modo assarium duorum esset Maruedinorum. Et dupondius eodem modo, vel potest significare duos asses semiunciales; vel assem semiuncialem duo habentem assaria, sed de his certum quid affirmare difficile est. Cæterum quantum fuerint diminuti ærei asses; non facile deprehendi posse ostèdit Villalp. tom. 3. p. 2. appara. cap. 12. p. 373. col. 1. vide etiam de assario lib. 6. c. 16. dilucid. in Schol. ad ver. 2. & Couar. de colla. vet. numis cap. 1.

Non cadet super terram] Perinde est ac si diceret: licet vilis vèneant, tanquam res parui momenti, non tamen capitur vnus eorum à venatore sine Dei voluntate, ac providentia; & hoc idem est, quod Lucas dicit: *non est in obliuione coram Deo*, id est, non ignoratur, sed curam illius habet, nec venditur nisi Deo sic providente.

Contra hanc Domini sententiam, videtur esse illud Pauli 1. ad Corint. 9. 9. *nunquid Deo cura est de bobus?* Sed facile respondeo duplicem esse providentiam Dei, generalem vnã, quæ scilicet Deus omnibus suis creaturis prouidet, iuxta ordinem, progressumque causarum naturalium, à se institutarum, quibus continenter cooperatur. Alteram peculiarem, quam Deus hominibus impendit. iam Paul. de hac speciali cura loquutus est, significans nõ esse eam curam Deo de bobus, ut propter eos legem aliquam statuerit, nisi quatenus illa ad homines pertinet. Itaque si Deus præcepit *non alligabim os boni tristoranti*, non idèd præcepit, ut curam bouum gereret, sed propter nos, ut spiritale aliquid, vel debitum significaret. Nec obest

43.

44.
Duplex Dei
providentia.

illud Sapien. 6. 8. *aqualiter cura est illi de omnibus*. primum enim de hominibus tantum est ibi sermo, deinde significatur aequaliter, vel potius similiter (est enim græcè ἰσότης) id est, sine acceptione personarum, singulorum habere curam. Item quia maiorū, & paruorum, & omnino omnium curā gerit.

45. Ex his obscurus Hieronymus. locus Abacuch primo illustrari poterit: ait enim: absurdum est ad hoc deducere diuinam maiestatem, ut sciat per momenta singula, quod nascantur culices, quorum moriantur. Sunt qui dicant Hieronymum errasse, & alijs locis errorem emendasse, sed non est id de tanto viro sentiendum, neque est id necesse dicere, nam in primis non loquitur ibi Hieronymus de scientia Dei speculatiua, sed de prouidentia, de qua erat Abacuch sermo: Et hoc indicant sequentia Hieronymus. verba, subdit enim: non simus tam fati adulatores Dei, ut dum potentiam eius etiam ad ima distrahimus, iam nosmetipsos iniuriosi simus eandem rationabilium, & irrationabilium prouidentiam esse dicentes. Audisne illum de prouidentia loqui? tantum ergo vult, non eadem ratione Deum, neque ita curare parua hæc, & vilia animalia, si secundum se spectentur, quemadmodum curat humana, ita ut sit sensus: non prænosse Deum numerum culicum, vel quot per momenta singula nascantur, vel orientur; vtique per modum cuiusdam peculiari prouidentia, vel prædestinationis, sed tantum quasi per modum cuiusdam permissionis, sinendo causas secundas cursus suos peragere. Quomodo paulo superius idem Hieronymus inquit: *sicut igitur in hominibus etiam per singulos currit Dei prouidentia, sic in ceteris animalibus generalem quidem dispositionem, & ordinem, cursumque rerum intelligere possumus: verbi gratia, quomodo nascatur piscium multitudo, & viuat in aquis, quomodo reptilia, & quadrupedia orientur in terra, & quibus alantur cibus*. Vbi non negat Deum hæc omnia singillatim, ac proprie cognoscere, imò verò id affirmat dum fatetur prouidentiam illum habere de piscibus, & reptilibus, & de eorum cibus, ac multitudine, quæ omnia sine propria, ac peculiari, & distincta cognitione intelligi non possunt. Quibus omnibus fit, quod cum subdit: *Ceterum absurdum est &c.* hoc solum velle, non esse prouidentiam cum æqualitate intelligendam respectu hominum, & huiusmodi animalium, quod & Paulus dixit: *numquid de bobus &c.* Sic interpretantur Hieronymus, Hugo de S. Victore in sum. sent. tract. 1. c. 1. Magister in prima d. 36. a. 4. D. Thom. 1. p. q. 22. a. 2. ad quintum, & eodem modo loquitur quæst. 13. a. 7. cum declarat quomodo numerus prædestinatorum sit certus.

46. Illud ad mores referendum est, quod notat D. Hilar. duos passeres, animam, & corpus esse, quos homines mali affe, id est, vili voluptate diabolo vendunt. Magnum sanè scelus, cum tamen facti simus, ut ad coelestia conuolemus, & pennis spiritualibus in aelum tollamur.

Tertullianus contra Gnosticos c. 9. duos passeres, animam, & corpus etiam intelligit, *non passerum, inquit, alter in terram cadit, id est, nec caro, nec anima &c.*

47. 36. *Vestri autem capilli*] Immensum Dei erga nos affectum declarat, cui curæ sunt etiam minima nostra omnia. Hoc ergo quod dicit, capillos omnes numeratos esse à Deo, non solam scientiam significat: sic enim etiam arenæ maris notus est illi numerus: sed præterea coniunctam indicat specialem quandam æstimationem, & affectum supra omnia creata, quem Deus habet erga suos, quos non propter alios diligit. Vnde rectè Emmanuel inquit, numerati sunt, id est, Deo curæ sunt, vt quæ sub numero commendantur, nam, quæ pluris faci-

A mus, si plura sunt numeramus, distinctiusque memoria retinemus, ac diligimus.

37. *Nolite ergo timere*] vis argumenti in his tribus versibus a. 35. quo excludit timorem, non inicitur sola Dei prouidentia, quam habet etiam Deus erga passeres: sed in eo affectu, & æstimatione, peculiarique prouidentia, quam erga suos habet, & quam illis verbis significauit: vestri capilli &c. sola enim prouidentia non præbet causam non timendi. Nam eadē prouidentia Deus poenā æternā infert impijs, & si passeres scire possent se non esse in obliuione coram Deo, non prohiberetur illis timor, ne laqueo caperentur. Igitur hæc ratio tonitruum vtraque re, nimirum ipsa scientia, seu prouidentia Dei, quem nihil lateat, cuius etiam nutu omnia fiunt, & ad hoc allatum est exemplum passerum, vt intelligamus, nihil omnino hominibus euenire, quod Deo non sit notum, & à quo non sit aliquo modo dispositum; verum hinc non colligitur omnino timenda non esse mala, sed nihil contingere, nisi Deo saltem permittente. Proinde secundo nititur ratio, Dei amicitia, affectu, peculiarique prouidentia; quibus Deus suos prosequitur; non sicut passeres, quos magis propter homines creauit. Hinc sequitur non esse timendum ijs, qui sunt Christi. Nam si Christus Deus est, omnia nouit, etiam ea quæ erga suos aguntur: si pater est, & amicus, plurimi suos facit, ergo quæ illis vtilia sunt curabit, & quæ verè nocent auertet, nec permittet. Non igitur est quamobrem timeant hostium persecutiones, vel mala, quæ ab ipsis profisciscuntur, certi omnia benè cessura. His ergo firmamētis hoc argumentū vires suas accipit. Cum autē dicit; nolite ergo timere, significat non vetare se timorem naturalem, sed eum, qui est ex electione, & voluntate.

C *Meliores*] Emmanuel, *pretiosiores apud Deum*. Interl. *quia rationales, quia æterni*. Lu. habet, *pluribus estis*, quasi dicat, singulos pluris facit, quam multos passeres.

38. *Omnis ergo qui confitebitur me*] ergo, pro, autem videtur positum. Nunc alio vitur argumentum, vt retrahat discipulos ab hominum metu, & sumitur à magnitudine præmij, quod consequuntur hi, qui post habito hominum timore constanter, fidenterque ipsum confitentur; & à magnitudine damni quod incurrunt, qui timori eiusmodi succumbentes Christum eiusque fidem abnegant; vel derelinquunt: lege verba.

D *Coram Patre meo*] Lucas c. 12. 9. habet: *coram angelis sub*, id est, Dei, hoc est, in iudicio, quando venerit cum angelis iudicare mundum. Et quoniam multum refert alē instam esse animis nostris; hanc sententiam: propterea præmittit Christus apud Luc. *dicō vobis*; quasi dicat; firmiter, constanter, assueueranterque præhuncio. Matth. vero habet: *coram Patre meo*: vtroque; n. modo loquutus est Christus; diuerso licet tēpore, & vtrūque verum est: quādo. n. venerit Christus iudicare, veniet cum angelis. & in maiestate diuinitatis, quæ dicitur gloria Patris, idcirco dicit, *coram Patre*, & *coram angelis Dei*. Vel quādo venerit iudicare angelorum multitudinem stipatus, tunc confitebitur coram angelis: At quādo introducet suos in gloriam Patris, seu beatitudinem, vel etiam tūm dicit illis: *venite benedicti Patris mei, possidetē paratum vobis regnum* &c. tunc confitebitur suos coram Patre. Rab. *confitebitur apud Patrem, habebit enim is, per filium accessum ad Patrem*. Orig. tract. 12. in Matth. *confessio filij coram Patre, gloriantis est in conspectu paterno super eo quem confitetur, quasi digno confessione ad Patrem*. Etma. verò confitebor. i. ex meis esse, sic negabo ex meis esse. Maldo. ait: ver. 32. apud Mat. c. 10. *Propterea dicit coram Patre meo, quia Patris est*

præmia sua cuique & honoris locum dare. Non est inquit, meum dare vobis, sed quibus paratū est à Patre meo. Se. & si iudex futurus est, quasi testem facit, quia non nisi ex Patris voluntate, & prædestinatione sententiam laturus est. G. vt idem norat, habetur in me in me, poniturque in, pro, **Π** Hebraico articulo accusatiui ex 70. imitatione, vt. 3. Reg. 8. 16. & 4. Reg. 17. 25. & 1. Paralip. 21. 17. & 27. 24. & 29. 1. & 2. Paralip. 6. 25. & 7. 12. & 9. 8. & 29. 11. Ad hæc Pf. 19. 8. legimus, in nomine Dei nostri inuocabimus, pro, nomen Dei nostri. & Pf. 43. 9. in nomine tuo confitebimur, pro, nomen tuum. sic potuit hic dici, in me confitebitur, pro me, per Hebr. Nisi forte alius est Hebraismus, & verbum **הוֹדוּתָא** pro tum est pro Hebraico **הִתְפַּאֵל**, quod proprie significat, non solum confiteri, sed etiam palam, & quasi gloriando confiteri, quasi dicat, quisquis in me gloriabitur coram hominibus, gloriabor & ego in eo, coram Patre meo; se verò hominibus aquat, homines Deo opponit. Sic Maldon. prior tamen expositio, magis litterę inhæret, & communior est, vt ponatur in me, pro me.

50. Qui in cælis est] id est, in consortio sanctorum. Ex his verbis colligit Orig. tract. 12. in Mat. martyrium esse baptismum quendam, & remissionē inducere peccatorum. Nam si quis confitebitur Christum, ipse eum confessurus est, ergo etiam si peccatum habuerit, dummodo confiteatur, etiam Christus confitebitur illum; quod non nisi remissis peccatis fit.

51. Helichestiarū error.

29. Qui autem negauerit] Helichestiarū affirmabāt licere in tormētis ore Christum negare, dummodo retineatur corde. lege Euseb. 6. hist. c. 33. sed hinc confutatur, quia negatio hæc oris est, cum coram hominibus sit, & opponatur confessioni, quæ ore fit, & coram hominibus. Quomodo verò dicatur negaturus coram Patre ex vers. præcedenti petendum est, suo modo negabit enim coram Patre ob maiestatem diuinitatis, qua iudicaturus est, vel quia reiiciet à beatitudine, itemq; dicet, ite maledicti scilicet à Patre meo, vel quia, vt præmia dare, est Patris, ita & supplicia &c.

52. Ianfen notat has duas sententias v. 38. & 39. cōtensas, esse quidem dictas de testimonio oris, quo testamur ipsum esse Christum & Deum, præsertim apud infideles, & impios; vnde Marc. 8. 38. additur: in generatione ista adultera, & peccatrice, idque factis est secundum literæ sensum. Cæterum ait, intelligendas etiam generatim tum de testimonio cuiusuis veritatis, quod ore fit, tum de testimonio operis, quo videlicet ipso opere testamur, nos Christum agnoscerē pro Domino nostro, cui præ alijs in omnibus sit obediendum. quicumq; enim veritatem quamuis negat, Christum qui veritas est quodammodo negat: & qui præceptis Christi non obtemperat, factis illū suis negat: Ob id Machabæos, qui mortē elegerūt, nec cōtra Dei præceptū porcinas carnes ederent inter martyres cōnumeramus, quia se opere Christum confessi sunt, cuius venturi fide muniti erant. Porro an tantum per fidem negemus Christum habet Chryf. hom. de Agna & Samuelis educatione, in fine habetur tom. 1.

Postremò aduerte, particulam illam, *Omnis*. v. 33. etiam referendā ad v. 32. & repetendam, quamnis Ambros. l. de poenit. c. 2. id videatur negare.

53. Vide Chryf. ora. 2. cōtra Iudæos.

40. Nolite arbitrari] quia antea nihil, nisi conuitia, minas, & persecutiones Evangelij prædicatoribus Christus pollicebatur; docet nunc idē se quodammodo venisse, vt ea euenirent, id est, nō sine sua providentia euentura: quare non debere eos cum ea viderint, deterreri. Non ergo significat Christus idē se venisse, vt bellum inter parentes, & liberos, cæterosq; necessarios exluscitaret, sed ira hæc ex eius aduentu consequutura, tanquam ea de causa venisset, quomodo etiam à Simone in

A multorum ruinam positus dicitur Luc. c. 24.

Pacem] loquitur ex hominū opinione, qui concordiam in rebus malis pacem ducunt. Intelligitur igitur nō venisse, vt terrenam, & carnalem pacem mitteret inter homines. *Gladium*] sunt qui verbum Dei intelligant. Sic Aug. q. 3. in Matth. Hilar. Theophyl. &c. Alij amorem Dei, cuius causa filij à parentibus separantur, vt Euthy. videtur significare, Euangelium cæterum, vt separationem indicaret, gladiū maluit dicere, quam bellum: Et Lucas separationem habet c. 12. 51. & ignem eodem c. v. 49.

41. Veni enim separare hominem aduersus &c.] Chrysof. ait, illorum malitia hoc facit, sed dicit se facere scripturæ more: sic illud, *dedit oculos, vt non videat*. Porro persona, quæ dicitur separanda contra aliā, videtur semper esse intelligenda persona infidelis (de discordia enim infidelium, & fidelium hic propriè agit Dominus: Veni separare filium infidelem aduersus patrem fidelem, & sic in reliquis: sicut & illud inimici hominis, id est, filii sui, sunt domestici eius infideles. Atque ita hæc sunt intelligenda eo loquendi modo, quo vt fieri. superiore monui, positus dicitur in ruinam multorum, vel etiam tradere aliquos in reprobum sensum & cæ. Quia nimirum ex eius in hunc mundum aduentu, & concionibus sequuta esset ipso sciente, & volente, aut permittente, huiusmodi separatio, nam alioqui quantum in se erat omnium concordiam n fide optasset. nominat autem personas coniunctissimas, vt significet, nullum esse tam arctum vinculum, quod Euangelium non distringat.

42. Et inimici hominis] repete veni, scilicet, efficere, vt inimici hominis sint domestici eius, id est, implere vaticinium Michæ c. 7. 6. licet alio sensu scrip. um ab illo.

Hominis] id est, vnus cuiusq; Hebr. videtur intelligere Christus domesticos, qui non credunt, & auertere à Christo volunt; hominem verò, eum qui Christum sequitur, vel in eum credit.

43. Qui amat Patrem] Hieron. amandi parentes, & filij post Deum. Quod si vterque amor, seruari non possit, odium in suos, pietas in Deum est. Chrysol. & in Deut. dicitur: *qui dixerint patri, & matri, nescio vos, hi custodierunt eloquium tuum: Nō est me dignus*] indignus, qui sit meus discipulus. Vide Luc. cap. 14.

44. Et qui non accipit crucem] ponitur **λαβέτω**, accipit, pro, **ἀρε** tollit in *lumeros*] Videtur aliter ad crucem, quam erat humeris suis, vt crucifigeretur, portaturus: suam autem dicit q. d. vt ego meam Emma. inquit, eum qui non æquo animo f. et molesto, significari illis verbis, *qui non accipit crucem suam* &c. At Interl. intelligit eum, qui non accipit crucem suam, vel carnem domando, vel proximo compatiendo, & hoc intuitu æternorum. Verus sensus videtur esse, vt tollere crucē suam idem sit, quod paratum esse pro Christo non quoquo modo mori, sed etiam si oportuerit crucifigi ad imitationem Christi. Sic Chrysol. hom. 36. auctor imperfecti 26. Theoph. &c. nam qui hic mortificationem intelligunt, vt Hilar. Euthym. potius moralem asserunt interpretationem.

54. Sequitur me] imitatione. 45. Qui inuenit animam suam] inuenit in superior, præteriti temporis est. nomine animæ priori loco vitam intelligit more Hebr. posteriori verò, animam ipsam, quæ aut in vitam æternam recipienda, aut in ignem æternum mittenda est, vt notat Maldon. Cæterum non video, cur non semper eodem modo sumi possit anima, p. vita. Vult enim Dominus retinendæ huius vitæ desiderium à nobis tollere, vt tanto lubentius accipiamus crucem suam, & sequamur ipsum, non parentes huic vitæ perdere igitur animam, & inuenire, contraria sunt: vt

54.

55.

hoc sit vitam suam ab omni periculo tueri, & conseruare, illud autem, mortis periculo offerre. Est autem sensus, qui in periculo vitæ constitutus vitam suã inuenit, vel lucratus est per abnegationem nominis mei, is eam perdet. & contra qui perdiderit vitam suam ob nominis mei confessionem, inueniet eam in sæculo futuro. Et quidem in priori sententiã, est quod subintelligas, qui inuenit animã suam per negationem mei nominis, aut me posthabito, vel simile quid. hoc enim subintelligendũ indicant illa, propter me in posteriore sententia quod idem dicendũ de similibus sententijs, Matt. 16. 25. Marc. 8. 35. Luc. 9. 24. cùm aut dicitur: *qui inuenit*, &c. nõ loquitur ex veritate, sed ex vulgari hominũ opinione, qui se animã suã inuenisse putant, cũ ex certo eam, & præfenti mortis periculo eriperunt, quasi iam perditam recuperauerint.

46. *Qui recipit vos*] significare videtur Christus quantam Apostolorũ curam habiturus sit, cum ipsius personã sustinere debeant, sic Mald. vel secundum Iansẽ. post præcepta, & pericula ad legationem, & prædicationẽ pertinentia; ad extremũ de præmio recipientium Apostolos loquitur. dixerat enim illos viuere debere apud hospites suos: & indicauerat penã non recipientiũ eos, subiecit etiam grauissima ipsos à plerisq; passuros. Comoda ergo iam de præmio recipientium disserit. Primum, quo alacriores Apostoli ad prædicandũ fierent, videntes se Christi personã sustinere, & quantæ curæ sint apud Deum, denique quo loco, licet tot mala, ab alijs patiantur: deinde, vt reliqui promptiores fiant, ad eos recipiendos, intelligentes, quod illis Christi nomine impensum fuerit, Christo & Patri impensum esse purari debere, nihilq; vel minimum discipulis suis impensum irremuneratum iri. & hæc expositio, magis mihi placet, cum etiam alteram Maldonati inuoluat, prout nos illam exposuimus.

56.

Aduerte ex Iansẽ. qui Apostolos recipit, Christum recipit, & qui hunc, etiã Deum patrem; non solũ quia Christus in Apostolis, & Deus in Christo verũ multo magis, quia Apostoli Christi negotiũ agebant, & legatione pro eo fungebãtur; sicut negotium Christus Patris sui egit. Porro qui legatum regis, nomine regis suscipit, quodammodo regem suscipere dicitur. Atque ob id, non dictum est, *qui me recipit, recipit Patrem meum*, sed *eum, qui misit me*: quo significaretur, eũ qui se recipit, ideò Deũ recipere, q̄ ab illo missus sit, q̄ proinde beneficiũ filio impensum, veluti sibi prætitum acceptat.

47. *Qui recipit Prophetam*] aperit hic præmium recipientium Christum, & mercedem, quam consequentur.

In nomine Propheta] id est, quia Propheta est. significat in his recipiendis Dei, & sui respectum habendum. vnde Marc. cap. 9. 40. ait: *quisquis potum dederit vobis calicẽ aqua in nomine meo, quia Christi est: amen dico vobis non perdet mercedem suam.*

Mercedem Propheta accipiet] .i. particeps erit mercedis Prophetæ .i. quam ipse Propheta accepturus est. Non ergo intelligas, quod tantam accepturus sit mercedẽ, quãtam & Propheta: sed quod particeps futurus est mercedis, quæ Prophetæ debetur; quia in nomine Prophetæ ipsum recipit, vt à Deo missum, cooperans, quantum in se fuit; Prophetæ officio. Eodẽ modo intellige de iusto in nomine iusti, id est, qui iustus est: nam qui iustum sic recipit cooperatur iusto, vt iustitiam sequi possit. Clemens lib. 4. Stroma. colligit ex hoc loco non equalem beatorum omnium esse mercedem. rectẽ, nam neque eandem eam qui prophetam; & eum, qui quemlibet iustum susceperit mercedem est recepturus, sicut nec ipse Propheta, vel iustus eandem recipit, maiori ergo maior, minori vero mi-

A nor responder. Est etiam hinc colligere vitã æternam mercedem esse cõtra hæreticos negantes hæreditatem cælestem esse verẽ mercedem, nisi improprie, quatenus post opera datur. At hinc constat non solum post opera dari, sed etiam propter opera, ac illis respondere. Denique obserua primum fieri mentionem prophetæ, tanquam dignioris; deinde iusti cuiusque, qui non sit Propheta; postremò obiectissimi etiam discipuli, seu fidelis. itaque gradatim procedit.

48. *Et quicumque potum*] ne quis se ab hospitalitate, per paupertatem excusaret, hoc leui præcepto diruit. Hieronym. docet ergo iam tertio loco magnum præmium manere eos, qui suo tempore etiam infimos, & abiectissimos fidelium, vel minimo aliquo afficiunt beneficio. Dixi tertio loco, quia cõp̄ superiori v. 47. ostenderit quantum sit præmium; primum quidem recipientium prophetas, deinde generalius recipientium quosuis iustos, iam v. 48. magis prouehens sermonem, de his loquitur qui infimos fidelium suo nomine, vel minimo afficiunt beneficio.

Aqua frigida] nam, vt inquit Hierony. in calida sumptum lignorum causari quis posset. *Calicem*] ποτηριον. *Tantum*] potest cõiungi cum præcedentibus, & sequentibus, vt sit sensus, si quis vel frigidam duntaxat aquam exhibeat, sufficere: vel referendo ad sequentia, vt intelligatur, satis esse quidquis, modo id fiat tanquam discipulo.

49. *Cùm consummasset Iesus præcipiens*] est græcismus, id est, fecisset præcipiendi finem. quare non est subiungendum, cùm consummasset omnia verba hæc.

Transit inde] à loco, scilicet in quo hæc præcepta dederat separans se ab Apostolis, vt semoti à præceptore, sui periculum facerent.

Vt doceret & prædicaret] Theophyl. docet nullam miraculorum factam esse mentionẽ, quia miraculis faciendis verosimile est abstinuisse, quamdiu Apostoli, qui missi erant prædicabãt, & miracula edebant, quo maiorẽ illis conciliaret auctoritatẽ. quod si non placet, dic doctriinã meminisse tanquã præcipui operis, ad quod Dominus venerit.

Eorum] non videtur subintelligendum Apostolorum, quasi significet Euãgelista Christum subsequutum Apostolos, in illis eisdem ciuitatibus prædicasse, in quibus prædicauerant Apostoli prius. Sed ad Iudæos videtur referendum, vt significetur Christus in eis ciuitatibus prædicasse, in quibus Apostolos prædicare præceperat, nempe Iudæis.

Et verò etiam obserua Christum emissis vicarijs, non otio se dedisse, sed ad opus ad quod alios misit se accinxisse.

50. *Vt penitentiam agerent*] Prima vox Euangelij hæc est, vt homines penitentiam agant, regnum enim cælorum appropinquare: hanc enim vbique siue Ioannes primum, siue Christus post, siue postremo Apostoli, initio prædicationis vsurparunt. voluit autem Christus se & Apostolos eodem exordiri modo, quo Ioannes: vt confirmaret se esse eum, cuius præcursor ille fuisset. quare Luc. 10. 9. eandem septuaginta duobus formam præscripsit, *dicite appropinquauit in vos regnum Dei.*

51. *Vngebant oleo multos agros, & sanabant*] Non *sanabantur* legendum est, sed *sanabant*. Græc. ἰδιωτικῶν. Quod verò *multos* dicit, non intelligas, nõd omnes curatos, quos vnixerat, sed significare voluit, multos fuisse eos, quos vnixerat, & curauerant Apostoli. An verò hæc vn-

ctio fuerit Sacramentum extreme
Vnctionis in Theoria
dicitur.

57.

58.

THEORIA PRIMA.

Quomodo fit intelligendum præceptum Domini: *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, & sed potius ite ad oues, &c.*

1. An Apostoli
scierint
Gentibus
esse prædi-
candum.

CVM Dominus Matth. & Marc. vltimo, iusserit Apostolis docere omnes gentes, mirari quis posset, quomodo hoc præceptum stet cum eo, quod hoc loco Apostolis traditur. In primis illud tanquam certum accipiendum est, Petrum & Apostolos ceteros sciuisse prædicandum esse gentibus etiam ante reuelationem illam, quam habuit ille Act. decimo, in quo, non pauci decepti sunt. Marci enim & Matt. vltim. iubentur Apostoli docere omnes gentes, & ne quis diceret Apostolos non id intellexisse, Lucas ait cap. vlt. ver. 45. *aperuit illis sensum; vt intelligerent Scripturas, & mox subiungit explicans quas Scripturas: quoniam, inquit, oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Et Petrus Act. 1. 2. & 3. passim ostendit, se intellexisse Scripturas citans Psal. Ioe. m, Deut. & speciatim illud Gen. 22. *in semin: tuo benedicentur omnes gentes terra.*

2. Quamobrem ergò, inquit, ostensa est Petro illa visio Act. 10. Et quare illa protulit Petrus eodem loco ver. 34. *in veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus?* videntur enim hæc significare, ignorasse Petrum gentibus debere prædicari Euangelium. Respondeo vidisse Petrum illam visionem, partim propter se, partim propter alios; propter se quidem, non vt disceret, sibi licere, gentibus prædicare, sed vt intelligeret tunc esse tempus eis prædicandi. Nam quia Dominus dixerat Actorum primo: *eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terra.* Quibus verbis illum ordinem Apostolis præscripserat, vt primùm prædicarent in Hierusalem, deinde in reliqua Iudæa, tum in Samaria, vltimo in regionibus gentium: Ideò Petrus subdubitabat, quando nam tempus esset prædicandi gentibus, & an liceret eis oblata occasione prædicare, etiam agendo cum illis familiariter antequàm per totam Iudæam, & Samariam prædicatum esset. Hoc dubium sustulit Spiritus sanctus, ostensa illa visione.

Protulit verò illa verba Petrus: *in veritate comperi* &c. quia experientia ipsa id quod alioqui sciuerat, agnoscebat, idque voluit alios etiam docere, vt Deum laudarent & gratias agerent.

3. Hoc ergò posito affirmo, nullam vquam Dei legem, nullam traditionem vetuisse, salutis viam scire, & inire volentibus indicari, & doceri. Itaque, si cum Iudæis prædicabant Apostoli, & discipuli Christi, etiam antequàm Petro facta esset illa visio, aliquis gentium voluisset Christianus fieri, vel Dei verbum audire, non abiecissent illum, quin instruxif-

3. Namquam
prohibitum
alios docere
viam salu-
tis.

A sent potius, & fidem docuissent in CHRISTVM IESVM.

Quod si obijcias caput II. Act. 2. quod cum ascendisset Petrus Hierosolymam post baptismum Cornelium, disceptabat aduersus illum qui erant ex Circumcisione. Respondeo in primis quod increpabant eum Christiani quidam ex Iudæis facti: hoc enim est disceptabat, increpabant; & hoc innuit vox quare, cum aiunt: *quare introijsti ad viros præputium habentes,* norat autem Ephiaphan. hæc. 28. eum qui commouit circumcisos contra Petrum, fuisse Cerynthum hæresiarcham post Simonem: deinde, dico quod hi nõ increpabant Petrum, quod verbum Dei annuicias gentilibus: sed quod cum illis fuisset conuersatus, familiariterque contuixisset per dies aliquot: nam cum profelytis, hoc non licebat, ex traditione antequàm in religionis, & Sacrorum comunione essent admissi.

B Verùm vrgebis vetitum fuisse à Christo Apostolis, ne in viam gentium irent. ego non erat integrum Apostolis verbum Dei gentilibus annuciare. Respondeo illo quidem initio antè factam visionem, Petro nõ licebat publicè saltem vel familiariter versando cum illis verbum Dei gentilibus annuciare, antequàm repellerentur à Iudæis, quorum præsertim gratia adibat varia loca ad Euangelium disseminandum. Ceterum dum vel Iudæis concionabantur Apostoli, nõ prohibebat gentiles audire, vel ad illos concionari non subterfugiebant ex data occasione; quod si voluissent inter fideles connumerari, nec eos expulissent. Sed potissimum (vt dixi) erat illis prohibitum per id tempus ad illos concionari, agendo cum illis familiariter, habitando & comedendo, quæ post illam Petro factam visionem licere. Adde quod illud Christi præceptum, vbi etiam de Samaritanorum vrbibus dicitur, ne eas ingrederentur, erat seruandum tempore illius missionis de qua ibi Dominus: licet non negem etiam postea esse à Christo dictum Apostolis, vt prius Hierosolymis, & in omni Iudæa, ac Samaria prædicarent, nec ad gentes velut principaliter accederent præsertim agendo cum illis, vt cum Iudæis.

C Affirmo deinde quod merito Petro facta est ea visio, qui caput erat Ecclesie, illique proinde dictum fuit, *occide, & manduca.* perbellè. nam capitis est manducare, & per manducationem atque esum traicere cibum in stomachum, & illum sibi incorporare: significatur enim hac metaphora Petro conuenire, vt ipse tanquam caput Ecclesie infideles conuertat, & efficiat membra Ecclesie. Quare etiam factum fuit, vt primus qui gentilem hominem conuertit, Petrus fuerit: saltem quod sciamus, & scriptum sit. vnde Act. 15. Petrus non mentitur, dum indicat se primum prædicasse gentibus.

D Et Lucas Act. 11. scribit, eos qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulasse varias regiones euangelizando nemini loquentes verbum, nisi solum Iudæi. vt enim aduertit Caiet. in Acta, Lucas voluit narrare principia conuersionis gentium vnde quaque. Nam primo à Philippo conuersum Eunuchum scripsit. Deinde à Pe-

4. Cerynthum
conuocans
Iudæos con-
uersos in
Petrum.

5.

6.

Primus con-
uersione Petrus
Gentiles
conuertit.

7.

tro Centurionem cum suis, & capite vndecimo à dispersis narrat conuersos gentiles in Antiochia. Quoniam verò hi qui nati erant in Iudæa, iam dispersi, ignorabant quid Petro accidisset, propterea non modo à conuictu gentium, sed ab omni colloquio (scrupulosis fortassis) abstinebant, vt vers. 19. scribit Lucas. At Cyprij, & Cyrenæi, quia inter Græcos nati, & versati fuerant non dubitabāt Græcos adire, & Dominum Iesum illis annuntiare, quamuis cum ipsis non conuescerentur; fortassis, quia videbant iam satis prædicatum in Iudæa, ac Samaria, atque etiam esse adhuc qui ibi prædicarent.

Et quamuis Gagnæus dicat per Græcos intelligi non gentiles, sed Iudæos ordine, ac religione, licet natos in Græcia: Haberi enim G. *Μακκιδας* non *Μακκιδας*: verosimilius tamen puto gentiles illos fuisse. Et hoc quod hic dicit Lucas confirmat id quod diximus superius, non fuisse vnquam prohibitum gentilibus verbum Dei nunciare, velut ex occasione, & minùs principaliter, vel volentibus audire, interim non relictis Iudæis, tanquam ijs, quibus priùs & principaliter euangelizandum erat, interim cum gentilibus familiariter non agendo.

Sed illud est contrà id quod diximus, omnium gentilium primum conuersum fuisse Cornelium: nam Philippus conuerterat iam priùs Eunuchum illum Reginæ Candacis. Respondeo, illum pertinuisse potiùs ad Iudæos, quia profelytus erat: & iam. prædicatio suo ordine transibat ad Samaritanos. Paulum verò, qui gentibus dicitur esse loquutus, Actor. 9. 29. disputasse cum gentilibus non negamus, sed fidem potiùs defendendo ab eorum calumnijs, quam eos conuertendo ad fidem. Itaque subiungit Lucas, non quidem aliquos esse conuersos, sed odium aded graue esse excitatum in Paulum, vt quæsierint eum interficere. quare hic locus nõ obstat quo minus dicamus D. Petrum non modo Iudæorum, sed etiam gentilium primum Patrem fuisse.

Fuit verò Cornelius, vt videtur, Romanus, vt nomen, & cohors, cuius erat vnus ex centurionib. indicat; is dicitur fuisse postea Episcopus Cæsariensis, sed post Zachæum. eius porro domus facta est Ecclesia; videtur eius conuersio incidisse in annum Dom. 41. Caij 3. diuisio verò Apostolorum videtur accidisse anti. Do. 44. Clau. 2. cum etiam Petrus primum Romanam adijt, & sedem constituit. hinc patet falsum esse testimonium Apollonij apud Euseb. lib. 5. c. 17. iussos Apostolos à Christo, duodecim annos manere Ierofolymis. Nec est verum, quod in Apocrypho scripto, quod Melitonis Sardicen. Episcopi nomine circúfertur apud Bedam in retractatione in Acta Apost. cap. 8. dicitur, Anno 2. post Ascensionem, diuisos esse Apostolos. De symbolo, quod constituerunt diuidendi in orbem R V F F I N. in præfat. expositionis Symboli apostolici. Sed hæc obiter, vt pertinentia ad primam gentium conuersionem. Et nota, quod præsertim Apostolis dictum est: *eritis mihi testes primum Hierofolymis, deinde in omni Iudæa, &c.* vnde non mirum si dispersis reliquis Christianis post Stephani necesse, soli ferè Apostoli remaserunt Ierofolymis.

A Tertiò affirmo: cur voluerit Christus Dominus, vt ordinatè prius Hierofolymis, ac Iudæa; deinde in Samaria prædicarent Apostoli, antequam ad nationes gentium proficiscerentur: (*eritis enim, inquit, mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ,* Actor. 1. 8.) quatuor rationes afferri posse eius præcepti. Prima est, vt suus esset Christo honor: decebat enim vt vbi cruci suffixus, vbi tot modis illusus fuerat, ibi vel ipsis inimicis spectantibus commendaretur Apostolorum prædicatione, edendis miraculis Spiritus S. aduentu. Altera ratio est, ad confundendos magis Iudæos, maioremque illis ruborem injiciendum, & simul ad eosdem magis iuandos, si quo pacto resipiscerent, & ad maiorem Christianæ religionis auctoritatem. Erat enim Hierofolymitana ciuitas totius Palæstinæ caput, & metropolis. Ibi splendidissimum templum, ibi sacerdotium, ibi regnū elucebat. Rectè ergo decreuit Deus suauiter omnia disponens, vt ibi maior erat terra, & caduca potestas, esset quoque spiritualis illustrior; & inde tanquam à capite deriuaretur ad alios. quod Isa. 2. 3. significatum est: *de Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ierusalem.*

B Quin etiam aduertere licet præcipuas ac Cathedralis Ecclesias, non nisi in præcipuis urbibus, & quæ aliarum essent veluti capita, fundatas esse, vt de Hierofolymitana, Alexandrina, Constantinopolitana constat, & Antiochena, & quod caput est, Romanam amplissimam urbem videmus, en locum successisse Imperij Romani, & terrenos imperatores, Christo etiam cælesti Imperatori celsisse. Tertia ratio, vt refelleretur id, quod contra gentes obijcere potuissent. nam si Apostoli relictis suis, id est, Iudæis, & Galilæis statim ad gentes se conuertissent, nã illæ dicerent, eos, cum apud natos, & suos non possent Euangelium prædicare, trās fugisse ad exteros, qui minus benè callerent eorum dolos, & imposturas: secus verò, si post persuasum suis, & confirmatum Euangelium ad alios deuenissent. Ige Chrysoft. in illa Act. 1. apprensus illis, §. sed postquam cõplures. Est & quarta ratio, quod hoc modo Iudæi nullam excusationem obtendere possint Euangelij non recepti, nec dicere illis non esse prædicatum, vel posthabitos, vel postpositos gentibus esse, ac proinde Euangelium non suscepisse: iam ipsi repulerunt, atque aded iure ad gentes transijt prædicatio Euangelij. quod illis obiecit. Paul. Act. 13. 46. *vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis aterna vite; ecce conuertimar ad gentes.* videt quæ diximus in Schol. v. II. Et ex his constat quomodo hoc Christi præceptum intelligendum sit, & quod nullo modo contrarium sit his quæ Christus de conuersione gentium docuit.

C D

IO. Cur Christum post Iudæos statim ad Samaritanos vult diffundi Euangelij prædicationem.

II. Ecclesia Cathedralis in præcipuis urbibus fundata.

8.

9.

Eunuchus Candacis Reginæ erat profelytus.

Cornelius Centurio quis fuerit.

Raffin.

THEORIA II.

In versic. 15. & 16. An munus euangelizandi melius pera & sacco, quam sine illis geratur.

I. **H**VIC ego controuersæ rectè arbitror responderi illud posse, quod eidem doctè respondit aliquando Doctor Olaius Societatis nostræ (vir & in scripturis, & in fidei dogmatibus tractandis exercitissimus) eo melius euangelizandi munus cum pera, & sacco, quam sine illis geri, quo perfectius à Diuo Paulo, quàm ab alijs Apostolis id obitum est. quod sic ille ostèdit: D. Paulum perfectius egisse munus euangelizandi, quam alios Apostolos, nemo credo est, qui dubitat, si modo diligenter ad illa noni capituli v. 5. verba 1. ad Corinth. attendat: *numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli?* Rursum ver. 12. *si alij potestatis vestra participes sunt, quare non potius nos?* & tandem, vt explicet, quantum perfectionis in hoc sit positum, ver. 18. inquit: *qua est ergo merces mea? vt Euangelium predicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio.* legunt hæc omnes, nec vllus tam ignarus est, qui non intelligat fructuosius, & melius euangelizandi munus obisse D. Paulum, quam alios Apostolos.

2. Quare si hoc commendamus in Paulo, & Barnaba, supra reliquos Apostolos, quod sine sumptu Euangelij ponerent, & hæc ratio est, cur illi potestate sua non abutebantur (id est, quantum possent non utebantur) vt loquitur Diuus Paulus: eadem profecto ratio euincet, fructuosius, & perfectius munus hoc nunc obire eos, qui instructi rebus necessarijs nihil ab ijs, quos docent, postulant, quam qui ab illis victum, & vestitum (eosdem onerando) mendicant. sic Olaius.

3. Quod si obiicias hæc verba Matth. 10. *nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zona vestris: non peram in via.* Respond. censeo, id iussisse Dominum quod & licitum esset, & virtutem Euangelij declararet hoc argumento, quod præconibus eius, omnibus alijs rebus destitutis, nihil vnquam defuturum esset; simulque vt suam spem addicerent in Deo collocare; hoc quam verum sit doctissimè D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 6. ad 2. declarat his verbis: *verba Domini Matth. 10. nolite possidere aurum, &c. possunt tripliciter intelligi. vno modo mysticè, vt non possideamus neque aurum, neque argentum, id est, vt prædicatores non innituntur principaliter sapientia, & eloquentia temporali, vt Hierony. exponit (Matt. 10. tom. 9.) alio modo, sicut August. exponit lib. de consens. Euang. (2. cap. 30. tom. 4.) vt intelligatur hoc Dominum non præcipiendo, sed magis permittendo dixisse. Permisit enim eis, vt absque auro, & argento, & alijs sumptibus ad prædicandum irent, accepturi sumptus vitæ ab his, quibus prædicabant. vnde subdit: dignus est enim operarius cibo suo. Ita tamen, quod si aliquis proprijs sumptibus vteretur in prædicatione Euangelij ad supererogationem pertineret. sicut Paulus de se seipso dicit, 1. ad Corint. 9. 3. modo secundum quod Chrysof. exponit (in hom.*

A super illud Paul. salutate Priscam, & Aquilam to. 4. post expositionem epist. ad Rom. immediate) vt intelligamus illa Dominum præcepisse discipulis, quantum ad illam missionem, qua mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt per hoc excitarentur ad confidendum de virtute ipsius, qui eu, absque sumptibus prouideret.

Ex quo tamen non obligabantur ipsi, vel successores eorum, vt absque proprijs sumptibus Euangelium prædicarent. Nam de Paulo legitur 2. ad Cor. 11. 8. quod ab alijs Ecclesijs stipendium accipiebat ad prædicandum Corinthijs, & sic patet, quod aliquid possidebat ab alijs sibi missum. stultum autem videtur dicere, quod tot sancti Pontifices sicut Athanas. Ambr. & August. illa præcepta transgressi fuissent, si ad ea seruanda se crederent obligari.

B Hæc D. Thom. eandem rem D. Chrysof. hom. à D. Thom. cit. in locum Pauli: *salutate Priscam, & Aquilam*, eruditè admodum docet similitudinibus allatis: *quemadmodum*, inquit, *qui artem natandi docent, principio multa diligentia discipulos gestant: post vnum autem, & alterum, & tertium diem subtracta dextera illi præcipiunt, vt se ipsos iuuent, & nonnunquam illos parumper mergi sinunt, ita vt & multum salsuginis sorbeant: ita sanè & cum discipulis suis Christus faciebat. Nam initio nihil eos pati sinebat, sed vbique aderat muniens eos, faciensque, vt omnia vberim eis affluerent: cum vero tempus esset, vt virilitatè suam ipsi declararent subtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis, vt etiã per se ipsos multa perficerent. Et paulò inferiùs ait idem Chrysof. & quemadmodum aues, pullos suos fouentes, tandiu in nido sedent, donec illorum pluma increfant: quas dum increuisse viderint, eos primum circa nidum volitare docent, deinde adminiculo suo, totos destituunt: ita faciebat & Christus in Palestina enim quasi in nido nutrabat discipulos, & exinde eos volare ducit in totum orbem, dato eis mandato, ne sibi ipsis deessent, &c. ex sententia ergo Chrysof. solis hæc Apostolis præcepta sūt; & neque illis in omne, sed ad præscriptum, & determinatū tēpus. vide plura apud illū similia, & apud Driedonem de dogmatibus lib. 3. c. 1. tract. 2. circa medium, vbi exponit locum Luc. 22. *quando misi vos sine sacco, & pera.* Ex his satis soluta videtur illa obiectio ex verbis Matt. 10. *nolite possidere aurum, &c.**

6. Sed iterum obiici potest exemplum Christi qui Euangel. prædicans ex facultatibus nutriebatur eorū, apud quos concionabatur. Dicendū melius esse ita Euangelium prædicare, vt non grauentur populi, vnde cunq; concionator viuat. quod tamen Dominus ex alieno (si tamen quicquid ei alienū dici queat) hoc est, ab illis mendicando, quibus euangelizabat, viuere dignatus est; non imperfectionem eius, sed perfectionem potius arguit: Nam, vt inquit August. lib. 2. de ferm. Domini in mont. c. 26. *cum ei ministrarent Angeli, propter exemplum tamen ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquem seruatorū eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos dignatus est habere cum pecunia, vnde vsibus necessarijs quidquid opus fuisset præberetur, ne quisquam igitur scandalizaretur videns prædicatorem Euangelio viuere, & ipse ex eo viuere dignatus est: quamquam verò vita Ioan. Baptistæ paribus perfectior sit vita illa composita fuit tamen perfectionis, quod Dominus*

pter nos communem illam rationem viuendi suscipere dignatus sit. Quamquam longè perfectius Dominus in vita propter nos minus perfecta vixit, quam Io. in vita perfectiore.

Cæterum licet hæc ita se habeant, vt dixi, intelligenda tamen sunt cæteris paribus, vt Ianf. ait c. 55. concor. in ea verba: *dignus est enim operarius &c. scilicet spectando hæc duo præcisè, euangelizare sine sumptu aliorum & euangelizare ex alieno sumptu. Illud præcisè perfectius, hoc minus esse perfectum. Semper enim præcisè purior est, & perfectior, & magis propter Deum, & salutem animarum videtur prædicatio, & liberior, quâto minus quis ex alieno viuit: quare si quis abdicatis omnibus propter Christum, ex laboribus manuû viueret, & non inde impediretur à rebus diuinis, vel certè ex sponte datis sustentaretur, perfectius sic euangelizaret, quamuis fortassis id nunc tenere difficile sit cõmunitatibus Religiosorû, & idèd ex hac parte est, vt mendicando euangelizent. licet aliunde perfectior sit eorum vita quam aliorum, qui sine sumptu ponunt euangeliû. Minus autem videtur ex alieno viuere, qui aliquorû ministerio vtitur spontè impenso, quâ qui mendicat, si absit scandalum. Ianf. item lo. ci. addit: *quod sicut ob circumstantias quasdam prædicator potius eligere debet viuere ex proprio, quâ ex alieno, sine sumptu, quâ cû illo, ad vitanda quadã scandala, & impedimenta euangelici profectus, ob qua Paulus significat ex proprijs voluisse laboribus viuere: ita contra, quibusdam concurrentibus circumstantijs præstat ex alieno viuere, cû scilicet nullius scandali est periculum, sed discipuli etiam spontè offerunt prædicatori nudo, quique omnibus suis bonis renunciauit, ea, qua ad victum, & vestitum sunt necessaria, illeg. ea accipit, tum vt illorum promptum obsequium apud Deum suam habeat mercedem, tum vt ipse ab omni sollicitudine, & labore liber, magis vacare possit actibus spiritualibus. Ita certè circa Christum contigisse nõ est difficile intelligere, quem, quo se declararet planè esse cœlestem, non decebat ab incepro euangelico negotio, labore manuû parare victui necessaria. Hac ratione non tantum alij Apostoli ex Euangelio vixerunt, sed & ipse Paulus à Philippensibus suscepit in carcere constitutus, & ante, qua essent egestati subleuanda necessaria, vt patet cap. vltimo ad Philip. Sic Ianfen. & benè.**

THEORIA III.

Quando fugere liceat, vel etiam non liceat in persequutione in v 29.

I.
Fuga in persequutione quando liceat aut illi-
ta.

HAc dere satis doctè August. disserit ep. 180. ad Honoratum; ex quo hæc eliciuntur; primùm fugam persequutionum propter fidem, vel iustitiã interdû quidè non licere, interdum verò, non modo licere, & laudè tribui, sed necessariam etiã ac præceptam esse. Deniq; interdum licere tantum, licet non vsque adeò laudi tribuatur, ac necessaria sit. Quando enim ex fuga alicuius alij grauius scandalizarentur, iustitia opprimeretur, prædicatio & Sacramentorû administratio ommitteretur, ac oues Christi periclitarentur, non licet fugere ei per cuius fugã hæc sequerentur. Cùm verò maior gloria Dei & Ecclesię vtilitas, & Euangeliû ipsum postulat, vt fugiamus, fugiendû est, & nõ fugere

A peccatû; v. g. quia non expedit Ecclesię priuati tali doctore. addit Chryso. fugere licere, & nescio inquit Mald. an oporteret etiã, cum eius si manserit fides periclitabitur. *Christum*, inquit Chryso. *fugiendo non negat, qui idèd fugit ne neget.* Fugere verò licet, quamuis non necessariò, qñ sacerdos ipse priuatim ab aduersarijs queritur, & sunt alij, qui possunt pro illo sacramenta populo ministrare. Denique quancumque plus fugiendo, quam manendo iuuare potest.

B Cùm aut omniû cõmune est periculum, aut oës ad loca munita transeant, aut hi quibus alij indigent, maneant: etenim vt rectè D. Th. docet 2. 2. q. 185. a. 5. bonus pastor animã suã ponere tenetur pro ouibus suis. Audi Aug. ep. cit. *fugiant*, inquit, *de ciuitate in ciuitatè serui Christi quãdo eorû quisquã specialiter à persequutoribus queritur, vt ab alijs, qui non ita requiruntur, nõ deseratur Ecclesia. Cùm autè omniû est cõmune periculû, hi qui alijs indigent, non deserantur ab his, quibus indigent.*

Si enim perniciosus est proetam in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus? vt dicit Nicolaus Papa & habetur 7. q. 1. c. sciscitaris: quare merito, sapienterq; Greg. ho. 14. in Euang. ait: stare in periculo ouium non potest, qui in eo, quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quarit: Et idèd opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amittat.

C Ille autem qui ad euitandum periculum recedit absque detrimento gregis, non tanquam mercenarius fugit. Imò sic fugere non deserre, sed instaurare prælium est. Et verò aliquando fugere, etiam vincere est. Sic Iosue, vt habes c. 8 fugit quidem, sed fugièdo triumphum reuexit: & qui instar omniû ducum est Christus Herodem dum fugit, elusit, & nobili stratagemate prostrauit. Fugiebant Apostoli præcepto Christi ex vna ciuitate, quæ Euangelio fores obstrucbat, in aliam, vt Euangeliû alijs promulgando disseminarent. Illustris sanè fuga, quæ Euangelij seminarium est. proh! quam speciosi sunt pedes eorum, qui per illustrem huiusmodi fugam viam sibi aperiunt, & muniunt ad innumeras hostium cateruas Christi Euangelio subijciendas. Rectè igitur Beda. *fugite*, inquit, *in aliam ciuitatem, non timendo passionem, sed declinando, vt tribulationis occasio seminarium fiat Euangelij.*

D Quare Tertul. sentètia, qui nunquam fugere licere vlli Christiano existimauit, damnata est, ita vt Hieron. in eius vita, eius librum de fuga in persequutione aduersum Ecclesiam scriptû esse sentiat. Vult autem Tertul. imò & Hiero. & Chrysoft. & alij, præceptum hoc, tantum ad discipulos pertinuisse, seruandum in prima ista legatione duntaxat. Nam propterea dictum volunt: *non consummabitis ciuitates Israel*, quo significaretur intra terminos Iudææ præceptû fugæ contineri, vndè etiam superius dictum fuit, *in viam gentium ne abieritis.* Sed Athanas. in ep. ad Orthodoxos, & ad Marcum Pontificem Rom. Et Nazianzen. ora. 1. contra Iulianum, multo melius sentiunt, saltem aliquo modo ad omnes reliquas misiones hoc præceptum, vel promissionem pertinere, vel extendi. Nam in prima missione nihil eiusmodi Apostoli sunt experti, quod faceret illos fugere, cùm omnia ex voto successerint. De hoc argu-

mento, præter Augustinum Epistola ceterima octogesima ad Honoratum, differit Athanasius in Apolo. de fuga. Diuus Thomas secunda secundæ, quæstione centesima octogesima quinta, articulo quinto, & Abulensis copiosè in hunc Matthæi locum c. 10.

THEORIA IV.

In v. 51. An ea Apostolorum vnctio, qua oleo ægros inungebant Sacramentum fuerit Extremæ Vnctionis?

ETSI non desint, qui his verbis vtantur ad Extremæ Vnctionis Sacramentum cõprobandum, vt VValdensis tomo secundo de Sacrament. cap. 163. & Castro con. hære. v. Extrema Vnctio, & Petrus Soto lect. 1. de hoc Sacramento; putant enim hanc vnctionem fuisse verum Sacramentum, quod sequitur Maldon. Marc. 6. vers. decimotertio. verosimilius tamen est, vnctionem, de qua hic est sermo, non fuisse verum Sacramentum Extremæ Vnctionis, licet fuerit veluti quoddam præuium signum, seu adumbratio eius. Videtur sententiam hanc amplexatus Hugo, Magister, Bonauentur. Alenis; alioquin non negassent hoc Sacramentum à Christo immediatè institutum. Et quidem D. Thom. in 4. distinct. 23. quæst. 1. art. 1. quæstiuncula tertia ad primum, rationem reddit, cur Euangelistæ huius Sacramenti mentionem non fecerint, & subiungit postea: tamen etiam de olei vnctione mentio fit Marc. sexto insinuans, licet ibi non sit sermo de Sacramento, illius nihilominus vnctionis mentionem esse factam, non sine mysterio, nimirum ad hoc Sacramentum adumbrandum.

Expressè tamen eam sententiam sequuntur Iansenius Concor. cap. 55. sub fin. Sotus 4. d. 23. q. 1. a. 1. Bellarm. de Extrema Vnctione cap. 2. Suar. To. 4. p. 3. d. 39. sect. 1.

Mihi sanè eadem opinio valdè probatur. Primùm quidem, quod ea vnctio non videatur cærimonia fuisse immediatè ad animæ salutem præsertim pertinens, quamuis res fuerit visibilis, & externa. Fuit enim medicamentum ad curandos ægros corpore: sic enim refert Matth. c. 10. dixisse Christum Apostolis quos mittebat: *infirmos curate*: cuius curationis modum scripsit Marcus oleo vngendo. neque enim est credibile, nisi Christo præcipiente, vsuros fuisse oleo. Dixi immediatè, quia illa corporum fanitas etiam ad animæ salutem referebatur, atque aded illa externa vnctio mediatè ad eandem tendebat salutem, nimirum, ad fidem persuadendam. At Sacramentum nouæ legis ad spiritalem effectum immediatè referri debet.

Ad hoc, non dum Apostoli tunc Sacerdotes erant, & non poterat Sacramentum Extremæ Vnctionis ab alijs conferri, quàm à Sacerdotibus. Præterea, illi ipsi non baptizatos tantum, nec solum moribundos ægros, sed omne ægrotorum genus, cæcos, mutos, debiles, & claudos vngebant, quibus dari non potest hoc Sacramentum. Dicere verò eum qui legem tulit, potuisse pro suo arbitrio lege vti, Apo-

Astolos quoque antequam Sacerdotes essent, baptizasse, vt ex l. 3. Dilucidat. cap. 4. in Scholijis vers. 2. liquet: vt fatear potuisse id ita esse, non fit tamen verosimile ob rationes dictas; non est autem eadem ratio de baptismo, nam in eo non est Sacerdos necessarius minister, sicut est in hoc Sacramento. His accedit quod vnctio illa apud Marcum ad tempus debuit durare, sicut ipsum etiam donum sanitatis ad tempus durauit in Ecclesia, saltem ita frequens; neque enim penitus cessauit, sed subindè in aliquibus eminet. At Vnctionis Sacramentum, & remissio ipsa peccatorum per illam debuit esse perpetuò, & ordinariè in Ecclesia, vt Iacobum intellexerunt Patres.

Itaque Marci 6. vbi legitur quod Apostoli missi à Christo multos infirmos oleo vngebant, & sanabantur, non commemoratur vsus Sacramenti Extremæ Vnctionis, sed quoddam quasi procemium, & typus ipsius propter vnctionis similitudinem: & ideò videtur Christus tale medicamentum, vt symbolum quoddam externum, vel adminiculum curationis miraculosæ, quæ fiebat per donum sanitatis media intercedente vnctione, instituire voluisse ad adumbrandam Extremam Vnctionem, & ad præparandum, aptandum uè homines ad illam; & vt declararetur hac oratione Apostolos legatos esse Messias, qui ab vnctione sic dictus est; & vt indicaretur similiter per vnctionem olei inuisibilis, qui est Spiritus sanctus reparari animæ fanitatem. ex hoc fortassis Apostolico exemplo factum est, vt olim Christiani sæpè vterentur olei vnctione ad abigendos morbos Deo miraculosè cooperante non per modum operis Sacramenti, sed per modum effectus gratiæ gratis datæ, vt loquitur Suarius disputatione trigesima nona sub finem, quod ex Tertulliano libr. ad Scapulam capite quarto confirmari potest, vbi narrat: Proclum Christianum oleo curasse Antonium imperator. qui non erat Christianus, vbi Pamelius similia notat ex Hieronymo in vita Hilar. & ex Rufino l. 2. Hist. c. 4. de discipulis sancti Antonij, & alijs.

Cæterum ad dissoluenda quædam quæ ex Patribus quibusdam obijciuntur diligenter obseruandum est: eam Apostolorum vnctionem bifariam considerari posse, vt notat Valent. d. 8. de Sacramento Extremæ Vnctionis, q. 1. p. 1. Vno modo absolutè, secundùm rē ipsam illius vnctionis, vt vnctio fuit. Altero modo, secundùm modum etiam, & efficaciam, ac significationem ipsius. Priori modo eadè esse dici potest vnctio, de qua Marcus, & de qua Iacobus; & ita Beda, & Theophylactus, & alij intelligunt, quando exponentes locum Marci, adducunt locum Iacobi, vt etiam ex Marco vsus eius vnctionis, quæ in Ecclesia iuxta descriptionem Iacobi vsurpatur, probent. Non quasi eodem modo, & ratione prorsus ab Apostolis apud Mar. fuerit vsurpata: sed quia ab illis quoque fuit vsurpata eadè actio, quod atinet absolutè ad rem vnctionis; & eo ipsa vnctio hæc nostra descripta à Iacobo, insinuationem, & originem habet Apostolicam, id quod etiam non nihil valet ad eius commendationem. Posteriori modo, scilicet quoad mo-

& efficaciam, & significationem, non eadem, sed longè diuersa est vnctio, de qua loquitur D. Iacobus. sic doctè Valen. quibus soluitur obiectio eorum qui auctoritate Bedæ, Theophyl. & aliorum vtuntur, ad nostram explodendam sententiam.

Postremò (& loco coronidis adijciatur) satis esse deberet (si non aliud suppeteret argumentum) ad stabilienda quæ hæc tunc diximus, eandè hanc nostram sententiam Patribus Trident. Concil. placuisse, nam sess. 14. in doctrina de Extrema Vnctione; non institutum, sed insinuatum tantummodo esse dicunt Sacramentum Extremæ Vnctionis, cum Marci 6. mittens Christus Apostolos suos, voluit, vt in vsu doni curationis aliquando vterentur olei vnctione.

Aduertit Iansen. c. 55. concor. quod oleum hoc, non naturaliter sanabat ægrotos, nec adhibebatur ab Apostolis velut naturale pharmacum; nam quomodo eodem pharmaco quis mederi possit omnibus morbis? sed ex Domini institutione vnctionem hanc sequebatur sanitas; quibus addo quod curandi virtutem aliquam supernaturalem habuisse oleum hoc vt ab Apostolis applicatum credibile est, nec symbolum tantum fuisse externum curationis miraculosæ, quæ fiebat per donum sanitatis. ostendimus autem paulò superius numero quarto, cur voluerit Dominus per tale signum Vnctionis externum conferri ab Apostolis sanitatem. ex his facilè est diluere eas obiectiones quas scribit Suares lo. ci. initio, quæ videntur præsertim ex Maldon. ingeniosè collectæ Marc. 6.

DIGRESSIO PRIMA MORALIS

In versiculū vigesimū. *Excusite puluerem &c.* De arcana calceamenti significatione, in scripturis.

HIERONYMVS Pra. Ezech. 16. versic. 9. p. 184. C. docet in scripturis hæc colligi ad cognoscendam arcanam calceamenti significationem vtilia. Principiò disalceatum esse, vel nudis pedibus incedere, in Sacris litteris symbolum esse captiuitatis. quod sic incederent mancipia, vt videre est in Isaïæ capite vigesimo, v. tertio, & quadragesimo septimo, primo. vnde Exodi duodecimo, vndecimo dicitur Hebr. *calceamenta habebitis in pedibus vestris*, id est, non iam nudis pedibus incedite, quemadmodum huc vsque, more mancipiorum, sed calceati, instar ingenuorum. quamquam angeli Dionysio cælestis Hierarchiæ capite decimo quinto disalceati dicuntur, quod sint liberi, puri sine affectu, labe, commixtione.

Deindè quoniam mancipia subiecta sunt dominis, & eos timent, ac reuerentur, hinc fit, vt nudare pedes signum sit reuerentiæ, & subiectionis, Exodi tertio, quinto: *Solue calceamentum de pedibus tuis*, &c. Iosue quinto, decimo sexto huius oppositum, id est, dominatum significat calceamentum. Ps. 59. 10. *in Idumaam extendam calceamentum meum*, &c. Hinc est quòd

A Ioannes Baptista vt Christum Dominum, se verò seruum declararet, illum calceamentum induit, & se nudis pedibus incedentem, vix audere corrigium eius calceamenti soluere.

Tertiò quia dominium acquiritur capiendò possessionem, calceus signum est vsucapionis; disalceatio verò celsionis iuris sibi debiti, vt patet ex Deut. 25. v. 7. & clarius Ruth 4. v. 7. nam, vt spure in faciè est notare seruilis conditionis; ita & calceamenti solutio, quasi significaretur, aliquem esse indignū qui calceos gestaret inter ingenuos. Et hinc declaratur iste locus Matthæi decimo, vers. decimo quarto; & Lucæ nono, v. quinto: *excusite puluerem de pedibus vestris*, id est, cedite omni iuri eorum, quod ad duos quoquomodo pertinere poterat, quod scilicet Moses Num. decimo sexto, vigesimo sexto significauit: *Recedite à tabernaculo hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum*. sequitur quoque tunc aptissimè: *Amen dico vobis, tolerabilis erit terra Sodomorum, & Gemorrhæorum, quàm illi ciuitati*. Sed hanc excussionem pulueris de pedibus, vel calceamenti Apostolorum, alia significare posse diximus in scholijs versiculo vigesimo, licèt fortassis hoc quod hic explicauimus sit magis litterale.

Quartò soluere calceamenta, est signum luctus, sicut & coronam de capite tollere, radere cæsariem, & cætera ingenui hominis ornamenta deponere: quod, qui graui aliquo mœrore tenebantur, illū significabant habitum, exuentes festiuū, in quo numerabantur calcei, vt Ezechielis vigesimo quarto, decimo septimo: *corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis*, id est, ne luctuosus cærimonijs prosequaris vxorem defunctam.

Quintò Prædicatoribus apud Marcum sexto, nono, dantur sandalia, spiritaliter, ac mysticè, quò audenter suscipiant munus sibi iniunctum, & omni humano timore deposito illud exerceant, euangelium Christi, tamquam vexillum, gentibus, ac populis inferendo. Hos calceos iubet Apostolus habere Ephes. 6. 15. *calceati pedes in preparationem*, id est, confirmationem, & defensionem euangelij pacis, in quo pax, id est, omnia bona cum Dei benevolentia promittuntur. Quomodo calceus constantiam, atque intrepidum animi robur mysticè significat: nam qui nudis ingreditur pedibus, pedentim, & timidè incedit, calceatus animosè. Hi calcei hyacinthini esse debent, tales enim sponsæ dati sunt, lege Origenem homilia sexta in Ezechielem. Est autem calceari hyacintho præparari, vt ad cælestia festinare valeamus; & Gregorio trigesimo moralium, capite decimo, hyacinthus significat cælestem conuersationem, contemplationem, & spem cælestium. Hæc carptim ex Prado.

DIGRESSIO II
MORALIS

De Sacramento Extremæ unctionis,
occasione vers. 51. & ungebant oleo
multos.

Diabolus in-
stante morte
homines quæ
maximè in-
festat.

1.

ET SI aduersarius noster Diabolus tanquæ
leo rugiens occasiones per omnem vitam
quærat, & captet vt deuorare nostras animas
possit, & à Dei obedientia & gratia depellere,
nullum tamen tempus est, cum vehemen-
tius ille omnes suæ versutia nervos contendit,
ad perdendos nos penitus, & à fiducia eti-
am, si possit, diuinæ misericordiæ deturban-
dos, quam cum impendere nobis exitum vi-
tæ perspicit. Duo enim tunc illum maximè
accendunt, & inflammant, occasio nempe
temporis, in quo videt nouissimam & irre-
uocabilem de sempiterna vita & morte ho-
minis sententiã esse pronunciandam; & ingens
expectatio victoriæ; nullo enim tempore
æquè imbecillo, ac fracto corpore, & animo
homines esse solent, ac cum in extremo ago-
ne cum morte luctantur. Verùm, vt Tridenti-
ni Patres sessione decimaquarta, in procemio
de Extrema Vnctione affirmant, *Clementissi-
mus Redemptor noster, qui seruus suis quouis tempo-
re voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia om-
nium hostium tela esse prospectum, quemadmodum
auxilia maxima in Sacramento alijs preparauit,
quibus Christiani conseruare se integros dum viue-
rent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint: ita
Extremæ Vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquam
firmissimo quodam presidio, muniuit.*

2.

Quoniam autem non desunt his tempori-
bus qui diuinum hoc beneficiũ ingratè, & im-
piè repudiantes, Extremam hanc vnctione Sa-
cramentum esse negant, sancta Synodus tam
pernitioso huic errori obuiam ire volens, ana-
thematizat eos, qui Extremam vnctionem neg-
ant Sacramentum esse verè à Domino insti-
tutum. Declarat etiam id per Apostolum Iaco-
bum his verbis fuisse promulgatum Iacobi 5.
14. 15. *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros
Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum in nomine
Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleui-
abit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remitten-
tur ei.* Quibus verbis nullam huius Sacramenti
partem omisit, quam non explicaret. Docet. n.
primum materiam oleum esse, quod solempni
benedictione ab Episcopo consecratum esse
debere, magno semper cõsensu in Ecclesia Ca-
tholica fuit obseruatũ; oleo verò ita res huius
Sacramenti; id est, Spiritus S. gratia, qua animus
ægotantis inungitur, expressa est, vt nullum
eligi elementum aliud potuisset, cuius natura
ad significandos omnes huius Sacramenti effe-
ctus, magis esset accommodata.

3.

Formam deindè Apostolorum ostendit in o-
ratione Sacerdotis deprecatoria positam esse.
Nam peculiare est huic Sacramento, vt eius for-
ma cum preceatione proferatur, nec hoc incõ-
modum est, cum ea oratio præponatur, cui no-
minatim Dei promissio apertissimè facta est,

A illis nimirum verbis: & oratio fidei saluabit infir-
mum.

Res porrò & effectus huius Sacramenti præ-
cipuè illius verbis explicatur: & alleuiabit eum
Dominus, & si in peccatis fuerit, remittetur ei. Res e-
tenim hæc gratia est Spiritus S. cuius vnctio re-
liquias peccati abstergit, & ægoti animum alle-
uiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ mi-
sericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus
erectus, & morbi incõmoda leuius fert, & Dæ-
monis tentationibus fortius resistit. Nam cor-
poralis sanitas tamen nonnunquæ per Dei mi-
sericordiã suscipienti hoc Sacramentũ cõfera-
tur, propriè tamè effectus Sacramenti dici non
debet, quoniam spiritualis, & inuisibilis est Sa-
cramentorũ omnium operatio. Hæc ex Trid.
Conc. constat. *sess. cit. c. 2. vbi de effectu huius
Sacram. Res, inquit, & effectus huius Sacramenti
gratia est Spiritus S. cuius vnctio delicta, si qua sint
adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & æ-
goti animam alleuiat & cõfirmat, magnam in eo di-
uina misericordia fiduciam excitando, qua infirmus
subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuius
fert, & tentationibus Damonis calcaneo insidiantis,
Gen. 3. 15. facilius resistit, & sanitatem corporis
interdum, vbi saluti anima expedierit, consequitur.*
Ita Concilium.

B Ut autem hæc distinctius intelligantur, ob-
seruandum est hoc Sacramentum per se primo
institutum fuisse ad confirmandum, corrobora-
ndum, iuuandumque animũ ægotantis ad-
uersus difficultates, quæ tempore obitus occur-
runt. quod non obscurè indicant verba illa Ia-
cobi: & alleuiabit eum Dominus. *Gr. ἰσχυρὸν ἐν-
θάρσει, excitabit, expergeficiet, suscitabit, incendet,
eriget, vrgebit, quod idem est, ac confirmabit,
confortabit &c.* hæc autem præstat hoc Sa-
cramentum, non tantum habitualement gratiam lar-
gendo communem omnibus Sacramentis, sed
per Sacramentalem præsertim sibi propriam,
quæ includit auxilia accommodata effectui ad
quem institutum est, qui triplex esse videtur.
Primus corroboratio spei, quæ in primis in
mortis articulo necessaria est. Tunc enim vt
Tridentini Patres dicunt: *Demon omnes suæ ver-
sutia nervos intendit ad hominem à fiducia diuina
misericordia deturbandum, & c. 2. aiunt, quod hoc
idem Sacramentum ægoti animam alleuiat & cõ-
firmat, magnam in eo misericordia fiduciam excitando.*
Et sicut baptismus dicitur Sacramentum fidei,
Eucharistia amoris, Confessio pœnitentiæ: ita
hoc Sacramentum rectè vocari potest Sa-
cramentum spei: sicut etiam in Tridentino eodem
dicitur, *Sacramentum exeuntium.*

C Secundus effectus est animi hilaritas qua
concepta ægotus morbi incommoda, & labo-
res leuius fert, vt ex eodẽ Concilio patet. Ter-
tius effectus est quod homo promptior & ro-
bustior redditur ad Dæmonis tentationes, quæ
tunc maximè vrgeant, superandas. & ita accipi-
endum est, quod Concil. Florent. habet: effe-
ctum huius Sacramenti esse *mentis sanitatem seu
sanationem; alludit enim ad verba illa Iacobi,
& oratio fidei sanabit infirmum, quæ mentis sani-
tatis non est hic primæ gratiæ infusio, sed ro-
bur illud, quod homini ægotanti tribuitur,
vt vigor mentis ad mortem transigendam. Vi-
de Prosperum libro secundo, de Præ-*

D

D Et sicut baptismus dicitur Sacramentum fidei,
Eucharistia amoris, Confessio pœnitentiæ: ita
hoc Sacramentum rectè vocari potest Sa-
cramentum spei: sicut etiam in Tridentino eodem
dicitur, *Sacramentum exeuntium.*

Dei capite vigesimo nono. Igitur auxilia, quæ per hoc Sacramentum dantur ad hos effectus obeundos accommodata sunt. potest tamen enumerari quartus effectus, quo à Theologis dici solet, hoc Extremæ vñtionis Sacramentum institutum esse contra reliquias peccatorum, de quo num. 8. dicendum erit.

7. Hæc quæ diximus ad effectus per se primos Extremæ vñtionis pertinent, ceterum per se secundo institutum est hoc idem Sacramentum ad præparandam animam, & quantum in ipso est proximè disponendam, ad gloriæ cœlestis ingressum. Hinc Tridentini Patres illud totius humanæ vitæ consummatium dixere.

8. Hinc verò habet, vt iuuet ad perseverandum in bono vsque ad mortem. hinc etiam satis aptè intelligitur quomodo sit institutum ad tollendas peccatorum quoque culpas, quod & in verbis formæ eius continetur: *quidquid peccasti, &c.* & Iacobus clarè significat, dum ait: *si in peccatis est, &c.* & Concilij verba illa expriment: *delicta si qua sunt adhuc expianda, &c.* neque id solum de venialibus peccatis, verum de lethalibus etiam intelligendum est, quæ peccatorum, seu delictorum nomine absolute nominari consueverunt. & quia absoluta & vniuersalis peccatorum condonatio pœnas etiam complectitur; ideò per hoc Sacramentum etiam reatum pœnæ temporalis relaxari ex opere operato meritò dicemus, relictum ex remisio prius peccatis quantum ad culpam, licet nõ omnis eiusmodi reatus auferatur vt in baptismo, sed iuxta dispositionem, & deuotionem suscipientis. Sic Suar. disp. 41. num. 17. sect. 1. Contra reliquias etiam peccatorum, quomodo loquitur D. Thomas institutum est, non ita vt tollat fomitem, prauos habitus, vel phantasmata: neque ita, vt corporis habitudinem mutet, propterea enim non est dictum tollere reliquias peccatorum, sed institutum esse contra reliquias peccatorum: sed quia nimirum dat robur, & vigorem contra hæc omnia per auxilia num. 5. & 6. commemorata. Verum hic effectus non secundarius est, sed sub primario potius comprehensus, cum per se necessarius sit ad confortandum, corroborandumque ægrotantis animum contra ea quæ mortis tempore occurrunt, vt ex numero 5. colligere est, & ex fine numeri 6. reliqui verò effectus, quos numero 7. & 8. complexi sumus, pertinent ad secundariam intentionem institutionis propriæ huius Sacramenti, quod docet Suarez eadem disp. 41. sect. 1. num. 3. & 16.

9. Obseruandum verò diligenter est remissionem peccatorum esse aliquo modo peculiarem huius Sacramenti, & in eius institutione aliquo modo intentam, & propterea à D. Iacobo speciatim dicitur de ægroto quem presbyteri vngunt: *si in peccatis est dimittentur ei.* & Tridentinum ait: *delicta si qua sunt adhuc expianda, abstergit.* Apponendo liquidem conditionalem indicant hunc non esse effectum per se primò intentum. Is enim non aliam exigit conditionem, quam vt obex auferatur. itemque dum expriment eundem effectum sub conditione, non obscure significant non esse per accidens, quomodo omnia Sacramenta proba-

A bile est habere eundem effectum, sed suo modo peculiarem huius Sacramenti, & in eius institutione, vt dixi aliquo modo comprehensum; non per se primò, vt remissio peccatorum ad pœnitentiam, & baptismum pertinet: declarat id Suarez nu. 16. quomodo autem hoc Sacramentum de attrito contritum faciat, & peccata deleat, quia ad Scholasticos Doctores spectat, consulat qui vult eundem Francis. Suarez loc. cit. à nu. 19. qui etiam à num. 22. docet, quæ dispositio requiratur ad effectum spiritualem huius Sacramenti. Et hæc de re & effectu extremæ Vñtionis. Redeamus ad verba Iacobi.

Iam verò quod attinet ad præscriptionem eorum, qui est suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscure fuit etiã in verbis citatis D. Iacobi traditum. Nam & ostenditur illis, ministros huius Sacramenti solos esse Sacerdotes, qui Presbyterorum nomine non solum in hoc Apostoli loco, verum etiam in omnibus ferme alijs Noui testamenti locis significantur.

Declaratur item non esse hanc vñtionem adhibendam nisi infirmis: nec illis quidẽ omnibus (vt Ecclesiæ traditio nos docet) verum illis modo, qui tam periculose decumbant, vt in exitu vitæ constituti videantur; qui si conualecant, iterum erunt huius Sacramenti subsidio iuandi, cum in simile vitæ discrimen inciderint. Infirmorum autem nomine nõ solos Sacerdotes ægrotos, sed cuiusvis conditionis homines intelligi oportere, nõ inutiliter olim Innocentius I. ad Decentium scribens admonuit, ne quis videlicet vñtionem hanc instar aliarum à solis sacerdotibus suscipiendam esse existimaret.

Docet igitur ille omnibus eam posse adhiberi, exceptis excommunicatis, cum quibus excipiendi etiam sunt pueruli, qui adhuc innocentiam in baptismo acceptam retinet. Sed Sanctissimus ille Pontifex de Ministris huius Sacramenti loquens, apertè docuit eos esse Episcopos, & Sacerdotes, quemadmodum Catholica Ecclesia semper tradidit, & Tridentina Synodus confirmavit, quæ illud etiam aduersus multorum calumnias declarat, Ecclesiam Catholicam in ritu administrandi huius Sacramenti nunquam à præscriptione, & regula D. Iacobi recessisse; quare can. 3. sic ait: *si quis dixerit extrema Vñtionis ritum, & usum quem obseruat Sancta Romana Ecclesia repugnare sententia B. Iacobi Apostoli, &c. Anathema sit.* Quod verò Presbyteros inducendos esse pluraliter scripsit D. Iacobus, id non ad necessitatem Sacramenti (vt Ecclesia verè est semper interpretata)

sed ad decorem, & ornatum, & ad maiorem quandam commoditatem pertinet.

CAPVT XVIII.

AVDIT HERODES
DE IESV.

A. 14. I. B. 6. 14. C. 9. 7.

In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu (B. manifestum enim factum est nomen eius) C & omnia quae fiebant ab eo.

2. Et haesitabat, eo quod diceretur à quibusdam: quia Iohannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò quia Elias apparuit: ab alijs autem: quia Propheta vnus de antiquis surrexit.

3. B. Quo audito C. ait Herodes: Iohannem ego decollavi: quis est autem iste, de quo ego talia audio?

4. Et ait pueris suis: B. quem ego decollavi Iohannem, hic à mortuis resurrexit.

5. Hic est Iohannes Baptista ipse surrexit à mortuis.

6. Et ideo virtutes operantur in eo.

7. C. Et querebant videre eum (occideras enim Iohannem Herodes.)

8. (Nam) B. cum dies oportunus accidisset, A. die natalis Herodis, B. Herodes natalis sui carnem fecit principibus, & tribunis, & primis Galilaeae.

9. Cumq; introisset filia ipsius Herodias, & saltasset, A. in medio, B. & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus.

10. Rex ait puella: pete à me quod vis, & dabo tibi.

11. Et surauit illi: quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

12. Qua cum exisset, dixit matri suae, quid petam? at illa dixit: caput Iohannis Baptistae.

13. Cumq; A. praeuocata B. introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: volo ut protinus des mibi A. hic, B. in disco caput Iohannis Baptistae.

14. Et contristatus est rex: propter iurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare.

15. Sed misso Spiculatore, praecepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere.

16. Et attulit caput eius in disco, & dedit

illud puella, & puella dedit matri suae.

17. Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. A. & venientes nunciauerunt Iesu.

18. Quod cum audisset Iesus, secersit inde in nauicula in locum desertum seorsum (assumptis discipulis suis) C. Reuersi (namque) B. & conuenientes Apostoli ad Iesum, renunciauerunt ei omnia, quae egerant & docuerant.

19. Et ait illis: venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. erant enim qui veniebant, & reddebant multi: & nec spatium manducandi habebant.

SCHOLIA.

In illo tempore] Obseruant Astrologi Hesperum noctis nuncium, Luciferum diei. vnus, idemque Iohannes & Lucifer fuit mundum hunc ingressus: & idem cum egrederetur, Hesperus instar, se habuit. Lucifer, solis ortum praenunciat; Iohannes, Christi veri solis iustitiae praenunciatus, eiusdem aduentum nunciauit, antequam esset. Hesperus solis occasum, Iohannes Christi mortem praesensit, & infidelibus sua morte, tenebras horribiles imminere praesignauit, quod non dubito agnouisse Ioan. cum dixit: illum oportet crescere, me autem minui, quibus Christi nominis & famae, praedicationisq; incrementum, & suam interim mortem, imminuentem praedixit.

Iam ad textus interpretationem accedamus: primum quidem sciendum subnectendam esse merito hoc loco hanc historiam de nece Ioan. non ob id solum, quod Marc. & Luc. superioribus annectunt, verum multo etiam magis, quia secessus ille Domini, de quo c. sequenti, traditur à Matth. factus post audiam Ioan. necem à Domino. Hunc autem secessum, alij duo Euangelistae post red. tum Apostolorum, factum recensent.

Audiuit] cur non prius audierit, mirum est, nam constat multo postquam Christus coepit praedicare, neci datum esse Iohannem: est enim interfectus 31. anno Christi iam absoluto & aliquot mensibus. nam pauld antè, quartu Pascha à baptismo Christi id accidit, seu tertium à praedicatione Christi secundum Ioan. Euangelium. Praedicaueat ergo Christus per totum trigessimum secundum annum & eo amplius; Iohannes enim sub finem 31. anni Christi coniectus est in carcerem; occisum verò censo verosimilius, propè festum Pascha, & annos natum duos, & triginta, insuper & nouem circiter menses; vno anno ante mortem Christi, quidquid dicat Ioseph. itaque non male existimat Caietanus. Io. Baptistam proximè ante quinque sanum miraculum fuisse necatum ab Herode; sic Beda, & auctor histor. Schol. cum alijs. Quare merigò Chrysost. hom. 39 in Matth. scripsit Herodem, non percepisse famam Christi: ab ipso statim miraculorum exordiis, sed post multum tempus. B. non anno Domini 31. hanc huius ignorationis causam affert, quod Herodes absens fuerit bello Arabico implicatus contra Aretam regem, quod diu durauit. Imò, & antequam Iohannem in carcerem coniceret, Romam venisse dicitur. vide Ioseph. Antiquit. cap. 7. sed quidquid de hoc sit: huiusmodi

B. Et audiuit rex Herodes.

Idem lib. 3. 4. 6.

I. Iohannes Baptista & Lucifer & Hesperus.

2.

3.

certè sunt qui in principatibus viuunt, & in aulis, & domibus regum sunt. Nam quoniam fastu- rum plurimum sibi arrogant, parui facientes, cæ- tera, rarò eò perdiscunt. Vide Chrysof. ho. ead.

4. Herodes] Antipas magni Herodis filius, frater Philippi, non quidem germanus, id est, eodem pa- tre, eademque matre natus. Philippus siquidem natus est ex matre Cleopatra dicta ex Iosep. libr. decimo septimo antiqui. capite primo, Herodes verò antipas, sicut & Archelaus ex matre erant a- lia Samaritide.

5. Tetrarcha] Tetrarcha est quidem qui quartæ re- gni parte dominatur, sed sæpè pro principe sumi- tur. Marcus regem vocat: at Luc. tetrarcham cum Matth. fuit igitur hic Hero. Tetrarcha Galilææ, & regionis trans Iordanem. sic docet Iosephus de- cimoseptimo, cap. 3.

6. 2. Hæsitabat] in primis aliquid hic interest in- ter Lucam, & Matth. & Marc. Lucas enim ait: Hæ- sitabat Herodes eo quod diceretur a quibusdam: quia Iohannes surrexit à mortuis. Matt. verò habet ipsum dixisse suis pueris: hic est Iohannes Baptista, ipse sur- rexit à mortuis. Vbi nulla videtur hæsitatio. & Marc. ait idem quod Matth. Deindè interest quod Luc. indicet, Herodem non credidisse Iohannem esse, qui surrexerat à mortuis, cum eum ipse decol- lasset. At Matth. ait, affirmasse, Iohannem esse. Re- spondeo in primis Herodem quidè prius hæsitasse cum pueris suis. Deinde verò confirmatum affir- masse ipsum esse Iohannem: vnde vtraque difficul- tas tollitur. Potest & aliter ad secundum respõde- ri: Herodem negasse cum vulgo loqueretur, eum esse Iohannem, ne fortè pro Iohanne populus in illù insurgeret, & ita Lucas potest intelligi. Interim ip- sum timuisse verè, ne Io. à mortuis excitat' potè- rior esset effectus, ipsumque acrius reprehenderet, vel pœnas sumeret: ac cum huiusmodi metu seor- sum clam pueris suis hanc suam opinionem aperu- isse, vt narrat Mat. licèet aliqui affirmant verba He- rodis apud Matth. & Mar. esse pronuntianda more hæsitantis, & interrogantis, vt sit sensus: num hic est Iohannes Baptista? num ipse surrexit à mortuis? & quem ego decollauit Iohannem? num hic surrexit à mortuis: sic videtur Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum capite quadragesimo- tertio sentire. Sunt etiam qui apud Marcum leg- ant, dicebant, vt Augustinus eodem loco legit. Sed editio emendata, & textus græcus: ελεγειν habent, id est, dicebat. Diuus Hieronymus in Mat- thæum intelligit ea verba Herodis apud Matthæ- um, & Marcum dicta esse per Ironiam. Prima re- sponso, vera est. Potest, & alia adijci: Herodem quidem semper dubitasse, vt Lucas ostendit: sed interdum, non tamen sine dubio aliquo affirmasse Iohannem esse, id est, videri Iohannem surrexisse, quod affirmant Matthæus, & Marcus, licèet subti- ceant dubitationem expressam à Luca. Deindè quid prohibet dicere, nunc hæsitando loquutum, nunc affirmando?

7. 3. Iohannem ego decollauit] quasi dicat, scio me Iohannem decollasse, an verò iste sit Iohannes dubito, Buthymius Matthæi decimo, & Chryso- stomus hom. quadragesimanona innunt his He- rodem negare voluisse eum, de quo talia audierat esse Iohannem; nam dicebat, Iohannem ego interfe- ci; quod licèet vulgus sciat, & opinetur surrexisse, hoc tamen creditu difficile est, vt interfectus sur- xerit. quæ expositio sic intellecta, non videtur re- prehendenda, quamuis Cardinalis Toletus eam teijciat annotationè decimanona, in caput nonù Lucæ, non excluditur tamen his verbis omnimoda dubitatio Herodis num iustè esset Iohannes à mor- tuis reuocatus: nam de alijs audierat Herodes in vitam reductos Dei potentia.

A 4. Pueris suis] cum Antipam non legamus ha- buisse filios. hic per pueros, famulos intellige, qui illi assidebant.

Resurrexit] falsum est non de verareurrectiõ- ne in idem corpus intellexisse, sed μετεμψύχωσις, Pythagoræorum, nam neque etiam Pharisei ita resurrectionem intelligebant, si Iosephum sequa- mur libro secundo de bello Iudaico, capite septi- mo. Videtur enim tantum id Phariseis adscribe- e; non omnium, sed bonorum duntaxat animas in sua quidem, sed meliora, & ita quodam modo aliã corpora, in resurrectione redituras, quod omnes fermè Iudæi credebant. Facile èrgo Iudæi credere poterant surrexisse Ioan. & quia vir erat sanctus, & verò etiam iniustè occisus, idque ad scelus He- rodis indicandum.

Obseruat Chrysofotomus homil. quadragesimã- nona operis in Matt. plus territum Herodem post mortè iusti, quam dum ille viueret. Vexabat enim eum, & flagellabat rea conscientia, ne fortè Deus vindices de tanto scelere pœnas expostularet, huiusmodi sunt hi, de quibus ille: quos diri conscia facti mens facit attonitos, & caco verbere cadit; ita Cain omnia suspecta erant, vt diceret Gene. 4. ero vagus, & profugus in terra: Omnis igitur qui in- uenerit me, occidet me. Raba. in Matthæum, quanta est, inquit, inuidia Iudaorum hinc docemur: Iohan- nem à mortuis potuisse resurgere, nullo teste Herodes alienigena pronuntiauit Iudæi Christum quem Pro- pheta prædixerant, non resurrexisse, sed furtim abla- tum esse credere maluerunt. Vide quam promptior sit animus gentium ad credendum, quam Iudaorum.

6. Virtutes operantur] Gr. δυνάμεις ενεργεῖν ἐν αὐτῷ, id est, potestates operantur (vimenim acti- uam continet) in illo, id est, per illum, licèet Maldo. operantur, nec actiuè, nec passiuè, sed loco verbi neutri sumat, vt sit sensus virtutes, id est, miracula vigent, & apparent in illo. Hinc collige non ante necem Io. Herodem audiuisse de Christo, nam ali- oqui non existimasset Christum esse Iohannem, si sciuisset vtrumque simul vixisse.

7. Videre eum] tum vt agnosceret & aspectu inuestigare posset, essetne Io. sic Victor Antioch. Mar. 6. tum curiosità studio: nam de eo Luc. 23. scribit: separasse, signum aliquod ab eo fieri.

8. Die natalis] Orig. 14. ho. in Mat. notat nullius iusti, sed duorum tantum Herodis & Pharaonis ini- quorum hominù diè natalè in scripturis celebrari, quod Hier. & Be. obseruarunt. Et tamen Caluinus hunc morem (vt se Christianù ostendat sc.) laudat. Non sic Iob. c. 3. pereas dies in qua natus sum, & nox in qua dictus est, cõceptus est homo. sic. Iere c. 10. ma- ledicta dies in qua natus sum. hinc fit, vt & infantes statim atq; naicuntur, fetu præsentiant se in mala multa natos esse. Hinc Salomon: vocem similem o- mnibus emisit plorans. Ceterum, mos hic celebrandi natalis ab Ethnicis, seu idololatriis defluerat: vt qui nullù post hanc vitã bonum expectarent, sum- mam in hoc fœlicitatem ducerent, cum tamen hic plena sint miseriarum omnia.

Cum dies opportunus] vel cõiuiuo exhibèdo, vel saltatrici, hoc est, Herodiadi potior ad petendum.

9. Filia ipsius Herodiadis] Salome ex Philippo priore marito genita, proptereã, nõ vocat Herodis filiam, sed Herodiadis. Notat Maldo. 14. v. 7. videri Herodiadem hanc occasionem natalis diei obser- uasse: eaque de causa filiam ad saltadum induxisse. De diuina vltione in hanc saltatricem, vide Nice- phorum hist. l. 1. c. 19. & 20. & Metaphraf. in ser. de S. Io. quem recitat Sur. to. 4.

Et sabbasset] sic post ebrietatem choreæ, sic Israë- litæ eleuatis aureis vitulis accubuerunt manduca- re, & bibere, & surrexerunt ludere. Rectè huc per- net illud Osee 7. 5. dies regis nostri, cœperunt princi-

8.

9.

10.

Mors Iohannis terret Herodem.

11.

12.

Natalis Pharaonis & Herodii.

13.

14.

pesfurere à vino, extendit manum suam cum illu-
sionibus.

15. A. In medio] & si forsan aliquis, choreæ inferri non omnino damnauerit; hæc tamen instar ignobilis scorti saltauit in medio mimarum instar, & impudentium mulierum.

16. Placuisse Herodi] Cùm tamen scriptura dicat Ecclesiasti. 9. cum saltatrice, ne sis asiduus, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.

17. Choreæ & saltationes à demonib. Basil. in illud Isai. 18. 21. pilosi saltabunt ibi, tradit saltationes didicisse homines à Dæmonibus ipsis, & quia lætitia dæmonum, est hominum interitus; vt Angelorum gaudium peccatoris cõuerfio & vitæ tripudiantibus, & choeras exercentibus hominibus, solent dæmones agere choreas, & tripudia.

18. Obseruandum, non modo apud omnes ferè gentes, sed apud Hebr. quoq; eam consuetudinem viguisse, vt in cõuiujs splendidioribus; vt potè sacris, natalitijs, nuptialibus funebribus vt musico vterentur modulatu, vt ex scripturis haberi potest Ecclesiasti 32. 4. & 40. 20. & 46. 1 & 2. Psalm. 68. 13. Isai. 5. 11. 12. & Isai. 24. 8. 9. Amos. 6. 5. 6. Luc. 15. 25. quin auctor est Tertull. in apol. c. 39. & Cyprian. ad Donatum in cõnis Christianorum initio Ecclesiæ cantum esse adhibitos.

Porrò Homerus in Odis vtriusque musicæ. i. eius quæ voce, & quæ instrumentis fit; atq; saltationis, quæ musicæ comes est, crebram mentionem facit in epularum descriptionibus. Nam cantum, & saltationem, vocat conuiuiarum anathemata. i. sacra donaria, vel vt interpretatur Eusthatius ornãmẽta conuiuiorum, & Lucianus exercitium diuinum, & sacrum, vt potè sine quo nulla sacra, festiuitates nullæ fieri consueuerunt: vt notat Pradus in Ezech. 23. ver. 42. vbi etiam meminit carminis inter symposia quod σκολιδὸν appellabant.

19. 11. Et iurauit illi] ab ebrietate libido, à libidine, stultæ promissiones emergunt. Alb. in Matth. hinc patet ait, quantũ libido Herodem occuparit, cuius aris talia thura obtulerit, vt & dimidiam regni sui partem polliceatur. Turpis fuit si iurandi causam spectes. Stultus in iurando. impius in reddendo. sic Esther 7. Rex Assuerus, quæ est, inquit, petitio tua Esther, vt detur tibi, & quid vis fieri etiam si dimidiam partem regni mei petieris impetrabis: sed Esther petitio, vitam attulit: Huius infamis meretriculæ, mortem inuexit; Forsitan mos erat regum sic respondere. vel Herodes responsum Assueri regis voluit imitari. vel dum cæco carpitur igni; quam loquatur stulte, & impudenter non aduertit, & hoc verius.

20. Herodes an verè contristatus. 13. A. Pramonia] Gr. πρὸς ἐλπίδα inducta, instigata impulsã. Non enim nãdè admonitionem, sed vim quandam insuper significat. Strabus putat rem hanc ab Herode cõpositam, ne sponte sua, sed iuramenti coactus religione Ioannem videretur occidisse. Et Hier. in Matt. collusionẽ hanc esse existimat, vt Herodes, cum Herodiade primum conuenerit, de occidendo Ioan. in die natalis sui, iuraturandi religione interiecta. At non credo; nam vt rectè docet Maldon. multo meliores prætextus querere, inuenireq; potuisset. Deinde quia verè videtur contristatus, vt Euangelista significat. v. al. dè etiam illi probrosum erat, saltatũ puellæ precibus, ac ne precibus quidem, occidere: neq; enim virum alioquin astutũ latebat, facillè eam rẽ euulgari potuisse: sanè cùm populum timeret rationem potius minuendi sceleris excogitasset aliam, non hanc tragædiam composuisset, qua scelus magis augebatur.

In disco] discum puella attulit, vt mora nulla intercederet, reoq; obtulit, quod Matth. significat, dum addit: hic in disco, q. d. in hoc disco quem

præfero, ne moras nocte, promissa reposco.

Caput Ioan. Bapt.] vide quam pretiosum ferculum ex regio conuiuio rapere velit impia, ac crudelis lupa. Cernebat regem vino, & libidine ardentem; idè tum maximè vrgebat. volo; vt protinus des mihi hic in disco caput Ioan. Bapt. volo, inquit, videfne puellam turpem, & obscõenam, Imperare, Regem vero libidini seruientem indignissima iussa capeffere?

14. Contristatus est] iuxta Hierony. sententiam Herodes trititiam in facie, lætitiã in mente gerebat, vt merito à Christo vulpes appellatus fuerit Luc. 13. sic & Caiet. At melius August. docet serm. 1. & 2. de Decollatione Baptistæ, quæ sequuntur Iansen. & plures, scil. non fuisse hæc simulata, sed verè contristatum Herodem. videtur existimasse stultus rex iureiurando se stringi ad nefandum facinus. Quin & procerum etiam conspectu erubuit, non stare promissis. Gr. πῶδ' αὐτῷ γινώσκων. Eras. m. vertit, dolore affectus, sed multò melius interpret noster, contristatus est. vide Canum lib. 11. c. 3. ar. 7. Gratianum 22. q. 4. per multa capitã.

Rex] reuera, rex non erat, sed Tetrarchia par regno habebatur.

Propter simul discumbentes] D. Thom. Matth. 14. scribit, rogasse accumbentes Principes pro puella, vt caput illi Ioan. concederetur. & si erubuisse hic significatur Herodes non stare promissis ob tot Principum, ac procerum conspectum.

Contristare] Interpret legit, vt videtur ἀπαίσια, quemadmodũ habet Matt. Græca tamen quæ nunc extant, vt inquit Gagn. habent apud Marc. ἀπείθεα, quod aspernari significat, quasi dicitur noluit eam aspernari, ac cõtempribilem reddere: quod facturus videbatur si promissa non præstitisset. Mihi, inquit idem Gagn. magis proprium videtur aspernari, quam reijcere, nisi dicas reijcere postulatã.

22. 15. Misso speculatore] Gretzer. l. 1. de Cru. c. 14. sic scribit: notauimus supra ex Tertull. Romanos milites tormenta, & supplicia administrasse, ex quibus illi, qui gladio in reos animaduertebant, proprio nomine speculatores, seu, vt alij rectius legunt, speculatores vocabuntur, ad hoc primum instituti, vt quidam volunt, vt hostilia silentio perspicerent. Gr. ὁμιήσας σκοποῖς & ἡσυχαστοῖς appellatur à speculari, non à speculis; vt rectè obseruat Leximus Torrentius in cap. 25. Suet. in Calig. speculium enim à recentioribus dictum, quod olim pilum vocabant, si credimus Vegetio. Atqui pilum commune legionariorum telum erat, non his peculiare, qui satellitij causa principibus aderant, quibus Suet. in Claudio cap. 35. lanceas tribuit, specula daturus potius, si à speculis nominatũ. Huc accedit Suid. auctoritas in Lexico, cùm ἀπειθεῖα δὲ πρὸς φόρον exponit. Hi ergo non solum explorandi, & custodia causa Principibus aderant, sed & in damnatos lege agebant. Speculatores faciet, inquit, Iulius Firmicus lib. 8. 26. qui nudato gladio hominum amputent cervices. Herodes quoque misit ἀπειθεῖα, vt habet S. Marc. 6. qui decollaret Io. Bapt. hæc Gretz.

Spiculatores qui.

23. 16. Attulit caput eius in disco] Hic exclamare libet cum Mantuano l. 8. de Festis diebus:

O scelus, ò immane nefas, ò cognita nunquam Ante hac impietas! hominum sanctissimus isti Traditur incestæ, pellex olidissima calcat Fas & iura, decus mundi ludibrio habetur A meretrice, iocus de maiestate triumphat, De virtute scelus, de iure iniuria: sicq; Natura simul, ac morum subuertitur ordo.

Et Chrysoft. hom. 1. in Decollat. Ioan. mensa migrat in caueam, in arenam vertitur domus, sunt de pransoribus spectatores, mutatur furor in conuiuium, fit cibus cades, vinum transit in sanguinem, finis apponitur in natali, in ortu exhibetur occasus, conuiuium mutatur in homicidium, organa vertuntur in funus,

tragedia personant saculorū, intrat bestia, nō puella, querit caput amputare, non saltare, discurrens fera, nō femina, aspergit iugas per ceruices, non capillos, anfractibus dilatat membra, seuitia crescit augmentū, fit grandis crudelitate, non corpore, & singularis fera vsq; dum capiat pradam fremis ore, dentibus frendet ferrum non suscipit, sed producit. De hac atrocitate Sybilla Heritza praeinuerat l. i. oraculorum sic:

*Barbarus & tandem saltatibus illaqueatus
Mercedi vocem hanc casam concedet iniqua.*

vocem autem Ioannem intelligit.

Nec mirum tam acerba, tam nefaria molitam esse feminam vnam Herodiadem, quae tot insatrabiles, tot inanes animum affectus gestabat in pectore, quibus tanquam crudelissimis tyrannis subdebatur, & in omne scelus agebatur. Equidem arbitror in eius animum quatuor illa vitia insatiabilia influxisse, quae illam tanquam cestro quodam percitam insanire faciebant. De quibus, sic Prouer. 30. 15. legimus: *sanguisuga (hyrudini) dua sunt filia (duo ora) dicentes: affer affer, tria sunt insatrabilia, & quartum nunquam dicit sufficit, infernus, & os vuluae, & terra, quae nō satiatur aqua: ignis vero nunquam dicit: sufficit.* His quadruplex cupiditas, inquit Pradus Ezech. 16. versiculo 28. indicatur. Prima sanguinis & vindictae appetitus, qui per hyrudinē sitibundam duplici ore sugentem sanguinem apprimē significatur: quod iste carnifex (appetuum dico vindictae) ore famam proximi, semper corrodat, & ore gladii corpus dilaceret: vel quod duplici capite ira sc. & inuidia sanguinem sugat. Secunda est libido, & concupiscentia carnis per os vuluae designata, quod in eo maximē vigeat: etenim mulieris concupiscentiam insatiabilem esse satis nos docet Herodiadis exemplum, & Herodis istius. Tertia est auaritia, & diuitiarum appetentia, terrae similis, quae nunquam aquis satiatur: ideo *Pluto* nominatur, qui Deus est subterraneus; & hydropisis, de qua ille: *Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.* Quarta est gloriae auditas, ecce ignis summa petens, quique omnia in se conuertere nititur, sibiq; subijcere. Hae certe quatuor infamia scelera Herodiadem perurgebant ad necem sanctissimi viri Baptistae omni studio curandam, his illa agitata furij omnia sua consilia, cogitationesque dirigebat, vt virum illum de medio tolleret, quem sanē suae libidini, auiditati gloriae, diuitiarumque splendori obesse putabat. Hinc insatiabilis ille sanguinis & vindictae appetitus.

Sed in primis insignis hic fuit huius feminae & impotentis Herodis adeo saeva libido, vt meritō non tantum sugentis, ac sitibundae hyrudinis exemplo in prouerbij; sed onagri etiam similitudine praescripta videatur apud Hierem. 2. 24. vbi ait: *onager assuetus in solitudine, &c. attraxit ventum amoris sui, nullus auertat eam, omnes qui quarunt eam non deficient (defatigabuntur) in menstrui eius inuenient eam.* dicitur enim onagra cum semel uaribus hausit masculi odorem, ita perditē insequi illum, vt nullis viribus detineri queat, ac retardari à cursu: & qui eam insequuntur, frustra laborant: Quod si lassari nolunt, inuestigēt caueam, qua cum masculo quiescit: nam nisi praegnaus capi non potest. Sic Hier. Israëlitici scorti appetentiam insatiabilem eleganter significauit; sic talem etiā meritō dixerit Herodiadem, quae tanquam onagra, vbi semel superbiissimi regis, ac spurcissimi hausit odorē nulla vi sanctissimi venatoris Baptistae auerti potuit. Quin ita illum dilassauit, vt vitā illi prius abruperit, quam à via semel coepta destiterit. Hae obiter.

Puella dedit matri suae Herodias accepto capite illi illulit, linguam acu transfodiens. sic Hierony contra Ruffinum innuit: nec magnoperē, inquit,

glorieris si faciās quod scorpiones possunt facere, & cantharides. Fecerunt haec Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Io. quia veritatem non poterat audire, & linguam veriloquam discriminali acu cōfoderunt. De malitia mulieris, vel etiam de Herodiade, vide Chryf. ho. 1. de decol. 10. Bap. seu ex varijs locis in Matt. hom. 15. lege Chrysol. ser. 127. 173. 174. & Aug. 2. de cons. 43. & Canum. l. 11. c. 3. & 5. ar. 3. apud quos, plura de Herodiade inuenies. Quae vt hoc obiter in memoriam reuocem, non erat filia Arethae, sed Aristoboli. vide canum & Ianse. & nouum Euseb. Et nota quod ob similem causam Chrysol. 1. contra vituperatores vitae monasticae, dicit, Paulum à Nerone occisum.

17. *Discipuli eius venerunt*] verosimile est, petijse ipsos corpus ab Herode, quod fecit Ioseph ab Arimathaea, dum petijt à Pilato corpus Iesu. Acceptū verò in Sebasten, seu Samariam adduxerunt, sic Ado in Martyrologio. Certē sepultum in vrbe Samaria Ioannem, docet Nicephorus li. 10. c. 13. Isido. l. de Patribus. Hieron. in epitaphio Paulae epi. 27. & in prologo Abdiz. Noster Barra. putat postea sepultum fuisse corpus eius in Samaria, alioquin eo tempore quo occisus est Ioa. non coutebantur Iudaei Samaritanis. de cap. dicam mox. *Corpus*] interpres, inquit Gagn. legit *εἶμα*, id est, *corpus*: constanter tamen omnes graeci codices habent *πῶμα*, id est *cadauer*.

Ceterum quo loco conuiuium hoc sit exhibitum, non constat. Beda in Martyrologio significat Hierosolymis instructum die 24. Febr. in Romano Martyrologio legimus caput Io. Baptistae primò inuentum Hierosolymis, & vt vult Baro. 29. die Augusti apud Herodis olim regiam. videtur igitur regia, in qua celebratum est hoc epulum Hierosolymis fuisse. In ea enim domo videtur sepultum caput, in qua conuiuium est celebratum, quare & ibidem postea primò inuentum à monachis quibusdam docet Nicepho. l. 12. c. 49. Quamuis etiam fuerit secundò inuentum tempore Valentis. cuius inuentionis fit mentio 29. Aug. in Rom. Martyr. vide Baro. in notis Martij 29. Aug. Metaphrastes in vrbe Samaria, vbi erat Herodis regia conuiuium exhibitū putat, in enchomio de exportatione manus dexterae Io. ex Antiochia, quod non est credibile. nam nō erat Samaria sub hoc Herode ex Iosef. l. 17. antiqui.

Probabilior mihi videtur eorum sententia, qui affirmant conuiuium hoc in arce Machaeruntina exhibitum fuisse, nam Iosephus l. 18. c. 10. secundū aliam editio. c. 14. in ea arce vincitum fuisse Ioannē clarē significat, & cum subito sanctum caput allatum sit in disco ad conuiuium, & puella dixerit: *volō, vt protinus des mihi* &c. nō est dubitandū eodē loco paratum esse conuiuium, in quo erat Io. vincitū. Potuit tamen caput adduci Hierosolymam, ibique sepeliri in regia Herodis. vide quae notauimus l. 3. c. 6. in Schol. ad vers. 3. Erat autem Machaeruntina arx in Transammana regione, id est, in regione trans Iordanem, non longē à mari mortuo, non autem in Galilaea. Porro Transammana regio cū Galilaea, & ducēta talēta annua cessere Antipae.

18. *Quod cum audisset Iesus, secessit*] Possunt haec referri ad ea quae praecesserant scilicet ad ea, quae dixerat Matt. de exultatione Herodis de Christo, & desiderio videndi illum. Hae enim historia de necē Io. adiecta videtur esse veluti obiter, & per occasionem. Sic Chrysol. ho. 50. & Euthy. (licet is etiam dicat ea verba: *quod cum audisset*, referri posse ad necem) si ergo hunc modum Chryso. sequamur, rectē consentiet causa secessus Christi, noluit enim curiositati Herodis cōsentire. quare ne videretur, secessit; & fortē etiā vt homicidij patrandi occasionem tolleret. Alijs magis videtur textus Matth. exposcere, vt ad necē illa verba: *quod cum audisset*,

24.
Herodiadis
uipies.

27.

28.
ubi conuiuium
hoc celebratum.

29.

30.

25.

26.

referantur. Et hoc modo causa secessus secundum Matth. est audita cædes Io. ad subleuandum enim dolorem ex nece illius, & fortè ad subtrahendam materiam homicidij, secessit.

31. Porro Dominum necem Io. à discipulis Io. audisse, certum videtur; illud verò de fama Herodis, & existimatione de Christo videtur audisse à discipulis suis redeuntibus. Neque enim Euangelistæ ponunt alios, à quibus audierit, cum tamen inuatur statim id in reditu discipulorum audisse.

Et conuenientes Apostoli] dicit conuenisse, quia ante diuisi, ac Bini misi fuerant.

32. 19. Et ait illis, venite seorsim] ponitur hic alia causa secessus, quam Mar. & Lu. assignant quod nimirum redierant discipuli è missione fessi, ac de fatigati, vt paululum quiescerent. Cum enim tanta turba ad Christum afflueret, vt ne sumendi quidem cibi spatium ipse & discipuli haberent, iussit seorsim in desertum secedere, vt paululum ibi quiescerent, quo, ingressi nauim, abierunt. Itaque aliam causam scribit Matth. secessus, aliam reliqui duo Euangelistæ; Matth. vel existimationem Herodis, & videndi desiderium, vel necem Io. reliqui Euang. reditum discipulorum quiete aliqua egentium.

CAPVT XIX.

QVINQVE PANIBVS PASCUNTVR QVINQVE HOMINVM MILLIA.

A. 14. 13. B. 6. 32. C. 9. 10. II. D. 6. 1.

I. B.



ascendentes in nauim abierunt in desertum locum seorsum. C. qui est Bethesda. D. trans mare Galilæe quod est Tiberiadis.

2. B. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & prauenerunt eos.

3. D. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur.

4. B. Et exiens vidit herbam multam Iesus, & misertus est super eos, qui erant sicut oves non habentes pastorem, C. & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat.

5. D. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.

6. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudaorum.

7. C. Dies autem cæperat declinare, A. vespere factò, C. & accedentes duodecim, dixerunt illi: demitte turbas, vt euntes in castalla, villas q. quæ circa sunt diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus.

8. A. Iesus autem dixit eis: non habent necesse ire: date illis vos māducare. B. & dixerunt ei: Euntes emamus

A

ducentis denarijs panes, & dabimus eis manducare.

9. D. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: unde ememus panes, vt māducēs hnt?

10. Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset factururus.

11. Respondit ei Philippus: ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis vt unusquisque modicum quid accipiat.

12. Et dicit eis: quot panes habetis? ite & videte. & cum cognouissent:

13. D. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas, frater Simonis Petri: est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? (similiter & alij) C. dixerunt: non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces, nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.

B

14. Dixit ergo Iesus: facite homines discumbere, B. omnes secundum cornuberna, (vel) C. conuisua quinquagenos. B. super viride fenum. C. & ita fecerunt. D. erat autem fenum multum in loco.

Discubuerunt ergo viri, B. in partes per centenos, & quinquagenos, D. numero quasi quinque millia, A. virorum, exceptis mulieribus, & parvulis.

C

15. B. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, intuens in caelum, D. cum gratias egisset, B. benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus, D. quantum volebat.

16. B. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.

17. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: colligite, quæ superauerunt, fragmenta, ne pereant.

D

18. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ superauerunt his qui manducauerat.

19. Illi ergo homines, cum vidissent, quod Iesus fecerat signum, dicebant: quia hic est verè propheta qui venturus est in mundum.

SCHOLIA.

I. B. TRANS mare] Lacus est, & more Heb. mare dicitur omnia aquarum congregatio, siue dulciū, siue salinarum: à Luca dicitur stagnum Genesareth ex Ios. 13. de bel. Iud. c. 18. patet in latum 40. stadia, in longum 100. licet Aegesip. 3. c. 16. longum dicat 140. stadijs. Continet autem miliaria Italicum 8. stadia. Dicitur mare Galilæe regione

A. & B. quinque millia.

D. Accipit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, dedit illis panes: & diuisit illis: & piscibus qui cum volebant.

A. Et cum audissent turba sequuta sunt eum pedestres de ciuitatibus.

B. Et cepit illos docere multa.

B. Cum hora multa fieret. A. Accesserunt ad eum discipuli eius.

regione ad quā est fitū. Erat enim in finibus vtriufque Galilææ. Tyberiadis verò; à Tyberiadē ciuitate, posita ad eius caput.

Hæc ex Hiero. Ezech. 47. sub finem dicta est Chinereth, sine Chinereth, quæ Iosue 19. 31. Cenereth dicitur. Hinc Iosue 12. 3. legimus mare Ceneroth. Dicta est autem Tyberias, ab Herode. erat. n. in eius Tetrarchia, & cum diruta fuisset ab eo refecta fuit, & de Tiberij Cæsaris nomine Tiberias vocata Trachee olim dicebatur ex Plin. l. 5. c. 15.

Dicitur etiam hoc stagnum Genesares, seu Genesar, à terra adiacente eius litori. Nam vt dicit Aegesp. tota regio Genesaris vocabatur.

Aqua huius lacus dulcis & potabilis. Vnde proinde non meminere fortè Euangelistæ in hoc conuiuio potus, nimirum aderat ibi aqua dulcis. Hunc lacum describunt, vltra Iosephum. Plin. l. 5. cap. 15. Strabo lib. 16. Aegesp. l. 3. c. 20. Vide etiam superius c. 8. l. 3. Dilucida.

Bethsaida locata erat inter Tiberiadem, & Capharnaum, illam in principio lacus, hanc in vltima parte eiusdem. Porro erat in ripa citra lacum venientibus à Iudæa, & Galilæa. Desertum autem hoc pertinebat ad hanc urbem, & situm erat inter Bethsaidā, & Tiberiadē, huc ergo Christus appulit.

Obijcies Ioannem affirmare Christum trans mare abiisse. Respõdeo vel trans dixit respectu vementiū ex Aegypto, vt Itali etiā dum sunt in Germania illos populos transmontanos vocant, sic Iudæi cum venirent ex Aegypto ea loca trans Iordanem, vel trans mare Galilææ dicebant; & sic etiam vsus obtinuerat, vt ita sæpè loqueretur etiam traiecto amne. Vel dic vocè Heb. tam citra, quā vltra, significare, vt vult Mald. in c. 4. Matt. v. 15. Vel id dicitur quia nauicula traiecerat Christ⁹ partē lacus, veniens in locum appositum ei, vbi prius erat. Erat enim sinus quidam, vel promontoriū inter vtrumque locum. Vide item c. 21. huius lib in Schol. n. 2.

Sed iterum vrgebis locum miraculi ex Niceph. l. 8. c. 30. propè Tiberiadem fuisse, ait enim Helenā Tiberiadem venisse, vbi Ιουδαϊστος, id est duodecim thronorum templū statuit, quo loco Christus quinque hominum millia pavit. Fateor ita scribere Nicephorum. At mihi Lucas instar mille Nicephorum est, & eò ampliùs, qui eum locum, desertum Bethsaidæ vocat. Potuit talis esse fama, in eo loco miraculum esse patratum, hæc falsò sequutum Nicephorū, falsitati verò locum dedisse verba illa Ioa. trans mare Tiberiadis. Durior verò est illa responsio ad Lu. locum illum vltra mare, ad Bethsaidam pertinuisse, idèò dici desertum Bethsaidæ: gratis hæc dici, & sine fundamento videntur.

Cur autem abierit seorsum, quatuor causas reddere possumus ex superiori capite, tum vt sæuitiæ Herodis cederet, seque interim hominem declararet Christus, & materiam subtraheret patrādi homicidiū, vt Hiero. Mat. 24. & Beda sentiūt. Tum vt dolorē solaretur ex nee Io. Tū 3. ex Lu. 9. & Mar. 6. 31. q̄ discipuli eius, legatione functi, ac benè defatigati redierant, & ob id quiete egerent. Tum 4. & quidem maximè, quia Herodes querebat eum videre, quæ ex superioribus cõstant. Barr. putat, nõ esse verosimile secessisse ne occasionem præberet Herodi: nam, inquit: optabat eū videre, quare potius ob dolorem Ioannis necis se recepisse, quo se, & suos solaretur. Verum arbitror veram esse Hieron. sententiā. Nam Herodes erat crudelis, & emuli poterant contra Christum multa suggerere. Imò Lu. 13. 31. dictum est illi à Phariseis, exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Quarè vt vera sit etiā causa illa leuandi doloris, non proptereà hæc rejicienda est.

Docemur & hinc interdum nos recipere, & ad orationis quietem, & secessum cõfugere de medijs

turbis, vt resumpto spiritu, ac refocillato, melius etiam illæ iuuentur. Quemadmodum terra maiorem vim habet ad producendas fruges, si quiescat interdum, nec semper iacta semente exerceatur.

Et illud hic obseruandum, quod ad mores pertinet; nimirum legimus Christum ad mare interdū venisse tantum, nec esse tamen illud ingressum, Matt. 4. ambulans Iesus iuxta mare Galilææ. Aliquādo ingressum etiā fuisse, sed itatim indè reuersum, vt cum Lu. 5. nauem Petri ingressus, egressusq̄; dicitur. Aliquando legimus illum ad mare venisse ingressum quoque esse, sed præterea trans, illud abiisse. Quibus Dominus videtur significasse tria hominum genera. Quoddam eorum, qui audiunt cõciones, templum adeunt, verum pœnitentiæ mare ingredi nolunt, quia nolunt restituere, peccandi occasiones præcidere, &c. quoddam verò eorum, qui ingrediuntur quidem pœnitentiæ mare, dum dolent, commissa desunt, occasiones peccandi auferre statuūt &c. sed illicò ad pristina reuertuntur. Similes hi sunt ijs, qui ædificare aggrediuntur palatium, & parietes vtrumque erigunt, sed postea morte hinc subtrahuntur, & fit sæpè stabulum id, quod imperfectum relictum est. Ita hi veluti palatium quoddam molliuntur, dum se pœnitentiæ tradere statuunt, & aliquo modo manum operi admouent, sed statim opere imperfecto relicto in peccatum, tanquā in mortē incidunt, & ad pristina scelera reuertuntur, atq; ita in dæmonū stabulum euadunt. Postremò tertium est illud illustre hominum genus, qui in benè coceptis ad mortem vsque perseverant. Hi cum Christo mare traiciunt pœnitentiæ, & cū illo satiantur in amoenissimo gloriæ deserto cum sanctis, ac beatis spiritibus.

2. Et pedestres de omnibus ciuitatibus] præuenisse hi dicuntur, quia minus itineris terra fortassis conficiendum erat, quam nauis, ob promotorium aliquod, vel quia vento lenitè flante, vel quia fortassis ita Domino placuerat ad discipulorū quietē nauis lentè progrediebatur. Et ex hoc etiam loco constat desertum hoc citra lacum fuisse, quomodo. n. eo pedibus peruenire potuissent, nisi pertrāsset ponte Tiberiadis. At huic intelligentiæ repugnat Matt. vt habes v. 2. hic ad marginem, & Marc. hic v. 2. & 4. significantes turbā bona ex parte præuenisse Christum, quod non potuisset facere, si tam magnum iter fuisset conficiendum etiam pertransiro ponte; sed magis repugnat Lucæ, qui dixit hoc desertum fuisse Bethsaidæ: at qui constat Bethsaidam, eiusq̄e desertum citra lacum fuisse, antequā perueniretur Tiberiadem.

3. D. Sequebatur eum] Vt olim Deus populum suū de Aegypto educens præcessit illū in columna nubis, & ignis, & in deserto pavit pane de coelo misso: ita nunc Christus in columna nubis propter purissimā humanitatē, & ignis propter diuinitatē (est. n. Deus noster ignis consumens, Deut. 4.) deducit populum suum in desertū procedens, vt à dæmonū feruitute, & inferni tenebris liberum reddat, ibique fame laborantem reficiat.

Quia videbant signa, quæ faciebat super his &c.] Aduertit hic Card. Tol. ob tria potissimū Christū Dominū omnia sua miracula curandis hominum corporibus, & miserijs depellendis contulisse. Primū, vt fidē persuaderet: nam cum ea, nõ ex intellectu modo, sed voluntate etiā benè affecta pendeat; plurimū ad eam persuadendā iuuat beneuolos hominū animos sibi reddere. Hinc est quod viri sæpè religiosi, vt animas lucentur, corpora etiā curant, & humanis beneficijs afficiūt eos quibuscū versantur. Alterū est, vt indicaret finē, propter quē venit ad nos. Adijt. n. nos tanquam medicus morbos depulsurus animarū, & nostris medicinā vulneribus facturus. Deniq; vt se de cõlo descēdisse ostēderet,

Tria hominum genera notanda.

10.

11.

12.

Ob tres causas Christus fecit miracula.

non ex iustitia, vel vllis nostris id reposcentibus meritis, sed sola miseriarum nostrarum commiseratione commotum, quam idcirco passim tot misericordiarum operibus edendis declarabat.

13. 4. B. Et exiens vidit] exisse de naui arbitror, nō vt Hiero. & Euth. & multi ex recentioribus interpretantur de deserto exisse. Nam Marc. docet turbas præuenisse eum: quomodo ergo ad eas exiuit de deserto? quomodo eis obuiā venit? quod ergo Lu. dicit excepisse eos, vt habes hoc eodem v. idem est cum eo quod habet Marc. & exiens vidit turbam multam. & misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, & cepit illos docere multa. Quod & Lu. subiicit: & loquebatur illis de regno Dei. Neq; verò aliud videtur indicare posse ille dicendi modus: & exiens, cum præcessisset ingressus in nauim. Itaque vbi hæc fecit cum turbis subiit in montem, & ibi cum discipulis aliquantulum quieuit: postea accesserunt discipuli petentes, vt turbas dimitteret: & interrogatus est à Christo Philippus, & tandē factum est miraculum, pro vt in textu huius capituli habes & l. 4. de rebus Evangelicis c. 19. si attentè consideres.

14. 5. Subijt ergo &c. ergo, innuit causam cur montem incēderit, nempe quia multa cōuenerat turba, quæ triduo sustinuerat eū, & cibatu egebat, vt interim quiescerent à tumultu discipuli, & ex apertiore loco ad cōuiuū se accingeret, idēdē subiit &c.

Christus mons in scripturis.

Christus mons dicitur in scripturis, tum ob eminentē suppositi dignitatē, in quo humanitas subsistebat, tū ob vitæ, & virtutū doctrinæq; præstantiā, de quo monte vaticinatus est Isā. 2. & erit in nouissimis diebus preparatus mōs domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Per nouissimos dies Hiero. ait, tēpus Melsiæ significari; per domū Domini Ecclesiā, ergo Christus mōs est, in quo Ecclesiā cōstructa est, & stabilita: de qua illud item Mat. 5. dicitur: nō potest ciuitas abscondi supra montē posita. Hic mōs in vertice montium est, & super colles. i. excelsis oēs Prophetas, Patriarchas, Apostolos, deniq; sanctos, qui instar montium ceteros sanctitate excellūt, itēq; cūctos alios minores, qui instar collium sunt. Mons iste de paruo illo lapide excreuit, de quo Dan. 2. abscissus est lapis de monte sine manibus. Vbi tamē mōs Ss. Virg. rectē apteq; accipi potest Dei Mater gloriosissima, de qua sine viri opera eductus est lapis iste Christus Dominus, qui factus est mons magnus, & impleuit vniuersā terrā. E. vide quā benē conueniat quod hic dicitur de Christo & sequebatur eū multitudo magna, cū eo qd Isā. 2. & Mich. 4. habetur: & fluēt ad eū oēs gentes, & ibūt populi multi Pluuiæ de mōte ad valles descendūt: quin & lumē quoq; ita si gratiarū imbrē, si quoties collustreris lumē de hoc monte demitti tibi desideras, vallis esto per humilitatis, modestiæ, & submissionis virtutē. 6. Erat aut proximum Pascha] Hinc patet Io. annū fere integrū silētio præterijisse.

15. qd n. de languido narrat c. 5. in Paschate gestū fuit, vel certē Pentecoste. At nunc alterū Pascha post illud scribit impendisse cū hoc miraculū factū est. Hoc verò tēpore intermedio multa gesta sunt, quæ alij Euāg. literis tradiderūt, & l. 4. de rebus Euang. post miraculū restitutæ sanitatis languido à nobis collocata sunt. Quare cū Io. hic ait: post hæc abiit &c. nō significat post narrata præcedenti c. sui Evangel. statim editū fuisse hoc miraculū, sed longo post tempore. Ex libris verò de rebus Euang. & ordine ibi à nobis posito, liquet hoc Pascha fuisse 4. à baptisate Christi, quāuis sic 3. Pascha numerādo illud ab eo Paschate qd cōsequutū est statim nuptias in Cana Galilææ. Quare vix probabile est qd A. gler. 1. de Epiph. refert, itemq; Beda; miraculū istud panū eodē die, quo nuptiæ, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

16. 17.

17. Hinc patet Io. annū fere integrū silētio præterijisse. qd n. de languido narrat c. 5. in Paschate gestū fuit, vel certē Pentecoste. At nunc alterū Pascha post illud scribit impendisse cū hoc miraculū factū est. Hoc verò tēpore intermedio multa gesta sunt, quæ alij Euāg. literis tradiderūt, & l. 4. de rebus Euang. post miraculū restitutæ sanitatis languido à nobis collocata sunt. Quare cū Io. hic ait: post hæc abiit &c. nō significat post narrata præcedenti c. sui Evangel. statim editū fuisse hoc miraculū, sed longo post tempore. Ex libris verò de rebus Euang. & ordine ibi à nobis posito, liquet hoc Pascha fuisse 4. à baptisate Christi, quāuis sic 3. Pascha numerādo illud ab eo Paschate qd cōsequutū est statim nuptias in Cana Galilææ. Quare vix probabile est qd A. gler. 1. de Epiph. refert, itemq; Beda; miraculū istud panū eodē die, quo nuptiæ, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

A. tæ sint 6. Ianu. hoc verò miraculū instāre Paschate. Hinc etiā excluditur qd Cyr. l. 3. c. 11. affirmat: fuisse hoc festū tabernaculorū, cū Io. dicat proximū fuisse Pascha. Verūm Cyril. nō legit Pascha, qd tamē oēs tum græci, tum latini codices cōstanter habēt.

8. Euntes emamus] licēt sint, qui velint Apostol. habuisse eā summā pecuniæ, eāq; totā libenter obtulisse satiandæ turbæ: verosimilius tū est hæc ironicè dicta esse. Sar. n. benē nouerāt Apostoli, nō esse penes se eam pecuniæ summā. Est aurē credibile hoc nō oēs discipulos dixisse, sed quosdā dūtaxat.

9. Cū subleuasset oculos] Iis auditis Dominus, vt ostenderet: nō esse desperandū de Dei ope, licēt maxima adesse satianda multitudo, sed iactandā in eum spē, oculos subleuasse dicitur in omnē illā multitudinē, & Philippū interrogasse. Quāuis etiā quia largiri multitudinē cibum decreuerat, in morē boni patrisfamilias in illā oculis cōicerit; quas causas particula ergo significat, cur sc. oculos subleuarit auditis discipulis, causæ .n. sunt proximè dictæ. 10. Tentans eum] Quid sit tentare, dum Deo tribuitur ex c. 12. Gen. intelligere est, vbi sic scribitur: tēt auit Deus Abrahā, & dixit ad eum: tolle filiū tuū &c. & postea: nūc cognoui, quod timeas Dominū. Tentare ergo Dei, est arduū aliquod opus pponere, siue etiā graue aliquid, infligere, atque id eius rei gratia, vt probet hominē, num verē Deum colat, amet, obediat. Sic Abrahā obedientiā probauit, & quanti Deum faceret in corde suo: sic cæcitate immisā Tobiam num in aduersis immobilis permaneret, ita nunc Philippi animū probare voluit, num crederet, posse ipsum paucis panibus ingentē hominum cateruā satiare; simulq; vt Philippus aduerteret humanū hic subsidiū deesse, disceretur; miraculo postea factō, & experientia, se totū Deo in his cōmittere, & nimium nō esse sollicitū.

B. Sed quid opus Deo est exprimēto, cui omnia cordis latibula patēt? experimentū hoc facit Deus, nō quo ipse discat, sed vt nobis, vel etiā alijs hæc nota fiat ad nostrā & aliorum salutē. Cū ergo dicitur: tentauit Deus Abrahā, intellige vt exemplū bonum præberet & ostenderet, quanta virtus in athleta suo lateret, eumq; coronarer. Sic ad bonum Deus, diabolus autē ad peccatum, & subuersionē tantæ, quorū malorū intentator est Deus. Lege D. Amb. l. 1. de Abrahā c. 8. & D. Aug. ser. 72. de tem. & tra. 43. in Io. & ep. 146. & l. 2. de ser. Dom. in mont. c. 14. & D. Greg. 28. mor. c. 5. similiter cū dicitur, nūc cognoui quod timeas Deū, vel more hominum loquitur Deus, vt notat Mart. Del. qui cui rei periculum fecerūt, id se perfectē putāt nouisse: vel vt exponit Diodo. omnibus notum fecisti; vel cum Aug. q. 58. & Greg. l. 18. in Iob. c. 7. nosse te feci. S. Hil. in Psa. 1. interpretatur, nosse dignatus sum, non fuisse tantā tam clara obedientia Abrahā, latuisset patientia Iob, Tobiz quod fortitudo sepulta iacuisset nisi tentati fuissent. Hoc est quod facit nos gloriari in ijs malis, quæ patimur: nā persuasum habemus, illa nobis euenire ad probationē nostrā, vt per mala probati nobis ipsi cogniti simus, & ex cognitione, vel in spē assurgamus, vel ad humilitatē erudiamur: spes n. gignitur in nobis adipiscendi regni cælorum, dum perspectum habemus ferre nos aliquid posse durum, & asperum pro Christi nomine: quod si impatiētes fuerim, discimus quā longē sumus à pfectorū statu, deq; nobis submisisse sentiamus.

18. Dem quomodo tentet.

C. Cur autē Philippum potius interrogari debuit minus si roget quis: Respōdeo in primis, nō esse causā, quod imbecillioris ille esset fidei, vt dicitur yf. significat ho. 41. Deindē assero eam videri cōtētiorem, quod simplicioris ille, & cōdidioris esset ingenij, quo hominum genere plurimum Christus videri solet: quod astutos verò, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

D. Cur autē Philippum potius interrogari debuit minus si roget quis: Respōdeo in primis, nō esse causā, quod imbecillioris ille esset fidei, vt dicitur yf. significat ho. 41. Deindē assero eam videri cōtētiorem, quod simplicioris ille, & cōdidioris esset ingenij, quo hominum genere plurimum Christus videri solet: quod astutos verò, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

19. Sed quid opus Deo est exprimēto, cui omnia cordis latibula patēt? experimentū hoc facit Deus, nō quo ipse discat, sed vt nobis, vel etiā alijs hæc nota fiat ad nostrā & aliorum salutē. Cū ergo dicitur: tentauit Deus Abrahā, intellige vt exemplū bonum præberet & ostenderet, quanta virtus in athleta suo lateret, eumq; coronarer. Sic ad bonum Deus, diabolus autē ad peccatum, & subuersionē tantæ, quorū malorū intentator est Deus. Lege D. Amb. l. 1. de Abrahā c. 8. & D. Aug. ser. 72. de tem. & tra. 43. in Io. & ep. 146. & l. 2. de ser. Dom. in mont. c. 14. & D. Greg. 28. mor. c. 5. similiter cū dicitur, nūc cognoui quod timeas Deū, vel more hominum loquitur Deus, vt notat Mart. Del. qui cui rei periculum fecerūt, id se perfectē putāt nouisse: vel vt exponit Diodo. omnibus notum fecisti; vel cum Aug. q. 58. & Greg. l. 18. in Iob. c. 7. nosse te feci. S. Hil. in Psa. 1. interpretatur, nosse dignatus sum, non fuisse tantā tam clara obedientia Abrahā, latuisset patientia Iob, Tobiz quod fortitudo sepulta iacuisset nisi tentati fuissent. Hoc est quod facit nos gloriari in ijs malis, quæ patimur: nā persuasum habemus, illa nobis euenire ad probationē nostrā, vt per mala probati nobis ipsi cogniti simus, & ex cognitione, vel in spē assurgamus, vel ad humilitatē erudiamur: spes n. gignitur in nobis adipiscendi regni cælorum, dum perspectum habemus ferre nos aliquid posse durum, & asperum pro Christi nomine: quod si impatiētes fuerim, discimus quā longē sumus à pfectorū statu, deq; nobis submisisse sentiamus.

D. Cur autē Philippum potius interrogari debuit minus si roget quis: Respōdeo in primis, nō esse causā, quod imbecillioris ille esset fidei, vt dicitur yf. significat ho. 41. Deindē assero eam videri cōtētiorem, quod simplicioris ille, & cōdidioris esset ingenij, quo hominum genere plurimum Christus videri solet: quod astutos verò, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

20. Cur Philippum potius interrogari debuit minus si roget quis: Respōdeo in primis, nō esse causā, quod imbecillioris ille esset fidei, vt dicitur yf. significat ho. 41. Deindē assero eam videri cōtētiorem, quod simplicioris ille, & cōdidioris esset ingenij, quo hominum genere plurimum Christus videri solet: quod astutos verò, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

20. Cur Philippum potius interrogari debuit minus si roget quis: Respōdeo in primis, nō esse causā, quod imbecillioris ille esset fidei, vt dicitur yf. significat ho. 41. Deindē assero eam videri cōtētiorem, quod simplicioris ille, & cōdidioris esset ingenij, quo hominum genere plurimum Christus videri solet: quod astutos verò, & subdolos odij patrātū; vix in quā pprobabile est, cū nuptiæ celebr.

tudinis inopia, vel quod harum rerum experientior esset, unde forte profecta est illa responsio; *ducentorum denariorum*, &c. vel quod de Bethsaida esset, atque adeo illorum locorum experiens.

21.

11. *Ducentorum denariorum*] Ducenti denarii auctore Budæo, ut Gagnæ ait c. 6. in Io. valent viginti aureos Gallicos, hoc est, trigintaquinque librasturon. Porro videtur his verbis Philippus (licet non ex affectu ipse avaritiz ea protulerit, sed ad indicandam rei difficultatem) diuitem representare plus æquo pecuniæ parcentem, dum interdum multos à se stipem Dei amore emedicantes cernit: solet enim dicere, non satis istis totus mundus esset, vel cuncti orbis thesauri his explendis non sufficerent. Nescis, heu miser, nescis, quod tentat te Deus, ut caritatem erga pauperes tuam, & affectum erga te videat. libenter impende quæ habes, & thesaurum magnum in cælo lucrabere.

22. *Panes isti hordeacei nimis fuerunt.*

13. *Est puer vnus hic*] Dubium esse potest an panes isti, quos puer hic habebat, essent Apostolorum, an verò potius ut videret puer attulisset? Chrysof. h. 50. Leontius, Cyrill. Theophyl. Apostolorum fuisse credunt: nec male, nam cum Iosue qui fuerat dux belli aduersus Amalechitas c. 17. Exod. c. 32. postea ibidem puer appelletur; etiã puer dici hic potuit alicuius Apostolorum, vel potius vnus ex pluribus Christi discipulis: nam & Christus Ioã. 11. Apostolos pueros vocat. Euthym. venales arbitrat. Euthy. opinio non displicet. verum probabilis videbitur si dicamus huc puerum siue etate puer fuerit, siue non, aliquo modo ad Apostolos pertinuisse, quod fortè fuerit comes ipsorum, vel cõanguineus alicuius Apostoli, quod adhuc probabilius est, vel minister cuius cuius esset, ferens panes à mulieribus Christum sequentibus missos per eum. Nam cum Christus dixisset Apostolis, ut viderent quot panes haberent, responderunt: *quinque, & duos pisces*: & Andreas pueri etiã portantis mentione fecit, igitur non venales erant, sed ad Apostolos aliquo modo pertinebant. licet pro Euthy. responderi possit, quod quia venales erant illi panes, erantque in promptu; idè dixisset Apostolos, quinque se habere panes, & duos pisces sed siue venales fuerint siue Apostolorum, siue eorum, ad quos puer pertinebat; liberaliter dati fuerunt presente Domino, ut afferrentur. Erant hordeacei, atque adeo violoris pretij, quam triticeï: quamuis in Palestina nasceretur satis copiosum, & laudatum hordeum inquit Pere. hic nu. 20. sed inquires, cur Dominus voluit, ut viderent, rogauitque quot panes haberent. Resp. ut tanto exploratius esset miraculum post exactam diligentiam, qua cõstabat non fuisse plures in tota illa turba panes, quã quinque, & duos pisces. vide spirituales intelligentiam horum panum, & piscium apud Aug. l. 83. qq. 9. 61. Porro de tribus miris quæ de panibus hordeaceis narrantur in scriptura lege eundem Pere. in c. 6. Ioan. nu. 21. & de paritate victus Apostolorum nu. 20.

14. *Secundum contubernia*] Gr. συμποσια συμποσια, geminatio multitudinem indicat. est aut contubernium vocabulum castrense significans decem milites sub vno degentes papilione, quibus decur præerat. Hinc ad conuictum, seu sodalitatè transfertur. *In partes*] Gr. est πρασιῶν πρασιῶν, areolæ areolæ quasi areolatim inquit Barrad. est translatio ab hortis. Nota Christum vtrumque dixisse, ut per centenos, & quinquagenos discumberet, Luc. vnũ tantum posuit, quinquagenos, Marcus vtrumque. potius autem quinquagenos posuit Lucas, quia ut plurimum in quinquagenos erant distribuit, quare facillè numerus iniuri poterat. *Et ita fecerunt*] Vide Apostolorum exactam obedientiam, licet prius imbecilles se de fide ostenderent, & rem difficilem viderent, ad iussum tamen Domini parent, &

benè sperant: facturum enim miraculum credebant. *Numero quasi quinq; millia*] Matth. & Marc. more scripturæ minutias non curarunt, si codices Latinos cõsulas, absolūtè enim quinq; millia scribunt. licet Gr. sit etiam apud illos ὄσκι Latine significans *fermè, vel circiter*.

15. *Et acceptis quinq; panib;.*] sex Dominus præstitit. Primò, in manus accepit panes ut se authorem miraculi ostenderet per suã virtutem: alioquin facillè potuisset credere turbæ oratione id à Deo impetrasse, quod alij sancti fecerant puta Elifus, quin 25. panibus hordeaceis satiavit centum homines. at Christus ut Deus, sua id effecit virtute. Chrysof. item hom. 50. scribit quod hac vna re, se rerum omnium molitorem initio fuisse declarauit. insinuauit quoque, se suis olim manibus conuersurum panem in corpus suum, & traditurum discipulis. Secundo, intuitus est in cælum, ut se de cælo esse, & à Patre cælesti, ut filium eius potestatem eam habere omnibus declararet. Tertio, gratias egit in quantum homo pro miraculo, quod in hominum salutem iuxta Dei beneplacitum facere decreuerat. nam Christus nostrum bonum, ut suum reputabat, idè pro illi nos collatis beneficijs gratias agebat. Quarto, benedixit etiam verbo (quod verosimilius est) panibus, & piscibus virtutem multiplicationis precando, & aliquo modo impartiendo, vt n. 21. Quinto fregit, & frangendo multiplicauit. Alioqui si noui apparuissent panes, non fractis prioribus, ficti, & non veri potuissent iudicari, & nisi etiam fracti alere non potuissent. quomodo, se esse qui multiplicauit, ostendit. Sexto, dedit discipulis distribuendos, per quos postea populi, pane doctrinæ, & sacramentis salutis alendi erant. per quos etiam, tanquam suos ministros par erat, ut beneficia populis ipse conferret. Voluit autem Dominus hæc singillatim ab Evangelistis scribi, ut præsignarentur ea, quæ paulò post in Venerab. Euchar. facturum erat.

C

Obseruanda sunt hic duo, antequam alterum ver. aggrediamur. Primum bifariam potuisse multiplicari hos panes, & pisces, siue ad fractionem panis creatis denuò nouis substantiæ partibus Dei potentia; siue conuersa materia adiacete aëris, & vaporum in substantiam panis, & piscium, ut vult Euthy. Facta est autem multiplicatio in manibus Christi ex August. tract. 24. erant enim illi panes in manibus Christi tanquam semina: *potestas enim erat*, inquit August. *in manibus Christi panes autem illi quinque, quasi semina erant, non quidè terra mandata, sed ab eo qui terram fecerat, multiplicata.* Nec necesse est dicere virtutem illis aliquam propriam Christi manibus impressam, qua se multiplicarēt, ac crescerent. sed Dei omnipotentia creabatur, vel conuertebantur aër, & vapores in panem; quanquã non est absurdum dicere, panes adhibitos, ut instrumentum conuersionis. Et hoc modo dici posset aliquo modo impressa illis virtus ad multiplicationem. quantum autem detrahebatur de corbibus, & manibus discipulorum, panum, tantum, vel eo etiã amplius addebatur. similiter & quantum frangendo demebatur, tantum augebatur, vel eo etiã amplius, ut olim in Lecycho olei. secundum Chrysof. hom. 54. etiam in discipulorum manibus crescebant. secundum Hilar. l. 3. de Trinit. in manibus quoque discumbentium. Ambr. in Luc. vtrumque; inquit, in manibus Apostolorum, & discumbentium. Ceterum virtute vna & eadem Christi fiebat multiplicatio. Id autem factum est, ut omnes magis in promptu haberent, quod manducarent, & miraculum esset euidentius, ne putarentur panes aliunde allati: & ob id etiam Dominus voluit uti panibus illius pueri in turba: ne si alij adhibiti fuissent, putarentur virtutem aliquam, vel occultè, vel arte Dæmonis, habere.

23.

24.

25.

Multiplicatio panum quomodo facta.

26.

Pererius dist. 6. in cap. 6. Ioan. n. 19. declarat eodem etiam modo eam multiplicationem panum. *Christus, inquit, sumpsit quinque panes in manus suas: & singulos diuisit in plurimas, & per exiguas partes, quarum vnaqualibet cōfestim secundum molem aucta, & multo amplior facta est. deinde vnicuique discipulorum vnam aliquam, vel plures illarum partium similiter diuisas, & cōtinuū secundum molem auctas porrigebat. Illi postea eas similiter diuidentes, & ex diuisione multiplicatas, & auctas tradebant in manus comedentium; quæ tum in manibus, tum in ore eorum magis, magisq; multiplicabantur, & augetebant. Nec fortasse temerè putari posset, panem illum per Christi benedictionem multiplicatum, longè maiorem habuisse vim nutriendi, & satiandi comedentes ipsum, quam habeat panis vulgaris, & vsitatus.*

Christus bis panes multiplicauit.

27.

Obseruandum iterum bis Dominum multiplicasse panes. Primùm hoc loco, quæ historiam oēs Euangel. narrant. Iterùm cum turbas refecit ex 7. panibus. & paucis pisciculis, quod postea cōtigit: & hoc alterum miraculum solè Matt. 15. & Marc. 8. narrant. Lactan. lib. 4. c. 15. scribit Sibyllæ testimonio prædictam hanc multiplicationem, quam omnes simul narrant Euangelistæ.

16. B. *Et manducauerunt omnes*] Tria ad miraculi ostensionem pertinentia narrantur; oēs comedisse; dindè etiam saturatos esse q. d. probasse illos factò veritatem miraculi, cum prius esurirèt, & postea famem expulerint. postremò collectos duodecim cophinos, non quidem piscium, sed panum. Quamuis de pisc. bus quid super fuerit: quod videtur omninò dicendum cum Marc. dicat vt hic habes ad marginem v. 18. *& sustulerunt reliquas fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus.* quare miror D. Chrysostr. dicere nil super fuisse, & Maldo. vt rem incertam putare.

28.

18. *Duodecim cophinos fragmentorū*] Genitius *fragmentorum* referendus est ad *impleuerunt*, nō ad *cophinos*. Duodecim autem cophini impleti sunt, quia quilibet Apostolorum suum habuit cophinum plenum à Christo quem distribueret & eandè mensuram reddidisse par fuit. *Cophinus* græcū est nomen, genus quoddam cistæ; seu vas parua magnitudinis, & capacitatis significans: & videtur fuisse in vsu apud Iudæos, & Toletus notat Martialem Iudæum cistiferum vocasse: idq; etiam ait ex Iuuenali 3. & 6. Satyra constare. Latine corbis dicitur, ex viminibus contextus, & ita videtur sumi hic, quamuis etiã sit mensuræ Boëticæ genus secundum Iulium Pollucem, & Hesychium tam liquidorum, quam aridorum, capiens tres congios, seu 18. sextarios. ergo duodecim cophini, capiebāt triginta sex congios, seu 216. sextarios, quoniam autem modius capiebat sextarios 16. erat maior medio duobus sextarijs. Duodecim ergo cophini tantum capiebant, quantum 13. modij, & insuper dimidijs modus. Et hæc si de cophinis vt sunt mensuræ loquamur: quamuis hic non ita, sed pro corbe sumi videatur. Postò in tanta multitudine non dubitadum eos corbes esse potuisse. nisi magis dicere eo significari satiatis omnibus illis hominibus tantum superfuisse fragmentorum panis, vt sufficeret duodecim cophinis implendis, sed hoc nō arbitror benè dici: ait enim Euangel. verè implese illos duodecim cophinos: sicut in miraculo 7. panū, 7. sportæ numerantur. Sporta autè videtur fuisse maius quid & capacious cophino, vt videtur colligi Act. 9. & 2. Cor. 11. dicitur enim Paulus in sporta demissus per murum, quare septem sportæ non minus fortè continebant, quam 12. cophini.

Cophinos quid.

29.

Piscium reliquias colligi, cur non iussit Christus?

Quod verò non iussit Dominus piscium reliquias colligi, significat nō ita multas superfuisse, vt de panibus. quod moribus vtile est. vult Deus panes, id est, res necessarias abundè nobis suppe-

A

tere, pisces vero, id est, delicias minimè redundare, vel certè etiã iussit colligi, quod innuit Marc. licet non clarè, sicut clarè dicit aliquid de piscibus superfuisse. Voluit fragmenta superesse, vt appareret turbam verè de panibus comedisse. fragmenta verò, non integros panes placuit illi redudare facere, atque adèd colligi secundum Chrysostr. vt constaret esse veros panes, quos verè comederant turbæ.

B

Obserua per duodecim cophinos fragmentorum, vt dicit Albinus, omnis doctorum spiritualiū chorus exprimitur, qui obscura scripturarū quæ turbæ nequeunt capere, meditando colligere, & mādare litteris suo pariter, ac turbarū vsui iubentur. Quod post Prophetas fecerūt Euāgelistæ, post quos sequaces eorum Ecclesiæ toto orbe diffusæ magistri. quod igitur turbis superat, discipuli tollere iubentur, quia vt dictum est mysteria, quæ à rudibus non capiuntur, tanq̄ secretiora quædā intelligentiæ, à perfectis, & studiosis, graui inquiruntur labore, & ad satiados populos referantur.

19. *Hic est verè Propheta*] Gr. ὁ προφητῆς. i. ille propheta, nempè Messias tamdiu expectatus. *Venturus est*] i. promissus, seu prædictus venturus. Cum deberet Deum fateri, tantum eum Prophetam acclamat turba, nec mirum, quia talem sibi fingebant carnales homines Prophetam illum & Messiam, qui nimirum eos pasceret, & diuitijs abundare faceret. Et hæc videtur ratio potissima, quod nunc primum regem sibi voluissent illum creare, & quod maximè Prophetam clamarent.

DIGRESSIO I. MORAL.

De oculis Christi, & quam diligenter, & cautè custodiendi sint oculi, in illa v. 9. *Cum subleuasset ergo oculos Iesus.*

C

OBSERVAT Petrus de Palude in serm. Dominicæ Lætare, quater, vel quinque præsertim Dominum oculos subleuasse, quantum ex Euangelistis colligitur. Primùm apud Ioan. hic, *Cum subleuasset ergo oculos Iesus.* nimirum vt doceret nos diligenter inspicere pauperum inopiam ad ferendam illis opem, & quo eorum commiseratione tangeremur. Iterùm hic: cum enim esset populum refecturus, vt ex Marc. constat, *suspexit intuens in caelum, egitq; gratias.* Quò disceremus cū aliquid pauperibus erogamus, Deū aspicere, & in eius gloriam omnia referre. Thren. 3. 41. *Leuamus corda nostra cū manibus ad Dominum in caelos, & gratias ob id ipsū Deo agere, nam maius beneficiū accipis, cum benefacis, quam præstas pauperi.* Ad hæc Ioan. 17. *leuauit oculos in cælum Patrem deprecaturus: Subleuatis oculis in cælum dixit: Pater venit hora, &c.* vt doceret nos, cū oramus mente in cælum ascēdere, & à terra longè fieri. Quartò leuauit oculos discipulos doctorum. Luc. 6. *& ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, vt moneret nos, cū sumus alios docturi illum vt intueremur, illum adiremus, & cum illo prius versaremur.* Postremò sustulit oculos Lazarū excitaturus, quod difficillimum erat opus. Ioan. 11. vt nos instrueret in difficilibus, & arduis negocijs ad Deum accedere 2. Paralip. 20. *cum ignoremus quid agamus, hoc solum residuum habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te.* sic Isaphath fecisse legimus, cū hostium timore premeretur.

D

Neque verò prætereundum est, doceri nos in Sacris literis aliquot oculorum Dei

30. Duodecim cophini quid designent.

1. Oculi diligenter custodiendi.

Oculorum
Dei proprie-
tates.

proprietates. Et prima quidem est, quod sint maximè perspicaces ad subtiliter omnia videndum, Prouerb. 15. *in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos*, Hebr. 4. *omnia nuda, & aperta sunt oculis eius*. Altera est, quod sint maximè terribiles in exquirendis, discutiendisve hominum delictis, Deuter. 32. *vidit Dominus & ad iracundiam concitatus est*. Tertia, quod sint maximè amabiles & efficaces, vt ad se attrahant, Matt. 9. *vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: sequere me, & surgens sequutus est eum*. Quarta, quod maximè sint benigni, & misericordes, Psal. 33. *oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum*. Hinc est quod Deus sic Mosen est alloquutus: *vidi afflictionem populi mei, & descendi, vt liberem eum; & propterea rogabat obnixius David Deum: respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego*. Et verò quam benigni sint oculi Domini, vel hoc vnum Christi exemplum abundè nos doceat: coniecit enim sanctissimos suos illos oculos in turbam, vt eius necessitatibus prospiceret. Discamus & nos aliorum paupertatem, inopiam, solitudinem intueri, vt aliquod quantum possumus afferamus emolumentum, nec auertamus ab vilo paupere oculos nostros. Ita enim fiet vt non mors intret per fenestras oculorū nostrorum, sed potius vita, quam nulla poterit excludere mors.

Cæterum non prætermittam hic elabi mihi è manibus occasionem, quæ iam se offert agendi paucis de vtili oculorum nostrorum custodia: & in primis sciendum duo oculorum genera ex Sacris elici literis. Bonos enim, & malos in Scripturis legimus oculos, de illis Cant. 1. *Eccè tu pulcra es amica, ecce tu pulcra es, oculi tui columbarum*. Porro columbarum oculis habet, qui peccatis suis subinde dolet, errata deflet, & Christi vulnera, cruciatus, mortem ardentibus prosequitur lacrymis, suum quoq; exilium, & ærumnas deplorat assidue; atque in hoc limpido lacrymarū fonte, ceu simplex columba dæmonis insultus, & dolos anteuertit & cauet. Verum de his, id est, malis oculis Matt. 18. habes: *si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*. Tunc sanè oculus tuus scandalizat te, cum mulieres incautè, curiosè, lasciuè aspicias; hunc tu, si sapias, erue. Quod si te non Christi exemplum, admonitiones, præcepta mouent, si nec terrent minæ: moueant te saltem infidelium facta. Magus ille Alexan. à pulcherrimarum virginum, quæ erant Darij filia, conspectu omnino abstinere voluit, illud acutè simul, & prudenter vsurpans: *non committendum sibi, vt cum viros vicisset, vinceretur à feminis*, vt meritò de eo Plutarch. orat. 2. de Alexan. virtute in sempiternam viri memoriam scriptum reliquerit: *reliquis Persidibus tantū superior fuit pudicitia, quantum fortitudine Persis; nullam enim inuitam vidit; & quas vidit magis præterijt, quam non visas, vt cum alias fuerit humanissimus, aduersus pulchritudinem forma duntaxat superbe se gesserit*. vide quid de Naphta scribat ad hanc rem maximè faciens Pineda cap. 31. v. 1. in Iob. n. 12. est & oculus tuus scandalizans te, amicus, vxor, filius, pater te à Deo malis cōsilijs abstrahens: hunc tu oculū, si sapias erue. *& projice abs te: bonū tibi est vnum oculum habentē ad vitam intrare, quam*

A duos oculos habentem mitti in Gebennam ignis.

Iam verò, quam innumera exierint mala, ex non custoditis oculis, quis dicendo assequi poterit? Et quæ nam rogo te malorum omnium prima origo fuit? an non, vidisse? an non, frenum oculis non iniectisse? lege 2. Genf. caput, sicibi inuenies: *vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulcrū oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit*. In memoriam reuoca vxorem Loth, quamobrem illa in statuā versa? nimirum quod retro aspexerit, nec oculos curiosa frenarit. Gen. 34. memoriam traditum est Dinam Liæ filiam, dum curiosè egressa mulieres regionis inspicere vult, & malè cœtus publicos virgo petit, idè virginem non rediisse; neque hoc solum malum hinc prodijt; stuprum enim ex curiositate quidè natum est, verum ex stupro, quot cœdes, Deus bone, quot præterea mala cōsequuta sūt?

Et tamen non illa vagabatur, vt pulchritudinem adolescentiū lasciuia videret, nec vt illos ad malū lacefferet, quod 70. mihi significare videntur. Gr. enim legimus *ατραμαδων*, hoc est, egressam esse, vt condisceret, vt legit Aug. q. 104. in Gen. nimirum voluit illa condiscere ingenia, mores, studia, instituta, victum, habitum; deniq; cultum illarum mulierum, & quæ admodum se in consuetudinem & amicitiam earum insinuare, & penetrare posset. Quod facile præstare poterat, si verum est quod dicit Ioseph. 1. 1. antiq. diem illum maximè celebrem, atque illustrem fuisse quod Sichimitas. quid igitur sentiendum de his, qui lasciuus, non curiosus modo oculis laxant habenas?

Ac ne tu solas mulieres putes oculorum curiositate deceptas, audi, quid c. 6. 1. Gen. literarum monumentis traditum sit: *cum cepissent homines, multiplicari super terram, & filias procreassent, videntes filij Dei, filias hominum, quod essent pulcra, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerat. dixitq; Deus, non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, & induxit aquas diluuij sanè hic posterij Seth ob eximiam religionem filij Dei dicuntur, & tamen, quantam sanctitatis iacturam fecerint propter oculos malè custoditos, fat norunt qui hæc legerunt. Sed mitto cætera, instar omnium exemplū Dauidis, eiusq; casus cum Bethsabee incautus aspexit, satis esse debet ad cohibendos oculos. Ecce tibi sanctissimus Rex, cum aspicit, accipit vulnus, & ex vulnere incidit in adulterium, ex adulterio transijt ad homicidium. quanta, pro dolor, mala ex vno aspectu? quare postea cautior factus sic rogat: *auerte oculos meos, ne videas vanitatem*. Hinc ille Dei vates sub Iudææ voce, inquit Greg. dixit: oculus meus depreçatus est animam meam, Thren. 3. concupiscendo. n. visibilia, inuisibiles virtutes amisit, vt meritò Hier. dixerit, quod ascendere soleat mors per oculorum fenestras. hinc sapienter quoq; Iob pepigerat fœdus cum oculis suis, ne cogitaret quidè de virgine. sciebat vir Sanctus prauas, fœdasq; cogitationes, ex incauto aspectu nasci solere. Verissimum est igitur, quod scripsit Chrysof. hom. 3. de verbis Domini, vt ignis, vbi fœnum aliquod, aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul lucidam accendit flammam. itidem & ignis concupiscentiæ, qui est*

in nobis

4.
Mala ex ne-
gligenti ocu-
lorum custo-
dia.

5.

6.

3.

Duo oculorū
genera.

in nobis simulatque per oculorum intuitum elegantem ac venustam attigerit formam, protinus exurit animum. Lege quæ contra lasciuos oculos citauimus superius hoc libro ca. 4. Schol. versiculo 27.

7.

Quotidiana nos experientia terreat. Quot, quæso, iuuenes decepit incautus aspectus? Quid respicis, cum de carbonibus scintillæ resiliant, & aspides sibilent morbos, aculeus peccati est forma fœminea, & iure virgines, oculorum ægritudines, conspicientiumque dolores dicuntur. *Audistis*, inquit Christus, *quia dictum est antiquis: non machaberis*. Quid expectas dicturum? *ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo*. Quod si confidis, quod fortis es, nec concupisces; numquid priuari quiete non times? cum enim oraueris, cum te receperis, atque collegeris, cum Deo vacare studueris, sollicitus semper inde eris. Sunt enim oculi portæ animæ, per quas ea ingrediuntur, quæ illius tranquillitatem perturbant.

8.

Verum Coronidis loco, totam hanc rem claudat Diui Basilij sententia, qua declarat, quam maxima sit oculorum cum manibus, & tactu cognatio, sicigitur libro de Virginitate scribit: *Est sanè indignum & iniquum, præterquam quod ad vitium per oculos vehitur, virginem qua manu contrahere non audeat, ea iactu oculorum indifferenter attingere. Quæ igitur non euitauit luminum tactum quantum in se est, ne manus quidem tactum vitauit. sicut enim cum ignem tangimus ignis indicia per impressas nobis adustiones excipimus, ita possibile non est eum quem ignis amoris attigerit, eiusmodi tactum innocuum, inuiolatumque præferre.* sic ille acutè, piè, sapienter. Sed ad alia veniamus.

DIGRESSIO II. MORALIS

De Eleemosyna.

I.

SVO nos CHRISTVS exemplo docuit subuenire pauperibus, docuere discipuli dum Dominum rogant pro turba, solliciti, ne fame pereant, dum cibos tanta cum amoris significatione distribuunt. Denique docet nos puer iste quisquis ille fuerit, dum libenter patitur se priuari panibus in aliorum salutem. Hæc omnia nobis beneficentiam in pauperes, atque ad eam eleemosynam suadent, de qua pauca hæc attingam.

u dupli-
suam
icatem
municat.

Principio scire par est, quo nos vinculo ad eleemosynam erogandam astringamur. aduertere igitur, quod sicut Deus bifariam suam bonitatem comunicat. Primò quidem infinire, & naturaliter Filio, & Spiritui sancto, licet Filius nascatur à Patre, quomodo natus, seu per modum naturæ, & intellectus; Spiritus sanctus quomodo datus, & per modum voluntatis. Secundo modo finitè & liberè creaturis. Ita ad sui imitationem, vult nos bonitatem suam, quam nobis impertijt, alijs tribuere dupliciter, vel necessariò, id est, ex præcepto, vel ex consilio. Hinc est, quod iussit Dominus Luc. II. *quod superest date eleemosynam*:

A

rd opéra, id est, quæ adsunt facultates, q. d. date de his quæ habetis. Interpret latinus optimè vertit, sensum rimatus Christi, quæ superflua sunt. Est enim præceptum dare superflua naturæ in grauibus necessitatibus, & præsertim extremæ necessitatis tempore. Alijs verò temporibus præcipitur dare superflua status, vel personæ, & hanc opinionem asserit D. Thomas esse communem Theologorum 4. sent. distin. 14. Probatur autem id ex cap. 12. Lucæ: *stulte hac nocte repetunt à te animam tuam, & quæ parasti cuius erunt?*

B

Etenim August. lib. 50. homil. hom. 7. affirmat diuitem illum, non ob aliud peccatum ad inferni penas damnatum esse, nisi quod superflua retineret, nec ea indigentibus largiretur, quam quidem planè rem, vel ipsa ratio confirmat: licet enim diuites Domini sint suorum bonorum, quæ iuste adepti sunt respectu aliorum hominum: respectu tamen Dei, non tam Domini, quam dispensatores dicendi sunt, vt patet ex parabola de villico Luc. 16. nam Deus est qui cuncta produxit, & eius prouidentia homines ditescunt, vel pauperes sunt, cui rationem reddere habent de diuitijs suis; ergò, secundum Dei imperium, & voluntatem debent diuitias erogare.

C

Iam verò displicet Deo, qui in omnium vtilitatem cuncta creauit, vt Pater omnium, istos ita esse diuites, vt abundant etiam superfluis; illos ita pauperes, vt vel necessariis careant: licet velit illos quidè diuitias habere, hos inopes esse, vt illi per misericordiam, & per beneficentiam; isti per patientiam, & tolerantiam salutem consequantur sempiternam. Peccant igitur cõtra Dei voluntatem diuites superflua retinentes. Aliæ eleemosynæ præter has de consilio sunt. Vide de his Bellarm. tom. 3. sub fin. Benedictum in Dan. lib. 5. in illa: *quamobrem consilium meum, &c.*

D

Verum si sapias, si meam sequere sententiam, si à me petis, si filium non habes, Deus sit tibi loco filij, & quod filiis eras relicturus, pauperibus. i. Deo largire: & sic eris in Deum diues. Audio quid dicas, filij mihi sũt. adde igitur filiis tuis alterũ filium, & quod alteri filio daturus eras Deo da. Nec te filius iste pauperẽ faciet, sed mentẽ tuã innumeris replebit bonis.

Sed prò dolor sunt qui omnia animæ suæ reseruant similes Nabal Carmelo, 1. Reg. 25. qui dixit: *quis est Dauid, aut quis filius Isai? tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, qua occidi tonforibus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint?* sic non rarò loquitur qui in hoc mundo diues est: Christũ nescio, quis est pauper, vt dem ei cibos meos? cui ergò seruas illos? tonforibus inquis meis. quis tonfortuus? ludus, muliercula, vanitas. hi tonfortui, hi tondent te, his seruas substantiam tuã, non Deo. Non ita ille princeps de quo Raphael Volater. 1. 3. suæ Geogra. quem interrogarunt legati aliorum principum, an ei essent venatorij canes. ait: *esse sibi plurimos, & ostendit eis pauperes, quos domi alebat non paucos.* subiecit verò: *hi mei canes, quibus gloriam venaturum me spero.*

Sed quibus, si perconteris, faciendã est eleemosyna? Lucæ 16. proditum memoriæ est il-

lud Chri-

4.
Contra in-
miserico-
das.

Quibus dan-
da eleemo-
syna.

Iud Christi dictum: *facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Videbitur igitur alicui, non malis esse per eleemosynam benefaciendum, sed iustis dumtaxat. Nam mali (sic enim ratiocinetur quis) non sunt habituri aeterna tabernacula, in quæ suos benefactores recipiant. Vult igitur Dominus stipem solis iustis erogari? Respondeo: Ambrosius hic amicorum nomine intelligit Angelos, quos amicos facimus, cum Christi nomine illis benefacimus. At Hieronymus aduersus Vigilantium, & Augustinus sermone trigesimoquinto de verbis Domini, intelligunt pauperes, præcipere verò Dominum, ut præcipue sanctis, & voluntarijs pauperibus eleemosynam faciamus, qui possunt orare, & impetrare, & futuri sunt olim iudices. Cæterum licet hæc ita sint, peccatoribus tamen etiam ob Deum cum egent bonum est largiri. Neq; tunc eleemosyna illa erit inanis, iuxta illud Ecclesiast. 29. 15. *conclude eleemosynam in corde pauperis, & hac pro te orabit.*

Iam verò modum inuestigamus, quo eleemosyna vtiliter facienda præscribitur. Omnino tria potissimum spectare debet is, qui eleemosynam erogando alijs benefacit. Alterum est, non tam pauperi, vel egenti, quam Deo eleemosynam dari. Quod enim menti primò occurrere debet ipse Deus est, propter quæ sit eleemosyna indigenti. Verissimum est. n. illud Matt. 10. *qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet; & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet; & quicumque potum dederit vni ex minimis istis calcem aquæ frigida tantum in nomine discipuli; amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Igitur Christi nomen in eleemosyna contribuenda spectandum in primis est, quod tibi pauper loco pignoris dat, cum tu illi stipem emendicanti largiris. Quare cum tempus aduenit mortis, vel iudicii, tunc & adueniet Christus veluti repetiturus à te ac redempturus nomen suum, quod tibi in vita hac mortali oppignoratam fuerat. Cum verò melius sit nomen bonum, quæ diuitiæ multæ Prouerbior. 22. quantis te tunc ditabit bonis pro tanti, id est, sui redemptione nominis? Hoc primum si in dandis eleemosynis seruaueris, haud dubium, quin præceptum illud Christi sis quoque seruaturus Mar. 6. 2. *cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrita.* Et iterum v. 3. *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera.* August. tract. 6. in ep. Io. per sinistram intelligit intentionem operandi ob honorè temporale, p dexteram, intentionem vitæ æternæ q. d. Christus, cū facis eleemosynam, caue ne intentio fauoris, honorisue humani se misceat intentioni vitæ æternæ. Qui igitur nomen Domini spectat in eleemosynis erogandis, non hominibus placere curabit: nec auram popularem captabit, sed Deum sibi ponet sapienter ob oculos.

Alterum verò quod spectare debet eleemosynæ largitor, est, debere maiora se petere à Deo, qui in paupere stipem impertitur. Sit igitur memor eorum verborum, quæ Sapiens Prouerb. 21. scripsit: *qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, & ipse clamabit, & nō exaudietur.*

A Verissima est illa omnium sapientium vox: quo se quisque modo cum paupere gerit, eodē se Deum cum illo exhibiturum fore, si largē, ac munificē te exhibueris, largum, & planē munificum inuenies Deum; si asperē te gesseris si misere, si crudeliter, si contumeliosē, talem erga te Deum deprehendes. Denique *qui parçē seminat, parçē & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Videbis certissimum hoc esse, si quod responsum est fatuis virginibus attenderis: *nescio vos. Quamobrem? non ab aliud nisi quod misericordiae oleo destitutæ essent. si quoque perspexeris quod diuiti illi epuloni dictum est, nã tu idem affirmaueris: cum enim se minus quam par erat, benignē, cum Lazaro gereret, imò & crudeliter etiam, cum vel micæ poscenti negarit, dictum est illi: *recepisti bona in vita tua; & nec vel guttam aquæ, quamuis summis contenderit precibus, obtinere valuit. sub extremum iudicii diem multi dicent Christo iudici: Domine nonne in nomine tuo Prophetauimus, signa multa fecimus, & c. sed æquissimus iudex aures suas his clamoribus obturabit. Quamobrem? quia infirmus, inquit. eram, & non visitasti me, & quæ sequuntur cætera. Vides ne plures eleemosynam fieri, quã signa & miracula? Beati igitur misericordes, quoniam misericordiam consequentur.**

B Tertium quoque illud spectandum est à munifico eleemosynæ largitore, ut largus sit, non parcus. Sed dices: quæ dicitur magna seu parua, quæ larga seu parca eleemosyna. Breuiter Respondeo tribus modis magnam vocant scripturæ interpretes; vel ob piæ voluntatis promptitudinem, quanto enim hæc amplior est, eo amplior erit misericordia. Hoc videre est in vidua Luc. 21. quia cum illa dederit totum victum suum, procul dubio magna oportuit promptitudine & hilaritate dedisse, paratam multo plura dare si habuisset. Vel secundo habita personæ ratione, cum scilicet cæteris paribus eleemosyna illa, quæ à iustiore tribuitur charior multo & gratior sit Deo, ac suo modo maior.

C Hinc est quod Genes. quarto legimus respexisse Deum, primò quidem ad Abel, deindè verò ad munera, quare igne de cælis demisso, oblationem Abelis absumpsit, Caini intactam reliquit. Et licet Lutherus, & Calvinus hæreticorum vertices, pro sua impudentia hoc vocent fabulas Iudaicas, est tamen orthodoxorum Patrum communis sententia. Porrò hac prærogatiua, inquit Mart. Delrio c. 4. Gene. n. 22. Deus vsus erga Abelem fuit, quia maiore fide quam Cain obtulit; sic D. Amb. l. 2. de Cain, & Abel. cap. 7. quia cum cordis simplicitate, & metu Dei obtulit; sic Tertul. l. 2. con. Mar. io. c. 22. quia cum sincera in Deum, & proximum charitate item obtulit, cum contra Cain zelum & malitiam contra fratrem foueret; sic Irenæ. libro quarto, cap. trigesimoquarto. Quia præstantiora liberaliore animo protulit; sic Iosephus l. 1. antiquit. c. 3. & Chrysost. in hunc loc. Gen. hom. 8.

D Postremò magna dicetur eleemosyna, vel larga, si rem datam respexerimus, cum videlicet id quod in pauperem confertur per se spectatum, magnum quid, multum uè est.

cum

6.
comodo v-
litter dan-
a.

7.
id cogitã
n ei qui
eleemo-
am.

8
Eleemosy-
narium sis
largum.

9.
Abelis mu-
nera Deum re-
spexit Caini
verò non,
& cur.

10.

Cùm ergò hæc tria quædam sint, quibus eleemosyna, maior, & liberalior dici queat; inter hæc tamen promptitudo primum locum habet. secundò vero spectatur persona. tertio loco habetur res. Etenim *hilarem datorem diligit Deus* in primis. Et hæc de modo eleemosynam utiliter conferendi. reliquum est, ut strictim, summatimve eius utilitates, ac emolumenta aliquot notemus. quod sequenti Digressione fiet.

DIGRESSIO III. MORALIS.

Quam fructuosa sit Eleemosyna?

I.
Eleemosyna
utilitas.

PRIMA quæ sese offert utilitas, maxima illa quidem, est, quod peccata aufert, quod quomodo fiat, non ita facilè est explicare. Dicam tamen paucis. vel enim qui largitur eleemosynam est iustus, vel non est. si primum dixerimus, tunc eleemosyna culpam mortalem non tollit, quippè abest: valebit tamen ad reliquias priorum peccatorum radicibus euellendas, vel ad expianda peccata venialia; vel ad pœnam perfoluendam peccatis debitam, quæ pœna etiam peccatum interdum dicitur in Scripturis. Conferunt item eadem eleemosyna ad præcauenda imminencia peccata: hunc enim munificum, ac liberalem eleemosynæ largitorem, singulariter tuetur Deus, & peccandi occasiones aufert, vel certè animum munit aduersus eas. hæc de iusto. Si verò iniustus est is, qui eleemosynam tribuit, si quidem illum vitæ præteritæ pœnitet, eamque emendare desiderat, & crebris propterea eleemosynis placatum sibi Deum facere querit, eleemosyna conducet plurimum ad remissionem peccati: non quod eam ipsa efficiat: solus enim Deus eam efficit momento temporis, quo gratiam infundit pœnitenti; sed quod ad eam remissionem accipiendam, & gratiam animum hominis præparet eumque reddat idoneum, & quodammodo dignum, cui Deus illud beneficium præstet. Idque facit, & impetrando, & disponendo ad iustitiam, sed disponit eum iustitia. Non ergò sibi blandiatur quis de eleemosyna, volens in peccato esse. lege August. in Enchirid. ad Laurent. c. 75. 76. 77. quod & Paul. docuit, dum sic dixit: *si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.*

2.

Quid igitur sibi vult Dominus Luc. II. 41. *date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Augustin. explicat etiam comprehendendo eleemosynam, quam sibi quispiam facit: vult enim ut incipiamus à nobis, & in primis misereamur nostri. vel secundum Theophyl. & Max. ser. 1. de eleemosyna; id dicit Christus Pharisæis avaris, ut medicus videns repletionem esse morbi radicem, inbet ægroto, ut in ediam adhibeat & sanus erit, quia hac radice sublata cæteri morbi cadent. Sic Christus Dominus hic loquitur: dicitur verò eleemosyna esse ut baptisimus à Cypriano serm. de eleemosyna, & Ambros. serm. 31. quia cum pœnitentia coniuncta tollit culpam, & pœnam, id-

que non semel tantum; quod secundum non habet baptisimus, qui semel tantum conferri potest.

Altera est utilitas huic affinis: etenim illud est eleemosynæ maximè proprium, ut iustè iratum Deum propitium, ac beneuolum reddat, Prouer. 21. 14. *munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam*, quibus maximè ea commendatur eleemosyna, quæ ingenuis quidem, & verecundis, sed pauperibus fit. Hi enim etsi non corpore mendicent, neque ore poscant ob verecundiâ; poscunt tamen silentio, poscunt necessitate. In horum igitur corde, ac sinu, veluti clam, abscondendam monet eleemosynam sapiens. nisi malis dicere commendari hic à sapiente eam eleemosynam, quæ fit nullo quæsito hominû fauore, nulla honoris ambitione; Denique citra omnem ostentationem, ut hoc sit idem quod illud: *nesciat sinistra tua, quid faciat dextera.* Imitare, quæso te, Iacob, qui, ut est Gen. 32. ut Esau placatum sibi redderet, munera præmisit antequam ipse per se illum adiret: & hac arte ita illum sibi alioqui infestum, & iratum placauit, ac deuinxit, ut odiû in amorem verteret: *Placabo, inquit Iacob, illum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi.* dum igitur viuis, tu quoque, si sapias, tuas effunde opes, præmitte in cælum munera benefaciendo pauperibus, quibus Deum tibi propitium reddas, antequam illum videas vita excedens. Deponet ille odium, iustamque indignationem contra te conceptam, statim ac munera à tepio placandi studio præmissa, viderit.

C

Est tertius fructus, & ille minimè contemnendus, multiplicatio, videlicet, non spiritualium tantum bonorum, sed etiam temporalium augmentum: ut proinde rectè conferatur semini. ut enim qui semen in terram projicit, non statim iactæ sementis fructum percipit, sed tempore mæsis: ita quoque eleemosyna in morem seminis iacta in sinum, manusque pauperum, non statim, sed verno, hoc est, gloriæ, ac beatitudinis tempore fructum reddit optatissimum. Proinde Chrysost. homil. 13. ad populum, eleemosynam artem vocat omnium artium quæstuosissimam. Et Chrysost. ser. 8. id ipsum singillatim magis explicans, sic scribit: thesaurus cæli est manus pauperis, est gazophylaciû Christi: da pauperi terram, ut accipias cælum; da nummum, ut accipias regnû; da micam, ut accipias totum; da pauperi, ut des tibi. quia quidquid pauperi dederis, tu habebis; quod pauperi non dederis habebit alter, &c. lege Chrysost. hom. 50. in Matth. & Basil. hom. in diuites avaros.

D

Iob. 28. testatur de Deo quod aquas appendat in mensura. rectè Basil. in oration. ad diuites comparat diuitias aquis puteorû quæ haustæ frequenter, meliores sunt, secus putrescunt. Diuina etiam scriptura eleemosynam cum eadem aqua comparat Ecclesiast. 3. *ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Si ergò eleemosyna aqua est, siue diuitiæ ipsæ, quæ pauperibus dantur: rectè dictum est à Iobo, Deum aquas (has scilicet) appendere in mensura. Nihil igitur erit, ex his quæ in pau-

3.
Eleemosyna
propria
Deum ple-
care.

4.
Sunt etiam
temporalia
augera.

peres conferuntur quod sua mercede priuatur: exacte enim pendet Deus, ac mensura omnia, quae pauperibus tribuuntur.

Postremus fructus est ille, quem explicat Ambrosius, dum ait: sola misericordia comes est defunctorum. Omnes morimur, & soli ac nudi, siue Monarcha, siue Reges, siue alij simus, Dei conspectui representandi, iudicandi; sumus. serui quidem, cum moriendi tempus aduenerit, item amici, affines, cognati deducunt foetidum tuum illud cadauer ad sepulchram, ibi eo relicto, abibunt, solum ingreditur sepulchrum, solum terrae mandabitur, nec de te forte amplius erit vlla cogitatio. solum Deo rationem redditurus es pro te. Hoc insinuat praeclare Iob cap. 38. cum Deum mari praecepisse testatur, his verbis: huc vsque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Ita Deus praecepisse merito dici potest omnibus diuitijs, voluptatibus, dignitatibus, honoribus, amicorum cateruis, & popis; huc vsque; venietis, nimirum ad sepulchrum vsque; possessores vestros atque amatores deducite, vltimus ne progrediamini, solum ipse accedat ratione redditurus, quicumque ille est, qui hinc abit. Quid igitur facturus es miser? vnum tibi reliquum est solatium, vnum per fugium relinquitur; Misericordia, fac tibi amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceris, recipiant te in aeterna tabernacula.

Sententiam quandam Augustini de ciuitate Dei lib. 21. c. 27. de eleemofynae effectu, intellectu difficilem explicat Perer. lib. 5. in illa Daniel. verba: Quamobrem consilium meum placeat tibi Rex, &c. sub finem pag. 177. illum consule.

CAPVT XX.

NAVIS IN MEDIO MARI.

A. 14. 22. B. 6. 45. D. 6. 15.

1. D. **E**S VS ergo cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem.



2. A. Statim compulsi discipulos suos ascendere in nauiculam, & praecedere eum trans fretum B. ad Bethsaida. A. donec dimitteret turbas.

3. Et dimissa turba, D. fugit iterum in montem ipse solus. A. orare.

4. D. Vt autem sero factum est, descendunt discipuli eius ad mare.

5. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebra iam facta erant, & non venerat ad eos Iesus.

6. A. (ergo) vespere facto. B. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus. A. ibi. B. in terra.

7. D. Mare autem vento magno flante exsurgebat. A. nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

8. B. Et videns eos (Iesus) laborantes in remigando, & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans supra mare.

9. D. Cum remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque, aut triginta, videt Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri. B. & volebat praterire eos. D. & timuerunt. A. dicentes.

10. Quia phantasma est, & praetimore clamauerunt. B. omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt.

11. D. Ille autem. B. statim, D. dicit eis: A. habete fiduciam. D. ego sum, nolite timere.

12. A. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas.

13. At ipse ait: veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum.

14. Videns vero ventum validum, timuit; & cum cepisset mergi, clamauit, dicens: Domine saluum me fac.

15. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: modica fidei, quare dubitasti?

16. D. Voluerunt ergo accipere eum in naui. A. & cum ascendisset in nauiculam cessauit ventus.

17. B. Et plus magis intra se stupebant: non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcaecatum. D. Et statim nauis fuit ad terram, in quam ibant.

18. A. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: verè filius Dei es.

SCHOLIA.

D. 1. D. **C**UM cognouisset] quamuis dicere possumus signo aliquo, vel ex eorum verbis id eum cognouisse; longè tamen credibilius est praeuenisse etiam ipsum cogitatione eorum; ita vt antequam id decernerent, prae cognouerit eorum decreta, & cogitationes, quae futuræ erant, antequam essent. ergo non modò præcognouit eos redituros, vt facerent regem, quod idè affirmo, quia alioquin. i. si tale quid iam conceperant, non abiissent. nisi post acclamatum Regem. Itaque cum cognouisset, quia venturi essent, id est, fore, vt decerneret inierit, & venirent, vt regem facerent, si expectaret, & si eos blandè præsertim acciperet redeuntibus. aufugit. i. recessit. vide Euthy. Vt raperent] et: iam inuitum cogere, & acclamarerent, ac declararent regem. Vide cap. 21. nu. 1. v. 4.

2. A. Compulsi] Theophyl. in Marc. c. 6. nolabant, inquit, discipuli à Christo diuelli, sed vi separabantur, partim ob amorem erga illum; partim quod dubita-

verbis significari ab his scribis Euangelistis: A. Vespere autem facta. D. & cum sero esset; B. Et tenebra iam facta erant.

6. Et mortuum non relinqueret.

A. Et dimissa turba ascendit in montem solus mare. Vespere autem facta solus erat ibi. B. Et cum sero esset erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus. A. ibi. B. in terra.

dubitarent quonam modo ad ipsos rediret, cum abisset nauis. Hinc non videtur credibile discipulos non statim inscendisse nauim, sed expectasse in litore, antequam oluerent cum Christus coegisset, vel copulisse dicatur illos, ut irent tras fretum. vide item in hunc locum Ansel. in Euang. quædam.

3. **Fugit**] Seceffit dimissa prius turba, etiam veloc. origressi; tanquam fugiens inquit Tolet. vt doceret nos honores velociter fugere, & ad montem diuinæ contéplationis contendere; sed ne tumultus etiã aliquis, vel secessio contra Romanos fieret; & verbi prædicatio impediretur. **Iterum**] Nam subierat, antequam sariaret turbam, in montem, vt habet Ioan. vbi ergo descendit, & pauit turbas ac dimisit, iterum ascendit; hoc aut fecisse videtur duas ob causas, & orandi studio, & vt secedens statim dimissa turba, omnem à se affectati regni depelleret suspicionem, & calumniam.

Solus] non discipulos voluit secum habere, ne aliquam regni speciẽ discipulis cinctus præferret, atq; aded omnẽ affectationem eius rei à se remoueret, & nullus calumniæ locus relinqueretur. His accedit, quod id ad se occultandum magis faciebat. Denique propterea etiam puto dimisisse discipulos, vt animaduertent turbæ, atque intellexerent non ibi fore mansurum, atque aded nec redirẽt. illud ad mores facit, quod Theophy. Marc. 6. notat: *Dimissis turbis ascendit in montem vt oraret seorsum. quiete, & tranquillitate opus habent preces.*

4. Putat Mald. Ioan. 6. 15. etiam se inuisibilem reddidisse, atque ita ab eorum, qui aderant oculis euauisse, vt nesciret prorsus, qua, & quoue se contulisset, & ita se qui desinerent. quæ adnotatio quomodo ster cum eo, quod dicunt Matt. & Marc. dimissa turba abiisse in montem solum, non video. si enim dimissa turba erat, quorsum attinebat se inuisibilem facere? fugit ergo solus, dum se repente turba dimissa liberavit ex eo loco, & de illorum manibus, solus abiens in montem.

5. **Christus quomodo rex.**

Obserua quod Christus erat quidem rex & Dominus, non modo omnium hominum, sed & rerũ quatenus Deus. At isti voluissent facere sibi eum proprium regem, non quidem vt Deum, sed vt hominem: deindẽ quamuis vt homo rex adhuc esset, nimirum spiritualis, vt illa significant: *regnum meum, non est de hoc mundo*: ijdem tamen isti temporalem regem creassent, si permisisset Christus. Denique regnum spirituale Christi nondum omnino aduenerat; adueniet porro cum positi fuerint inimici eius, scabellum pedum ipsius. ergo illi præuenissent regnandi tempus, si regem nominassent; & ob hæc omnia etiã merito fugit Christus.

6. 4. **Vt autem sero factum est descenderunt**] videtur hoc dictum à Ioã. per recapitulationem: prius enim descenderant discipuli, quam Christus montem ascenderet. August. 2. de consen. Euangel. c. 47. Tacet autẽ Ioan. quod alijs dixerunt Euangel. compulisse illos Dominum nauim ascendere, quod arbitror factum cum inciperet iam esse sero, id est, noctis crepusculum, tunc enim à Domino nondum conscenso monre dimissi fuerant, (quod Ioan. etiam hic ver. 4. significat, licet sit recapitulatione vsus) & sunt ingressi nauim. quod autem (vt hic habes v. 5. 6.) Marc. dicit sero, & Matth. *vespere autem facto*, videtur significare tempus nocturnũ post solis occasum per duas. tresve circiter horas, cum essent tenebræ vt ait Ioan. faltem aliquanto tardius, quam esset tempus illud, quod Ioan. sero prius vocauerat hic v. 4. & adhuc longè tardius quam vespera illa Matth. cap. præcedenti, v. 7. quam explicat Marc. his verbis: *& hora multa fieret*, vt nos ibi ad marginẽ eiusdem v. 7. posuimus cum textu; erat enim hoc tempus antè occasum, & post meri-

A diem, sed cum sol vergeret ad occasum, vel præcipitaret.

Cæterum ex Matth. colligere possumus duplicem vesperæ significationem; significat enim extremã diei partem per tres circiter horas ante solis occasum, & tempus post solis occasum præsertim crepusculum noctis per vnã, duas, tresve circiter horas noctis. sic enim habet Matt. c. 14. v. 15. & 23. *vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes*: desertus locus est, & hora iam præterijt, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Et mox narrato miraculo multiplicationis quinque panum, & duorum piscium, quibus quinque millia hominum satiata sunt, subdit Euangel. *& dimissa turba ascendit Iesus in montem solus orare; vespere autem facto solus erat ibi*. Ecce tibi eodem in die bis Matt. nominat *vespere*, vnũ prius, alterum posterius. Priori quidem significans tempus ante solis occasum, quo facta est manducatio, & dimissio quinque millium hominum; de quo Lucas c. 9. ait, quod dies tunc coeperat declinare, & Marc. cap. 6. quod iam hora multa fieret. Posteriori vespere denotauit tempus post occasum solis nocturnum; de quo Marc. dixit; *& cum sero esset*. & Ioan. *& tenebræ iam factæ erant*. Quæ orania habentur hic, cum cap. superiori ver. 7. & hoc cap. 10. ver. 5. 6. Et hæc obseruatio notanda est diligenter, quia multum facit ad definiendam controuersiam de Paschate, seu de immolatione, atque esu agni.

5. **In Capharnaum**] Marcus habet *ad Bethsaida*, vt habes hic versu. 2. nam verè Capharnaum cogitabant, quo quidem venerunt, sed postea cum Christo. Dominus autem iusserat, vt cum Bethsaida esset in via, illic expectarent eum: quod tamen postea facta tempestate, ex Christo circa noctem viso secus factum fuit, statim enim Capharnaum appulerunt, quo verè cogitabant, tanquam ad vltimum, & destinatum terminum. Quod si non placet, dic, quod cum Ioan. hic dicit: *venerunt in Capharnaum*, nõ significat, quod eo appulerint, sed quod eo versus nauigarent, ac proindẽ versus Bethsaida: erat enim in eadem via: & sic vtrumque; verissimum est: licet postea Capharnaum appulerint ingresso in nauim Christo.

6. **Solus in terra**] Videtur aliquibus Dominus descendisse de monte ad litus, & vidisse eos laborantes in mari, sed ad tempus voluisse illos iactari, vt deindẽ eius ope liberati, discerẽt in eo sperare. Sed non videtur id esse verum: nam Matt. quem solet sequi Marc. tantum dicit: quod solus erat ibi, id est, in monte, in quem ascendisse dixerat, vt habes hic ver. 3. ad marg. hoc ergo est esse in terra, quod non in cymba, vel mari.

Non relinquit Dominus suos in medijs tentationibus, sed aspicit, iuuat, quamuis relinquere videatur. Permittit quidem ille, vel etiã vult nos iactari, ad virtutũ, & gloriæ augmentũ, verum semper præstò adest. Custodit ille nos, neque dormitans, neq; dormiens: est enim protectio nostra super manum dexteram nostram, hoc est, quasi ad latus nobis est, vt protegat Psal. 120. Hoc certè quod iactari permisi sunt sine Christo discipuli benè celsit illis, magis enim dilexerunt illum vbi experti sunt quã malè illis cesserit, quod sine Christo aliquando fuerint.

7. **Iactabatur**] Rectè ait Hierony. quasi inuici, & & retractantes Apostoli à Domino recesserant, ne illo absente naufragia sustinerent.

8. **Et videns**] de monte. **Circa quartam vigiliam noctis**] Nox in quatuor partes militari vsu distributa est. hæ partes vigiliæ quatuor appellantur, quod quater vigiles, vel excubiæ mutarentur alijsque alijs succederent. sanè tres horas vigilia quæq; continebat. hinc Hierony. hic, *Stationes*, inquit, &

vigilia

7. **Duplex vesperæ significatio.**

8.

9.

10. **Dem fidei vestes.**

vigilia militares in terna horarum spatia diuiduntur, quando ergo dicit: quarta vigilia noctis venisse ad eum dominum: ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis, atq; in consummatione mundi eius auxilium prabiturum. ergo quarta, id est, extrema noctis vigilia propè matutinum tempus venit ad discipulos Christus supra mare ingrediens. & tandem, ait idem Hierony. imminens naufragium perseuerat, quamdiu Iesus veniat.

9. *Stadia*] Est octaua miliarij pars. Itaq; emensi fuerant plusquam dimidiam lacus partem, si latitudinem spectes. Erat enim latus secundum Iose. stadijs 40. longus 100. vide quæ superius diximus in Schol. nu. 1.

B *Et volebat praterire eos*] August. lib. 2. confen. c. 47. ait: hoc quomodo intelligere potuerunt, nisi quia in diuersum ibat, eos volens tanquam alienos praterire, à quibus ita non agnoscebatur, vt phantasma putaretur. Itaq; & iactatione tempestatas, & spectri simulatione, vel exultatione permisit Christus Apostolos in metum incidere, vt tanto magis eorum fidem tentaret, & fiduciam doceret, & clamorem eliceret, cui subueniret.

11. A. *Habete fiduciam*] noluit Dominus statim tempestatem coercere, vt illi in eo sperarent, nec quicquam timerent præsente illo, qui poterat liberare, ideo, vt fidant in eo, petit. Porro hæc verba: nolite timere, videntur effectiua fuisse, id est, dispulisse timorem.

Benedictus Pere. obseruat Christi ambulationem supra mare quatuor potuisse fieri modis Primo, vt ipse corpori suo & Petri impertiret vim quandam similem eius, quam habebat post resurrectione glorificata hominum corpora propter dotem agilitatis. Deinde vt summa illius maris aqua per diuinam autem ita solidarentur, & durarentur, vt humana vestigia sustinere possent: ad eum nempe modum, quo per aquas gelu constrictas, & concretas, non solum homines: sed etiam equi, & currus transire possunt. Verum si ita illud factum esset, non vtique Petrus capisset mergi, timens ventum validum. Ad hæc vt Christus suspenderet actum grauitatis in suo, & Petri corpore; id autem est ne corpus sua grauitate vrgeret, & premeret aquas deorsum, quemadmodum vrendis actum in illo Babylonico igne suspendit, ne tres illos iuuenes in ardentem fornacem coniectos laderet. Postremo, vt corpus portaretur super aquas; si ut Demon tulit Christum per aërem supra pinnaculum templi, & montem excelsum: & Angelus tulit Habacuc ex Iudæa vsque Babylonem. sic Peter.

12. *Sit tues*] Non dubitabat Petrus de fide, sed de facto. Credebat quidem Christum efficere potuisse, vt ipse super aquas ambularet: verum an Christus esset qui loqueretur, hoc plenius auebat agnoscere: volebat ergo probare an spiritus à Deo esset. Cum verò postea subdit Matth. vt hic habes, ver. 13. & descendens Petrus de nauicula, & c. satis constat Petrum iam omnino credidisse illum esse Christum qui præcipiebat, scil. illuminauerat ille eius mentem, & intellectum. Neque verò vlla vicius est arrogantiæ. Alioqui si in aliquo aberrasset à Christo reprehensus fuisset. hæc contra impios Caluianos pro sua in sanctos, si Deo placet, obseruantia Perrum criminantes.

Iube me] volebat statim Christo coniungi. Hierony. in omnibus, inquit, locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus: eodem fidei ardore quo semper, nunc quoque cæteris tacentibus, credit se posse facere per voluntatem magistri, quod ille poterat per naturam.

13. *Veni*] lege 2. de consideratione Bernardum.
14. *Timuit*] Permisit id Christus ex maximo ser. 1. de Apóst. vt fragilitas humana cognosceretur. ex Theophyl. ne superbi-ret. ex Hierony. vt augeretur

A fides, & intelligeret interea Petrus, se Dei virtute conseruatum, non facilitate postulationis.

Cæterum non dubitauit Petrus de Christi potentia, sed num esset liberandus illo periculo, Christo videlicet permittente.

Vide, quod cum in Christum intendit Petrus oculos, eumq; respexit, non dubitauit tumentibus vndis committere se: verum cum à Christo auertit oculos, & in validum, furibundumq; ventum illos coniecit, cõfestum timuit. Disce Lector in medijs tentationum fluctibus Christum intueri, ab eo nunquã oculos deflectere, in eò spem figere, opemq; implorare. August. item de ver. Dom. sub fine ferm. 14. sic ait: in Petro communis omnium nostrum conditio est, vt si nos in aliquo tentationum ventus conatur subuertere, vel vnda submergere, clamemus ad Christum. quid est clamemus? oremus. Porriget ille manum, & eruet de profundo. etenim manus eius deducet nos, & continebit nos dextera eius, donec nos ad sempiterna sua promissa perducatur. Sic ille.

15. *Modica fidei*] qua de re dubitauit Petrus dixi num. 14.

16. D. *Voluerunt ergo accipere eum*] id est, cupide eum acceperunt, cum iam cognouissent Iesum esse, quem prius tanquam phantasma auersabantur, nescientes ipsum esse.

17. B. *Et plus magis intra se stupebant*] Gr. *ἰσχυρὸν* in *ἰσχυρὸν* valde ex abundanti vel valde supra modum.

Non enim intellexerant de panibus] ratio cur ita mirarentur, & cur non aduerterint ipsum potuisse esse, qui supra mare ingrederetur, erat quia non intellexerant, id est, meminert, aut potius non aduerterant de panibus, id est, Christi potentiam in panum multiplicatione ostensam. si enim meminissent, ac aduertisset, seu cogitasset eius ibi ostensam potentiam non perfunctorie; tanoperè non admirati fuissent, quod ambularet super aquas, & quod caderet vetus eo præsente. Redditq; Marc. rationem cur ex miraculo quinque panum nõ cogitauerint Christum supra mare potuisse ingredi; quia, inquit, cor eorum, erat excæcatum, ad considerandam, scil. Christi potentiam ex miraculo multiplicationis panum. Gr. quod nõs habemus; erat enim cor eorum excæcatum, est καρδία πικρῶς μίτην, id est, erat cor veluti callo obduratum. i. tempestatas metu, & stupore erat obcoecatũ ad perpetuendam à Christo ostensam potentiam, & quæ ex alijs signis se satis ostenderat, diuinitatem. Cæterum hæc Marci verba in bonam partem oportet interpretari, non enim significat Apostolos non intellexisse miraculum paulò antè factum, quod vel ipsæ rudes turbæ intellexerant, sed aded fuisse attonitos, & stupefactos, vt nõ potuerint cogitare eum, qui paulò antè panes multipl. cauerat incedere supra mare potuisse, vt solet subitus horror, aut erigere, aut impedire rationem.

18. *Qui autem in nauicula erant*] Intelligo hæc de nauis, & vectoribus dici cum Hierony. sed extendi etiam ad Apostolos nõ dubito. Verosimile quidem turbæ vocasse Dei filium. i. Messiam. Sed credibile quoque est Apostolos vt natura etiam Dei filium adorasse, & compellasse, hanc nouam naçti occasionem: neq. enim ipsi minus præstare, quam nauis, debebant.

Obserua quatuor à Christo miracula facta esse hic. Primum quod ambulauerit Christus supra mare. Alterum quod Petrus iussu Christi, & ipse supra mare ingredi coepit, simulque vt clarè constat. i. Christi id virtute factitatum esse, dum mergi inciperet Christi manu suffultus, & liberatus est. Tertium quod nauigio Christo excepto cessarit illicõ ventus, resederint vndæ, & tranquillitas magna consequuta fuerit. Postremum, quod temporis momento longo cõfecto itineris spatio ad terram

14.

15.

In tentationibus Christi suo insensum.

Ambulatio super mare quatuor modis fieri potest.

12. Petri fides.

13.

16.

Quatuor Christi miracula hoc loco.

nauis appulerit, & qui erant in naui accesserunt, & Christum adorauerunt, & hoc eodem ordine hæc gesta fuere.

17.

Chrysof. existimat aliud esse miraculum Ioan. ab eo quod narrat reliqui duo. sic habet hom. 42. Ioan. 6. Ratio præcipua est; nam Ioannes ait: *voluerunt ergo cum accipere in nauim, & statim nauis fuit ad terram, ad quam ibant;* quibus significare videtur, non esse Christum intra nauim receptum, quod repugnat Matthæo & Marco. verum certior est esse Augu. sententia 2. de consen. c. 47. eandem profus historiam. Ad rationem Chrysof. Respon. Ianfen. Ioan. non negare Christum in nauim ascendisse, sed tantum scripsisse: *voluerunt cum accipere in nauim* (sicut & verè acceperunt) vt significaret Apolos cum adhuc longè essent à terra voluisse illum admittere intra nauim, & admisisse, vt consueto more cum illis nauigaret, vsq; quo peruenirent ad terram, verum non fuisse opus, vt more solito ad terram nauigando perueniret; sed nouo quodam miraculo nauis ad terram statim appulit, ad quam ibant. in hoc Euang. habet Augu. duos sermones de ver. Dom. ser. 13. & 14.

18.

Illud ergo hic dicere non omittam, quod tribulationum tempestatem libèter vt feramus, magno emolumèto esse potest, & animum laborantis in remigando mirificè recreat, atq; confirmat. adesse nimirum Deum præsentem tribulato, neq; vnquam deserere Psal. 60. 6. *cum ipso sum in tribulatione*, inquit Deus, per Dauid. & Sap. 10. 13. de eodem ipso Deo dicitur: *descenditq; cum illo in foueam, & in vinculo non dereliquit eum.* quibus significatur, quod in eadem quodammodo vincula etiam manus etià pedes immittat Deus, quibus constringuntur eius amore pij. Daniel. quoq; 3. 9. hoc ipsum facto ipso, atque opere ostenditur. Tribus namq; pueris socium in fornace se adiunxit Deus. in ardentis item rubi medio se constituit, qui rubus populi israelitici laborem in Aegypto representabat. 2 Reg. 7. 23. enumerans Dauid Dei beneficia in populum collata, dicit: *quem redemisti tibi ex Aegypto gentem, & Deum eius*, id est, non solum vulgus, sed & primores, & iudices. Sed vt habet Vatablus, sic exponunt quidam hunc locum: *gentem & Deum eius*, id est, te ipsum, quod scilicet videaris affligi, cum tui affliguntur. Itaque videtur ipsemet Deus redemptus de Aegypto quodammodo, dum populus est redemptus. Clarius hoc dicitur Isaia quadragesimo tertio, ver. vigesimo quarto, *seruire me fecisti in peccatis tuis, prebuiisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Itaque loquitur, ac si ipse seruiret populo seruiente, & laboraret eodem laborante. Hoc est, quod nunc sua quoque præsentia, qua laborantibus discipulis præsto adfuit, significat Christus eos mirificè post moerorem, & tristitiam sua præsentia solatus, & post tempestatem tranquillum faciens. verum hæc obiter.

(*)

A

CAPVT XXI.

PANIS DE
CÆLO.

A. 14. 34. B. 6. 53. D. 6. 22.

1. D.



Ltera die turba, qua stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna, & quia non introisset Iesus cum discipulis suis in mare, sed soli discipuli eius abissent.

2.

Alia verò superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locū ubi manducauerant panē, gratias agente Domino.

3.

Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt in Capharnaum quærentes Iesum.

4.

Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc venisti?

5.

Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia videtis signa, sed quia manducauistis ex panibus, & saturati estis.

C

6.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.

7.

Hunc enim Pater signauit Deus.

8.

Dixerunt ergo ad eum: quid faciemus, vt operemur opera Dei?

9.

Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, vt credatis eum quem misit ille.

10.

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris?

11.

Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de calo dedit eis manducare.

D

12.

Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis: non Moyses dedit vobis panem de calo; sed Pater meus dat vobis Panem de celo verum.

13.

Panis enim Dei est, qui de calo descendit, & dat vitam mundo.

14.

Dixerunt ergo ad eum: Domine semper da nobis panem hunc.

15.

Dixit autem eis Iesus: Ego sum Panis vita. qui venit ad me non esuriet; & qui credit in me non sitiet vnquam.

16.

Sed dixi vobis: quia & vidistis me, & non creditis.

17.

Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet; & eum, qui venit ad me, non eijciam foras.

G. i. x. c. s. i. e. r. t. q. n. o. p. i. t.

18. Quia

18. Quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.
19. Hac est autem voluntas eius qui misit me Patris: ut omne quod dedit mihi non perdam, ex eo, sed resuscitem illum in nouissimo die.
20. Hac est autem voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnes qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
21. Murmurabant ergo Iudaei de illo, quia dixisset: ego sum Panis viuus, qui de celo descendi.
22. Et dicebant: nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem: quomodo ergo dicit hic, quia de celo descendi?
23. Respondit ergo Iesus, & dixit eis: nolite murmurare in inuicem.
24. Nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
25. Est scriptum in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me.
26. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem.
27. Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam aeternam.
28. Ego sum Panis vita.
29. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.
30. Hic est Panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur.
31. Ego sum Panis viuus qui de celo descendi.
32. Si quis manducauerit ex hoc Pane, viuet in aeternum, & Panis quem ego dabo, Caro mea est, pro mundi vita.
33. Litigabant ergo Iudaei ad inuicem dicentes: quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum?
34. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
35. Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
36. Caro enim mea vere est cibus, & Sanguis meus vere est potus.
37. Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo.
38. Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me.
39. Hic est panis, qui de celo descendit, non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc Panem, uiuet in aeternum.
40. Hac dixit in Synagoga docens in Capharnaum.
41. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: durus est hic sermo, & quis potest eum audire?
42. Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: hoc vos scandalizat?
43. Si ergo uideritis Filium hominis ascendentem uti erat prius?
44. Spiritus est qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Verba, qua ego locutus sum vobis, spiritus, & uita sunt.
45. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt, sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.
46. Et dicebat: Propterea dixi vobis: quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.
47. Ex hoc multi discipulorum eius abiierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant.
48. Dixit ergo Iesus ad duodecim: numquid & vos uultis abire?
49. Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus?
50. Et nos credidimus & cognouimus quia tu es Christus Filius Dei.
51. Respondit eius Iesus: nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus Diabolus est.
52. Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotae. hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.
53. B. Et cum transfretissent, uenerunt in terram Genesareth & applicuerunt.
54. Cumque egressi essent de nauis, continuo cognouerunt eum.
55. A. Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam.
56. B. Et percurrentes uniuersam regionem illam, ceperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse, A. & obtulerunt ei.
57. Et quocumque introibat, in uicos, vel in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos; & deprecabantur eum, ut vel simbriam uel uentilabium eius tangerent; & quotquot tangebant eum salui fiebant.

SCHOLIA.

I. D. **A**ltera die .i. sequenti, Gr. *ἑτέρα*, hoc est, posttridie. Compendio sensus horū trium versū est, quod cū (vt credibile est) nocte illa ibi propē desertum turbæ māssissent, statim mane .i. die sequēti rediere, arbitratē Christum esse adhuc ibi, quia præcedenti die vna tantū fuerat ibi nauicula, in quam ingressi sine Christo fuerant discipuli sub noctem. existimabant ergō quod esset ibi, & idē rediere, sed illum non inuenientes venerunt Capharnaum.

Turba, quæ stabat] Gr. *ὁ ἄστυς*, quæ steterat pridie eius diei trans mare. i. in loco, vbi Christus panes multiplicauerat, vnde se subdlexerat, & vnde soluerant discipuli. vt notat benē Maldo. licet malē neget, non esse hic sensum imperfectum, sed tantū significari, quod turba, quæ interfuerat miraculo panū aduertit nullam aliam nauiculam fuisse in deserto illo Bethsaidæ, præter illam, in quam inscenderant discipuli sine Christo. Atque adeo intellexerat Christum nō potuisse inde naui discedere. in quo m. hi videtur melius sentire Euthym. sensum esse in hō. initio imperfectū: quod sic explico cum Ians. qui sic scribit: sciendum in principio huius capitis mancum esse sermonem. Nam cum illū nondum quiescere fecerit Euangel. vt hic vides v. 1. rursus aliundē incoepit, dicens hic ver. 3. *cū ergo vidisset turba*, &c. Est autē forma hæc abbreviatio. quod verō interseritur ver. 2. *Alia autem superuenerunt naues à Tiberiade*: interloquutio est, quæ fecit vt sentētia præcedente non absoluta, aliundē cogeret sermōnem incipere Euangelista, sic Iansenius.

2. *Alia verō superuenerunt naues*] dum superuenisse naues. i. postea venisse à Tiberiade dicuntur, significatur locus ille desertus, fuisse inter Tiberiadem, & Bethsaidam, nō inter hanc, & Capharnaum: vnde videtur fieri eum locum nō fuisse verē trans mare. Apparet enim istas nauiculas venisse eo à Tiberiade, vt irent Capharnaum, atque ad eō trāsisse per locum miraculi, & præterita Bethsaidam appulisse Capharnaum. Et idē eas ingre. si fuisse vidētur isti, qui eo venerūt, vt Christū quærerent: nō fuisset verō via recta eundi Capharnaū, si à Tiberiade per vteriozem ripam eo venissent. Sensus est ergō quod cum esset ibi turba in deserto, quærens Christum, superuenere aliqua nauiculæ, in quas ascendit turba traiciens Capharnaum. Quod idē Ioan. narrat, ne sibi contradicere videatur. Dixerat enim non fuisse ibi nisi nauiculam illam vnā, in quam intrauerant discipuli, & abierant. Hoc enim verum est de præcedenti nocte, vel die intellectum. Non ergō mirum si rāta multitudo potuerit traicere Capharnaum. Narrantur porro hæc tam accuratē à Ioan. vt simul ostendat etiā turbam aduertisse Christum sine nauē ad appulisse, licet quomodo. i. num terrestri itinere, & quando apulisset, ignorari.

Gratias agente Domino] Hoc additur vt distinguatur illud prandium, seu cœna à communibus alijs, quasi dicat, postquam gratias egisset Dominus, & sic distribuisset panes, vt Euthym. exponit. Vel potius panes benedicente, vt multiplicarentur: hoc enim videtur omninō significare hic; iuxta locum vbi manducauerant panem gratias agente Domino, quasi dicat, venerunt aliæ naues à Tiberiade versus locum illum, vbi miraculum quinque panum ad Christi benedictionem factum fuerat; vt proindē idem sit, *gratias agente Domino*, ac panes benedicente vt multiplicarentur. quod doctē notauit Maldon.

2. 4. *Cū inuenissent eum trans mare*] traicēto mari. i. traicēto maris sinu, qui erat inter locū miraculi, & Capharnaum. Porro inuenierunt eum Ca-

A pharnai, vt colligere est ex ver. 40. vel saltem in citeriore maris, vel lacus partē, vbi erat Capharnaum. Obserua. hic *trans mare*, significare eis mare respectu Iudzorum. Itaque non est negandum interdum sumi *trans*, loco *cū*, & loca ista vocata esse vulgo etiam *trans mare*. *Quando hic venisti*] Chrysof. *non interrogant*, ait, *qualiter pertransieris, nec curat miraculum addiscere*. Barra. *nō interrogant*, inquit, *quomodo, sed quando veneris: quia quando discipuli venerant, ille non venerat*, hæc bene dicuntur; nisi quando, pro *qualiter*, & quando simul positum sit. Consideranda verō instabilis istorum mens. Qui enim dicebant: *hic est Propheta*, & verō etiam rapere, regemq; facere inter se decreuerant, postquam à Christo fuere dimissi, & acclamassent regem vel inuitū, si in eo Christus loco perdurasset, præsertim si illos blandē excepisset; iam inuenientes eum, nihil tale moliantur.

B 5. *Queritis me non quia vidistis signa*] Interl. non ad quæstionem, sed ad intentionem respondeat. August. verō ait: *quorum satiavit panibus vētrem, satiavit sermonibus mentem*. Denique Chryf. aduertit redarguendo respondisse: Blandientibus mansuetudo & lenitas non semper utilis, sed stimulo aliquando opus est ad desideria. Sensus est: quæritis me, nō quod signa videritis, & ex his vobis persuaseritis diuinam in me esse virtutem, & à Deo vobis missum doctorem. significat ergō Dominus quod non requirant illum propter illū, sed propter seipfos; non propter spiritū, sed propter carnem; non semper propter mentē, sed propter ventrem. Est tamen credibile aliquos inter illos bona mente sequutos esse Christum.

Sed quia manducastis] August. multi non quærūt Iesum, nisi vt illis beneficiat secundum tempus, vix quærunt Iesum propter Iesum.

C Gregor. Iob. cap. 30. per horum, inquit, personam Dominus illos intra Sanctā Ecclesiam detestatur, qui per sacros Ordines ad Dominum propinquantes, non eisdem ordinibus virtutū meritā, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt, nec cogitant quid viuendo imitari debeant, sed quæ compendia percipiendos, fatientur. Satiatos quippē de panibus Dominum sequi, est de Sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse.

6. *Operamini non cibum*] .i. operando quærētē, seu date operam, vt quæratis, & paretis. Sic Paul. *vestram salutem operamini Non cibum*] pro, non solum cibum: vel non præcipuo studio.

Sed qui permanet] Dubitari hic potest, quis nām sit iste cibus, de quo hic. Card. Tol. adnot. 13. distinguit cibum ab operibus. Distincta nāmque sunt hæc duo illis verbis: *operamini cibum*, en opera, en cibum. Et illa quidē ad Iudæos pertinebant, hic verō ad Christum datorem. Porro opus quod impendendum in conquirendo, & parando cibo hoc qui permanet, &c. est fides; cibus verō est humanitas diuinitate sigillata. Neque enim illa cibus vitæ esse posset, nisi diuinitati coniuncta. Chrysof. autē & alij quidam per *cibum* hic intelligunt generatim omne bonum animæ, atque ita non videntur distinguere opera à cibo. mihi valdē probatur Augustini sententia hoc loco tract. 15. intelligit enim hæc verba de Christo, & de usu eius per fidem, nō de V. Euchar. quare subdit illa; *quid paras dentem, & vētrem? crede, & manducasti*. Quæ rectē potuit eo loci scribere August. in quo nondum de V. Sacramento loquebatur Christus, nō tamen propterea à sententia Toleti abhorreo, quatenus distinguit inter opera & cibum. Fateor enim Christum esse cibum, eundemque datorem cibi; opus vero ipsā præsertim fidē, qua comeditur, & qua nos illi vnimus. Fidem verō intelligo, quæ per dilectionem operatur. Cæterum hic non arbitror de

3.
Teneretur
qui ex sacris
ordinibus
sustentatio
nem vitæ
tamē qua-
runt.

4.

Christus
bar & de
sac. cōs.

Venerab. Eucharistia, quam daturus erat, esse sermonem, quod tamen videtur velle Tole. Dices, cur ergo *dabit*, inquit, *vobis* in futuro? quia eum cibum Iudæi, quibus ista loquebatur Christus, nec tum petebant, nec antè petierant. si ergo ab eo peterent, dabit inquit, qui referunt ad futuram Ven. Eucharistiam facile respondent. Nondum enim erat instituta. Illud verò quod dixerat: *operamini cibum*, significat cibum hunc nostra opera, & labore comparari. Quem filius hominis dabit, significat gratitudinem donari nobis à Christo, vtrumque enim necessarium: nam per actiones nostras præparamur, licet non sine Dei gratia, vt sic nobis præparatis Christus det nobis eum cibum, & fructuosè quidem.

7. *Pater signauit*] Secundum Hilarium libr. 8. de Trinit. Locus hic sic exponitur: cum sigillum in cera tanquam in materia diuersa imprimitur, cera retinet totam figuram sigilli, sic filius hominis totam naturam Patris accepit cum humanitas eius diuinitate sigillata est. Verum aduerte duplicem receptionem posse intelligi, qua filius recipere à Patre naturam dicitur: vnam æternam, de qua loquitur Paulus ad Heb. 1. 3. *Et figura substantia eius*, græca habent *ἡ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ*. vbi nota obiter, quod character impressionem significat id est signum ex alia re impressum, per quod res illa manifesta cognitione percipitur, cuiusmodi est sigilli figura in cera impressa, & ita significatur quod Filius sit perfectissima, & expressissima imago Patris dum dicitur *figura*, id est character *substantia eius*. Hypostasis verò, licet rectè sumatur pro substantia, hic tamen accipitur pro persona, prout etiam communi vsu Conciliorum, & Patrum iam sumitur. Dicitur ergo à Paulo Filius character, id est, forma, & imago impressa, & subsistens similis personæ Patris. Neque enim talis forma impressa est is qui impressit, sed similis illi: & Filius non est Pater, sed similis Patri; & quia essentia non gignit essentiam, sed Pater generat Filium, ideo Filius est character Patris cui similis est, non autem essentia eius. Vna enim atque eadem essentia est in Filio, & in Patre. Pater autè generando Filium suum, figuram (vt sic dicam) in eo expressit, sicut sigillum in cera. Talis ergo figura expressa subsistens Filius est, ac proinde character Patris. Hic ergo locus hoc modo exponi potest de hac æterna receptione. Nam ne incredibile videretur cibum permanentem in vitam æternam posse ab eo dari, qui se Filium hominis vocaret, ostendit eundem esse Deum, & veram atque expressam imaginem Patris, quomodo solet sigillo exprimi in cera; atque ideo verbo vsus est apto *signauit*, id est, sigillo expressit, quod in Græco est aperius *ἔθηκεν*, & cum articulo dixit *ἡν*, quasi dicat Pater, inquam, ille qui verus Deus est, vt increaram in se Dei Patris imaginem agnoscerent, id est, omnino Patri æqualem. Altera receptio est, quæ spectatur in mysterio incarnationis; quia in natura humana Deus Pater impressit verbum, quod est splendor, & figura substantiæ eius, vt paulò ante exposuimus, & ita melius accipitur hic sigillatio, vel receptio hoc secundo modo, cum de filio hominis sit sermo; & sigillum, vt inquit Hilarius, in materia reuera diuersa imprimi solet, quæ sigillata dicitur, & melius humanitati diuinitate sigillata, vt sic dicam, competit. licet Cyril. lib. 3. ca. 29. vtramque sequatur interpretationem. ergo homo factus est Dei filius, & carnem seu humanitatem assumpsit, vt ipsam suam diuinitate viuificaret, & ita nos illam manducantes, viuificemur à cibo permanente in vitam æternam. Hæc igitur expositio placet, dummodo intelligatur locus iste, non de sacramento Venerabilis Eucharistiæ, sed de

A Christi humanitate diuinitate sigillata, seu de Christo hominæ ratione vnita diuinitatis, vt tamen fide comedatur. Nec sine causa ita distinxit illa verba Christus *quem pater signauit Deus*, vt in postremum locum reijceretur Deus, nimirum vt expressius, & distinctius exprimeret sigillum hoc, esse Patris diuinitatem: Quod non ita expressum fuisset, si diceretur tantum: *quem Pater signauit*, aut Pater Deus, quasi dicat. Pater signauit deitate sua, ac proinde docet minimè mirum videri debere, si hic homo cibum esse, vitamq; æternam dare possit.

2. Ab alijs quibusdam etiam hic sensus assignatur: vt idem sit *signauit*, quod confirmauit, & declarauit filium suum voce de cælo delapsa, & editis miraculis, tanquam sigillo quodam apposto. Cum ergo talis sit, vtique æternæ vitæ cibum præstare potest. prior expositio magis quadrat.

B 8. *Vt operemur opera Dei*] Sunt qui exponunt; opera Dei, quæ sunt Deo accepta. Alij quæ Deo auctore fiunt. Cardin. Tol. rem attigit, exponit enim quod illa opera Dei quæ fuerint hi rogantes à Christo quid faciemus. vt operemur opera Dei? de quibus Christus loquutus fuerat. Nam quia cibum vitæ æternæ per ea se acquisituros sperabant (dixerat enim Christus operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam) intellexerant illi, se per opera debere acquirere hunc panem; simulque intellexerant, hoc opus ad Deum pertinere, ex illis præsertim verbis; *quem filius hominis dabit vobis: Hunc enim Pater signauit Deus: & ex illis: qui permanet in vitam æternam*. Ideo non mirum, si quæsiuerint, qua ratione possent facere opus Dei, per quod scilicet assequerentur eum cibum. Et est vera dilucidatio huius loci.

C 9. *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille*.] Quasi diceret: fide oportet vos quærere hunc cibum credendo in eum, quem Deus misit in mundum, vt det eum cibum hominibus.

Docet Perer. d. 14. num. 44. fidem septem modis dici opus Dei. primo & secundo modo effectiue, tum quia fides à solo Deo producitur: tum quia fides eleuat mentem hominis ad supernaturalem, & diuinum ascensum eius, quod ei credendum proponitur à Deo. Tertio, imperatiue; quia Deus imperat nobis, & exigit fidem. Quarto, formaliter quia si fides est ex ordine donorum supernaturalium & diuinorum. Quinto, obiectiue, quia fidei obiectum est ipse Deus. Sexto, fundamentaliter. est enim fundamentum omnium donorum Dei. Septimo, inductiue, quia sequens fidei ductum inducitur, & perducitur ad alia omnia Dei opera, & dona expectanda, quærenda, & impetrandæ. Sic ille; vnde non mirum si Christus Dominus hoc loco solam fidem nominauit opus Dei.

D Ex his fit, non Ironice hæc à Christo quæsiisse istos, quod tamen putauit Gagnæus.

G. est quid facimus? ἢ τί οὐκ ἔμελλε? pro quid facere debemus, aut faciemus? illa verò verba superius v. 4. posita; *Rabbi quando huc venisti?* continere aliquid adulationis verosimile est. Quare Christus non ita illis blandè respondit, etiã fortassis ob hanc causam, non tantum quia propter cibum eum quærebant.

10. *Quod ergo tu facis signum?*] Cum Christus respondisset opus Dei esse, vt in se Christum Dei Filium crederent, nuperrimo factò miraculo nouum signum quærun, vt inde credant. Neque aliud signum occurrit illis, quam antiquum manna, vel illi simile, dignum gastrimargis illis signum, vt inquit Gagnæus. Notat Cardinalis Toletus particulam, *ergo*, innuere ob id sequentia verba dicta fuisse ab istis, quia dixerat Christus in eum vt crederent, quem misit ille. ergo inquit Ioannes, responderunt, si tibi credere debemus, signum fac quod videamus, & credamus. Cum verò per inter-

rogationem

8.
Fides septem
modis opus
Dei dicitur.

rogationem respondeat: *quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi?* nolunt negare aliquod à Christo signum editum fuisse, sed tantum negant tanta fide dignum, ut propterea credere debeant. *Quid operaris?* Verba sunt paruifacientium Christi signa præ signo Moysis, quod fuit manna; & tamen, licet inquirunt, maius exhibuerit signum Moyses, non crediderunt in eum Patres nostri esse à Deo missum eo modo, quo tu poscis; imò, nec ille id poposcerat. Et hoc est quod significant, vers. 11.

9. 12. *Non Moyses dedit vobis panem*] Respondet Christus verus illud manna Patribus esse datum: at longè maius vobis præstitum est nunc beneficium. Nam & si ad Moysis preces manna vobis de celo pluit, non tamen Moyses dedit vobis panem de celo, ubi græcè est, τὸν ἄρτον, id est, *panem illum*, scilicet *verum*; sed veri illius panis figuram, videlicet manna. *At Pater meus dat vobis, τὸν ἄρτον*, id est, *panem illū de celo verū*. Verus. n. ille panis est, qui de celo descendit, vt dicitur v. 13. quod manna non erat, quod ab aëre tantum descendit. Cùm ergo inquit Moysen non dedisse illis panem de celo, intellige cum Theophyl. Gagnæ. & alijs non dedisse verum de celo panem, sicut in altero orationis membro habetur: *sed Pater meus dat vobis panem de celo verum*. Adde ex eodem Gagnæo & Maldonato in v. 22. Ioan. negare hic Christum non modò Mosen verum dedisse panem, sed etiam de celo. n. his enim duabus rebus suum panem præfert pani Moysis, q̄ & de celo sit, & quod verus, cùm ille nec sit de celo, nec item verus. Ex eo autem quod panis de celo non est, verus non est: Ideò fortassis in primo membro subicit, verum, contentus negare, nõ est de celo, licet etiã in articulo inuoluatur. Et verò non esse de celo panem illum Moysis, constat: quia de aëre descendebat. Non esse item verum patet; quia Typicus erat. Verus enim hic Typico opponitur, & figuratè ex Chrysol. Leoncio; Theophyl. Euth. Cyril. August. Beda, Ruperto. Quamvis etiam verus dicatur quantum ad efficacitatem; nam cum ille Moyses ad breue tempus vitã sustentaret; Christi hic sempiternum suppeditat. Sic Victorinus l. i. aduers. Arium, Responso ergò Christi in eo versatur, vt ostendat, panem, quem ille daret esse longè diuersum, multoq̄e præstantiorem, atque optabiliorem quàm fuerat manna per Moysen datum patribus ipsorum.

10. 13. *Panis enim Dei est*] Redditur causa, cur suum panem dixerit esse *verum* panem, quia est panis celestis, & diuinus, & dat vitam mundo, non Iudæis tantum, vt manna illud, quod etiam nemini verè dabat vitam, cùm esset cibus tantum viuientium. Vitam æternam hic intellige. Porrò manna dicebatur *Panis Dei* tantum, quia iussu Dei, & per miraculum eius potentie factus, & datus Iudæis erat: erat tamen panis materialis, & terrenus. Panis verò Christi, qui est ipsemet Christus verè panis est Dei: quia Christus ipse verus est Deus: & eo pane vescitur Deus per æternam, & beatificam suæ essentia visionem. Hinc est quod iste panis sit verè celestis, & diuinus, & quod descendit de celo per assumptionem humanæ carnis; semper tamen in celo manens secundum diuinitatis suæ maiestatem. Cum manna non tam descendere ipsum, quàm mitteretur de aëre, cùm esset quid inanimè. Hinc est etiam quod det vitam mundo, cùm tamen manna non aleret, nec viuificaret, nisi hominem viuum. Christus autem etiam vitam non habenti, dat vitam: Ioannis 10. *ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Denique quod sit panis datus toti mundo. hæc omnes differentia hic insinuatur inter manna, & Christi panem. Nam quia panis est verus, seu Dei, ideò panis est diuinus

A descendens de celo viuificans, & datus toti mundo.

14. *Domine semper da nobis panem hunc*] vt Samaritana vbi audiuit à Christo, *qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*. aquam petijt: *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam*: ita isti cùm didicissent de Christo panem quendam esse Dei, rogarunt: *Domine semper da nobis panem hunc*: existimant enim de pane corporali Christum esse loquutum, cupiuntq̄e sine labore eo expleri. Ideò poscunt non tantum, vt illis panem det, semel, aut iterum, sed semper. Cyrillus, non ironicè dictum id putat, sed ex animi sententia, pro corporali sc. eorum ingenio, qui ventris tantum curam haberent. Licet quidam Ironiam hic latere velint.

15. *Ego sum panis vitæ*] Gagnæus, quia carnales, inquit, Iudæi, de carnali pane intelligebant, docet eos, non de materiali pane se locutum, sed spirituali, qui quidem panis ipse sit. *Ego*, inquit, *sum panis vitæ*, id est, viuificans, ac vitam mundo præstans. est enim Hebraismus.

B *Qui venit ad me*] vbi ostendit, quisnam sit ille panis de quo loquebatur, tradit nunc modum habendi illum, nimirum si ad eum veniant; & declarat quid sit ad eum venire, subdens: *& qui credit in me & cætera*. hoc enim est ad Christum venire, in eum credere: in quem qui piè & verè credit, spiritualiter eum manducat, & bibit, nec sitit, aut esurit, quod verum est, & spiritualiter, & carnaliter, nam esurire, & sitire pro extrema rerum temporalium penuria etiam literaliter sumitur, quam non finit pios, & in se verè credentes pati Dominus, iuxta illud Davidis: *non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem*. Vel spiritualiter intellige, quod qui finaliter in eum crediderit, nunquam esuriet, neque sitiet, nimirum omnium bonorum satiate in Christo oppletus. Iuxta quod Dauid olim dicebat: *Satiabor cùm apparuerit gloria tua*. De hac satietate sic Isai. quadragesimono: *non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus, & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos*.

C *Non sitiet vnquam*] Vox hæc *vnquam* referenda etiam est ad *non esuriet*, quod dictum est à Domino ad eximendum errorem illorum. Existimabant enim futurum hunc panem materiali similem, quem qui semel comedit eget vt iterum suo tempore comedat, & ideò dixerunt illi: *semper da nobis hunc panem*. At Dominus rejicit hanc falsam opinionem, docens eum, qui hunc panem semel comedit, nec esurire, nec sitire amplius: vt de aqua Samaritanæ dictum est: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*, quod propriè in altera & beata vita impletur plenè.

16. *Quia & vidistis me*] quia pro, quod & vidistis me, & non creditis. vidistis scilicet, me miraculum de quinque panibus, & duobus piscibus edentem, quod erat diuinitatis mox amplum & sufficiens testimonium, & tamen non creditis. Aliqui etiam intelligunt de alijs quoque miraculis pluribus, quæ viderant & nec per illa crediderant.

D *Sed dixi vobis*] quando, inquiet aliquis, dixit CHRISTVS turbæ, vidistis me & non creditis? Respondeo, tunc cùm dixit: *queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis*: quorum verborum sententia est, vt superius exposuimus: queritis me non quia vidistis signa, vt videri illa debent ad credendum; queritis inquam me non quia per signa, quæ vidistis, credidistis, sed quia saturati estis. Dixit ergò Dominus turbæ, *vidistis me & non creditis*, licet non clarè, quoniam enim videri poterant, querere Christum, quia in eum crederent testatur Christus illos non credere, sed panem querere. ostendit ergò quod ficut prius non crediderat

Quam seriò
homines
querant ite-
poralia.

II.

II.

derat

anna pa-
is Dei quo-
modo.

derat prout illis dixerat, ita nec nunc credant, licet petierint hunc panem dicentes: *da nobis semper panem hunc.* sunt qui interpretentur dicta illa verba fuisse à Christo superius, quavis silentio fuerint præterita à Ioanne.

17. *Omne quod* Neutro genere loquitur quavis de hominibus ex scripto, ut maiorem significet vniuersitatem, quasi dicat, quicquid mihi Pater dat admitto, siue mundum, siue immundum sit animal; quodcumque sit hominum genus siue Iudæorum, siue Gentilium. Notat & Gagnæ. quia non veritatis discendæ, sed pascendi ventris studio, eum sequebantur; ideoque quanquam miracula vidissent, non credebant, subdit; *omne quod dat mihi Pater,* quasi dicat, nihil mirum, quod in me non creditis, quod non venitis, quia non mittit vos Pater. *Omnes autem quos mihi dat Pater, & mittit, ad me veniunt:* & sicut postea ait: *nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* vos autem Pater non trahit, gula trahit, gastrimargia trahit; *Et eum, qui venit ad me, non eijciam foras* id est, non aspernabor eum qui venit ad me recta fide. Reddit autem rationem cur non aspernetur v. 18. & 19, & 20. sequentibus. Patris enim cui veni, ut paream, voluntas est, ut electos suos, quos mihi dedit, quique oculis corporis, & mentis Dei Filium vident, & eius miracula, atque ad eum in eum credunt, excipiam, & ad vitam æternam in nouissimo die resuscitem. Vide in 20. v. quæ dicuntur nu. 18. sub finem. tantum hic Nota in verbis illis, *habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum* &c. Coniunctio, & potest poni pro, *nam* Heb. vel pro, *id est,* vel *resuscitabo,* pro *resuscitem,* ponitur, sic Emma.

Sed grauis sese hic offert dubitatio ex v. 17. quomodo enim, inquit Chrysol. hom. 44. & Euthym. si omnis, quem dat Pater venit ad Christum, & nemo alius; in culpa erit qui non venit, si ei non Pater dat ut veniat? Nec faciet satis, si quis dicat cum Chryf. eis dari, ut credant, seu, ut veniant, qui aliquo modo se dignos faciunt, ut hoc eis detur à Patre; indignis verò, qui se tales non exhibent, id non datur, sed ipsorum culpa. sic Chryf. significat & expressus Euthym. & Cyril. l. 3. c. 39. & l. 4. c. 6. & Græci passim; qui libero arbitrio plus fortassis æquo tribuebant; Chryf. certè temporibus Pelagiana hæresis non ita grassabatur, ut proinde scrupulosius esset illi loquendum. Qua de re lege August. l. 1. de prædestinatione Sanctorum c. 5. & 6. & Theor. 5. nunc paucissimis respondeo: hæc dæ p. oppositiones: *nemo potest venire ad me, nisi datus est à Patre,* seu *nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum;* & hæc tertia: *Omne quod dat Pater, veniet;* mutuo se iuuant, & perfectum Christi sensum continent: scilicet neminem venire posse nisi tractus, vel datus à Patre sit: & omnem, qui tractus, datusque sit omnino venire. nam alioqui ex primis illis duabus non liceret hanc colligere: ut neque ex hac, illas, sed simul iunctæ integram sententiam Christi continent: nempe omnem, qui venit trahi, dariue à patre, & omnem, qui trahitur, daturve omnino venire, quod pluribus declarat Card. Tol. ann. 20. Hinc autem non fit, quod qui venit suis veniat viribus; & quod qui non datur, vel non trahitur, atque ad eum non venit, sine vitio & culpa sit. Indignum enim se fecit, quo minus traheretur, vel à Patre daretur. Hinc nulla ratione libero arbitrio periculum aliquod creatur. qui enim venit libero arbitrio venit, non quidem solo, sed præueniente, ac iuuante auxilio à Patre dato, qui autem non venit solo arbitrio venire recusat.

Sanè per huc dicendi modum insinuat Christus fidem, qua ad ipsum venit donum esse Dei: simulque ostendit multos in ipsum fore credituros, ac si diceret: quamuis vos cum credatis innumeri olim

A fidem meam libenter atque audè arripiant. Quare rectè Cyril. l. 4. c. 39. animaduertit gentium conuersionem esse hic significatam, & Iudæorum infide iacturam.

23. *Nolite murmurare* sensus est: nolite murmurare quasi rem aliquam falsam, & incredibiliter pronuntiarim cum me de cælo venisse dixi. Quod. n. nō capiatis, quæ dixi, non est causa, quod vera non sint, sed quod lumine illo careatis diuino, quo opus est, ut ad me veniatis, & mihi credatis. Nemo enim venit ad me nisi tractus à Patre, & illustratus: Proinde cum vos tales non sitis verissima mea verba nō capitis. subindicat verò Christus debere eos potius lumen à Deo petere ad credendum quam murmurare.

24. *Nemo potest venire ad me* poterat sic dixisse: non venitis ad me, nec me capitis; quia duri, rebelles, & proterui estis. Maluit tamen paternæ tractationis meminisse, quod Cardinal. Tole. obseruat, tum ut suam doctrinam cœlestem, diuinamque commendaret; tum ne fidem in eum humanis viribus assequi se posse putarent; tum quo eis metum, terroremque incuteret quasi diuino lumine destituti; Denique ut sua dogmata non modo falsa non esse, sed iuxta etiam Dei voluntatem significaret. Cur autem verbo trahendi vbius sit Christus, quod hominis libertati videretur obesse: Et cur potius patri hoc tribuat, quod trahat, cum etiam in Filium, & Spiritum sanctum conueniat, consule Theor. 4.

25. *Est scriptum in Prophetis* probat auctoritate Prophetarum, neminem ad se venire, nisi Pater traxerit eum, simulque declarat, quis sit tractus Patris, interna scilicet doctrina, & persuasio: vatiinati enim sunt Prophetæ fore, ut suos Deus doceret, vel traheret. *In Prophetis* vel Heb. more pluralem numerum, pro singulari positum esse dic. Apud enim Isai. id reperitur c. 54. 13. *ponam vniuersos filios tuos doctos à Deo:* quamuis Christus vel Io. non verba, sed sensum citarit. Itaque idem erit *in Prophetis,* ac *in vno Prophetarum.* vel refer ad plures Prophetas; qui licet non iisdem verbis, sensu tamè eodem scripserunt; fore ut homines à Deo docerentur. Hier. 31. 33. 34. Eze. 11. 19. & 18. 31. & 36. 26. 36. Ioelis 2. 28. *Scriptum est* plus est quam si simpliciter dixisset, *dictum est;* plus enim auctoritatis scriptis, quam verbis adhibemus.

Erunt omnes docibiles Dei *ἔσονται πάντες διδακτοὶ θεοῦ,* erunt omnes docti Dei. Opinantur quidam hoc plus esse, quam dicere discipulum esse Dei; verius sentire videtur Maldon. qui Hebr. aut Chaldaicam phrasim esse arbitratur, Doctus Dei, id est, discipulus Dei, quod plus est, quam docilem esse Deo, paulò minus verò, quam doctum esse. Quod intelligens fortassè noster interpret, neque dociles, neque doctos, sed docibiles vertit, non eos significans, qui docere possunt, sed eos qui doceri tanquam discipuli à Deo debeant. declaratur enim hoc verbo, quid Deus tempore Euangelij quantum in ipso erat facturus esset, & quid inter legem nouam, & veterem interesset, in veteri homines per Prophetas, Sacerdotes, Scripturas. In noua per Spiritum sanctum potissimum docentur, & hic est sensus Isai. Omnes enim docentur à Deo in noua lege quantum in ipso est, sicut dicitur illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, declaraturque legis Euangelicæ conditio quædam, quæ eius sit naturæ, ut in corde potius, quam in Cartha consistat, & à Spiritu Sancto magis, quam ab alio magistro imprimatur animis. Itaque his verbis nō declaratur, quid aut fiat re ipsa, aut fieri ab hominibus possit, hoc est, aut ipsos re ipsa à Deo doceri, aut doceri posse; sed quid tempore Euangelij futurum esset, quidve inter legem vtramque discriminis

13.

14.
Grauis dubitatio.15.
Fides donum Dei.

16.

17.

inter-

interesset. Præferenda est hæc interpretatio illi Augustini doceri omnes à Deo, non quia omnes doceantur, sed quia ex omni hominum genere doceantur aliqui; aut quod nemo, ex ijs, qui docentur, non ab eo doceatur, illud certum loqui Prophetam de ijs tantum, qui in Ecclesia sunt.

18. Aduerte docibiles, hic quidem passiuè sumi, quasi à Deo doctos, & eruditos, vt expositum est. Verum secundu ad Timotheum secundo. In illis verbis: *seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, sumitur docibilis actiuè pro docente alios.* Quod primæ ad Timotheum tertio, verterat interpret: oportet Episcopum esse hospitem doctorem, vtrobique enim est eadem vox græca διδασκαλῆς. At hic apud Io. est vox διδακτῶν.

Omnia qui audiuit] superius versiculo vigesimo de se loquens dixit: *Omnia, qui videt Filium, & credit in eum* &c. at de Patre non dicit omnia qui videt, sed *omnia, qui audit à Patre*, tum quia illic de miraculis agebat, ex quibus Christus cognoscebat, hic agit de doctrina. Miracula autem videntur, doctrina auditur. Tùm quia loquebarur cum ijs, qui tunc ipsum Christum præsentem coram oculis cernebant, & eius doctrinam audiebant, quibus si credant vita æterna ibi promittebatur; ita vt esset sensus illius loci: omnia, qui licet videat me hominem; credit tamen in me confitendo meam diuinitatem, vitam obtinebit æternam, & quo ea fruatur, *ego eum suscitabo in nouissimo die.*

19. Audire, & discere à Patre, est ab eo doceri, est ergo sensus, nemo venit ad me, nisi à Patre doctus: quoniam autem non omnes, qui audiunt discunt; idè vtumque coniunxit: discit enim qui credit.

26. *Non quia Patrem vidit quisquam*] hoc dicitur, ne existimaret loqui ipsum de auribus corporis, aut voce Dei corporea. Deus enim cum corpore non sit sub visum, atque adè sensum cadere non potest. Notat Cyrillus, & Leontius alluisse hic Christum ad Moysen, quem Iudæi existimabant vidisse, & audisse Deum. Tacitè ergo opponit se Moysi, innuens non Moysen, sed se Deum vidisse, licet Moysi nomine supersederit, ne Iudæos offenderet.

20. *Nisi is, qui est à Deo*] scilicet, Ego, qui per æternam generationem à Deo sum. Acute Augustinus tractu vigesimo sexto ait: *si ego cum homo sim inquit, illum doceo, qui audit verbum meum, illum docet Pater, qui audit verbum eius: si illum docet Pater, qui audit verbum eius: quare quid sit Christus & inuenies verbum eius: In principio erat Verbum, & cætera. discite trahi ad Filium à Patre, doceat te Pater, audi verbum eius. Quomodo homines in carne constituti audient tale verbum? quia Verbum caro factum est. Exponit hoc & ipse, & ostendit nobis quid dixerit, qui audiuit à Patre, & didicit venit ad me: non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est à Deo: quid est quod ait: ego vidi Patrem, vos non vidistis, & tamen non venitis ad me, nisi trahamini à Patre? Quid est autem nobis trahi à Patre, nisi discere à Patre? Quid est discere à Patre nisi audire à Patre? Quid est audire à Patre, nisi audire Verbum Patris in me? Ne fortè ergo cum dico vobis omnia, qui audiuit à Patre, & didicit, dicatis apud vos: sed nunquam vidimus Patrem, quomodo ergo discere potuimus à Patre? A me ipso audite, non quia Patrem vidit quisquam, sed qui est à Deo, hic vidit Patrem, ego non Patrem, ab illo sum, sed quomodo verbum ab illo cuius est verbum, non quòd sonat, & transit, sed quod manet cum dicente, & trahit audientem. Hæc carptur ex Augustino doctè quidem, & eleganter, sed litteralis expositio est; quam secuti sumus, &*

A & præmissimus, nam verè Christus videtur distinguere audire, ac discere, & audire à Patre, & Christum, quasi Patris vocem audire.

27. *Qui credit in me*] vers. 10. hic dixerat Ioan. eum, qui videt Filium, & credit in eum habere vitam æternam; modo verò veluti absoluta parenthesis redit ad eandem propositionem, eamq; confirmat magis. Sic Maldon. fortè melius dicemus, ostendere hic fructum, què capient hi, qui in ipsum credunt, vel ad ipsum veniunt, qui est vita æterna. Aduerte dixisse Christum, *habet vitam æternam*, quia qui in ipsum credit, aliquid quasi initium ad vitam æternam habet, licet iam illa non habeat; Et quicumque credit saluus esse potest: cum contra qui hondum credit longè à vita æterna absit, & si maximè velit, nisi priùs fidem habeat, saluus esse non poterit.

B 28. Reddit rationem eius, quod dixerat habere vitam æternam eos, qui in se crederent. Esse enim se panem viuificum. *Panis vita* dicitur, non solum quia viuuit in se, quod nullus alius cibus habet: sed quia causa est vitæ, & panis est viuificans. Ob primum dicitur, *panis viuus*, ob secundum *panis vita*.

29. *Patres vestri manducauerunt*] confert se cum manna, de quo supra Iudæi loquuti fuerant, ac ex effectu vtriusque panis probat quod superius dixerat: Non manna datum à Mose, sed se de celo à Patre missum verum cœlestemque, & viuificum esse panem. Nam manna edentibus vitam largiri non potuit: quotquot enim illud comederunt mortui sunt in deserto, se qui comederit moriturum esse nunquam. Illud in deserto extenuat etiam beneficium à Moyse acceptum, quasi dicat, ad modicum tempus, tantisper dum in deserto vagarentur.

C De morte hic, ac vita corporis loquitur Christus. manna, quia erat ad reparandum corpus hoc corruptioni obnoxium non æternam vitam comedentibus impartiebatur. At panis Christi perpetuam, perennemque vitam edentibus confert, non animæ modo (quamuis & ad eam etiam præstandam collatus sit) verum etiam corporis. Virtute enim, atque efficacia huius cibi corpus, licet semel mortuum in vitam transibit æternam, quod nullo modo præstitit manna sua vi: erat enim tantum ad hanc corruptibilem vitam sustentandam datum, ac proindè ex se nullo modo perennè tribuebat, & hoc est, quod hic insinuat Christus Dominus, dum ait: *& mortui sunt.* Breuiter sensus est: Manna institutum esse ad corruptibilem vitam; Christi panem ad incorruptam, & æternam ex se. Et hinc est, vt manna, nec vitam perpetuam corpori potuerit dare; cum hic panis & corpori det, & animæ.

D Præstabit autem hic Christi cibus, vt nunquam ultra morituri simus per gloriosam corporis resurrectionem. Vndè dictum est: *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Nunc verò manducans panem Christi ex ipso habet iam semen pignus & ius vitæ æternæ suo tempore possidendæ per corporalem resurrectionem.

24. Diuus Augustinus tractatu vigesimo sexto interpretatur hæc de morte spirituali, & de Sacramento Venerabilis Eucharistiæ. Quod si dicas falsum esse omnes Iudæos, qui manna in deserto manducauerunt esse mortuos spiritualiter, vt patet in Moyse, Aaron, Phinees, Iosue, & alijs. qui manducauerunt illud manna, & Deo placuerunt. Et contra multi manducantes panem Christi moriuntur spiritualiter, *Iudicium sibi manducantes, & bibentes.* Respondet tacitè Augustinus intelligendum esse id de Iudæis duntaxat incredulis, atque impijs, quorum similes erant, quantū ad incredulitatè isti Iudæi, cū quibus Christus huc sermonem habuit &

21.

22.

23. Collatione in Eucharistia.

24.

propterea illos vocavit Patres istorum, sicut & Matth. 23. dixit de iisdem: *Et vos implete mensuram Patrum vestrorum.* Christiani vero, qui bene accedunt ad hoc Sacramentum vitam spiritualem acquirunt. At melius est interpretari de corporali morte, & de pane Christi qui est ipsemet Christus, ut fide comeditur, licet etiam de se loquatur tacite, ut est in Sacramento, dixi tacite, quia paulo post expressè de Venerabili Eucharistia, & de manducatione reali, ac spiritali, simul panis Christi in Venerabili Sacramento Euch. loquetur.

30. *Ut si quis*] subintelligendum aliquid videtur, puta: hic est panis de coelo descendens huiusmodi nimirum, seu talis ut si quis ex ipso &c.

31. *Ego sum panis viuus*] probat quod dixerat panem hunc datum esse, ut qui manducatur non moriatur. est ergo causa, quia ego, inquit, sum panis viuus. non est igitur mirum si edentes viuere facio, nam qui panis est viuus, etiam vitæ panis est, nempe dans vitam. dum verò subdit, *qui descendit de caelo*, significat se vitam coelestem, & diuinam, quæ æterna est, viuere, atque ad eam vitam eandem æternam præbere alijs, quod initio sequentis versus infert.

25. 32. *Et panis quem ego dabo*] iungendum cum, *pro mundi vita*, Gr. & Syriacè, adijcitur, *caro mea est*: & subditur, *quam ego dabo*. sed nostri codices non legunt, uel necesse est. si tamen legamus, ita ut bis ponatur, *dabo*, in hoc versu, tunc priori loco intelligendum est, *dabo* in Venerabili Sacramento, panis enim ad comedendum datur, non ut cruci suffigatur. posteriori loco potest utriusque modo accipi, nimirum caro, quam ego in Sacramento dabo, vel quam crucifigendam spontè offeram, reatè enim in carnem conuenit utrumque, & crucifigi, & in Sacramento exhiberi comedendam; quod secus est de pane; Obijciat aliquis: appellauit hic Christus carnem suam panem, non ergo Christi dictis videtur consentaneum, quod Catholici sentiunt transubstantiari panem in carnem Christi. Respondeo dicitur panis esse caro Christi, quia ante consecrationem immediatè fuit panis, cui per consecrationem successit caro Christi, quando iam non est amplius panis secundum substantiam. Eadem loquendi formula habetur, Exod. 7. ubi dicitur virga Moysis deuorasse virgas Magorum, id est, serpens, qui immediatè fuerat virga à Moysè factus, deuorauit serpentes à Magis factos. Deinde dicitur panis caro Christi, quia post consecrationem remanent species, & similitudo panis in accidentibus, quæ etiam retinent naturales virtutes, & effectus panis substantialis. sic Gen. 41. *septem spica plena septem vbertatis anni*, vocantur, & Dan. 2. dictum est Nabuchodonosor. *tu es caput aureum*. Matth. 13. *semen est Verbum Dei*, quia solent similitudines rerum nominibus ipsarum rerum appellari in scripturis. Cæterum hic cautè legendus Rupertus: ait enim, *panis est caro Christi, quia Christus eum panem assumpsit in vnitatem suæ personæ, & in corpus suum transfudit*; quæ verba si per se ut sonant, accipiantur falsissima sunt: nam in incarnatione carnis permanit natura; in Venerabili Eucharistia panis desinit substantia, & in incarnationis mysterio facta est vnio hypostatica carnis cum Deitate: hic autem tantum fit transubstantiatio.

26. Sensim prouehit auditores Christus ad Eucharistiæ Sacramentum cum hæcenus ferè videatur loquutus de spiritali manducatione; licet non ignorem Chrysostrum, Theophylactum, Cyrillum, & nonnullos alios etiam de Sacramento superiora interpretari. Hic autem expressè iam aggredditur de Sacramento Venerabilis Eucharistiæ agere, & vide diuinum Christi artificium: docuit

A prius auditores, quid facere deberent, ut panem verum, coeli stemque mererentur; *operamini non cibum, qui perit*: Item *hoc est opus Dei, ut credatis*. Deinde exposuit, quis nam ille panis esset, quem Pater de coelo misisset: Panis enim Dei est, qui de coelo descendit, & dat vitam mundo. ego sum panis vitæ, &c. Denique ostendit quomodo panis viuus esset, & quomodo panem illum, de quo loquutus fuerat illis ad manducandum non fide tantum, ac spiritaliter quod expresserat prius, sed verè in Sacramento videlicet daturus esset spiritaliter, & corporaliter ad manducandum. Hoc autem est, quod ait, *panis, quem ego dabo caro mea est*, cum his quæ consequuntur. & hoc quidem tacite insinauerat ab ipso statim huius disputationis initio Christus Dominus, dum vsurpauit cibi, esusque, & potus metaphoram, licet expressè de fide tantum loqueretur, & sui manducatione spiritali, sensim præparans animos auditorum ad Venerabilis Eucharistiæ Sacramentum. Quod verò sit sermo deinceps de Venerabili Eucharistia pluribus in Theor. ostendemus.

33. *Litigabant*] scilicet alijs accusantibus, alijs defendentibus Gr. *μάχομα*, id est, pugnant, & disceptabant inter se de verbis Christi. *Carnem meam*] intellexerunt Iudæi eum dicere, id, quod hæretici nolunt intelligere, loqui Christum de reali carnis suæ manducatione, neque Christus illam intelligentiam reprobaui, sed confirmauit, sed auxit, toties verò, & ad eam apertè, ut mirum sit esse adhuc, qui litigent. Cæterum horum aliqui pro Christo, aliqui contra Christum disceptabant; cum verò superius audissent, *ego sum panis vitæ*, nō litigarunt, quod metaphorica esse verba existimarent; tantum murmurauerunt, quia dixerat, se de coelo descendisse: & idè dicebant, *nonne hic est Iesus Filius Ioseph*, &c. quomodo ergo dicit hic, quia de coelo descendi.

C *Quomodo*] Cyrillus verbum *quomodo* Iudaicum appellant, in rebus fidei omninò fugiendum; firmam, inquit, fidem mysterijs adhibentes nunquam in tam sublimibus rebus illud quomodo, aut cogitemus, at proferamus. Iudaicum enim hoc verbum est, & extremi supplicij causa. Cum Deus operatur, non queramus quomodo? sed operis sui viam ac scientiam illi soli concedamus. lege Chrysostrum homilia quadragesima quinta in Ioannem, & Augustinum tertia epistola ad Volusianum, ubi ait; *si ratio queritur, non erit mirabile, si exemplum poscitur, non erit singulare. Deus posse Deum aliquid facere, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus enim rebus tota ratio facti est potentia facientis*. sic Augustinus. extremæ sanè demeritæ est querere rationem in his, quæ omnem rationem exsuperant; & modum exigere in his, ubi res super omnem est modum.

D 34. *Amen. Amen dico vobis*] Aduertit Gagnus quod respondet Iudæorum quæstioni interrogantium quomodo, sed generali sententia dicit, *nisi manducaueritis carnem*, &c. quasi dicat, ad humanam non spectat infirmitatem de creatoris potentia quonam modo operetur interrogare, sed simpliciter verbo eius credere oportet. Quia non modo possibile est eam manducare, sed etiam necessarium si vitam habere velimus. Quibus addendum est Christum his verbis etiam multo magis confirmare, paulò antè à se dicta, de reali suæ carnis manducatione intelligenda esse. *Non habebitis vitam in vobis*] Græcè *οὐκ ἔχετε* non habetis. Habent hæc verba emphasim, ac si diceret, illos esse mortuos, ac tanquam cadauera quædam amissa vita, quam nisi manducauerint, tenere, id est, conseruare non potuerunt primo acquisitam, nec posse in vita, nisi saltem voto seu virtute manducant, &

27. Quomodo verbum Iudaicum.

28.

bibant

bibant instituto semel Sacramento, perseverare. Vide Theor. octauam, numero quarto. Quod si quis obijciat, multos carnem Christi manducare, nec vitam habere, quomodo ergo dicitur, *qui manducat meam carnem, &c. habet vitam æternam, &c.* Respondeo, similes propositiones vniuersales, quæ promissionem sonant, significant, non tam effectum, quàm vim & naturam rei cui annexa promissio est, vt *qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, & quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit*, id est, natura fidei, & baptismi, & inuocationis Dei saluum faciet, nisi quis impediatur; vel subintelligenda est aliqua conditio, vt qui manducat meam carnem &c. scilicet, vt debet, habet vitam &c. vel si non vitam perdidit suo nouo peccato. An verò Eucharistia sit necessaria necessitate medijs saltem in voto propter gratiam finalem, vel perseverantiam vide Theor. 9.

29.

35. *Qui manducat meam carnem*] dicitur habere vitam æternam, quia ius ad illam habet. Est autem Christi corpus & sanguis vita æterna, non animæ tantum, sed corporis etiam. idem adijcit: *& ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Aduerte huiusmodi propositionem: *qui manducat meam carnem*, licet verbum præsentis temporis contineat, non tamen significare existentiam præsentis temporis: sed tantum denotare naturalem quædam & necessariam connexionem prædicati cum subiecto, vt cum dicimus, quod volat habet alas, non significatur esse aliquid nunc quod volat: sed hoc, quod est volare, habere necessariam connexionem cum eo. quod est habere alas, similiter hydropicus semper sitit &c. ita nunc Christus non significat, tunc cum ista verba proferebat fuisse manducandam suam carnem, sed ostendit tantum, quem in manducante præstet effectum digna carnis eius manducatio, quod ipse in Christo & Christus in eo maneat, non ergo quidquam valet ratio Iaperi si quis ita dicat, quando Christus hæc dicebat manducari poterat caro eius, quia in præsentis dicitur, *qui manducat*, & tamen non nisi spiritualiter & metaphoricè, cum nondum esset Sacramentum Eucharistie: ergo loquitur Christus de manducatione tantum spirituali. nil valet, vt patet ex dictis. Sic Pererius numero centesimo decimotertio, & centesimo decimoquarto, sicut nec illa ratio Caietani, qui ob illa verba *nisi manducaueritis &c.* Baptismum, ait, sufficere ad salutem, ergo non est hic sermo de esu Eucharistie, alioqui is etiam esset necessarius ad salutem. Respondeo distinguendum esse, id, quod assumit Caietanus, baptismum sufficere ad salutem, si enim hoc intelligat citra casum necessitatis adimplendi alia diuina præcepta, verum est: dicitur enim Marc. ultimo. *qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* si verò intelligat simpliciter, & absolute, quasi nec aliquando, nec aliquibus aliquid aliud præterea sit necessarium ad vitam, siue salutem spiritualem, falsum est; alioquin obseruare mandata non esset necessarium ad spiritualem vitam, scilicet pro circumstantijs personæ, rei, & temporis: sic de Eucharistia necessitate. Franciscus Suarez in tertiam partem tomi tertij, disputatione sexagesima-quarto sectione secunda, docet, quomodo resurrectio, vel gloria corporis sit specialis effectus Venerabilis Sacramenti Eucharistie. Primum, quia licet dare ius ad vitam æternam animæ, & corporis sit commune omnibus Sacramentis præfertim verò Baptismi, & Poenitentia, quæ per se conferunt primam gratiam, & primam ius ad gloriam, quod cetera augent, & corroborant, tamen quia hoc Sacramentum speciatim datum est ad perseverandum in gratia, & vt eius virtute corroborati, pertingere possimus ad montem Dei 3. Reg.

19. hoc modo, adeptio gloriæ, atque adeo vitæ æternæ potest speciatim attribui huic Sacramento sicut in statu innocentia vitæ immortalitas ligno vitæ tribuebatur. Hæc autem vitam, quam post resurrectionem speramus nullo modo præstabat manna, & idem fortassis etiam hoc voluit Christus cum dixit; *Patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt.*

Deinde additur, & alius modus quod immortalitas & resurrectio corporis licet conferatur corpori, ac debeatur ratione gratiæ & gloriæ animæ, dabitur tamen proprio, & speciali titulo propter hoc V. Sacra. ac specialè coniunctionem cum Christo, quæ per illud fit: Eadem enim res, vel donum non repugnat dari pluribus titulis. hoc tamen effectus sub hac ratione est propriè Sacramentalis, qui non solet conferri per solum votum, ac desiderium huius Sacramenti, sed per ipsum re ipsa exhibitum, & acceptum.

30.

Ex his verbis *nisi manducaueritis &c.*] quia indefinite posita sunt, colligunt aliqui noluisse Christum definire tempus suo decreto, & præcepto, quando & quoties sumendum sit hoc Sacramentum, sed id Ecclesiæ reliquisse, licet respectu Sacerdotum rectè dicatur quotidianum, ac iuge sacrificium, præfiguratum iugi illo Iudæorum sacrificio, quo mane vnus agnus, alter vesperi sacrificabatur.

31.

36. *Caro enim mea verè est cibus*] reddit causam cur qui manducat, & bibit carnem, & sanguinem eius habet vitam æternam: *caro. n. inquit, mea verè est cibus*, cibi enim, & potus est dare vitam, sed is cibus æternam dat. licet caro Christi, nondum esset cibus Sacramentaliter manducandum cum ista diceret Christus; erat tamen ordinata eò, vt esset suo tempore edenda Sacramentaliter vt cibus. Adde quod cum hæc dicebat Christus eius corpus appellari poterat verè cibus, cum haberet omnia pertinentia ad cibum Eucharisticum, carnem, sanguinem, animam, diuinitatem; vnum deerat, quod non pertinet ad rationem cibi, scilicet modus comedendi ipsum inuisibiliter in Saram, qui modus institutus postea fuit in cœna. Pere. n. 119. in 1. Io. 6.

Verè est cibus] si conferatur cum varijs ciborum generibus illico apparebit quamobrem dictus sit is cibus, verus cibus: nam in primis respectu cibi corporalis, qui non tam hominem pascit, quam tantum corpus verè dicitur cibus hominis: nam & mentem hominis pascit atque animam, & virtutè habet immortalitatem corporis conferendi homini. Deinde respectu cibi spiritualis cuiusmodi est verbum Dei, contemplatio, obedientia dicitur verus cibus, quia verè manducatur & in stomachum traicitur. At cibus spiritualis non ita, sed per metaphoram tantum cibus dicitur. Respectu item manna dicitur verus cibus hominis, quia manna tantum corpus nutrebat, idque præstitit per quadraginta duntaxat annos. Ad hæc figura erat huius cœlestis panis. Fructus etiam arboris vitæ, atque adeo scientiæ boni, & mali non erant cibi verè absolute, & simpliciter hominis, nam arbor vitæ tantum corpus nutrebat, nec vt verior fert opinio omnino immortalitatem conferebat ex D. Thom. 1. p. q. 97. a. 4. fructus verò arboris scientiæ boni & mali: tantum abest, vt fuerit verè cibus hominis, vt potius fallax, & mortem afferens dici debeat. Denique cibus beatorum non verè dicitur cibus, quia nec modo corporali sumitur, nec ore manducatur, nec intra corpus recipitur, minus mundanum, diuitias, honores, quibus dani homines fallaciter pascuntur. contra mortiferos hos esse cibos. His accedunt alii quibus nequam quamobrem dicatur iste verè cibus, quia sine vilo dubio est cibus, & potus, cur

32.

telligentiæ fauet mirum in modum Hilar. lib. 8 de Trinit. de veritate, inquit, *carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est.* Vel dicitur verè cibus, quia cum diuinitatem in se habeat eius comparatione res omnes, cibi omnes, picturæ quædam sunt, & umbræ. Vel dicitur *verè cibus* ab effectu: habet enim proprietates veri cibi corporalis; nam re vera & corporaliter manducatur, ore sumitur, intra corpus manducantis recipitur, delectat, ac recreat manducantem, quod in eo consumptum, & perditum fuerat, suo modo restaurat, & reficit, famem adimit, & molestiam inde prouenientem abstergit, manducantis corpus auget, ac roborat, ac demum vitam longo tempore conseruat & mortem arceat. Hæc autem omnia facit conferendo saltem spirituales effectus similes corporalibus effectibus cibi, & quia hi effectus præstantiores sunt, quàm corporales, idè etiam respectu illorum dicitur verus cibus. Vel denique dicitur *verè cibus*, id est, non parabolicè ne putarent fortè Iudæi vocatam esse carnem suam à Christo cibum parabolicè tantum, non propriè cibum.

37. *In me manet & ego in illo*] quia hæc est proprietas cibi, vt cum homine coniungatur, & homo cum illo, idè hunc effectum etiam carni suæ tribuit: *qui edit, inquit, carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo,* hoc est, indiuisè, atque intimè mihi coniungitur, & ego illi, quare ex huiusmodi manducatione & potatione vitam permanentem consequetur ex natura huius cibi.

33. Patres vt est Hilarius octauo de Trinit. Cyril. lib. 10. in Ioannem cap. decimotertio, hanc vnionem naturalem appellat, vel naturalem Christi participationem. Quarè Cyril. *considerandum, inquit, est nò habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum etiam participatione naturali; nam quemadmodum si quis igne liquefactam ceram alij cera similiter liquefacta ita miscuerit, vt vnum quid ex vtriusq. factum videatur: sic cõmunicatione corporis, & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso.* Non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem, & vitam traduci, nisi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Vide eundè l. 4. in Io. c. 17. vbi item ait: *sicut parum fermenti totam massam fermentat. sic paruula benedictio totum hominem in se ipsam attrahit, & sua gratia replet: & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in Christo.* Chrylos. ho. 60. ad populum Antioche. vnicique, inquit, fidelium Christus semetipsum per mysterium commiscet, & quos genuit per semetipsum enurit, nec alteri tradit, hoc tibi rursum persuadens, quod carnem tuam assumpsit. Cyril. quoque Hierosolymitanus catechesi mystagogica 4. concorporeos, & cõsanguineos Christi per hoc Sacramentum fieri nos docet. Hæc porrò non ita sunt intelligenda, vt velint Patres ex Christo, & nobis vnum fieri ens naturale, sed significant præter vnionem, quæ ratione charitatis, & fidei fit, adesse verè, ac re ipsa Christum in nobis, vt cibum, & potum, qui causa est fidei, & charitatis, & gratiæ, & hic est modus proprius quo Christus per suum Sacramentum est in nobis, & nos in illo.

34. Sed præterea est Christus in nobis, & non in illo vt amans in amato, & amatus in amante; est autem Venerabilis Eucharist. amoris summi Sacramentum. itam, vt inquit Augustinus tract. vigesimo septimo in Ioannem: *Manemus in Christo cum sumus membra eius, manet ipse in nobis, cum sumus templum eius, manemus quoque in Christo, vt Sacramenta, siue palmites in vite, vt explicatur Io. 15. vbi Chri-*

A stus Dominus manete, inquit, in me, & ego in vobis: sicut palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sū vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes, & arefcet &c. Est Christus in nobis ceu caput influens motum, ac vitam, & nos sub illo vt membra sub capite, inde influxum haurientes spiritualis vitæ. Postremò est Christus in nobis, vt anima in corpore. Vt enim hæc vitam tribuit corpori, ita Christus in nobis manens vitam confero spirituales, & corporis immortalitatem post resurrectionem quidem re ipsa, nunc verò tantum ius nobis impertiens æternæ vitæ.

35. *Sicut misit me viuens Pater*] locus sui subobscurus est, quem Chrylos. homilia 46. Theophilactus, Cyrillus libro quarto, capite decimo octauo, Hilarius libro octauo de Trinitate exponunt de Christo, vt Filius Dei est, vt sit sensus; vt Pater vitæ fons, qui misit me, in me manens vitam æternam, atque essentialè mihi communicat per sublimem illam generationem: ita ego fons etiam vitæ, quam à Patre accepi, vt ab ingenito & non aliunde viuente principio manens in eo qui me manducat homine perpetuam illi impertiam vitam. At Augustinus tract. 26. D. Basilius libro quarto, contra Euno. & in Apolo, ad Cæsarianos epistola centesima quadagesima prima, Ambrosius libro quarto, de fide, capite quinto, & Cyrillus hoc loco interpretantur hunc locum de Christo, vt homo est: Referuntque hæc ad eius humanitatem personaliter diuinæ naturæ vnitam: Vt sit sententia hæc: sicut ego, qua homo sum viuo propter Patrem, id est, propter diuinam vitam Patris (qui fons est vitæ non aliunde illam accipiens) in me personaliter habitantem, ita manducans me viuet propter me, realiter, & corporaliter in ipso habitantem.

Sunt verò hæc ad pleniorè huius expositionis posterioris, quam probo intelligentiam diligenter obseruanda. Primum Græci hunc locum interpretantur *τὸ ἔξ ἐμοῦ ἐστὶν ἡ ζωὴ ἐν ἐμοί*, id est, per me cum nos habeamus propter me, quasi dicat, sicut ego per habitantem in me Patrem, à quo per vnionem vitam habeo æternam, ita qui manducat me, viuet per me, quia me vitam, per quam viuit, in se manentem habet: sicut paulò antè dixit, qui manducat me, ipse viuet propter me.

37. Secundo obseruandum aliquibus tres sententias hic contineri placuisse, & duas comparationes. Prima est, *sicut misit me viuens Pater.* Secunda, *& ego viuo propter Patrem.* Postrema, *& qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Comparationes verò has esse voluit. Primam, *sicut misit me viuens Pater, ita & ego viuo propter Patrem.* Alteram, qui manducat me Filium hominis, viuet etiam propter Filium hominis. Cæterum longè mihi magis probatur expositio eorum, qui vnã hic tantum comparationem admittunt, ita vt sit omiffa particula, ita, more Hebræo, in tertia propositione, sicut cum dicimus: *Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra.* id est, ita & in terra. Hæc autem erit comparatio clare expedita: *sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem,* ita vt hæ propositiones sint connexæ; deinde subnectatur; ita, *& qui manducat me, & ipse viuet propter me.*

38. Obseruandum tertio, quod doctè obseruat P. Perierius quadragesima disputatione, in hac comparatione perpendendum esse, & id, in quo fit comparatio, quod est diuinum viuere, & rationem, seu fundamentum, quo nititur comparatio, & hoc est vnio. Viuere porrò diuinum aliter est in Patre, aliter in Filio, aliter in Spiritu sancto, aliter in Christo, vt est homo, aliter in anima,

Christi, aliter in nobis. Pater habet ipsum diuinum viuere substantialiter, & infinite non ab alio, nec propter aliud, sed à semetipso; Christus vt Deus istud ipsum Patris viuere habet à Patre, vel propter Patrem per communicationem sc. æternam eiusdem substantiæ; Spiritus sanctus istud idem habet à Patre & Filio per æternam spirationem: Christus iterum, vt homo idem habet etiam viuere, non quidem per essentiam, sed propter hypostaticam vnionem qua fit, vt, quæ sunt Dei propria Christo homini tribuantur. Porro anima Christi, non hoc ipsum viuere habet substantialiter, & essentialiter, sicut nec creaturæ reliquæ, sed participatum, & per gratiam communicatum, quamuis in hac parte participatum habeat super omnes electos, cum sit principium, & caput illos viuificans. Idem viuere diuinum, & participatum cæteræ habent creaturæ, quæ Dei gratia fruuntur secundum suam mensuram; Quod & communicatur per manducationem corporis Christi, & per vnionem, ac visionem beâtificam. Denique etiam in resurrectione gloriosa per redundantiam gloriæ animæ in corpus. Hoc ergo est id, in quo posita est comparatio ista, nempe diuinum viuere.

Restat vt de fundamento comparationis videamus, quod est vnio. Etenim quamobrem Christus viuat propter Patrem vnio facit Patris cum illo: eodem modo vnio Christi, qui manducatur in Sacramento cum ipso manducante, causa est, & ratio cur manducans viuat propter Christum. interest autem plurimum inter has vniones, nam vnio Patris cum Christo, vt Deus est, est vnio eiusdem naturæ, & substantialis per quam eandem omnino vitam Filii habet cum Patre. Vnio Patris cum Christo, vt homo est, & secundum vitam diuinam quam habet pater; est vnio vnionem hypostaticam, quam habet humanitas Christi cum persona diuina: Ita vt personalis vnio sit ratio cur Christo, vt homini tribuatur vita diuina eadem quæ Patri. At vnio Christi cum eo, qui manducatur ipsum realis est quidem, ac corporalis, sed non substantialis, vt inter diuinas personas; nec personalis, vt in Christo homine; sed quia realiter ac verè manducatur in Sacramento, & intra corpus recipitur &c. ex his intelligere est vim rationis Christi; loquitur enim de se qua homo est vnitam habens sibi diuinitatem, prout superius declarauimus.

Obseruandum est & quartò, non sine causa posita esse illa verba: *sicut misit me* &c. nam cum per missionem, id est, Incarnationem vitam Paternam acceperit, indè fit, vt qui illum manducat, eandem habeat vitam in se manentem. Atque adèd possit ab illo vitam gratiæ obtinere, & ius ad corporis etiam gloriæ, & immortalitatem. Et ex istis verbis facillè est intelligere loqui Christum de se, vt homo est ratione diuinitatis sibi vnitæ per Incarnationem.

39. *Hic est panis qui de caelo descendit*] concludit disputationem, vt rectè notat inter alios Maldonatus reuocant eam ad initium. Dixerant Iudæi, quod ergò tu facis signum, vt videamus & credamus? Patres nostri manducauerunt manna in deserto &c. Hinc omnis orta est controuersia. Respondit enim Christus non illum, quem dedisset Moyses, sed quem ipse daturus erat verum esse panem atque cœlestem, in qua re confirmanda, & declaranda hætenus versatus est. Hoc nunc concludit comparatione huius, & illius panis. Duplex autem differentia assignatur inter vtrumq; panem, ille terrenus fuit, hic cœlestis. Hoc verò dicit cum ait, hic est panis (de quo loquor) qui de caelo descendit, non autem ille quem Patres vestri manducauerunt. hoc enim significat ille Hebraismus:

A non sicut, id est, non qualem manducauerunt Patres vestri. Altera differentia: quod hic panis vitam manducantibus præbeat cum manna minimè id præstare potuerit. Itaque sic accipe verba: *hic est panis, qui de caelo descendit*, non similis illi, quem Patres vestri comederunt, qui quoniam cœlestis non erat, seu de caelo descendens, non mirum quod qui comederint eum, mortui sunt. Quærit Ambros. libr. de Sacr. c. 1. quomodo panis hic de caelo descenderit. Nam, inquit, caro non descendit de caelo, quia carnem in terris assumpsit ex Virgine, quomodo ergò descendit panis de caelo, & panis viuus? Respondet, quia idem Dominus noster consors est diuinitatis, & corporis: quasi dicat ratione suppositi diuini panis de caelo descendisse dicitur.

Viuet in æternum] vbi que vitæ meminit, quia testamenti noui propria: mors enim ablatæ est, quæ regnabat, quare non mirum, quod olim V. Euchar. vitam vocauerint Christiani in Aphrica, vt docet Augustinus libr. 1. de peccatorum meritis, & remiss. c. 24.

40. *Hac dixit, in synagoga docens*] not. quinque posse considerari in hoc Christi sermone, occasione, locum, auditores, partes, & exitum. Aduerte igitur occasionem sermonis huius de V. Eucharistia sumptam fuisse ex miraculo multiplicationis panum propter quam multi auidè sequuti fuerant Christum corporalis cibi cupiditate attracti; quia ergò & multi erant auditores, & proportio magna inter cibum corporalem, & spirituale, voluit Christus à desiderio corporalis cibi, ad desiderium cibi cœlestis allicere auditores, sensimque præparare homines ad fidem tanti sacramenti, quod instituire decreuerat, & ne statim exordiretur à reali manducatione carnis suæ, inceptit à manducatione spirituali sui ipsius per fidem, & hic fuit ingressus; deindè progressus vterius adhuc de manducatione sui ipsius spirituali, sed sub nomine tantum panis meminit. Tandem delapsus est ad id, quod potissimum volebat, nempe ad tractationem sermonemque V. Euchar. Sacramenti vbi realiter non spiritualiter tantum manducatur sub nomine cibi, & potus à v. 32.

Merito autem priùs egit de spirituali manducatione, quia ista facilius erat ad credendum, & præparabat animos hominum ad intelligendam, credendamque realem manducationem suæ carnis, non ergò mirum si Ioan. miraculum multiplicationis panum repetijt scriptum à tribus iam Evangelistis, quia cum omissum ab alijs sermonem de V. Eucharist. scribere meditaretur, voluit incipere ab occasione, quam sumperat Christus ad eum sermonem habendum. Locus verò in quo habitus est hic sermo fuit Capharnaum in sine Galiliæ emporium, non quidem in eius angulo, sed in synagoga; de auditoribus verò constat non eosam turbis modo, sed coram viris sacræ Scripturæ peritis de ea re à Christo disputatum fuisse. aderant 12. Apost. plures etiam Christi sectatores, & discipuli, vt tanto magis hæc doctrina illustrior redderetur, & non esse contra legem Moysi appareret. Partes verò duas continet: prima est velut præludium & paraescene. primùm enim docet Christus se esse cibum fide edendum, & panem; deindè tria prædocet, atque permonstrat de futuro, & hic promisso sacramento, scilicet, quod in eo daturus sit, carnem nimirum & sanguinem suum; necessitatem eius, vt pote sine quo consistere non potest vita hominis spiritualis; effectum, manere in Christo, & viuere propter Christum, & vitam æternam habere. successus verò & exitus huius sermonis non vnus fuit. Quidam enim scandalizati retrò abierunt; quidam ei magis adhæserunt, quorum Cori-

39. Christum quo modo viuat, propter Patrem.

40.

41. Conclusio disputationis.

42. Quæ in hoc sermone consideranda.

43.

phæus,

phæus, & antesignanus Diuus Petrus fuit, qui dixit: Domine ad quem ibimus, verba vita aeterna habes & nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.

44.

41. Durus est hic sermo] insinuat Euangelista discipulos quosdam Christi, id dixisse eam doctrinam creditu difficilem, quod scilicet nemo vitam habere posset, nisi Christi carnem manducaret, & sanguinem biberet. Addidisse verò; & quis potest eum audire, id est, credere, quauis maiorem vim habeat audire, quam si credere dixisset. Perinde enim est, ac si dicerent, nec cuiusquam quidem aures cum sermonem ferre posse. Hi discipuli non fuerunt ex duodecim Apostolorum numero, vt notant Theophyl. & Euthym. quod ex 47. vers. colligi potest. Immo verò, nec ex 72. nondum enim istos elegerat Christus: licet id August. aliquando & alij videantur affirmare. Videntur ergo fuisse ex multitudine eorum, qui Christum sequebantur, & eum audiebant, magisque quam cætera multitudo cum eo versabatur.

Hoc ipsum meritò Calvinistis accidit, quod istis discipulis Christi, idè enim non credunt realem, ac sacramentalem Christi præsentiam in Eucharist. quia reuera durus illis videtur hic sermo, licet alias ostendant in speciem causas; ac reuera Dei omnipotentiam negant, ac proinde durus ipsis hic sermo videtur; sed durities non in Christi sermone, sed in ipsismet, atque eorum mentibus inest, vt vel ipse eorum princeps Calvinus de Capharnaitis hac in re dixit, & ante ipsum, Augustinus.

45. Dum, cur durus visus sit illis sermo, docet: acceperunt, inquit, illud stultè, carnaliter illud cogitauerunt; & putauerunt quod præcisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt: durus est hic sermo. Ipsi erant duri; non sermo: etenim si duri non essent, sed mites dicerent sibi: non sine causa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquod sacramentum latens: manerent cum eo, & discerent ab illo.

46. 42. Sciens autem Iesus apud semetipsum] id est, nemine indicante; ita enim discipuli inter se tacite murmurauerant, vt audire Christus non posset. sed Deum nihil est quod lateat: quare peiores sunt Calvinistæ, quam hi discipuli, illi palam non sunt ausi contradicere: Calvinistæ etiam cunctis audientibus Christum negant, & eius Venera. Eucharistiam tollere conantur.

47. Si ergo videritis filium hominis] vtuntur sacramentarij hoc loco, contra ver. in Eucharistia Christi præsentiam: videtur enim Christus hic ex articulo, de futura sua in cælum ascensione, probare voluisse Capharnaitis non fuisse futurum, vt ipfame eius caro vilo modo hic præsens comederetur. Nam cum illi id esse futurum intellexissent, subiunxit Christus ad remouendum scandalum illius opinionis: hoc vos scandalizat? si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? quasi diceret, tunc apparebit non ita futurum, vt carnem meam præsentem comedatis: si quidem sublata in cælum non erit hic præsens, vt comedi possit.

Ridiculam sanè, ac planè insulsum loci Euangel. interpretationem, seu peruersionem potius afferunt. Non ita Augustin. tract. 27. in Ioan. qui eo dicendi modo interpretatur, Christum voluisse eam opinionem Capharnaitarum auferre de modo manducationis, vt sit sensus: cum videritis me integrum ascendentem in cælum, tunc sanè animaduertetis minimè futurum esse, vt corpore vescamini meo tanquam alijs carnibus in macello concisis.

Non ita Chrysof. hom. 46. in Ioan. vult enim

A significasse his verbis Christum multo maius illorum scandalum fuisse futurum, quando etiam post ipsius assumptionem in cælum oporteret eos credere; in terris quoque eandem Christi carnem præsentem comedi oportere: vt sit sensus: si cum adhuc in terra tantum sum, & non etiam in cælo, hoc vos scandalizat, quanto magis tunc scandalizabimini; quando ascendero in cælum, & nihilominus credendum erit me in terra præsentem simul esse, vt mea carne vescamini in Sacramento? quod videtur Prophetice dictum etiam à Christo de sacramentarijs: Insciantur enim illi præsentiam Christi realem in Venerabili Sacramento, quod non amplius in terra nobiscum versetur Christus, sed in cælis sit; remotus à nobis, quod vel ex isto loco colligunt.

Ex quo tamen homines doctissimi, si Deo placeat; colligere deberent, posse Christum in Sacramento esse: si enim in cælum ascendit sua virtute Christus, Deus ergo est. igitur & seipsum sub speciebus Sacramentalibus relinquere potuit; reliquisse verò se quomodo potuit clarius testari, quam dicendo: caro meo verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, nam si ita non intellexit, quare ergò non exemit ex animis Capharnaitarum hanc opinionem, sed confirmauit potius, sed auxit. cur item in institutione huius Sacramenti illa verba vsurpauit: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.

Cæterum licet hæc interpretationes August. & Chrysof. bonæ sint, magis tamen mihi probatur altera Chrysof. eodem loco, quam sic eleganter, & breuiter explicat Gagnæ. prædixit Christus hoc vos scandalizat, quod dixerim: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c. quia natura vobis impossibile videtur, vt hominis caro viuificet, ac durum, vt quis hominis carnem manducet, quod præter naturam ista fiant. Quid ergò dicturi estis quando contra omnem naturæ vim, ac potestatem me filium hominis, quem modo nihili facitis, in cælum, vbi prius in natura diuina eram, ascendere, illucq; humanam naturam inferre videbitis? Est enim particula hæc: si enim videritis, egyptica, splendensq; est, quid dicturi estis? aut quid simile. Non equidem tunc vos offendunt verba ista, cum intellexeritis maiestatem filij hominis super astra ferri. Quid dicetis? qui neque quidquam corporeum cogitare potestis, attolli posse ad cælum? Itaque proposito futuro miraculo ascensionis voluit fidem eius miraculi, de quo tunc agebat, comprobare. Neque verò necesse est affirmare discipulos istos ascendentem Christum vidisse postea, quamuis de aliquibus nõ sit absurdum credere; sed satis in die Iudicij id intelligent, ac videbunt cum cernent illum de cælo redeuntem.

44. Spiritus est qui viuificat] Quadruplex præsertim horum interpretatio afferri solet. Prima est vt carnem, secundum vsitatum alias scripturæ morem, accipiamus pro cogitatione carnali cum Tertull. lib. de resurrectione Carnis; Chrysof. h. 46. in Ioan. Cypria. ser. de Coena Domini; Cyril. Hierosol. Catech. 4. Mystago. &c. & sit sensus: cogitationem illam carnalem, & stultam Capharnaitarum nihil ad rem pertinere, nec prodesse quidquam, cum scil. falsò putarent, vt August. aduertit tract. 27. in Ioan. & in Psal. 98. Christi carnem perinde comedendam esse, atque comeduntur carnes animalium in macello concisæ. Itaque idem est caro nõ prodest quidquam, ac dicere: doctrina, quæ dedi de carne mea edenda, intellecta carnaliter non confert quidquam: si autem spiritualiter intelligatur tunc viuificat; Eandem expositionem sequuntur cum Chrysof. Theophylact. & Euthy. videtur aut congruere hæc interpretatio, cum ea sententia, quam Christus opposuit illi insipienti &

Caluinistæ similes Capharnaitis istis.

Sacramentarij corruptela.

49. Variæ huius loci expositio.

carnali cogitationi; *verba, quæ ego loquutus sum vobis spiritus, & vita sunt*, q. d. cogitatio vestra nil cõfert, nil facit ad rem, cum spiritualis omnimõ, longeq; alius fuerit verborum meorum sensus; nam verba, quæ ego dixi de manducanda carne mea, spiritualiter intelligenda sunt, & sic intellecta, vitam afferunt. Quibus Christus noluit significare eo modo sua verba esse spiritualia, quasi figuratè essent accipienda, sed significauit latere ibi mysterium, quod est maximè spirituale, & diuinum, & vitam conferens propter modum, quo Christi caro comeditur in hoc sacramento, vel aliena specie, neque aliud volunt sancti cum dicunt verba Christi spiritualiter accipienda esse, id est, non carnaliter, nempe quod caro Christi esset edenda, vt carnes animalium, sed inuisibili, & impassibili modo, in mysterio, & Sacramento.

30. Altera expositio est Augustini tract. 27. in Ioan. vt caro accipiatur pro ipsa carne Christi, non simpliciter quidem, sed si modo illo, quem Capharnaicæ cogitarunt sumatur: ait enim Augustinus: *caro non prodest quidquam, sed quomodo illi intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur.* & hæc expositio ferè in primâ incidit.

31. Tertia est eiusdem Augustini eodem loco, non prodesse quicquam solam carnem sine spiritu, id est, fide, & dilectione, sed cum illis coniunctam vitam dare. Quarta expositio est eiusdem Augustini ferm. 2. de ver. Apo. Gaudent. tract. 2. in Exo. Paschafij in l. de corp. & sang. Christi, de carne per se, quæ non proficit eadem coniuncta cum diuinitate, quæ plurimum proficit, id est, quod, neque etiam fide accedente prodest ipsa per se Christi caro, sed vt instrumentum coniunctæ Christo diuinitatis. Sic enim ait Augustinus, *non prodest quomodo in Macello venditur, sed quomodo spiritu vegetatur.* Et addit: *sic dictum est: caro non prodest quidquam, quomodo dictum est (1. Corint. 8.) scientia inflat, & quid est scientia inflat? sola sine charitate. Idem enim adiangit Apostolus: Charitas verò adificat. Adde ergo scientia Charitatem & vtilis erit scientia. sic etiam nunc caro non prodest quidquam, sed sola caro; Accedit spiritus ad carnem, sicut charitas ad scientiã, & prodest plurimum; nam si caro nõ prodest, verbum caro non feriet, vt habitaret in nobis.* Tantum August.

32. Ex quatuor autem omnibus his interpretationibus quarta maximè mihi probatur, quare sic breuiter simul oēs connectemus, quælibet .n. pbabilis est, sed secunda pbabilior prima; tertia adhuc magis pbabilis; quarta omnium pbabilissima; sic ergo accipe, nõ prodesse Christi carnem secundum illam Capharnaicarum cogitationem (quæ est prima Chryf. & 2. August. interpretatio) neque etiam prodest spirituali modo sumpta sub aliena scilicet Sacramenti specie, nisi accedat etiã fides, & Spiritus, quæ est tertia expositio, ac ne ita quidem per se prodest, sed vt viuifica est facta per coniunctam diuinitatem cuius est instrumentum, lege epis. ad Nestorium, & Anath. 11. in Concil Ephesino.

33. *Verba, quæ ego loquutus sum vobis spiritus, & vita sunt*] horum intelligentia constat ex dictis. Breuiter tamen dico, verba esse spiritum, significare in expositione prima Chryf. atque alterâ Augustini non carnaliter esse accipienda de carne manducanda visibiliter, & passibiliter; sed spiritualiter, id est, sub aliena specie inuisibiliter, & impassibiliter in mysterio, & Sacramento. quo modo sumpta vitam afferunt si accedat quis ad Sacramenta, vt debet. Vel secundò sunt *spiritus, & vita*, id est, cum spiritu, seu fide coniuncta viuifica sunt, quæ expositio quadrat in tertiam expositionem Aug. Vel tertio *verba &c. spiritus & vita sunt* .i. non sunt de sola, & nuda carne, sed de carne diuino plena spiritu, seu de spiritu viuificante sunt intelligenda.

34.

A Spiritum autem, & vitam, dixit Hebr. more, pro, de spiritu diuino viuificante, seu Deitate; vt constat ex verbis præcedentibus, quibus ista respondent; *spiritus est, qui viuificat*. nec aliter hæc sunt accipienda, quam si clarius dixisset, verba, quæ loquutus sum, spiritualia sunt, viuifica, salutaria. tunc enim faciliè intelligeremus positum esse adiectiuum pro substantiuo, hoc modo, de spiritu & vita, seu de spiritu viuificante sunt accipienda, lege Maldonatum hic Ioannis sexto, versiculo 63. sub finem. itaque positum est substantiuum, *spiritus, & vita*, pro adiectiuo *spiritualia, viuifica*, sed in hunc tamen sensum, id est, de spiritu viuificante sunt. quæ loquendi formulæ sunt Hebræis familiares, qui adiectiuum pro substantiuo, & hoc pro illo ponunt non raro, vt Gen. 6. 3. 1. Cor. 15. 50. & supra apud 10. c. 3. 6. *quod natum est ex carne, caro est*, id est, carnale est, & *quod natum est ex spiritu, spiritus est*. & hæc intelligentia maximè probatur, sicut maximè probatur, quarta interpretatio præcedentium verborum ex Augustino vt habes n. 52. cui adaptatur hæc tertia intelligentia horum verborum posita n. 54.

B Quoniam enim dixerat discipuli Christi, *durum est hic sermo, & quis potest eum audire?* durum autè dicebant sermonem, quia dixerat, neminem vitam habere posse nisi carnem suam manducaret, idè docuit hoc v. Christus qua ratione caro sua vitam tribuat, neque id impossibile sit, scilicet, non quia caro, sed quia cum spiritu, id est, diuinitate coniuncta est. Noluit autem Christus neque mens eius erat hic respondere propriè ei murmuratiõni, quæ iam longè præcesserat: *quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* quasi velit hic docere modum comedendi carnem suam sub aliena specie, quod tamen maximè spectant auctores primæ & secundæ expositionis, Chrysof. & Aug. & alij: sicut nec mens Christi erat hic ostèdere, qua animi præparatione, id est, fide sumenda esset caro sua, vt prodesset, quod tamen tertia Aug. interpretatio sequitur; ob id quartam interpretationem magis approbauimus.

C 45. *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt*] August. sic: *causam dicit quare non intelligant, sed scandalizentur: ait enim Propheta: nisi credideritis non intelligetis, aduersarius est, qui non credit, radio lucis, quo penetrandus est; non aduertit aciem, sed claudit mentem; credat, & aperiat, & illuminabitur.* sed, aduersatiua particula est q. d. murmuratiõnis, & retrocessiõnis istorum non ego, sed eorum incredulitas causa est. illa verò; *non credunt*, non præsentem fidem solum negant, sed permanentem infidelitatem indicant q. d. nõ sunt de numero eorũ, qui credisuri sunt, sed suo vitio perseveraturi in infidelitate; nec dixit Christus, sunt quidam in vobis, qui non intelligunt, nec capiunt hæc, sed *qui non credunt*, quia vult aperire causam, cur non intelligant non esse ex natura rei, & impossibilitate, vel duritie sermonis, sed ex illorum incredulitate; credant, & intelligent.

D Ab initio] scilicet conuersationis cum discipulis; vel ab initio Incarnationis suæ, vt homo; vel ab illo initio, de quo *In principio erat Verbum*, si de Christo loquamur, vt Deus est. *Qui essent non credentes*] qui credituri non erant in eum, sed perseveraturi in infidelitate: vnde patet superius hoc eodem versu, *non credunt*, idem esse, ac qui non essent credituri, id est, esset perseveraturi in infidelitate. Hæc verò posteriora verba, per parenthesis dicta sunt, redditur .n. ratio ab Euangelista cur dixerit Christus, *sunt quidam ex vobis qui nõ credunt*. Redditur etiam & per hæc causa sequentiũ, in quibus prædicitur vnus ex duodecim diabolus esse: ita v. illud, *non credentes*, referatur præsertim ad disci-

55.

56.
Duru Christi
sermonem
cur Indei
mucariunt.

pulos non credentes, & qui retrò abierant. Illud verò; & *quis traditurus esset eum*, referatur ad vnū ex duodecim q.d. 102. nil mirum, quod omnia hæc diceret Christus, quia ab initio scuit ea.

46. *Propterea dixi vobis*] perinde est, ac si dicitur non sine causa, id vobis dixi, noueram enim vos à Patre non trahi, sed vestro sensu duci, ob id ad me venire non posse. hoc licet Christus totidem verbis, & expressè dixerit, voluit tamen significare, cum dixit, *nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*. idem autem est trahi, vel dari à Patri.

47. *Abierunt retrò*] Illud *ex hoc* intelligendum est ex hoc tempore. Non autem significat quod ex occasione verborum proximè dictorum à Christo retrò abierint, quia scilicet dixerit Christus illis, *sunt quidam ex vobis qui non credunt*: sed causa cur retrò abierint fuit, quia dixerat: *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis, &c. non habebitis vitam in vobis*. Porro quid sit retrò abiisse explicat Euangelista, cum ait, *& iam cum illo non ambulabant*, quia suspectam, & falsam iudicabant eius doctrinam, ita vt & animo & corpore à Christo descuerint. sunt qui illud *abierunt retrò* referunt ad animum, sicut nō ambulat cum illo ad corpus, sed eodē res reuoluitur siue hoc, siue illud dicas.

48. *Dixit ergo, &c. nunquid & vos*] quædam allusio est in voce *ergo*, ad reliquorum discipulorū retrocessione videbat Christus à se illos recedentes, rogauit duodecim, num & ipsi abire vellēt, & hanc vim habent illa: *nunquid & vos*. sed cur inquires interrogat? nunquid eorum voluntatē ignorabat? Resp. cum August. vt eorum fides appareret, eamq; nos imitaremur; cum Chrysof. & Euthy. ne vi eos retinere videretur; cum eisdem, ac Theodoro Heracleense, Leontio & Theophy. vt ostenderet se eorū opera, & ministerio non indigere; eum Cypriano lib. 1. ep. 3. sic dixit Christus seruans, scilicet legem, quia homo suæ libertati relictus, & in arbitrio proprio constitutus sibimetipse, vel mortem appetit, vel salutem; cum Cyril. & Rup. vt eos magis in fide confirmaret; idē abeundi facultatem facit; cum eodem Cyrillo, ne putarentur Apostoli non tam certo consilio, quam ignorantia, vel recundia non abiisse. lege D. Prospe. p. 2. de promiss. cap. 28.

Quamobrem ergo dices Ecclesia cogit baptizatos per vim ne recedant à fide? Resp. Christus his verbis, & hac interrogatione, id agebat, vt maxime horrere se indicarent Apostoli ab illo recedere, & eos magis sic confirmaret in fide. sciebat enim quantam in illum fidem haberēt, quantumq; amarent ipsum, & proindē discēdere ab eo formidarent. quod & responso D. Petri indicat. Deindē Christus Dominus erat etiā Sabbati, qui hac in parte dispensare poterat, nobis non licet. Postremò vti debuit hoc dicēdi modo hoc tempore, his circumstantijs propter superius allatas rationes à Patribus num. 37.

49. *Domine ad quem ibimus*] in primis obseruā illud *ergo*, quod hæc præcedit poni pro *autem*. Deindē obseruā Petrum nomine omnium respōdisse secundum Cyrill. quod Apostolorum esset princeps. secundum Chrysof. & Theophy. propter charitatem, qua fratres amabat. hinc non dixit, quo ibo? neq; credidi, cognoui? sed *ibimus, credimus, cognouimus*. secundum alios, quod plus cæteris haberet fidei. Obseruā terriò, duas causas attulisse D. Petri, cur nollet à Christo separari, primā est, quod non sit ad quem fugiant, alius in quo vitam inuenire possent. alterā, quod Christus verba vitæ æternæ habeat. i. alia verba, quibus quisquis crediderit vitam sit habiturus æternam si velit; esse enim in eo fontem bonorum omnium, quæ in æterna vita

nobis promittitur q.d. quod postea dicturus erat, *Domine, bonum est nos hic esse*, & tunc nesciens quid dicat, loquetur, nunc verò sapientissimè, & sentit, & dicit. Videtur autē cum inquit, *verba vitæ æternæ habes*, vt inquit Chryf. alludere, ad id quod dixerat Christus, *verba, quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt*.

Piè satis August. 4. confess. c. 10. inquit, ostēdens quam miserū sit à Deo recedere: *quaqua versum se verteris anima hominis, ad dolores figitur alibi, præterquam in te*. & 6. confess. c. 16. *vt anima audaci, qua sperauit, si à te recessisset, se melius aliquid habituram versa, & reuersa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia, & tu solus requies*. lege Cyprian. lib. 1. ep. 4. & 1. 4. ep. 9.

Roget quis cur tantam Petri fidem non laudaret hic Christus, sicut illam laudauit: *tu es Christus Filius Dei viui*. quærunto hoc Chrysof. Theophyl. & Euthy. & respondet Theophy. ne illi propterea quod alijs deserētibus in fide perstiterat, assentari videretur. Respōdet Euthy. quem sequitur Maldo. quia illic Matthæi nimirum 16. 16. suo; hic nomine omnium respondit. verum id non placet, nam vt Hierony. eo loco Matt. notat, etiam illam Petrus confessionem nomine omnium Apostolorum fecit, vt interrogatio Christi indicat. si enim interrogauerat: *vos autem quem me esse dicistis*, & statim respondens Simon Petrus dixit, quasi suo, & aliorum nomine: *tu es Christus filius Dei viui*. Mihi igitur Theophy. respōsio probatur, quamquam dici etiam potest, specialiori quadam Dei reuelatione factam esse illam confessionem, & Christo ipso interrogante. præterea non sine intimo Petri animi sensu, & singulari quadam pietate.

50. *Et nos credidimus & cognouimus*] non dictū est cognouimus, & credidimus, quia vt inquit August. Cyrill. Beda, Ruper. nemo potest diuina mysteria intelligere, nisi prius credat Isai. 7. 9. secundum 70. vide Iansen. Maldo. dicit adiecit, & *cognouimus*; quod cognoscere euidentiorē, & quam credere significet cognitionem, & certiorē persuasionem q. d. reipsa experti sumus. propterea quoque prius dixit *credidimus*, postea *cognouimus*. Plus est enim cognoscere, quam credere, & debuit oratio crescere. Loquitur autem per tēpus præteritum, vt ostēdat ipsos non id modo ex Christi sermone, sed iam diu longa experientia didicisse.

Tu es Christus filius Dei] Gr. ἡ ἑστὴν ὁμοῦ ἡμῶν ὁ Θεός, *Christus ille Filius, ille Dei*; vt significare voluerit Petrus secundum Cyrill. & Leontium singulari, & propria quadam ratione appellari ipsum Christū, & Filium Dei, non vt Sacerdotes, vel Reges, vel Prophetas, neque vt alios Sanctos.

51. *Nonne ego vos duodecim elegi*] Ne reliquis discipulis abeuntibus, & solis duodecim remanētibus, ipsi tanquā de sua firmitate cōfisi insolescerent, cautiore illos reddens, ait: *nonne ego vos duodecim elegi*, q. d. reliquos, qui abierant non elegeram, quapropter mirū non est si verbo meo offensi retrorsum abierunt, cum ex vobis, quos elegi vnus sit Diabolus. Nolite ergo gloriari, & præferre vos alijs, nec vobis ipsis fidatis, cum sit, & inter vos qui sit futurus diabolus, hunc autē ludam intellexit, quanquā nominare noluit, vt tacito nomine cautiore à malo, minusq; ad se fidentes singulos redederet. Aduerte quod licet Christus præfenti tēpore loquatur: *ex vobis vnus diabolus est*; probabilius videtur ad futurū respexisse, vt Buang. significat, cum ait *erat traditurus eum*, & hæc videtur esse vera expositio huius loci, quæ est Cyrilli, cum qua simul stare potest id, quod dicit Chryf. cum Theophy. & Euthym. vt simul voluerit Christus corrigere sententiā Petri cū omnium nomine affirmauit *nos credidimus, & cognouimus*, &c. quasi omnes duodecim

discipuli essent in fide firmi, & stabiles futuri. Respondet Christus non ita esse, vnum reperiri inter alios diabolum &c. Potest & cum eadem expositione stare quod Maldonatus ait; voluisse Christum ostendere, alios se Apostolos elegisse, quam quidam illorum esset futurus. Elegisse se omnes bonos, etiam Iudam: at mutandum esse, & proditorem futurum.

Sed quomodo, inquires, *diabolum* vocat Iudam? Cyrillus, & plures alij tradunt Iudam appellatum esse *diabolum* $\mu\phi\alpha\tau\iota\kappa\acute{o}s$, scilicet ad exaggerandam eius malignitatem, atque malitiam, quod ea diabolica magis censenda sit, quam humana. sic nos perditissimos homines vulgò *diabulos* vocamus; nam quemadmodum, ut inquit Cyrillus, *qui adheret Deo, vnus spiritus sit cum eo*: ita & qui penitus adhæret diabolo, & ipse sit diabolus. sic item accipiuntur diabolus Chrysostronus, Theophylactus, Euthymius, quos sequitur Pererius. Vocat ergo *diabolum*, non quod natura, sed quod imitatione diabolus sit. Itaque secundum hanc expositionem diaboli nomen vt proprium sumitur. Alij quidam arbitrantur hic, diaboli nomen esse commune, significans calumniatorem, quia, ut inquit Hieronym. in Comment. in Matt. Iudas calumniabatur miracula Christi, existimans ea magicè fieri. vide de hac re superius c. 12. The. 2. n. 6.

Sed cur, inquires, sic nominavit? Respondeo primum quòd videatur alluisse ad casum diaboli de caelo. quasi Apostoli oēs electi boni fuerint, vt angeli boni conditi; & tamen vnus diabolus scilicet, *in veritate non stetit*, sicut & nec Iudas. Deinde voluit, arbitror, diabolum Apostolis opponere: quasi dicat, vnus diabolus erit de Apostolo futurus: Quid autem est Apostolorum muneri tam contrarium, quam officium diaboli; & tamen in hunc ille de Apostolo mutabitur. Denique addi potest, quòd sicut diabolus ab initio homicida fuit, quòd decreuerat Christum interficere, & in membris persequi: ita Iudas à Deo deficiens ad impiorum partes, futurum erat, vt Christum quæreret interficere, & tandem neci dare.

Postremò si roges quomodo dicatur Iudas electus esse à Christo, cum ex ijs quos elegit nullus perierit: dixit enim: *ego scio quos elegerim* Io. 13. 18. Respondeo, electum esse Iudam ad Apostolatam quidem, non autem ad gloriam, de qua tamen electione ad gloriam loquutus est Christus Io. 13. sicut & alibi. Quamquam D Augustinus responderet, Christum cum hic dixit: *nonne ego vos duodecim elegeri*, non esse loquutum de illis duodecim personis, sed de numero duodenario, qui etiam deficiente Iuda deficiente non debebat, nec deperire; ita enim factum est, vt in locù Iudæ D. Matthias suffectus fuerit. Sed illa particula *vos*, cum Christus ait, *nonne ego vos duodecim elegeri*, satis declarat de personis esse sermonem.

53. B. *Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth*] Huc pertinent ea verba, quamuis à reliquis Euangelistis præmissa fuerint; quia non scripserunt Christi sermonem de Venerabili Eucharistia apud Capharnaitas habitum, quem Ioannes à Iddidit Post hunc ergò sermonem Capharnaò in terram Genesareth, vt vocat Marcus, vel Genesar, vt Matt. transfretarunt.

Quæ iam fuerit terra *Genesar*, seu *Genesareth* in controuersiam vertitur. Lyranus, Matt. 14. & Mar. 6. *Genesar* arbitratur esse Gerasænorum regionem, ad quam Christus transiecto mari Galilææ transnaugauit Matt. 8. Bedam sequitur Mald. Mat. 11. verùm Barradius contendit, terram *Genesar* fuisse eismare Galilææ. Quod testimonio Iosephi confirmat, qui l. 3. bel. c. 1. 8. scribit: ad locum *Genesar* eiusdem nominis terra præterditur, natura si-

A mul, & pulchritudine admirabilis. Præter aëris lenitatem fonte irrigatur vberimo, qui Capharnaum ab indigenis appellatur. longitudo autem regionis secundum littora cognominis lacus triginta stadijs extenditur, & latitudo viginti: sic Iosephus, in hac autem plaga erat Bethsaida, & alia oppida. Hæc sententia mihi videtur longè verior esse; itaque non ad Gerasænos transfretatum est nunc ab Apostolis, sed in regionem hanc.

Ceterum aliquid addit præterea Barradius contra ea, quæ superius à nobis stabilita sunt c. 19. n. 5. 6. in Schol. cum exponentes verba Io. c. 6. *abijt trans mare Tiberiadis*, affirmauimus non abiisse Christum in partem maris Galilææ oppositam Bethsaidæ, quod erat cis mare Galilææ, quod confirmauimus etiam c. 21. n. 1. & 2. sed vrget nos Barradius Apostolos dici nunc transnaugasse ex vltiore scilicet ripa, vbi erant, & quo abierant cum miraculum multiplicationis panum factum est, in terram Genesar, quæ erat in citiore parte maris, vt ex Iosepho liquet. sic. n. expresse docet Matt. c. 14. 34. & Marc. 6. 53. vt hic habes v. 53. transfretasse Apostolos. & hinc inquit Barradius intelliges, illud Marci 6. 45. *Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam*. Cum enim Bethsaida in regione Genesar esset qui versus Bethsaidam factò miraculo multiplicationis panum nauigabant, in terram Genesar nauigabant. Ioannes verò capite sexto, decimo-septimo dicit, venisse Apostolos Capharnaum; nam ea ciuitas. In eadem erat ripa; & ita omnia constant. sed hæc meo Iudicio non est difficile dissoluere, si diligenter aduertamus; primum ea quæ diximus capite decimo num. quadragesimo secundo, in latere occidentali maris Galilææ fuisse Corozain, Capharnaum Bethsaidam, Magdalum, Tiberiadim; ita vt Corozain esset versus orientem magis, quam reliquæ, sicut & Bethsaida erat magis ad septentrionem, quam Tiberias: Deinde si in memoriam reuocemus illud quod diximus capite decimonono, num. quinto, nimirum desertum Bethsaidæ, vbi miraculum panum factum est, esse locatù inter Tiberiadem, & Bethsaidam; trans mare autem dici, quia traijciendus erat sinus aliquis, vel dorsum maris Galilææ, seu lacus, vti loco citato, numero sexto diximus, vt quis traijceret de Tiberiade, vel locis finitimis ad desertum. Iam ergò respondeo Christum sermonem habuisse Capharnai, indè quia sinuosus erat locus dicitur transfretasse in terram Genesar, vbi quoque erat Bethsaida.

B Quod autem superius capite vigesimo, huius libri versiculo secundo dicitur compulisse Dominum discipulos suos ascendere in nauiculam & præcedere eum trans fretum ad Bethsaidam, & quod versiculo quinto ex Ioanne refertur venisse trans mare in Capharnaum; rectè consentit cum nostra hac opinione, nam à deserto illo soluentibus post panum multiplicationem, seu à mari adiacente oportebat, quo Capharnaum venirent, versus Bethsaida nauigare recta via; prius enim occurrebat Bethsaida, quæ erat magis occidentalis, quam Capharnaum, quo tandem statim appulsa fuit nauicula ingresso in eam Christo, vbi habuit sermonem; quo denique absoluto transfretauit cum discipulis versus Bethsaida in terram Genesar; nihil igitur remorari nos debet Iosephus cum neque ab illo recedamus. quamuis nec sequamur illorum opinionem, qui transfretasse sentiunt nunc Christum absoluto sermone verè in vltiorem lacus ripam ad Gerasænos.

C 55. *Et cum cognouissent*] Indigenæ regionis Genesaris in omnes regiones nuntios miserunt, qui ad celestem summumque medicum egrotos accer-

D ferent

63. Iudas quomodo diabolus.

64. Cur si à Christo appellatum.

65. Iudas quomodo electus.

66. Terra Genesareth quæ.

67.

68.

ferent, vt Matth. indicat hoc ver. vt verò Marc. ait hic ver. seq. quidam alij regionem illâ vniuersam percurrentes, cœperunt in Grabatû eos, qui se malè habebant, circumferre.

Meritò igitur Hieronymus ait: *vide quanta sit fides hominum Genesareth; vt non presentium tantum salute cõtenti sint: sed mittant ad alias per circuitum ciuitates quo omnes currât ad medicum.* No- tent hoc, qui salutem proximorum student, & altius menti infigant, vt omni studio quotquot possunt ægros, id est, animi morbis laborantes, ad Christum adducant curandos.

57. *Et quocunque introibat*] Cùm Christus Dominus pertransiret vicos, & ciuitates, & varia loca obiret in plateis, per quas præteribat, ponebantur ægri, vt illos conspiciat Christus sanitati restitueret. & illum mirû in primis, orasse illos homines, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebât incolumitati restituebântur.

Non prætermittam hic attexere quæ sapienter, & ad rem satis accommodatè scribit Mald. cap. 14. Matt. ver. 36. *verendum, inquit, est, ne Christum etiã Caluinus reprehendat, quod Genesarenorum superstitionem in fimbria Christi tactu factis miraculis cõfirmasse videatur, & nos in similem errorem, Sanctorum reliquias venerandi, induxisset. sed cum hoc non possit decere, dixit tamen non esse imitandum, quod non ordinarium sed extraordinarium sit exemplum, sed cum ordinarium sit, quod quotiescumq; sit, miraculum sequitur: patet & hoc factum miraculum ordinarium fuisse. Nam hic quicumq; tetigerunt salui facti sunt. & Hemorrhøissa tetigit, & curata est. quid ergo est ordinarium si hoc non est? Adijciam quod valè Caluino doleat, Chrysost. scribit hoc loco, nos non solum fimbriam, sed totum Christi corpus in Eucharistia apud nos habere; si illi qui fimbriã tangebant sanabantur, quanto magis nos si Christi corpus tangamus? Narrat Gregor. Nazianz. orat. Funeb. pro sorore Gorgonia eam tactu Eucharistia à grauissimo morbo fuisse curatam. si ferè Mald.*

Adijciam quod & Gagnæus eodem Matt. capite sub finem annotat. *Genesar, inquit, securus interpretatur vt intelligamus, Ec. lesiam post varias, & Tyrannorum, & Hereticorum persecutiones duce Christo ad securitatem peruenturam. quam Christus de persecutione, & naufragio liberatam traducat ad littus, & in tranquillo portu quiescere faciat. vel vt ait Hilar. finitis legis temporibus, & ex Israel quinque millibus virorum intra Ecclesiam collocatis: Iam credentium populus occurrit: iam ipse ex lege per fidem saluus, reliquos ex suis infirmos, ægrosq; offerens Domino, oblatiq; fimbriam vestimentorum contingere optabant, sani per fidem futuri; Et hic finis esto Scholiorum libri 4. Dilucidationum. Restant Theoriæ.*

THEORIA PRIMA.

Quod in hoc sermone agatur non modo de manducatione Christi spirituali per fidem; sed etiam à ver. saltem 32. de reali, & spirituali simul carnis Christi manducatione, & sanguinis potatione.

VIDENDUM est hic, an de Sacramento Altaris sit hic sermo, & de reali eius manducatione, non modò spirituali. Hanc. n. controuersiã superius huc reiecimus. & verò si Patrum vnanimè consensum intueamur, si Concilia, si Ecclesiæ vsum, si horum textuû, quos versamus, circumstantias perpendamus; nullus meo iudicio relinquatur dubitandi locus, quin in posteriori huius sermonis

A parte, quæ incipit ab illis verbis: *Et panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi vita*, vt habes hic ver. 32. & apud Ioa. v. 52. de Venerabili Eucharistia, & de spirituali, simulq; reali manducatione corporis Christi, quæ fit in Ecclesia agatur. Et quidè Concilia, & Patres cum Ecclesiæ vsu, quæ festo die Corporis Christi hoc Euangelium legit; vide apud Franc. Suar. d. 46. sec. 2. tom. 3. & apud Maldo. hic Ioan. 6. v. 53. nostrû erit, vt veluti proprijs argumentorum machinis contrariam sententiã oppugnemus, quod fiet consideratis circumstantijs huius litteræ.

B Porro in contrariam partem abierunt Caietan. & super hoc loco Io. & in 3. p. D. Thom. q. 80. art. 12. & Ricardus Iaper. 2. tom. articulo- rum Louaniensiu art. 15. & Turrecrem. tract. de Ecclesia. In quam etiam sententiã propensus videtur Thom. Valden. 2. tom. de Sacramentis, cap. 92. & Nicol. de Cusa ep. 7. ad Boëmos. Gab. 1. 84. in Cano. Ioan. item à Louanio l. de Communionem sub vtraque specie, & Iansen. c. 59. concor. idem sequuntur.

C Principiò constat ex August. lib. 3. de doct. Christiana, cap. 10. Epipha. contra heresim 61. Basil. orat. 9. in Exame. Tertull. libro de carne Christi, verba Scripturæ propriè accipienda esse, si cõmodè possint. i. nisi cum manifesta falsitas, vel absurditas sequeretur, si secundum sensum literalem sumerentur. At nihil est in his verbis, vel in tota Scriptura, quod obstat, quo minus ea saltem, quæ hic à versu 32. dicuntur de Venerabili Eucharistia, vt propriè dicta accipiantur. Et certè cùm in illo textu nisi manducaueritis &c. præceptum contineatur, vnde magna in omne hominum genus vtilitas sit profectura, licet contra ingens detrimentum, quis sanæ mētis dicat in re tanti momenti, figuratam, & Metaphoricam, & non potiùs propriam esse vsurpatam à Christo loquutionem? Deindè cur quæso in futuro hic loquitur Christus dum ait: *panis quem ego dabo*, &c. cùm prius præsens vsurpans tempus dixisset: *ego sum panis viuus*, &c. nisi quia priùs Metaphoricè loquutus fuerat de seipso comedendo per fidem; iam verò sensim veluti gradu factò de carne sua in Sacramento, loquatur? proptereà non inquit; panis, què ego do, sed quem dabo. etenim daturus erat in vltima cœna; quando sumptum panem, actis gratijs fregit, deditq; Discipulis, & ait, *accipite, comedite, hoc est corpus meum*. Quod ergò in cœna exhibetur, hic promittitur, & idè per futurum loquitur. Nec dici potest loqui Christum hic de se, vt obiectum fidei est, & amoris. Iam enim hoc modo datus erat ad manducandum, scil. metaphoricè; præterquã quod etiã sic loquutus fuerat superius. Nec valet si interpreteris: *quem ego dabo*, scil. ad mortem. nam ex verbo panis, qui dari solet ad comedendum, & ex verbo comedendi, & potus toties repetito, liquet non posse sic accipi.

D Est & altera ratio addens etiam præcedenti vires: consueuerat CHRISTVS summa mysteria sua, & præcipua, quæ postea instituturus, vel obiturus erat, prædicere, vel etiam polliceri, vt vel hinc constaret, non casu ea contigisse, sed suo consilio, & vt ad ea facilius intelligenda præpararentur homines. Ita sæpiùs Passionis, & Mortis, Ascensionis,

69.

70. Caluini impietas reser- uatur.

71.

I.

& resurrectionis mysteria prædoeuit, & aduentum Spiritus sancti. Similiter & Petro claves prius promisit quam exhibuit. Credibile est igitur idem facere voluisse in hoc tam admirando, tam excelso, tam supra hominum captum mysterio, & Sacramento.

5. His accedit, quod tam plana sunt Christi verba ut cæcutire oporteat eos, qui negent, & Iudeis tardiores esse ad intelligendum. Intellexerunt illi de corporali manducatione loquutum; ac proinde dixerunt quidem incredula; quomodo potest hic carnem suam & c. tantum autem abesse ut Christus sustulerit eam intelligentiam, ut confirmaret potius, tum addendo præceptum: *nisi manducaueritis* & c. tum aperiendo fructum tanti Sacramenti: *qui manducat meam carnem*, & c. tum præcipue paucis verbis mentem suam sub finem sic aperiendo: *caro mea verè est cibus*; quibus verbis non video, quid clarius deliderari debeat. Illud verò & hanc nostram sententiam maximè corroborat, quod si de fide in se ipsum ageret, Christus nunquam certè tam obscuris, & trãsumptis verbis uteretur. Cur. n. id faceret? nunquid ut auditores in errorem labi cogeret? Neque toties manducandi, & bibendi, cibi & potus voces vsurparet, præsertim animaduertès iudæos in alium sensum ea verba rapere.

6. Sed virgeamus præsius hanc rem ex sensu literali: is sanè censeretur debet literalis sensus scripturæ, iuxta quem quod ibi traditur & clarius, & plenius adimpleri cernitur. Cùm itaq; Christus in hac altera sui sermonis parte agat de manducatione carnis suæ, & potione sanguinis, & promittat se daturum illam in cibum, & hunc in potum; hoc autè longè clarius, & perfectius impleatur per sacramentalè, & realè, simulque spiritualem mäducationem, & potionem, quæ per solam spiritualem: consequitur Christum de illa hic egisse. Meritò, inquit Maldonatus capite sexto Ioannis vers. quinquagesimotertio *nò satis rectè esse iudicij, cum Christus Sacramentum instituerit, in quo sub vero cibo, & potu verè carnem, & sanguinem suum nobis dedit de morte interpretari, vbi metaphoricè manducatur, & bibitur, de Sacramento autem, vbi verè manducatur, & bibitur non interpretari.* hoc apud Catholicos valet plurimum, sed & hæreticos refellit, licet negent in Sacramento corpus Christi edi, & sanguinem bibi: nam fingamus ita esse, quod tamen falsissimum est, certè hoc negare non possunt, per verum cibum, id est, panem, ac verum potum, id est, vinum, sumi corpus, & sanguinem Christi, quomodocunq; id sit. *Hoc igitur ipsum peruersi ingenij est, cùm sit Sacramentum, vbi verè manducando sumamus carnem Christi, & verè bibendo sumamus sanguinem, quomodocunq; id sit: non de hoc Sacramento, sed de morte Christi, vbi nihil propriè, ac verè manducamus, aut bibimus, intelligere.* sic ferè Maldo.

7. Postremò illud non paruum habet momentum ad eandem rem constabiliendù, quod mox ait Aug. l. 3. de conf. Euang. c. 1. si enim hic nõ agit Christus de V. Euch. nusquam Io. docuit, in tota Euang. historia quidquam de V. Sacr. At quia hic de promissione eius scripserat, quæ reliqui prætermiserant Euangelistæ ea sola cõtentus exhibet Eucharistiæ enarrationem, cõ-

A teris Euangelistis reliquit. Quomodo rectè omnia quadrant. nam quod hic promissum scribitur à Io. ut iam exhibitum declaratur à reliquis Euangelistis. Et confirmatur hæc ratio; nam si hoc loco de Eucharistia non agitur nusquam igitur quidquam præcipitur de hoc Sacramento, eiusque perceptione, nusquam mentio sit gratiæ, quæ per hoc Sacramentum confertur, nusquam memoratur quidquam de innumeris fructibus, ac cælestibus donis, quibus fruuntur, qui sanctè hoc V. Sacramentum adeunt; quæ quidem omnia in præteritis esse relicta à cunctis Euangelistis ille demum sibi persuadeat, qui vel parum in hoc Sacramentum est affectus, vel Satannico, & Hæretico spiritu illud non credit.

B At non omnes auctores ita sensere, non Augustinus, non Innocentius, non reliqui posteriores, de quibus supra n. 2. dictum est. fateor; verum respõdeo, hos posteriores auctores excusari, quia bona fide in tam absurdam opinionem deuenerunt, quo facilius fati facerent ijs, quæ ex hoc loco communionem sub vtraque specie astruere conabantur, qua de re paulò post. Concilium certe Tridentinum, sessione duodecima, capite primo indicat, integrum esse hunc locum non vno modo interpretari iuxta diuersas Sanctorum Patrum expositiones. Sed hoc ita intelligendum esse videtur, ut vnus sensus, alium non excludat: vel certè, ut iuxta omnes verum sit, non esse eo loco præceptam communionem sub vtraque specie singulis fidelibus. Hoc enim est quod ibi agit Cõcil. sic enim ibi habetur: sed neque ex sermone illo apud Ioannem sexto, rectè colligitur vtriusque speciei communionem à Domino præceptam esse, utcumque iuxta varias Sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligatur.

C At vrget Augustinum, & Innocentium aliter sentire: ille libro tertio, de doctrina Christiana capite vigesimosexto, *si*, inquit, *præcepta loquitur est, aut flagitium, aut facinus vetans: aut vtilitatem, siue beneficentiam iubens non est figurata loquitio. si autem flagitium, aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem, & beneficentiam vetare, figurata est loquitio: qualis est in illis verbis Domini, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Facinus enim, vel flagitium videntur iubere: figurata igitur est oratio præcipiens Passioni Domini esse communicandum, & suauiter, atque vtiliter recolendum memoria, quia pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata est.* Ianse. 59. concor. valdè hoc vrget. Sed certè non video quid roboris habeat contra nostram sententiam, nam si propterea hæc Domini dicta non sunt propriè, sed figuratè accipiendæ; quia videtur iubere aliquid flagitium, vel abortum, ergò etiã loquitio Christi in vltima cœna cùm dixit: *accipite, & manducate, hoc est corpus meum*, figurata erit, cum similiter quid absurdum, immò, & flagitium eodem modo præcipi videatur. Quod tamen Ianse. nulla admittet ratione. Deindè cum multis alijs locis Augustinum ex hoc Ioannis testimonio probet, Eucharistiam etiam infantibus esse necessariã, constat ipsum nõ id velle, quod illi ipsi tribuunt, quasi putarit non agi

hic

hic de vero Sacramento Eucharistiæ. Mens ergo Augustini est, non ita esse edendum Christum ut prius eum occiderimus deinde eius carnem in frustra concisam ederimus: hoc enim flagitium est. Quod ergo dicit Christus *nisi manducaueritis*, &c. vult esse Augustinus figuram mortis, non veram mortem, quasi debeamus Christum occidere, ut edamus, sed debere nos, sumendo videlicet Eucharistiæ Sacramentum, occisionem Christi figura quadam repræsentare. Figuram item mortis Christi esse vult: id est, debere nos mortificare, quod est genus mortis quo Christum occidimus, ut bene eius carne vescamur in Sacramenti sumptione, adimplentes quæ defunt passionum Christi in carne nostra pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quod ferè idem habet Bernardus sermone tertio, in Psalmum Qui habitat. Tantum enim videtur significare cum Augustino, quod cum realiter, & Sacramentaliter sumimus in Sacramento Christi corpus, debemus etiam spiritualiter sumere. Ita ut excludere velint illam sumptionem corporis, vel sanguinis, prout Capharnaitæ intelligebant, simulque illam, qua tantum Sacramentaliter, & realiter sumitur, & non spiritualiter.

10. Innocentius porrò pro se ab istis citatur, qui in aliam à nostra abière sententiam, epist. ad Patres Mileuitani Concilij, quæ inter epistolas Augustini est quæstio. 3. vbi sic scribit: prædicare paruulos æternæ vitæ præmijs etiam iure Baptismi gratia posse donari, per factum est; nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis; qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum Baptismum velle cassare, cum prædicant hos habere, quod in eos creditur non nisi baptisate conferendum. His quidam verbis falsi sunt, putantes intellexisse Innocentium hunc locum Ioannis de Baptismi Sacramento; minimè verò id opinatus est Innocentius, sed potiùs ita ratiocinatur: Infantes sine Eucharistia salui esse non possunt. (putasse enim fortassis videtur cum Augustino esse paruulis necessarium hoc Sacramentum) At hæc sine præcedenti baptisate dari nequit: Igitur infantes sine baptisate salui esse non possunt. Quamquam exponi etiam potest de sumptione Eucharistiæ in virtute, vel voto quod esse nequit in infantibus nisi ratione Baptismi, de quo in vltima Theoria.

11. Cæterum corrigendus est textus Innocentij, vbi enim habet, *defendunt*, legendum est, *deserunt*, & fortè etiam vbi habet: *non nisi Baptisate*, emendandus est, *non sine Baptisate*: quod vtrumque Maldonatus acutè aduertit. Sed præter Augustinum, & Innocentium adducitur à quibusdam Origenes homilia septima in Leuiticum, Clemens libro primo pædagog. & alij quidam, qui hunc cibum, de quo hic loquitur Christus, eius verbum atque doctrinam interpretari videntur. Neque etiam Hieronymo parcitur Psalm. centesimo quadragesimo sexto; nec Basil. ep. centesima quadragesima prima.

Quod si figuratè, & per mataphoram hæc

A CHRISTI verba interpretentur cum Augustino qui etiam ait, *quid paras dentem, & ventrem, crede, & manducasti*. Ad hæc & similia respondendum est, vel ista dicta non esse ab illis propriè, quasi existimantibus eum litteralem esse sensum, sed concionatoriè, seu populariter & allegoricè, ut solent, esse loquutos, & sensus metaphoricus litteralem non excludit. Quod si velimus admittere quosdam ex Patribus arbitratos esse, sensum eum litteralem esse, hinc tamen nõ conficiemus excludendum esse alium sensum etiam litteralem. Propter allegoriam enim, rerumque connexionem, potuit Christus in vtrumque sensum ea verba usurpare. Quare Matth. vigesimoquarto sunt, qui affirmant Christum eisdem verbis de Hierosolymitano, & orbis excidio loqui: & Ioannis quarto, *aquam, quam ego dabo*. Cyprian. lib. 3. epist. 3. intelligit de Baptismo, alij de gratia.

Postremò interdum Patres mysterium hæc verba continere dicunt, & spiritualium manducationem, ut excludant merè carnalem, eo modo, quo vitulinas comedimus: id certè significant sine spirituali manducatione non prodesse Sacramentalem; & hoc modo posset exponi Augustinus, cum ait, *quid paras dentem*, &c. licet ea protulerit Augustinus eo loci, vbi Christus nondum expressè de Sacramento loquebatur.

Eodem modo intelligendus est cum tract. vigesimo sexto, versus finem, cum interpretatur, manducare carnem Christi esse adhærere mystico Christi corpori, quæ est societas Sanctorum in Ecclesia: *Cum enim, inquit, cibo, & potu id appetant homines, ut neque esuriant, neque sitiant; hoc veraciter non præstat nisi iste cibus, & potus, qui eos, à quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit, id est, societas ipsa Sanctorum*. voluit enim Augustinus docere, realem manducationem carnis Christi, cuius etiam ibi paullo superiùs expressè meminerat, nisi coniuncta fuerit cum spirituali manducatione, quam facit pietas mentis, integritas vitæ, & munditia cordis, non modò non prodesse, verum etiam non parum obesse. atque adeò de re, vel effectu Sacramenti loquitur, qui est vnio cum Christo & Ecclesia, quam non assequitur, qui tantum carnaliter, & visibiliter premit dentibus Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi. vide de hoc argumento differentem Suarez tomo tertio, dis. quadragesima sexta, Sect. secunda. Argumenta Caietan. & Iapperi, quæ etiam assert Valen. tom. quarto, disputatione sexta, quæstio. octaua, parte quinta, §. quarto, ex ijs quæ in Scholijs diximus, numer. vigesimo nono, & trigesimo primo, non erit difficile dissoluere.

(••)

THEORIA II.

An Christus fuerit causa meritoria electionis hominum, & prædestinationis.

I. **N**ON paruum ingerunt aliquot huius capituli textus difficultatem, num Christus meruerit hominum electionem, & prædestinationem: dicitur n. v. 17. hic; *omne, quod dat mihi Pater ad me veniet, & v. 19. omne, quod dedit mihi non perdam ex eo, & 24. nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, & 25. omnis, qui audiuit à Patre, & didicit venit ad me, & alibi: omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus eradicabitur. Matth. 15. 13.* Iis sententijs nonnulli Theologorum moti, negarunt seu primam vocationem hominis ad Christum, seu æternam hominum electionem, atque prædestinationem ad vitam æternam, contingere propter meritum Christi. Sed propter solum Dei beneplacitum, æternamque propositum voluntatis eius. At quod credenti in Christum propter eiusdem meritum donetur remissio peccatorum, & gratia iustificans, & potestas faciendi bona opera, quæ sint merita vitæ æternæ, perseverantia vsque in finem, non negant.

Quorum quidem opinatio, ex alijs scripturæ locis videtur fidem accipere, Ioann. 17. *Pater, inquit Christus, manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi, id est, quos tu Deus electione tua æterna mihi filio dedisti, vt exponit Adrianus primus epistola prima ad Episcopos Hispaniæ. Illud etiam Matthæi vigesimo, sedere autem ad dexteram & cætera. non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, eandem sententiã videtur stabilire Paulus item ad Hebr. 2. de prædestinatis accipit illud Isaïæ octauo, ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus, si enim Christus per sua merita obtinisset, vt hic potius, quam alius per Dei electionem, & prædestinationem in puerum sibi, vel fratrem donaretur; profectò non diceret: quos dedit mihi Dominus, quin potius suis meritis comparatos à se illos affirmaret. Idem etiam Paulus ad Ephesios, id est, non obscure significans ex solo Dei beneplacito, & non ex Christi meritis nostram pendere electionem, cum scripisset: *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, subdidit, *secundum propositum voluntatis suæ.* Neque verò minoris est difficultatis locus ille ad Ephesios 1. vbi ait Apostolus: *in quo (Christo) etiam & nos sorte vocati sumus.* fors autem merita omnia videtur excludere. Nec deest ratio pro hac sententia. Notant enim & benè ex D. quoque Thom. 1. p. q. 23. art. 4. hoc interesse inter dilectionem, & electionem, quod dilectio est amor solum, quo Deus alicui vult bonum; electio verò addit comparationem, & respectum; cum enim sit dilectio vnus præ alio ad alios quoque referri debet.*

Vt ergò, inquit, fateamur Christum dilectionis, qua Pater nos dilexit, fuisse causam

A meritoriam, non tamen videtur concedendum, causam fuisse, vt hunc potius, quam alium diliget Deus. Sic enim dici deberet causa, cur vnus de massa perditionis educeretur, & alius relinqueretur. Absurdum autem est affirmare Christum esse huius desertionis causam; præter quam quod nec videtur fuisse causa, vt hic potius, quam alter extraheretur, cum æquè omnibus videatur sua merita applicasse; præsertim quia absonum videtur dicere, hac in re diuinam Dei voluntatem accommodasse se ad humanam Christi voluntatem; decebat enim potius, vt humana Christi voluntas diuinæ conformis esset. Hæc ferè sunt præcipua aduersariorum firmamenta, quibus quasi machinis quibusdam contrariam sententiam conantur impetere.

B Sed si spectemus attentius, quæ in sacris Scripturis prædita sunt de Christi meritis in alia omnia ibimus, & discessione facta ab ea sententia pedibus, manibusque in oppositam veniemus. Et in primis pro hac parte stat locus ad Ephesios primo, vbi Paulus de Deo loquens ait, *qui benedixit nos omni benedictione in caelestibus, in Christo.* vbi explicat Paulus, omnem spiritualem benedictionem, & ad caelestia bona spectantem Dei super homines factam esse in Christo, id est, per Christum, eam enim ibi vim habet præpositio, *in*, notat enim causam, & loco, *per*, ponitur. Audi Photium apud Oëchumenium sic ista verba explicantem: *benedixit, inquit, per Filium, elegit per Filium, charos effecit per Filium; & subdit, quomodo per Filium? Respondet: ò rem admirandam! per sanguinem ipsius.* Nam licet teneamus, quod magis probo, prædestinationem, & electionem hominum esse factam ante præuisum peccatum Adæ, atq; adedò ante præparatã actum, seu formaliter more nostro, Christi passionem: & sanguinem; implicite tamen & virtute semper Christi passio, & sanguis in hominum prædestinatione continebatur .i. sub meritis Christi & idedò non mirum si dicat Photius, nos elegisse Patrem per Christi sanguinem. Igitur loquitur Paulus de Christi meritis, atque de eo secundum humanitatem, Photio interprete. Cum autem constet tam hominum vocationem ad Christum, quam æternam eorum electionem ad caelestem gloriam esse spirituales benedictiones Dei super homines, contingit profectò ista homini propter meritum Christi.

D Quam intelligentiam satis euincunt verba paulò post consequentia; *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem;* En tibi Apostolum dicentem electionem nostrã per Christum esse. sed Adamo aliter visum fuit præpositionem, *in*, hoc loco accipere. Constanter enim negat significare ibi causam meritoriam, quare duos alios attulit sensus.

Alter est, dici nos electos in Christo, sicut & in Christo conditi, creatiue dicimur & tunc præpositio, *in*, veram causam effectricem denotat, verum ad Christi diuinitatem pertinet. Alter sensus est: *elegit nos in ipso*, id est, ad habendam fidem in CHRISTO. Sed abhorret sanè à Patrum sensu, affirmare eo loco, *in*, causam meritoriam non significare,

cum

cùm tamen græci omnes cum Chrysoft. affirmant, in Gr. *εἰ*, causam notare, poni verò pro *διὰ*, id est, per. Idem inter Latinos habet Ambros. idem Diuus Thom. & alij. neque hoc loco tantum, *in*, pro, *per*, vsurpatur in scripturis, vt passim accipiunt illud ad Ephesios 1. *gratificauit nos in dilecto filio suo*, & iterum; *in quo habemus redemptionem*; &, *in quo & sorte vocati estis*; & cap. 2. *creati in operibus bonis in Christo*. & 2. ad Timoth. 1. *secundùm gratiam qua data est nobis in CHRISTO IESU*. Eandem sententiam confirmat & illud, quod sequitur eodem cap. 1. ad Ephes. *qui predestinauit nos in adoptionem filiorum Dei per IESUM Christum in ipsum*. Quid quæso clariùs dici potuit? & audet tamen Adamus alio verba Apostoli deflectere, atque quasi inuita pertrahere: hunc enim innuit facere sensum, *predestinauit nos in adoptionem*, quam per Christum eramus adepturi.

4. Sed nihil, hoc est, plurimum enim interest sicut inter gratiam, & prædestinationem ex Augustin. l. b. 1. de prædestinat. Sanct. cap. decimo, ita inter adoptionem, & prædestinationem in adoptionem. est enim prædestinatio, præparatio, aut præfinitio gratiæ in præscientia, gratia verò est ipsa donatio in tempore. Cum ergo Paulus dicat, Deum prædestinasse nos in adoptionem: loquitur potius prædestinatione ipsa, id est, de præfinitione, seu præparatione adoptionis in præscientia. quanquam si adoptio, id est, iustificatio ipsa, quæ donatur in tempore, per Christum datur etiam in tempore, vt omnes Catholici fatemur; ipsa etiam adoptio per Christum, hoc est, ex meritis ipsius præfinita fuerit necesse est: id enim quod Deus in tempore ex aliquibus meritis tribuit, ex eisdem etiam prædestinauit: eodem enim modo prædestinauit, quo in tempore donaturus erat, quòd prima parte ostendit Vasquez disp. 89. cap. 9. licet id verum sit sumendo prædestinationem, vt non amplectitur electionem: sed solam mediorem præparationem (quid sit de mente Vasquez) vnde tantum fit, vt saltem prædestinatio sic sumpta ex meritis fuerit Christi.

5. Quomodo autem huic doctrinæ, atque intelligentiæ Pauli non refragentur Hierony. in comment. magnis epist. ad Ephes. Oecumenius in hunc eundem locum, & Chrysoft. vide apud eundem prima part. d. 94. c. 2. num. 12. & 14. huc etiam spectat illud 2. ad Timoth. 1. *vocauit nos vocatione sancta, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, qua data est nobis in Christo IESU ante tempora secularia*; & loquitur de Christo secundùm humanitatem. quare non video quomodo Chrysof. & Theodor. colligant filij æternitatem.

6. Ioannes etiam hanc eandem nostram, non ambiguus verbis, sententiam affirmare videtur. Primum cum in 3. & 13. cap. Euang. Deum Patrem omnia dedisse in manu Christi testatur. quod si omnia, ergo etiam æternam hominis electionem ad gloriam, & prædestinationem, & primam vocationem ad Christum. Capite item decimoquinto affert Ioan. Christum dicentem se vitem esse, Sanctos verò huius vitis palmites. Atqui quidquid est boni in

A palmitibus ex virtute ipsius vitis prouenit, & ad ipsos palmites dimanat. ergò, & electio prædestinatio, &c. Et cap. 1. inquit, idem Ioan. *de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*; non dixit accepisse nos hanc, vel illam gratiam, sed omnem gratiam. hoc etiam significat Hebræa phrasis, *gratiam pro gratia*. Et hoc insinuat cum subdit: *quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per IESUM Christum facta est*. Videsne præcisè, ac simpliciter gratiam per Christum esse factam? Alia afferri possent è scriptura ad idem confirmandum. cæterùm hæc satis sint.

7. Rationes multas afferre prætermittimus, consulat qui velit Scholasticos, & inter alios Franc. Suar. tom. 1. d. 41. sect. 4. & 1. part. 2. de causa prædestinationis cap. 21. vbi etiam declarat, an purus homo possit aliquo modo mereri alteri prædestinationem, & primum eius effectum; & quid discriminis sit in hac parte inter Christum, & purum hominem. vide etiam Vasqu. de eadem re 1. part. d. 94. Nobis satis sit hæc ferè: na. equidem arbitrò eleuari, restringique dignitatem meriti Christi eiusque virtutem minui, nisi dicamus esse ipsum causam duorum maximorum bonorum, quæ à Deo accipiunt homines, nimirum electionis, & prædestinationis. nam cum nulla fingi possit repugnantia, cur illa bona, sicut & vocatio ad Christum, non possint sub meritum cadere: sit hinc, vt à Christi merito excludi nõ debeant, cum diuinum illud sit, & infinitum; ita vt ad omnia eius vis, & efficacia extendi queat. hæc ratio communis est electioni, & prædestinationi.

8. Verùm de prædestinatione multò id faciliùs probabitur dupliciter. Primum enim si semel concedamus prædestinatorum efficacem dilectionem (quidquid sit de electione) habuisse causam meritoriam in Christo; sequitur & prædestinationem esse factam meritis eiusdem Christi. probatur sequela, nam tota prædestinationum ex hac dilectione cooritur, si ergo Christus eam dilectionem meruit, etiam meruisse dicendus est prædestinationem. quod si etiam Christum electionem meruisse dixerimus, vt ostendisse hæcenus videmur, & clariùs patebit in sequenti Theoria, longè probabilius idem, & faciliùs probatum erit ob eandem rationem. Secundò idem ostendo: quia Christus meruit omnes effectus gratiæ, qui ex peculiari Dei consilio, ac prouidentia fiunt circa prædestinatum, qui etiam initio sequentis Theoriæ numerabuntur, ergo meruit totam prædestinationem. Reliquum esset nunc obiectis initio respondere: sed ne longior sit hæc Theor. in sequenti id efficiemus.

(••)

THEORIA III.

Ponuntur solutiones ad obiecta initio præcedentis Theoriæ.

1. **E**X ijs, quæ proxime in superiori Theoria posuimus facile est intelligere, non modo Christum omnibus hominibus sufficienter meruisse cuiuscumque remissionem peccati, & primam gratiam & gloriam, atque ad eam æternam vitam, dispositiones quoque ad gratiam, & suorum meritorum applicationem, atque ad eam omne auxilium gratiæ adiuuantis, & excitantis, quod datur homini ut se ad gratiam præparet. Idque à prima vocatione vsque ad postremam dispositionem. Denique omnia dona gratiæ, quæ post primam iustificationem conferuntur, ut sunt omnia auxilia gratiæ iustificantis hominibus collata, donum perseverantiæ, augmentum gratiæ, & gloriæ, & omnes actus, quibus illam meremur, remissionem pœnæ temporalis etiam quæ datur nobis per satisfactiones nostras; non modo inquam ista omnia, quæ singillatim declarantur à Francisco Suarez disputat. quadragesima prima, section. prima, secunda, & tertia: verum etiam ipsam nostram electionem, & prædestinationem. quæ magis speciatim, & singillatim ostendere non est huius loci, nec ita proprie interpretis scripturæ.

2. Ad primum igitur argumentum: Respondeo duobus modis, dici posse electos datos esse à Deo; primum, quia quod hi potius quam illi electi sint, id in Deum referri debet, quamuis quod simpliciter, & præcisè fuerint electi, propter merita Christi fuerit. Verum hæc solutio pendet ab ea dubitatione, an quod hi, vel illi electi sint potius quam alij solius Dei voluntatis fuerit, & non etiam ad meritum Christi causa referenda sit. Quidam affirmant, negat alij, quæ de re inferius nu. 10. Est ergo secunda vniuersaliter solutio, iustificatos dici quidem Christo datos à Deo, verum id non obest, quo minus meritis suis illos obtinuerit, quemadmodum enim dicuntur à Deo iustificari, quamuis merito Christi sanctificati fuerint; ita rectè dicuntur à Deo dati, quamuis meritis Christi à Deo fuerint electi; neque hoc ita intelligendum est, ut illorum iustificatio fuerit Christo gratia: dicimus enim Christum iure redemptionis, & merito de condigno, ita illos sibi comparasse, ut eorum iustificatio fuerit merces condignè reddita, non ex misericordia donata

C H R I S T O licet ipsis iustificatis & redemptis fuerit gratia, & mera misericordia. Est ergo paucis solutio, idèd dici datos à Patre ipsi Christo, quia per Deum electio facta est, non sine Christi meritis, quæ solutio videtur esse secundum Adrianum epist. prima ad Episcopos Hispaniæ. Nec alienus videtur August. tract. centesimosexto in Ioan. & Chrysost. homil. octogesima, in eundem Ioannem, quæ sunt consentanea verbis Isaïæ 8. *Eccè, ego & pueri, quos dedisti mihi*, quod in

A persona Christi dictum esse, ostendit Paulus ad Hebr. 2. eodem modo intelliget trahi homines à Deo, sed non sine meritis Christi eodem modo fieri plantationem dicimus à Deo &c. Et ad illud Ioan. 17. *Pater manifestavi, &c.* eodem modo occurrendum est.

Illud verò Matth. vigesimo, *sedere autem ad dexteram, &c.* non significat non esse Christi dare suum cælorum regnum electis, & prædestinatis à Deo propter merita eiusdè Christi, ait enim ipse Luc. 22. *& ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo;* ubi de se loquitur ut homo est; hoc enim ostendunt illa, *sicut disposuit mihi Pater.* Non hoc inquam significant verba Christi apud Matthæum, sed *non est meum dare vobis*, qui iure cognationis dexteram, & sinistram petitis, sed non propterea negavit suum esse dare ijs, quibus propter sua merita paratum erat à Patre æterno. Hoc enim est, quod dicit: *sed quibus paratum est à Patre meo;* præsertim si particula *etiam* ponatur pro *quia*, id est, nisi, sicut noster interpretes vertit, Marc. 9. *neminem viderunt, nisi solum Iesum;* & interdum, sed Latine eandem vim habet, quam *nisi*. ad locum Pauli ad Hebræos, patet ex solutione ad primum, ubi declarauimus quomodo electi dati sint Christo à Deo.

Ad locum verò ad Epheseos 1. Respondeo non dici electos à Deo, secundum propositum voluntatis Dei, quasi ex solo Deo electio præcesserit, sed propositum dicitur voluntas, quam habuit Deus iustificandi electos; quam sic vocari ab Augustino, non raro notat Vasq. d. 88. c. vlt. i. p. & idèd vocationem electorum sæpè dicit August. esse secundum propositum; quia cõgrua est, ut Deus propositum iustificandi exequatur.

Ad alterum locum Ephes. 1. Respondent quidam, hoc loco potius nostram confirmari sententiam: dicit enim Apostol. *in quo*, scilicet Christo, id est, per quem Christum, & nos sorte vocati sumus. vnde duo colliguntur: alterum nulla merita ex nobis præcessisse ut voceremur: alterum vocationem nostram fuisse ex electione, qua quibusdam alijs in massa perditionis relictis, nos sorte vocauit: hoc enim nomen sortis inuit, quæ non omnibus, sed quibusdam contingit, & in ea quidam alijs præferuntur. si ergo in tempore electi sumus per meritum Christi: ab æterno etiã eodem modo fuimus, sed quidquid sit de hac cõsequentiã, & responsione, Respondeo breuius, & forte verius, quod cum dicimur *sorte vocati*, non id dicimur, quia solo nutu Dei, non intuitu meritorum Christi simus, sed quia sine vllis nostris meritis vocamur.

Ad rationem, quæ assertur, affirmo primo, ut quispiam sit causa eligendi aliquem ex multis pœnæ alicui, vel morti destinatis, non esse necesse, ut ipse sit causa, propter quam relinquuntur reliqui pœnæ, vel interitui obnoxij, quamuis sit causa eorum, qui liberantur; sed hoc ipso aliqui liberantur relictis alijs in ea damnationis, & mortis pœna, cui addicti erant, dicuntur illi eligi, atque ad eam eripi de pœnæ mortis, meritis, & ope illius merentis, vel

precan-

precantis; quia videlicet alioqui non fuissent liberi à morte neque electi, sed cum alijs derelicti.

Deinde affirmo vt aliquis sit causa eligendi vnā ex multis non esse opus, vt sit causa, quamobrem vnus potius quam alius liberetur: satis enim est si ipse pro omnibus etiam oret, vel mereatur & iudex precibus ac operibus inclinatus vnū, aut alterum concedat, quem alioqui à morte non liberasset, tunc enim verè diceretur ille precibus secerni à communi pena, vel morte quam cum alijs merebatur, & verè passus fuisset. Potest & id exemplo illustrari; si enim dux aliquis benè meritis apud regem offerat sua merita, quo rex in aliquem ex filiis eius prēmium aliquod, vel dignitatem conferat, licet ipse non nominet hunc filium potius, quam illum, sed ex voluntate regis electio fiat; verè, ac propriè tamen dicere possemus, regem eam dignitatem in illum contulisse propter merita Patris. Potest & hoc declarari ex illa August. sententia, quæ censet voluisse Deum excludere à regno quosdam propter solum originale peccatum. est enim hæc sufficiens ratio; quamquam non possit esse ratio propter quam iste reproberetur potius quam alius, qui simili originali peccato infestus est. itaque Christus pro omnibus quidē passus est, & merito suæ mortis, ac passionis liberavit, quotquot ex massa perditionis alijs in ea relictis, salui facti sunt, qui alioqui non essent salutem consequuti, nisi Christus pro omnibus esset mortuus.

Tertio affirmo, rectè dici posse Christum non modo fuisse causam efficacis dilectionis, quæ à Deo dilecti sumus; verum etiam esse causam nostræ electionis. hoc est, vt ex communi massa eligeremur, atque alijs aded præferremur, quibus idem bonum nõ conceditur: nam cum omnes simul essemus eodem modo in eadem hærentes perditionis, atque interitus massa eandem damnationis sententiam subituri non omnes, sed quidam dumtaxat Christi meritis secreti sunt, ergo & præ alijs electi, non ergo tantum dilecti, sed etiam electi propter Christum fuerunt, si comparentur cum ijs, qui in massa derelicti sunt. quamquam video aliquos alienos videri ab hoc loquendi modo. Vasq. tamen 94. dif. c. 7. hunc dicendi modum probat. sed fortassis quæstio est de nomine; nõ enim potest meo iudicio negari; cum aliquis diligitur efficaciter illum etiā secerni ab illis, qui derelinquuntur in massa saltem cõsequenter ac secundariò, quod non negarent, vt arbitrator, alij dummodò nõ admittamus, elegi potius hoc quā illos propter Christi merita, quod an verum sit mox dicam.

Affirmo quartò, Christum non fuisse causam vt nonnulli, qui post eius incarnationem vixerunt, potius eligeretur quàm alij, quamuis peculiari ratione merita tua quibusdā applicauerit, & pro eis efficaciter orauerit. Probatur primùm hoc postèrius ex Ioan. 17. ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro ijs, quos dedisti mihi; Et iterum: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū, sicut & nos; Et postea: non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, qua oratione illorum perseueran-

tiam à Deo postulasse videtur. Itemque: Pater, quos dedisti mihi volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum; in hac sanè oratione patet Christum; aliter rogasse pro Apostolis, & electis, quā pro vniuerso mundo; nam pro illis orat vt efficaciter applicetur eis suum meritum. vnde ait, pro eis rogo, non pro mundo; item, volo, &c. quomodo nunquam legimus orasse eum pro vniuerso mundo; vt meritò proinde Iustin. Martyr quæst. 23. ad Orthodoxo. censuerit illam Christi orationem: sanctifica vos in veritate, non esse fusam pro Iuda; fuit enim efficacis, sed pro cæteris Apostolis. Iterum idem constat ex Luc. 22. vbi dixit Iesus Petro: ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, &c. quæ oratio procul dubio fuit efficacis, atque aded per illam meruit Christus Petro conuersionem, & infallibilem perseuerantiam in fide. Idem de illis, pro quibus rogauit vt perseuerarent. Denique ad Hebr. 3. non obscurè indicat Paulus preces Christi efficaces esse, & omninò audiri, si ex voluntate absoluta proficiscantur: ait enim, qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia; Et paulò post: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.

Cum ergo pro quibusdā potius, quam alijs orauerit non dubiū illis potius, quam istis gratiam congruam, & efficacem, qua vsque in finem perseuerarent obtinuisse. iam verò hinc non efficitur, quod si in tempore propter merita Christi, speciātim ab ipso applicata, ea gratia Apostolis, vel quibusdā etiam alijs concessa fuit, etiam & illud, id est, quod hi potius sint electi, quàm illi Christi meritis factum esse; immò verò, quia hi potius quam illi Dei solius arbitrio electi erant, prædestinati tamen, vt per meritā Christi eam electionem in tempore assequerentur; ided Christus pro electis à Patre efficaciter suorum meritorum applicationem obtinuit, conformis in hoc Patri.

Quare affirmo quintò, congruū non videri hunc ordinem, vt Deus humanæ Christi voluntati suam conformet: quin decere potius, vt hæc illi se conformet, atque aded quod hi potius, quam illi sint electi Deo tribuendum, sic sentit Suarius disp. ea. 41. sect. 4. conclusionē 3. At respondet Vasquez non esse in Deo imperfectioni tribuendum, si dicamus diuinati voluntatem humanæ acquiescere; nam non dubium diuinam alicuius merita spectare, vt eorum intuitu præmium tribuat, vel præparet, & tunc diuina voluntas operatur iuxta id, quod humana voluntas postulat, & ei se quodammodo conformat; idemque constat de precibus Sanctorum, quibus illi gratiam, & perseuerantiam alijs obtinuerunt. Nihil igitur absurdi dicemus, si concesserimus Deum humanæ Christi voluntati acquiescisse, cum Christus pro quibusdā orauit potius, quàm pro alijs. sed quod vel eo loco ipse Vasquez innuat, dicendum, in hoc ipso, quod postremo loco affirmat de humana Christi voluntate, eā cum diuina congruuisse, & ei conformem fuisse potius; nam

in eo sequuta fuit eius impulsus, ac motum, quod concedit. Vasquez satenim benè nouerat Christus eam esse Dei voluntatem, vt pro illis oraret, cum sciret Deum ex se iam illos e-legisse, ita tamen vt per merita ipsius Christi eam assequerentur electionem, quomodo & prædestinati erant; Sanctorum porro merita, & preces prædestinantem Dei voluntatem, eiusque ad eius executionem, impulsus efficacem liberè sequuntur. quamquam longè distat, & alia prorsus ratio est, loqui de meritis præcisè, & precibus Sanctorum, & de maximo Dei secreto, & altissimo electionis mysterio, de hoc enim diximus absonum videri, vt in eo constituendo humanam spectet voluntatem. Addit deinde Vasquez quod in hoc admiranda fuit profunditas diuini cõsiliij, quam admiratur Paulus, quod nulla existente caussa mittere voluerit filium suum, *in similitudinem carnis peccati*, eiusque humanam voluntatem ad hoc mouerit, vt potius pro his, quam pro illis oraret, atque eius oratione motus his potius, quàm illis opem ferre decreuerit; sed in primis aliud longè mirabilius videtur Paulus significare illis verbis: *ò altitudo Sapientia, &cæt.* in nullam, scilicet Deum respexisse caussam, sed solo suo consilio, & arbitrio electionem horum decreuisse. Deindè quod caput est, si **D E V S** mouit Christum, vt pro his potius orarit quam pro illis, ergò hos iam elegerat potius; alioqui qui prudenter agit, non mouet caussam ad aliquid potius agendum, nisi illud ipsum intenderit, ac elegerit fieri.

Ex his patet solutio ad omnia, quæ initio præcedentis Theor. obiecta sunt, simulque constat falsum esse Christum, æquè pro omnibus obtulisse sua merita; nam efficaciter tantum pro electis à Patre obtulit, licèt sufficienter non negem pro omnibus obtulisse. Ratio verò illa vltimo loco allata non est contra nos, ita enim dicimus electionem esse factam meritis Christi, vt tamen negemus hos præ illis esse electos eiusdem meritis, sed Dei solius arbitrio. vide num. 6.

10. Restant duæ aliæ dubitationes: Prima dilectio, & electio actus sunt diuinæ voluntatis, sed huius non potest dari caussa, vel ratio; ergò non rectè dictum videtur Christi merita fuisse caussam electionis hominum. Respondeo non posse quidem dari caussam propriam actus diuinæ voluntatis in se, vt docet Diuus Thomas prima parte, quæstio. decimanona, posse tamen dari ex parte obiecti rationem propter quam diuina voluntas, liberè ad hoc obiectum terminetur, vt Diuus Thomas habet lib. I. contra Gen. cap. octogesimo sexto, & hoc modo potuit meritum Christi præuisum, esse ratio diligendi, eligendi que prædestinatos, sicut etiam fuit ratio propter quam voluit Deus dare gratiam antiquis Patribus.

11. Postremò sic aliquis obijciat: merita Christi nullo modo fuerunt præuisa antè electionem prædestinatorum: nam in primo signo quo voluit Deus communicare se ad extra, e-legit Christum, non tamen solum, sed simul cum omnibus prædestinatis, igitur nulla meritorum præscientia antecessit electionem præ-

A destinatum. Respondeo, intelligendum esse, electionem Christi & aliorum prædestinatorum non ita coniunctas fuisse, atque connexas, vt aliqua ratione electio Christi nõ antecesserit. Cum enim ipse in caput electus fuerit, & in fontem omnis gratiæ, vnde omnis benedictio spiritualis in cæteros quoscumque homines dimanaret; propterea censendum est Christum ipsum prius secundum rationem electum; deindè verò propter eius merita cæteros, qui illius essent coheredes.

B Habemus igitur ex his omnem gratiam, etiam primam, omnem dilectionem, electionem prædestinationem contigisse hominibus propter Christi merita. Quod verò generalis illa voluntas, qua Deus decreuit ordinare omnes homines per sufficientia media ad supernaturalem beatitudinem: & illa item voluntas generalis, qua voluit Deus reparare hominem lapsum, non nitantur Christi meritis, ostendit egregiè Suarius disput. ea. 41. sect. 4. conclus. 1. & 2.

THEORIA IV.

In vers. 24. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Quod trahendi verbum libertatem non tollat, & cur hic vsurpetur à Christo.

C **M**IRARI quispiam fortè posset, cur **C**HRI^ST^VS trahendi verbum vsurpauerit hoc loco, quòd liberum hominis arbitrium tollere videtur? sic olim visum fuit impijs Manichæis ex Chrysof. hom. 45. vt ergò rem hanc altius repetito principio intelligas.

2. Obseruandum in primis aliter hominem à creaturis, aliter à Deo trahi; ab illis obiectiue dumtaxat, siue ipsamet creatura sit obiectum habens speciem boni convenientis voluntati, & ab ea amati, siue ipsa tale aliquod obiectum voluntati repræsentet. quomodo inquit, ille *trahit sua quemque voluptas*. A Deo verò nõ obiectiue modò, verùm etiã effectiue mouetur homo, est enim Deus caussa prima efficiens cæteras omnes causas mouens; quæ cunctæ necessariò in agendo ab ipsa pendent; ita verò obiectiue potest Deus voluntatem trahere, vt infallibilem eius tractio habere queat effectum. Quibus autem modis trahat Deus voluntatem in hac vita ostendit Osee c. 11. *In funiculo*, inquit, *Adam traham te, in vinculo Charitatis*. funiculi autem caritatis sunt quibus trahuntur homines, & non bestię, beneficia sunt, promissa sunt, amor est, bonitas, denique reuelata veritas. cur autem homines trahat, Hierem. tradit cap. 31. *in charitate perpetua dilexi te, idèd attraxi te miserans tui*.

3. Iterum obseruandum est, vocem tractionis indicare inprimis hic diuinæ vocationis efficacitatem, immò & necessitatem, non naturæ quidem, vel coactionis, sed infallibilitatis, quippè quæ homines rebus caducis, atque terrenis inhiantes, terræque affixos, momento temporis ad se relictis omnibus conuolare

2. Homo aliter à naturis, aliter à Deo trahitur.

3. Trahendi verbum diuine vocationis efficacitatem denotat.

facit. Hoc autem non necessitate solet Deus facere, sed efficacitate. si enim necessitate iniecta id obiret, minus efficacem, minusque admirandam esse eam Dei motionem oporteret. Iam verò cum libenter, ac volens homo abstrahatur ab ijs, quæ tantoperè diligebat efficaciorē esse agnoscimus Dei gratiam, potentiorēque virtutem. Non ergò hic trahendi voce necessitatem iniectam hominibus accipere oportet, cum ea homines libenter etiam trahantur à Deo quamvis efficaciter. Propter igitur hanc causam rectè usurpauit Dominus tractionis vocabulum, ad efficacitatem indicandam.

4. Est & alia secunda huius usurpationis ratio, ut indicaretur eo verbo vis magna illata, non quidem hominis arbitrio, ut Manichæi allucinabantur, sed vitij, sed prauis consuetudinibus, sed impuris animi morbis, sed tyrannis etiam, & dæmonibus, denique omnibus humanæ salutis infelicitissimis hostibus. His enim omnibus Dei virtute superatis, neglectis etiam periculis, pressuris, persecutionibus, posthabitis rebus omnibus, spontè, libenterve homines ad Christum tracti aduolant, eumque sequuntur, de qua vi etiam rebus istis iniecta accipiunt plurimi illud Matth. vndecimo, *regnum celorum vim patitur: & illud Ioann. decimo, & ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.*

5. Quam rem piè, acutè, & luculentè explicat Honorius, quem habes apud Delrium cap. i. Cant. sect. i. ver. 4. In illa: *trahit me post te, &c.* cum enim Sponsa vtatur ibi trahendi vocabulo, ut significet se suis viribus non posse sequi sponsum, nisi Deus attraxerit gratia præueniendo, & ad liberi arbitrii concursum sufficientem gratiam largiendo. Itemque ut se significet paratam non tantum per blanditias duci, sed etiam per aspera sequi; idè de hoc duplici vocationis, seu attractionis genere sic ait Honorius, ostendens quanta vi opus sit, ut trahendi Deo obtemperemus, & quod id opus Dei sit trahentem sequi; *Da vires, bone IESV, posse tua vestigia per hanc viam sequi, per quam ad gloriam processisti: via Domini est prospera mundi non appetere, & aspera patienter pro eo pati. per hanc viam ipse ingressus est ad gloriam.*

Cum enim Iudæi vellent eum regem constituere, fugit; cum vellent eum crucifigere, vltro se obtulit, per hanc se sequentibus ire precepit: dicens, *si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, id est, imitetur me. per hanc viam nemo graditur, nisi trahatur vt scriptum est: nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Deum nos ad se duobus modis trahit, duobusque impellit: trahit nos promissionibus: dulcedinis superne patriæ: impellit nos minis gehennæ. Trahit nos quoque diuersis donis; impellit varijs flagellis: sic Moyses traxit populum promittendo regum diuitias: Pharaon impulit verberibus. Quosdam Deus trahit nolentes, (hoc est, antequam velint trahi) cum eos gratia sua præuenit, inspirando vt bonum velint, volentes subsequitur iuuando, vt possint bonum. ergò gratia est cum præuenimur vt velimus; donum est, cum iuuamur vt pos-*

A *simus; arbitrium, vtrum velimus sequi: libertas, si sponte sequimur; captiuitas, si sequi abnuimus: fragilitas si sequentes relabitur; meritum, si sequendo non deficiamus, & hoc non nobis, sed gratie adscribimus præmium, æternum gaudium, &c.* sic Honorius.

In Actis Apostolorum cap. 2. verfi. 41. vbi nos legimus: *qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt.* Gr. vt notat Hieronymus habetur: *qui ergò libenter receperunt sermonem eius;* quibus verbis indicatur modus, quo vtitur Christus Dominus in expiscandis, attrahendis, capiendisque hominibus. vt enim piscis relicto proprio loco ad piscatoris arundinem accedat, instruitur & obtegatur hamus gratis, & periucundis escis; ita Christus, vt animas vitij inhærentes, & cupiditatibus affixas ad se trahat, etiam per difficiles, & asperas vias; exhibet illis cælestium cõsolationum escas, ac blanda efficacitate extrahit à rebus, quas perditè amabant.

Et quidem meritò, sapienterque id facit Deus. dupliciter namq; mœrore afficitur homo dum res mundi fluxas, & peccata deserit. Alter naturalis est ortus ex earum delectationum contemptu, & abdicatione, quibus iam videt nuncium remitti debere. quæ quidem abdicationis grauior est, & intolerabilior homini quam dentis aulsio, licet altius mandibulæ affixi: sapienter enim loquuntur hi, qui similem faciunt peccatorem filijs Israel, qui cum per desertum oberrarent, Dei iussu Moysem sequentes, Aegypti carnes vehementer optabant. Ita quoque peccator, qui se vxorem, liberos, diuitias, voluptates, plusquam Deum diligit; mœrore afficitur, dum Christo vocante animaduertit à se omnia illa alienanda esse, aut saltem ita posthabenda, vt Christus super omnia ametur. Hæc igitur est causa cur tractioni huic sensui amare, ac repugnati admiscere, soleat Christus suauem quandam, ac cælestem Spiritus Sancti voluptatem, ac propè diuinum sensum quo facilius, quæ prius amabat homo iam attractus deserere valeat.

8. Quia in re equidem opinor conferri posse Christum cum prouida Matre, quæ cum non possit persuadere filio, ne inutilia comedat, & noxia, ostendit illi pomum, vt alliciat libenterque noxia omittat, quæ damnum sanitati præuidet allatura. vel certè conferri potest Christus cum insigni, & nobili venatore, qui cernens canem corrodentem os, obijcit illi carnes, quo retrahat ab osse: ita suo modo Christus blando quodam sensu delinire solet peccatorem, quo à noxijs abstrahat, & de præcipiti, & ruinoso loco in tutum transferat, & de tenebris in admirabile lumen educat. & is quidem mœror est, ac naturalis tristitia.

Alter verò mœror voluntarius est, vltro assumptus, qui peccatorem stimulat, ac perurget ex præteritorum criminum recordatione profectus. Ob hunc quoque eger, qui eum soletur, excitet, & in spem erigat, ac bono, quietoque animo esse iubeat. vt igitur hi mœrores qui vocatum à Deo hominem agredi, vel comitari solent; & simul tanta de-

6.

7. Duplex mœror hominis ob amissionē bonorum.

8.

prauatæ naturæ repugnantia indicentur, meritò Dei vocatiò *tractionis* nomine significatur, quam proinde ille cælesti voluptate aspergere, & condire solet, qua facit, vt tractus aliquis non veniat modo, sed libenter etiam: facit enim Deus, vt inquit August. trahendo ex nolente volentem, ex repugnante amantem, ex renitente secum consentientem, atque cooperantem.

9. His accedit & tertia ratio, quam assignare possumus ex hominis infirmitate. Ita enim animi viribus propter peccatum destitutus est, vt, nisi à Deo præuentus, similiter ac qui flaccescētibus viribus ingredi nequit, tractus, accedere ad Christum non possit. Paralytici id exemplo declarare possumus, qui etiam si maximè velit ad aliquem adire, præ virium debilitate nequit eo accedere, nisi ab alio quodammodo tractus. vbi interim vides quodo aliquis trahatur, & libens trahatur. vt igitur ostenderet Christus Dei gratia opus esse, atque auxilio, vt quis ad eum accedat, commodè *tractionis* verbum vsurpauit; nam, vt ait Augustinus, qui trahitur, is ante non veniebat: si enim vltro, & spontè venisset, non esset tractus. Trahitur igitur, quia licet ipse voluntariè veniat: præuentus tamen Dei gratia est, vt venire vellet ac posset; præuenit enim Deus omnem humanæ voluntatis præparationem. Nascitur autem hoc inde, quod homo propter peccata adeò infirmus est vt se ad Deum mouere nequeat. Non igitur trahi quempiam est inuoluntariè venire, nisi tempus ipsam Dei attractionem præcedens spectemus: sic enim aliquod inuoluntarium, & repugnans inuenimus in homine: trahit enim Deus hominem plerumque antea nolentem venire ad ipsum, & sæpius vocationi repugnantem.

10. Sed his enucleatis restat quærere, quamobrem Patri hic à Christo tribuatur isthæc tractio, cum & Filius trahat, vt ex superius dictis liquet, & Spiritus sanctus. In promptu est responso, nam vt rectè ait Cyrill. lib. tertio, cap. 39. vt diuina opus esse natura ostendatur credere, & venire ad Christum; ideo tractio ad Patrem refertur, qui fons est Deitatis. Et cum Christus non modo Deus, sed etiam verus homo sit; si illi tractio tribueretur, non ita clarè constaret, an ei hoc conueniret vt Deo, an vt homini. August. lib. primo de prædestinat. Sanctorum cap. quarto, assignat causam, quia Filius à Patre est, & ab utroque Spiritus sanctus.

11. Ex hac porrò sententia multa stabiliuntur dogmata pro necessitate, & efficacia gratiæ. sed illud in primis quod initium fidei, & conuersionis hominis ad Deum libero hominis arbitrio attribui non possit aduersus Pelagianos, ac Semipelagianos. Deindè hinc intelligimus omnibus esse necessariam gratiam, & idè dictum est: nemo. Et quia potentia etiam omnis homo propinqua saltem ad credendum caret, non modo actu; dictum est, *nemo potest*, &c. vt scias non modo esse gratiæ Dei facere, vt credas, sed vt & possis. vt verò libertas humanæ voluntatis demonstraretur, simulque & necessitas, atque efficacia gra-

A. tiæ: duo verba addita sunt: *venire & traxerit, nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*, venire enim libera hominis actio est, ac tractio diuinæ gratiæ efficacitatem, & infallibilem in homine effectum apertè denotat. Quare malè negant Hæretici ex verbo trahendi hominis libertatem, non solum propter id, quod superius dictum est trahi homines etiam libenter, sed etiam quia vocabulum veniendi satis hominis libertatem confirmat.

THEORIA V.

Num quod homo non trahatur, eius culpa fiat.

B. EX his Domini verbis, vt & in Scholijs num. 14. significauimus, *nemo potest venire ad me, &c.* obscura satis, & perplexa oritur dubitatio, quæ hic à nobis parcè, sobrieque attingenda est, prout interpretem scripturæ decet. sicut enim secum rationabitur quispiam: si quicumque trahitur à Deo, venit ad Christum, & nemo venit ad Christum nisi tractus à Deo; ergò cum non sit in hominis potestate trahi à Deo, sed in Dei voluntate situm, qui ad Christum non venit, non suo vitio fit vt non veniat, sed quod tractus non sit à Deo.

C. Respondebit fortè aliquis eum, qui à Deo non trahitur obicem ponere, & suis peccatis obistere, quo minus trahatur. sed hæc responsio minimè videtur difficultatem tollere; cum enim omnes hi, qui prima gratia egent, & iustificatione, in peccatis sint, & proinde obicem ponant, quæritur cur ex his istos trahat, illos non trahat. Respondere videtur Augustinus tract. vigesimo sexto, *magna gratia cõmendatio. nemo venit nisi tractus, quem trahat, & quem non trahat; quare illum trahat, & illū non trahat, noli velle iudicare, & si non vis errare semel accipe, & intellige, non traheris, ora vt traharis*. Sed adhuc nihil hinc haberi videtur, vnde dissoluatur nodus iste, sed tantum non esse id curiosius inuelligandum: nisi fortè dicas illos non trahi, qui non orant, vt trahantur. sed etiam quod hic oret gratiæ Dei est, præterquam quod aliqui sunt, qui etiam non orantes etiam infixi vitijs, etiam repugnantes pulsanti Deo, trahantur.

D. Græci Chrysoft. Theophyl. Euthy. & alij videntur aliquid ex parte hominis ponere, vnde fit vt iste trahatur, & alius in quo illud non est, minimè trahatur; sicut inquit, magnes, non quodlibet corpus indifferenter trahit ad se, sed tantummodo ferrum, quod habeat naturalem cum eo conuenientiam: ita Deus non quemuis hominum trahit, sed eos dumtaxat, quos præparatione bonæ voluntatis reperit idoneos & dignos vt ab ipso trahantur: quare hic facilè erit ad dubitationē respondere, eos, qui non trahuntur, suo vitio non trahi, quod carent ea præparatione, quam Deus à nobis requirit.

Verum hæc sententia Semipelagianorum, & Malsiliensium, quorum caput est Casianus discipulus Chrysoctomi, videtur errorē continere;

tinere; dicebant enim hi; *labori humano, aut voluntati humanae, aut etiam orationi humanae subiungendam esse gratiam in tempore*, hoc est, eam nobis donari, propter aliquid horum, quod sit ex nostro libero arbitrio. Nomine verò gratiæ non habitualement intelligebant, sed auxilia omnia gratiæ, quibus ad iusticiam promouemur. sicut etiam affirmabant primam gratiam, & primam vocationem gratuitam nobis à Deo prædestinari, quia præsciuit aliquod bonæ nostræ voluntatis initium ex nobis; quare inter illos illud solemne erat: *nisi Deus adiuuet conatus nostros* (id est, promoueat à nobis inceptos) *irriti sunt*. Inter istos tamen quidam rigidius loquebantur, quidam verò mollius, omnes tamen aliquod initium ex nobis præcedere gratiam **D** a 1 affirmabant, saltem aliquod initium fidei, & bonæ voluntatis; nam licet concederent initium boni operis esse Deo tribuendum; vt docet Vasquez disp. 89. cap. 5. & 91. cap. 9. inter bona opera tamen quorū initium in Deum referebant, non numerabant fidem & bonam voluntatem.

Et verò hanc notam D. Chrysostomo, & pluribus ex illis antiquis Patribus græcis velle inurere, minùs saltem pium mihi videtur. Defendit Chrysof. Sixtus Senens. lib. 5. Bibliothec. Sanctæ, defendit Franciscus Suarez omnia ferme afferens loca, quæ dubium possent reddere lectorem, de sententia Chrysof. defendit, Perer. 21. dif. in cap. 6. Ioan. licet Card. Tolet. adnotati. 20. in idem cap. Ioan. & Vasq. dif. 91. c. 8. & 9. aliter sentire videantur. Aio igitur græcos Patres præsertim verò Chrysof. dum quosdam dubios hac in parte loquendi modos vsurpant, more scripturæ loqui voluisse, in qua interdum gratiæ tribuuntur omnia, interdum doceri initium boni operis ab homine esse expectandum, Isai. 30. *expectat Dominus vt misereatur vestri*, 1. Reg. 3. *preparate corda vestra Domino*, Palm. 118. *præueni in maturitate, & clamauit*, hæc autem & similia in Trident. Concil. Sess. 6. ita explicantur, vt velit Spiritus S. per hæc admonere nos libertatis nostræ: vel vt ijs excitemur, vt benè vna Dei gratia vtendo aliam impetremus, vel ad eam disponamur, non verò significant ea verba exordium salutis, & prædestinationis esse ex nobis.

Quod si quis vrgeat Chrysof. plus aliquid sentire, dixit enim aliquando hom. 17. in Ioan. & 12. ad Hebr. *Deum non præuenire voluntates, ne nostram temeret libertatem*. Igitur videtur velle dicere Deum expectare, vt nos incipiamus, deindè gratiam largiri. Respondeo, nihil aliud velle, nisi quod Deus non præueniat voluntates nostras eas ad vnum aliquid determinando; & idem est quod respondet D. Thom. declarans Damascenum lib. 2. de fide, cap. 29. & 30. & lib. 4. c. 22. loquutum esse illū, de prædefinitione necessitate. Cū verò significat Deum expectare, vt nos incipiamus vt ipse perfectionem adiungat, loquitur vt Hieronymus, Dialog. 3. contra Pelagianos, vbi ait; *nostrum sit rogare, illius tribuere; nostrū incipere, illius perficere*. Quo etiam modo loquitur Optatus Mileuitanus libro secundo contra Parmenian. sub finem, *nostrum, ait, est velle, nostrum est currere, Dei autem perficere*. Resp. horum, & aliorum

A quorundam Patrum mentem esse, quod doctè aduertit Francisc. Suar. lib. 2. de Prædest. cap. 8. num. 13. vt significare velint, gratiam, nec sanctificare, nec præparare, vel disponere hominem adultum iam sine libera cooperatione eius, & hanc liberam cooperationem, quæ inchoat in homine primam moralem dispositionem bonam, appellat initium ex parte hominis; quem loquendi modum vsurpauit Concil. Arausicanum, can. 5. dum voluntatem credendi vocat initium fidei, vel salutis. Non tamen propterea negant illi Patres ante hanc hominis cooperationem antegredi diuinam quandam exsuscitationem, excitationem, id est, vocationem. idem dicunt, qui interpretantur, hos Patres loqui non de initio totius iustitiæ, sed vnus, vel alterius beneficij diuini, atque ita affirmant orationem, verbi gratia, esse initium illius doni, quod per illam impetratur; & ita exhortantur populum in concionibus, vt ipsi incipiant, vt Deus prosequatur, id est, vt incipiant consentiendo gratiæ Dei, non sine adiutorio tamen gratiæ eiusdem.

Nec multum deberent nos hæc sententiæ remorari in his Patribus, cum & August. simili aliquando loquendi formula vsus fuerit. lib. namque 83. qq. q. 68. ait, *ex occultissimis meritis prouenire illud, quod Apostolus habet, cuius vult miseretur, & quem vult indurat: nam in eo, qui obduratur præcedunt mala merita, & in eo etiam cuius Deus miseretur, præcedunt occultissima merita*; quæ vt ibidem ait, præcedunt iustificationem. Neque verò primo retracta. c. 23. hanc sententiã retractauit, vt patet ex c. 26 vbi eam exponit, non retractat. i. ante illa bona merita, quantumuis occulta antecedere vocationem sine merito. Cætera vide loco cit. apud Suarez.

Hanc rem aptissimo exemplo illustrare videtur Nanzian. nam aptitudinem naturalem ad virtutem, qua vnus interdum magis, quam alius pollet, comparat silici; quæ vt ignem producat, opus est ferro percuti. Excitari autem inquit, nostram aptitudinem, & facultatem ad virtutem cogitatione veluti silicem ferro. In qua cogitatione, & excitatione Augustinus gratiam agnoscit, quam Deus in nobis, sine nobis operatur. lege illum orat. 31. quæ est in caput Matth. 19. num. 8. simili comparatione vtitur Prosper libr. cont. Collatorem cap. 12. vbi nostram naturam, & bonam indolem comparat torri ignito, quia flammam boni desiderij aut initij non elicit, nisi spiritu gratiæ Dei excitetur.

Igitur Chryf. & similibus Patrum sententia non ea est, vt velint, quod citra Dei auxilium afferat homo ex suo libero arbitrio initium aliquod, quo pertrahatur ad Christum, quod qui non afferunt sua culpa non trahantur. sed significant eum qui consentit primo motui, qui est à Deo, promoueri, & idoneum fieri ad vltiorem motum, atque adeo eo perducit vt ad Christum veniat. Quod si quis oblectetur primis motibus, atque Dei impulsui sua culpa fit vt ad vltiorè non promoueat motum, atq; adeo ad Christum non veniat, vt verisimum sit neminem fieri idoneum à se, vt trahatur non præeunte Dei auxi-

lio, & hæc est huius perdifficilis dubitationis solutio, eadem. cum illa, quam in scholijs num. decimoquarto attulimus.

9. Superest vt clariùs respondeamus obiectioni propositæ numer. primo, omnes qui egent prima gratia, ac iustificatione esse peccato commaculatos; igitur omnes ponunt obicem: Nihil ergò est discriminis. Respondetur. fateor omnes esse peccato infectos, cæterum cum DEVS velit omnes homines saluos fieri teste Paulo, valdè pium est credere, non esse aliquem hominem adultum, cui non det aliquod salutis principium, atque ad eò vocationem aliquam, licet peccatis infectus sit, & quantum est ex hac parte, obicem ponat gratiæ Dei. neque necessè est, ad hoc, vt Deus illuminet eum, qui in peccatis est, vt aliquod bonum opus edat, quo aliquo modo, quantum in se est, remoueat obicem. Deus enim generali illa voluntate, ac beneuolentia in omne hominum genus propter Christum, quâuis maximè peccaret, neque aliquod bonum opus faceret is, qui peccato commaculatus est, præueniret tamen ipsum, & auxilio suo eius illustraret mentem. Et quamuis eiusmodi opus bonum vt cumque efficeret homo facinorosus, & postea vocaretur à Deo, non inde fieret, quod vocaretur propter illud opus, sed ex illa, quam dixi, Dei beneuolentia in homines, & propter Christum.

10.
Obex quid
sit in hac
materia.

Illam tamen duo sunt hic aduertenda, illum vocare nos in hac quæstione obicem propriæ diuinæ motioni oppositum, quo Dei vocationi resistitur, eiusque motio negligitur. Propter quem obicem fit, vt non sit idoneus, vt promoueat iste homo ad altiorem motum. At qui mouenti Deo, verbi gratia, primùm illustranti mentem, ad considerandum id, quod homini bonum est, & conducens ad æternam eius salutem, non resistit: is, inquam, non dicitur hic ponere obicem, & ita promouebitur à Deo ad vltiorem aliquem motum voluntatis, afficiendo, & molliter inclinando eam ad cupiendum, & desiderandum illud bonum intellectui propositum: quòd si neque huic motui renitatur peccator, sequetur tractio hominis ad Deum, continens efficacem persuasionem intellectus, quod bonum ei propositum sit homini conueniens, atque conducens: & item efficacem inclinationem voluntatis ad illud bonum volendum, & amplectendum. Alterum aduertendum est tempus dandi primam illustrationem, ac vocationem non esse vnũ, & idem præfixum pro omnibus hominibus: verùm Deus dum tribuit, cum tempus videt opportunum, vel suo consilio definitum; propterea, siue benè, siue malè homo antea operetur, non citiùs maturatur, nec differtur, vel extrahitur tempus illud à Deo præfixum: nec in eo definiendo, ac præfigendo rationem habuit Deus operis alicuius hominis, sed sapientiæ suæ ordinem, ac consilium suæ voluntatis sequitur. Hæc hæc tenens.

A

THEORIA VI.

In vers. 34. *Nisi manducaueritis carnem, & car. An hæc verba ad infantes quoque pertineat, vt sacramentalē manducationem continent.*

SAPIENTER D. THOM. Lect. 7. in Ioan. & B. Iustinia. lib. de obedient. cap. 54. cum communi fermè Catholicorum sententia censent, adultos tantùm hæc verba respicere, & non ad infantes etiam pertinere. licet Augustinus interdum saltem sensu extenderit hanc Christi sententiam ad paruulos, ex Iansen. capite quinquagesimonono. Id autem non est difficilè pluribus, & validis rationibus corroborare.

B

Principiò quia soli adulti sunt præceptorum capaces: verba autem illa præceptum continent. nec quemquam esse arbitror, qui affirmare audeat adultos ipsos per hæc teneri Venerabil. Eucharistiã infantibus præbere; nusquam enim huiusmodi præceptum exstat expressum. Deindè vix vlli in mentem venire potest hanc manducationem ad paruulos pertinere. loquitur enim Christus de sacramentali quidem manducatione, sed ita vt adiunctam habeat spiritualem, vt fructuosa sit, & vitam afferat æternam. Atqui hæc esse nequit sine deuotione, cuius quis ita rudis est, vt capaces esse infantes affirmet? Certè id ipsum confirmat Paulus primæ ad Corinth. vndecimo: *probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat.* Itat ergò edendum non esse panem hunc cælestem, nisi se quisque prius probet, quod adutorum proprium est.

C

Proindè Ecclesia paruulis non præcepit vnquam Venerab. Eucharist. porrigi quod vetustissimus huius rei vsus ostendit; sciebat enim non aliter par esse hoc Sacramentum comedere, quàm cum actuali deuotione, ac probatione. Ad hæc accedit ipsa verborum Christi formula: nam in Baptismo dictum est: *nisi quis renatus fuerit, &c.* quod vim passiuam retinet, & verò etiam aliquid est renasci, quod maximè infantibus conueniat: at ista, *nisi manducaueritis, &c.* sicut & illa, *nisi penitentiam egeritis, &c.* actiuam vim continent. Et verò etiam ea actio, id est, manducatio paruulis conuenire non potest. Mandere enim vel comedere cibum, adutorum est, sicut & penitentiam agere.

D

Hoc igitur interest inter Baptismum, & Eucharistiã quod ille ad regenerationem est sine qua habere spiritualem vitam nemo potest. Quis enim vitam acquirit nisi prius genitus? hæc verò est propriè ad spiritualem nutritionem, atque ad eò ad restaurationem spiritualis virtutis deperditæ, per quotidiana peccata actualia: proindè Baptismus etiam infantibus necessarius est. Eucharistiã tãtum his, qui quotidiano peccatorum vsu, subindè aliquid de spiritualibus viribus deperdunt. Quare meritò CHRISTVS passiuè loquutus, est de Baptismo, nõ dirigens sermonem ad baptizãdos, quorum aliquos nouerat intelligere

1.

2.
Infantes non
teneri ad tñ
munionem
Sacramen-
talem.

3.

4.
Discrimen
inter Bap-
tismum & E-
ucharistiã.

non

non posse, neque præcepti esse capaces, nec pœnæ, vel comminationis si secus facerent. At de Eucharist. ita actiue loquutus est, vt sermonē etiam conuerterit ad eos, qui audiebant, & percipere poterant vim præcepti, & comminationis pœnæ.

Nec obstat quod olim in more positum fuit, vt etiam paruulis administrarent Euch. ex Dionys. c. 6. de Ecclesiastica Hierarchia, & ex Cypriano ser. 5. de lapsis, & Aug. ep. 107. ad Vitalem. rectè enim in Concil. Trident. sess. 21. c. 4. declaratum est, veteres illos, qui hoc faciebant nulla præcepti diuini necessitate id fecisse, sed ob alias causas pro ratione illorum temporum probabiles. Nec constat morem illum vniuersalem fuisse; tantum Armeni, vt VValdensis to. 2. de Sacram. c. 91. & Boemi, vt refert Tolet. adnot. 28. & si verum est, quod refert Caiet. 3. p. q. 80. a. 12. Nestorius & Pelagius hæc verba etiam ad infantes extendisse dicuntur, vt ea, quæ de Baptismo sunt.

Quod verò Augustinus l. 1. de peccatorum meritis c. 20. & alibi scribit, ad paruulos etiam pertinere hanc sententiam Ioan. 6. intelligendum est non propriè de manducatione Sacramentali, sed de re, siue effectu huius Sacramenti; nam Augustinus l. 3. de pecc. mor. c. 4. tradit. impleri in paruulis quicquid in illa sententia Domini Io. 6. præcipitur, hoc ipso quod p Baptismum fiunt participes corporis, & sanguinis Christi, quæ participatio est res Sacramenti, scilicet vnio hominis cum Christo per gratiã. Quare dicere possumus aliquo modo hæc sententiam extendi, & pertinere ad paruulos, si de re, & effectu loquamur Eucharistiæ, qui sine Baptismo in re nequit haberi à paruulis, non de manducatione ipsa Sacramentali, quæ propriè ibi præcipitur, & ita intelligi etiam potest Innocentius in ep. ad Conci. Mileuita. quæ est 93. inter epist. August. vt citauimus Theor. 1. num. 10.

Nec quidquam facit, quod aliqui obijciunt; nec paruulorum vitam corporis, sustentari posse, sine corporali alimento. Analogia enim hæc, cibi corporalis non est intelligenda, nisi quo ad effectum. Ad sustentandam enim vitam corporalem, non suppetunt secundum legem ordinariam aliqua alia media, quæ æquiualeant corporali cibo, sicut ad sustentandam vitam gratiæ suppetunt alia, vt quæ conciliant Dei gratiam, eiusque auxilia, & cætera Sacramenta. An verò his verbis implicite saltem contineatur, vel insinuetur necessitas mediij, Vide Theor. 9. n. 5.

THEORIA VII.

In eundem versum trigessimum quartum: Num ex his verbis rectè, ac necessariò statuatur, communio sub vtraque specie?

HVSSITARVM error fuit apud Bohemos, vbi primùm hic error ortus dicitur, vt habet Aeneas Syluius in historia Bohemorum capite trigesimo quinto euinci ex his verbis, communionem sub vtraque specie. Quod etiam sequuti sunt Ioannes VVicleff, & Ioannes Hus; deindè Lutherus Apostata, ac

A nouatores omnes. Nituntur huius loci auctoritate, quod Dominus apertè dicat: *nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, quod sit sub specie panis: & *biberitis eius sanguinem*, quod sit sub specie vini, *non habebitis vitam in vobis*: quæ sententia Christi ita difficilis aliquibus Catholicis visa est, & adedè efficax ad confirmandum dogma hæreticorum de communionē sub vtraque specie, vt maluerint negare hęc sermonē esse de reali māducatione corporis Christi, sic Turrecremata in tractatione de Ecclesia, & Ricardus Iaper. in secundo tomo articulorum Louanienfium, in tractatu articuli decimiquinti. Respondent huic argumento hæreticorum; nimirum, agi hic non de reali, ac Sacramentali, sed de spiritali dumtaxat manducatione carnis Christi quod Theoria 1. reieciimus.

B Olim propter Manichæorū hæresim, qui verū corpus Christū habuisse negabāt & idedè non sumebant Euch. sub vini specie, ne viderentur verum sanguinem fateri, præceptum fuit, vt Catholici Christi corpore & sanguine communicarent sub vtraque specie, vt patet ex D. Leo. sermone quarto in Quadragesimam, quod & confirmauit Gelasius in epistola ad Maioricum, & Ioannem, quæ clarè indicant fuisse priùs in Ecclesia morem communicandi sub vna specie, quod ita esse ostendit Cardinalis Toletus hęc adnotatione vigesima-septima, assertionē secunda, & Diuus Cyprianus in sermone de lapsis docet, trifariam Venerabilē Eucharistiã sumi solitam: sub vtraque, & sub sola panis, & sub sola vini specie, quod & exemplis historiarum memoria illustra.

C Quare licet olim vtraque vigerit consuetudo, neutra tamen iuris diuini vim habebat, vnde non mirum si non semper idem seruatum fuit in Ecclesia. Hoc decretum est in Concilio Tridentino, sessione vigesima-prima, capite primo, & priùs in Concilio Constantiensis, sess. decimatertia, & in epist. Martini V. quod idem traditum fuerat in Concilio Basiliensi sessione trigesima, & probari potest ex hoc loco, de quo tantum nobis est hic agendum, vt bene intelligatur, nam exactè hanc quæstionem excutere, non est nobis animus, consulat, qui velit Bellarminum libro quarto de Eucharistia, capite vigesimo, & sequenti. Suarez disputatione septuagesima-prima, & Valentiam disputatione sexta, nona, octaua, puncto quinto; & Cardinalē Toletum loco citato; Pererij disputatione trigesima-secunda in hoc caput sextum Ioannis. Affirmo ergò quod Christus non agit in his verbis de institutione Sacramenti Eucharistiæ, & idedè propriè non traditur hic, sub vnã specie, an sub duplici dandum sit: sed demonstratur quid sit illud, quod Christus daturus erat hominibus in hoc Sacramento, nimirum caro, & sanguis eius. Est igitur mens Christi, de hac re hic agere, ac promittere id, quod postea institutus erat. Quocirca non fuit illi curæ vtriusque semper speciei hic meminisse, sed nunc vnã, nunc vtramque speciem significat, quam docet potius; nam ad integritatem huius Sacramenti, & efficaciam virtutis eius nil refert sub

5. Non obstat veterē morem Ecclesiæ in hoc.

6.

7.

1. Huius erroris ortus primus habetur apud Bohemos in historia Bohemorum capite trigesimo quinto euinci ex his verbis, communionem sub vtraque specie.

2. Vnde verius que species aliquando præceptum.

3. Sed non est iure diuino.

vnáne, an sub duplici specie detur. Itaq; licet in illis verbis: *nisi manducaueritis*, &c. vtramq; specie significet, sicut & in illis: *caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in illo*; in illis tamẽ: *panis, quem ego dabo, caro mea est.* & in illis, quibus rem concludit: *qui manducat hunc panem, viuet in æternum*; vnã dumtaxat speciem significat. Interdum verò simpliciter loquitur, neutram speciatim designans: *qui manducat me, & ipse viuet propter me.* sicut ergò hæretici pro necessitate vtriusq; speciei afferunt illa priora verba: ita nos etiam posteriora aduersus illos vrgere possumus. Non igitur ex hoc loco colligitur vtriusque, vel alterius speciei necessitas, cum nullam verè, ac propriè faciat hic Christus mentionem alicuius speciei Eucharisticæ; sed tantum sit loquutus de rebus ipsis, nempè de carne, & sanguine, & vera vtriusque perceptione, quam impossibilè arbitrabantur Capharnaitæ, quibus tunc in mentem nõ veniebat de specie disputare; hæc aut scilicet caro, & sanguis, & eorum vera perceptio, non solum in vtraque specie, sed etiam in qualibet continentur propter inseparabilem iam Christi carnis & sanguinis concomitantiam.

4. Quam Christi Mentem rectè declarat Gregorius Valen. tomo quarto loco citato. Considerat enim in actu sacramentali comedendi Christi carnem, & item in actu bibendi illius sanguinem duo esse; perceptionem realem & veram corporis, & sanguinis Christi in Sacramento: & modum percipiendi in specie manducabili, vel potabili: Christum verò non egisse de modo, sed de re ipsa, ac veritate perceptionis corporis & sanguinis sui; quæ duo non solum sub vtraque, sed etiam sub alterutra specie benè & realiter percipiuntur. Hoc enim propriè ist illud, quod Christus ad retundendam incredulitatem Capharnaitarum, asseuerare voluit, non modo non fore impossibile, sicut illi omninò putabant, sed etiam necessarium ad vitam spiritualem sumendam. Quod si quærat aliquis, cur Christus ad significandam necessitatem realis perceptionis carnis & sanguinis quo ad rem & veritatẽ, etiam comedendi, & bibendi, quod modum etiam percipiendi connotat, vsus sit. Respon. cū Valent. loco citato, voluisse Christum necessitate realis perceptionis carnis, & sanguinis ita significare, vt simul etiam significaret illius vim, atque valitatem ad vitam spiritualem sumendam. Hoc vt commodè faceret, verbum vsurpauit comedendi simul & bibendi, vt perceptionis huius fructus ex Analogia simul esus, & potus, in quibus est perfecta virtus reficiendi aptissimè intelligeretur. Adde propterea non mirũ esse si interdum simul iungat potionem, & manducationem ad declarandam videlicet integrã refectionem spiritualem, ac plenam, quam dat animæ nostræ hoc Sacramentum. Nam quia plena resectio corporalis constat cibo, & potu; idcirco plenam quoque refectionem spiritualem animæ nostræ significauit Christus per verba manducandi, & bibendi. Ex his patet solutio ad obiectiõnem positam numero primo, & declaratio sententiæ Christi; dicimus enim his verbis: *nisi manducaueritis præci-*

A pi sacramentalem sumptionem corporis, & sanguinis Domini, non tamen præcipi modum sumptionis, id est, quod manducando, & bibendo sumatur, agi de re, non de modo, id est, speciebus, satis enim est verè percipere totum Christum, qui totus in qualibet specie sumitur. Imò quãuis sub specie panis non bibatur propriè sanguis, vt dixit Innocentius libro quarto de hoc mysterio capite vigesimo primo, quia tamen re vera sacramentaliter sumitur, idèõ eminenter bibitur.

Hæc est communis responsio. Sed sunt prætereà aliæ non contemnendæ quas operæpretium erit hic referre: vt enim sapienter monet Augustinus libro de Trinitate capite vltimo, sub finem, *non vno tantum scripturarum sensu, sed quotquot reperiri possunt vti debemus: tantò enim fortius conuincuntur heretici, quantò plures exitus patent ad eorum laqueos euitandos*: Tantum Augustinus. si quis igitur malit concedere Christum in his verbis necessitatem etiam perceptionis suæ carnis, & sanguinis quoad percipiendi modum voluisse significare, tribus modis adhuc illa verba explicari possunt. Et quidẽ primo, vt nõ ad singulos omnia illa verba referantur, sed generatim ad Ecclesiã, ita vt hunc contineant sensum: *nisi manducaueritis, & biberitis*, vtentes nimirum altera saltem specie, omnes & singuli, & etiam vtraque ij, quos pro ratione officij, aut dispositionis Ecclesiæ oportebit, *non habebitis vitam in vobis.* & hanc expositionem confirmare videtur forma verborum, qua hic vsus est alia ab ea quam vsurpauit cum baptismi necessitatem doceret Ioannis tertio, vbi vocabulo numeri singularis vsus dixit: *nisi quis renatus* &c. hoc dicendi modo indicans incumbere baptismi necessitatem etiam singulis. Hic autem ad omnes generatim loquitur: *nisi manducaueritis*, quæ forma orationis patitur, vt non omni ex parte accommodetur illa sententia etiam ad singulos.

6. Verum hinc Sotus in quarto sententiarum, distinctione duodecima, quæstione prima, articulo duodecimo, se nobis opponit: Christum enim ait, eo ipso, quod dixit: *non habebitis vitam in vobis*, indicasse non obscurè se cum singulis loqui. Respondeo non inficiari nos cum singulis loquutum esse, non tamen ita, vt omnia omnibus, & singulis præcipiantur, sed quod aliquid præcipiatur, quod omnibus quidem conuenit, ac singulis aliquid quod pertinet ad communitatem fidelium & Ecclesiæ, in qua sunt sacerdotes, qui conficiunt hoc sacramentum, & offerunt hoc sacrificium sub vtraque specie; sine quorum ministerio, neque constaret hoc Sacramentum, neque fideles eo frui possent: & idcirco vitam spirituale ex eo prouenientem habere non possent. ergò satis est, quod aliqua saltem ex parte singulos attingat hæc sententia, vt verè dici possit singulos alloquutus Christus.

7. Iterum possumus affirmare particulam, & in ea sententia non copulatiuè, sed disiunctiuè accipi, vt tantum valeat, quantum, vel, quod nec nouum, nec inusitatum videri debet viro scripturarum experienti, Exod. 21. dicitur: *qui percusserit patrem suum, & matrem morte moriatur.* vbi & Hebr. ponitur, & valet

tantum,

tantum, quantum, vel, sic Apoll. 1. Cor. II. qui manducat, & bibit indignè, Iudicium sibi manducat, & bibit, quod per disiunctionem antea protulerat: quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit &c. lege Car. Tolet. adnot. 26. id pluribus corroborantem: Idem igitur si dicamus scripturę morè sequuti, in hac Io. sententia, & pro, vel, sumi, nihil absurdi affirmabimus.

Sed Franciscus Suarez tertiam quandam acutam expositionem tradit; per superiores enim interpretationes, non seruat saltem, quantum ad omnes, notio verbi bibendi simul cum propria significatione coniunctionis, &, vt ergò hæc duo simul coniungat, ait; esse considerandã, non modo particulæ, &, propriam vim, & significationem, verum etiã negationem inclusam in particula, nisi, idem enim est dicere, nisi manducaueritis, ac, si nõ manducaueritis, vt Græcè habetur. Porrò hæc negatio, non initio huius propositionis copulatiuæ posita supra vtramq; partē cadit, & vtramque negat per Hebr. vt Psal. I. vbi nos legimus; non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum, Hebr. legitur, non resurgunt impij in iudicio, & peccatores in concilio iustorum: nõ discrepant hæc duæ lectiones, quia per Hebr. intelligitur repeti negatio non, vt habet latina versio. sic Psal. 128. de quo non implebit manum suã, qui metit, & sinum suum, qui manipulos colligit. i. neque sinum suum &c. Eodem modo hic Io. hũc Hebr. vsurpauit, qui gaudet Hebraïsmis. Erit ergò sensus, si non manducaueritis carnem Filij hominis, & si non biberitis eius sanguinem, id est, si neutrum præstiteritis, non habebitis vitam in vobis: Iuxta quem sensum ille duntaxat solus vitam non est habiturus, qui neque Domini carnem manducauerit, neque sanguinem biberit, vbi seruat vera significatio particulæ, &, & notio formalis, ac vis verbi bibendi. Et ex hoc sensu copulatio propositio sequitur propositio affirmatiua de disiunctiuo extremo, nimirum eum, qui comederit carnem, vel biberit sanguinem habiturum vitam: quia prior comminatio in eum duntaxat cadit, qui vtramque omittit. sed de hoc loco Io. tot, ac tanta dicta sint: nam quod attinet ad institutionem Sacramenti sub vtraq; specie qualiter indè non sequatur necessitas sumendi V. Euch. sub vtraq; specie, si Deus ac B. V. cœptis fauerit suo loco dicendum erit.

THEORIA VIII.

In eandem Ioann. sententiam. An hinc rectè colligatur necessarium esse hoc Sacramentum necessitate etiam medij.

PROPOSITAE controuersie dissolutio multum pendet ex plena intelligentia differentie inter necessitatem medij, & necessitatem præcepti; vt igitur eam inuestigemus. Obserua quod bifariam aliquid continere potest necessitatem medij, vel, vt ipsum medium finis immediatum sicut gratia simpliciter, respectu salutis, vt includit remissio-

A nem peccati, & perseverantiam; vel vt aliquid, quod gignit huiusmodi medium, sicut pœnitentia, baptisumus producens gratiam, quæ est medium ipsum intimum necessarium ad salutem, iam de ratione istius medij, prout hic accipimus medium, hæc sunt: primum vt conferat ad finem assequendum, puta vt causa. Deindè debet, vt quid necessarium directè, & per se ad finem illum assequendum conferre. Postremò debet esse tale, vt effectus seu assequutio finis non possit aliundè haberi. Hinc nascuntur tres conditiones, nam debet esse causa finis, alioquin non conferret ad illum. Ad hoc necesse est, vt sit directè & per se causa finis alioquin re vera, si ex accidenti tantum & indirectè adhiberetur, neque diceretur propriè conferre ad illum finem; denique debet esse adæquatè causa finis, nam si aliundè haberi posset finis, non esset necessarius effectus huius medij. Illa verò actio, vel res dicitur necessaria etiam necessitate medij, quamuis tantum vt gignens medium, quæ est causa, per se directè, & adæquata eiusmodi medij iam descripti; in vniuersum ergò illud appellabitur necessariū necessitate medij ad salutem consequendam vtrouis modo sumas, siue sit mediū ipsum, siue gignens medium tale vt descriptum est, quod est causa necessaria per se directè, & adæquata; vel medij talis, sicut se habet Baptisumus in re, vel voto, vel finis, vt est gratia simpliciter ratione salutis æternæ. Necessitas verò præcepti est altius rei, quæ non directè pertinet ad salutem consequendam, sed indirectè tantum.

C Nam directè habet tollere potius impedimentum salutis, quamuis eo sublato indirectè sequatur salus, & posito impediatur. Ex quibus patet, necessitatem medij salutis conuenire procul dubio fidei, cõtritioni, vel dilectioni, baptisumo, ac pœnitentiæ, sine quibus nemo salutè assequi potest. Horū .n. quatuor singula p se, & directè, & adæquatè gignunt simpliciter mediū necessariū, id est, gratiam primam, quæ omninò necessaria est ad salutem, vt effectus directè, & per se pertinens ad salutem, seu vitam æternam, & sine quo salus hæc nequit aliunde haberi. Cæterum obseruatio, & custodia legis, vel præcepti pertinet, atq; adeò vtilis est ad salutis consequentem: quamuis non vno planè modo, nec eodem, ac necessarium necessitate medij. Iuuat enim primo custodia legum, vt est actio quædam meritoria, gratiæ augmentum inducens; quæ quidem gratia est ius ad vitam æternam. Et ex hac parte habet obseruatio præcepti, medij rationem, cum gratia ad salutem per se, & directè conferat, verum quia licet sit causa per se gratiæ, non est tamen adæquata cum alijs modis gratiam quis assequi possit, idè licet rationem medij habeat non tamen habet rationem medij necessariam. Augmentum item gratiæ non est necessarium omninò absolutè: nam si quis moriatur cum prima gratia salutem comparabit. Licet ergò gratia simpliciter sit necessaria, non tñ augmentū. Secūdò iuuat obseruatio præcepti ad vitam æternam, quatenus tollit eius impedimentum, scilicet peccatum mortale, quod ex voluntaria eius præcepti transgressione com-

D

mittere-

mitteretur, & hinc non habet observatio mandati rationem medij, quia nihil facit directè conferens ad salutem, licet directè subtrahat impedimentum salutis id est peccatum. vnde contrahit necessitatem quandam, præcepti observatio, nam sine ea obstruitur via salutis, sed ea necessitas non est medij directè facientis aliquid ad salutem consequendam.

2. Est ergò nobis hic sermo non de præcepti necessitate; nam hanc clarè ostendunt verba Christi, sed de necessitate medij; quamquam omne necessarium necessitate medij contineat præcepti necessitatem: voluit enim Deus vrgeri nos ad amplectendum id, quod necessarium medium est ad salutem; & ideo præceptum imposuit quo magis nos impelleret. Porro omnes effectus necessarij ad salutem possunt ad duo reuocari capita, nimirum, ad primam gratiam, & remissionem peccati mortalis & originalis, & ad perseverantiam in gratia vsque ad mortem, quæ duo nomine gratiæ absolute rectè comprehendì possunt. Ideò si Venerabilis Eucharistia necessaria est necessitate medij, necesse est, sit medium necessarium ad aliquod horum obtinendum; hoc igitur erit discutendum hic & sequenti Theoria.

3. Et quidem quo ad primam gratiam, & remissionem peccati mortalis, vel originalis attinget, non est magna difficultas, quam hac Theoria octava expediemus. constanter enim affirmamus non esse hac ex parte necessarium hoc Venerabile Sacramentum necessitate medij; probatur ex Trident. sess. 13. can. 5. vbi anathemate ferit eos, qui dicunt præcipuum fructum huius Sacramenti esse remissionem peccatorum: atque si per se esset institutum ad remittendum originarium, & mortale peccatum, atque adeò ad primam gratiam conferendum, sanè hic esset, vel præcipuus, vel vnus ex præcipuis effectibus eius. Deinde capite secundo, clarè docet Concilium hoc Sacramentum esse institutum tanquam spirituales animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit, *qui manducat me, & ipse viuet propter me*, & tanquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. quo loco de venialibus affirmant Patres Tridentini tolli per hoc sacramentum: de mortalibus non item; quamuis præbeatur per illud auxilium, vt non committantur. Idem ex Conc. Florentino constat vbi habentur hæc; *huius sacramenti effectus, quem in anima efficit dignè sumens, est adunatio hominis ad Christum, & quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius vnitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in sumens dignè gratia augeatur.* Quibus verbis non primam gratiam, sed gratiæ augmentum assignat Eugenius esse effectum huius Sacramenti. Per adunationem autem ad Christum intelligit perfectam vnionem cum Christo non inchoatam, & primam. Vnde Innocent. III. cap. cum Marthæ de celebrat. Miss. dixit rem huius Sacramenti esse vnitatem .i. perfectionem vnitatis, & caritatis, & clarius Concil. Lateranen. cap. firmiter, docet hoc Sacramentum institutum esse ad perficiendum mysteriū vnitatis. hoc ipsum ostendi potest ex eo, quod hoc Sacramentum dicatur esse

A Sacramentum viuorum, quia nimirum institutum est ad cōseruandā vitam spirituale, & augendā, sicuti cibus, qui supponit vitam. Quod & inde corroboratur adhuc, quia ad gratiam primam instituta sunt Baptismus, & Pœnitentia. Igitur superuacaneum est aliud excogitare. Hinc est quod accedentibus ad hoc Sacramentum præcipitur, vt si in peccato sint per contritionem, & confessionem deleant peccata; ergo signum est, hoc Sacramentum non esse institutum ad primam gratiam, sed supponere illam.

4. Quod si obijcias dixisse hic Christum non habituros vitam homines nisi comedant & bibant carnem & sanguinem eius, ergò videtur ipsa V. Eucharistia saltem ceu vniuersalis quædam causa, & veluti fons continens virtute efficacitatem omnium Sacramentorum, cum alijs Sacramentis concurrere ad effecta singulorum; & in primis ad effecta Baptismi, & Pœnitentiæ, id est, ad primam gratiam. Respondeo sensum verborum Christi cum ait; *non habebitis vitam in vobis*, non esse vt velit ea quasi de inchoatione vitæ spiritualis accipi, sed de continentia, & cōseruatione vitæ loquitur, vt idem sit *non habebitis*, quod non continebitis, & cōseruabitis. Atque adeò nec vitam æternam, & immortalem assequemini, sicut dicitur 1. Io.

3. *omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem*, quasi dicat, amittet eam, vel ea priuabitur. Vide Schol. huius cap. n. 28. Quod verò nõ sit hoc Sacramentum veluti fons, & causa vniuersalis concurrens ad effectum omnium Sacramentorum pluribus ostendit Francisc. Suar. dif. 40. sect. 1. concl. 1. arg. 3. Cum ergò dicitur quod Eucharistia est veluti præcipuus fons efficaciam omnium Sacramentorum virtute continens, non est id ita accipiendum, quasi contineat causalitatem vniuersalem pro vt fingitur in argumento. sed potius præminentem quædam excellentiam, qua per proprium suum effectum perficit quodammodo effectus aliorum Sacramentorum, verbi gratia, Baptismus nos Christo parturit; hoc verò nutrit; ille nos ei similes facit, hoc perficit, ac cōsummat illam vnionem, quatenus peculiari quodam modo nos Christo adiungit, vt capiti. Pœnitentia delet peccata, hoc Sacramentum, huc ipsū effectum perficit tollendo venialia, imminuendo fomitem, præseruando à mortalibus. Et sic de alijs Sacramentis; quod si D. Thom. aliquando dicit votum Eucharist. necessarium esse ad gratiam obtinendam, voluit dicere; omnem gratiam, quia vnitua est cum Christo capite, per quandam accommodationē dici effectum Eucharistiæ, proinde dari ab ea, vel in re, vel in voto suscepta.

5. Possent aliquis, ex eo quod dictum est superius numero tertio, ex concilio Florentino obijcere, adunationem ad Christum per gratiam, esse effectum omnino necessarium ad salutem, tam paruulis, quam adultis; videri ergo ex hac parte contrahere Eucharistiam medij necessitatem. Quare putarunt aliqui Eucharistiā hac ratione in re, vel in voto necessariam esse necessitate medij. quibus videtur fauere D. Thom. q. 80. art. 3. vbi ait: *quoniam res huius Sacramenti, quæ est vnitas corporis mystici, omnino est necessaria ad salutem, & ea, vt res etiam aliorum Sacramentorum, haberi potest, solo voto Sacramenti; ideo hoc*

*c*ramentum minimum in voto esse omnino necessarium ad salutem. Respondeo adunationem quidē ad Christum, siue vnionem cum Christo esse quidem medium necessarium ad salutem, non tamen V. Eucharistia est causa adæquata eius; cum enim hæc vnio per gratiam fiat, res est Sacramentorum omnium, & meritorum. At tribuitur Eucharistiæ secundum quandam accommodationem, vel attributionem: quia ipsa est quæ consummat, & perficit, & conseruat eam incorporationem, quam reliqua Sacramenta veluti inchoant. Et verò sic presè spectatur incorporatio nempè, vt perfecta, consummata, perseuerans, est quidem proprius effectus Venerabilis huius Sacramēti, cuius propria est ea perfectio, cōseruatio, & cōsummatio vnionis; sed hoc modo, non est necessaria ad salutem, nec eius causa adæquata. Propter hunc igitur effectum, tantum huic Sacramēto competit vnio cum Christo vniuersim sumpta, nempè vt res est omnium Sacramentorum, per quandam accommodationem, vt dixi, & attributionem, veluti per quandam analogiā.

Ad quod ostendendum hoc Sacramentum constat ex rebus, quæ conficiuntur ex pluribus ad vnum constituendum vnitis, nam panis ex pluribus granis, vinum ex pluribus racemis confurgit. Deindè tepræsentatur per modum conuiuii: sic enim à Christo institutum est; cōuiuium verò est adunatio plurium ad vnam mensam, quod significauit Paulus 1. Corint. 10. *Vnum corpus sumus omnes, qui de vno calice, & de vno pane communicamus.* Et dum conficitur hoc sacrificium, aqua vino miscetur, ad significandam populorum vnionem ad Christum. Ad hæc si spectetur res ista in hoc Sacramento contenta, quæ est Christus, in quo vnitæ sunt duæ naturæ, & per quem in Ecclesia multi fideles vnum sunt, eadem vnio insinuat. Transubstantiatio denique ista demonstrat vnionem, per quam, per gratiam transformatur in Christum, non igitur mirum videri debet si vnionem vniuersim sumptam dixerimus per quandam accommodationem, & analogiam tribui huic Sacramento.

Duæ ergò sunt causæ huius accommodationis & analogiæ, & quia vnio perficiens, conseruans, & cōsummans est proprius eius effectus; & quia vndiq; ipsum spirat vnionis tanquam suauissimi balsami odorem, cuius est peculiari quadam ratione vt symbolum cōstitutum. D. Thom. verò, sicut & Augustinus, & reliqui Patres, qui eodem modo loquuntur significant addeptionem rei huius Sacramenti, quæ est vnitas, & incorporatio cum Christo per gratiam, & eius membris, esse necessariam necessitate mediij: at huius effectus non dicunt hoc Sacramentum esse adæquatam causam.

Sed vrgent, Patres vt Innocentium sic ratiocinati necessarius est baptismus, quia necessaria Eucharistia. Respondeo bifariam id intelligi posse. Primum significant necessariam esse vnionem cum Christo, quæ modo iam dicto tribuitur Euch. hanc autem nō potest quis habere nisi sit renatus per baptismum vide nu. 6. Theo. 6. Secundò intelligi potest in voto, ac virtute necessariam esse Euch. quod seq. Theo. declarabitur.

A Postremò huic Theoriæ supremam manum imponat vltima hæc, sed efficacissima ratio, si enim numeremus omnes effectus, qui solent attribui, ab aliquibus saltem, huic Sacramento excepta finali gratia, seu perseuerantia, inuenimus profectò nullum esse, propter quem in illud competere debeat necessitas mediij. Sunt enim effectus secundum quosdam prima gratia, secundum omnes etiam venialia delere peccata, augere gratiam, & per eam perficere vnionem cum Christo & Ecclesia, preseruare à mortalibus, adunare ad corpus Christi. Sed istæ hæc effecta, vel non sunt Euch. per se, & directè, vt primam gratiam conferre &c. vel non sunt media necessaria ad salutem, vt sunt reliqua omnia, nam adunatio ad Christi corpus, vt peculiaris est effectus Eucharistiæ, & vnio cōsummata non sunt necessarij effectus ad salutē, vt superius dictum est nu. 5. vel denique non sunt ab Eucharistia tanquam ab adæquata causa. Igitur propter nihil horum affirmandum est V. Eucharistiam necessariam esse necessitatem mediij. Quam ratiocinatio innititur conditionibus necessitatis mediij, de quibus n. i. restat videre num saltem V. Euch. necessitatem afferat mediij, ratione perseuerantiæ, vel finalis gratiæ, quod sequenti Theor. faciemus.

THEORIA IX.

Num Ven. Sacr. Euchar. ratione saltem perseuerantiæ, vel finalis gratiæ necessitatem afferat mediij.

ET s i vtraque huius controuersiæ pars probabilis est; nobis tamen in præsentem partem affirmatiuam tueri placet. Itaque affirmamus, non modò necessitate præcepti, sed etiam necessitate mediij V. Eucharistiam necessariam esse tam adultis, quam paruulis ad finalem gratiam, seu perseuerantiam, non quidem in re, sed in voto, vel virtute. Hanc propositionem vt statuamus, & quomodo sint soluenda simul, quæ contra illam afferuntur, doceamus, duo sunt initio declaranda, antequam eam rationibus confirmemus. Primum quid hic nomine finalis gratiæ, seu perseuerantiæ intelligimus; deindè quodnam sit votum, seu virtus hæc Eucharistiæ.

D Igitur perseuerantia duobus modis accipi potest, Suar. 3. p. 10. 3. distinguit d. 40. sectio. 2. concl. 3. primò vt posita est in auxilijs quibusdam excitantis gratiæ, vel adiuuantis extraordinarijs, quæ Deus sua liberalitate pijs hominibus tribuit, ad superandas graues, difficilesque tentationes, quibus fit vt præferuentur à mortalibus, & in accepta gratia ad finem vsque perdurent. secundò prout est beneficium quoddam speciale diuinæ prouidentiae, atque electionis, quod liberaliter largitur Deus homini, vt in gratia diem obeat, siue concessa ei fuerint prædicta auxilia, siue non. per gratiam autem finalem hic eandem perseuerantiam intelligimus, quare in ea etiā locum habet eadē distinctio; iam non primo, sed secundo modo perseuerantiam, seu finalem gratiam accipimus, & ita negandum est concedi perseuerantiā aliter,

quam

Perseuerantia duobus modis accipitur.

quam per Eucharistiam, siue in re sumptam, siue in virtute per aliquid quod agere dicatur, vt virtus est Eucharistiæ, sicut contritio, vt votum est Baptismi, & Pœnitentiæ confert primam gratiam.

2. Neque concedendum est aduersarijs id, quod sumunt, vt nostram sententiam conuellant; finalem gratiam nil addere ad gratiã primò acceptam, verbi gratia, in Baptismo ab infantibus, præter conseruationem eius, & perduratiõnem in subiecto vsque ad obitum; nam quamuis verum sit nihil in re addi, ex eo tamen quod ad obitum vsque permaneat rationem contrahit noui beneficii, seu nouæ gratiæ, diciturque finalis, quæ ante mortem prima dicebatur, & aucta; neque omnibus conceditur, sed ijs duntaxat, quos Deus elegit, & prædestinavit, vt Sap. 4. indicatur: *placēs Deo factus, dilectus, & viuens inter peccatores translatus est, raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, & ne filio deciperet animam illius*, quam sententiam subtiliter, vt solet Augustinus, versat de prædest. Sanctorum c. 14.

5. Deindè obseruandum est longè aliter dici contritionem, seu dilectionem esse votum baptismi & pœnitentiæ ad primam gratiam assequendam, ac dicit baptismus, vel alia etiam sacramenta votum Eucharistiæ ad finalem gratiam. Nam in primis cum contritio, vel dilectio sint actus voluntatis, quo amplectitur omne quod à Deo præceptum est, & abhorret, & vetitum: hinc fit vt natura sua, & intrinsecè sit votum, ac propositum saltem implicitum baptismi, vel pœnitentiæ, quæ sunt sacramenta à Deo præcepta: ita vt is, qui eiusmodi contritionis, vel dilectionis actus exercet, sic sit intus affectus, vt reuera saltem implicitè, & in virtute habeat votum seu propositum talium Sacramentorum, accepturus si tunc possit, sin minus cum se offeret facultas.

At sacramenta ipsa cum non sint actus voluntatis non possunt esse hoc modo vota, seu propositum, atque aded possunt sine vilo actu voluntatis suscepta, vt in infantibus, & infans accipi, & vt Euchar. virtus vltimam finalem gratiam conferre. Itaq; cum verbi gratia dicimus votum Euchar. contineri in Baptismo etiam suscepto ab infantibus, perindè est, ac si diceremus, baptismum virtutem esse quandam Eucharistiæ, & quamuis vetitum sit in quibusdam casibus vti Eucharistia, vt ne bis eodem die sumatur &c. non est prohibitum tamen in virtute Eucharistiæ alia sacramenta conferre quocumque tempore vltimam gratiam: neque enim talis virtus est propriè votum, id est, Actus voluntatis, quo vult quis Eucharistiã sumere, id quod vetitum est, bis eodem die. Possunt ergò alia sacramenta, vt virtutes Eucharistiæ etiam eodem die conferre finalem gratiam, si post sumptam Eucharistiam peccet mortaliter, & eodem die moriatur.

4. Est & alia differentia inter votum dilectionis, & contritionis, & aliorum Sacramentorum; nam dilectio, & cõtritio ex se sunt voluntates, seu vota saltem implicitè eorum Sacramentorum quorum effecta supplent. At alia sacramenta respectu Eucharistiæ id non habent, vt sint eius votum, seu virtus ex natura sua, sed

A tantum ex institutione Christi. Cui placuit, vt quando sumi non potest Eucharistia, vel quia non adest facultas, vel quia certis casibus prohibitum est ab Ecclesia, tunc conferrent illa eum finalis gratiæ effectum, quem alioqui ipsa exhiberet Eucharistia.

His iam positis tribus rationibus nostram sententiam confirmabimus, quæ licet à Francisco Suar. afferantur etiam, & doctè iuxta sua principia ab illo dissoluantur, nobis tamè quia aliam inimus rationem, & alia sequimur firmamenta, non paruam videntur habere probabilitatem. fit igitur prima ratio ab auctoritate desumpta; nam verba Ioann. necessitatem quandam etiam mediij significare videntur, ait enim: *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die: & qui manducat hunc panem, viuet in æternũ*. Porro in vita æterna finalis gratia includitur, & quidem videtur hic effectus tribui huic Venerabili Sacramento, tanquam propriæ, & adæquatæ causæ illius; quod & ex illis verbis confici etiam videtur: *sicuti misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me*; vbi insinuat, quod quemadmodum Pater est vnicum, illudque naturale, ac necessarium principium filij; ita vnicum principium seu medium, vel spirituale, æternamq; vitam esse Venerabile hoc Sacramentum. Adde quod illa verba, *nisi manducaueritis carnem Filij hominis &c.* significant, secundum mentem Christi locis hic n. 5. citatis insinuatam, per Eucharistiam aliquo modo, siue re, siue virtute & nõ sine illa vitam conseruari posse. Vtramque necessitatem ergò, & præcepti, & mediij continere possunt hæc verba citra omne absurdum; quamuis explicitè, cum sint dicta ad adultos dubitantibus de possibilitate realis manducationis, de reali manducatione intelligantur, & contineant præcepti necessitatem: secundum mentem verò Domini, quæ colligitur ex alijs loc. cit. n. 5. etiam implicitè extenduntur ad paruulos, denique singulos amplectuntur, & continent necessitatem mediij, ita vt nisi quis, siue in re, siue in virtute manducet carnem, & bibat sanguinem Christi, non sit ad vitam æternam tandem peruenturus. Quarè meritò Cyrillus l. 10. in Ioannem cap. 13. testatur; non potuisse aliter corruptibilem hanc naturam corporis ad incorruptibilem vitam traduci, nisi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Item Basil. in moral. Reg. 21. Augustinus ep. 127. ad Probam. c. 11. & alij fauere videntur, qui docent Venerabile Eucharistiam necessariam esse minimum in voto, nec videntur loqui de voto præcepti: lege Claudium rep. 6. c. 7. Per. de Soto, Roffensem in proœmio l. 5. contra Ocolampadium: Indicat aliquo modo D. Thom. q. 79. a. ad primum, & q. 80. art. 11.

Est & ratio secunda; nam sicut remissio peccati, & prima gratia est res necessaria ad salutem: ita etiam perseverantia in gratia, seu gratia finalis; ergo quemadmodum ad dandam, vel etiam refartendam primam gratiam instituta sunt sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ: ita ad gratiam finalem, seu perseverantiam institui debuit aliud Sacramentum, quod non vi-

detur

detur aliud esse posse, præter Eucharistiam cuius dignitas tanta est, vt Christum ipsum in se substantialiter contineat, & consummatio sit cæterorum sacramentorum. quare videtur requirere nobilissimum effectum excedentem effecta omnia reliquorum sacramentorum, & cum sit consummatio, & ea maximè fiat per finalem gratiam, videtur ex illa institutione qua decretum est, vt sit perfectio, & consummatio reliquorum Sacramentorum, esse etiam institutum ad finalem maximè gratiam conferendam, ita vt reliqua Sacramenta illam non conferant, nisi vt virtutes sunt huius, quod si tantum auget gratiam, quid, quæso, aliud præstantius efficeret, quàm cætera Sacramenta? immò à Baptismo, & Pœnitentia in necessitate excederetur.

7. Postremò ex his quæ habet Concilium Florentinum, sic tertiam rationem conficio. Hoc Sacramentum quia institutum est per modum cibi secundum proportionem, ea omnia conferre debet animæ, quæ cibis corpori, ergò cum corporis cibis necessarius sit ad corporis conseruationem; & ad repellendos morbos: ita & hoc Venerabile Sacramentum absolute necessarium erit ad perdurandam, & obtinendam finalem gratiam.

8. Ex his fit non esse verum quod aduersarij sumunt, sic enim argumentantur, conseruationem gratiæ in infantibus deberi ex vi Baptismi, vsque ad effulgentem rationis vsum, atque aded si moriatur infans, gratiæ ex vi Baptismatis collatæ deberi finalem gratiam, & perseuerantiam: cum enim non possit infans peccare, non poterit amittere gratiam semel per Baptismum acceptam: talis enim est gratia, quæ vi Baptismi confertur. Quibus ego nego conseruationem gratiæ in infantibus deberi ex vi Baptismatis intercedente morte; nam hac conditione data, nouum beneficium fit, quod non habet Baptismus sua vi conferre, neque aliud Sacramentum in adultis: decreuit enim Deus electis non conferre gratiam finalem, & perseuerantiam, nisi per Eucharistiam, vel eius virtute; & cum gratia perseuerantiæ non cadat sub meritum, fit, vt ex opere operato conferratur virtute Eucharistiæ; vnde potest dici effectus Sacramentalis: non sicut prima gratia quæ per dilectionem, & contritionem, ex opere operantis confertur cum voto Baptismi, vel Pœnitentiæ, ac proinde non potest dici propriè gratia Sacramentalis, nisi ea ratione quia nõ confertur, nisi cū dependentia à talibus Sacramentis. Habet etiam & aliud vnde dicitur gratia finalis, sacramentalis effectus Eucharistiæ; quia non est à reliquis Sacramentis vt à cõtinentibus votum, seu propositum Eucharistiæ; sed vt vicem gerunt eius, vel virtutes sunt eiusdem. quamuis aliud videatur dicendum quando aliquis moritur cum contritione sine vlllo Sacramento: tunc enim gratia finalis, licet collata sit virtute Eucharistiæ, quatenus ea virtus continebatur in voto sacramenti Baptismi, vel Pœnitentiæ; non videtur tamen propriè esse sacramentalis, scilicet ex opere operato.

9. Vrgent iterum aduersarij: si perseuerantia esset effectus Eucharistiæ, conferri deberet o-

A mnibus, qui obicem non opponunt, atqui id falsum est, ergo non est effectus Venerabilis Sacramenti: sequela maioris sic ostenditur, quia effectus sacramentales ijs omnibus qui dignè sacramenta suscipiunt infallibiliter tribuuntur, nimirum ex opere operato. Quod verò non omnibus dignè suscipientibus Eucharistiam is effectus tribuatur, magis constat, quàm vt probari debeat. Respondeo duplices esse effectus Sacramentorum ordinarios, & extraordinarios. Primi infallibiliter conferuntur ijs omnibus, qui obicem non obijciunt. Posteriores nego omnibus concedi infallibiliter, quamuis obicem non opponant, sicut extremæ Vnctioni pro extraordinario effectu tribuitur conferre sanitatem corporis, & confirmationi auxilia efficacia ad profitemdam fidem. Iam finalis gratia extraordinarius est Eucharistiæ effectus. Non igitur mirum si nõ omnibus infallibiliter tribuatur dignè eam suscipientibus. Cum verò confertur ex opere operato, & ex diuina promissione cõfertur citra vllum alium respectum ad operatam. Ratio horum est, quia decreuit Deus tales effectus extraordinarios cum libet illi eos cõcedere, non aliter tribuere quam talium Sacramentorum intuitu. Cum igitur Deus electis tantum decreuerit finalem gratiam, ac perseuerantiæ donum elargiri, id non facere decreuit nisi intuitu V. huius Sacramenti.

B Sed inquit; Melchiam Pontificem in ep. ad Episcop. Hispaniæ c. 2. vt habetur Can. 1. spiritus sanctus, de consecratione d. 5. sic dicere: quamuis continuò transitoris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace baptismi, vel sæculi recipiendos; confirmatio armat & cætera. qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculati peruenerint ad mortem, confirmantur morte &c. Tridentin. quoque sess. 7. capite 4. & 14. 16. tantum Baptismo, & pœnitentiæ tribuit necessitatem medij, & Eucharistiæ præcepti. D. item Tho. q. 65. docet ad salutem necessitate finis singulis hominibus baptismum, & pœnitentiam necessaria esset, ordinem toti Ecclesiæ. sed ad hæc non difficile est respondere: nam his auctoritatibus tantum fit ad inchoationem vitæ spiritualis non esse necessariam Eucharistiam; si verò de confirmatione loquamur, & finali gratia, licet non sit necessaria Eucharistia in re, non tamen negandum est esse necessariam in voto, id est, in virtute, quæ alijs sacramentis continetur. Possumus etiam dicere loquutos esse istos Patres præsertim D. Thom. & Trident. de his Sacramentis, quæ citra omnem controuersiam constat esse necessaria, ac proinde Tridentini Patres non curarunt alterius necessitatis meminisse in Eucharistiæ tractatione, quam præcepti. Hanc sententiam eo libentius defendo, quod videam illi fauere verba Christi c. 6.

Io. & dignitati immensæ
tanti Sacramenti cõ-
sentaneam
esse.

10.

DIGRESSIO I.

MORALIS

De causis institutionis Venerabilis Eucharistiae.

AD tria capita reuocabimus ea, quæ in sequentibus digressionibus moralibus dicturi sumus de V. Eucharistia. Primum continebit causas institutionis. Alterum multiplices huius Sacramenti effectus. Postremum, modum se vtiliter præparandi ad illud suscipiendum. Ergo à primo exordinamur.

D. Thomas Opusc. 58. cap. 1. tres assignat causas: Memoriam Saluatoris: sacrificium Altaris: cibum hominis: contra tria mala, quæ ex primo peccato illo contraximus, quæ sunt: Obliuio Dei: Furtum, cui obnoxij eramus; & virus, quo infecti, ob esum pomi, fueramus. Et primum quidem malum indicat Ecclesiast. 10. 14. 15. *Initium superbiæ hominis, apostatate à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius, nimirum per obliuionem. Dæmonem enim primi Patres dum audiunt, diuinum posthabere præceptum, quasi illud obliuioni tradentes. Alterum malum significatur Gen. 3. 6. Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulcrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. Ecce fructum, cui se oblitrixerunt. Tertium malum declaratur Gen 2. 16. 17. Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientia boni, & mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Vides ne qualiter pomum illud vnenatum, & mortiferum illis fuerit?*

Contra primum igitur malum institutum est hoc Venerabile Sacramentum, videlicet ad tollendam Dei obliuionem. *Hoc facite*, inquit Christus, *in meam commemorationem.* Hinc Eusebius Emis. præclare scripsit: *quia corpus assumptum Dominus ablaturus erat ex oculo nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat, vt nobis Sacramentum corporis, & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebat in pretium: vt quia quotidiana, & indefessa curabat pro hominum salute Redemptio, perpetua esset etiam Redemptio oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia.*

Et verò quid efficacius ad Christi memoriam retinendam, quam eiusdem corpus passum, eiusdemque sanguinem semper ante oculos habere? Præclare D. Thomas obseruauit: sic nos sponsum hortari Can. 5. 2. *Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, imniculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttur noctium;* quod perinde est ac si diceret: suscipe me intra memoriam & dilectionem tuam; quia caput meum, id est, diuinitas plena est rore misericordiae ad dimittenda peccata; & cincinnati, hoc est, humanitas mea; guttis, videlicet, sudoris, sanguinis, lacrymarum, guttis, inquam, noctium, videlicet, cruciatuum, & dolorum. Ita ibi loquentem Dominum fingas oportet, quoties hoc augustissimum Sacramentum adis.

Cum verò hoc Sacramentum commemoratio quædam sit mortis, & suppliciorum Christi, dubitari non potest quin suauem habeat, & promptam earum rerum recordationem. Su-

A per omnia, inquit Bernardus, *te mihi reddit amabilem Iesu Bone, calix, quem bibisti, opus Redemptio- nis meae. Et iterum: Quanto pro me Dominus factus est vilior, tanto mihi factus est carior. Itaque verè Dauid quasi hoc Sacramentum respiciens, cecinit Psal. 110. memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, & subdit: escam dedit timentibus se.*

Cum mercator institorem suum ad celebre aliquod emporium mittit, libellum illi tradit mandata quædam continentem, quæ instititor ille in peragendis negotijs sequatur: ne fortè officij sui oblitus, multa committat contra Domini vtilitatem; etenim vt Eccles. 26. 28. dicitur: *duæ species, id est, duo hominum, & actionum genera, difficiles, & periculosa mihi apparuerunt: difficile exiit negotians à negligentia.* Gr. *πλημυνείας*, quod significat delictum, cum videlicet, prætermittitur, quod prætermittendum non erat, & non iustificabitur, hoc est, non erit immunis, & innocens, *caupo à peccatis laborum*, Gr. & *μαρτίας*, quod peccatum significat, cum fit id, quod fieri non debebat: nec est græcè laborum. hoc autem loco tribuitur negligentia mercatoribus, quod multa sæpè omittant, quæ dicere, & facere debent; vt cum vitia mercium suarum vel tacent, vel tegunt; dies festos non seruant. quamuis negligentia, vel delictum pro peccato etiam sumi possit: quod tamen cauponibus speciatim tribuitur, quod multa mentiantur, multa iniuste extorqueant, falsa pro veris supponant; vetera pro recentibus; licet etiam ipsi per negligentiam & omissionem peccent, dum lucris tantum intenti, quæ ad animæ salutem pertinēt, vel querere, vel curare nihil pensi habēt. quare meritò hæc mercatorum, & cauponum officia Ecclesiasticis sunt interdita. bonus igitur instititor quotidie inspiciens libellum, videt quidnam fecerit, quid agendum restet. Cum ergo vita hæc emporium quoddam sit Luc. 19. 13. *negotiamini dum venio*, vt benè nos geramus in negotiatione ista libellus veluti memoriæ datus est nobis; hoc videlicet, augustissimum Sacramentum, memoriam continens mirabilium Dei; vt in singulos dies illud insipientes (quod facimus dum missæ Sacrificio adsumus, dum sacratissimo illo corpore communicamus, & sanguine, dum illud supplices veneramus) memoriam refricemus tanti beneficij, & quid hætenus pro tanto in nos collato munere fecerimus, quidve facere debeamus, attentius consideremus, atque ita fiet, vt maiores indies pregressus in virtute faciamus.

B Huc mihi maximè spectare videtur illud Iob. 16. 19. *terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* Quem locum Philippus Presbyter, de Christo accipit, in hanc sententiam: nunquam rerum tetrenarum amor, ita hominum mentes obruat, vt huius tanti beneficij memoriæ curarum suarum mole sepeliat, sed super omnia in corde nostro emineat, quod summum est.

Iam ad posteriorem causam veniamus, quæ ex D. Thom. esse diximus, sacrificium Altaris contra furtum. Tam magnū erat id quod Deo debebat primi parentes, totumque hominum genus ex furti magnitudine, ex raptoris ingratitude, ex læsi Maiestate, vt nulla antiquæ legis sacrificia

C Huc mihi maximè spectare videtur illud Iob. 16. 19. *terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* Quem locum Philippus Presbyter, de Christo accipit, in hanc sententiam: nunquam rerum tetrenarum amor, ita hominum mentes obruat, vt huius tanti beneficij memoriæ curarum suarum mole sepeliat, sed super omnia in corde nostro emineat, quod summum est.

Iam ad posteriorem causam veniamus, quæ ex D. Thom. esse diximus, sacrificium Altaris contra furtum. Tam magnū erat id quod Deo debebat primi parentes, totumque hominum genus ex furti magnitudine, ex raptoris ingratitude, ex læsi Maiestate, vt nulla antiquæ legis sacrificia

sacrificia

Euch. 5. ser. ob tres causas instituta: a D. Thom.

2.

3.

4.

3.

6.

7.

crificia sufficerent ad tantum scelus expiandū. Prætermisissis igitur illis Christus ingrediens mundum dicit: *hostiam & oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi.* Hebræ. 10. 5. Corpus nimirum suum pro nobis obtulit in sacrificium, atque ita quæ non rapuit, exsoluit. Hoc autem sacrificium quod ipse instituit in Cœna incurrente, ut cruentum illud in Cruce repræsentaret, & contineret, acceptum fuit Deo Patri pro omnium peccatis, & pro quibuscunque rapinis, & excessibus, qui quotidie passim fiunt. Malach. 3. 4. *& placebis Domino sacrificium Iuda, & Hierusalem.* & Alexander Pontifex Summus, nihil, inquit, in sacrificio Ecclesie maius esse potest quam corpus, & sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est.

Postremò tertia causa institutionis ex ijs tribus, quas ex D. Thom. retulimus, hæc fuit, ut esset hoc Sacramentum edulium, & medicina hominis, expellens pomi pestiferi, & perniciosi venenum. Triplex namque mortiferum illud pomum nobis venenum instillauit; menti tenebras, morbidum corpori languorem (quem concupiscentiam nominamus) & mortem utique. Hoc ergò Sacramentum institutum est, ut tria hæc tolleret, & aboleret. Quare meritò illud conferre possumus cum melle Ionatæ 1. Regum 14. 29. quod cum ille comedisset, miram illius virtutem admiratus dixit: *vidistis quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustauerim paululum de melle isto, ad hoc sanè mel gustandum hortatur nos Spiritus Dei Prou. 24. 13. Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo.* Iurè igitur quis affirmet hoc Venerabile sacramentum ofusas menti tenebras detergere, & cælestem lumen accendere.

Mitigat præterea prauum concupiscentiæ morbum, ut aptè massæ ficorum quam Naïas iussit afferri 4. Reg. 20. 7. multo simillimum esse affirmare possumus. Nam cum massam, quam diximus, admouisset Propheta Regis vlceri, continuo illum sanitati restituit. Porro vlcerus carnis nostræ, id est, concupiscentiæ morbum, aptè repræsentat: itemque massa ficorum non minus appositè V. Eucharistiâ significat, quæ multorum bonorum admirandam dulcedinem continet, ac saporis suauitatem. Neque id solum, verum etiam vniuersis ægritudinibus perpetuam medicinam affert. Postremò procul depulsa morte cælestem vitam tribuit, ut cap. 10. 6. per comparisonem mannae Dominus ostendit. Sed quoniam præter has tres institutionis causas, quas D. Thomas assignat alia quædam præcipua est, de ea sequenti Digressione differendum erit.

DIGRESSIO II.

MORALIS

Quod V. Sacram. eximiū amorē spiret.

PRÆCIPUAM instituendæ V. Eucharistiæ rationem hanc fuisse reor, ut esset insignis Christi erga nos amoris pignus. Ex duplici namque capite spirat ingentem charitatis ignem, ex significatiōe, & ex Christi præsentia. De singulis pauca dicenda; reliquæ enim causæ superius enumeratæ, licet etiam hunc complectantur amorē, non tam ex parte Chri-

A sti, quæ ex parte nostra, hoc est, nostræ necessitatis, sumptæ sunt. Itaque ex duobus his capit. variæ ac piæ cooriuntur cogitationes, quibus ingens Christi in nos amor apparebit, & magnum etiam in nobis erga illum amoris incendium excitabitur. Ad primum ergò caput accedamus, quod est significatio.

Quatuor V. Sacramentum significat, Christi Vitam; Passionem; Ecclesiam militantē; & triumphantem. De Vita & Passione, est illud Apostoli: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* & quod orat Ecclesia: *Vnde & memores, Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta eiusdē Christi Filij tui Domini nostri tam B. Passionis, nec non & ab inferis Resurrectionis, sed & in calosa gloriosa Ascensionis, &c.* Omnia verò hæc quatuor simul comprehendit solemnis illa Antiphona: *O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur;* sub Christi verò nomine rectè eius Vita continetur. sequitur Passio: *recolitur memoria Passionis eius.* Dum verò Gratia metio fit, qua nimirum totum Ecclesie corpus Christo capiti vnitur, & sanctificatur; tertium quod significari diximus, exprimitur. Quæ sequuntur verò indicant pignus esse, & æternæ Gloriæ signum: ita per hæc quatuor, Vita, Passio Christi, Ecclesie, quæ in terris agit, & quæ in cælis est significantur.

Quod ergò attinet ad vitæ & passionē Christi aduerte: totum Christianorū bonum positū esse in cōmunicatione, participationeque; meritum Christi, quæ per triginta quatuor annos nobis acquisiuit. Horum particeps sumus per V. Euch. ad consummationē vsq; sæculi. Tēpus porrò illud, quo nobis meruit Christus, diesque; illos multo optatissimas vidit olim Abraham, de quo Christus: *exultauit ut videret diem meum: vidit & gauisus est;* idemque; aureum tempus ipso mūdi nascentis initio indicatū est Adamo illis verbis Gen. 3. 15. *inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum.* Et quidē Paulus isthuc tēpus, *tempus temporis plenitudinem* nominat: Erenim reliqua tēpora præ vno isto veluti inania erant, & vacua; & ob id eorum, quibus datum est, ut viderent dies Christi, beati fuisse dicuntur oculi.

Quare tam sanctum, tam felix sæculum non solum illis, qui tunc erant, cum natus est Christus, & in terris nobiscū egit, debuit prodesse, vel voluptatem afferre, sed eo modo quo fieri poterat, eo frui par erat, & qui Christum præcesserunt, & qui sequuti sunt: Vndè factū est ut per fidem futuri Messie illi ipsi dies Christi, & merita, etiā ad antiquos pertinerēt. Quomodo dicitur Christus *Agnus occisus ab origine mundi.* Nobis verò qui consequuti sumus multo præstantius hæc eadē Christi merita, & temporis illius actiones applicantur per V. Euch. Sacramentū; in quo Christus ipse cum omnibus suis donis inter nos habitat; ut meritò Christianorum terra lacte, & melle redundet.

Sed age dicamus quomodo sigillatim per hoc Sacramentū Christi vita significetur. Principio Dei verbū pronūciatis illis ab Augustissima Virgine: *Ecce ancilla Domini,* pro nobis induere hominem nō horruit: hic verò, hoc est, in sacra Euch. post sacra Verba consecrationis admiranda Dei virtute adest verus ipse Christus

3.
Christi uerū
bonum in
quo sumus.

4.

5.

Deus & homo. iterum cum in lucem editus esset Christus, venerati sunt illum in cunabulis Pastores, adorauerunt Magi; & hic a consecratione statim a Sacerdote, deinde a reliquo populo adoratur. Quod si natus Christus octavo die circumciditur, etiam hic aliquo modo disseccatur, & in partes diuiditur, ratione videlicet specierum, quamuis semper integer ipse perseueret. Si templum quadragesimo a natiuitate die adit, etiam per hoc Sacramentum sumptus Christus suscipientium cor tanquam animatum templum ingreditur. Fugit Herodes in Aegyptum, & hic se ab indignis oculis, immo ab ijs etiam, qui sine peccato sunt, subtrahit se interdum per ariditatem quandam, quo se diligentius apparent in posterum. idem aqua in vinum vertit in nuptijs, & hic panis substantiam in carnem Sacerdos conuertit, & vinum in sanguinem. Dinique, ne longum faciam, docet Christus, miracula multa edit, morbos pellit, daemones fugat. sed haec omnia, & his similia non est difficile in hoc Sacramento cernere, si quis diligenter obseruet innumerabiles fructus, quos V. Eucharistia in eorum animis parit, qui pie ac deuote ad ea accedunt. Quae singula per se quantam caritatem spirent, nemo potest non modo verbis exprimere, sed ne cogitatione complecti. Patet ergo qua parte hoc Sacra. Christi vita, significat, magnam Christi amorem indicare magnam ite in nobis amoris flammam exsuscitare.

Ceterum non minor est etiam excitat ex significatione Passionis, nam hoc mysterio in Missae praefertim sacrificio nobis representatur nox illa, quae diei mortis eius proximè praecessit, in cuius noctis memoriam Sacerdos panem consecraturus, & vinum, dicit: *qui pridie quam pateretur* &c. Quando videlicet, cum ad necem quaereretur, & crux illi a nobis, & tormenta tanquam amarissimi dolorum, & cruciatuum cibi praepararentur, tanta ipse ingratitude immemor, vitae nobis cibum praeparabat; quando nostrae salutis cupidus, non sine sanguine & lacrymis Patre rogabat; & quod maxime admireris, eadem ipsa nocte lucuosissima porrectum ab illo nobis est hoc salutaris edulium, hoc vitae poculum, quae a sceleratissimis hominibus innumeris opprobrijs & iniurijs in domo Caiphe male ipse acceptus est.

Deinde si vestimenta ipsa Sacerdotis, si verba, si tam multas caerimonias consideremus, totum hoc ipsum mysterium, Christi dolores, cruciatus, mortem, clarissime significare, facile animaduertemus. His accedit, quod sicut Christus in Passione ab impijs, & summis sacerdotibus male acceptus, & illusus fuit: ita & hic a malis sacerdotibus, ceterisque Christianis non se ipsos ante praebantibus, quodammodo irridetur, & quasi iterum cruci suffigitur. Ad haec si mortis Christi tempore petrae scissae sunt, & velum templi diuisum in duas partes, hoc sane Sacram. multo melius corda scinduntur & ignorantiae velum tollitur. Quod si de cruce pendens Christus salus nostra, totum pro dolor, effudit sanguinem, caputque in mortem inclinavit; certe in Missae etiam sacrificio nobis obijcitur, ut mortuus, & exsanguis: nam propterea sub duplici specie exhibetur, quarum altera seorsim representatur caro, altera verò sanguis; Quoties ergo sacrificio interes, toties tibi ipsum tanquam mortuum

A ante oculos statuem; imò & quoties illum fumis. id est Paulus docet: *quotiescumq. n. manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*: hac ergo ex parte quantum in nos V. Euch. Christi declaret amorem, quis satis explicet.

B Sequitur ut quomodo militantem Ecclesiam nobis eadem significet ostendamus, nam & ex hac significatione non paruus Christi erga nos ostenditur amor. fieri solet eius materia ex granis multis frumenti, detracto cortice, & bene molitis; Itemque ex multis vuis cotulis & expressis; ita & Ecclesia ipsa constare debet hominibus, qui vitijs subactis Christum induerunt per amorem. Fit hostia ex optima farina. i. triticea; ita Christiani, si legem seruent, optimi fiunt. eadem fermento caret, & Christiani, cum Christum sequuntur ducem, vitijs vacui sunt. Rotunda est Hostia; & Christianorum est omnia in Deum referre, a quo sunt; praeterea ut Christi corpus in Euch. membrorum habet varietatem; ita sunt in Ecclesia varij gradus, Pontificum, Sacerdotum, & ceterorum graduum, imò tota Hierarchia ecclesiastica, ad hoc ferme V. Sacram. refertur, & propter ipsum potissimum instituta est, quo tanquam ad finem reliqua spectant Sacram. ceteraque; officia ecclesiastica, cantus, caerimoniae, denique omnia ferme, quibus populus Christianus coalescit, & continetur; vnicò dicam verbo: Euchar. si a Christianis auferas, Christiani esse desinunt, id est Antichristi tempore futurum praedicitur, cum iuge sacrificium auferendum est; Et nunc idem magno suo malo experitur Germania, & Anglia bona ex parte, a quibus ablato vero sacrificio, & Sacram. homines perfidi, ac Pseudoprophetae caenas, & calices inducere profanos.

C Et verò est V. Euch. instar fluminis in Ecclesia, cuius Impetus laetificat ciuitatem Dei, quae ipsa est Ecclesia, ut merito Sacerdos sacrificaturus initio illud Davidis vsurpet: *introibo ad Altare Dei, ad Deum qui laetificat iuuentutem meam*. Solent flumina sordes eluere, & V. Euch. animae delet maculas. fecundat illa terra, & haec vberè reddit Ecclesiam: illa pecunijs auget, quas alluunt ciuitates; per flumina. n. vehuntur, & auhantur merces; & haec transmittit preces nostras in celum, & a Deo Patre ad nos descendere facit dona caelestia; vniuersa verò haec praestat Ecclesiae hoc Sacram. propter ea, quae continet, gratiam, & qua mens impletur dum sumitur. Quae omnia incredibilem Dei amorem in nobis si pie cogitentur, excitant.

D Postremo idem Augustissimum Sacram. triumphantem etiam Ecclesiam significat, ex qua significatione idem Christi erga nos amor non parum accedit; significat autem triumphantem Ecclesiam non modo, quia aeternae est gloriae pignus; verum etiam quia in eo Christi humanitas, & diuinitas continetur, & suo modo Trinitas quoque tota, quae uis velata, in quibus rebus Beatitas nostra sita est. Praeterea vniuersum hic admirandum in modum Christo, quae vnicò Beatam illam multo feliciter explicat. Est mensa haec conuiuium caelestis mensam referens, super quam edunt, & bibunt ad Regnum vocati. Damasc. l. 4. c. 14. V. hoc Sacram. exemplaria futurorum propterea vocat, quae Ecclesiam representet triumphantem, & aeternae Beatitatis pignus sit. quare non absurdè Regnum caelorum vocari poterit; praesertim cum per hoc ipsum

Sacram.

II.

Sacram. futuræ gloriæ spes excitetur in nobis.

His ergo sanctis cogitationibus, quæ ex quadruplici significatione quatuor prædictarum rerum piè, vtiliterq; sumuntur, armemur, vt Sâpson olim Nazaræus, aduersus omnes dæmonum incursus. Ita. n. fiet, vt sicut ille capillis ornatus fortis erat in hostes; infirmus, ac debilis detractis illis: ita nos istis amoris cogitationibus instructi, hostibus terribiles futuri simus; contra verò sine illis, ceterisq; similibus animi sensibus, & motibus ad hoc Sacram. accedentes paruum, vel nullum reportaturi simus de hoste triumphum. contendunt quidè pro viribus cacodæmones, vt Philistæi quidam lógè alijs peiores, hoc nos priuare capillorum robore, hoc est, his piarum cogitationum armis; sed occurrendum erit illis, & fortiter resistendum. Iam de Christi præsentia in Sacramento agamus.

DIGRESSIO III.

Christi præsentiam in Sacramento immensæ amoris indicium esse.

PRÆCEDENTI Digressione diximus ex duobus capitibus, amoris ignem hoc Sacramentum spirare ex significatione, & ex Christi præsentia; declarauimus primum, sequitur vt secundum perpendamus. Si quis ergo attentius animaduertat causas, quibus impulsus est Christus, vt se hic præsentem sub his speciebus relinqueret, nã ille immenso rapietur amore erga tam bonum Dominum; & verò quinque possumus huius præsentia rationes assignare. Constituit primum se hic præsentem, quo nos angustijs pressi ad illum confugeremus. Etenim præbet hic ille faciles aures ad audiendum eos qui ad eum. Et quidem sicut David 1. Reg. 22. 2. Principio regni factus est dux illorum qui amaro erant animo, & ære alieno oppressi: ita etiam hic Dominus expectat eos præsens, qui necessitate aliqua premuntur, vt eorum hic soletur querelas, preces audiat, ac veluti supplices libellos excipiat. igitur si quis est multo ære alieno grauatus, si quis amaro animo ob peccata quæ contraxit, huc magno animo properet, supplex preces porrigat: etenim *Deum offerrefugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inueniunt nos.*

Altera causa huius præsentia est, vt per illam excitetur homo ad Christum ipsum cognoscendum, adorandum, amandum, denique ad familiariter cum illo agendum. Aderat ab orbe cõdito Deus semper, sicut adest vbiq; nec tamen peccatorum tenebris excæcati mortales illum cognoscebamus, quamuis ante cuiusq; nostrum oculos, & quasi in manibus esset. Propterea voluit se admirabiliori, ac nobis magis accommodato modo hic collocare, vt cogèrentur quodam modo homines illum cognoscere, venerari, & pro acceptis beneficijs gratias agere, familiariter etiã cum illo colloqui. Quod si magni beneficii loco æstimabatur Arca scõderis in medio populi Israelitici residens, quanto maius beneficium esse iudicabimus, veram ac viuam arcam inter nos versari?

Est & tertia causa eiusdem præsentia; q; sic voluerit ille nos incredibili benignitate familiares suos facere & quasi domus sue aulicos, vt ita peculiaris cõferetur esse noster Christiano-

Arum Deus. Magnam fanem & eximium donum: Etenim *beata agens, cuius est Dominus Deus eius.* Hinc est vt verè dici queat, nõ aliã esse nationem sub celo, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus voster adest nobis. Quod si felices se & gloriosos arbitrantur aulici, q; inter eos videant se cõnumerari, qui de familia & domo magni alicuius Principis sunt: quanto magis gloriarì & gaudere debet Christianus; q; nactus sit tam bonum Dominum, & q; inter eius numerari domesticos, & familiares se esse cernat? Est sanè hic Dominus nõ similis cæteris, sed benignus est, & facillè delinquentibus ignoscit, cõdonat debita, dulcis est in conuictu, largus in benefaciendo.

BBenedixit Deus olim domui Obededò, q; intra domum suam arcam Dei recepisset; ita se nobis & multo etiam liberaliorẽ exhibebit Christus Dominus, si illum intra pectoris nostri testum admittamus, diligenterq; cõseruemus, & familiariter summoq; cum honore cum illo versetur.

Quarta ratio præsentia hæc fuit, vt regali eius mensæ assisteremus, vt solent Principes Regum mensis adesse, q; tunc facimus, cum Missæ sacrificio intersumus. Est. n. ibi cernere mentis oculis præsentem Christum altari cœlesti tanquam mensæ accumbentem; & quidè beati oculi quibus ista non modo cernere, sed Regali etiam tanti Regis præsentia frui datur.

CPostremò fecit nos hac sua præsentia Christus suos cõuiuas, idq; quoties mensam illam ad eum corpus participamus. Hæc si piè quis rimetur, experietur profectò magnam dilectionis vim erga hoc Sacramentum, & quantum fuerit à Christo dilectus aliquo modo intelliget. sequitur tertium caput.

DIGRESSIO IV.

De effectis huius Sacramenti.

EX Tribus capitibus à nobis propositis Digr. I. n. I. hoc est, tertium. Age igitur, cõtemplemur ipsum hoc Sacram. tanquam lignum vitæ, & duodecim eius fructus explicemus. De eo namq; rectè vsurpaueris illud Davidis Psal. 12. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: iure lignum vitæ dicitur, nam & vitam hic gratia, & in cœlis Gloriæ confert.* Porrò secus decursus aquarum plantatum dicitur: quia cum aquæ multæ populi multi sint, & decursus aquarum aptè labilem, præcipitemq; præsentis vitæ cursum referat, rectè secundum has aquas positum esse dici potest, ceu vitæ lignum, hoc Sacram. quod in vsum vtilitatemque, & totius populi Christiani Gloriam in hac vitâ relictum sit.

DGen. c. 2. legimus, statuisse Deum in medio Paradisi lignum vitæ, vt ex eo quicumq; ederet, æternum viuerent; Et hinc factum est, vt quidquid vitæ cõfert immortalè, lignum vitæ dici à Salomone cõsueuerit, vt Prou. 3. 18. de sapientia inquit: *lignum vitæ est ijs, qui apprehenderint eam, & c. 11. 30. fructus iusti lignum vitæ;* nam iustus & verbis & vitæ exemplo alios ad virtutem, ac proinde ad vitam excitat; vnde & lignum vitæ meritò dicitur. Et Apocal. 22. 14. scriptum est: *Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, hoc est, Beati, qui peccata per penitentiam abluunt, vt Dei visione frui possint.* Reddere verò dicitur lignum vitæ: i. clara Dei

Causa præsentia Christi in Sacram. Euch.

2.

3.

visio per singulos menses fructum suum, vt est cap. 22. Apoc. v. 2. quia nunquam cælestes illos Spiritus, & Beatorum mentes capit tedium visionis Dei, neque vllò vnquam tempore illa defecit; sed semper ita illis iucunda est, ac si tunc primùm ea frui inciperent, non secus ac si recens fructus gustaretur. Quod autem dico de visione Dei, idem omninò præstat & hoc Sacramentum ritè adeuntibus.

Aptissimè verò Christū in Sacramento præfertim conferre possumus cum arbore, primū quidem cum vt Deus est, deinde vt homo. vt Deus arbor est, cuius radix Diuinitas; truncus, Verbum; rami, attributa; folia, idæ ratione carentium; flores, rationalium item idæ; fructus, regulæ agendi, dona &c. & vt flores ex arbore decidere solent: ita mali homines, & Angeli à Deo disciscentes, decidunt. Vide siluam allegoriarum v. Arbor.

Vt verò homo est. Christus, ita radix eius est in terra viuentium, vndè primum traxit originè. Est. n. Christus sic homo, vt sit & Deus. Diuinitatis tamen organū, hoc est, humanitatè traxit à populo iam sicco, & arido Esa. 53. 2. *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.* Habet hæc arbor ramos, quosdam maiores, quamuis potiores; quosdam minores, verum plures. Porrò hi rami iusti sunt, quorū alij insigniores, alij minus insignes. Et primi quidem pauciores sunt, & radici propinquiores. Haurit arbor perpetuò à terra nutrimenta palmitibus, ramusculis &c. Et Christus de terra Diuinitatis per humanitatis organū, & nutrimenta, & incrementa donorum suis elargitur. Sic. n. testatur ipse: *sicut misit me viuēs Pater; & ego viuo propter Patrē, & qui māducat me, & ipse viuet propter me.* Et quoniam arefcunt interdū palmites, exciduntur ramusculi, vt videre est in arboribus; ita & suo modo idem in hac præclara arbore accidit, iuxta illud: *si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet. & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet* Io 15. 6. Flores horum palmitum, & ramusculorū bonæ sunt cogitationes à radice arboris immisæ, sine qua exsiccantur, & cadunt. Neque. n. valemus cogitare aliquid à nobis quasi à nobis; nam sine illo quidquam facere non possumus.

Hæc arbor ita robusta est, ita altis hæret radicibus vt tutò possis illi inniti cum tentatione pulsaris. Qua in re imitari debes elephantè qui defatigatus, palmæ, vt aiunt, innititur; accidit tamen interdum vt ea arbor sæcetur à venatoribus, & elephas sopore correptus in terram decidat & capiatur: ita dæmon hanc nobis arbore magno studio conatur auferre ne illi fortè tutò innixi omnes eius minas & insidias eludamus; & fixi, ac stabiles in Dei perseueremus obsequio. itaque cauendum ne per soporem & ignauiam tantum subsidium amittamus.

Sed iam huius arboris vitæ fructus enumeremus. Est igitur primus vita, quæ tribus hic sese modis manifestat, vt docet D. Bernardin. tom. I. serm. 54. Primū quidem ratione eius qui in hoc Sacramēto cōtinetur, hoc est, Christi, de quo Ioan. cap. I. 17. testatur, *gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* constat autè gratiam veram vitam animæ esse, & Io. 6. 58. inquit Christus, *qui manducat me, & ipse viuet pro-*

A *pter me, & v. 33. Panis Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.* lege Tol. in illa: *sine ipso factum est nihil.* deinde vitam etiam hinc hauriri, illud ipsum quod hic repræsentatur, non obscurè indicat. Christi enim passio ob oculos in hoc Sacramento ponitur, qua vitam adepti sumus. quare cum punctum est Christi lateris, cōtinuò exiuit sanguis, & aqua, quibus Sacramenta significata fuerunt, in quibus vita continetur. Est ergo Christi passio nostra salus & vita. Postremò si modum sumendi Christum in Sacramento inspicias, fateri non dubitabis vitam per illud conferri immortalem. Sumitur enim per modū cibi, & potus: *caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus* Io. 6. 56. igitur sustetatur, auget, reparat, deletatur quæ sunt cibo ppria.

B Sed aduerte discrimen esse inter hunc, & alios cibos. Nam alij non profunt mortuo, cum tamen hic profuit; neque enim in alijs cibus inest vita, at hic cælestis panis, & potus continet eū, qui est vitæ fons; quare non mirum si mortuum ad vitam reuocet. Quamuis enim fortassis de fide non sit; communis tamen Doctorum sensus est conferri per hoc sacramentum licet non primariò, primam interdum gratiam. verum vt hanc primam conferat gratiam, qua incipit peccator viuere, necessaria est primū attritio vera, ac supernaturalis peccati cōmissi: nec satis est obliuio etiam sine culpa; nam si is qui ad illud accedit, peccato non caret, omnino debet verè illud detestari, idque non humano, sed supernaturali etiam actu, si vitam accipere primam velit.

C Pœnitētia. n. est remediū necessariū ad tollendū peccatū mortale. deinde præter hoc exigitur bona fides, vt videlicet, quis ignoret statū suum, & existimet se in gratia accedere; nec habeat conscientiam peccati letiferi, cuius non arbitretur se, quantū satis est, pœnituisse. Verū hoc intelligendum est per se loquendo; quia fieri posset, vt quis citra culpam laboret ignorantia iuris, seu præcepti de præmittenda confessione, vel cōtritione, cū non adest, in certis quibusdam euentibus, copia confessarij; vel si confiteri non possit, & putet non esse necessariam nisi attritionem; iā is in hoc enentu bona fide non careret, licet cōscius sit peccati mortiferi. Satis enim hoc esset ad consequendam primam gratiam, si vera adsit, & supernaturalis attritio, sed hoc per accidens est ratione ignorantie citra culpam. Propriè tamen & vniuersim hoc Sacramentum vitam cōfert eo modo quo corpori cibus, conseruando ac nutriendo illā. verum ne longior sit hæc Digressio reliquos fructus in sequētes alias reijciemus Digressiones.

DIGRESSIO V.

Tres alij fructus V. Eucha. numerantur.

POST fructum vitæ, sequitur alter, quod V. Sacramentum fomentum est charitatis Dei & proximi. & hic est verus ac germanus eius effectus. nam reliqua Sacramenta non referuntur per se primò & directè ad nutriendam caritatem, vel ad solam, maioremque eius accessionem perfectioremque cum CHRISTO vnionem, sed ad peculiare quosdam dirigunt effectus, propter quos specialia quædam auxilia, & aliquod aug-

mentum

3.
Christum
præfens in
Euch. simili
arbori.

4

5.

6.
Fructum arboris huius Eucharistia.

7.

8.

1.

mentum gratiæ conferunt. Cæterum hoc Sacramentum per se primo pertinet ad perficiendam cum Christo vnionem, & cum eius corpore 1. Cor. 10. 17. *quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane participamus.* Hic verò effectus ipsis etiam speciebus panis & vini significatur; quare merito testantur Theologi, cæteros cibos in alitum conuerti, cui similes redduntur: hunc verò transmutare in se alitum, sanctiorem illum, sui que similiorem magis ac magis reddendo.

Quantum porrò boni hoc sit, ex ipsa caritate colligi potest; primùm enim illa remittit peccata, operis namque multitudinem peccatorum. Hinc de illa muliere peccatrice dictum est, *dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Deinde confert caritas vitam. nam cum bifariam dicatur vita, nimirum & forma ipsa, vnde existunt operationes; & præterea operatio inde dimanans; vtroque modo caritas est vita, & quia principium est super cælestis, ac diuini motus, quo in Deum tanquam in quoddam bonum supra naturam tendimus: & quia ipsa etiam caritatis motio, actio quædam vitæ spiritualis est. Nam is qui secundum caritatem operatur, vitam viuit diuinam ex Paulo ad Gal. 2. 20. *vino autem iam non ego, viuis verò in me Christus.* Tertio confert caritas iustitiam vt reliqua dona: facit & filium adoptiuum Dei, hæredemque cælestium bonorum; Verùm obicit quis: hoc gratiæ & caritatis augmentum non habere possumus ex bonis operibus? quorū ergò accedere oportet ad hoc Sacramentum? Respondeo: nouæ legis sacramenta nequaquam egena, & vacua elementa sunt, sed, vt Theologi loquuntur, ex opere operato gratiam cōferunt. Nam gratia duobus modis obtineri potest, vt iisdem docent; vel ex opere operantis, vel ex opere operato; primo modo obtinetur ex merito, vel ratione propriæ dispositionis spectatæ dumtaxat, vt ab operante proficiscitur, cui fortassis semper aliquod meritum, saltem de congruo inest: altero modo habetur ratione operis externi vel Sacramenti, quod nobis applicatur, tunc enim vltra omne meritum operantis tam de condigno, quam de congruo, confertur aliquid gratiæ: qua de re doctè Suarez, Tom. 3. disp. 7. Sect. 1.

Hæc autem sunt duo priuilegia Sacramentorum, vnum est, quod cum attritus quis accedit ad illa, fit contritus. supplet enim Sacramentū defectum dispositionis. Quare vtile est sæpè Sacramenta poenitentiae, & Ven. Eucharistiæ suscipere: Alterum priuilegium est; quod vltra valorem, & gratiā, seu meritū, quod habet quis dum sacramentum suscipit ex parte operis operantis, vt per alia, quælibet opera pia; accipit etiam gratiam ob ipsum sacramentū; Exempli causa: preces fundis, cibo abstines, &c. recipis condignam gratiam, si Dei amicus es; sed si eodem modo dispositus suscipis Sacramentum, præteream gratiam quam recipis ratione eiusmodi præparationis, accipis adhuc gratiæ mensuram aliam, & quantitatem ratione operis operati, sicut si fortè accideret, vt edicto Regis, afferenti in Hispaniam triticum ex Sardinia, & Apulia daretur certum aliquod dignū præmiū: ex Sicilia verò aduehenti du-

plo maior merces tribueretur: ita Deus pater quoniam aspicit hæc Sacramenta, vt à Christo instituta, & vt illius figuram, & vasa sanguinis eius, ideo maiori voluit esse digna pretio.

Sequitur tertius fructus, qui est dulcedo quædam, & suauitas spiritualis animæ; quam vt intelligas obserua: duplicem gratiam in hoc Sacramento conferri: habitualementem vnā, alteram actualementem. i. deuotionis quandā suauitatē; vnde dicitur panis cælestis, & habere omne delectamentū, omnē saporis suauitatem, dicitur inebriare, quod habet Ambros. ser. 15. in Psal. 118. quare merito Ecclesia canit: *pinguis est panis Christi, & præbebit delicias Regibus:* & Tertull. eleganter ait: Animam hic saginari de Deo; huc etiam illud Dauid pertinet: *paraisti in dulcedine tua pauperi Deus.*

Sed præsertim manna ob hoc ipsum dicitur, cuius inter alias vna hæc erat proprietas, quod cum boni & pij homines illo vescerentur, cum illis præbebat gustatū, quem maluissent; & sunt qui dicant, modo quodam inuisibili conuerti solitū fuisse manna in illud edulij genus, cuius saporem referebat: inde propterea aiunt scriptum esse de eo; & *deseruiens vnus cuiusque voluntati ad quod quisque volebat conuertebatur.* Sapient. 16. 21. Itaq; si quis perdicis carnes optasset, in eas conuertebatur. scio passim cōuersionem eam, ratione variorum saporum, quos nunc in isto, nunc in illo referebat, probabilius accipi solere; mali verò homines nō aliū experiebatur, quam naturalem eius saporem.

quod cap. eodem Sapi. subindicatur; lic enim ibi habetur; *substantia enim tua dulcedinē tuam, quam in filios habes, ostēdebat;* substantiā verò videtur Sapiens appellare Manna illud. Hoc sacramentum rectè Manna dixeris, hoc est *Manna? quid est hoc?* nam qui piè accedens cælestem eius experitur dulcorē, & inde diuinam quandam ei inhærentem voluptatem capit, admirandus intra se quærit; quid est hoc bone Deus? quid est hoc melle dulcius, niue candidius? audi quomodo ob ei suauitatē exclamet Ecclesia: *o. quam suavis est Domine spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuā in filios demonstrares, pane suauissimo de calo præstito esurientes repleas bonis, fastidiosos diuites dimittes inanes.* Et D. Cypr. de cæna Domini: *Panis iste, ait. Angelorum, omne delectamentū habens, virtute mirifica, omnib; qui dignè & deuotè sumunt, secundum suū desiderij sapit, & amplius quā manna illud heremi implet, & satiat edentij appetitus; & omnium carnaliū saporum irritamētā, & omnium exsuperat dulcedinū voluptates. vide quomodo hu q Christi cōmemorat passionē intra sacra officia, quasi per quosdā canales, de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super oēs delicias lacrymis nectareus anima delectetur; quantā suauitatem anima inquirenti vbi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procellosa tēpestatis deponunt: ros matutinus est de cælestib; stillans, & quasi vnctio spiritus mentē delinies. gemitus illos pietas excitat. Et paulò post subdit: hanc Dei gratiā recolēs, qui de sacro calice bibit amplius sitit, & ad Deū viuum erigens desiderij, ita singulari fame illo vno appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorū horreat pocula, & omnis sapor delectamentorū carnalium sit ei quasi rancidum, radensq; palatum acuta mordacitatis acetum. Sic sapienter ille.*

6.
Duo priuilegia Sacramentorum.

inuidia, luxuria, aut caterorum huiusmodi, gratias agat Corpori & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quod pestimum vlcus accedat ad sanitatem.

16.

Hinc est, vt qui per longum tempus ab hoc augultissimo Sacraméto abstinet, facile in grauiora, ac lethalia peccata labantur, quod prudenter Cyrill. Alex. l.3. in Io. c.37. obseruauit sic scribens: *sciánt baptizati homines, & diuina gratia participes facti, si rariús in Ecclesiam proficiúntur, & longo temporum spatio propter simulatam Religionem, mystice communicare Christo recusent: ab externa se vita procul depellere, &c. sed varia sunt Diaboli, multiplicesque ad decipiendum insidia. Nam primum ad viuendum turpiter inducit, deinde cum malis onerati fuerint, tunc abhorreere à Christi gloria persuadet, qua possent à turpitudine voluptatis, quasi ab ebrietate reuocari.* Chryl. verò hom. 24. in priorem ad Corint. breuiter quidem, sed scitè ait: *vt frigida ad Eucharistiam accessio periculosa est; ita nulla mystica illius cœna participatio pestis est, & interitus. ipsa namque mensa anima nostra vs est, nerui mentis, fiducia vinculum, spes, salus, lux, vita nostra.*

DIGRESSIO VI. MORALIS.

Declarantur quatuor alij effectus Venerabilis Eucharistiæ.

1.

QUINTVS effectus numerari potest ipsa mentis nostræ illustratio. quod & melle vt felle in Scripturis significatum est perbellè. Mellis gustatu Ionathæ oculi aperti sunt 1. Reg. 14.29. Felle Tobias, vt eius lib. cap. 2. legitur, lucem a pexit cœcitate sublata. Et verò hoc diuinissimū Sacramentum propter summam eius, quam dixi, suauitatē melle, & propter Christi passionem, quæ in eo ob oculos ponitur, aptè piscis felle significatur.

2.

Cæterum piscis ille Tobix, in quo fel illud latuit, Christum idoneè repræsentat, qui in mari hoc magno & spatioso dolorū, diu, multumque iactatus à sui conceptus initio vsq; ad littora paterni sinus per acerbissimam mortem tandem appulit.

3.

Eucharistia similis collyrio.

D. Bernardin. ser. 54. de duodecim fructibus ligni vitæ Tomo 1. comparat Venerabilem Eucharistiam collyrio citans illud Apoc. 3. 18. *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas:* dicit enim; collyrium esse vnguenti genus ex puluere quodam, & aqua confectum, vt suæ acrimonix vi albuginem oculorum abstergat. Albugo vtique oculorum mentis, est vita sensibus obsequens, quæ humanæ mentis aciem ad contuenda cœlestia non omninò tollit, sed obnubilat tamen, & obtundit. Hoc ergò collyriū aptè Venerab. Eucharistiæ Sacramentum repræsentat, quod aqua diuinitatis, & puluere humanitatis nõ sine adiuncta dolorū & mortis Christi acrimonia confectum est, ad collustrandas oēs vbique gentes. Hoc semel in Deiparæ Virg. vtero confectum fuit: & verò etiam quotidie, dum consecramus, conficitur; vt oculi sumentium repræsentatæ Christi Passionis acrimonia, illustrentur. Et rectè lutum illud fortassis cœci nati id ipsum insinuat. Ac-

A

cedamus igitur vt illuminentur, & facies nostræ non confundantur. Hæc de 5. vtilitate.

Sexta verò vtilitas, seu fructus est fortitudo, & robur animi. hic sanè Sacraméti effectus insinuat 1. Reg. 21. olim dæmon gloriabatur, vt aliquando Goliath, de subiecto sibi ob peccatū mundo. vicerat enim eum gladio carnis: *omniū quippè caro corruerat viam suam super terram,* Gen. 6.12. Sed ecce tibi affuit Christus tāquam Dauid; inijt cum dæmone certamē; neque alio eum gladio confodit, quam illo ipso dæmonis. assumpsit enim carnē, in qua ipsum superauit. vt verò olim in memoriam prostrati Goliath, gladius ille quo amputatum fuerat illi caput à Dauide, seruatus est in sanctuario inuolutus pallio post Ephod: ita in monumētum deuicti dæmonis gladius. i. Christi caro, qua dæmon prostratus est, in Ecclesia seruatutur accidentibus panis inuoluta. Si ergò, Christianè, bellum cum dæmone ineundū tibi est, ne inermis accedas; neque enim tibi tantæ sunt vires, vt cum tam robusto hoste congregiaris, en tibi gladiū Goliath, hoc est, en Christi carnem, qua, nullo fermè negotio, dæmoni caput amputes. non est gladius huic alter similis ad omnem vincendam hostis tentationem & debellandas aëreas potestates.

B

Cur ergò, inquires, sub panis specie caro Christi proponitur? quid panis cum gladio? Audi quid in figuram huius panis, Iudic. 7. 13. scriptum sit: narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hūc modum referebat, quod viderat: *vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericium panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumq; peruenisset ad tabernaculum percussit illud, atque subuertit, & terra funditus coaquauit.* Deus bone, tantasne strages edidit panis? desine mirari. audi, quid tūc dixerit alter v. 14. *non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis.* quod prius pane figuratū fuerat, gladio mox comparatur; quia Eucharistiæ panis fortium dicitur, Psal. 67. 25. nam vbi nos legimus: *panem Angelorum manducauit homo,* legit Hierony. *panem fortium,* vt non sit mirum si idē Sacramentum & pane, & gladio significetur. verissimū enim est quod Psal. 22. prædictum fuit: *parasti in conspectu meo mēsam aduersus eos, qui tribulant me.* Cū ergò hic panis, hic veri Gedeonis gladius Castra hostiū inuadit; tunc vniuersæ inferni Regis phalanges ingemunt, & perhorrescentes inclamant, dicentes: *venit Deus in castra,* hoc est, Ecclesiæ; *va nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius,* hoc est, antequam hoc V. Sacramentum esset institutum, & Ecclesiæ datum: *va nobis. qui nos seruabis de manu deorum sublimium istorum?* 1. Reg. 4. 7. 8.

C

Sequitur septimus fructus: compescit enim vitiorum fomitem, sic passim Patres affirmāt, ardorē concupiscentiæ extinguere, fomitem minuere. Cuius hæc afferri potest ratio: est enim institutū. Ven. Sacramentum tanquam Antidotum, vt à malis nos custodiat, fomes autem est velut primus fons, & origo peccatorum: non ergo potest suauius, efficaciusque hoc V. Sacramentum à malis cōseruare homines, quā minnendo fomitem, eumq; sensim ad bonum inflectendo; & verò caro est quæ in spiritali vitiorum conflictu multum nos sæpè retar-

dat, &c

4.

5.

6.

dat, & debilitat, & plurimum passim facessit negotij. Caro igitur altera medeatur carni, vt ita immensa vnus virtus, & ingens fortitudo, alterius debilitatem, fragilitatemque corroboret. Est enim Christi caro omnium castissimarum deliciarum, & voluptatum ditissimum promptuarium, quibus degustatis, cadunt animo, & languescunt prorsus scedissimæ carnis nostræ delectamenta.

7. Quare nã illi iterum atque iterum reprehensione, ac supplicio digni sunt, qui hoc se remedio priuant, cum tamen miserè scedissimis carnis hulceribus pleni sint. quibus illud Hieremæ 8. obijci potest: *Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix populi mei. vis videre quo modo te à carnis, & concupiscentiæ, atque irarum peste eripere valeas: Audi Chrysolomum homil. 4. in Matth. Quoniam, inquit, modo ab hac tam noxia peste liberabimur? (loquitur autem de ira) si illam vtiq; potionem bibamus, qua omnes intra nos vermes serpentesque morsificat. Et quodnam, inquires, istud est poculum, quod eam vim habet? Preciosissimus Christi sanguis, si cum fiducia sumatur.*

8. Cæterum hæc tanta vtilitas, & emolumentum bifariam in nobis fit. Vel enim indirectè, dum augetur caritas; tunc enim sensim minuitur concupiscentiæ ardor. Sic D. Thomas, vel directè, per operationem videlicet aliquam circa corpus; cuius explicandæ ratio non eadè est apud omnes authores. Duo mihi hac in re dicendi modi aptiores videntur. Primus, per quamdam redundantiam ex affectibus voluntatis, ita tamen vt hæc resultantia intenta sit ex propria Sacramenti institutione, cuius efficacia tales affectus excitantur in voluntate, vt ex eis in appetitum redundet moderatio passionum, & terrenæ cupiditatis. Est alter modus certior mihi, & probabilior, conferri propter hoc Sacramentum hanc fomitis moderationem per actualia auxilia specialia Dei, & externam prouidentiam, quibus efficitur, vt in homine excitentur cogitationes, & affectus ad hunc finem accommodata. Deinde vt tollantur occasiones externæ ad peccatum inuitantes, & bonæ offerantur. Denique vt Dæmonum vis retundatur, & arceatur, ne fomitem incendat, & augeant prauis animi motibus, & perturbationibus. id quod ait Chrysolom. hom. 45. in Ioan. possunt que omnes istæ rationes simul concurrere, vnamque efficere.

9. Sed hunc septimum Eucharistiæ fructum confirmet, & tandem claudat aurea quedam sententia Cyrilli lib. 4. in Io. c. 17. *pias queso cogitationes suscipias studiosè, sancteque viuas, & benedictione participes, qua, mihi crede, non mortem solum, verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim quum in nobis maneat Christus, sauentem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis considerat, sed agrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu.* His subscribit Casianus collat. 22. c. 6. Affirmans dominici corporis virtutem magnoperè valere ad cauendas corporis corruptiones, aliasque Dæmonum illusiones.

A Octauus fructus est delere peccata venialia, & quotidianas animi sordes eluere, quæ de re Ambr. lib. 5. de Sacram. c. 4. *qui vulnus habet medicinam requirit, vulnus est, quia sub peccato sumus; Medicina est cælestis & Vener. Sacramentum, & Chryl. hom. 46. in Io. si quis, inquit, assuet, ad hunc fontem V. Eucharistia se conferat & recreabitur. Mundat squalorem, & sordes, astus mitigat non solares, sed quod ignita sagitta imprimunt: Etenim ortum suum supernè habet, inde radicem vnde irrigatur.* Cyprianus deniq; de cœna Domini; panem hunc supersubstantialem, & calicem, simul medicamentum, & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates esse asserit.

B Ceterum bifariam intelligunt Theologi deleri peccata venialia per hoc Sacramentum. Primum quidem immediatè delendo eiusmodi culpas ex opere operato nulla alia immutatione præcedente, quæ id efficiat, idq; tantum vt ipsa caritas expedita sit adoperandû. Est namq; institutû hoc Sacramentum tanquã cibus, cuius est instaurare deperditum: ideò hoc Sacramentum ad reparandum id quod deperditum est institutum fuit; seu ad restaurandû id, quod de Caritate detractû, vel imminutum est per peccata venialia, quæ accumulunt impedimenta, ne expeditè, & promptè Caritas in actum suû exeat. sic enim tantum aliquid detrahi, atque imminui de Caritate dicitur per peccata venialia. Alioqui nihil possunt pec. venialia de ipsa in se caritate detrahère. Secundò id intelligitur effici intercedente media dispositione actuali aliqua. Habet enim hoc Sacramentum vim quandam ad exfuscitandum caritatis feruorem, qui cum repugnet pec. veniali eo peruenire potest, vt omninò illud debeat. Quamuis nõ sit negandum posse tolli peccata aliqua dumtaxat non deletis omnibus, propter obicem ab homine positum. lege D. Thom. 3. p. q. 79. ar. 4. & obserua nunquam affirmare Diuum Thom. per solum actum caritatis, repugnantem peccato veniali ea deleri. vide Suarezium in hunc locum D. Theol.

C Nonus fructus est deleri pœnas D. Bernardin. tom. 1. ser. 54. ar. 2. cap. 7. docet, hoc Sacramentum considerari posse, vt Sacramentum, & vt Sacrificium: hoc est, vt sumitur, & vt offertur. Posteriore modo satisfactoriû est, priore non item, si secundum se spectetur, & ex opere operato. est enim institutû tantum vt cibus ad nutriendû, augendum, vniendû, delectadum. Quare non est par ratio de pœna, & de culpa, quam vt dixi delet. culpa namq; etiam venialis aliquo modo repugnat perfectioni amicitiae & vnionis caritatis: propterea Vener. Sacramentum, quod ad hanc vnionem perficiendam est institutum, quamlibet culpam, propria vi delere potest. At pœnæ reatus non item opponitur huic perfectioni caritatis: propterea satis est, si per concomitantiam quandam tollatur; medio, scilicet, actu caritatis, quam in fumente excitat; atque ita prout, vel magis, vel minus durat, & pro ratione magnitudinis delet, vel totam, vel certè partem pœnæ. Hinc fit vt Vener. Eucharistia vt Sacramentum, non solum solis fumentibus efficiat effectum suum ex opere operato, cum detur vt fumentem ipsum purum, sanctumque reddat.

10.

11.

12.

13.

Quamobrem igitur, inquires, communicamus pro alijs, & ijs etiam, qui purgatorias pœnas patiuntur? Respondeo, propterea dixi ex opere operato non prodesse; alijs enim modis fieri potest ut profit. Est enim actus Religionis, ac proinde pro alijs offerri poterit, & ad tollendas pœnas, ex opere operantis, prodesse. Est præterea actus meritorius; quare per modum impetrationis, & Suffragij, & meriti de congruo nihil prohibet prodesse, quomodo maiorem quandam vim, efficacitatemque habet Venerabilis Eucharistiæ sumptio: nam cum caritatis feruorem excitet, maiorem habet congruitatem cum merito iste actus. Idem etiam sequitur ratione præsentiae Christi, ob quam feruentior, ardentiorque funditur ad Christum oratio, cum quo etiam tunc familiarius agitur.

14.

Sequitur decimus fructus, & utilitas Sacræ communionis, quod per illam intimè coniungamur Christo, non animâ modo, sed & corpore, constituunt enim Patres corpoream quandam vnionem inter nos & cum Christo propter Venerab. Eucharistiâ, quam indicat Christus ipse Ioan. 6. 57. *Qui manducat meam carnem; & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo:* propter quam Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mystagoga 4. vocat eos, qui Christi carne communicant, *Christophoros*, hoc est, Christum ferentes, cum eius corpus, & sanguinem in sua membra recipiant, atque ita, ut B. Petrus dicit, diuinæ naturæ confortes efficiantur. Cyprianus etiam de Natiuit. Christi, affirmat, *per Sacramentorum communicationem Christi corporis sinceritati nos vniri, & visibilibus mysteriis inhaerentes, vnâ carnem, & vnum spiritum esse.*

15.

Porro Hilarius libro 8. de Trinitate, & Cyrillus lib. 10. in Ioan. cap. 13. naturalem nominant hanc vnionem, eamque explicant, vel liquefactæ ceræ, vel connubialis matrimonij coniunctionis exemplo, in quo fit vna caro, neque ita sunt accipiendi, quasi velint dicere, ex Christo, & nobis vnum fieri corpus; sed quod præter spiritus vnionem, quam charitas efficit, fiat etiam corporum quædam coniunctio vera, ac re ipsa, non per signa: hæc autem vnio in qua vnimur Christiani inter nos, & cum Christo, est vera Christi caro, re ipsa in Sacramento nobis in cibum data I. Cor. 10. 17. *quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane participamus.*

16.

Eandem vnionem eliciunt quidam ex cap. 17. Ioâ. 22. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi dedi eis; ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* claritas autem hæc diuinitas est, quam se Christus accepisse à Patre, ut homo est, affirmat per vnionem hypostaticam. Hanc igitur Deitatem purissimæ carni vnitam tradidit nobis Christus in Venerab. Sacramêto, qua maximè vnimur, & inter nos & cum Deo per realem quædam, corporeamque vnionem. lege Cyrill. lib. 11. cap. 16. in Ioan. & Hilarium lib. 8. de Trinitate. Itaque hanc vnionem fortimur, cum re ipsa dignè hoc Sacramêtum suscipimus: sicut qui Matrimonio iunguntur ij demùm habent veram re ipsa connubij vnionem: alioqui antequam carne iungantur morali potius vin-

A

culo colligantur, & iure: quod ius nos etiam habemus per Baptismum. Cæterùm si quis indignè Christi corpore communicet, nã hæc ille vnione priuabitur; quamuis materialiter, ut aiunt illâ habeat; & ratio est, quia vnio hæc corpoream receptionem quidè dicit, sed cum eius affectu, & amoris complexu. Postremò obseruanda sunt verba Chryf. in Ioan. hom. 45 ut intelligamus quantùm amoris debeamus Deo ob tam singularem Eucharistiæ fructum; ait ergò: *ut non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quæ nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobiscum commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, ut corpus cum capite vniretur, hoc enim amantium maximè est, hoc Iob significabat de seruis, à quibus maximè amabatur, qui suum amorem exprimentes dicebant: quis daret nobis ut eius carnibus implemur, Iob. trigesimo primo, ver. 31.*

B

Iam est quod vndecimum prosequamur fructum: est is corporis gloria, id est, immortalitas, & resurrectio; quod bonum promissum esse videtur à Christo Ioan. 6. 52. *si quis manducauerit ex hoc pane viuere in æternum, & 55. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die: & 59. qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Quali ergo ex opere operato sumptioni huius Sacramenti tribuitur hic effectus. quare meritò Sancti Patres Venerabilem Eucharistiâ vocant resurrectionis symbolum, & *Pharmacum immortalitatis.*

C

Verùm non indiligenter obseruandum est hunc etiam effectum conferri ratione gratiæ, & gloriæ animæ. Gloria enim corporis, gloriæ animæ respondet: sicut gloria animæ, caritati & gratiæ. Verùm hoc non impedit quod minùs tribuatur huic quoque sacramento idem effectus. Alio namque titulo, & nouo Sacramenti quoque confertur, quemadmodum gloria corporis Christi, & resurrectio debatur Christo ratione gratiæ, & vnionis & gloriæ: alio tamen titulo data etiam est propter eius merita. eodem ergo hic modo intelligendum est euenire.

D

Hunc fructum respexisse visus est Isaias cap. vigesimo sexto, vers. 19. cum sic est vaticinatus: *viuent mortui tui, interfecti mei resurgent, expurgabimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis rostrus, & terram gigantum detrabes in ruinam.* Nil absurdum dixeris si cum quibusdam per rorem, Manna intellexeris, sumendo continens, pro re contenta. Etenim antequam Manna decideret, cadebat ros, mox sequebatur Manna; iterumque super illud ros, ita ut ex vtraque parte esset Manna rore circumtectum, quare non immeritò ros appellari potest: eo dicendi modo, quo interdum continens pro contento sumitur.

Cæterùm non loquitur Isai. de Manna illo Hebræorū, verum potius de Euangelico Manna, quod est Venerab. Eucharistiæ Sacramentum. De hoc ergò sic vaticinatur Ecclesia: *ros tuus ros lucis*, quasi dicat, ros, id est, Manna Moysis tempore, datum, ros noctis, ac tenebrarum fuit, verùm iste Christi ros lucis est.

Etenim

17.

18.

19.

Etenim rectè Paulus de tempore veteris legis dixit; *nox precessit*; at de tempore gratiæ, & Euangelij, quo nobis de cælo pluit hoc Manna, hic ros lucis, mox subdit: *dies autem appropinquauit*. idem aliquo modo significatum est Sapient. decimosexto, ver. 27. vbi de manna sic legitur: *quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat*. Manna enim illud quoniam ros lucis ac diei non erat, solis radio dissipabatur, licèt non igne exterminaretur: per ignem verò nocturnum tempus rectè exprimitur. Et aptè hebræorum Manna noctis dicitur. neque enim clarè, sed obscurè Euangelicum Manna tanquam in figura continebat, at Christianorum Manna lucis est, quia veritas ipsa, quæ obscurè olim figurabatur, est.

20. Iam verò affirmo rectè ab Isaia, Venerab. Sacrament. Eucharist. ros vocatur. Sacramentum ros & Manna lucis vocari, nimirum, propter gloriam Resurrectionis, & immortalitatis claritatè, quæ per illud datur. Assignans namque Propheta rationem, cur mortui & interfecti resurrecturi sint, ait: *quia ros lucis ros tuus*, quibus verbis insinuat; vnde tam maximum donum agnoscendum sit, & vnde etiam futurum sit olim, vt dæmonum Regnum, ac mortis imperium deltruendum sit.

21. Hic idem Resurrectionis, & immortalitatis fructus insinuat Apocal. 6. 9. *vidi subtus altare animas intersectorum, &c. Et clamabant, vsque quo Domine (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, &c. & data sunt illis singula stola alba: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, &c.* Quod voce magna dicantur sancti postulare à Deo aduentum extremi Iudicij, indicat propensionem. quamdam Beatarum animarum, vt resumptis corporibus vtraque immortalitatis stola in resurrectione fruantur: Etenim propterea aiunt quidam Patres, beatitudinem animarum illarum interim, dum sine corpore sunt quodammodo retardari. verùm mirabitur quis; quamobrem Sancti de subaltari potiùs tam magnos clamores edere dicantur? sed illicò omnis conquiescet admiratio, si intelligamus supra altare admirabile Sacramentum, tanquàm immortalitatis symbolum, positum esse; atque hinc fieri, vt spes immortalitatis & resurrectionis plurimum confirmetur; & augeatur: proindè non mirum si sanctis illis sub altare iacentibus robur additur, ac fiducia incredibilis ad magnis vocibus postulandum immortalitatis & resurrectionis donum.

22. Quare meritò Ecclesia, cum Deo sacrificat pro animis illis, qui purgatorijs penis lustrantur, meminit panis cælestis, & diuini; recitat enim illa verba Christi, Ioan. 6. 51. *ego sum panis viuus qui de celo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in aeternum*. Facit enim hoc Ecclesia vt resurrectionis, & immortalitatis spè confirmet: & simul ostendat, vnde nam tam magnum beneficium ad nos sit profectum, nimirum intelligit Venerab. Eucharistiæ hunc esse fructum: & resurrectionis, atque immortalitatis gloriam illi meritò acceptam esse ferendam.

23. Vnde cognoscere licet multum sanè, ac ve-

A hementer Christianorum spem, de resurrectione corporum, & immortalitate futura per hoc Sacramentum stabiliri & corroborari, vt proindè meritò pane illo Eliæ subcinericio 3. Reg. 19. 6. describatur, in cuius fortitudine ambulauit Elias quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb. instar subcinericij panis est hoc diuinissimum Sacramentum ob tria. primùm, quia vt solent mætres filios subcinericio pane interim sustentare, ac detinere dum calefacto clibano panem solidiorem, ac perfectiorem coquant, atque ea spe illi patienter expectant: sic Christus dedit nobis tanquam pueris interim: dum hic viuimus panem hunc cælestem sub speciebus contentum, quousque panis idem detracto specierum inuolucro, in cælesti mensa nobis exhibeatur pleniore iam perfectioreque diuinæ caritatis igne excoctus; ad quem ignem accommodare possumus, id quòd Isai. habet cap. 31. 9. *Dixit Dominus cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem*. Deindè subcinericio pani alsimilis est panis iste cælestis & diuinus, quia cinis symbolum est mortis. Quoniam ergò panis iste Christi mortem repræsentat; verè enim Apostol. dixit: *quotiescunque manducabitis panem hunc, mortem Domini annuntiabitis*. Denique pani subcinericio comparatur, quia comedi debet panis Christi non sine cinere, hoc est, non sine mortis recordatione. Etenim sic se parare debet, qui ad hanc mensam accedere cogitat, quasi iam iam moriturus esset. sicut ergò panis ille subcinericius ita fortem, robustumq; reddidit Eliam, vt quamuis antea defatigatus, magnis tamen postea itineribus quadraginta dierum, & noctium spatio ad montem Dei feliciter peruaserit: ita multò maiores vires aucta spe cælestis gloriæ panis iste, qui de cælo descendit, cuius alter Eliæ figura fuit, edentibus præbet, vt promptè, hilariterque ad cælestem gloriæ montem, vbi Deus ipse visitur, peruenire possint. Quid igitur, hæres Christiane? surge, comede, grandis tibi restat via; ita enim fiet vt in fortitudine cibi huius securus tandem ad montem DEI peruenias.

24. Etenim propterea Deus per Dauid Psalm. 49. 23. hortatur nos vt sacrificium hoc laudis illi offeramus; ait enim: *Sacrificium laudis honorificabit me*; Et mox subdit: *& illic iter quo ostendam illi salutare Dei*, hoc est in hoc sacrificio laudis ostendet nobis Deus, & indicabit salutem suam per certam spem cælestis gloriæ conceptam.

D Restat postremus fructus: Est enim viaticum nostræ peregrinationis, cuius antea in Veteri testamento agni Paschalis figura præcessit; qui vt Exod. 12. 11. constat, manducabatur ab Hebræis habitù peregrinorum præferentibus. Et quid quæso aliud est Venerabil. Eucharistiæ Sacramentum, quam viaticum peregrè proficiscentium ad cælestem superiorum ciuium patriam? Hoc suo exemplo declarauit nobis Ambros. in cuius vita scribit Paulinus eum iam moriturum ab Honorato Vercelleni Episcopo, diuinitus monito Eucharistiam tanquam viaticum accepisse.

Audi quid Chrysof. in libr. de Sacerd. de

hoc

hoc viatico sapienter scribat: *Quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus, qui & id videret ipse, & audisset; quod qui de hac vita migraturi sunt, si mysteriorum huiusmodi cum pura conscientia fuerint participes, spiritum efflaturi, ab Angelis, illorum corpora satellitum more stipantibus, propter assumptum illud Sacramentum, hinc recta in celum abducuntur.*

Hi sunt duodecim ligni vitæ fructus indicati tantum à nobis potius, quam pro dignitate expositi. si ergò hos admirandos fructus non capis, experire, & maiora videbis. hoc docuisse Christus Ioan. sexto, videtur versic. 54. cum enim obiicerent Iudæi vers. quinquagesimo tertio: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum.* Respondit: *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* quod responsum minimè ad rem facere videtur, cum tamen maximè faciat. nam qui gustando cœlestem cibum experitur, panemque hunc vitium dignè comedit, is demùm omnes eiusmodi voluntarias dubitationes à se tollet, quibus sublati, fieri posse hæc admiranda, & his etiam maiora non dubitabit.

DIGRESSIO VII. MORALIS

De præparatione, qua Christianus ad Venerabilem Eucharistiam accedere debet.

MIRARI quis posset, & percontari; quare Christus, paulò antè mortem, cum vltimo cœnaret cum discipulis, mortis suæ, ac prodicionis meminisset? *vnus*, inquit, *vestrum me traditurus est.* quis enim cœnaturus cum amicis, tristitia ac molesta in medium adducat? an non potius quæ ad hilaritatem, animique relaxationem vel doloris remissionem pertinent, interfert? sed si quis diligenter aduertat, cogitasse tunc Christum in cibum corpus, in potum sanguinem suis tradere, abscedet omnino omnis admiratio. Etenim decebat vt tam cœlesti mensæ non ascumberent, nisi prius perpenderent, & conscientia suæ latebras explorarent, num aliquid inesset mali, quo minus apti ac digni essent tanto conuiuio. Et hinc est, quod eorù quilibet intra se cogitare cœpit; nunquid ipse proditurus illi esset: Nec satis habens seipsum explorasse, suo iudicio non multum fidens, Christum interrogare, cœpit. *Nunquid ego sum Rabbi?* sciebant enim Apostoli alia esse Dei iudicia, alia hominum, & eo penetrare oculos Dei, quo non pertingunt hominum. Placuit igitur Christo hoc exemplo nobis indicare; quo animo esse debeamus, quibus cogitationibus, qua puritate ornati, quoties nobis ad hanc diuinam mensam accedendum est; nimirum, diligenter expendere decet; ac ponderare omnes animi motus, cunctas cogitationes, vniuersa quæ gessimus, diximus, omisimus, antequam cœlestem panem sumpturi eam mensam adeamus: nec contenti simus quod quantum potuimus acta nostra reputauerimus, totamque conscientiam excusserimus, nisi etiam suppli-

A ces Deum ipsū rogauerimus, vt si quid in nobis sit, quod ipsi obseruare non potuimus, ipse nobis aperiat.

Mirari etiam nonnulli solent, cum legunt parentem illum filij prodigi iussisse seruis, vt aduenientem filium induerent, qui potius pane egebat; hanc enim ob causam ille ad Patrem accurerat. sic enim intra se dicebat adhuc longè à Patre positus: *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?* Et videtur istis qui hoc mirantur debuisse parentem præcipere potius seruis vt panem afferrent, vel certè mensam apparent quam primum. Quid igitur sibi vult tam festinum præceptum: *cito proferte stolam primam?* tam præpropera cura, tam subita diligentia vestitus & ornamentorum? verùm qui animaduertit non esse aliquem diuino conuiuio excipiendum, nisi prius sordidis vestibus depositis, quæ diuinos oculos offendere possunt, dignè ac congruenter se ornet; is demum intelliget, cur prodigi Pater, qui Deum omnium nostrum Patrem repræsentat, ante omnem curam & cogitationem de ornatu filij sollicitus fuit, eumque sic postea mensæ adhibuit.

Et verò summum sacrilegij genus est indignè, hoc est cum peccato mort. ad hanc mensam accedere. Huc enim potest applicari illud Heli filijs dictum 1. Reg. 2. 25. *si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* quasi dicat, quædam sunt peccata, quæ in Deum tantum propterea committi dicuntur, quod contra eius præcepta sint, quæ continentur secunda tabula, & contra proximum dicuntur: quædam verò non contra proximum, verùm contra Dei ipsius personam, seu contra Deum immediatè peccantur, cuiusmodi sunt quæ contra præcepta primæ tabulæ committuntur, vt contra Sacrificia, quæ Deo offeruntur. De quibus difficiliter venia obtineri potest. quis enim orabit pro eis? non quod pro his, qui sic contra Deum peccant, nemo sit qui oret: sed quod cum homo in hominem peccat, sæpè offensus intercedat pro offedente; & ideo Deus facillè condonat iniuriam etiam sibi factam dum contra sua præcepta in proximum peccat quis, neque enim superari vult Deus ab homine, vt eo remittente eam iniuriam quatenus contra se est, Deus ipse non remittat eandem quatenus ea etiam ipse offensus est, omne enim peccatum contra Deum est; cum verò est peccatum in Deum immediatè, non est homo offensus, qui oret tanquam remissor iniuriæ. Etenim Deus ipse solus propriè tunc offensus est. quis ergò intercedere audeat? quare huiusmodi contra Deum ipsum offensæ, vel culpæ, aliquo modo ad peccata irremissibilia accedunt, licet verè irremissibilia non sint.

Cum ergo qui indignè communicat, corporis & sanguinis Domini efficiatur reus, contra humanitatem Christi ac Dei personam peccabit. quis ergò orabit pro eo apud Deum ipsum offensum? neque enim est homo qui læditur, vt possit qui læsus est remittere offensam, & pro offedente apud Deum vt ignoscat,

2.
Pater filij prodigi cur prius pestem quam panem adferri præcepit famelicis.

3.
Indignè sumere Euch. quantum peccatum.

1.
Cur Christus in vltima cœna mortis & prodicionis meminisset.

noscat, intercedere. alij hunc locum sic exponunt, legunt enim: *quod si peccauerit vir in virum, iudices de hoc iudicant, & Chald. ante iudices causa tractabitur.* 9. d. erit locus defensionis: *at apud Deum offensum quis possit defendere?* Prima expositio est magis conformis nostro textui, sed secunda etiam potest adaptari accipiendo Deum pro Iudice, cum dicitur *placari ei potest Deus.*

4.
Indignè sumentes Eucharistiam simili Tyranno cuidam.

Dionysius, vel potius Mezentius, crudelissimus Tyrannus inter alia tormentorum genera colligasse dicitur viuum hominem cum mortuo cadauere, donec mortuus viuū interficeret scditate, & squalore cōfectum. Sic mihi facere videtur, qui Christum sumit panem viuum, cum sit ipse peccato mortuus. *Va homini illi, per quem filius hominis tradetur:* tradit namque ille filium hominis suis peccatis scetidissimi & crudelissimis tyrannis, huic homini verè dici potest illud, quod Oziæ dictum est 2. Paralip. 26. 18. *Egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino tuo.* Et verò vt Chrysofost. obseruasse videtur: sicut summus actus Religionis est, dignè communicare; ita indignè accedere summi sacrilegij est.

5. Et vide quantum ij Deo displiceant, qui indignè huic cœlesti mensæ accumbunt. Christum .n. quod ad illos attinet, valdè cruciant, & vehemèter cōturbant. In cuius rei signum narrant Euāgelistæ, quod instituturus hoc Sacramentum Iesus, *turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me* Ioan. 13. 21. qua animi perturbatione voluisse videtur, quanto dolore ipsum afficiant, qui instar Iudæ Proditoris peccatis infecti, eius mensæ audent accumbere: perindè enim est, hoc ac si belluam aliquam quis cibo exhibitio pascat, & illa, nulla habita benefactoris sui ratione, vbi pasta est, ipsum qui aluit, calce feriat. Quid enim aliud illa verba significant: *qui manducat mecum, leuabit contra me calcaneum suum?* Ioan. 13. 18. verè de hoc homine dixeris: *incrassatus est dilectus & recalcitrauit.*

Nam cum illum qui eiusmodi est, ita dilexerit vt suum illi corpus, & suum sanguinè in cœleste alimentum exhibuerit, in ferinum tamen morem ipse tam liberalem Dominum, vel doloris, vel peccati, vel simulatæ amicitie calce ferit. verum hæc iniquitas suum apprehendet auctorem, & æternis pœnis afficiet; iuxta illud Davidis Psal. 48. 6. *iniquitas calcanei mei circumdabit me.* An non iustè queratur Christus de hoc homine; *etenim homo pacis mea amicus meus, in quo speraui; qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem,* hoc est, mihi magnas fecit insidias, & fraudes, & quasi me oculi simulatione, dum comedit me, fefellit, & circumscripsit ac veluti calce cōtempfit & abiicit. Hebraicè calcaneum, eodem sensu.

6.
Quanta puritate accedendum.

Et verò tanta nitere deberent puritate, qui huic mensæ accumbunt, vt vel Angelos ipsos corporis & animi nitore superent. quod si quilibet nostrum attentè ponderaret, quanta sit huius Sacramenti dignitas, quanta maiestas non ille vnquam ad illud accedere auderet: verum Christi amor est, & eius immen-

A sa benignitas, quæ nos excitant, & animant, vt promptè, alacriterque accedamus. quamuis non eo virtutum præsidio muniti simus, nec eo corporis, animique nitore ornat, quem Sacramentum hoc exigeret.

Cum enim Deus sit, quem in hoc Sacramento sumimus, lucem ergò habet inaccessibilem, & ignis consumens sit necesse est. si lux inaccessibilis? quis poterit intentis in illum oculis aspiceret? quis non potius faciem auertat, & aspectum aufugiat? si ignis, quis poterit habitare cum igne deuorante? quis non absumi timeat, si propius accesserit? At si quis sub huius Sacramenti vmbra cum Sponsa se deat, tanquam sub vmbra mali, nã ille & hac luce frui, & hoc igne suauiter ardere poterit, & huius quoque mali suauissimo fructu, summa cum voluptate vtetur.

B Hæc porrò vmbra Christi Caritas est, quæ nos dignos effecit, vt tantè mēse participes efficeremur, vel quod eodè reuoluitur, Christi caro & sanguis nobis sub his speciebus panis & vini relicta propter nimiam caritatem, qua nos dilexit. duo quippè vmbrae infunt; nam & ab immodico æstu sua frigiditate defendit; & lucidissimos solis radios sua opacitate ita contemperat, vt non modo tenuem oculorum aciem non lædant, sed & recreent potius & exhilarent maximè. hæc duo nobis Christi amor præstitit dum nos huc accedere hilariter iussit. ipse enim sua caritate ita nos instar vmbrae tuetur, ita defendit ab æstu concupiscentiæ, sic se nobis accommodat in hoc Sacramento, vt eius lucem sub speciebus illis latentem, & veluti obumbratam facillè intueamur, & illum ignem suauissimè admittamus. quamquam possumus etiam per vmbrae mali, species sacramentales intelligere sub quibus crucifixus & mortuus Christus, itemque per modum cibi & potus cōgruenter nobis ostenditur, ex quarum meditatione ingens excrefcit amor.

C Imitemur igitur & audiamus Sponsam Cant. 2. 3. sic dicentem: *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Hunc fructum Rabbini de suo manna intelligunt. At verius de sanctissimo Sacramento exponunt, Rupertus in hunc locum Cant. Greg. 33. moral. cap. 3. & Bern. hom. 48. in Cant. qui etiam vmbrae Christi carnem interpretantur. tria Sponsa fecisse se affirmat, primum quidem, desiderasse Christum, quem sub nomine mali significauerat, dum dixerat, *sicut amulus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios,* id est, cæteros homines. CHRISTVS namque mortuus de cruce pendens, prout in Ven. Sacramento proponitur consentientibus Patribus, aprè sub mali specie denotatur; cuius flores odor fidei; color, variarum virtutum decus; humor & potus, preciosus in altari sanguis; eius fructus, viuifica caro in Eucharistia Sacramento est accipienda cum Patribus, quos pauldò antè citauit. deindè ait Sponsa; venisse ad illum, & sub vmbra illius sedisse. postremò optatum fructum decerpisse, cuius suauitatem mirificè commendat.

D Duo ergò insinuat necessaria, vt quis Christo in Sacramento fruatur, eiusque fructum

8.
Duo necessaria vt qui Christo fruatur.

cum

cum voluptate degustet, nimirum vt eius dignitatem, ac suauitatem mentis intelligentia percipiens, ardenti illum assequendi desiderio ætuet. mox surgat oportet, quæ malè prius amauerat contemptis, & affectuū gressu propius ad illum accedat, sedeatque paulisper sub eius umbra, quod tunc faciet cum sub Crucifixi meditatione, & huius diuinissimi Sacramenti contemplatione conuiuens illius immensæ charitatis, qua se se nobis in precium, cibum & potum exhibuit, admiratione rapietur. Est enim in hoc Sacramento ita contentus **C H R I S T V S** sub specie panis & vini, vt tanquam etiam de cruce pendens hic proponatur, cum in eius Passionis memoriam & significationem sit præcipuè hoc Sacramentum institutum. hinc verò innumera diuini amoris elucet indicia: quibus indicijs velut umbra tectus & animatus quicunq; duabus illis rebus cum Sponsa se præparauerit desiderio, & contemplatione Crucifixi, decerpit sanè huius arboris mali fructū, eumq; gutturi suo suauissimum esse experitur: & in se ipso animaduertet impletū illud, quod Hoseæ 14. 8. scriptum est: *conuertentur & sedebunt in umbra eius, viuent tritico.*

9. Meritò sanè comparatur à Sponsa fructus hic fructui mali arboris ob eius præstantiam supra cæteros aliarum arborū fructus. explent enim poma triplicem appetitionem, quæ maximè angit homines. Appetunt enim famem cibo, sitim potu, mortem vita pellere. hunc ergò, optatissimum ternarium cibi, potus, & vitæ exhibent nobis fructus arboris mali: tollunt namque mala esuriem, sitim sedant, vitam nutriunt, proindè gutturi, id est, appetitui sponsæ dulcissimus est huius arboris fructus: talis etiam est ijs; qui sponsam imitantes sub umbra Christi crucifixi sedent, quem desiderauerant.

10. *Cibus Eucharistie malis amarum.*
At ijs qui indignè accedunt amarus sanè, & interitum aduohens sumentis hic idem cibus est: etenim, *anima saturata calcabit fauam*, Proverb. 27. 7. nam qui voluptatibus, & diuitijs terræ infixus hæret, eisque inhians satiatur, & animum rebus istis explet, cœlestis mensæ fauam contemnit, & sanctæ Crucis fructum dulcissimum amarum reputat. at qui esurit, & sitit crucifixi fructum, & ob id sedet sub umbra eius, etiam amara, quæ pro Christo ferenda occurrunt, illi suauia sunt præ dulcedine fructus, quem de Crucifixi arbore decerpit: Et ideò subdit ibidem Salom. *anima esuriens amarum pro dulci sumet*: similes ij sunt, illis, de quibus Isai. cap. 5. 20. vaticinatur: *ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum, id est, res mundi amaritudine refertas, in dulce, & dulce, hoc est, diuinas res & ad animæ salutem pertinentes,*
in amarum.

(.)

DIGRESSIO VIII. MORALIS

De his virtutibus quibus ornari debet hoc Sacramentum sumpturus.

VBI vniuersim de præparatione egimus, videndum est nunc quibus in rebus spectatim ea posita sit. Et prima quidè occurrit puritas; quamuis verò omnes hunc corporis & animi candorem ad hanc mensam afferre debeant: Sacerdotes tamen in primis carnis & mentis suæ munditia cunctos hac in parte superare debent, vt sit tantò magis hoc sacrificium Deo acceptabile. quod indicare mihi videtur Ecclesia, dum post confectum in altari Sacrificium, præcipit supra illud ea verba à Sacerdotibus pronounciari: *supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarcha nostri Habraha, & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.* Quomodo, inquit aliquis, tam prolixè rogat Ecclesia Deum, Patrem, vt hoc sacrificium acceptet, cum certissimè sciat non posse non summè placere? quomodo petit vt ita accipiat, sicut Sacrificium de manu Abel, Habraha, & Melchisedech? An non hoc Sacrificium præstantius, & magis acceptum illis est omnibus, quæ olim oblata fuere?

C Verum sciendum est duo consideranda esse in hoc venerando Eucharistie sacrificio. vnum est, res ipsa oblata: alterum minister qui offert: Primum si spectes, nihil Deo acceptius, nihil gratius offerri potest. Si secundum verò attendas, potest hac ex parte hic aliquid esse, quod Deo displiceat, & quo superetur hoc Sacrificium ab illis, quæ Abel, Abraham, & Melchisedech obtulerunt.

D Rogat ergò Ecclesia, vt sicut in sacrificijs, quæ illi obtulerunt; non modo ipsa sacrificia placauerunt, sed personæ etiam quæ offerebāt: nam propter eximiam sanctitatem Deo acceptæ maximè erant: quis enim innocentior olim Abeel? quis magis Abraham diuino cultui additus? quis sanctior Melchisedech? quod si Sacrificia quoq; ista spectemus, fortassis nullum fuit, quod cum his tribus conferri possit in lege veteri. præsertim cum hoc Sacrificium Ecclesie clarissimè repræsentarint, si quod offerebatur obserues. nam quod offerebat Abel; Agnus erat; & quem parabat Abraham immolare, filius erat Vnigenitus; quem diligebat; quibus **C H R I S T V S** immaculatus agnus; Dei que Patris, prædilectus Filius significabatur:

Quod verò Melchisedech protulit, augustissimum Christi sacrificium repræsentabat. Ergò siue personas spectes, siue res oblatas nihil erat in illis Sacrificijs; quod Deo vel displiceret, vel non placeret. ita nunc quoq; optat Ecclesia, magnisq; precibus à Deo contendit, vt suos Ministros & Sacerdotes ita præparet, ita sibi faciat acceptos, vt nihil omnino sit in hoc Sacrificio Christianorum; quod eius

1.
Puritas quæ necessaria communi-canti.

2.
Duo consideranda in hoc Sacramenti.

Sanctissimis oculis displiceat; & simul monet Christi ministros qui hoc corpus, hunc sanguinem Deo oblaturi sunt, vt curent diligenter tanto pollere conscientie nitore, vt simul innocentiam imitentur Abclis, & propensam in Deum Abrahami deuotionem; denique sanctitatem & sapientiam Melchisedech; præsertim verò liberalem eius caritatis affectum: hoc igitur rogat, hoc monet Ecclesia, illis verbis: *supra qua propitio ac sereno, &c.*

3. Nec verò parum referre putes si Christi sacerdotes tales non sint, quales esse oportere diximus, vt dignè Deo sacrificium offerant. Etenim dicit aliquis satis esse infinitum sacrificij huius valorem, quamuis Sacerdos malus sit. Nihil enim de Sacrificio detrahit malitia sacerdotis. fateor nihil detrahit: sed magna tamen Deo irrogatur iniuria. Magnum ipsimet Dei ministris infertur damnum: vnde etiam fit vt quantum ex hac parte est aliquid sit in hoc sacrificio quod Deo displiceat. quod hoc exemplo facilè intelliges.

Multum interesse vt Sacerdos sacrificans sit bonus.

4. Exemplum.

Si mittat aliquis ad Regem aliquem munus, eximium illud quidem, & regali dignum conspectu: transmittat tamen per seruum aliquem altero claudicantem pede, laceris ac fordidis indutum vestibus, vultu squalido, indecora facie, immundis deniq; manibus. An non ille Rex meritò mittenti irascetur? an non meritò exostularet cum illo, & vlcisci iniuriam pararet, quod munus quamuis dignissimum, & per se acceptissimum per tam ineptum seruum direxisset? Tale quid si hic accidere cogitaueris dum augustissimum hoc, gratissimumq; Deo sacrificium per malos Sacerdotes offertur, facilè intelliges quantà isti Deo iniuriam irrogét, & quantū ex hac parte Deo istorum displiceat oblatio; sic pia mater Ecclesia de D F I gloria, & filiorum salute sollicita, optat vt hoc sacrificium omni ex parte Deo quam acceptissimū sit. Hoc duplex ministrorum genus, quorum alterum bonum, alterum malum est, significatur per Angelum, & coruum Elæ, 3. Reg. 17. 6. & 19. 6. etenim tam ille, quam iste panem detulit Eliæ quidem verum, & qui nutriet, delectaret, & vires adderet: ita etiã vterque sacræ Eucharistiæ minister siue bonus, siue malus, sanctum porrigit panem, qui nutriat, delectet, corroboret: vnus est tamen angelo, ob vitæ præstantiam; alter coruo similis, ob vitæ turpitudinem.

5. Cor mundam cõmunicatur.

Sed iam vniuersos complectamur qui hoc Sacramentum sumunt, quamuis sacerdotes ij non sint; mundandum esse affirmo ab ijs omnibus cor non à peccatis modo grauioribus, sed à leuibus etiam culpis: sicut solet diligenter expurgari vas, in quod pretiosum aliquid vnguentum in undendum est, sic Christi corpus sindone munda, non sine Dei consilio inuolutum est, & in sepulchro nouo positum: sicuti in vtero olim purissimæ Virginis. quæ nullo vnquam fuit temerata peccato quamuis leuissculo, formatum fuerat. vt verò id nobis clariùs ostenderet, antequam corpus suum in cibum, & sanguinem in potum traderet discipulis, nixus genibus eorum pedes lauit; nec aliter quam lotis cælestia mysteria impertijt.

A Memineris, rogo te, quicumque hæc legis, supplicij quo Deus olim Ozam affecit, 2. Reg. 6. 6. quod calcitrantibus bobus, ne arcam fortè illi in terram iactarent, protensa manu arcam detinuerat; & scriptū tamen est: *iratusque est Dominus indignatione contra Ozam, percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei.* Quid quæso hic mali egit? tenuit arcam ne caderet; an non hoc bonum fuit? neque verò id factum à Deo, quod ea nocte cum vxore diuersatus esset. Nam non calcitrantibus bobus, sed prius fuisset percussus. Neque enim immundis id licebat, Leuit. decimoquinto, nec idè percussus, quod tangere ausus esset cum Sacerdos non esset, vt innuit Iosephus libro septimo Antiquitat. etenim Leuitis id non erat prohibitum, cum arcam suis humeris illi portarent. Nec dici potest idè pœnas dedisse, quod nudam arcam contigerit, nam arca triplici velamine operiebatur, alioqui non ipse modo, etiam prius quam calcitrassent boues interfectus fuisset, verum etiam cum illo quicumque nudam arcam vidisset, quod accidit Bethsamtis; soli enim sacerdoti licebat sic arcam videre, Num. quarto, ver. vigesimo, verior causa hæc esse videtur; nam quoniam præceperat Dominus Numer. primo, 7. 10. & Deuter. trigesimoprimo, vt arca humeris Leuitarum deferretur, non verò à iumentis insipientibus, quæ arcam ab alijs oneribus discernere non poterant, proptereaque facilè fieri poterat, vt eam in terram deiicerent: idè cum temerè ac contra Dei præceptum Oza illam in plaustrum nouum imposuisset, quod trahebatur à bobus, supplicio est affectus tunc, cum accidit & manifestum factum est incommodum illud, propter quod cauerat Deus ne arca iumentis crederetur insipientibus.

C Quod tunc primùm clarè constitit, cum recalcitrantibus bobus apparuit, cum periculo Ozæ temeritas, propterea tunc defecit Dei omnipotentis ira contra Ozam, qui erat Leuita, ad quem cum fratribus spectabat suis humeris arcam deferre. cur ergò, inquires, non etiam fratres interfecti sunt? Respondent, quia plaustro ipse imposuerat fortassis. Verum incertū id, certius verò est, & quia plaustro imposuerat, & nec digno cum honore, ac reuerentia. neque cum tanta necessitate tetigisset. sic Abulenſis. Iam verò eo regridiamur, vnde discessimus; significatum est hoc nobis exemplo à mundis & puris hominibus suscipiendum esse, & portandum hoc Venerab. Sacramentum, cuius tantum figura quædam erat arca, non verò ab impuris, & fordidis hominibus, qui tanquam impura iumenta in stercore suo computrescunt: nã illi qui tantum audent scelus vindicem Dei manum citò sentient.

D Etenim sicut Manna calore solis colliqueſcebat, & contra, ad ignem positum obdureſcebat. sic enim habetur Sapient. 16. ita hic panis, hoc verum, & diuinum manna, in eo qui calore caritatis accensus & illustratus illud sumit, colliqueſcit, & quasi tenuè delicatumque fit, animumque ipsum penetrando impingat,

eumque

cumque in lacrymas, ac singultus soluit, & cælesti quadam suavitate reficit. verum è contrario si quis accedat cõcupiscentiæ igne, & amore rerum terrenarum exæstians, durefcet illud Manna intra corpus sumptum, ac sese veluti contrahet, & continebit, ne sua dona summenti distribuat, illumque aridum, & æternæ morti obnoxium relinquet.

8. Cæterùm cum omnia peccata auerfetur hoc mundissimum Sacramentum, præcipuè tamen à peccatis carnis abhorret. Cuius rei tres causas assignat D. Bernardi. tom. 2. ser. 37. Primò quia maximè hæc, corpus Christi videlicet, & carnis peccata opponuntur inter se; Deindè quia despiciatissima sunt, & contemptissima luxuriæ peccata. postremò quia præ cæteris inquinant, totumque hominem conspurcant; etenim hoc Sacramentum hominem efficit spirituales; peccatum verò luxuriæ totum illum reddit carnalè, vt meritò dicat Augu. hoc modo fieri animã totã carnè, quia corruptio prætalet naturæ; peruertit namq; infame vitium istud, rectũ, quem Deus præscripsit, rerum ordinem in homine, & quæ dominari debuit ratio, ancillatur carni, superi, videlicet, inferiori. Vide ergò quantũ inter se opponatur Christi, & luxuriæ cæno contaminata caro. Deindè vilissimum est, hoc peccati genus, & abiectissimum, quæ erat altera Bernardini causa. efficit namque hominem, ita ab hominis dignitate alienum, vt instar stercoris terræ illum faciat. Postremò non animã modo turpibus impressis phantasmatibus luxuria maculat, sed & corpus etiam; conuertit enim ipsum quodam modo, in fœdissimum, luridissimumque porcum; estque proindè cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.

9. Ad has omnes D. Bernardi causas, quartam etiam nos addere possumus. quod cũ hoc Sacramentum cæleste quoddam lumen dignè illud suscipienti afferat; è contrario luxuria mentem obtenebret, & obscurissimam veluti noctem inducat. de luxuriosis enim rectè Sophoniæ 1. 17. dicitur: *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt, & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora:* quod idè expressit non obscurè Scriptura Genes. 19. 11. dicit enim Sodomitas pessimos illos cæcitate percussos esse: *eos, qui foris erant percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.* Digna sanè retributio, vt qui interiori lumine destituti erant, etiam externa oculorum luce priuarentur, & in meridie obtenebresceret illis dies, quibus horrenda inferni nox iam iam imminebat.

10. Cuius flagelli etiam meminit Salomon, Sapient. 19. 16. *percussi sunt autem AEgyptij cæcitate: sicut illi Sodomitæ, in forib. iusti Loth. comparat enim AEgyptios cum Sodomitis. quando autem AEgyptij cæcitate sint percussi explicat hæc subnectens: cum subitaneis cooperis essent tenebris, vnusquisque transitum, id est, ingressum, ostij sui quarebant.* neque enim hoc de Sodomitis est accipiendum, vt Lyranus visus est putasse. Est enim græcè hoc loco Sapientiæ: *quoniam vnusquisque transitum portarum suarum quarebat, & Sodomitæ ingredi ianuam domus Loth, eamque tepere tentabant: licet aliter fert-*

A tiat Ribera Sophon. 1. n. 81. 82. superfluum aut videtur in nostra lectioe verbum, *essent*, vt notat Iansen. in hunc locum Sapientiæ, nec in græcis est; & eo omisso melius cum sequenti hærerent illa; *subitaneis cooperis tenebris.* Martinus DelRio ex Iosephi, Ambrosij, Chrysostomi sententia affirmat; tantum percussos Sodomitas *doporia*, qua cætera videntes ostium lothi cernere nõ valebant; quamuis ipse eam cæcitate extendat postea ad omnia ostia; cætera, inquit, videbant, ostia non videbant: alienas fores volebant perfringere. Dignum erat, vt nec suas inuenirent. sed magis credo de solo ostio Loth, id esse intelligendum. nam vt stet comparatio satis est tam Sodomitas, quam AEgyptios cæcitate percussos esse.

B Sed redeamus ad luxuriæ peccatum; ac quam execrandum sit, & ab hoc Sacramento alienũ iterum ostendamus. Hiero. c. 5. 8. sic de luxuriosis ait: *equi amatores, & emissarij facti sunt vnusquisque ad uxorem proximi sui hincibat.* Sapienter quidem, ac verè similes sunt carnis appetitus equis, qui nullo freno cohibiti, sed sibi ipsis relicti, deiecto etiam interdum in terram Domino huc illuc cæstro quodam agitati feruntur, ferocitate incredibili. Tales sunt indomitæ libidinis affectus: proinde nos admonuit Ecclesiasticus cap. decimo octauo, versic. trigesimo. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. si præstes anima tue concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Quid ergò indignius vel dici vel cogitari potest, quam cælestem panem impotentibus, & immanibus equis porrigere? Atqui hoc est, quod ij faciunt, qui nulla habita ratione diuinissimi Sacramenti, similes equis, fœdissimis carnis voluptatibus mancipati cum sint ad cælestem panem sumendum non timent accedere. Quantò satius illis esset si saniore consilio vsi pristinam vitam horrerent, & malefacta per pœnitentiam deleterent: atque ita ex Vener. Eucharistia remedium peterent ad effrenem appetitum in officio continendum. Etenim sicut nullum potentiùs remedium esse solet ad domandum equum nimia ferocitate exultantem, quam si frenum in os eius immitas: ita nullum est efficacius medicamentum ad comprimendos ferocietates animi nostri appetitus, vel contra effrenatam eorum vim, quam si quis dignè ore admoto accipiat sanctissimum hoc Sacramentum; erit enim illi tamquam frenum aptissimum ad eorum motuum ferociam cohibendam:

Si Achimelech panem propositionis Dauidi, eiusque socijs præbere noluit nisi prius intelligeret: *si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus,* quanto quæso magis panis cælestis & diuinus, cuius erat ille propositionis figura, impuris, atque immundis hominibus porrigendum non est: Audiât Sacerdos ab eo; qui ad hanc mensam accedere cogitat, prius quam sanctificatum panem porrigat; id quod de Dauide didicit Achimelech: *equidem si de mulieribus agitur: continuimus nos ab heri, & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puero-rum sancta.*

Sed quomodo inquires, mundus esse poterò, vt aliquo modo dignè ad hanc mensam

II. Luxuria peccatum quam execrandam.

12.

13.

*Mundities
debita quo-
modo acqui-
renda.*

veniam? Docet hoc D. Bernardinus, eo, inquit, modo, quo lineum pannum abluis, simili etiam modo conscientiam tuam purgare poteris. Fit enim tribus rebus lineus pannus candidus, lotionem, torsione, exsiccatione. & primum quidem ad lotionem necessaria est aqua; deinde cum aqua sapone utimur ad tollendas panni maculas. Tertio manus adhibemus ad lintei partes comprimendas & confricandas. Denique lotricum fuste pannum verberamus, & tundimus. Per intorsionem vero immundum humorem extrahimus. postremo ut exsiccentur ad solem ipsum pannum expandimus. similibus his rebus candidus, nitidusque fit animus, & scelerum maculae tolluntur. Nam quo ad lotionem attinet loco aquae sunt lacrymae; locum saponis Confessio tenet ad delendas peccatorum maculas; opera quibus satisfacimus, manus ipsae sunt. Postremo tanquam fullonicus fustis poenitentia est, qua caro tunditur & verberatur: Torsionem vero exercemus quoties arcas, crumenas excutimus, & veluti torquentes, extrahimus ex illis quidquid alienum est; & dominis restituiamus, quod nostrum non est. Tandem quasi exsiccamus conscientias nostras, & solaribus quodam modo radijs exponimus, cum Dei in nos amorem expendentem, amorem noxium rerum mundanarum a nobis penitus excludimus, solius Dei, caelestiumque rerum caritate feruentes.

14.

Sic mundi igitur ad hoc Sacramentum accedamus, ne nobis illud Hier. cap. 51. 35. iure obijciatur a Christo Domino: *caro mea super Babylonem, & sanguis meus super habitores Chaldaea.* Etenim qui indignè carnem Christi manducat, & bibit eius sanguinem, iudicium sibi manducat & bibit, atque adeo haec caro, & hic sanguis mortem illi afferet. Nullus ergo huc Babylonis civis, nullus Chaldaea habitator accedat, nisi sanguinem hunc, & carnem hanc contra se esse experiri velit: Etenim si, ut Paulus ait ad Hebraeos 10. 28. *irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est; & spiritui gratia contumeliam fecerit?* Is certe qui carnem hanc, & sanguinem hunc impuris labijs attingere non timet, magnam irrogat Christo iniuriam, quia non maiorem vim ad sanctificandum illam habere, putare se declarat, quam aliorum animalium carnem, & sanguinem; cum tamen sanguis hic, sanguis sit testamenti, quo videlicet foedus inter Deum, & homines percussum est, quo promissio aeternae hereditatis confirmata est: propterea enim Christus *Novi testamenti mediator* esse dicitur: sanguis, inquam, iste, ille est, in quo nostrum quilibet sanctificatus est, hoc est, tanto melior est omni sanguine, ut homines sanctificare possit, & cui solum debeamus, ut remissionem peccatorum, & sanctificationem consequuti simus. quantae igitur ingratitude est, ita paruipendere sanguinem Christi, & immundum ducere, vel certe nihil ab aliorum sanguine differre, existimare? An non est hoc spiritui gratiae con-

A tumeliam facere? An non iste, cui tu tantam facis iniuriam, Deus ille est, quem tu sumis? An non ille est, qui terram immensa aquarum vi perdidit uniuersam? an non ille est, qui igne, ac sulphure de caelo misso, Sodomam, & reliquas infames ciuitates absumpsit? nunquid non ille est, qui Pharaonem, eiusque copias demersit? denique non est ille hic, quem tu tam multis peccatorum fordibus pollutus & contaminatus per summum scelus accipere non erubescis, non horres, non inquam hic est ille, qui futurus est iudex ad extremum Iudicij diem? *Intelligite hac, qui obtuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat, Plal. 49. 22. An non erit tunc caro eius super Babylonem, & sanguis eius super habitatores Chaldaea?*

B Legimus Iudic. decimonoſo, Leuitam quendam Ephraimitam venisse cum coniuge Gabaan, quae ciuitas ad Benjamin tribum pertinebat. porro Gabaonitae prodigiosa in illos exarsere libidine; quam adeo monstrosè, ac impotenter, tantoque cum furore in uxorem Leuitae exercuerunt, ut mortua non multo post conciderit. Leuita domum reuersus cadauer coniugis in duodecim partes disceuit, & ad duodecim tribus transmisit: tantum vero potuere haec velut sanguinolentae litterae, ut ad tanti sceleris vindictam excitarent reliquas undecim tribus. Ita factum est ut ad 25100. hominum de tribu Benjamin breui deleta sint. Quid igitur putabimus futurum esse Christum cum iudex aduenerit contra eos, qui carnem suam, qui sanguinem contaminauerint, ac pollutum, communem ve duxerint? Potuit caro, & sanguis vnus mulierculae, ita undecim tribus mouere, ut tam multa illi hominum millia, totamque ferè tribum de medio tollerent; & non poterit multo maximas poenas repositere caro & sanguis Christi, propter istorum impuritatem sic despecta, & contaminata? erit, erit sanè caro haec contra Babylonem; erit sanguis contra Chaldaeos istos. Et haec dicta sint de puritate, qua ad hoc Sacramentum est accedendum.

15.
*Historia
Leuitae.*

C Iam vero alteram etiam praeparationem requirit Eucharistia, nimirum, ut quis omni odio vacuus ad eam veniat. Est enim hoc Sacramentum praecipue institutum, ut nos cum Christo capite, eiusque membris vniam: ideo. n. Christus ait: *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo, Ioã. 6. 57.* significat enim haec verba amoris, & vnionis coniunctionem: sicut olim dictum est de Dauid & Ionata: *anima Ionatae conglutinata est anima Dauid.* Et ut obseruat D. August. propterea in his rebus institutum est hoc Sacramentum, hoc est, sub speciebus panis, & vini; non tam panis, quam vinum, ex multis fiunt, quae ad vnum aliquid rediguntur. Ex multis namque granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit, ut vel ita moneremur quo praesertim conderet huius institutio Sacramenti.

16.
Odium exterminandum.

D Quod ostendisse mihi videtur Dauid Ps. 71. 16. cum enim praemisisset, v. 7. id quod futurum erat Messiae tempore: *oriatur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis,* mox subiicit, quasi declarans quomodo id futurum esset: *erit fir-*

17.

mamen-

mamentum in terra in summis montium. vbi Hebraicè est, *erit placenta frumenti, vel pugillus frumenti*, Chaldaicè verò, *fulcimentum frumenti*, quod veteres Hebræi, vt Genebrardus notat; de placentis tempore Melsiæ interpretantur delicatissimis, vbi que offerendis, & percipiendis, hoc est, Eucharisticis haud dubio hostijs; & panibus. Præsertim si cum alijs legamus: *erit placenta frumenti in capitibus Sacerdotum.* lege Galatinum de arcanis Cathol. verit: qui hoc ipsum intelligit de V. Euch. hostia, quam post cõsecrationem vbi venerabndi adorauerunt Dei Sacerdotes supra caput suum attollunt. Est ergò verissimum, hoc Sacramentum, vnionis symbolum.

18.

Sed præter hæc; tria sunt quæ in hoc Sacramento plurimum nobis commendant vnionem, & caritatem, simulque ostendunt quantum abhorrere is debeat ab omni odij amaritudine, & inuidiæ liuore, qui ad hanc mensam accedit. Erat enim solempne olim vt tribus rebus fœdera & amicitia iungerentur, panem, sanguine, Sacrificio: nam quoniam panem in amicitijs ineundis adhibebant propterea natum est illud prouerbium Pythagoræ tributum; panem ne frangito. Porrò de sanguine animalium fuso Deum placari solitum, fœdusque cum illo & pacem iniri sciunt, qui gentium, & Hebræorum ritus tenent. de sacrificijs verò quod per illa fœdus feriretur res est clarior, quam vt ostendi debeat. hinc sacerdotes feciales à fide, vel fœderibus fortassis vocabantur; & Virgilius: *causa, inquit, iungebant fœdera porca.* Cum ergò his tribus societates & amicitia conciliarentur, voluit Christus, vt hæc simul omnia in vnum Sacramentum coirent. Continet enim Christi carnem sub specie panis; sanguinem sub specie vini: denique totum hoc in sacrificium Deo Patri offerri voluit. Quanta igitur ingratitude, quanta inhumanitas est, eo remedio, quod sanctissimè ad vnionem cum Deo & proximo institutum est, vt ad recedendum ab eis? vti vita ad mortem? Neque enim aliud facit is, qui odio, & liuore exulceratus hanc caritatis alimoniam sumit; cum per talem edendi modum fiat, vt tanto remotior, tantoque magis alienus fiat à Deo, quâto magis longinquior est à Dei vel proximi caritate, qui sic accedit.

19.

Cauerat sic Deus olim Exo. 34. 27. *non coques hædum in lacte matris suæ.* Quorsum id? quia, nimirum, inhumanum nimis atque immane videbatur, eo medio vti, id est, lacte, ad interimendum agnum, vel hædum, quod natura instituisset ad eum alendum. Iam quanto quæso immanius, & crudelius erit eo vti medio ad incurrendum Dei inimicitias, & ad incidendum in æternam mortem & exitium, quod sapienter, nec sine immensa caritatis significatione decretum, factumque est ad perfectam cum Deo coniunctionem, ad vitam, ad salutem?

20.

Similes sanè hos Iudæ proditori tu si dixeris, næ tu sapienter, verissimeque senseris. De Iuda namque Io. 6. 71. dictum à Domino est: *Non ego vos duodecim elegi; Et ex vobis vnus Diabolus est.* Quemadmodum enim qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo; ita qui adhæret Diabolo vnus spiritus est cum eo; quod tunc fit, cum quis odij furijs agitatus ad hoc Sacramen-

A tum, vt Iudas proditor, accedit. Tunc enim nõ vnus spiritus fit cū Deo, qui sic Christi sacramentum accipit, sed cum Diabolo; quod exemplo Iudæ insinuatum est, de quo sic testatur Io. c. 13. 27. *& post burcellam introiit in eum Satanas.* Vide igitur iterum atque iterum, rogo, Christiane, ne similis Iudæ odio ardens, & inuidiæ liuore inflammatus huic mensæ vnionis, & caritatis absideas, ne factus vnus cum Diabolo spiritus hinc recedas; & abutaris eo medio, quod datum est, vt Deus quoddam modo sis, ad hoc vt in diabolum euadas.

21.

Time ne easdem pœnas luas, quas propterea dedit Iudas, quia contra vnionis symbolum tam impudenter peccauit: *suspensus*, enim, *crepuit medius, & dispersa sunt viscera eius.* dignum sanè sceleri supplicium, nam quia contra vnionem peccauit, diuisus est ipse: hanc siquidem pœnam non custodientibus fœdus imprecabantur, qui fœdus inibant, vt quemadmodum porcam, vel aliud animal dissecabant in partes, ita dissecarentur, qui pactum non seruarent. hinc Ierem. 34. 18. *& dabo viros, qui præuaticantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, id est, sicut vitulum &c. & transferunt inter diuisiones vituli, id est, quasi dicentes ita secemur si fœdus violabimus.*

DIGRESSIO IX.

MORALIS.

C Enumerantur alij modi, quibus præparare se debent, qui cœlestem panem sumpturi sunt.

D Paulus I. Corin. II. 28. 29. quatuor postulat, vt quis se dignè ad hoc V. Sacramentum præparet. Primum stabilem, firmamque fidem, qua dijudicet, ac discernat corpus Domini, nimirum, viuum, cœlestem, & diuinum panem à communi, & profano. hoc verò præstabit communicaturus si intelligat sub speciebus panis & vini post cõsecrationis verba, non amplius vulgaris panis, sed solam corporis, & sanguinis Christi substantiam contineri; si firmissime credat sub eisdem accidentibus panis, & vini Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum atque hominem totum verè, realiter, ac substantialiter sumi: corpus quidem eius sub specie panis, & sanguinem sub vini specie ex vi verborum, ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantia, qua partes Christi Domini, qui iam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypostaticam vnionem. Quapropter verissimum est tantundem sub alterutra specie, atque sub vtraque contineri: totus enim & integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte; totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit. Vt Tridentini Patres sanctissimè definiunt scs. 13. c. 3.

Hanc sanè fidem habent, qui oculos gestant

i.
Fides necessaria communicanti qua.

columbarum, quæ resident iuxta fluentia scripturarû. harum enim oculi rectè cum fide cõueniunt, quæ ex auditu est. Hoc autem vt intelligas, obseruandum est: olim cõsueuisse venerandos illos Ecclesiæ Antistites, sanctissimam hostiam recondere intra auream, vel certè argenteam columbam, quæ ex alto loco altari imminebat; Has porrò columbas *Eucharisticas* vocabant, quarum meminit Basilius epistola ad Cæsariam, Telle Groppero lib. 1. de Euchar. cap. 17. vide item septimam synodum Nicænâ in actione quinta, vbi mentio fit columbarum aurearum, vel argentearum, quæ supra sacros fontes suspendebantur. Quod idè credibile est veteres in asseruanda V. Eucharistia fecisse, non solum vt intelligeret, qui communicaturus accederet, quod sicut Dei verbum, quo die hominem induit in purissimo Virginis vtero, non sine obumbratione Spiritus sancti intra viscera Beatissimæ Virginis illapsi, carnem sumpsit: Ita à communicante magnis precibus rogandum esse Deum, vt sibi Spiritum sanctum suum largiatur, quo dignè possit Christum intra se sumere sub speciebus panis, & vini: venit enim tunc Christus ad communicantem, vt per gratiam & caritatem vnum cum illo fiat, sicut tunc venit in vterum Virginis, vt se carni vniret.

Sed potissimum columbis illis aureis, vel argenteis declarabant sanctissimi homines, quibus cõditionibus instructus esse debet, qui sumere Christi corpus dignè desiderat. Has porrò conditiones ex columba desumi posse non ignorabât. amat enim illa riuos aquarum, quia in illis obseruat perspicacibus oculis præteruolantis milui vmbra; caret etiã felle; oculos habet simplices, & puros; potissimum verò cum vel comedit, vel bibit, subindè oculos in cœlum tollit; ita qui panem hunc sumpturus accedit, non modo peccatum ipsum vitet necesse est; verùm etiã speciem ipsam, & vmbra peccati, omniq̃ eius suspitione vacet oportet: *ab omni specie mala*, inquit Apost. 1. Thess. c. 5. 22. *abstinate vos*: deindè omni felle amaritudinis, & obligatione peccati, omni odij, & inuidiæ liuore careat. Inprimis verò habeat oportet columbæ, vt paulò antè dicebam, oculos, nimirum, simplices, non autem qui subtiliter scrutentur secreta diuina, sed qui simplici ac sincera fide cœlestia mysteria debita cum animi submissione, & gratiarum actione contempletur, amplectatur, & altissimis cordis medullis inferat.

Hic verò animaduertendum est, quod cum Noë ex arca columbam demisit, illaq̃ reuersa esset ore viridem præferens ramum oliuæ, statim intellexit Noë diluuij aquas cessasse iam. Rogat Ambrosius quomodo cognouerit Sanctus Noë, quod defecisset aqua redeunte columba cum oliuæ ramo? an non poterat columba ramum tollere oliuæ sub aqua demersæ? Respondet verò: quia non est huiusmodi columba, vt possit fructus latentes sub aqua eruere: neque enim columba mergit caput, neq; intra aquarum profunda oculos immitit. Tales ergo sint communicantium oculi, qui non se intra mysteriorum profunda inge-

A rant, & rimentur, & curiosius Dei Maiestatem, vel secreta scrutentur diuina. Talibus ergò oculis cõtenti simus, & quoties hunc panem edimus, vel hunc sanguinem bibimus, si se variæ offerant difficultates, & implexæ quæstiones, oculos instar columbarum in cœlum atrollamus, & Dei potentiam perpendiculares fateamur, infinita posse Deum efficere, quæ nos non intelligimus: Præceperat Deus olim Num. 4. 15. 20. vt Aaron & filij eius inuoluerent tabernaculum, eiusq; vasa, & diligenter operirent omnia, quo facto intrarent filij Caath, vt inuoluta portarent, nec quidquã vel scrutaretur, vel curiositate ducti viderent; nisi fortè certum sibi interitum vellent accersere. qua re tacitè significabatur, ne diuina curiosè scrutaremur, sed humili, ac deuoto pectore gestaremus potius, & crederemus, certò scientes nihil Deo difficile esse. quo etiã pertinet præceptum illud, quod Exo. 12. habetur, iussit enim Deus; vt quod de agnò supererat igni cõbureretur: vt disceremus igni Omnipotentis Dei tradendum esse, quod nondum intelligimus in fide ambulantes, & quidquid superest obscuritatis ad Dei potentiam esse reuocandum; illa enim est, quæ instar ignis omnes dissoluit difficultates, omnesq̃ dubitationes, implicitosq; nodos disijcit, & quasi in nihilum redigit. Itemq̃ in his totam ratione facti, potentiam esse facientis.

Porrò fides hæc duo in communicantes gignit; desiderium, & reuerentiam. Desiderium expressit Zachæus suo exemplo, cum gaudens excepit Christum in domum suam: illud imitaberis si ascendens in arborem contemplationis, ibi Christi dignitatem fueris intuitus, & eius pulchritudinem admiraueris, moxq̃ exaudies tibi à Christo dici: *Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.* quod si in humilitatis vallem descendens Christum gaudens exceperis, intelliges magno tuo bono, ac summo cum gaudio: *quia hodie salus domui huic facta est.* igitur vt Chrysostr. ait hom. 60. ad Pop. Antioch. *accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes accensi, omnes feruentes, & excitati.* Nam si Iudæi stantes, & calceamenta in pedibus habentes, & batulos manibus gestantes agnum cum festinatione comedebant, te multo magis oportet esse solertem. Et paulò post, *non videtis quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? Accedamus cum tanta nos alacritate ad hanc mensam: quin inmodè cum longè maiori trahamus, tanquam infantes lactanei Spiritus gratiam, & vnus sit nobis dolor hac esca priuari; cui non dissimilia habet Damasc. l. 4. Orthod. fid. c. 14. *accedamus desiderio ardenti manus in crucis modum formantes Crucifixi corpus suscipiamus, & apponentes oculos, & labia, & frontem, diuinum carbonem concipiamus; vt ignis in nobis insiti desiderij, assumpta ea, qua ex carbone oritur inflammatione, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis inardescamus, & desicemur.* Carbonem vidit Isaias, carbo autem non simplex lignum est, sed vnitum igni; sic panis communionis non panis simplex est, sed vnitum Diuinitati. Sic ille. *latetur sanè Israel in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in rege suo.* Psalmo centesimo quadragesimo nono.*

3.

4.

Communicantium oculi similes oculis columbarum sunt.

5. Fides in communionem que gignit.

quare si sic ad hanc mensam progressus fueris, hoc est, cum tãto animi desiderio, & alacritate, dicitur tibi illud Iaiã duodecimo. *Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sãdus Israel*, & experieris profectò tibi euenire illud quod D. Monica non raro accidebat, vt præ dulcore panis cœlestis, quem de Sacerdotis manibus sumebat, vix continere se posset, quin exultaret, cum esset in aerem à terra sublata, ac diceret: *cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*: sic enim interrogata, cur tantopere exultaret, respondebat.

Sed præter hoc desiderium gignet etiam fides erga hoc Sacramentum timorem & reuerentiam. Quis enim non horreat cum illud ab Apostolo dictum audit; rerum esse corporis, & sanguinis Domini, non secus ac fuit Iudas proditor (sic enim Theodoretus locum hunc exponit) si indignè cœlestem panem accipiat? Quis non maximè reuereatur Christi corpus, sanguinem, Animam, Deitatem denique ipsam sub his occultam speciebus? Tu ergo vt ait Origenes homilia 5. in diuersos Euang. locos, *humilians te ipsum imitare Centurionem, & dicito: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum*. Quomodo verò Deus punierit quendam, qui minus honorifice de hoc est Sacramento loquutus, leges apud Bellarminum l. 3. de Euchar. c. 8.

Huc ergò, vt Cyrillus Ierosol. Catechesi 5. mylta. ait; *pronus accede adorationis in modum ac venerationis, non animo tantum, sed & corpore vener. abundus*. Sapienter ergò Cypria. in expositione Dominicæ Orationis: *splendendum esse, ait, diuinis oculis etiam in habitu corporis*. Audi quid Patres Tridentini de cultu, & adoratione huius Sacramenti sess. 13. c. 5. decreuerint; non minori videlicet, patriæ cultu dignum esse Christum sub speciebus latentem, quam si in propria specie conspiceretur. Neque enim, inquiunt, *idè minus est adorandum Sacramentum, quod fuerit à Christo Domino, vt sumatur, institutum: Nam illum eundem Deum præsentem adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei; quem Magi procedentes adorauerunt; quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse scriptura testatur*. Neque verò sòlus Christus sub speciebus, se totum sacramentum, quod oculis subijcitur, vt ex Christo & accidentibus constat, vnico patriæ actu adorandum est; sic enim semper monuit Ecclesia: *Tantum ergò Sacramentum veneremur cernui*. Nam cum vnum sit Sacramentum ex Christo, & speciebus conflatum, procul dubio vno quoque actu adorandum erit, quo tamen Christus primo & per se adoratur, coadorantur verò species, vt quid cum eo coniunctum, & vnitum, & tanquam vnum cum illo componentes. Illustrari id potest exemplo Imperatoris, quem cum veste ipsa imperatoria, qua fulget, veneramur, cum tamè maior sit adhuc specièrũ cõiunctio cum Christo. Immò verò quamuis adorandi intentio priùs in imperatorem feratur, potest tamen externis præsertim actus venerationis tendere immediatius in res, imperatori cõiunctas: sicut videre est cum eius venerabundi exosculamur vestem.

A. Quare cum tanta debeatur huic Sacramento interna, externa veneratio, tantus vndique cultus, declarauit Tridentina Synodus loc. cit. cap. 5. *piè & religiosè admodum in Dei Ecclesiã in ductum fuisse hunc morem, vt singulis annis peculiari quodam, & festo die præcelsum hoc, & Venerabile Sacramentum singulari veneratione, ac solemnitate celebraretur, vtque in processionibus reuerenter, & honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur &c.*

Quod autem hoc festum quo solemniter circumfertur Christi corpus, rectè institutum sit, tribus rationibus declarare videntur iidem Tridentini Patres eodem loco. Prima est, ad ostendendum gratum animum erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili, & planè diuino beneficio, cuius rei præcelsisse videtur figura 2. Reg. 6. in Dauide ludente coram arca Domini, cum illam populus honorificè circumferret. Secunda ratio: quia sic repræsentatur expressius triumphus, & mortis Christi victoria cõtra infernum, mortem & peccatum. Tertia: quia sic oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæresi triumphu agere; vt eius aduersarij in cõspectu tãti splendoris, & in tãta vniuersã Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant. Ad has tres rationes quartam addere possumus, vt ostendamus Christum crucifixum nostram esse Gloriam, idque palam in ipsa luce, atque omnium oculis; vt intelligant quotquot sunt in orbe terrarum gentes, pro eo, qui sub his speciebus manet occultus, promptos, paratosque nos esse cum eius fauore vitam, sanguinemque profunderè. Arque hæc dicta sint de fide, quam Apostolum à communicante poscere diximus.

Postulat secundò probationem. *probet, inquit, se ipsum homo, & de pane illo edat*. 1. Cor. 11. 28. Monet nos Paulus probare nos ipsos, hoc est, diligenter nostram discutere cõscientiam, num mortifero alicui peccato sit obnoxia; quod si deprehendat, doleat ac pœnitentiam agat. Eodem sentu intelligendum illud quod mox subtexit Apostolus. *Quod si nosmetipsos diiudicemus, id est, per cõscientiæ examè reos ageremus, non vti que iudicemur, id est, damnemur à Domino*. Vbi Theophylactus sic scribit: *non alium, inquit Apostolus, tibi iudicem attribuo, verum te ipsum tibi ipsi commendo. Iudica igitur & explora cõscientiam tuam, & sic accede, non quando fuerint serua, sed quando purum te ipsum, ac dignum inueneris*.

Tertiò postulat Paulus his eisdem verbis pœnitentiam, hoc est, contritionem, & confessionem de peccatis coram Sacerdote factam. Nam & hoc vocabulo probationis significasse etiam Apost. Tridentini Patres sess. 13. c. 3. vnanimi consensu ita declararunt: *communicare volenti reuocandum est in memoriam Apostoli præceptũ: Probet se ipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationè necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur absque præmissa sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiã accedere debeat, quod à Christianis omnibus, etiã ab ijs sacerdotibus, quibus ex*

officio

8

9.
Festum corpus Christi cur institutum.

10.

11.

officio incubuerit celebrare, hac sancta Synodus perpetuo seruandū esse decreuit, modo non desit illi copia confessoris. Et hoc idem sancti Greg. lib. 2. Reg. c. 1. auctoritate confirmari potest; vbi declarat hæc Apost. verba: *Probet se ipsum homo &c.* & Hesychij Ierofolymit. in Leu.

12.

Quartò exigit Apostolus, vt sic probatus accedat tandem quis, & edat de pane illo, & de calice bibat. D. Bernardinus tomo secundo, ferm. 55. vt quis, inquit, *benè, & vtiliter comedat, quinque hæc necessaria sunt: Debet enim esurire prius, postea sumptum cibum dentibus mandere, mollire, conficere; alioqui integer cibus concoqui non possit.* Sequitur postea refectio quædam, ac delectatio, quam secum aduehit ipse cibus benè præmansus. Postea fit alito sensim afsimile nutrimentum. Postremò transit in alitum. hæc omnia quoque necessaria sunt, vt hoc sacrum edulium vtile nobis sit, & fructuosum. Præcedere enim debet magna quædam esuries, hoc est ardens quoddam desiderium panis huius cælestis. Deindè benè mandere illum oportet, non quidem dentibus corporis, sed sanctis animi cogitationibus; præsertim verò lactucas agrestes adhibere oportet, hoc est, Pasionis Christi, eiusque mortis miscere memoriam: hoc enim à nobis Christus postulat, dum ait: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Hoc ipsum significatum fuit Ruth. 2. 14. vbi sic Booz cum Ruth loquitur: *quando hora vespescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.* Idem tibi dictum cogita cum Christus sub modici panis specie edendus tibi porrigitur: Nimirum, buccellam hanc in acetum intingito, hoc est, amaritudine imbue passionis Christi, in illud, inquam, acetum inde buccellam hanc; quod oblatum Christi ori fuit, quod cum accepisset, dixit: *consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum.*

13. Lupi terram comedunt, si alium cibum desit.

14. Preparatio ad Euch de sumpta ex B. Virg.

Referunt auctores non omnino ignobiles: lupos, dum magna vrgentur fame, si nihil occurrat melius, terram edere, vt famem potius fallant, quam pellant. verum potiore inuento cibo terram vomere, & loco illius verum, cibum aptioremque sumere. Idem tibi faciendum cense, quoties hanc mensam adis panem sumpturus de caelo verum, vomere terram, qua te prius miserè imbueras; hoc est, desideria terrenarum rerum eijsce, & à te penitus vana mundi gaudia pelle. Hæc enim sunt, quæ passionis Christi memoriam ab homine tollunt, atque ita fiet, vt vili abiecto, cælesti, ac diuino, magna cum vtilitate, pane fruaris.

Statuam hic quosdam alios breuiore præparationis modos. vnus erit ex B. Virgine desumptus. Quatuor enim illa virtutibus conspicuam se ostendit priusquam Christum conciperet: nam purissimam se esse declarauit, & Virginitatis laude florere, cum dixit: *quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* deindè quam familiaris esset Deo, quamq; cum illo in secessu mentis suæ agere soleret; non obscure declaratum est illis verbis à D. Luca: *Et ingressus Angelus ad eam dixit &c.* Tertiò humilem fuisse indicat non tantum, quod cum laudari se ab Angelo, & perhonorificè salutari videret: *turbata est in sermone eius;* verum etiam quod

A cum in Dei Matrem esset electa, tantummodo se Ancillam Domini vocauit. Postremò incredibile flagrasse illam desiderio apparet, vt id in se Deus operaretur, quod illi per Angelum promiserat: propterea enim dixit: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* His ergo se ornet virtutibus, qui Christum sub specie panis ad se venientem excipere intra domum cordis exoptat. Primùm puritati studeat, deindè familiariter cum Deo versetur, sit præterea humilis, Postremò cælestis panis cupiditate ardeat.

B

Alterius præparationis exemplum præbuerunt nobis Christi discipuli, quo die Pascha immolandum erat. Primùm sic petierunt à Domino: *vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* Mox edocti à Christo vestigia hominis lagena ferentis aquam, sequuti sunt: deindè ad cenaculum grande stratum venerunt, ibique parauerunt Pascha. Quartò venit ad eos Christus cenaturus cum illis. Tandem hymno dicto exierunt: ita tu quoq; vt te dignè præpares ad sacram hanc mensam pete ad hoc dari tibi à Christo gratiam, eiusque opem implora. Mox sequere ductum, & instinctum Spiritus sancti, qui aptè per hominem benignum significatur; hoc enim sonat nobis hominis nomen; fert autem aquas Spiritus sanctus, dum facit te plorare peccata tua, antequam cælestem panem degustes, & præ eius desiderio gemere. Tertiò orna virtutibus cenaculum cordis tui: humilitate, patientia, castitate. Quartò veniet ad te C H R I S T V S, & cœnabit tecum, & tu ipse cum illo. Postremò memor sis gratiarum actionis; & hymni sumpto diuino Sacramento: & vide vt te purum conserues. In te enim est C H R I S T V S, dum durant species. Tene illum cum sponsa Cantorum tertio, nec dimittas, accede ad pedes eius cum lacrymis Magdalenam imitatus, suspirijs, lacrymis; orationibus. His enim ille vincitur vinculis ne recedat à nobis.

15. ab Aposto-lic.

C

Tertium se præparandi modum ex hostia ipsa mutuabimur. Est enim illa panis triticeus, candida, & absque fermento, figuræ circularis, & ardenti igne coquitur: ita Christianus, qui solus hoc pane communicare potest; cæteris nationibus præstantior est, sicut triticeus panis cæteris omnibus panibus dignior est. Absque fermento verò sit malitiæ, nam modicum fermentum totam massam corrumpit; neque id solum habeat, sed ab omni quoque peccandi occasione, & specie mali absit; sicut olim à domo ea, in qua agnus comedebatur abesse omnino fermentum debebat. Imitatur tertiò, qui communicat circularè, sphericamue figuram, vt à Deo incipiat, & per sui contemptum ad eundem redeat, omnia in maiorem eum gloriam referens. Quemadmodum verò sphaera planum, vel terram in puncto tangit, ita scire debent communicantes debere se omnibus inordinatis affectibus, & terrenis cupiditatibus vacuos esse, vt vix supra terram esse cognoscantur. Quartò ardeat caritate, qui ad hanc mensam accessurus est; est enim hoc Sacramentum caritatis symbolum.

16. Ex ipsa hostia.

17.
Ex sepulcro
Christi.

Quartum modum ex Christi sepulcro eliciemus. Fuerat sepulcrum, in quo Christi corpus conditum est, nouum, & de lapide excisum; deinde erat Sindon sacrum idem corpus inuoluens munda. Tertio: non deerat suavis aromatum odor. Denique aduolutum fuit saxum ad ostium monumenti. Eodem plane modo fit communicantis corpus nouum, ac mundum; sit deinde anima pura; vt enim propior erat Christo sindon quam lapis, ita anima intima magis est quam corpus. Tertio: adhibeantur aromata deuotionis, Pœnitentiæ, Orationis, Misericordiæ. Postremo operculi loco, diligens adsit cura & studium conseruandi se purum. olim enim vas sine operculo immundum habebatur.

18.
Ex modo
cenandi

Postremum modum prandium, vel cœna suppedabit. Pransurus namque vel cenaturus primum lauas manus; mox mensæ assides: deinde cibos intueris. Quarto sumis. Postremo quiescis sopori te tradens. Ita primum laua cōsciētiam. Secundò per humilitatem sede tuam expendens vilitatem. Tertio per fidem, tanti mysterij dignitatem attende. Quarto cum desiderio sume. Tandem quiesce, teque ipsum colligens gratias age: stans autem cum Zachæo dic Domino cum gaudio: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum.*

19.

Quoniam verò quanto magis propinquum est communicandi tempus, tanto magis ardere debet communicaturi caritas, & crescere præparandi se ardor. Ideò cum quis genibus flexis ante Christi Sacrosanctum & præcellsum Sacramentum ad sacram mensam mox accessurus astat, magna cum animi humilitate, ardenti desiderio, in gemitus & in lacrymas cū Samaritano resolutus excitet se magis, atque magis, & similem in modum oret: Domine stellæ nō sunt mundæ in conspectu tuo, columnæ cœli

Oratio com-
municandi.

A contremiscunt, alas complicant Seraphini, Baptista clamat se indignum, vt soluat corrigiam calceamentorum tuorum, Petrus vociferatur, *exi à me Domine, quia homo peccator ego sum.* Quomodo ergò ipse infelix peccator, & fordibus accedere ad te audebo? memini me aliquando pluris fecisse stercus meum volutatum, quam te; pluris fecisse meos affectus paruos, lutum meum, & sordes vitiorum meorum, quibus obediui potius, quam legi tuæ. Ecce, Domine, ego sum, ego sum ille insipiens, qui dixi: *non est Deus: ita enim vixi, ac si crederem non esse Deum.* Millies te vendidi, vt Iudas; clausi aures meas sanctissimis vocibus tuis, quibus iugiter me dulciter vocabas & attrahebas. O amator animarum sanctarum, qui pascis inter lilia, quomodo ingredieris in animam horridam spinis! Vbi est in me ferculum ex lignis libani, columnæ argenteæ, reclinatorium aureum? vbi ascensus eius purpureus? sed nihil horum in me. Sepulcrum enim foetidum, ossibus mortuorum oppletum, & atro, ac vili cinere squalidum esse me video; & nō horrebo interim ad mensam tuam accedere, & celestem panem attingere? Verum audio suauissimam vocem tuam ô Bone Iesu, qua me inuitas, sentio dicentem te mihi: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: & iterum: tu fornicatus es cum amatoribus multis, verumtamen reuertere ad me.* Video hæc & obstupesco, & interim animor, quia scriptum de te non ignoro: *hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* His igitur vocibus excitatus, ecce ego peccator accedo, vt tangam fimbriam vestimenti tui, vt sim cibus, quem desideras, accedo pauper, vt sim diues. hæc, & his maiora suggeret tibi Spiritus sanctus.

(. . .)

Hac de toto libro quarto Dilucidationum, & parte altera, quam, Deipara Virginis presidio suffulti, absoolumus sub finem anni 1609. eiusdem Virginis ope quæ restant aggrediemur ad maiorem Dei gloriam.



INDEX
SENTENTIARVM
SACRÆ SCRIP-
TURÆ.

C. V. GENESIS.

2. 2. **C**OMPLEVITQVE Deus die septimo &c. C. 1. Dig. 3.
2. 3. Et benedixit diei septimo, quia in ipsa. &c. c. 1. dig. 4.
2. 6. Fons ascendebat de terra. c. 2. theor. 2. n. 4.
3. 4. 5. Nequaquam moriemini. scit enim Deus quod in quocumque die &c. c. 6. dig. 4. n. 12.
3. 19. In sulcore vultus tui vesceris pane tuo. c. 5. Schol. n. 22.
3. 22. Ecce Adam quasi vnus ex nobis est factus. c. 8. dig. num. 5.
16. 19. Ex cunctis animantibus bina induces in arcam, vt viuant tecum. c. 1. Schol. n. 101.
18. 6. Accelera tria sata similia, commisce. c. 14. dig. 1. n. 1. & seq.
19. 11. Eos qui foris erant percusserunt cecitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. c. 21. dig. 8. n. 9.
20. 13. Hanc misericordiam facies meam, c. 5. Schol. n. 3.
21. 12. In Isaac vocabitur tibi semen. c. 4. Schol. num. 38.
21. 23. Iuxta misericordiam quam feci tibi. c. 5. Schol. n. 3.
24. 35. Dominus benedixit Domino meo valde. c. 4. Schol. n. 151.
26. 7. A vitis Geraræ. c. 7. dig. 1. n. 4.
26. 21. Appellauitq, eum inimicitias, c. 12. theor. 2. num. 4.
27. 28. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terra. c. 5. dig. 7. n. 14.
32. 10. Minor sum cunctis miserationibus tuis. c. 4. Schol. n. 26.
32. 24. Et ecce vir lactabatur cum eo vsque mane, qui cum videret. c. 1. dig. 5. n. 6.
34. 1. Egressa est autem Dinâ &c. vt videret mulieres. &c. c. 19. dig. 1. n. 4. 5.
37. 4. Nec poterant ei quidquam pacificè loqui. c. 16. Schol. n. 33.
43. 11. Deserte munera viro. c. 7. dig. 1. n. 4.
49. 4. Effusus est sicut aqua. c. 10. dig. 5. n. 8.
50. 19. Nolite metuere: num Dei resistere possumus voluntati vos cogitastis de me malum, sed Deus &c. c. 4. dig. 15. n. 3.

C. V. EXODVS.

1. 12. Obstetrices conseruabant mares. c. 1. Schol. num. 104.
2. 20. Vocate eum vt comedat panem &c. c. 5. Schol. num. 22.
3. 5. Solue calceamentum de pedibus tuis. c. 17. dig. 1. n. 2.
8. 19. Digitus Dei est hic. c. 12. Schol. n. 30.
12. 11. Calceamenta habebitis &c. c. 17. dig. 1. n. 1.
15. 9. Diuidam spolia, implebitur anima mea. c. 5. Schol. n. 50.
16. 15. &c. Ille est panis &c. colligat vnusquisque &c. feceruntq, ita &c. c. 2. dig. 2. n. 10.
22. 18. Maleficos non patieris viuere. c. 1. Schol. num. 102.
23. 4. Si occurreris boni inimici tui &c. c. 4. Schol. num. 144.

23. 22. Inimicus ero inimici tui. c. 4. Schol. n. 143. 144.
24. 16. Habitauit gloria Domini super Sinai. erat species gloria. c. 5. Schol. n. 55.
21. 23. &c. De mensa propositionis panum multa. c. 2. dig. 1.
25. 30. Et pones super mensam panes. c. 2. dig. 2.
28. 30. Pones autem in rationabili iudicij doctrinam, & veritatem, qua erunt in pectore Aaron. c. 5. dig. 5. 4.
33. 19. Ego ostendam omne bonum tibi. c. 1. Schol. 97.
40. 32. Gloria Domini impleuit. &c. c. 5. Schol. n. 55.

C. V. LEVITICVS.

2. 12. Quidquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fueris. c. 4. Schol. n. 57.
13. 2. Si effloruerit lepra. c. 7. dig. 2. n. 3.
13. 44. Quicumque maculatus fuerit lepra, & separatus est. &c. c. 7. dig. 2. n. 1.
14. 2. Hic est situs leprosi quando mundandus est, adducetur ad Sacerdotem, qui egressus &c. c. 7. Schol. n. 16.
19. 12. Non periurabis in nomine meo. c. 4. Schol. n. 118.
19. 18. Diliges amicum tuum. c. 4. Schol. n. 143. 144.
19. 12. Agrum tuum non seres diuerso semine. c. 13. theor. 1. n. 2.
24. 7. Proponebantur bi panes in mensa vt essent in monumentum. c. 2. dig. 2. n. 16.
25. 21. Dabo benedictionem. &c. c. 5. dig. 5. n. 8.

C. V. NUMERI.

10. 2. Fac tibi duas tubas argenteas. c. 5. Schol. n. 6.
18. 20. Pactum salu est sempiternum. c. 4. Schol. n. 59.
21. 31. Ego veni vt aduersarer tibi. c. 12. theor. 2. n. 4.
24. 16. Qui cadens apertos habet oculos. c. 1. dig. ref. 2. num. 7.
30. 3. Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento. c. 4. Schol. n. 120.

C. V. DEUTERONOMIUM.

4. 5. Scitis quod docuerim vos precepta, atque iustitias. c. 1. Schol. n. 85.
5. 11. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. c. 4. Schol. n. 117.
6. 13. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues. c. 4. Schol. n. 120.
15. 6. Fonerabis gentibus multum. c. 4. Schol. n. 143. 144.
18. 16. Ultra non audiam vocem Domini Dei mei. c. 1. Schol. n. 146.
18. 18. &c. Prophetam suscitabo eis. &c. c. 1. Schol. n. 160.
22. 5. Non induetur mulier veste virili. c. 11. dig. 3. n. 9.
24. 13. Benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino. c. 5. Schol. n. 3.
25. 9. 17. Et tollet calceamentum de pede eius, spuetque in faciem. c. 17. dig. 1. n. 3.
25. 19. Delebit nomen eius sub celo. c. 4. Schol. n. 143. 144.

31. 21. Ipsi me provocauerunt. &c. & irritauerunt in vanitatibus suis. c. 5. dig. 2. n. 9.
 32. 33. Venenum aspidum insanabile. cap. 6. digr. 1. num. 1.
 33. 1. Hac est benedictio, qua benedixit Moyses &c. c. 4. Schol. n. 151.
 34. 5. 6. Mortuus est ibi Moyses &c. & sepelivit eum in valle terra Moab contra Phogor. c. 10. digr. 4. n. 15.

C. V. IOSUE,

3. 15. Tempore mesis. c. 1. theor. 2. n. 3.
 4. 19. Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi. ibid.
 5. 13. Cum esset Iosue in agro vrbis Iericho. cap. 7. Schol. n. 2.
 5. 16. Solue inquit calceamentum tuum. c. 17. digr. 1. n. 2.
 15. 8. Ascenditq; per conuallem Ennom. c. 4. theor. 6. n. 14.

C. V. IVDICVM.

2. 14. Vendidit eos in manu inimicorum suorum. c. 15. Schol. n. 13.
 5. 8. Noua bella elegit Dominus &c. Clypeus, & hasta si appauerint. &c. c. 8. dig. 1. n. 9.
 12. 7. Mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. c. 2. Schol. n. 4.

C. V. RVTH.

2. 17. Inuenit hordei quasi alpha. c. 14. dig. 1. n. 4.
 4. 7. Soluebat homo calceamentum suum. c. 17. dig. 1. n. 3.

C. V. REGVM PRIMO.

1. 7. Sicq; faciebat per singulos annos. c. 11. theor. 2. n. 4.
 2. 6. Dominus mortificat, & viuificat. cap. 1. Schol. n. 102.
 2. 19. Tunicam paruam faciebat. c. 5. Schol. n. 54.
 2. 25. Si peccauerit vir in virum, placari ei poterit Deus, si autem in Dominum peccauerit vir. &c. c. 1. dig. 7. n. 3.
 4. 9. Confortamini, & estote viri. c. 7. dig. 1. n. 4.
 14. 12. Ostendemus vobis rem, id est, faciemus. cap. 1. Schol. n. 97.
 18. 9. Non rectis oculis Saul aspiciobat Dauid. cap. 5. theor. 5. n. 5. &c. 16. dig. 3. n. 10.
 20. 30. Fili mulieris virum vltro rapiantis numquid ignoro, quia diligis filium Isai. in confusionem tuam. &c. c. 4. dig. 2. n. 11.
 21. 1. Quare tu solus. &c. c. 2. Schol. n. 15.
 26. 17. Numquid non vir tu es. c. 7. dig. 1. n. 4.
 30. 4. Leuaerunt Dauid, & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacryma. c. 8. dig. 5. n. 10.

C. V. REGVM II.

6. 6. De percussione Oza. c. 21. dig. 8. n. 6.
 6. 11. Benedixit Dominus Obededon, & omnem domum eius. c. 4. Schol. n. 151.
 7. 23. Quem redemisti tibi ex Aegypto gentem, & Deum eius. c. 20. Schol. n. 18.
 12. 5. Viuit Dominus quoniam filius mortis es. cap. 5. theor. 2. n. 2.
 15. 30. Dauid ascendeat cliuam. &c. aperto capite. c. 1. theor. 1. n. 5.
 19. 22. Quid mihi & vobis filij Saruia, cur efficitur mihi hodie in Satan. c. 12. Theo. 2. n. 4.

C. V. REGVM III.

2. 2. Confortare, & esto vir fortis. c. 7. dig. 1. n. 4.
 5. 4. Non est Satan. c. 12. theor. 2. n. 4.
 6. 1. In anno quarto adificari. c. 1. Schol. n. 14.
 6. 27. Anno quarto fundata est. ibid.
 8. 11. Impleuerat gloria Domini. c. 5. Schol. n. 55.
 10. 23. Magnificatus est Rex Salomon. &c. Accommodatur hic locus Christo. cap. 4. digress. 5. n. 7.
 18. 1. Factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio. c. 16. Schol. n. 28.
 18. 21. Vsquequo claudicatis in duas partes. c. 6. dig. 2. n. 3.
 20. 40. Hoc est iudicium tuum, vt ipse decreuisti. c. 5. theor. 2. n. 2.
 21. 27. 29. Ambulaui demisso capite. & nonne vidisti humiliatum Acab. c. 5. dig. 1. n. 1.

C. V. REGVM IV.

2. Hoc caput bona ex parte explicatur. c. 10. digr. 6. n. 2.
 18. 17. Iuxta aqua ductum piscinae superioris. c. 1. dig. 1. n. 1.
 23. 10. Contaminauit quoq; Thophet. &c. per ignem Moloch. c. 4. theor. 6. n. 2. 7. 8.

C. V. PARALIPOMENON II.

7. 17. Si feceris iuxta omnia. &c. & iustitias meas; iudiciaq; seruaeris. c. 4. Schol. n. 85.
 7. 20. Et domum hanc quam sanctificaui &c. tradam eam in parabolam. &c. c. 14. Schol. n. 28.
 12. 3. Troglodyta, & Aethiopes. cap. 12. Schol. num. 72.
 13. 5. Num ignoratis quod Dominus. &c. dederit &c. in sempiternum ipsi, & filijs eius in pactum salu. c. 4. Schol. n. 57.
 26. 10. Vbi dicitur Ozias in solitudine plures effodisse cisteruas. c. 1. dig. 1. n. 6.
 26. 20. Eo quod sensisset illud plagam Domini. cap. 7. dig. 2. n. 1.

C. V. ESDRAE I.

4. 4. Factum est, vt populus terra impediret manus populi Iudae. &c. in regno Assueri in principio regni eius scripserunt accusationem. &c. c. 12. theor. 2. n. 4.

C. V. ESDRAE II.

2. 14. Aqua ductus Regis. an Salomone sic dictus. c. 1. dig. 1. n. 6.
 3. 15. Muros piscinae. &c. c. 1. dig. 1. n. 1.
 3. 16. Ad piscinam que grandi opere &c. c. 1. digr. 1. n. 1.

C. V. TOBIAE.

8. 3. Tunc Raphael Angelus apprehendit demonium, & reliquit illud in deserto superioris Aegypti. c. 2. Schol. n. 82. & theor. 3.
 12. 8. Bona est oratio cum ieiunio, & elemosyna. c. 5. digr. 3. n. 1.
 13. 2. Deducis ad inferos, & reducis. cap. 1. Schol. n. 101.

C. V. IVDITH.

10. 3. Induitq; sandalia, &c. cap. 17. Schol. num. 19. 21.

C. V.

I O B.

1. 1. Erat vir ille simplex. c. 4. Schol. n. 16.
 1. 11. Tantum in eum ne extendas manum. c. 13. theor. 1. n. 8.
 1. 12. Egressus est Satan. c. 13. theor. 2. n. 7.
 1. 15. Erruerunt Sabai. c. 12. Schol. n. 72.
 1. 21. Nudus egressus sum de utero &c. & nudus reuertar illuc. c. 12. Schol. n. 67.
 3. 1. Post hac aperuit Iob os suum. c. 4. Schol. num. 7. versus finem.
 4. 12. Porro ad me dictum est verbum absconditum c. 6. dig. 1. n. 3.
 5. 2. Paruum occidit inuidia. c. 16. dig. 2. n. 8.
 9. 25. 26. Dies mei sicut naues poma portantes. c. 10. dig. 4. n. 19.
 10. 4. Numquid oculi carnei tibi sunt? aut sicut videt homo, & tu videbis. c. 5. theor. 1. n. 4.
 10. 11. Pelle, & carnibus vestisti me. cap. 8. digress. 2. num. 12.
 12. 25. Palpabunt quasi in tenebris. &c. ca. 13. theor. 3. num. 3.
 14. 15. Vocabis me, & ego respondebo tibi operi manuum tuarum. &c. c. 13. Schol. n. 13.
 15. 6. Condemnabit te os tuum. cap. 12. Schol. num. 54.
 15. 31. Antequam dies eius impleantur peribit &c. leuetur, quasi vinea in primo flore. &c. c. 10. dig. 4. n. 2. 6. 7.
 16. 19. Terra ne operias sanguinem meum. c. 21. dig. 1. n. 6.
 17. 6. Exemplum suum coram eis. cap. 4. theor. 6. num. 6.
 18. 13. Deuoret pulchritudinem cutis eius. c. 8. digr. 2. num. 11.
 19. 20. Pelli mea consumptis caribus &c. c. 8. dig. 2. num. 12.
 19. 21. Manus Domini tetigit me. c. 10. dig. 3. n. 9.
 20. 4. Inuocabit Deum, & exaudiet eum. c. 11. Schol. num. 38.
 21. 16. Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua. &c. c. 5. dig. 4. n. 11.
 23. 4. Spiraculum Omnipotentis viuificauit me. c. 1. Schol. n. 104.
 24. 19. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. c. 4. Schol. n. 97. & c. 9. theor. 2. n. 3. 4. 5.
 28. 18. 20. &c. Trahitur autem sapientia de occultis, abscondita est ab oculis, volucres quoque caeli latet perditio. & mors. &c. c. 1. Schol. 148.
 28. 23. Deus intelligit viam eius. &c. ibid.
 28. 25. Aquas appendit in mensura. c. 19. digr. 3. n. 5.
 30. 25. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. c. 4. Schol. n. 26.
 31. 21. Si non benedixerunt mihi latera eius. cap. 4. Schol. n. 27.
 32. 18. 19. Plenus sum sermonibus &c. & venter meus &c. c. 12. Schol. n. 54.
 36. 36. Non saluat impios. c. 1. Schol. n. 104.
 38. 10. 11. Circumdedi illud terminis meis, & dixi huc vsque venies. c. 4. dig. 12. n. 5.
 39. 6. Tabernacula eius in terra saluginis. c. 8. dig. 4. n. 10.
 40. 25. Concident eum amici, diident illum negotiatores. c. 15. dig. 2. n. 4.
 40. 26. Pellis Leuathan. c. 8. dig. 2. n. 10.
 41. 4. Quis reuelabit faciem indumenti eius. cap. 14. dig. 2. n. 5.
 41. 12. Dominus autem benedixit nouissimis Iob. c. 4. Schol. n. 151.

C. V.

P S A L M I.

1. 1. In cathedra pestilentia &c. cap. 10. digr. 5. num. 6.

1. 2. 3. In lege Domini voluntas eius &c. & erit tanquam lignum &c. c. 5. dig. 5. n. 7.
 3. 4. Susceptor meus es tu, & exaltans caput meum. c. 5. dig. 1. n. 5.
 4. 3. Filij hominum. c. 7. dig. 1. n. 4.
 4. 4. Mirificauit Dominus sanctum suum. c. 4. Schol. num. 26.
 4. 6. Quis ostendet nobis bona? c. 1. Schol. n. 97.
 6. 9. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. c. 6. Schol. n. 50.
 8. 4. Opera digitorum tuorum. c. 12. Schol. n. 31.
 9. 23. Dum superbit impius incenditur pauper. c. 5. Schol. n. 3.
 17. 23. Iustitias eius non repuli a me. cap. 4. Schol. num. 85.
 21. 15. Effusus sum sicut aqua. c. 10. dig. 5. n. 8.
 23. 4. Innocens manibus & mundo corde. cap. 4. Schol. num. 30.
 23. 5. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo &c. c. 4. Schol. n. 26.
 24. 16. Quia vnicus. &c. c. 1. Schol. n. 38.
 26. 5. Nunc exaltabo caput meum. &c. c. 5. digr. 1. num. 3.
 26. 12. Ne tradideris me in animas &c. ca. 5. Schol. num. 50.
 28. 2. Qui oderunt te extulerunt caput. &c. cap. 5. dig. 1. n. 2.
 32. 15. Qui fixit sigillatim corda eorum. cap. 5. theor. 2. n. 7.
 33. 11. Diuites egerunt, & exurierunt. c. 5. dig. 7. n. 8. 9. 10. 11.
 34. 14. Quasi luxens, & contristatus. cap. 5. theor. 1. num. 5.
 36. 9. Sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram. c. 4. Schol. n. 18.
 36. 11. Mansueti autem hereditabunt terram. c. 4. Schol. n. 16.
 36. 35. Vidi impium &c. sicut cedros libani. c. 1. dig. 5. n. 13.
 38. 3. Intellexisti cogitationes meas, de longe semitam meam & funiculum meum. cap. 5. theor. 2. num. 7.
 39. 8. In capite libri scriptum est de me. c. 16. Schol. num. 5.
 40. 3. Non tradat eum in animam inimicorum eius. c. 5. Schol. n. 50.
 41. 4. 5. Fuerunt lacryma &c. dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. c. 8. digr. 8. n. 23.
 43. 25. Conglutinatus est in terra venter meus. ca. 8. dig. 4. n. 3.
 44. 2. Lingua mea calamus scriba. cap. 10. digress. 6. num. 5.
 44. 8. Propterea vnxit te Deus &c. oleo letitiae. &c. c. 16. dig. 1. n. 3. 4. 5.
 48. 6. Iniquitas calcanei mei circumdabit me. ca. 21. dig. 7. n. 5.
 50. 16. Libera me de sanguinibus. c. 4. Schol. 101.
 54. 13. Si inimicus meus maledixisset mihi, suffuissem vtique; et si is, qui oderat me &c. c. 4. Schol. num. 154.
 57. 5. Furor illius secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surda. c. 6. dig. 1. n. 1.
 59. 5. Ostendisti populo tuo dura. c. 1. Schol. n. 97.
 59. 7. Aures autem perfecisti mihi. c. 11. Schol. n. 14.
 61. 10. Veruntamen vani filij hominum. &c. in stateris, vt decipiant in idipsum. cap. 5. digress. 2. num. 7. 8.
 62. 10. Introibit in inferiora terra, tradentur &c. c. 12. Schol. n. 67.
 63. 7. Accedet homo ad cor altum. &c. c. 5. theor. 2. n. 7.
 66. 13. Iniquitatem si aspexi in corde meo. &c. c. 4. theor. 1. n. 3.
 68. 14. Tempus beneplaciti Deus. c. 16. Schol. n. 16.

70. 20. *Quantas ostendisti mihi tribulationes* cap. 1. Schol. n. 57.
71. 10. *Reges Arabum, & Saba.* c. 12. Schol. 72. 75.
71. 14. *Ex yfariis, & iniquitate redimet animas eorum.* c. 5. Schol. n. 27.
71. 16. *Erit firmamentum in terra in summis montium.* c. 21. dig. 8. n. 17.
73. 13. *Contribulasti capita draconum in aquis.* cap. 12. dig. 1. n. 4.
73. 14. *Dedisti eum escam populo Aethiopum.* cap. 12. Schol. 72. & c. 15. dig. 2. n. 4.
75. 6. *Dormierunt somnum suum, & nihil inueniunt omnes viri diuitiarum.* cap. 5. dig. 4. num. 10.
76. 6. *Scopebam spiritum meum.* c. 11. di. 2. n. 15.
77. 2. *Aperiam in parabolis os meum.* c. 4. Schol. n. 5. & c. 14. Schol. n. 25. 26. 27.
77. 37. *Conuersi sunt in arcum prauum.* c. 12. Schol. 84.
78. 12. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.* & c. c. 8. Schol. n. 56.
83. 12. *Melior est dies vna & c. super millia.* c. 5. dig. 8. n. 11.
84. 8. *Ostende nobis Domine misericordiam.* cap. 1. Schol. n. 97.
88. 13. *Aquilonem, & mare tu creasti.* cap. 12. Schol. num. 76.
93. 9. *Qui finxit oculum non consideras?* c. 5. theor. 1. num. 4.
94. 6. *Venite adoremus.* c. 1. Schol. n. 100.
102. 6. *Faciens misericordias Dominus.* cap. 4. Schol. num. 26.
102. 17. *Misericordia autem Domini.* ibid.
103. 16. *Saturabuntur ligna campi.* c. 1. Schol. n. 38.
105. 41. *Dominati sunt eorum qui oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici.* & c. cap. 4. Schol. num. 154.
106. 9. *Quia satiauit animam inanem.* ca. 5. Schol. num. 50.
108. 4. *Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi.* c. 12. theor. 1. n. 5.
108. 20. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi.* ibid.
109. 7. *De torrente in via bibet propterea exaltabit caput.* c. 5. dig. 1. n. 3.
111. 7. *In memoria aeterna erit iustus.* cap. 4. Schol. num. 26.
111. 9. *Dispersit dedit pauperibus & c.* c. 4. Schol. num. 26 & c. 5. Schol. n. 3.
121. 8. *Propter proximos meos loquebar.* & c. cap. 11. theor. 2. n. 4.
125. 5. *Qui seminant in lacrymis in exultatione morientur.* c. 8. dig. 5. n. 18.
127. 5. *Videas bona Hierusalem.* cap. 4. Schol. num. 31.
138. 15. *Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terra.* c. 12. Schol. n. 67.
143. 4. *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut umbra praterunt.* cap. 5. dig. 2. num. 7.
144. 16. *Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal benedictione.* cap. 4. Schol. n. 151.

C. V. PROVERBIA.

7. 21. *Irretiauit eum multi sermonibus.* & c. cap. 11. dig. 1. n. 13.
7. 22. *Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam.* c. 6. theor. 3. num. 5. & cap. 11. dig. 2. num. 13.
8. 3. *Beati qui custodiunt vias meas.* cap. 1. Schol. num. 148.
8. 9. *Aperientur labia mea vt recta predicent.* c. 4. Schol. n. 5.

8. 30. 31. *Cum eo eram cuncta componeus & c. ludens coram eo & c. ludens in orbe & c.* c. 15. dig. vnic. n. 1.
9. 1. *Sapientia adificauit sibi domum, excidit columnas septem.* & c. c. 13. dig. vnic. n. 4.
10. 2. *Iustitia liberabit a morte.* c. 4. Schol. n. 26.
10. 25. *Quasi tempestas non erit impius.* c. 10. dig. 4. num. 3.
11. 22. *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulcra,* & c. c. 11. dig. 2. n. 10.
13. 11. *Substantia festinata minuetur.* cap. 5. dig. 2. num. 7.
14. 30. *Vita carniū sanitas cordū; putredo ossium, inuidia.* c. 16. dig. 3. n. 7.
16. 33. *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.* c. 8. Schol. n. 56.
19. 17. *Feneratur Domino. qui miseretur pauperis & necessitudinem.* & c. c. 4. Schol. n. 27.
20. 27. *Lucerna Domini spiraculum hominis, quae inuestigat omnia secreta ventris.* cap. 5. theor. 2. num. 4. 5.
21. 14. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu.* & c. c. 19. dig. 3. n. 3.
23. 3. *Ne desideres de cibo eius in quo est panis mendacij.* c. 8. dig. 5. n. 3.
23. 6. *Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres.* & c. c. 16. dig. 3. n. 10.
23. 23. *Veritatem time, & noli vendere sapientiam.* c. 15. Schol. n. 14.
27. 7. *Anima saturata calcabit fauam.* c. 21. dig. 7. num. 10.
27. 21. *Probatio argenti & auri, vir autem probatur per os laudantium eum.* & cetera. cap. 12. dig. 2. n. 1.
30. 10. *Tria sunt insaturabilia infernus, & os vulua.* & c. c. 12. Schol. n. 67.
30. 15. *Sanguisuga dua sunt filia dicentes affer, affer.* c. 18. Schol. n. 14.
31. 9. *Aperi os tuum, decerne quod iustum est.* cap. 4. Schol. n. 5.

C. V. ECCLESIASTES.

1. 2. *Vanitas vanitatum.* & c. c. 5. dig. 2. n. 6.
2. 2. *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperet.* c. 8. dig. 5. n. 4.
7. 5. *Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi latitia.* c. 8. dig. 5. n. 4.
7. 18. *Ne impiè agas multum.* & c. ne moriaris in tempore non tuo. c. 10. dig. 4. n. 3.
12. 11. *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi & c.* c. 10. dig. 6. n. 12.

C. V. CANTICA.

1. 3. *Oleum effusum nomen tuum.* c. 16. dig. 1. n. 8.
1. 3. *Trahe me post te.* & c. c. 21. theor. 4. n. 5.
1. 8. *Egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* c. 12. dig. 3. n. 10.
1. 15. *Ecce tu pulcra es amica mea & c. oculi tui columbarum.* c. 19. dig. 1. n. 3.
2. 3. *Sub umbra illius quem desideraueram. sedi & fructus eius dulces gutturi meo.* cap. 21. dig. 7. num. 8.
2. 4. *Ordinauit in me caritatem.* c. 11. Schol. num. 11. fin.
2. 6. *Lana eius sub capite meo.* c. 5. dig. 1. n. 5.
2. 16. *Pascitur inter lilia donec asporet dies.* cap. 15. dig. 8. n. 7.
4. 4. *Sicut currus Dauid collum tuum, & cetera. mille clypei pendunt ex ea.* & cetera. cap. 14. dig. 5. n. 0.
4. 11. *Mel & lac sub lingua eius.* cap. 10. dig. 6. num. 19.

5. 1. Veniat dilectus meus in hortum suum, & con-
cedat fructum & c. c. dig. 5. n. 16.
5. 2. Vox dilecti mei infantis, aperi mihi soror mea
& c. quia caput meum plenum & c. c. 21. digr. 1.
num. 3.
5. 4. 5. Misit manum suam per foramen & c. surre-
xi, vt aperirum & c. c. 10. dig. 3. n. 9.
5. 13. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.
c. 5. dig. 8. n. 1.
6. 10. Descendi in hortum meum, vt viderem & c. c.
6. dig. 5. n. 3.
7. 2. Venter tuus sicut acernus tritici vallatus lilijs,
remissiuè. cap. 5. dig. 8. num. 11. & cap. 12. Schol.
num. 92.
8. 5. Quæ est ista quæ ascendit & c. innixa super di-
lectum suum. c. 5. dig. 6. n. 2.
8. 6. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt
signaculum super brachium. cap. 6. digress. 5.
num. 12.

C. V. S A P I E N T I A.

3. 7. Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in aran-
dineto discurrunt c. 10. dig. 6. n. 4.
4. 3. Multigena impiorum multitudo. & c. & spu-
ria vitulamina non dabunt radices altas. ca. 10.
digr. 4. n. 6.
4. 10. 11. Placens Deo raptus est, ne malitia & c. c.
21. theor. 9. n. 2.
4. 13. Consummatus in breui expleuit tempora
multa. c. 10. dig. 4. n. 3. idem habetur Sapientia
4. ver. 7. 8. 9. 10. 19. Iustus autem si morte & c.
ibid.
5. 5. Computati sunt inter filios Dei. cap. 4. Schol.
num. 38.
6. 8. Aequaliter cura est illi de omnibus. c. 17. Sch.
num. 44.
7. 2. Coagulatus sum in sanguine & semine homi-
nis, & delectamento somni. & c. cap. 10. dig. 4.
num. 6.
7. 8. 9. Diuitias nihil esse duxi. & c. omne aurum in
comparatione illius & c. cap. 15. digress. vnica
num. 2.
8. 21. Et vt sciu quoniam aliter non possem esse con-
tinentis. & c. c. 1. Schol. n. 148.
10. 1. Hac illum, qui primus formatus est & c. cum
solus esset c. 1. digr. 3. n. 3.
10. 13. Descenditq; cum illo in foueam. & c. cap. 20.
Schol. n. 13.
6. 27. Quod enim ab igne non poterat extermina-
ri, statim ab exiguo radio & c. c. 21. digress. 6.
num. 19.
17. 4. Personas tristes illi apparentes. & c. cap. 9.
theor. 1. n. 15.
17. 13. Impotentem verè noctem, & ab infimis & c.
inferis superuenientem. & c. cap. 9. theor. 1.
num. 14.
17. 17. Vna catena tenebrarum omnes erant colliga-
ti. c. 9. theor. 1. n. 16.
19. 16. Percussi sunt Aegyptij cecitate, sicut illi in
foribus iusti; cum subitanis cooperti essent te-
nebris, vnusquisque transitum ostij sui quere-
bat. 21. digr. 8. n. 17.

C. V. E C C L E S I A S T I C V S.

6. 30. Et continens factus c. 1. Schol. n. 148.
9. 8. Omni tempore sint vestimenta tua candida,
& oleum de capite tuo non deficiat. cap. 11. dig.
1 num. 11.
9. 10. Fornicaria quasi stercus in via conculcabitur.
c. 4. Schol. n. 62.
12. 5. Da bono, & ne receperis peccatorem. cap. 4.
Schol. n. 140.

15. 5. In medio Ecclesia aperuit os eius. ca. 4. Schol.
num. 5.
18. 19. Ante iudicium para iustitiam tibi. c. 1. Schol.
num. 126.
23. 9. & c. Iurationi ne assuescat os tuum & c. c. 4.
theor. 10. n. 5. & c. eodem Schol. n. 124.
23. 38. Gloria magna est sequi Dominum. c. 4. digr.
num. 12.
26. 25. In duobus contristatum est cor meum, & in
tertio iracundia mihi aduenit. cap. 1. Schol.
num. 66.
26. 28. Due species & c. difficile exiit negotians
à negligentia. c. 21. dig. 1. n. 5.
29. 15. Conclude eleemosynam. c. 4. Schol. n. 27.
35. 17. Non despiciet Deus preces pupilli, nec vi-
duam & c. nonne lacryma vidue & cetera,
& exclamatio eius & cetera. cap. 8. digress. 5.
num. 24.
40. 1. Iugum graue & c. à die exitus de ventre ma-
tris eorum, vsque in diem sepultura in matrem
omnium. c. 12. Schol. n. 67.

C. V. I S A I A S.

1. 4. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate,
semini & c. dereliquerunt & c. cap. 1. digr. 5.
num. 8. 9.
1. 22. Vinum tuum mixtum est aqua c. 13. digr. vni.
num. 5.
2. 9. Incurauit se homo, & humiliatus est vir. c.
7. dig. 1. n. 4.
5. 10. Triginta modij sementis facient modios
tres. c. 14. dig. 1. n. 3.
5. 20. Væ qui dicitis malum bonum & cetera. pe-
nentes amarum & cetera. cap. 21. digress. 7.
num. 10.
6. 9. 10. Audite audientes, & nolite intelligere
& c. excaca cor populi huius & auris & c. c. 13.
theor. 4. fuse.
7. 3. & 36. 2. De superiori piscina. cap. 11. digress. 1.
num. 1.
8. 18. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi. & c.
vide ad Hebreos. 2. 13. inferius in hoc in-
dice.
10. 5. Væ Assur virga furoris mei, & baculus. cap. 4.
digr. 15. n. 12.
11. 3. Non secundum visionem oculorum iudicabis.
c. 5. theor. 1. n. 4.
14. 13. In cælum conscendam. & c. cap. 4. digress. 2.
num. 6.
18. 1. Væ terra & c. quæ est trans flumina Aethio-
pia. c. 12. Schol. n. 72.
18. 15. Percussimus sordus cum morte, & cum inferno
c. 1. dig. 5. n. 4.
18. 21. Pilosi saltabunt. c. 18. Schol. n. 17.
19. 14. Dominus miscuit in medio eius spiritum ver-
tiginis. c. 3. theor. 3. n. 3.
20. 2. 3. Vade & solve saccum & c. & calceamen-
ta tolle & c. sicut ambulauit & c. cap. 17. digress.
1. num. 1. idem colligitur. cap. 47. 2. apud
Isaiam.
21. 12. 13. Et vocabit Dominus exercituum in die
illa ad fletum c. 1. dig. 5. n. 12.
26. 19. Vident mortui tui & c. interfecti mei resur-
gent & c. cap. 10. digress. 3. num. 1. & cap. 21. dig.
6. n. 19. 20.
27. 1. Visitabit Dominus super Leuiathan & c. c. 13.
theor. 2. n. 9.
28. 5. In die illa erit Dominus exercituum corona
gloria. c. 4. dig. 5. n. 11.
28. 9. Qui ablactati estis à lacte, auulsi ab vberè,
tribulationem super tribulationem expectate,
spem super spem adhuc pusillum & c. c. 10. digr.
5. num. 14. 15.

29. 10. *Claudet oculos vestros Propheta. &c. c. 5. the. 1. num. 1.*
30. 33. *Preparata est enim ab heri Topheth. cap. 4. theo. 6. n. 7. 4.*
31. 3. *Aegyptus homo, & non Deus, & equi eorum caro, & non spiritus. c. 5. theor. 1. n. 2.*
35. 2. *Gloria Libani, decor carmeli. cap. 5. schol. num. 55.*
37. 29. *Ponam circulum in naribus. cap. 1. digress. 5. num. 10.*
40. 12. *Quis mensus est pupillo aquas, & caelos palmo ponderavit, qui appendit tribus digitis &c. cap. 4. schol. num. 151. & cap. 12. schol. num. 31.*
41. 18. *&c. Aperiam in supinis collibus flumina &c. ponam desertum &c. dabo in solitudinem cedrum. &c. c. 15. dig. 1. n. 11. 12.*
42. 1. *&c. Fustus exponuntur aliquot versus. cap. 3. schol. a num. 23. vsque ad 38. &c. c. 10. digress. 6. num. 4.*
43. 8. *Educ foras populum cecum, & oculos habentem &c. c. 16. n. 13.*
43. 24. *Servire me fecisti in iniquitatibus tuis. c. 10. schol. n. 18. fin.*
46. 2. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum &c. c. 4. schol. n. 10.*
49. 8. *In tempore placito exaudini te. c. 16. schol. num. 16.*
52. 3. *Gratis venundati estis, & sine argento redimini. c. 15. schol. n. 13.*
53. 2. *&c. Non est species ei, neque decor, & vidimus eum &c. c. 7. digr. 2. n. 4. 6.*
53. 4. *Quasi leprosum & percussum. &c. c. 7. digr. 2. n. 1.*
53. 6. *Posuit Dominus in eo. &c. cap. 7. digress. 2. num. 6.*
54. 11. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris. cap. 4. digress. 10. num. 2.*
54. 13. *Erunt omnes docibiles Dei. vel universos filios tuos doctos a Domino (ponam) cap. 10. theor. 2. num. 8. &c. cap. 21. schol. num. 16. 17. 18.*
55. 11. *Verbum meum non reuertetur ad me vacuū. c. 17. schol. n. 27.*
58. 8. *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. c. 5. digr. 2. n. 13.*
59. 5. *Oua aspidum ruperunt, & telas aranea texerunt. c. 6. dig. 1. n. 1.*
59. 8. *Viam pacis nescierunt, & non est iudicium &c. c. 1. schol. n. 126.*
61. 1. *&c. Spiritus Domini super me &c. cap. 15. Schol. a numero 6.*
63. 15. *Attende de caelo &c. vbi est zelus tuus & fortitudo tua. &c. tu enim Pater noster. &c. c. 5. theor. 4. n. 4.*

C. V. IEREMIAS.

1. 5. *Prius quam te formarem in utero noni te. c. 6. schol. n. 49.*
2. 10. *Transite ad insulas Cethim, & videte, in Cedar mittite &c. c. 12. dig. 4. n. 9.*
2. 24. *Onager assuetus in solitudine &c. c. 18. schol. num. 25.*
3. 16. *In diebus illis non dicent ultra, arca testamenti Domini. c. 5. dig. 5. n. 1.*
4. 2. *Iurabis, visit Dominus in veritate, & in iudicio & in iustitia. &c. c. 4. theor. 11.*
5. 8. *Equi amatores, & emissarij facti sunt, vnus quisque ad uxorem & cetera. cap. 21. digress. 8. num. 11.*
7. 31. *Topheth quae est in valle filij Ennom. cap. 4. theor. 6. n. 1. 4. 6.*

8. 19. *Et in vanitatibus alienis. c. 5. dig. 2. n. 9.*
12. 2. *Plantasti eos, & radicem &c. cap. 1. digr. 5. num. 13.*
13. 23. *Si mutare potest Aethiops pellem suam. c. 8. dig. 2. n. 10. & c. 12. schol. n. 71.*
15. 1. *Si steterit Moyses & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum &c. c. 4. dig. 14. n. 16.*
17. 9. *Prauum est cor hominis & inscrutabile. c. 5. theor. 2. n. 1.*
19. 2. *Egredere ad vallem filij Ennom quae est iuxta introitum porta fictilis. cap. 4. Theor. 6. num. 3. 4. 5.*
19. 5. *Aedificauerunt excelsa Baalim. c. 4. theor. 6. num. 2.*
23. 9. *Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus a vino. c. 5. theor. 1. n. 2.*
23. 23. *Putasne Deus e vicino ego sum. &c. c. 12. dig. 3. num. 3.*
24. 9. *Et dabo eos in vexationem. &c. & in parabolan, & in prouerbium. c. 14. schol. n. 28.*
30. 12. *Insanabilis fractura tua, & insanabilis &c. c. 1. schol. n. 25.*
31. 11. *Redemit Dominus Iacob, & eripuit eum de manu fortioris eius. c. 12. schol. n. 34.*
32. 35. *Et aedificauerunt excelsa Baal. c. 4. theor. 6. num. 2.*
34. 18. *Et dabo viros qui praeuicauerunt foedus meū, & non &c. vitulum quem conciderunt &c. c. 21. dig. 8. n. 21.*
46. 9. *Aethopia & Libyes &c. cap. 12. schol. num. 72.*
48. 10. *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. c. 4. digr. 11. n. 8.*

C. VI. THERNI.

3. 4. *Vetustam fecit pellem meam & carnem meā. c. 8. digr. 2. n. 11.*
3. 48. *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. &c. c. 8. digr. 5. n. 10.*

C. VII. BARUCH.

3. 16. *&c. Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias &c. & qua sequuntur vsque ad Vigef. ver. capite 15. digress. 1. numero 701.*

C. VIII. EZECHIEL.

1. 8. *Manus hominum sub pennis eorum in quatuor partibus. c. 16. digr. 5. n. 12. idem fere habetur Ezechiel. c. 10. 8.*
7. 19. *Animam suam non saturabunt, & ventres &c. c. 6. schol. n. 50.*
8. 14. *Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. c. 10. dig. 5. n. 3.*
13. 9. *&c. Et erit manus mea super Prophetas, qui vident vana &c. c. 12. dig. 4. n. 5.*
16. 3. 4. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhaeus &c. quando nata es, non est praecisus. &c. c. 12. theor. 2. n. 6.*
16. 24. *Ecce omnis qui dicit vulgo Prouerbum in te assumet illud dicens sicut mater. &c. cap. 14. schol. n. 20.*
16. 27. *Dabo te in animas odientium te. cap. 5. schol. num. 50.*
22. 30. *Quasius de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra. &c. c. 14. dig. 3. n. 4.*
23. 41. *Sedisti in lecto pulcherrimo. cap. 11. digress. 1. num. 9.*
24. 9. *Vacuasti sanguinum, cuius ego grandem*

- faciam pyram. c. 9. theor. 1. n. 16.
 24. 17. Corona tua circumligata sit sibi, & calceamenta & c. c. 17. dig. 1. n. 4.
 29. 3. Ecce ego ad te Pharaon. & c. cap. 1. digress. 5. num. 10.
 29. 21. Tibi dabo aperturos. c. 4. schol. n. 5.
 33. 36. & c. Filij papuli tui & c. dicunt vnus ad alterum & c. vsque ad versum. 33. ca. 13. digr. vnic. num. 19.
 37. 12. Aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris. c. 1. schol. n. 123. 124.
 40. 2. Dimisit the super montem excelsum nimis, super quem erat quasi adificium ciuitatis. c. 4. schol. n. 67.

C. V. DANIEL.

2. 35. Lapis & c. factus est mons magnus. r. 14. dig. 5. n. 3. 4. 5.
 4. 24. Peccata tua elemosynis redime. ca. 4. schol. num. 26.

C. V. OSEE.

2. 15. Dabo vi vinitotes ex eodem loco, & vallem Achor ad aperendam spem. & c. ca. 10. digress. 5. num. 13.
 2. 23. Seminabo eam mstris in terra. cap. 8. digress. 3. num. 6.
 3. 1. Audite hac sacerdotes, & attendite quia vobis iudicium est; laqueus facti est & c. & victimas declinastis. & c. & ego eruditor eorum. & c. & respondebit arrogantia Israel. cap. 10. digress. 5. numer. 7. 8. 9. 10. fere totum caput exponitur.
 7. 11. Factus est Ephraim quasi columba seducta. c. 14. dig. 3. n. 11.

C. V. IOEL.

1. 4. Residuum Erucæ comedit locusta, & residuum locustæ & c. c. 6. dig. 1. n. 4.
 3. 8. Sabais genti longinqua. c. 12. schol. n. 73.
 3. 13. Mittite falces quoniam maturauit mesis. ca. 14. dig. 3. n. 12.

C. V. AMOS.

3. 6. Si erit malum in ciuitate & c. cap. 4. digr. 15. num. 12.
 4. 4. 5. Venite ad Bethl. & c. & sacrificare de sermto laudem. c. 14. dig. 6. n. 3.
 5. 13. Prudens in tempore illo tacebit. c. 11. theor. 2. num. 4.
 6. 1. Quia opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samaria. c. 5. dig. 7. n. 16.
 6. 6. Bibentes vinum in pialis, & optimo vnguento d. uti. c. 11. dig. 1. n. 10.

C. V. IONAS.

2. 3. De ventre inferi clamaui. c. 12. schol. 67.

C. V. MICHAËAS.

3. 1. Audite principes Iacob & c. qui violenter tollis pollam desuper eis. c. 3. dig. 2. n. 12.
 7. 2. Perhit sanctus de terra. c. 4. schol. n. 26.

C. V. NAHVH.

1. 9. 10. Quid cogitatis contra Dominum: consummationem & c. quæ sicut spina. & c. c. 14. dig. 3. num. 14. 15.

C. V. HABACVC.

1. 6. Qui immolant sagene sua, & sacrificant reti suo, quia in ipsis increpata & c. cap. 5. digr. 7. num. 16.
 1. 13. 14. Mundi sunt oculi tui & c. & facies hominis quasi pisces maris & c. 14. digr. 3. n. 7.
 2. 6. 7. Vae ei qui multiplicat nō sua. vsquequo & agrauat contra se densum lutum? numquid non repente. & c. c. 16. dig. 4. n. 8.
 3. 5. Egredietur Diabolus ante pedes eius. c. 13. tbeu. 2. n. 7.

C. V. SOPHONIAS.

3. 1. Va prouocatrix, & redempta ciuitas, columba non ausiuit vocem, & non suscepit disciplinam & c. c. 14. dig. 3. n. 11.

C. V. AGGAEVS.

1. 6. Seminauistis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati. c. 5. dig. 7. n. 15.
 1. 9. Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. ibid.

C. V. ZACHARIAS.

3. 1. Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. c. 12. theor. 2. n. 4.
 3. 9. Super lapidem vnum septem oculi sunt; ecce ego calabo sculpturam eius, & c. & auferam iniquitatem & c. c. 14. dig. 5. n. 2.
 5. 1. 3. Ecce volumen volans, hac est maledictio & c. r. 1. dig. 5. n. 2.
 5. 2. & c. Dixit ad me quid tu vides & c. remissive ex Chrysofomo. c. 4. theor.
 11. 2. 3. Vlula abies, qui a cecidit cedrus, quoniam & c. vlulate quercus Basan & c. vox vlulatus Pasterum. c. 14. dig. 2. n. 8.
 12. 6. In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis. cap. 5. digress. 5. num. 6. & cap. 14. digress. 6. n. 10.
 12. 10. Effundam & c. spiritum gratia, & precutii & afficient ad me quem confixerunt: & plangent eam planctu, & c. c. 8. dig. 5. n. 11.

C. V. MALACHIAS.

3. 1. Ante faciem meam. c. 10. schol. n. 24.
 3. 2. 3. Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba sulionum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos. & c. c. 5. dig. 5. n. 5. 6.

C. V. MACHABAEORVM. II.

7. 14. Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. cap. 1. schol. n. 126.

C. V. D. MATTHAEVS.

5. 6. Esto consentiens aduersario. c. 12. theor. 2. n. 5.
 5. 32. Omnis qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mæchari, & qui dimissam duxerit adulterat. cap. 4. schol. n. 115. 16.
 6. 1. Attendite ne iustitiam vestram & c. c. 4. schol. num. 26.
 16. 23. Vade retro me Satana & cat. cap. 12. theor. 2. num. 4.
 16. 27. Filius hominis venturus est in gloria. & c. c. 4. dig. 5. n. 12.

19. 9. Nisi ob fornicationem, cap. 4. theor. 7. num. 6. 10. 11. 12.
 20. 23. Non est meum dare vobis, c. 21. theor. 3. nu. 3.
 24. 5. Multi enim venient in nomine meo, ca. 1. schol. num. 152.
 24. 23. Tunc si quis vobis dixerit, &c. cap. 1. schol. num. 135.
 24. 31. Misset angelos suos cum tuba, & voce magna, c. 1. theor. 7. n. 4. 13. 18.
 52. Parabola decem virginum indicat opera esse necessaria ad beatitudinem obtinendam, cap. 4. digr. 6. num. 4.

C. V. D. MARCVS.

3. 20. Ita vt non possent neque panem manducare, c. 5. schol. n. 22.
 10. 11. Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam, c. 4. theor. 7. num. 6.

C. V. D. LVCAS.

1. 71. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, c. 4. schol. nu. 154.
 6. 37. Nolite iudicare, &c. nolite condemnare, c. 6. schol. n. 6.
 9. 50. Qui non est aduersum vos pro vobis est, cap. 12. num. 39.
 11. 41. Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, c. 19. digr. 3. n. 2.
 16. 18. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur, c. 4. theor. 7. n. 6.
 17. 22. Desiderabitis videre ynum diem filij hominis, c. 5. digr. 8. nu. 11.
 22. 30. Vt edatis, & bibatis super mensam, &c. c. 5. digr. 8. nu. 9. 10.

C. V. D. IOANNES.

1. 16. De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, c. 21. theor. 2. n. 6.
 3. 17. 18. Non enim misit vt iudicet mundum, &c. qui non credit in eum, iam iudicatus est, c. 6. schol. num. 6.
 4. 25. Messias iam venit, c. 1. schol. nu. 1. 12.
 4. 45. Exceperunt eum Galilaei cum omnia vidissent quae, &c. c. 1. theor. 2. n. 6.
 5. 1. Qui fuerit dies ille festus de quo ibi Ioannes, c. 1. theor. 2.
 5. 17. &c. A versu 17. ad 30. hoc caput exponitur aliter quam in Scholijs, c. 1. theor. 6.
 6. 45. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, &c. c. 10. theor. 2. n. 8.
 8. 14. Testimonium meum verum est, c. 1. schol. n. 135.
 8. 15. Ego non iudico quemquam c. 1. theor. 5. n. 7.
 10. 6. Hoc prouerbum dixit eis Iesus, c. 14. sch. n. 27.
 13. 18. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, c. 21. digr. 7. nu. 5.
 16. 25. Hac in prouerbijs locutus sum vobis, c. 14. schol. num. 27.
 17. 6. Manifestaui, &c. hominibus quos dedisti mihi, c. 1. theor. 3. nu. 2.
 17. Plura loca declarantur huius capituli, c. 21. theor. 3. num. 9.

C. V. ACTA APOSTOLORVM.

1. 8. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea & Samaria, &c. cap. 17. theor. 1. numero 2. 10.
 2. 37. His auditis compuncti sunt, &c. c. 13. digr. vni. num. 8. 9. 10.

5. 36. &c. Ante hos enim dies, &c. c. schol. n. 152.
 8. 35. Aperiens autem Philippus os suum, c. 4. schol. num. 5.
 9. 16. Ego ostendam illi quanta, &c. cap. 1. schol. num. 97.
 9. 29. Loquebatur cum gentibus, & disputabat cum Graecis, c. 17. theor. 1. n. 9.
 10. 13. Surge Petre occide & manduca, cap. 10. digr. 6. nu. 18.
 10. 34. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, c. 17. theor. 1. n. 2.
 11. 2. Cum ascendisset Petrus Hierosolymam discipulabant aduersus illum, & cetera. cap. 17. theor. 1. num. 4.
 11. 19. &c. Et illi quidem dispersi fuerant, &c. erant autem ex eis viri Cyprii, cap. 17. theor. 1. numero 7.
 12. 7. Ecce Angelus Domini assistit, & lumen resulsit in habitaculo carceris.
 15. 7. Per os meum audite gentes, cap. 17. theor. 1. num. 7.
 15. 29. Vt abstineatis vos ab immolatis, &c. & fornicatione, &c. c. 11. digr. 2. n. 11.

C. V. EPISTOLA AD ROMANOS.

3. 23. Egent gloria Dei, c. 5. schol. n. 55.
 5. 2. Gloriamur in spe gloria, c. 4. digr. 5. n. 12.
 6. 19. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditia, & iniquitati, &c. cap. 4. schol. num. 29.
 7. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem: nam concupiscētiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces, c. 4. schol. nu. 84.
 8. 11. Viuificabit, & mortalia corpora vestra, cap. 1. schol. nu. 104.
 12. 8. Qui praest in sollicitudine non pigri, c. 5. schol. num. 51.
 14. 17. Non est regnum Dei esca & potus; sed iustitia gaudium, & pax in Spiritu sancto, c. 5. schol. num. 57. 58.

C. V. AD CORINTHIOS I.

2. 11. Quis hominum scit quae sunt hominis, &c. c. 5. theor. 2. n. 1.
 2. 14. Animalis homo, &c. c. 5. schol. n. 50.
 4. 3. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, c. 6. schol. n. 11.
 5. 8. Non in fermento veteri, neque in fermento malitiae, &c. sed in azymis sinceritatis, & veritatis, c. 4. schol. n. 30.
 6. 7. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis, c. 5. theor. 6. n. 4.
 6. 12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, c. 5. theor. 6. n. 2.
 6. 20. Non estis vestri, empti enim estis pretio magno c. 5. digr. 4. n. 5.
 8. 3. Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo, c. 6. schol. n. 49.
 9. 5. &c. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi sicut, &c. cap. 17. theor. 2. num. 1. vbi plures versus exponuntur huius c. 9.
 9. 9. Nunquid Deo cura est de vobis; cap. 17. schol. num. 44.
 9. 14. &c. Dominus ordinauit, &c. cap. 17. schol. num. 23.
 11. 28. 29. Probet autem seipsum homo, &c. cap. 5. theor. 2. n. 1. Postulat autem hic Apostolus quatuor, vt quis accedat ad V. Eucharisti c. 21. digr. 9. nu. 1. 10. 11. 12.
 11. 29. Iudicium sibi manducat, & bibit, &c. cap. 1. schol. n. 126. & c. 6. schol. n. 6.

12. 3. Nemo potest dicere: Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, c. 6. Schol. num. 48.
 15. 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita &c. c. 1. Schol. num. 122.
 15. 52. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba, &c. cap. 1. theor. 7. nu. 3.

C. V. AD CORINTHIOS II.

1. 17. &c. Est & non, cap. 4. Schol. nu. 126.
 3. 17. Vbi spiritus Domini, ibi libertas, cap. 4. Schol. num. 7.
 4. 7. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas, &c. cap. 4. digr. 8. nu. 6.
 5. 20. Pro Christo legatione fungimur, &c. reconciliamini Deo c. 4. Schol. nu. 35.
 7. 11. Quantam in vobis operatur sollicitudinem, c. 5. Schol. nu. 51.
 8. 7. Abundantis, &c. omni sollicitudine, c. 5. Schol. num. 51.
 8. 14. 15. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, &c. qui multum non abundavit, &c. c. 2. digr. 2. nu. 11.
 9. 9. Dispersit dedit pauperibus, iustitia, &c. cap. 4. Schol. nu. 26.

C. V. AD GALATAS.

2. 9. Iacobus & Cephas & Ioannes, &c. cap. 8. theoria 2. nu. 6.
 3. Quomodo observationes legis Mosaiica rejicias Apostolus in hac epistola, & quomodo cessavit ea lex, & quomodo per Christum liberati sumus a maledicto legis, c. 4. Schol. nu. 7.
 3. 21. Si data esset lex qua posset vivificare, c. 1. Schol. num. 104.
 5. 9. Modicum fermentum totam massam corrumpit, expurgate igitur, &c. c. 14. digr. 6. n. 3.
 5. 22. Fructus autem spiritus est caritas, &c. cap. 4. theor. 6. nu. 6.

C. V. AD EPHESIOS.

1. 3. 4. Benedixit nos in omni benedictione, &c. in caelestibus, in Christo, cap. 21. theor. 2. nu. 2. 3. 4. & theor. 3. nu. 4.
 1. 6. In qua gratificavit nos in dilecto filio suo, cap. 21. theor. 2. n. 3.
 1. 9. Secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo, c. 16. Schol. n. 16.
 1. 11. In quo etiam & nos sorte vocati sumus, c. 21. theor. 2. nu. 1. & theor. 3. n. 4.
 2. 10. Creati in Christo Iesu, in operibus bonis, cap. 21. theor. 2. nu. 3.
 2. 14. Fecit utraque unum, & medium parietem macerie solvens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis evacuans, cap. 4. theor. 5. num. 3.
 4. 9. Descendit primum in inferiores partes terra, c. 12. Schol. nu. 67.
 5. 5. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servus, &c. cap. 5. digress. 4. numero 12.
 5. 6. Nemo vos seducat inanibus verbis, cap. 5. digr. num. 5.
 5. 32. Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, c. 4. theor. 7. n. 4.
 6. 12. Non est novus colluctatio, &c. c. 2. theor. 3. n. 9.

C. V. AD THESSALONICENS. I.

4. 3. Hac est voluntas Dei sanctificatio vestra, cap. 4. Schol. nu. 29.

4. 15. Ipse Dominus in iussu & voce Archangeli, & in tuba, &c. c. 1. theor. 7. nu. 3. 7. 8. 10. 19.

C. V. AD TIMOTHEVM I.

1. 9. Lex iusto non est posita, c. 4. Schol. nu. 8.
 2. 8. Levantes puras manus sine ira, cap. 4. Schol. num. 101.
 2. 15. Salvabitur per filiorum generationem si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione, &c. c. 4. Schol. nu. 29.
 3. 2. Hospitalem, doctorem, &c. cap. 21. Schol. nu. 18.

C. V. AD TIMOTHEVM 2.

1. 9. Secundum propositum suum, & gratiam qua data est nobis in Christo Iesu, cap. 21. theor. 2. num. 3. 5.
 2. 19. Novit Dominus qui sunt eius, cap. 6. Schol. num. 49.
 2. 24. Servum Domini non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, &c. c. 4. Schol. nu. 16. & c. 21. Schol. n. 18.
 2. 25. Cum modestia corripientem eos, ne quando Deus det illis poenitentiam, cap. 13. theor. 4. numero 4.
 4. 14. Alexander Aherius multa mala offendit mihi, c. 1. Schol. n. 97.

C. V. AD TITVM.

3. 11. Cum sis proprio iudicio condemnatus, c. 1. Schol. num. 126.

C. V. AD HEBRAEOS.

1. 3. Et figura substantia eius, c. 21. Schol. nu. 5.
 2. 13. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi, cap. 21. theor. 2. n. 1. & theor. 3. n. 3. fin.
 4. 3. 4. Ingreдемur enim in requiem, &c. & quidem operibus ab institutione mundi, &c. cap. 1. digr. 4. nu. 4. 6.
 5. 7. 9. Qui in diebus carnis sua preceps, &c. & consummatus factus, &c. cap. 21. theor. 3. numero 9.
 6. 7. Terra saepe venientem super se bibens imbrem, &c. cap. 8. digr. 5. nu. 19.
 7. 18. Reprobatio quidem fit precedentis mandati, &c. c. 4. theor. 5. n. 3. 4. 5.
 9. 4. In qua vna aurea habens manna, & virga Aeron, c. 5. digr. 5. num. 1.
 9. 12. Introiit semel in sancta, c. 4. digr. 6. n. 5.
 10. 5. Hostiam, & oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi, c. 21. digr. 1. n. 7.
 10. 38. 39. Iustus ex fide vivit: quod si se subtraxerit non placebit anima mea. nos autem, &c. c. 6. digr. 2. n. 5. 8.
 11. 20. Vnde eum in parabolam accepit, ca. 14. Schol. num. 28.
 12. 14. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, c. 4. Schol. n. 29.

C. V. D. IACOBI EPISTOLA.

1. 17. Orate pro invicem ut salvemini. multum enim, &c. Elias homo erat, &c. cap. 7. digr. 1. num. 3.
 2. 18. Dices quis, tu fidem habes, &c. ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego, &c. cap. 10. digr. 5. nu. 19.
 4. 8. Emundate manus, peccatores, & purificate corda duplices animo, c. 4. Schol. nu. 30.
 5. 12. Sit sermo vester est, est. non, non, cap. 4. Schol. num. 126.

Sacra scriptura.

5. 14. 15. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesie, &c. cap. 2. Schol. nu. 4. & cap. 17. digr. 2. num. 2.*

C. V. D. PETRI I.

- 2. 1. *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum sic concupiscite, c. 13. digr. vnic. nu. 7.*
- 2. 19. *Hæc est enim gratia, &c. cat. cap. 4. Schol. numero 155.*
- 2. 21. 23. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini, &c. cap. 4. digr. 15. num. 11.*

C. V. D. PETRI 2.

- 2. 22. *Tanquam canis reuersus ad vomitum, &c. ca. 6. Schol. num. 25.*
- 3. 8. *Vnus dies, c. 1. Schol. nu. 112.*

C. V. D. IOANNIS I.

- 2. 18. *Filioli nouissima hora est, c. 1. Schol. n. 112.*
- 3. 14. *Translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres, c. 1. Schol. nu. 109. 111.*

C. V. APOCALYPSIS.

- 1. 13. *Præcinctum ad mammillas zona aurea, c. 4. digr. 5. num. 16.*

1. 13. *Habeo clauis mortis, & inferni, c. 1. Schol. nu. 102. & cap. 12. theor. 3. nu. 11.*

5. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum, cap. 4. Schol. num. 42.*

6. 8. *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi &c. cap. 7. digr. 3. num. 4. 9. 10.*

6. 9. *Vidi subtus altare animas &c. cap. 21. digr. 6. num. 21.*

9. 2. *Aperuit puteum abyssi, & ascendit, &c. cap. 9. theor. 1. nu. 14.*

10. 4. *Et cum loquuta fuissent septem tonitrua voces suas &c. cap. 10. digr. 1. nu. 8.*

12. 1. 2. *Signum magnum &c. cap. 10. digr. 5. nu. 5.*

12. 9. *Qui vocatur Diabolus, & Satanas, c. 12. theor. 2. num. 5.*

13. 10. *Hic est patientia, & fides Sanctorum, cap. 4. digr. 8. nu. 5.*

14. 15. *&c. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora ut metatur, &c. cap. 14. digr. 3. nu. 12.*

20. 1. *Habentem clauem abyssi, & catenam &c. cap. 12. theor. 3. num. 6.*

22. 1. 2. *Et ostendit mihi fluium aquæ vitæ, &c. in medio plateæ, &c. cap. 4. digr. 5. nu. 4. 5. & cap. 13. digr. vnic. nu. 16.*

INDEX

RERVM QVÆ AL-
TERA HAC PARTE DI-
LVCIDATIONVM EVANGEL.
CONTINENTVR.

A.

Abiathar, & Achimelech

AN sint idem, cap. 2. Schol. num. 16.

Adam

Vnde sic dictus, c. 15. Digr. 1. num. 3.
Cur Adam prior mortem nõ sit expertus, sed filius eius Abel, cap. 10. Digr. 4. nu. 18.

Adulatores.

Adulatores persequutorum genus sunt, cap. 12. Digr. 2. nu. 1.

Adulatores similes locustis, ibid. n. 2. 5. iniqui sunt, & nocent magis, quam qui cum odio loquuntur, num. 4. cum illis grauius egit Christus quã cum hoste, num. 5.

Adulter.

Adultero ab innocente coniuge amicè petere debitum interdum licet, cap. 4. Theor. 9. numero 5.

Adulterium.

Ius accusandi de Adulterio perscribitur quinquennio: nec requiritur monitio, vt v. g. vir adulterij reus ante accusationem moneatur, c. 4. Theor. 8. nu. 8.

Æternitas.

Æternitas omnium temporum differentiis exprimitur, cap. 1. Schol. num. 98. 99. 100. ad explicandam tamen permanentiam in æternitate vtimur præsentis tempore, num. eodem 99.

Æthiopia.

Æthiopia duplex, cap. 12. Schol. nu. 72.

Affectus.

Affectus animi prauis quam crudeles tyranni, c. 18. Schol. nu. 24.

Affectuum

Inordinatorum turba fugienda, cap. 1. Schol. num. 60.

Ambitio.

Ambitio vt puluis cauenda perfectis, initium peccati, c. 1. Schol. nu. 157.

Ambitionis remedium, ibid.

Ambitio gloriæ, fidem impedit, c. 1. Schol. nu. 154. 156.

Ambitio ignis, c. 18. Schol. num. 24. vide V. Gloria, num. 6. 7.

Amen

Quid sit, cap. 4. Schol. nu. 76.

Amor.

Amoris natura est, vt non nisi vnus esse queat, c. 5. Schol. n. 47.

Andreas

Vbi prædicauerit, cap. 8. Theor. 3. nu. 2.

Angari, & Angariare

Quid sint, cap. 4. Schol. nu. 136.

Angelus.

Angelus descendens in piscinam figura est Spiritus sancti sanantis animam per aquas Baptismi, ca. 1. Schol. num. 22.

Angeli cur discalceati, cap. 17. Digr. 1. numero 1.

Angelus

Qua altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Angelus tutelaris subinde nos de somno excitat, cap. 14. Digr. 2. num. 11.

Anima.

Anima quomodo in Scripturis sumatur, videlicet pro ventre, &c. cap. 5. Schol. nu. 50.

Animæ sanctæ, quæ se ad cælestia per contemplationem attollunt volucris similes sunt, c. 14. Digr. 5. nu. 13.

Animæ sanctæ cauere debent à vulturibus tartareis ne inuadantur, ibid. nu. 14.

Anna.

Diuæ Anna semel tantum nupsit, & vnâ tantum habuit filiam, c. 16. Theor. vnica, nu. 2.

Apostoli.

Apostoli nomen quid significet, ca. 8. Schol. num. 11.

Cur duodecim fuerint electi, ibid. nu. 12.

Apostoli duodecim quibus figuris significati fuerint tum in Veteri, tum in Nouo testamento, c. 8. Theor. 1. nu. 1. 2. 3.

Apostoli duodecim, duodecim Zodiaci signis comparantur, & duodecim columnis fulcipientibus Ecclesiam, item duodecim anni mensibus, & horis diei, sicut Euangelistæ, quatuor anni temporibus. sunt piscatores, turres, medici, cap. 8. Theor. 1. numer. 4. & Theor. 3. numero 3.

Duodecim excellentiæ Apostolorum, c. 8. Theor. 2. nu. 1.

Apostoli an præferendi D. Iosepho, & Ioanni Baptistæ remissiuè, c. 8. Theor. 2. nu. 2.

Apostolorum ordo, c. 8. Theor. 2. nu. 3. 4. 5.

Apostoli quas prouincias sint fortiti, cap. 8. Theoria 3.

in Apostolorum numerum cur Christus Iudam, quem præuiderat proditorem, allegerit, cap. 8. Theor. 4.

Apostolos pauperes, infirmos, non potentes, non sapientes, non nobiles elegit Christus, quibus conuenit illud Iudicum 5. &c. cap. 8. Digr. 1. nu. 8. 9.

Apostolis electis quatuor contulit Christus, quæ significant quatuor esse debere in electis prælatis, ibid. nu. 10.

Apostoli abstinerunt carne, & vino, c. 10. Schol. num. 37.

Apostolorum & Christi studium in cura animarum, cap. 12. Schol. nu. 4. 7.

ad Apostolos, & Martyres accommodatur parabola sinapis, cap. 14. Digress. 5. numero 7. 8. 9.

Apostoli fermento comparantur, cap. 14. Digr. 6. num. 10. 12.

Huius fermenti quanta fuerit vis ex Chrysostomo ibid. num. 12.

Apostolorum fames magna, cap. 2. Schol. num. 10. 12.

Apostoli confricantes spicas significant moraliter, quod homines aristis, & paleis voluptatum, &cæt. exutos, in Christi cibum præparant. sic faciant boni operarij, ibid. eodem numero 10.

Apostoli Prophetis similes, cap. 4. Schol. numero 52.

Apostoli quomodo sal terræ, ibid. nu. 53.

Apostoli lux sunt, & lucerna, Christus propriè sol, ibid. nu. 64.

Apostoli cur dicti sint sal terræ, lux mundi, ibid. num. 69.

Apostoli ciuitas in monte, lux in candelabro, ibid. num. 66. 67.

Apostoli Sapphis comparantur, cap. 4. Digr. 10. num. 1.

Apostolos cur prohibuerit Christus ad gentes ire, & illis concionari, cap. 17. Schol. num. 11. & quomodo id sit intelligendum, cap. 17. Theoria 1.

Apostoli quibus calceamentis vterentur, cap. 17. Schol. nu. 19.

Apostoli quando diuisi per orbem, cap. 17. Theor. 1. num. 9.

Cur Apostolis præceptum à Christo, vt prius Hierosolymis prædicarent, quatuor rationes assignantur, c. 17. Theor. 1. nu. 10. 11.

Apostolorum obedientia, cap. 19. Schol. num. 22. fin.

Arbor.

Arbores steriles qui, vide Ver. Homo, numero 42. 43.

Quomodo arbores bonæ simus, & fructuosæ, cap. 6. Digr. 5. nu. 10. 11.

Malarum arborum tria genera, ibid. nu. 13.

Arboris viuentis signum, quod, & simul hominis habentis charitatem, ibid. nu. 14.

Arca.

Arce testamenti descriptio, & quid intra illam, cap. 5. Digr. 5. nu. 1.

Aridi.

Aridi qui, cap. 1. Schol. num. 18. & Digr. 2. num. 5. 8.

Artaba

Quæ mensura sit, cap. 2. Digr. 3. num. 13.

Arundo.

Arundinis nomine quid in Scripturis significetur ex Gregorio, cap. 10. Digr. 6. nu. 4.

Arundini qui similes ex Ambrosio, ibidem, numero 5.

Quatuor arundinis proprietates mundanis hominibus accommodantur, ibid. num. 6. vsque ad 10.

As, Assarion dupondius

Quid sint, cap. 17. Schol. numer. 43.

Assaron, vel Gomer

Quæ mensura, cap. 2. Digress. 2. num. 8. 12. 13. 14. 15.

Auaritia.

Quanta mala ex auaritia oriuntur, cap. 8. Digr. 4. num. 5.

ab Auaritia remoti sint concionatores, c. 17. Schol. num. 14.

Auaritia terra significatur, c. 18. Schol. 24.

Auarus.

Auari manum habent aridam, quæ extendenda est vt sanentur, cap. 3. Schol. nu. 12. 13.

Aures.

Aures intelligibiles quis habeat promptas ad intelligendum, c. 13. Schol. num. 15.

Auxilium.

Auxilium sufficiens nunquam negat Deus, & quomodo dicatur nolle mentem aperire, & similia. ex Diuo Thoma, cap. 13. Theor. 4. numero 5. 6.

B.

Baal, & Moloch

Idem sunt, cap. 4. Theor. 6. num. 2.

Baal absolutè positum significat Deum Tyriorum, & Sidoniorum, cap. 12. Theor. 1. nu. 6.

Baptismus.

Baptismi Sacramentum piscina significatur, cap. 1.

Schol.

Qua altera hac parte dilucidat. Euang continentur.

Schol. n. 14. & Theor. 3. n. 5. 6. ib. vide V. Angelus nu. 19.

Quod in Baptismo promissimus meminisse oportet, c. 5. Digr. 4. n. 7.

Baptizati.

Baptizati recens laetis, & mellis concordiam degustabant, c. 10. Digr. 6. 19.

D. Bartholomæus.

Eius dictum est illud: magnum esse Theologiam & minimam, & Euangelium amplum, & compendiarium, c. 8. Schol. n. 10. vbi prædicauit, ib. Theor. 3. nu. 2.

Bartholomæi constantia in tam atroci martyrio tolerando ex charitate profecta est, c. 8. Digr. 2. num. 1.

Bartholomæus passus est sibi pellem detrahi, vt Christi imaginem sibi altius imprimeret, ibid. num. 2.

In hoc imitatus est serpentis prudentiam, nu. 3. considerauit etiam angustam esse portam, idè libenter pellem deposuit, vt per arctam portam facilius intraret, nu. 4.

Animaduertit Bartholomæus induisse se Christi tunica nostræ carnis, ideo sua se exiit pelle, vt illam Christo gratus offerret, ib. nu. 5.

Voluit esse luctator, propterea ne ab hoste comprehenderetur, omnibus se vestibus exiit, hoc est, omnibus non modo bonis externis, sed se ipso etiam quodammodo nudatus est, ibid. n. 6.

Bartholomæus nobis suam pellem reliquit in hereditatem, vt tanto exemplo dimicandum nobis esse disceremus contra carnem, & sanguinem, ibid. n. 7.

Bartholomæi pellis tanquam preciosissimus thesaurus est Ecclesie Dei, & singulis valde utilis, & fructuosa, ibid. n. 8.

Bartholomæi pellis metum, & horrorem demonibus incutit, quod exemplo cuiusdam declaratur tympani, illustris viri pelle, contacti, ib. n. 9. vide Verbo Pellis, nu. 104.

Beatus.

Beatus minor, qui æqualis est Metretæ græcæ, quæ mensura fit, c. 2. Digr. 2. num. 12. & c. 14. Digr. 1. num. 6.

Beatitudines Euangelicæ.

Beatitudinis merces vna est variè significata in singulis beatitudinibus, c. 4. Schol. n. 14.

Beatitudines septem sunt, ibid. n. 40.

An Beatitudines Matthæi, & Lucæ eadem, cap. 4. Theor. 2.

Discrimen inter beatitudines, fructus, & dona Spiritus S. c. 4. Theor. 3.

Beatitudines cur sic dictæ, cap. 4. Theor. 3. numero 1. 3.

Beatitudinum præmia explicantur, ib. nu. 2.

Beatitudines adscribendę propriè sunt donis, fructus virtutibus, ib. n. 5. & Theor. 4. n. 5.

Beatitudines & fructus in solis iustis sunt, ib. eodem num.

Beatitudinum numerus, cap. 4. Theor. 4. num. 1. 2. 3. 4.

Beatitudines Citharæ comparantur octo chordis constructæ, c. 4. Theor. 4. n. 1.

Beatitudinum numerus sufficiens colligitur, ibid. num. 3.

Beatitudines quatuor Lucæ, quæ; & cur illis quatuor vñ Lucas opposuit; & quomodo hæ quatuor Lucæ sint in octo Matthæi iuxta Ambrosium, c. 8. Schol. à nu. 34.

Propriè tres sunt beatitudines Lucæ, c. 8. Digr. 3. nu. 1. cur tres sint, nu. 5.

Beatitudines posteriores, semper aliquid perfe-

ctius continent, c. 4. Theor. 4. n. 4.

Beatitudines omnes oportet habere, vt quis beatus cenleatur, 10. eod. num.

Septem beatitudinibus adaptantur septem dies creationis; c. 4. Digr. 1.

Beati. Beatitudo.

De beatorum augustissima sede, quæ est cælum empyreum, c. 4. Digr. 2.

Quatuor bona beatos maximè commendant; multitudo, varietas, concordia, lætitia, cap. 4. Digr. 5. nu. 1. 2.

Beatorum gaudium nouem, vel decem bona complectitur, ca. 4. Digr. 5. nu. 2.

Ex multitudine beatorum, & concordia diuinarum laudum concentus perpetuo erumpit, ex Augustino, c. 4. Digr. 5. n. 3.

Beatorum gaudium describit Ioannes, ibidem num. 4.

Nihil in beatitudine præstantius aspectu regis, & reginæ, quo tota illa exultat ciuitas, ibidem num. 6.

Nihil non tolerandum, vt regis Christi, & reginæ matris conspectu digni esse possimus in beatitudine, ibid. nu. 6.

Magnificientia Salomonis figura est amplitudinis Christi in beatorum domicilio, ibid. nu. 7.

Beatitudo quatuor nominibus in testamento Nouo appellatur, & cur, ib. nu. 8.

Beatis, tanquam cursoribus, cæleste debetur bruium, & vt athleticis palma, ib. nu. 9.

Beati reges sunt, & ideo illis regnum, corona; & purpura, &c. debetur, ibid. n. 10.

Tribus modis Deus gloriosos efficit beatos, ib. nu. 12. 13.

Beatitudo cur dicatur gloria, nu. 12.

Beati filij Dei, & heredes longè præstantius, quam erant in vita, ib. nu. 14.

Nihil non ferendum pro assequenda beatitudine, ex Augustino, ib. nu. 15.

Beati Christo carissimi, ex loco Apocalypsis ostenduntur, ibid. nu. 16.

Tria ad consequendam beatitudinem necessaria, cap. 4. Digr. 6. numer. 1. & Digr. 7. num. 10.

Beatitudinis desiderium plurimum iuuat, c. 4. Digr. 6. nu. 1. 2. 3.

Ad beatitudinem obtinendam opera necessaria sunt, & labor, ib. nu. 4. vsque ad finem.

Beatis erit Deus omnia, c. 4. Digr. 7. nu. 1.

Tantum bonum, quantum est beatitudo malis tolerandis assequimur, cap. 4. Digr. 7. numero 2. 6.

Beatorum domicilium Salomonis domo representantur. vnde fit vt beati similes sint lapidibus dolatis, ac perfectis, quibus cælestis illa domus ædificatur, c. 4. Digr. 7. nu. 7.

Tolerantia viam sternit ad beatitudinem, ibidem num. 9.

Beatitudinem, & gloriam æternam emere possumus, & quod eius pretium, c. 5. Digr. 4. n. 6.

In beatitudine duplex mensura cap. 5. Digr. 8. numer. 9. 10.

Beatitudine dies aspirabit æternitatis, qui non habet vesperum, c. 5. Digr. 8. n. 11.

Quomodo eadem mensurâ, vel præmij, vel supplicij correspondebit in beatitudine, vel inferno, c. 6. Schol. n. 16.

Beatorum gloria pluribus explicatur, c. 4. Digr. 5. n. 12. 13. 14. vide V. Gloria, n. 9. 10. 11. 12. Oraculum, n. 18.

Beelzebub.

Vnde sic dicitur, c. 12. Theor. 1. nu. 1. 2. 3. 4. bene nomen hoc dæmoni conuenit, ibid. n. 5.

Benedi-

Index rerum

Benedicere

Quatuor modis sumitur in scripturis, c. 4. Schol. n. 151.

Berechab

Quid Hebraicè, c. 1. Schol. n. 10.

Bethesda

Vnde sic dicatur, & quid significet, c. 1. Schol. nu. 12. 14.

Bethsaida

Vnde, & quid, c. 1. Schol. n. 13.

Bethsaida patria trium Apostolorum ubi sita, cap. 10. Schol. n. 42. & c. 19. Schol. n. 5.

Bezeta, vel Bethzean

Quid, c. 1. Schol. num. 13.

Cur Cœnopolis dicta à Iosepho ibid. eod. num. 13. & seq.

C.

Cæci, & Claudi

Quinam sint. vide Ver. Peccantium triplex genus, n. 68.

Claudi sunt Christiani mali, c. 6. Dig. 2. n. 4. 5.

Cæcitas mentis, duritia cordis, aggrauatio auriû, reprobis sensus, quid & quomodo differant, c. 13. Theor. 3. n. 1.

Excæcant hominem quatuor, ibid. n. 2.

De cæcitate mentis explicantur loca quædã Isaia, & Euangelistarum, c. 13. & Theor. 4.

Cæcitas Iudæorum duplex, c. 13. Theor. 4. n. 3.

Cæli, & Cælum empyrium.

De cælo empyrio Caietani, & Eugubini absurda sententia, c. 4. Dig. 2. n. 1. & 2.

Cælum empyrium omnino dandum esse probatur ibid. n. 3. 4. 5. 6. 7. & Dig. 3.

Patres, qui cælum sidereos beatorum domicilium constituisse videntur, quomodo intelligendi, c. 4. Dig. 2. n. 8.

De cælo empyrio Eugubini figmentum refellitur, c. 4. Dig. 3. n. 4.

Cælum Empyrium varijs figuris adumbratur, c. 4. Dig. 3. nu. 4.

Sententia Caietani de cælo Empyrio reiicitur, c. 4. Dig. 4.

Cur cælum Empyrium ad nos vsq; fulgorem suum non emittat, c. 4. Dig. 4. n. 3. 4. 5.

Item, an cælum Empyrium influat in alios, ibid. num. 8.

Perlucida cæli Empyrij facies referabitur ad extremum mundi diem ex sententia quorundam Patrum, c. 4. Dig. 4. n. 6. 7.

Item, quod cæli ex sententia, D. Petri non sint in nihilum redigendi, c. 4. Dig. 7. n. 7.

Cœnopolis

Quid Iosepho, cap. 1. Schol. n. 13. 14.

Calceamentum

Quid arcana significatione significet, c. 17. Dig. 1. sine calceamenti incidere seruorum, ibid. Digress. 1. nu. 1.

Capharnaum & Corozaim

Quantum inter se distent, c. 10. Schol. n. 42.

Caritas.

Duo caritatis præcepta, c. 1. Schol. n. 26.

Caritas sale significatur, c. 4. Dig. 9. n. 4.

Caritatis sal Ecclesiæ Prælati necessarius, c. 4. Digress. 9. n. 5. 6.

Quantæ vires caritatis sint ad patientiam, & labores perferendos, c. 4. Dig. 9. nu. 8. 9. 10.

Caritas iræ remedium exemplo circuli ex Dorotheo, c. 4. Dig. 12. n. 3.

Fraternæ caritatis retinendæ exemplum remissionis, c. 5. Schol. n. 36.

Caritas est arbor bona, cupiditas verò mala, c. 6. Schol. n. 45.

Caritatis tres effectus, c. 21. Dig. 5. n. 2. 3. 4.

Caritatis signum, & vitæ in homine quod, cap. 6. Dig. 5. n. 14. vide V. Vita num. 32.

Caro. Carnales.

Caro fallax Pseudoprophetae similis, cap. 6. Dig. 4. num. 8.

Caro domanda, c. 6. Dig. 4. n. 10. alioqui insolescet ibid. nu. 11.

Caro quomodo comprimenda more remigum, cap. 14. Dig. 5. n. 15.

Carnales homines fugiendi, c. 6. Dig. 4. n. 9.

Cenereth.

Cenereth, vel Chinereth, vel Chineroth, malè Cheneroth, c. 19. Schol. n. 1.

Centurio.

Centurionis virtutes numerantur, cap. 9. Digress. vnic.

Centuriones quatuor commendantur in scriptura noua, sed omnes superare videtur is, de quo hoc c. 9. ibid. n. 1. 2.

Centurione conueniunt, quæ Paulus ad Titum 2. habet: vt sobriè, & piè, & iustè viuamus, ibidem.

Centurio similis Baptista in humilitate, & D. Petro, & Paulo, ibid. n. 3. 4.

Centurio cur recusauerit Christum suscipere, cum Zacchæus gaudens ipsum susceperit, ibidem num. 5.

Centurionis prudentia, ibid. n. 6.

Centurionis caritas, ibid. n. 7.

Centurionem amabant serui, simul, & obediebant, & cur; quem imitari deberent principes, ibid. n. 7. 8.

Centurionis fides magna quatuor modis, ibid. n. 9. vsque ad finem.

Tentauit Christus Centurionem, vt eius in fide stabilitas appareret, n. 16.

Centurionis fides quomodo præferatur Israelitarum fidei, ibid. n. 17.

Christus.

Christus in passione opertis oculis, & velata facie, per Dauidem significatus est, cap. 5. Theor. 1. num. 5.

Christus est propitiatorium, c. 5. Dig. 5. n. 3.

Christi in hominem pietas ex Chrysolologo, cap. 5. Dig. 6. n. 5.

Christus myrrham primam experiri voluit, & stillare per passionem, & mortem, c. 5. Digress. 8. num. 4.

Christus, aliter, & aliter serui Dei myrrham primam distillarunt, c. 5. Dig. 8. n. 5.

An Christus, & Apostoli dederint sanctum canibus cum Iudæis, & peccatoribus concionati sunt, c. 6. Theor. 2.

Christi admiratio qualis, c. 9. Schol. n. 14.

Christus quibus sit petra scandali, cap. 10. Schol. num. 19.

Christi misericordia, c. 10. Dig. 3. n. 4. 5.

Christus è turba recedere solebat, vel in nauim, vel in montem, vel in desertum, cap. 4. Schol. num. 2.

Christus legislator est contra Calvinianos, cap. 4. Schol. n. 6.

Christus quomodo legem impleuerit, c. 4. Schol. n. 72. 73. & Theor. 5. eod. cap.

Christus impleueritne cõrimonialia, & iudicialia præcepta, an abrogauerit, cap. 4. Theor. 5. num. 3.

Christus nihil omnino faciebat sine consilio diuino, licet interdum se generet ac si casu faceret c. 1. Schol. n. 31. 59.

Christus per miracula aliquid faciebat, vt ostēderet fuisse vera miracula à se facta, c. 1. Sch. n. 24.

Christus

Qua altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Christus an effigiem mutaret ad piscinam, c. 1. Schol. nu. 53. 54. 55.
 Christus præbet exemplum fugiendæ gloriæ, ibid. nu. 55. 56.
 Christus optimus medicus non sanat modo, sed præscribit etiam quæ faciunt ad conseruandam sanitatem, ibid. n. 61. 63.
 Christum se Deum dicere etiam Iudæi intellexerunt. ibid. n. 76.
 de Christo trifariam loqui possumus, ib. n. 77.
 de Christo quinque colliguntur ex verbis Ioannis ibid. n. 82.
 Christus est Deus, ibid. n. 80. 91.
 Christus nequaquam discipulus Patris, ib. n. 83.
 Christus vt Dei filius, & Pater non se habent vt duæ causæ subordinatæ; & quomodo similiter operentur, ib. nu. 89. 90.
 Christus finis scripturarum, ibid. num. 149. 159. 160. Theor. 8. n. 3. 5.
 Christus nõ accepit gloriam hominum, vide Ver. Gloria, nu. 6.
 de Christo dupliciter scripsit Moyses; ibid. num. 160.
 Christus cur nihil scriptura reliquerit remissiue, ibid. 163.
 Christus an violarit Sabbatum, c. 1. Theor. 4. & c. 2. Schol. n. 20.
 De potestate iudicandi in Christo, vide V. Iudex num. 133. 134. 135. 137.
 Christi mysteria, & virtutes in scriptura præfigurantur, c. 1. Theor. 8. n. 3.
 Christus granum frumenti, c. 2. Schol. n. 2.
 Christus se regem, & Sacerdotem insinuat, cap. 2. Schol. 17. 18.
 Christus licet non fuerit obnoxius legi, illam tamen seruauit, c. 2. Schol. n. 22.
 Christi caro viuifica, c. 10. Digr. 3. n. 6.
 Christi opera, quæ, c. 10. Digr. 5. n. 16. 17. 18.
 Christi viuendi genus, non ita asperum fuit vt Ioannis, & cur, c. 10. Digr. 7. n. 9. 10.
 Christi clementia erga peccatores, cap. 11. Schol. num. 20.
 Christi aduentus regnum Dei dicitur, ca. 12. Schol. num. 27.
 Christus cur se filium hominis vocet, c. 12. Schol. n. 68. remissiue.
 Christus quomodo in sepulcro tribus diebus, & tribus noctibus, c. 12. Schol. n. 68.
 Christi victoria tres ob causas magna, cui subduntur Sanctorum omnium victoriæ, cap. 12. Theor. 3. n. 13.
 Christus seminator, c. 13. Schol. n. 7. & c. 14. Digr. 2. nu. 1. 2. neminem respuit, vbique seminat, cap. 13. Schol. nu. 9. 12. 13. cur in spinis seminet, num. 10. 11.
 Christus granum sinapis, c. 14. Schol. n. 17.
 Christus similis fermento, item V. Eucharist. c. 14. Schol. n. 21. 22.
 Christus comparatur sinapi, item lapidi paruo, qui tamen creuit, c. 14. Digr. 5. nu. 2 vsque ad 7.
 Christus, siue eius imitatio similis thesauro, c. 14. Digr. 1. à nu. 5. vsque ad 9. est absconditus, nu. 9. & quidem in agro, nu. 10. 11. quibus modis inueniatur hic thesaurus nu. 12. thesaurum hunc inuentum abscondere oportet; nu. 13. 14. thesaurum non satis inuenisse, nisi & possideas, n. 15.
 Christus margarita, vide Ver. Margarita, nu. 37.
 Christi labiorum pulchritudo, & gratia, cap. 16. Schol. n. 18.
 Christus cuius artis fuerit faber, cap. 16. Schol. num. 27.
 Christus dupliciter potuit transire per medium inimicorum, c. 16. Schol. n. 31.
 Christi vnctio qualis, c. 16. Digr. 1.

Christus tribus modus vnctus, ibid. nu. 3.
 Christus an nudis pedibus inceserit, c. 17. Schol. nu. 20.
 Christi indumenta tria, c. 17. Schol. nu. 18. fin.
 Christus est columna nubis, & ignis, cap. 19. Schol. num. 11.
 Christus mons est, in quo est Ecclesia, c. 19. Schol. nu. 14. 15. 16.
 Christus an Rex, c. 20. Schol. n. 5.
 Christi ambulatio super aquas quatuor modis fieri potuit, c. 20. Schol. n. 1.
 Christus dupliciter accepit à Patre naturam diuinam, c. 21. Schol. n. 5.
 Christus quæ nobis meruerit, c. 21. Theor. 3. nu. 1.
 Christus non æquè pro omnibus sua merita obtulit efficaciter, c. 21. Theor. 3. nu. 10. fin.
 An Christus causa nostræ electionis, & vt hi potius quam hi eligerentur, vide Ver. Prædeterminatio, n. 40. 147.
 Christi fratres qui, c. 16. Theor. vnica.

Christianus.

Christianus etiam timeat, c. 9. Schol. n. 18.
 Christiani quantum à Christi lege deuemus, & moribus, c. 4. Schol. n. 14. 2.
 Christiani hominis vestitus qualis, c. 10. Digr. 6. n. 15. 16.
 Christiani nominis vis, & potestas non in solis verbis; sed potius in sanctis operibus sita est; c. 10. Digr. 5. n. 19.

Chrysostronus

Defenditur ab errore Semipelagianorum, cap. 12. Theor. 5. u. 2. 3. 4. 5.

Cinerum Cerimonia.

Cinerum cerimonia duobus constat, & quid hæc significant, c. 5. Digr. 1. à nu. 1. vsque ad 6.
 Cerimonia cinerum duæ nobis in memoriam reuocat, c. 5. Digr. 1. n. 6. 7.
 Cineris & pulueris nostri meditatio utilis & nobilis, c. 5. Digr. 1. n. 10. 11. 12. & Digr. 2. n. 3.
 In cinerum cerimonia verba illa vsurpata: memento homo quia cinis es, &c. tria nobis ingenerant maxima bona, c. 5. Digr. 2.

Clementes

Duplices sunt. vide Ver. Misericordia, n. 93.

Cleophas

Binomius fuit, c. 16. Theor. vnica. num. 3. idem cum Alphæo, ibid. n. 4.

Compunctio.

Compunctio moraliter explicatur, c. 13. Digr. vni. nu. 8. 9. 10.

Concionator.

Concionator gaudet frequentia populi, c. 4. Schol. num. 1.
 Concionator ascendat in montem, cap. 4. Schol. num. 3.
 Concionatoris est salis more detergere & à putredine seruare, nec sine mordicatione, cap. 4. Schol. n. 51. sub finem.
 Concionator in oratione, seu concione saltem adhibeat, ibid. n. 54.
 Concionatores suos, & doctores salis, & luci, seu salis & soli comparat Christus, ibid. nu. 55.
 Concionatores vel doctores quomodo infatuentur, ibid. nu. 59. 63.
 Concionatores infatuati præsertim hæretici cemicibus similes, ibid. n. 61.
 Concionator fatuus in duo mala incidit; ibid. num. 63.
 Concionator non debet obregere doctrinæ bonæ lucem propter temporalia bona, ibid. numer. 68.
 Concionator exeat oportet vt vtiliter concionetur, c. 13. nu. 9.

Index rerum

Concionatores in Iona representantur quales esse debeant, cap. 11. Digr. 3. nu. 1.
 Aduersus concionatores, qui blandiuntur peccatoribus, c. 12. Digr. 4. nu. 5. 6.
 Concionator non debet propter timorem, scientiæ lucem abscondere, c. 13. Schol. n. 28.
 Concionator seminator dicitur, c. 13. Theor. 1. n. 1.
 Concionator tanquam seminator debet manu ferere, ibid. nu. 2.
 Concionatoris rhunus arduum, c. 17. Schol. n. 10.
 Concionator euangelicus quomodo mercede dignus dicatur, c. 17. Schol. nu. 22.
 An concionari mendicando, an verò propriis sumptibus melius sit, c. 17. Theor. 2. vbi explicatur locus Pauli 1. ad Corinth. 9. & aliter Christi. Nolite possidere aurum, &c. ibid. à num. 4. vsque ad 6. quid dicendum de Christo qui alienis facultatibus alebatur, ibid. nu. 6.
 Concionatoribus dantur sandalia, quod mysticè explicatur, & quod hyacintho calcari debent sponsa, c. 17. Digr. 1. nu. 5.
 Concionatores interiores qui sint, vide Ver. Inspirationes, nu. 49.

Concupiscentia

Quinque modis dicitur peccatum, cap. 4. Schol. num. 112.
 Concupiscentiæ qui contradicit, non peccat; sed gloriosior efficitur, c. 14. Digr. 3. nu. 8.

Concurfus Dei.

Concurfus Dei cum omni etiam libero agente ostenditur ex verbis Christi, c. 1. Schol. n. 74.

Confessio peccatorum.

Confessio peccatorum expellit dæmonem, animi serenitatem affert, c. 12. Digr. 1. nu. 1.
 Confessio fructuosè qui fiat, c. 12. Digr. 1. nu. 3.

Conscientia.

Conscientia nostra aduersarius noster, c. 4. Schol. num. 102.
 Conscientia rea hominem flagellat, cap. 18. Schol. num. 10.

Contemplatiui.

Contemplatiui similes volucris, vide Ver. Anima, num. 23.

Contemptus rerum mundanarum,

Vide §. mundanarum rerum contemptus, Verb. Mundani, nu. 120.

Conuersatio.

Conuersatio praua; vide Verbo Peccator, numero 28.

Conuiuium.

in Conuiujs olim cantilenis & modulatu utebantur, c. 18. Schol. nu. 18.

Cophinus, Sporta

Quid sint, cap. 19. Schol. num. 28.

Cor.

Cor pro mente in Scripturis, c. 4. Schol. n. 32.
 Cordis humani profunditas declaratur, cap. 5. Theor. 2.
 in Corde humano tribunal erexit Deus, c. 5. Theor. 2. num. 2.
 Cor humanum contendit sæpè delictum suum occultare, c. 5. Theor. 2. nu. 3.
 Cor humanum ita est inscrutabile, vt ne ab ipso quidem homine, in quo est exactè cognoscatur cap. 5. Theor. 2. nu. 4.
 Duplex cor, cap. 5. Theor. 2. num. 5. 6.

Cornelius

Primus ad fidem conuersus ex gentibus est; quis nam fuerit, & quando conuersus, &c. cap. 17. Theor. 1. nu. 9.

Correctio.

An qui in simili, vel grauiore peccato est, possit

alium corrigere, cap. 6. Theor. 1.
Corus.
 Corus quæ mensura, cap. 14. Digr. 1. nu. 9.
Cotyle
 Quæ mensura, cap. 2. Digr. 2. num. 8. 9.
Creatura.
 Creaturis quatenus ad Deum referuntur, aliquis religionis honor debetur, c. 4. Schol. nu. 125.

D.

Dæmon, Dæmoniaci.

DAEMONES quomodo Christum adorauerint, cap. 3. Schol. num. 38.
 Dæmones idè significantur per sanctum Dei, quod per filium Dei, ibid. nu. 39.
 Dæmon est inimicus noster quem debemus odisse cap. 4. Digr. 3. nu. 14.
 Dæmon homini fenerator, cap. 5. Schol. nu. 27.
 Dæmon Pseudopropheta, c. 6. Digr. 4. n. 12. vt fuit ab initio mendax, sic est quotidie, ib. nu. 13.
 Dæmon plagiario similis; idem piscator est pessimus, laqueos terra abscondit, id est, peccata voluptatibus, ibid. nu. 14. 15.
 Dæmonis regnum quod dicatur, c. 12. Schol. n. 19.
 an Dæmon vnus alterum expellat, cap. 12. Schol. num. 19.
 Quomodo dæmones Christus expelleret, & quod non simulatione, vel pacto dæmonum clarè indicatur Christi argumentis, c. 12. Schol. à nu. 19. ad 22. & num. 24.
 Dæmones perfectè abigebat Christus à corpore & animo, ib. Schol. n. 22. 23.
 Exorcismis nostris contra dæmones aliquid olim simile apud Hebræos, c. 12. Schol. nu. 25.
 Dæmonum expulsiō signum aduētus Christi, cap. 12. Schol. num. 33.
 Dæmon quomodo dicatur fortis, c. 12. Schol. num. 34. quomodo armatus, ibid. num. 35. & quæ eius spolia, ibid.
 Quando Christus eo fortior inuaserit eū, & quomodo alligauerit, ibid. nu. 36. 37. & Theor. 3. nu. 11. & quomodo distribuerit eius spolia, ibid.
 Dæmon etiam congregata dispergit; Christus verò congregat ad vnitatem, ibid. 38.
 Dæmones in quæ loca soleant expelli, & quæ habitare maxime ament, c. 12. Schol. n. 82. 83.
 Dæmones libentius amant in his habitare, qui boni aliquando fuerunt, & mali postea sunt, vt in ijs religiosi, qui suum pristinum institutum relinquunt, in hæreticis, &c. cap. 12. num. 84.
 Dæmon quando reuertitur ad eum vnde egressus, eumque peiorem efficit, ibid. nu. 86.
 Dæmon vnde dicatur Diabolus, cap. 12. Theor. 2. num. 5.
 Dæmon non tam suis contra nos valet viribus, quam mendacio, & calumnijs ad nocendū, cap. 12. Theor. 2. nu. 7. & c. 14. Digr. 2. nu. 5. 6.
 De modo quo alligatur Dæmon siue corporaliter siue spiritualiter, c. 12. Theor. 3.
 Dæmones cogendi vim, vel imperandi eisdem vnde accipiat homo, c. 12. Theor. 3. nu. 4.
 Contra dæmones verba canonis Missæ efficacia, c. 12. Theor. 3. nu. 7.
 Dæmon debilis, at tepidis præualeat multum, cap. 12. Theor. 3. nu. 8.
 Dæmonum illa excōmunicatio, qua proscribuntur, quid sit, c. 12. Theor. 3. nu. 8.
 inter Dæmones sunt superiores, inferiores, &c. c. 12. Theor. 3. nu. 9.
 Dæmones subduntur bonis angelis, ibid. nu. 10.
 inter Dæmones ordo, & principatus cessabit, ib.
 Dæmon duplex ius habuit in homines ante Christi ad-

Quae altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

si aduentum, & cur per Christum utroque sit priuatus, ibid. num. 1.
 an Dæmon semel victus ad eundem redeat, tentaturus eum, ibid. nu. 14.
 Dæmon quomodo spiritaliter hominem obsidet, cap. 12. Digr. 1. num. 1. tres modi dæmonem pellendi ex anima, ibid. num. 4.
 Dæmon seminator malus, vt Deus bonus, cap. 14. Digr. 2. num. 2. idem dæmon superfeminat, & in medio tristici & abis, ibid. num. 3. ex Chrylogo.
 Dæmonis astutia in tentando, cap. 14. Digr. 2. nu. 5. & Digr. 6. num. 14.
 Dæmon similis draconi alato, c. 13. Theor. 2. nu. 6.
 Dæmon volucris nomine significatur, c. 13. Theor. 2. à num. 5. ad 11.
 Dæmon expeditus & promptus ad inferenda mala, c. 13. Theor. 2. nu. 7.
 Dæmones infatiabiles, ibid. nu. 8.
 Dæmoni nomen Leuiathan rectè conuenit & serpens uictis, ibid. nu. 9.
 Dæmonis odium in nos & Deum, in quo similis Pardali, ibid. nu. 10.
 de Dæmone cur dicitur venit & tollit seu rapit verbum, ibid. num. 11.
 Dæmon cur, si est imbecillus tam multa hominum millia subicit, c. 14. Digr. 2. n. 6.
 Dæmon fermento malo similis, c. 14. Digr. 6. n. 14.
 Dæmon præsertim mortis tempore contendit nos perdere, c. 17. Digr. 2. nu. 1.
 Dæmon suos habet concionatores interiores, c. 12. Digr. 3. nu. 2.
 Ob tria à Dæmone arripi homines Deus permittit, cap. 12. Schol. n. 13.
Dare.
 Quomodo dandum, cap. 4. Schol. nu. 137.
 Quibus dandum, c. 4. Schol. nu. 141.
Dauid
 Non peccauit fumens panes propositionis, cap. 2. Schol. nu. 14. remissiuè.
Decapolis
 Vbi, & Decapolitæ qui, c. 3. Schol. nu. 19.
Delectatio morosa
 An peccatum morale dere venerea ex Chrystomo, c. 4. Schol. nu. 108. 109.
Deuotio.
 Deuotionis & lætitiæ oleo caput ungitur, cap. 5. Schol. nu. 40.
Dew.
 Deo maxime illi curæ sunt, qui hominum præsidio destituuntur, c. 1. Schol. nu. 38.
 Deus Pater noster, & cur Pater, c. 5. Schol. nu. 16. & Theor. 4.
 Nomen Dei pro Deo poni solet in scripturis, c. 5. Schol. nu. 18.
 Inter Dei oculos, & hominum plurimum interat c. 5. Theor. 1. à nu. 2. vsque in finem.
 Deus quasi opertis oculis dissimulat, contra ac homo, c. 5. Theor. 1. nu. 5.
 Dei proprium est cor hominis profundum cognoscere, c. 5. Theor. 1. nu. 7.
 Deus erudit nos tripliciter, c. 5. Theor. 4. nu. 2.
 Deum Patrem imitari debemus, c. 5. Theor. 4. numero 3.
 Magni est momenti quod Deus pater dicatur, c. 5. Theor. 4. nu. 4.
 Quod Deus sit vltimus finis, & supremus omnium Dominus al. quot rationibus ostenditur, cap. 5. Digr. 4.
 Deus quanti hominis seruitutem, & obsequium faciat, c. 5. Digr. 4. nu. 8.
 Domini titulus quando Deo primùm tribuatur in Scripturis, ibid.

de Dei noticia tribus loquatur modis scripturæ, cap. 6. Schol. n. 49.
 Item de Dei dilectione bifariam loquatur, ibid. à Deo separari quam terribile & horrendum sit, cap. 6. Digr. 5. nu. 2.
 Deum non potest fugere peccator: comprehendit enim sapientes in astutia eorum, c. 12. Digr. 3. num. 3. 4.
 Dei immensa patientia in tolerandis malis admiranda est, c. 14. Digr. 3. nu. 6 7.
Digtus Dei, Digtus Dei
 Quid significant, c. 12. Schol. n. 28. 29. 30. 31.
Dilectio.
 Dilectio triplex, c. 4. Schol. nu. 156.
 Dilectio est dispositiua causa remissionis & iustitiæ, c. 11. Schol. nu. 29. 30.
 Dilectionem sequitur alterum Dei beneficium ipsa scilicet remissio peccati, ibid. Schol. nu. 31. 32.
 Quomodo plus diligenti plura dimittuntur, & de qua dilectione fit hic sermo, ibid. num. 35. 36. 37. & Theor. 2.
 Dilectio duplex quæ antecedit, & quæ sequitur remissionem peccati cap. 11. Theor. 2. num. 2.
Discipulus
 Non est maior Magistro suo, cap. 8. Schol. nu. 60.
Diuitia.
 Diuitias habere aliud est, aliud illis seruire, & quomodo possimus diuitijs dominari, cap. 5. Digr. 4. n. 9.
 Diuitijs quibus dominantur, ibid. nu. eod. & 10. 11.
 Diuitiarum seruitus vilissima est in Christiano præsertim homine, & scelus, quod cum idololatria comparatur, c. 5. Digr. 4. nu. 12.
 Diues faciliè in superbiam effertur, cap. 5. Digr. 4. num. 12.
 Diuitiarum & deliciarum desiderium fluctuare facit hominem, & vt Aegypti musca percutit, & excæcat vt puluis, c. 5. Digr. 7. nu. 6. 7.
 Diuitijs addicti Caino similes, ibid. nu. 8.
 Diuitiarum cura auocat à cælestibus, ibid. nu. 7.
 Diuitiæ non quidem malæ, sed periculosæ; deplorandi item sunt qui delicias, & diuitias sequuntur, & satiari volunt, c. 8. Schol. à nu. 42. vsque ad 46.
 Diuitiæ quantum impendant eum, qui ad perfectionem tendit, exemplo etiam iuuenis, qui Christum interrogauit, c. 19. Match. c. 8. Digr. 4. nu. 2. 5.
 Diuitias relinquere amarum est, ibid. nu. 3.
 Diuitijs vel delicijs dediti vterque sunt Ecclesiæ, ibid. Diuitibus difficile est consilia amplecti, ib. n. 4.
 Diuitiæ onerant, vide V. Paupertas, nu. 58.
 Diues similis coruo Noëtico, sicuti pauper colubæ, c. 8. Digr. 4. n. 11.
 Diuitiæ fallaces cur dicantur, c. 13. Schol. nu. 25.
 Diuitiæ, & delicia mundi non sunt verus thesaurus, c. 5. Digr. 1. nu. 1. 2.
 Diues si vult ad pauperem manum extendere, stet in medio, id est, amet mediocritatem, cap. 3. Schol. n. 7.
Diuertium.
 Diuertium quoad torum & habitationem licet, c. 4. Theor. 8. à nu. 4. vsque ad 7.
 Diuertium vt liceat causa adulterij, an sit de iure naturæ, c. 4. Theor. 8. nu. 6.
 In diuertio par est vterque coniux, c. 4. Theor. 8. nu. 7. 9.
 Ad diuertium potest vxor procedere ante monitionem, ibid. nu. 8.
 Cur Christus legem diuertij declarans tantum virorum meminerit, ibid. nu. 10.
 Diuertium coactorum &c. non in omnib. succedit loco repudij veteris legis, ibid. nu. 11.

Differentia item inter diuortium & repudium quæ sit, ibid.

In sex euentis diuortium nec fieri, nec debitum negare licet, c. 4. Theor. 9. nu. 1.

Diuortium facere ab adultera, tenetur maritus interdum sub mortali peccato, secus autem de uxore dicen dum est, ibid. nu. 2. 3.

Diuortium quoad torum & habitationem, vt iure fiat, opus est iudicis auctoritate, ibid. nu. 4.

Diuortium quoad torum etiam priuata auctoritate fieri potest, ibid. nu. 5.

Diuortij, præter adulterium, aliz etiam causæ assignantur, ibid. n. 6.

Doctrina Apostolica

Vide V. Apostoli, præsertim, nu. 40. 45. 46. 47.

Doctrina Apostolica necessaria, sicut sal, cap. 4. num. 56.

Dona

Vide V. Beatitudines, num. 18.

Dona quomodo beatitudinibus adaptentur. vide V. Beatitudines, num. 20.

Dormire.

Dormire quid sit, cap. 14. Digr. nu. 7. 8.

Durities cordis

Quid sit, cap. 13. Theor. 3. num. 1.

In iurati cordis effectus, qui, ibid. num. 3.

E.

Ebrietas.

Ebrietatem quæ consequantur mala, c. 18. Schol. num. 14. 19.

Ecclesia.

Ecclesia visibilis est, cap. 4. Schol. nu. 67. vide item hic num. 8.

Ecclesia candelabro similis, ibid. nu. 69.

Ecclesia est domus ædificata Christo supra firmam petram; Contra ac impij ædificati à diabolo supra inconstantiam infidelitatis: illa, contra pluuiam, ventos, flumina stabilis; secus hi, c. 6. Schol. n. 55.

Ecclesia cur potius Apostolica dicatur, quam prophetica, c. 8. Theor. 2. nu. 1. fin.

Ecclesiam gentium mysticè significat regina Austri cap. 12. Schol. n. 78.

Ecclesia præsertim primitiua mulier est illa quæ acceptum fermentum abscondit in farinae satis tribus, cap. 14. Schol. nu. 10. & eod. cap. Digr. 6. num. 6.

Ecclesia visibilis est, & neque ex electis, & bonis tantum; sed etiam ex reprobis & malis constat, c. 14. Digr. 3. nu. 9. & cap. 15. Schol. nu. 3. 15. 16.

In Ecclesia curandum est, vt perseueremus, nec inde vnquam exeundum, c. 14. Digr. 3. n. 10.

Tantum simus frumentum non zizania, ibid.

Pro malis & peccatoribus qui sunt in Ecclesia lugendum est, c. 14. Digr. 3. nu. 11.

Ecclesia quoad zizaniam dici potest: prouocatrix & redempta ciuitas, & columba seducta, &c. ibid.

Ecclesia non potentiz armis, sed patientiz præsidio creuit, c. 14. Digr. 3. nu. 10.

Ecclesia quomodo bellis contra aduersarios, eosque vicerit declaratur bello Gedeonis contra Madianitas, ibid. n. 11.

Ecclesie fortitudo per clypeum declaratur, c. 14. Digr. 3. nu. 10.

Ecclesiam Christus post persecutiones Tyrannorum, & hæreticorum ad tranquillum ducet portum, c. 21. Schol. nu. 71.

Eden

Quid sit, cap. 15. Digr. vnic. num. 3.

Eleemosyna.

An eleemosyna, vel misericordia & innocentia vitæ ferè coniunguntur, cap. 4. Schol. nu. 16.

Eleemosyna etiam nemine loquente loquitur, nec illi obest ingraticudo vel obliuio mendicorum, ibid. num. 17.

Eleemosyna recondit, turamque reddit pecuniam, quæ distributa est in pauperes, c. 9. Schol. n. 41.

Eleemosyna largienda pro viribus exemplo viduæ Sareptanæ; sæpe parua eleemosyna præferretur magnæ, c. 16. Digr. 4. nu. 2. 3.

Eleemosyna quantum Deo placeat, ib. nu. 4. 5. nec valet dicere filij mihi sunt, ibid. nu. 6.

Eleemosynam elargiri, est thesaurizare, ib. nu. 7.

Eleemosynam dare Christo quanto vtilius, ibid. nu. 10. 11. 12.

Cum eleemosynam factis, in cælum tolle oculos, c. 19. Digr. 1. nu. 1.

Eleemosynam elargiri quando præceptum, c. 19. Digr. 3. nu. 2.

Qui nihil in eleemosynam largiuntur; sed omnia sibi seruant, similes sunt Nabal, cap. 19. Digr. 2. num. 4.

Eleemosynæ quibus elargienda, ibid. nu. 5.

Eleemosyna quomodo facienda, ib. nu. 6. 7. 8.

Eleemosyna quæ larga, quæ parua dicatur, ibid. nu. 8. 9. 10.

Vt quis eleemosynam impendat libenter, pauperem connumeret inter filios, ibid. nu. 3.

Eleemosynæ fructus, & vtilitas, c. 19. Digr. 3.

Quomodo per eleemosynam omnia nobis sunt munda, ibid. nu. 2.

Elisæus

Cur egredi ad Naaman noluerit, cap. 16. Digr. 4. num. 15.

Emere & Vendere.

Emendi & vendendi verbum quomodo sumatur in Scripturis, c. 15. Schol. nu. 13. 14.

Ennon vallis.

Vallis hæc vbi sita, c. 4. Theor. 6. n. 2.

Ephi

Quæ mensura, c. 2. Digr. 2. nu. 12. 13. & c. 14. Digr. 1. num. 3.

Esuries

Vide Verb. Ieiunium, num. 5.

Qui esuriunt propter Christum, multismodis reficiuntur, c. 8. Digr. 1. nu. 2. 3.

Eua

Sexta, an septima die condita, cap. 1. Digr. 3. num. 2. 3. 4.

Euangelium.

Euangelicæ atque Apostolicæ sapientiæ sale ac sole nihil in vitâ vtilius, c. 4. Digr. 9. nu. 1.

Euangelica, atque Apostolica sapientia suauis, ac dulces, a quæ tribulationum efficiuntur: vnde per salem Elisæi Christi Euangelium significatur, c. 4. Digr. 9. n. 3.

Euangelium simile grano sinapis, c. 14. Schol. nu. 17. 18. 19. idem simile fermento, ibid. eod. numero 19. idem est regnum cælorum, c. 15. Schol. nu. 15. idem simile margaritis, cap. 15. Schol. numero 10. 11.

Euangelium seu eius prædicatio sagenz comparatur, c. 15. Schol. n. 15. 16.

V. Eucharistia.

Eucharistia per panes propositionis significata, vide V. Panes propositionis, num. 28. & V. Mensa propositionis panum, nu. 70.

Ad V. Eucharistiam accedentes rectè dicimus: Domine non sum dignus, c. 9. Schol. nu. 13.

Ven. Eucharistia panis est propositionis non sine thure, & sale, est panis sanctus non laicus, c. 8.

Digr. 5. nu. 2.

Que altera hac parte dilucidat. Euang continentur.

Panis Ven. Eucharistiæ duabus in rebus præferatur pani Moysi, c. 21. Schol. nu. 9. 10.

Quomodo in Eucharistia dicatur panis caro Christi, c. 21. Schol. n. 25.

Quomodo V. Eucharistiæ effectus sit resurrectio, vel gloria corporis, c. 21. Schol. n. 29. 30. & Digr. 6 à nu. 17. ad 25.

Quomodo necessaria est Ven. Eucharistia ad salutem, si Baptismus sufficit, c. 21. Schol. n. 29.

Cur V. Eucharistia dicitur versus cibus cum aliis ciborum generibus cõparatus, c. 21. Schol. n. 32.

In V. Eucharistia unio cum Christo, quomodo naturalis dicatur, ibid. nu. 33. 34. & Digr. 6. nu. 14. 15. 16.

Sermo Christi de V. Eucharistia, qua occasione, vbi coram quibus, & quo successu fuerit habitus, & quot partibus constet, c. 21. Schol. n. 42. 43.

V. Eucharistiæ tactus salutaris, ibid. nu. 70.

Cum de V. Eucharistia agit Christus c. 6. Ioan. de manducatione, & potu etiã reali carnis, & sanguinis sui agit, non modo spiritali saltẽ à versu 32. c. 21. Theor. 1. fusẽ. Patres, præsertim Augustinus, & Innocentius, qui contraria videntur sentire, declarantur, ibid. nu. 8. & sequent.

An V. Eucharistiæ sumptio sub vtraq; specie sit iuris diuini disputatur cap. 25. Theor. 7. à quibus hæresis de vtraque specie orta sit, ibid. n. 1. cur olim viguerit consuetudo sub vtraque specie communicandi, ibid. 2. 3. non colligitur ex verbis Christi, à nu. 3. ad finem.

An V. Eucharistiæ Sacramentum sit necessarium necessitate medijs, quoad primam gratiã, & remissionem peccati, c. 21. Theor. 8. an saltẽ quoad finalem gratiam, vel perseuerantiam sit necessarium eadem necessitate medijs, c. 21. Theor. 9. fusẽ disputatur.

Ven. Eucharistiæ votum quomodo sint cætera Sacramenta, c. 21. Theor. 9. nu. 3. 4.

Ven. Eucharistiæ institutæ tres causæ ex D. Thom. c. 21. Digr. 1. fusẽ.

Ve. Eucharistia libellus memoriæ, cap. 21. Digr. 1. num. 5.

Ve. Eucharistia cibus est tria mala expellens, venenosus illius pomi, quod comedit Adam, c. 21. Digr. 1. nu. 8. 9.

Quod V. Eucharistiæ primarius effectus sit amorem spirare, idque primum ex significatione, significat enim Christi vitam, Passionem, Ecclesiam militantem, & triumphantem, c. 21. Digr. 2. fusẽ.

Quod Ven. Eucharistia spiret amorem, iterum ex præsentia Christi ostenditur, c. 21. Digr. 3.

Se præsentem reliquit hic Christus ob quinque causas, ibid.

Ven. Eucharistia arbor, & lignum vitæ est, cuius duodecim sunt fructus, quorum primus est vita, cap. 21. Digr. 4. aliis item digressionibus sequentibus effectus alij ponuntur.

Quando per Ven. Eucharistiam conferatur prima gratia, & quid ad hoc requiratur, c. 21. Digr. 4. num. 7. 8.

Ven. Eucharistia affert dulcorem & suauitatem quandam, c. 21. Digr. 5. nu. 7. 8. 9.

Cur non experiamur hanc sæpẽ suauitatem, ibid. num. 10. 11. 12. 13.

Vener. Eucharistia auxilia quædam actualia confert, & præseruat à peccato mortali, ibid. num. 15. 16.

Ve. Eucharistia illuminat; quare felli Tobie & collyrio comparatur, & melli Ionathæ. præstat robur animi, compefcit fomitem, & quomodo id bifariam faciat, delet peccata venialia, idque dupliciter. hæc omnia habentur ibidem, Digr. 6.

Vener. Eucharistia in solis fumentibus prodest ex opere operato. quamuis etiam sit utilis aliis aliter, ibid. nu. 12. 13. ibidem declaratur Ve. Eucharistiam vt Sacramentum non esse satisfactoriam; sed vt sacrificium.

Cur Eucharistici panis sit mentio in Missa pro defunctis, c. 21. Digr. 6. n. 22.

Ve. Eucharistia pane Eliæ subcineritio significata est, ibid. nu. 23.

V. Eucharistia viaticum est, ibid. nu. 25. 26.

ad V. Eucharistiam accedendum cum digna præparatione fusẽ, c. 21. Digr. 7.

ad V. Eucharistiam quibus virtutibus ornatu esse debent qui accidunt fusẽ, c. 21. Digr. 8. præsertim Sacerdotes, ibid. nu. 2. 3. 4.

V. Eucharistia tres ob causas à peccatis carnis maximè abhorret, c. 21. Digr. 8. nu. 3. Additur quarta causa, nu. 9. 10.

Sanguis & caro Christi in V. Eucharistia ad diem Iudicij quid faciet contra te qui indignè accedens illam commaculasti, si tantum potuit sanguis, & caro vnus mulierculæ vxoris Leuitæ, vt duodecim tribus permouerit, c. 21. Digr. 8. nu. 15.

Quæ experietar supplicia qui indignus ad V. Eucharistiam accedit, ibid. nu. 14. 21.

Quantum scelus sit ad Ven. Eucharistiam malè accedere, cap. 21. Digress. 7. num. 3. 4. 5. & Digr. 8. num. 19.

Ve. Eucharistiæ odium maximè opponitur, c. 21. Digr. 8. nu. 16. 17.

Tria sunt in Ve. Eucharistia, quæ nobis vnionem commendant, c. 21. Digr. 8. nu. 18.

Qui malè accedunt ad V. Eucharistiam similes sunt Iudæ, c. 21. Digr. 8. nu. 20.

ad V. Eucharistiam accedenti necessaria fides, cap. 21. Digr. 9. num. 1. 2. 3. 4. gignit duo in communicante hæc fides, ibid. nu. 5.

Ve. Eucharistia in argenteis, vel aureis columbis asseruabatur olim, & quid ea re significaretur, ibid. nu. 2. 3.

Eucharistiam V. sumendi dignam præparationem docet columba, ibid. nu. 2. 3. 4.

ad Ve. Eucharistiam magno desiderio accedendum ibid. nu. 5. magna item reuerentia num. 6.

Vener. Eucharistiæ solemnitas in qua publicè circumfertur, quibus instituta causis, ibid. nu. 9.

Quinque necessaria, vt quis dignè V. Eucharistiam comedat, sicut quinque necessaria ad benè comedendum sunt, ibid. nu. 12. 13.

Varij modi se præparandi ad sumendam Ven. Eucharistiam ex B. Virgine, ex Apostolis, ex hostia ipsa, ex Christi sepulcro, ex prandio, vel cæna desumpti, c. 21. Digr. 9. à nu. 14. ad 19.

Cum mox communicaturus assitis coram Ve. Eucharistia quibus illam verbis alloqui debeas, habes, ibid. nu. 19.

De carne Christi in Ven. Eucharistia, & quadruplex expositio illorum verborum: spiritus est, qui viuificat, & quæ vera expositio, c. 21. Schol. à nu. 49. ad 56.

Eucharistia an danda infantibus, vide Verbo Infantes, num 7.

F.

Fatum, vel Infatuatum

Quid sint, cap. 4. Schol. num. 58. 63.

Faustus Manichæus.

Fausti Manichæi hæresis, quod Moyses nihil de Christo, & quod verba illa Ioannis, scrutamini Scripturas supposititia sint, c. 1. Theor. 8. n. 6.

Fermentum.

Fermenti proprietates, cap. 14. Digr. 6. nu. 2.

Index rerum

Fermenti vox dupliciter sumitur in Scripturis, ibid. nu. 3.

Fermenti parabola Christo Domino applicatur, ibid. a nu. 4. vsque ad 10.

Fermentatum panem, vel sine fermento, quis comedat, c. 14. Digr. 6. n. 3.

Fermento similis est gratia. vide Verb. Gratia, numero 26.

Festuca

Quid sit, cap. 6. Schol. num. 19.

Festum.

Festi simpliciter positi nomine in Scriptura Pascha intelligitur, c. 1. Theor. 3. nu. 6.

Fides.

Fides in Christum, quibus ad vitam, item quod cum dilectione iungenda, c. 1. Schol. n. 109.

Sola fides non iustificat, vel saluat, cap. 1. Schol. numero 127.

Fides sine operibus non liberabit in die iudicii, c. 6. Digr. 2. n. 7.

Quomodo iustus ex fide vivat, & iustificetur, c. 6. Digr. 2. n. 8.

Fidei vita non est sine operibus. eam enim vivere opera ostendunt, non lingua, non oculorum aspectus, c. 6. Digr. 5. n. 14. 15. 16. vide V. vita n. 31. & Verb. Caritas, nu. 16.

Fidem opera firmant, contra si destituatur bonis operibus, c. 6. Digr. 2. n. 5.

Fides manibus sustentanda est ex figura animalium Ezechielis, c. 6. Digr. 2. nu. 6.

Fides & opera duplex fundamentum aedificij spiritualis, c. 6. Schol. n. 53. 54.

Fides sola non sufficit, c. 4. Schol. n. 104. & c. 6. Schol. nu. 53. 54. & eod. c. 6. Digr. 5. n. 1. 2.

Triplicem fidem distinguunt haeretici, ca. 6. Digr. 2. nu. 1.

Haeretici per fidem specialem, quae est promissio-num, iustificari se falso iactant, c. 6. Digr. 2. nu. 2. confutantur, ibid. n. 3.

Fides quatuor modis dicitur magna, c. 9. Digr. unica, n. 10. 11. 12. 13.

Fides D. Magdalene saluam illam fecit, & fuit fides iustificans, c. 11. Schol. n. 38.

Fides fundamentum, & radix prima bonorum operum & salutis, c. 3. Schol. n. 23.

Fides vel Evangelium regnum caelorum, cap. 15. Schol. nu. 5.

Fide armatus nihil non efficit, cap. 16. Digr. 4. num. 1.

Fides septem modis dicitur opus Dei, ca. 21. Schol. num. 8.

Fides oculos habet columbarum, & proprietates, c. 11. Digr. 9. num. 2. 3. 4. communicaturo necessaria, numer. 2. eadem in communicante duo gignit, ibid. nu. 5.

Filij

Parentibus similes esse solent in moribus, cap. 13. Schol. num. 51. & Digr. 2. nu. 6. 7. Filios castigat Deus propter parentes, ibid. de quo tom. 3. si Deus dederit.

Fortè, vel forsitan

Varia significant in Scriptura, c. 1. Schol. n. 161. & c. 10. Schol. n. 43.

Frater.

Fratri non irascendum, c. 4. Schol. nu. 95.

Fratri nomine quis veniat, ibid.

Fratres Christi qui, c. 12. Schol. n. 95. & c. 16. Theor. vnic. vbi & de sororibus Domini, num. 7.

Fructus.

Fructus Spiritus sancti. vide V. Beatitudines Evangelicæ, n. 18. 21. 22.

Fructus centesimus, sexagesimus, trigessimus quis, c. 13. Schol. n. 6. 27.

Fuga.

Fugere in persecutione quando liceat, c. 17. Theoria 3.

G.

Gehenna.

Gehenna duplex, ignis, & frigoris ex Hieronymo, c. 4. Schol. n. 97. & cap. 9. Theor. 2. numero 2.

Gehennæ nomen vnde, c. 4. Theor. 6. n. 1. 8.

Gehennæ nomen inferno cur tributum, c. 4. Theor. 6. num. 7.

Gehennæ nomen primus Christus usurpavit, c. 17. Schol. nu. 42.

Genesar

Terra quæ, cap. 21. Schol. num. 66. Lacus Genesar vel mare Galilee, c. 19. Schol. n. 1. & c. 20. Schol. num. 10.

Gloria.

Gloriam hominum non accipit Deus, vel Christus c. 1. Schol. n. 151.

Contra hominum gloriam querentes, ibi. Schol. n. 154.

Gloriam quæ est à Deo oportet querere, ibid. eod. num. 154. & 155.

Quid nomen gloriæ significet, cap. 4. Digr. 5. num. 12.

Gloria laboris filia, c. 4. Digr. 6. n. 7.

Gloriæ vox quot modis sumatur in Scripturis, ca. 5. Schol. n. 55.

ad Gloriam quæ via ducat, c. 21. Theor. 4. nu. 5.

Gomor

Vide Verb. Assaron, num. 66.

Grabatum

Quid sit, cap. 1. Schol. n. 41. & quod mysticè peccatum significet, ibid. n. 46.

Gratia.

De gratiæ etiâ auxilio interno loquitur Christus, cum ait: Tyrios, & Sidonios convertendos fuisse cum eodem, vel æquali auxilio præueniente, non tantum de externo, c. 10. Schol. n. 41.

Præueniens gratia interdum negatur eis, quos Deus novit bene illa vsuros; & datur eis qui male vsuri sunt, c. 10. Theor. 1. nu. 3.

Falsum est Deum multis negare gratiam necessariam, quod prædestinati non sint, c. 10. Theor. 1. n. 6.

Gratiæ diuisio in sufficientem, & efficacem colligitur, & quæ veraque sit, c. 10. Theor. 2.

Non est verum efficacem gratiam sitam esse in quadam commensuratione cum voluntate ad dicta relatione ad futurum actum, c. 10. Theor. 2. num. 4. 5. 6.

In quo sita sit efficacia gratiæ, cap. 10. Theor. 2. nu. 10.

Efficax gratia dupliciter sumi potest, ibid. n. 2.

Efficax gratia an aliquid addat supra sufficientem, tum in ratione rei, tum in ratione doni, ibid. nu. 7. 10.

Efficacitas gratiæ non est ipsa liberi arbitrij cooperatio, ibid. nu. 8.

Gratiæ efficacia etiam in actu secundo potissimum Deo tribuenda est, c. 10. Theor. 2. num. 9. 10. eadem minus principaliter à libero quoque dependet arbitrio in actu secundo, ibid. nu. 11.

Gratiæ efficacitatem quomodo quidam declarent sine scientia conditionata, ibid. 12.

ad Gratiam Dei accommodantur parabolarum sinitis & fermenti, c. 14. Digr. 7.

Gratia similis est rationali summi Pontificis, c. 14. Digr. 7. n. 2. & seq.

Gratiæ duodecim utilitates, c. 14. Digr. 7. à num. 5. in finem.

Gratia

Qua altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Gratia Dei datur homini sine pretio, c. 15. Schol. n.

14.

Qui gratiam efficacem non habet qua trahitur, nec venit ad Christum, non excusatur, c. 21. schol. n. 14. & eod. c. theor. 5.

Quis gratiae vocationis dicatur proprie obex oppositus, c. 21. theor. 5. n. 10.

Finalis gratia an addat aliquid gratiae primò acceptae in Baptismo, c. 21. theor. 9. n. 2.

H.

Hæresis, Hæretici.

HAERESIS, & infidelitas Diaboli filios facit. c. 4. schol. n. 42. & c. 6. dig. 3. n. 1.

Hæretici cognoscuntur ex fructibus, & quocumque sint hi fructus, & qui nam, c. 6. schol. nu. 39. 40. 41.

Quando ex malis operibus cognoscuntur aliqui hæretici, seu falsi doctores esse, c. 6. schol. n. 42. An hæretici doctores rectè arbori quæ non facit fructum bonum; Catholicis arbori, quæ non facit malum rectè comparentur, cap. 5. schol. nu. 43. vsque ad 47.

Hæretici similes aspidibus in tribus, eorum verò doctriina veneno aspidum, c. 6. dig. 1. n. 1.

Hæretici omnino fugiendi, & quidem etiam ut diabolus, c. 6. l. 1. n. 2. & c. 6. dig. 3.

Proprium est hæreticorum doctrinam suam ut admirandam, & profundam laudare ex Gregorio, c. 6. dig. 1. n. 3.

Hæretici sunt ut meretrices, quibus demones videntur ad decipiendum, c. 6. dig. 1. n. 5.

Hæretici tandè vel in magicas artes, vel in Atheismi impietatem degenerant, nisi maturè redeant ad fidem, c. 6. dig. 1. n. 4.

Hæretici claudicant utroque pede, c. 6. dig. 1. n. 3.

Hæretici Hypocritæ, & simulators. vnde nunc falsi Prophetæ dicuntur, nunc facis, nunc similes comparantur, nunc equis pallidis eorum persecutio significatur mortem gestantibus, vel diabolum, c. 6. dig. 3. n. 4. §. 9. 10.

Hæretici similes astutis vulpibus incedentibus per obliquos calles, c. 6. dig. 3. n. 6. 7.

Hæretici ceu vulpes ut elabantur, varias vias, & modos habent. capiuntur tamen à Catholicis quocumque & confugiant exemplo Christi, c. 6. dig. 3. n. 7. ij sem demoliuntur Ecclesiæ vineam, ibid. n. 8. 14.

Hæresis alijs etiam rebus comparatur, cap. 6. dig. 3. num. 1. 2.

Samsonis historia neccentis caudis vulpes hæreticis accommodatur, c. 6. dig. 3. n. 11. 12.

Hæreticos æterna manent supplicia, ibid. n. 12. sub finem & 13.

Hæretici quibus notis cognoscantur, ibid. à nu. 17. vsque in finem.

Hæretici tanquam superbis similes sunt Datan, & Abiron, ibid. num. 15. 16. 17. nouitatibus student, contra ac Catholicis, ibid. n. 18. 19.

Hæresis lepræ inprimis assimilata est, cap. 7. dig. 1. num. 8.

Hæretici superfeminant, ut diabolus, c. 14. schol. num. 4.

Hæretici zizaniam suam ex Chryso. Augustino, & Hieronym. c. 14. schol. n. 6. 7.

Hæreticos non esse occidendos nisi &c. non colligitur ex verbis Christi, ibid. n. 6. 7. 8.

Hæretici similes sunt malo semini, & lolio, ca. 14. dig. 4.

Hæretici Aelcheseitz, c. 17. schol. n. 51.

Herodes, & Herodias.

Herodes Antipas & Philippus quomodo fratres, c. 18. schol. n. 4.

In Herodiadis filiam ultio, remissine cap. 18. schol.

n. 13. Quæ filia vocata est Salome, ibid.

Herodias quibus percira furij, ca. 18. schol. n. 24. similis onagræ, ibid. n. 25.

Herodias non erat filia Arethæ, sed Aristoboli, ca. 18. schol. n. 26. fin.

Herodis conuiuium ubi instructum, c. 18. schol. n. 28. 26.

Herodias linguam Ioannis transfodit, c. 18. schol. num. 26.

Herodiani

Quia fuerint, c. 3. schol. n. 16.

D. Hieronymus.

D. Hieronymi de providentia locus explicatur, ca. 17. schol. n. 45.

D. Hilarion.

D. Hilarionis miraculum, c. 12. theor. 3. n. 5.

Homicidium.

Cur de homicidio in lege duplex datum non sit præceptum de interno, & externo actu, sicut de furto, & adulterio datum est, ca. 4. schol. n. 110.

Homo.

Homo, & Enos quid debile, terrenum &c. significat, c. 1. schol. 25.

Homini staturæ mensura, c. 5. schol. n. 53.

Homo num de puluere, an de limo formatus sit, c. 5. dig. 1. n. 6.

Homo si dignitatem suam perpenderet, facilè res terrenas contemneret, ex Philone, c. 5. dig. 7. n. 1.

Homo vilis & abiectus fit, dum terrenis inhiat. c. 5. dig. 7. n. 2.

Homo arbori similis, c. 6. dig. 5. n. 1. 9.

Cuius arboris fructum querit Deus, ibid. n. 1. 3. alioqui igni tradit, & separat à se, quo nihil tristius, ibid.

Homines illi arbores etiam steriles sunt, qui cum possint alijs non profunt, c. 6. dig. 5. n. 7. 8.

Homo qui est arbor sterilis non debet desperare, c. 6. dig. 5. n. 9. cætera vide V. Arbor.

Homo tribus nominibus vocatur Hebraicè, & quid intersit, c. 7. dig. 1. n. 3. item quod hominis vox debilem, &c. designet, ibid. Vide Verbo Vir num. 28.

Tria nomina Hebraica hominis sunt inter se connexa, c. 7. dig. 1. n. 5.

Humilitas.

Ex humilitate diuitiarum cõtemptus, vide V. diuitiæ, n. 78. Humiles sequitur gloria, qui quò magis suas obtegunt virtutes, eo magis honorantur à Deo exemplo Eliæ, D. Ioannis, B. Virginis, c.

io dig. 6. num. 2. 3.

Humilitas, & subiectio diuitum, & principum quantas habeat vires, cap. 16. dig. 4. n. 14. 15. Quomodo Deus agat cum humilibus, ibid. n. 16. 17.

Hypocrita.

Hypocrita quid, c. 5. schol. n. 6. & c. 6. schol. n. 23.

Hypocritæ iudicando alios dupliciter peccant, c. 6. schol. n. 20.

Hypocrita quercui comparatur, & mulierculis, & sepulcris, c. 6. schol. n. 22.

•

I.

Iacobus.

Iacobi Alphæi vita & mors paucis comprehensa; cur frater Domini dictus, & iustus; quot annos Episcopus Hierosolymorum; quando mortuus; virgo fuit; eius genua callum obduserant, & frons eius cathedra, & lamina &c. c. 8. schol. à n. 23. vsque ad 27.

Iacobus frater Domini & Apostolus, idem, ibid. num. 27.

Iacobus ubi prædicauit, c. 8. theor. 3. n. 2.

Index rerum

Idumæa.

Idumæa situs, & Idumæi qui, c. 3. schol. n. 17.

Ieiunium.

Ieiunantium tres conditiones, c. 5. dig. 2. n. 12. 13. 14.

Ieiunium acquirit quod Adam per intemperantiam amisit; virginitatem impollutam seruat, c. 8. dig. 5. n. 1.

Ἰουδαίου χριστοῦ

Quid græcis c. 4. schol. n. 135.

Incarnationis mysterium

Lactis ac mellis nomine designatur, c. 10. di. 6. n. 19.

Infantes.

Infantibus an Dei præcepto dandum Venerabilis Eucharistiæ Sacramentum, & an id Ecclesia præceperit, & quis vsus in hac parte fuerit, c. 21. theor. 6.

Infernus.

An in inferno damnati, non solum ardoris, sed frigoris etiam cruciatum sentiant, c. 4. schol. n. 97. 98.

Inferni tenebræ exteriores quæ, quis fletus, quis stridor dentium, & vnde, c. 9. schol. num. 16. & c. item 9. theor. 1.

Ignis inferni ardebit, sed non lucebit, quamvis aliquid luminis ibi futurum sit, sed ad pœnam, c. 9. theor. 1. n. 7.

Inferni tenebrarum exteriorum nomenclatura, vnde ad inferni supplicia translata fuerit, c. 9. theor. 1. n. 8. 9.

Inferni tenebræ quales; videlicet in quibus mors regnat, & vniuersitas miseriarum, vnde infernus dicitur terra vel regio tenebrarum, quasi tenebras gignens, c. 9. theor. prima, à numero 12. vsque in fin.

Inferni tenebræ horridæ ob spectra, & vmbrae mortis, c. 9. theor. 1. n. 15.

Inferni tenebræ confusione plenissimæ, ibid. num. 16.

Inferni tenebræ timorem habent simul, & dolorem, ibid. n. 17.

In inferno an sit aqua, vel nix, vel gelu, vel saltem frigus, disputatur, c. 9. theor. 2.

Inferni innumera mala, & calamitates numerantur, ibid. n. 8. 9.

In inferno an vermes, an sulphur, ibid. n. 10.

Inferni pœnæ non sunt æquales, c. 14. dig. 3. 16.

In inferno est ordo aliquis ex Gregorio, c. 14. dig. 3. n. 16. & quomodo tamen ibi confusio & nullus ordo, ibid. n. 17.

Infidelitas.

Infidelitas vel incredulitas in causa sæpè est, vt multa Deus in nobis nõ operetur, c. 16. dig. 4. n. 1.

Inimicus.

An inimicos odisse olim licuerit Iudæis, c. 4. schol. n. 143. 144.

Quomodo odio habendus inimicus, ex August. c. 4. schol. n. 145. 147.

Tribus modis intelligi potest illud, odio habebis inimicum tuum, ibid. n. 146.

Inimicis tria iubet Dominus exhiberi, c. 4. schol. num. 150.

Duz causæ ad diligendos inimicos impellentes, c. 4. schol. n. 154.

Inimicorum dilectio, ibid. n. 158.

Inimicorum dilectionem merito Ecclesia initio ieiunij quadragenarij commendat, c. 4. dig. 14. num. 1.

Multis rationibus allatis ostenditur inimicis esse parcendum, c. dig. 14. & dig. 15.

Nihil ira odit Deus vt hominem vlsciscntem se de inimicis, c. 4. dig. 14. n. 2.

Qui præ ira de inimico vltionem sumit, se prius gladio perimit, quam alium, c. 4. dig. 14. n. 4. & hic similis est api, ibid. n. 5.

Pluribus & Philosophorum & Patrum sententijs, similitudinibus, & rationibus ostenditur iram esse frenandã, nec esse vltionem expetendam de inimicis ob illatas iniurias, c. 4. dig. 4. à n. 6. vsq; in finem.

Memorable exemplum mulieris inimico parcentis, immò & adiuuantis, c. 4. dig. 14. n. 15. item aliud viri exemplum illustre, ibid.

Ad diligendum inimicum satis est, quod Christus ipse id postulet, vt sui amore quis id faciat, c. 4. dig. 15. à n. 1. vsque ad 6.

Nisi inimico ignoueris, scito prius te læsurum Christum, quam inimicum, c. 4. dig. 15. n. 6.

Non est impossibile & graue inimicum diligere ex Patribus, c. 4. dig. 15. n. 7. 8.

Contra illos qui honoris iacturam facere aiunt si de inimico se non vlsciscant, c. 4. dig. 15. n. 9. 10. 11. immò & quod tales sint filij Diaboli; qui verò parcunt Filij Dei, ibid.

Inimicis iniurias remittere nobilissimum opus, c. 5. schol. n. 30.

Ad diligendos inimicos plurimum facit perpendere primam damni causam Deum esse, qui te vt pater filium corripit, c. 4. dig. 15. n. 15.

Pro inimicis diligendis exemplum Christi de cruce pendentis, c. 4. dig. 15. n. 11.

Diligere inimicos sæpè Christus & hortatur, & præcipit in Scriptura, c. 4. dig. 15. n. 13.

Si tantopere cupis odisse inimicum, vide quis sit verè tuus inimicus, & illum perseguere, &c. c. 4. Dig. 15. n. 14.

Qui inimico remittit iniurias remittet & illi Deus peccata, & tantò magis, quantò magis remittet, c. 5. schol. n. 28. 29.

Etiam inimico non postulanti dimittenda iniuria, c. 5. theor. 5. n. 6.

Qui inimico remittit iniurias, si ex animo petat, vt conuertatur à peccato, & pro vt debet, exaudietur, c. 5. theor. 5. n. 7.

An is qui inimico iniurias non vult condonare, benefaciat tacendo in oratione Dominica illa verba: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & an mentiatur, siue proferat siue non, c. 5. theor. 5. n. 8. 9.

Ad iniurias inimicis remittendas quæ impellant, remissiuè, c. 8. schol. n. 56. vid. V. Ira.

Inspirationes.

Inspirationes à Deo immittæ sunt tanquam concionatores quidam interiores, c. 12. dig. 13. n. 2.

Insula.

Insulæ quid in scripturis significant, c. 3. sch. n. 36.

Intentio.

Intentio bona vel mala, c. 5. schol. n. 45.

Interpres.

Interpres latinus retinet voces interdum græcas, nec ob id reprehendus, c. 17. schol. n. 21.

Inuidia.

Inuidia facit ferocire homines, c. 2. Schol. n. 14.

Inuidiæ coniuncta solet esse insipientiæ & odium, c. 3. Schol. n. 14.

Inuidia inter ciues vnde, c. 16. Schol. n. 24.

Tres inuidiæ effectus, ibid. n. 24. 25.

De inuidia qui tractent, c. 16. dig. 2. n. 1. quid sit n. 2. & sequent. quomodo differat à quibusdam similibus affectibus, ibid.

Inuidia non habet locum inter eos qui conditione multum inter se distant. ibid. num. 6. qui sunt proniores ad inuidiam n. 7. 8.

Remedia inuidiæ, c. 16. dig. 3. difficile curatur, ibid. num. 1.

Inuidia quibus rebus similis, ibid. n. 4.

Inuidia quam malè cesserit inuidis. ibid. n. 5. eisdem quanto sit tormento, n. 6.

Ad vincendã inuidiam sapientia opus est, ibid. n. 7.

Inuidiæ

Qua altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Inuidiæ descriptio. *ibid.* n. 8.
 Inuidus simulator est, & duplex, *ibid.* n. 2. inuidus
 cæcus, n. 9. 10. 11.
 Inuidi fugiendi, n. 12.
 Inuidiosus & inuidus quomodo differant, n. 14.

D. Ioannes.

Ioannis testimonium non erat necessarium Chri-
 sto, c. 1. Schol. n. 138. 140. sub fin.
 Ioannes cur lucerna, *ibid.* n. 139. cur ardens, & lu-
 cens, *ibid.* n. 140.
 Ioannes Baptista dubitarit ne an Christus Messias;
 vel certè quid sibi voluerit cum dixit: tu es qui
 venturus es, &c. c. 10. Schol. n. 12. 13. 14.
 Ioannes Propheta, & plusquam Propheta, cap. 10.
 Schol. num. 22. item Angelus aliter quam reli-
 qui Prophetae, & Sacerdotes, *ibid.* num. 22. 23. &
 aliter quam Christus & cur, cap. eodem 10.
 dig. 7.
 Ioannis Baptista abstinentia, cap. 10. Schol. num.
 30. 37.
 Ioannis Baptista gloria, quod à Christo laudatus
 sit, c. 10. dig. 4. n. 12. 14.
 Ioannes fugit gloriam ideò illa eum secuta est. ca.
 10. dig. 6. n. 2.
 Ioannes Baptista non vestitus mollibus mysticè
 quid, *ibid.* n. 12. 13.
 Ioannis Baptista vestitus qualis, *ibid.* nu. 16. genus
 comedendi asperum, *ibid.* n. 17.
 Eius cibatus mysticus & symbolicus, *ibid.* num.
 18. 19.
 Ioannis Baptista constantia cap. 10. dig. 7. n. 2.
 Ioannes Baptista cur sagittæ comparetur, c. 10. dig.
 7. n. 2.
 Ioannes Baptista similis Angelo Apocalypsis, 10.
ibid. n. 4.
 Ioannis vox Leonis rugitui similis, *ibid.* n. 5.
 A diebus Ioannis Baptista regnum coelorum vim
 patitur, *ibid.* n. 6. 7.
 Ioannis poenitentia austera, *ibid.* n. 8. 9.
 Ioannis secessus admirandus, ita enim in terris vi-
 xit quasi in coelo, ex Chryostomo, *ibidem*,
 num. 11.
 Ioannes omnes in se sanctorum titulos clausit, c.
 10. dig. 8. n. 1.
 Ioannes primæ fidium cordæ similis, parem non
 habens, c. 10. dig. 8. n. 2. 3.
 Ioannes verus Orpheus cantu filius & saxa mo-
 uens &c. *ibid.* n. 4.
 Ioannis vox quantam lætitiâ mundo attulerit,
ibid. n. 5. item quantæ dignitatis ea vox fuerit,
 num. 6. 7.
 Ioannes in ea vrbe natus, quæ Charia tarbe di-
 cta fuit, quia in ea quatuor viri sepulti, quo-
 rum virtutes expressit Ioannes, cap. 10. dig. 8. n.
 8. 9.
 Ioannes magnus coram Domino, *ibid.* n. 10.
 Ioannis submissio, *ibid.* n. 12.
 Ioannes quam excelso sit gradu in coelo colloca-
 tus, *ibid.* n. 13. 14.
 Ioannes quia magnus erat futurus magnis tribula-
 tionibus fuit exercitus, *ibid.* n. 15. 16.
 Ioannes se seruum Christi fateretur dum ait: non
 sum dignus soluere, c. 17. dig. 1. n. 2.
 Ioannes Hespero similis, c. 18. Schol. n. 1.
 Ioannes Baptista mors in otibus, horrendum
 scelus, cap. 18. Schol. n. 23. eius corpus vbi sepul-
 tum, c. 18. Schol. n. 27.

Ionas.

Ionas concionatores representat, c. 11. dig. 3. num.
 1. 2.
 Ionæ Hederæ allegoria, capite 12. digress. 4.
 num. 14.

Ioseph.

D. Ioseph virgo fuit, c. 16. theor. vnic. num. 1.

Iota.

Iota quid, c. 4. Schol. n. 79.

Ira.

Ira scendum peccatis, peccantibus condolendum,
 c. 3. Schol. n. 11.
 Ira poenarumque eius triplex gradus, ca. 4. Schol.
 n. 89. 90.
 Ira iusta mater est discipline: capite 4. Schol.
 num. 93.
 Ira iustæ exempla, *ibid.*
 Ira iusta seu zelus tribus rebus ornari debet, *ibid.*
 num. 94.
 Ira opportuna, *ibid.* n. 95.
 Fratri non irascendum. Vide verbo Frater, num.
 30.
 Ira non resistendum aduersarij, cap. 4. Schol.
 num. 142.
 Ira nulla immanior bestia, cap. 4. dig. 12. n. 1.
 Cum ira non accedendum ad sanctissimum Eu-
 charistiæ Sacramentum, vel Missæ sacrificium,
ibid.
 Curandæ iracundiæ remedia, c. 4. dig. 13.
 Ad coercendam iram, ira perpendenda Dei, cap. 4.
 dig. 12. n. 2.
 Ei qui fratri irascitur nolens parcere, meritò Deus
 irascitur, c. 4. dig. 12. n. 2.
 Ira initio statim occurrendum ne foras prodeat,
 c. 4. dig. 12. n. 4. 5.
 Quod ira hominem deformat, & rationi tenebras
 offundat, c. 4. dig. 12. n. 9. 10. 11.
 Iram sæpè scriptura grauius damnat, c. 4. dig. 11.
 num. 12.
 Ira quare nos non pudeat, sicut pudet nos obse-
 nos quarundam partiù corporis pati, c. 4. dig. 13.
 n. 1. 2. 3.
 Ira quatuorplex, & quæ pessima, cap. 4. digress. 13.
 num. 4. 5. 6.
 Iracundia subita, festuca; ira per odium nutrita;
 trabs, c. 6. Schol. n. 16.
 Ab iraro declinandum, tanquam à tigride, cap. 16.
 dig. 4. n. 18.
 Ad iram refrenandam, dextera & sinistra maxilla
 præbenda, & an id sit præceptum, c. 4. Schol. n.
 132. 133. 134.

Iudea, Iudæi.

Ratione Galilææ eminentior, c. 1. Schol. n. 6.
 Iudæorum quatuor status, in quorum ultimo peio-
 res, c. 12. Schol. n. 89.
 Iudæi quomodo in synagogis suos conuentus per-
 agerent, c. 16. Schol. n. 4.
 Iudæi Scripturam sacram habuerunt, sed obliu-
 tam, c. 16. n. 17.

D. Iudas.

Iudas Iacobi trinomius fuit, cap. 8. Schol. n. 29. vbi
 prædicari, c. 8. theor. 3. n. 2.

Iudas Iscariotes

Vnde sic dictus, c. 8. Schol. num. 36. an iustus fuerit
 cum electus à Christo in Apostolum, & dicitur
 Diabolus, cap. 21. Schol. num. 62. 63. 64. quomo-
 do dicatur electus à Christo, *ibid.* n. 65.
 Iudas proditor cur allectus in numerum duode-
 cim Apostolorum, c. 8. theor. 4.
 Iudas cur Diabolus dictus, c. 12. theor. 2. n. 6.

Iudex, Iudicium extremum, Iudicium huius-
num.

Iudicij vox quinque significat, cap. 1. Schol. num.
 125.
 Vera Iudicij forma à iudicibus seruanda, c. 1. Scho-
 num. 133.
 Iudex tria habeat, *ibid.* n. 134.

In Iudi-

Index rerum

In iudicio lex non seruata accusabit nos, c.1. Schol. num. 158.

Iudicandi potestas duplex in Christo, & per vtramque iudicabit. ca. 1. theor. 5. num. 2. & theor. 6. num. 10. 11.

Quomodo pater non iudicat. cap. 1. theor. 5. num. 3. 4. 5.

Iudicare an, & quomodo comperat Christo. cap. 1. theo. 5. n. 6. 7.

Iudicandi potestas, & viuificandi mortuos in Christo coniuncta. c. 1. Schol. n. 105.

Potestas iudicandi Christo merito data. c. 1. Schol. n. 107.

Quadruplices iudicij extremi tempore voces ex Scriptura habentur, cap. 1. theor. 7. num. 1. 2. & an omnes hæc sint vna vox, ibidem num. 3. 18.

An die iudicij vera tuba perstreper, an metaphoricæ, c. 1. theor. 7. n. 5. 6.

Die iudicij an sensibilis sit futurus clangor tubæ, & vocis, c. 1. theor. 7. n. 9. & sequen.

In iudicio an idem vox & imperium, ibid. num. 10. quod officium huius vocis, vel tubæ, ibid. n. 11. 12. an bis audienda, ibid.

Apparente Christo edetur vox: surgite mortui, & venite &c. & statim colligentur cineres, reuocabuntur ad vitam mortui, ad locum mox adducendi iudicij, temporis quidem breuissimo spa. 10, ibid. n. 13.

Vox hæc ad omnes perueniet mortuos, ab illis audienda, ibid. n. 15. 16. 17. erit articulata, ibid. num. 17.

An duplex futura tuba, ibid. num. 19. quando tuba præponitur, & sequitur vox in Scriptura, & exegericè potest sumi, vt ver. Gratia cum tuba, & voce, & pro, id est, capi potest, cap. 1. theor. 7. n. 18.

Non iudicantur homines ex his, quæ acturi essent. ibid.

Ad iudicandum quomodo surgent Niniuitæ, c. 12. Schol. n. 70. Regina Austri quomodo condemnabit in iudicio, ibid. n. 75.

Iudicij tempus, & vltionis, mensis dicitur in Scripturis, c. 14. dig. 3. o. 12.

Ad diem iudicij separabuntur mali de medio iustorum, neque hos illi amplius persequuntur, c. 14. dig. 3. n. 13. 14. 15. 16.

Iudicium vel tribunal duplex apud Hebræos, an liceat iudicio repetere, quæ nostra sunt, & an id expediat aliquando: vbi excutitur sententia Augustini c. 5. theor. 6.

Quot, vel quale iudicium prohibuerit Christus Matthæi 7. cap. 6. Schol. à numero 3. vsque ad 10.

Iudicium publicum vsitatum ab Ecclesia, c. 6. Schol. num. 3.

Iudicare non vno modo sumitur, cap. 6. Schol. num. 6.

Dei dispositiones non iudicemus iniuste ex Ireneo, c. 5. Schol. n. 9.

Qui iudicat iudicabitur à Deo; quomodo iudicabitur, c. 6. Schol. à n. 10. vsque ad 15.

Qui alium iudicat, vel corrigit, qualis esse debeat, c. 6. Schol. n. 18.

Iuramentum.

Iuramentum duplex, sicut & periurium, c. 4. Schol. num. 121.

Iuramentum quomodo prohibeatur omnino, ibid.

Quod iurare liceat, ibid. n. 122.

De non iurando exemplum Clinæ Philosophi apud Basilium, hom. 24. cap. 4. Schol. n. 127.

Hæreticum est affirmare iuramentum omne damnari, c. 4. theor. 10. n. 1. 7.

Omnino non iurare cur Christus cauit, & quomodo, ibid. n. 2. 3.

Frequens vsus iurandi noxius, ibid. n. 3. 4.

Iurare actus est patriæ, ibid. n. 4.

Scriptura auertit nos à consuetudine iurandi, ibid. num. 5.

Olim flammæ Diali iurare non licebat, & cur. ibid. num. 6.

Quibus conditionibus vestiri debeat iuramentum c. 4. theor. 11.

An prohibuerit Christus iurare tantum per creaturas, non autem per Deum, c. 4. theor. 12.

Bifaria potest quis iurare per creaturas, c. 4. theor. 12. n. 4.

Iurgia.

Iurgia qui serinat diabolo similis ex Gregor. c. 14. digr. 2. n. 12.

Iustitia.

Iustitia non potest esse vbi sana fides, vel caritas non est: ex August. c. 4. Schol. n. 42.

Iustitiæ nomen quot modis sumatur, cap. 4. Schol. n. 85.

Iustitiæ æqualitas salî comparatur, cap. 4. digr. 10. num. 3.

Iustitia regnum Dei. c. 5. Schol. n. 57. 58.

Iustitiam operari dupliciter dicitur, sicut & iniquitatem, c. 6. Schol. n. 51.

Iuuentutem.

Iuuentutem tria in interitum submergere solent, c. 8. digr. 4. n. 2.

Iuuenum immatura mors. Vide Verbo Mors, num. 109. 110.

Iuuentutis descriptio, quamque præcepta sit ad mala, c. 10. digr. 4. n. 12.

Iuuenes plurimum à malis auertit mortis meditatio, c. 10. digr. 4. n. 13. 14.

L.

Lacrymæ, Luctus.

Lacrymæ, vel luctus hic esse debent, vt sit lætitia in cælo ex Gregor. Nyss. cap. 4. Sch. n. 20.

Lacrymæ ac luctus sapientis sunt; stulti gaudium, c. 8. digr. 5. n. 4.

Lacrymarum, ac luctus potentia, & efficacia, ibid. num. 5.

Lacrymarum ac luctus ratio duplex expressa duplici irriguo filix Caleb, quod idem ex diluuiio colligitur. ibid. n. 6. 7. ad quod lacrymarum genus singulæ lacrymandi causæ pertineant, ibid. num. 8.

Lacrymas peccatorum pronocat inferni meditatio, ibid. num. 9. item iniuriæ proximi Deo irrogatæ, ibid. item commiseratio malorum, quæ proximis imminet, ibid. n. 10.

Dulces, & piæ lacrymæ sunt ex meditatione cruciatuum Christi, ibid. n. 11.

Lacrymarum etiam, seu luctus causa est meditatio miseriarum huius vitæ, amor Dei, recordatio futuræ beatitudinis. n. 12. 13.

Luctum seu lacrymas consequitur serenitas mentis, n. 14. & c. 11. Schol. n. 39. 41. fin.

Lacrymarum donum à quo petendum, c. 8. digr. 5. num. 15.

Augustinus lacrymarum donum magnis vocibus à Deo postulabat, ibid. n. 16.

Lacrymæ quales esse debeant, n. 17. 18.

Timendum est à lacrymis non fluctuosis, n. 19.

Lacrymæ, propter Deum esse debent, n. 20. tales erant lacrymæ & c. n. 23.

Quæ sint lacrymæ similes lacrymis Crocodili, n. 21.

Lacrymæ quantum Deo placeant visu ostensum cuidam, n. 22.

Lacrymæ oppressorum velocissime ad Deum ascendunt. n. 24.

Lapis.

Lapides pretiosi Vrim, & Tummim, quomodo futura prædicent, c. 5. dig. 5. n. 4.

Lector.

Lectoris officium non est aspernatus Christus, ca. 16. Schol. n. 4. fin.

Lectus.

Lectorum duo genera, eorumque luxus, c. 11. digr. 1. n. 2. 3.

Vide V. Mensa num. 74. 76.

Lenticula.

Lenticula quid, c. 16. digr. 1. n. 6. 7.

Lepra, Leprosi.

Leprosi an excluderentur vrbibus omnino, cap. 7. Schol. n. 3. & eod. c. 7. dig. 2. n. 3.

An leprosi toto corpore haberentur immundi, c. 7. Schol. n. 4. 13.

An leprosum tangere esset sub peccato prohibitum, c. 6. Schol. n. 9.

Christus tangens leprosum nobis commendauit opus misericordiae erga pauperes foedos, & horridos, vt illos non horreamus, c. 6. Schol. n. 10.

De duplici mundatione lepræ, c. 7. Schol. n. 16.

Leproso curato à Christo conueniunt tres voces hominis Hebrææ, c. 7. dig. 1. n. 6.

Qui lepra peccati infectus est sanari debet faciendo quod præstitit leprosus à Christo curatus, ibid. n. 7.

Lepra triplex carnis, vestis, domus, ibid. n. 9.

Lepræ proprietates, c. 7. dig. 2. n. 1. 2. 3. applicantur Christo, ibid. à 4. in fin.

Lepra Deus superbos punit, vndè dicitur plaga, ib. n. 1. 2.

Leprosi curati à Christo quatuor insignes virtutes, c. 7. dig. 1. n. 1.

Leprosi fides an maior fide Centurionis, c. 9. dig. v. nica. n. 18.

Lex.

Legem quomodo impleuerit Christus, vel arrogauerit vide V. Christus n. 54. 55.

De lege bifariam loquitur scriptura, ex Ruperto. c. 4. theor. 5. n. 4.

Legè soluere duobus modis dicitur quis, c. 4. Sch. n. 74.

Lex quot modis sumitur, c. 4. Schol. n. 75.

Lex vetus, an internos, prauosque animi motus vetaret, ibi. n. 87. 92. 111.

Legem de non mœchando in quo perfecit Christus, c. 4. Schol. n. 106.

Sub lege non mœchandi prohibebatur etiam omnis illicitus veneris vsus, ibid. n. 117.

Cur in lege non sit datum duplex præceptum de homicidio, vt de furto, & adulterio, vide V. Homicidium, n. 34.

Lex Talionis quibus data, & quod iusta fuerit, & inter quos locum habeat, ibid. ca. 4. Schol. n. 128. 129.

Legis Dei variaz corruptelæ, c. 4. theor. 1. n. 3.

In iudicio lex accusabit. vide ver. iudicium, num. 131.

Lex noua terra; vetus mali significatur, c. 10. digr. 7. n. 4.

Libertas, Liberum arbitrium.

Libertatem requirit Deus in iustificando homine, c. 1. Schol. n. 32.

Liberum arbitrium peccatoris quid possit sine gratia, c. 1. Schol. n. 39.

Lilium.

Lilijs duo insunt, c. 5. Scho. n. 54.

De lilijs agri, c. 5. dig. 8. à n. 1. vsque id 8.

De lilijs coeli quæ sunt beati, quos Deus pascit ac vestit, c. 5. dig. 8. n. 8. 9. 10.

Christus est ille, qui pascit inter lilia, & pascitur in lilijs, & pascit ipsa lilia, cap. 5. dig. 8. num. 7.

Lucerna.

Lucernæ quatuor necessaria moraliter applicantur, c. 1. Schol. n. 140. & c. 4. Schol. n. 70.

Luxuria.

Luxuria maximè hominem inquinat, c. 11. dig. 2. n. 10. locus lubricus, & periculis plenus, n. 11. 12.

Remedium contra luxuriam efficacissimum, ibid. digr. 1. n. 13.

Luxuriæ initia supprimenda ne conualescat, ibid. num. 14.

Luxuria per os vuluæ significata, c. 18. Schol. n. 24. similis anagro, n. 25.

Luxuria quam contaria Venerabilis Eucharistiæ Sacramento, cap. 21. digress. 8. à numero 8. vsque ad 16.

Luxuria lumen aufert, & cæcitatem aduehit, vt in Sodomitis, c. 21. dig. 8. n. 9. 10.

Luxuriosi similes equis, ibid. n. 11.

Quomodo se quis à luxuriæ peccato mundare poterit, ex similitudine panni, qui abluitur, vt foridibus purgetur, ibid. n. 13.

M.

D. Magdalena.

Magdalena non nisi vna, quæ peccatrix dicitur; quæ viuentem Christum vnxit bis, & mortuum voluit vngere, c. 11. theor. 1. eadem est quæ dicitur foror Lazari, ibid.

Magdalena quomodo habitaret in Galilæa, cur dicta Magdalena, c. 11. theor. 1. n. 8.

Magdalena ad Christum septem comitata puellis venit, c. 11. digr. 1. n. 2. & seq.

Magdalenz humilitas, & verecundia, c. 11. dig. 2. n. 5. 6. silentium, ibid. n. 9.

Magdalena quantum amarit Christi pedes, ibid. n. 6. 7. dig. 3. n. 2.

Magdalenz conuersio, miraculum Dei potentiz, ibid. n. 14.

Magdalenz contritio, ibid. n. 15.

Magdalenz liberalitas, c. 11. dig. 3. à numero primo ad 8. omnia propter Christum abiecit, ibidem, num. 4. 5. 6.

Magdalena veluti funibus, sic capillis se Christo inretijt, ibid. n. 7.

Magdalenz ardens in Christum caritas, ibid. à nu. 8. in finem, hic explicatur eius caritatis magnitudo, fortitudo, signum, & c. proindè à Christo defensa, n. 16. laudata, n. 17.

Maria Magdalena an vulgo nota peccatrix, cap. 11. Schol. n. 5. 6. 7.

Mariæ Magdalenz duplex alabastrum, c. 11. Schol. n. 9.

Magdalena quomodo recumbenti Christo, steterit retro ad pedes, & Ioannes supra eius pectus recubuerit, c. 11. Schol. n. 10. & digr. 1. n. 6. 7.

Mariæ Magdalenz vngentis pedes pietas, c. 11. dig. 1. n. 12.

Magdalena smilis turri, ex Hieronymo, c. 11. Scho. num. 11.

Magdalena pedem Domini rigauit vtrumque. vide V. pedes Domini, n. 103.

Quæ Magdalena exhibuit Christo quomodo nos etiam moraliter eidem exhibere possimus, c. 11. Schol. n. 16.

Magdalena cur caput Domini non vnxit, cap. 11. Schol. n. 14.

Magdalenz vnguentum quam pretiosum fuerit, & cur Iudas hic non obstrepuerit, ibid. Scho. n. 13.

Magdalenz actiones erga Christum, c. 11. Schol. n. 13. & cur eas exhibuerit, ibi. n. 15.

Magdalena suauem edebat symphoniam comedente Christo cum Phariseo, ibid. n. 17.

In Magda-

Index rerum

In Magdalene conversione exemplum Christi de duobus debitoribus explicatur allegoricè ex Ambrosio, c. 11. Schol. n. 22.

Inter Magdalenam, & Phariseum antitheses obseruandæ, ibid. à Schol. à n. 24. ad 29.

Magdalene remissa peccata quoad pœnam etiam omnem, & fortè etiam ablati habitus mali, phantasmata, ibid. Schol. n. 34.

Magdalene fides qualis, ibid. n. 38.

Magdalena abiectis dæmonis armis se dedit Christo, ibid. nn. 41. similis columbæ Noeticæ, ibid.

Maledicere.

Maledicere quid, c. 4. Sch. n. 151.

Maledicere quot modis fiat, ibid. n. 152.

Maledicere quando prohibitum, c. 8. Schol. n. 47.

Mancus.

Mancus quis, c. 1. Schol. n. 18.

Manfuetudo.

Manfuetudo quid significet, & mites qui sint, c. 4. Schol. n. 15. 16.

Manfuetudinis duo officia, ibid. Schol. n. 16.

Mitibus terræ possessio promittitur, & cur, cap. 4. Schol. n. 19.

Manfuetudinis præstantia, & bonum illustribus exemplis declaratur, c. 4. digr. 12. n. 6. 7. 8.

Manus.

Manus arida quæ, c. 3. Schol. n. 12.

Manum aridam habens omnium hominum imaginem figurat, c. 3. Schol. n. 15.

Margarita.

Margaritæ bonæ, quæ, c. 15. dig. 2. n. 5. 6. 7. & plures & vna margarita bona, ibid. quod pretium, n. 7. & 16. & eod. c. 15. Schol. n. 7.

Margarita Christus, cui applicantur proprietates margaritarum, c. 15. dig. 2. à n. 8.

Diva Maria Mater Dei.

D. Maria à Marcella benedicta dicta est, & vbi, c. 12. Schol. à n. 87. ad 92.

D. Mariæ vberibus, & ventre. c. 12. Schol. n. 92. variaz ad id figuræ allatz, ibid.

D. Mariam esse benedictam confirmat Christus, c. 12. Schol. n. 93. & quia mater est Christi absolute benedicta dicenda, ibid. n. 90. 9. 3.

Humilitas D. Mariæ, ibid. 98.

D. Maria dupliciter mater Christi, ibid. n. 102. nec Christus negauit eam matrem, ibid. num. 93. 101. 102.

D. Maria mulier illa quæ abscondit fermentum in farinæ satis tribus, c. 14. Schol. n. 24. & eod. cap. dig. 6. n. 7. 8.

D. Maria inprimis fermentata est fermento, quod est Christus, siue fides, c. 14. digr. 6. n. 9.

D. Maria in corde suo abscondebat eloquia Dei, & secreta & virtutes, c. 15. dig. vnic. n. 14.

D. Maria prima olei Christi suauitate, & odore repleta fuit, c. 16. dig. 1. n. 10.

D. Maria liliū liliorum, c. 5. dig. 8. n. 7.

Quomodo sub D. Mariæ lingua mel, & lac, cap. 10. digr. 6. n. 19.

D. Maria cur præter morem in domo Zachariæ tam multa loquuta dicitur, gratias agens Deo, cap. 10. digr. 8. n. 7.

D. Mariæ os portæ sanctæ simile, quæ tempore Iobæ aperitur Romæ, c. 10. dig. 8. n. 7.

Maria.

Mariæ in Euangelio tres tantum, c. 11. theor. 1. n. 6. & c. 16. theor. vnic. n. 2.

Martyres.

Sanguis Martyrum semen est Christianorum ex Tertulliano, c. 14. dig. 5. n. 8.

Martyres Christi sanguine tincti persecutiones tolerarunt, c. 4. dig. 7. n. 8.

Martyres sunt pelles rubricatæ de quibus Exodi, 25. c. 8. dig. 2. nu. 13. Eadem etiam mortificationem significant, & verecundiam, ibid. n. 44.

Martyres multa paupertatis & inedia incommoda tolerarunt, c. 8. digr. 3. n. 1. Fuerunt columnæ, scopuli, turres, candelabra, tauri, ex Chryst. ibid.

Martyrum patientia fecunda, & tanto validior, quanto pluribus illi impetebantur malis, ex Theodoro, c. 8. dig. 3. n. 2.

Martyres plurimum sunt apud Deum auctoritatis, & quidem merito, cum assertores, & testes sint diuinæ gloriæ & veritatis, ibid. n. 3. 4.

Martyrum victoriæ testis est paupertas, exuries & lacrymæ, quæ tria mundi iugulum petunt, ibid. num. 5.

Martyres similes sunt granis in terram iactis, quæ sua fecunditate, magnam Christo hominum multitudinem peperere, c. 8. dig. 3. n. 6.

Martyrum admiranda constantia ex similitudine annosæ quercus, ibid. n. 7.

Martyrum tanto illustrior victoria, quanto atrociora supplicia; ideò merito repræsentantur varijs instrumentis musicis cum hoc dicto: non percussa silent, & face deorsum versus inuersa, ibid. n. 8. 9.

Mater.

Qui mater, frater, soror Christi, c. 12. Schol. 103.

Matrimonium.

Causæ soluendi matrimonium, quoad torum plures sunt, quam fornicatio; & cur hæc inprimis nominetur, c. 4. theor. 7. n. 9.

Quid addiderit Christus legi matrimonij circa dimissionem vxorum, c. 4. Schol. n. 117.

Matrimonium duobus in casibus dissolui potest certo; Tertius verò casus est controuersus, c. 4. theor. 7. n. 1. 2. 3.

Matrimonij indissolubilitas, vnde nascatur, ibid. num. 4.

Matrimonium per adulterium solui non potest quoad vinculum, c. 4. theor. 8. n. 1. 2. 3.

Matthæus.

Diui Matthæi abstinentia, c. 10. Schol. n. 37.

Mel siluestre.

Mel siluestre quid, c. 10. digr. 6. n. 19.

Mensa.

Mensa propositionis panum repræsentat altare diuinissimi Sacramenti, c. 2. digr. 1. n. 2. 3. & eod. c. digr. 3.

Situs mensæ propositionis panum quis, quot essent hæ mensæ, & c. c. 2. digr. 1. n. 7. 8.

Mensarum tabulæ apud veteres ex qua materia, & quomodo mutarentur, c. 11. digr. 1. n. 8.

Ad mensam sedere solebant pueri & sineiæ, c. 11. dig. 1. n. 9.

Mos accumbendi ad mensam in lectis, num antiquior more sedendi, c. 11. dig. 1. n. 4. 5.

Accubuerit ne in lectis Christus cum discipulis, nec ne, c. 11. dig. 1. n. 6.

In lectis quomodo recumberent, cap. 11. Schol. num. 10.

Merces.

Mercedis vel meriti nomine Catholici quid intelligant, c. 4. Schol. n. 50.

Meridionalis Pars.

Meridionalis pars dicitur in scripturis dextera pars, c. 12. Schol. n. 76.

Messias.

Vide V. Christus littera C.

Mensis.

Mensis in Scriptura nouissimum tempus significat, cap. 14. dig. 3. n. 12. licet torcular vltionem, ibid.

Mensis

Qua altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Mensis tempus apud Hebræos, c. 1. theor. 2. n. 3.

Mirora

Quid significet, c. 13. theor. 4. n. 4.

Miraculum

Ob tria Christus miracula corporibus, & miserijs depellendis contulit, c. 19. sc. n. 12.

Miraculum panum bifariam fieri potuit, c. 19. sch. num. 25.

Miraculum multiplicationis panum an omnino trans mare Galilææ in vteriori ripa gestum, c. 19. schol. n. 5. 6. c. 21. schol. n. 67. 68.

Miracula facere sola voluntate, an signum certum diuinitatis, c. 6. schol. n. 7.

Miracula cur Christus præcipiebat cælari, cap. 7. schol. n. 14.

Miracula non quia quis edit verbo, vel iussu, ideo Deum se declarat, nisi & c. c. 9. schol. n. 12.

Misericordia

Misericordia Dei est, quod promptior ad benefaciendam, quam puniendum, ex Chrysofom. & Philone, c. 14. schol. n. 9.

Misericordiam paruam magna remunerat Deus, c. 4. schol. n. 27.

Misericordia vel eleemosyna in scripturis iustitiæ etiam nominatur, c. 5. schol. n. 3.

Misericors qui non est, promereri misericordiam non potest, c. 5. dig. 3. n. 4. 5.

Misericordes, seu clementes duplices, c. 6. sch. n. 11.

Misericordiarum duo opera nos liberant ex Augustin. c. 8. schol. n. 57.

Missa

Missæ tria illa verba, quæ in canone leguntur: per ipsum, & cum ipso, & in ipso efficacia sunt contra dæmonem, c. 12. theor. 3. n. 7.

Modius

Quæ mensura, c. 14. dig. 1. n. 4. 5. 6.

D. Monica

D. Monicæ feruor in sumenda V. Eucharistia, e. 21. dig. 9. n. 5. fin.

Mons

Quis mons fuerit in quo Christus est figuratus, c. 4. schol. n. 2. 3.

Morbi

Morbi magnam vim habent, vt quis respiciat, c. 1. dig. 5. n. 7.

Morbi sæpè ob peccata, c. 1. schol. n. 64.

Mors

Mortis meditatio utilis homini, cap. 5. dig. 1. à n. 7. vsque in finem.

Tres mortui resuscitati à Christo quid significant, c. 10. schol. n. 7.

Mortis duodecim dolores, c. 10. dig. 1.

Abbas Elias tres res timebat, inter quas prima mors, c. 10. dig. 1. n. 7.

Mors spiritalis per similitudinem mortis corporalis declaratur, c. 10. dig. 2. fufe.

Vt quis de morte spiritali ad vitam reuocetur: Christi vocem audiat necesse est, c. 10. dig. 2. n. 5.

De morte ad vitam quatuor modis vocat Christus peccatores, c. 10. dig. 2. n. 5.

Mira occuratio mortis, & vitæ, & c. accidit cum Christus occurrit adolescenti, qui mortuus afferebatur, c. 10. dig. 3. n. 3.

De morte immatura, & eius vtili recordatione, c. 10. dig. 4. fufe.

De immatura morte monendi sunt iuuenes, ca. 10. dig. 4. n. 1.

Per immaturam mortem sæpè homines scelesti abripiuntur, ibid. n. 2. 3. 4. 10.

Causæ immaturæ mortis iuuenum sæpè sunt ea, quæ perditè amant, c. 10. dig. 4. n. 5.

Mortis recordatio à malis auertit, c. 10. dig. 4. à n. 13. vsque ad fin.

Mortis remedium mortis est meditatio, c. 10. dig. 4. n. 16.

Mors plures decepit sibi longæ vitæ spe blandientes, c. 10. dig. 4. B. 17. 18. 19.

Mulier

Mulieres studeant humilitati, & verecundiæ exemplo Magdalene, c. 11. dig. 2. nu. 8. verbosæ ne sint, ibid. n. 9.

Mulieres fugiendæ, ibid. n. 12.

Mundani, Mundus

Mundani homines, & animales, non percipiunt, quæ sunt Dei, & sanctorum, c. 12. schol. n. 10.

In mundo tria maxime eminent tribus digitis Dei significata, c. 12. schol. n. 31.

Mundanarum rerum cõtemptus, inuidiæ remediũ efficacissimum, c. 16. dig. 3. n. 13.

Mundus falsus Propheta, c. 6. dig. 4. n. 1. idem Hypocritæ comparatur, ibid. n. 2.

Decipiuntur & pereunt, qui mundum fallacem sequuntur, ibid. n. 3.

Mundus pix est, viscus, laqueus, mare absorbens, c. 6. dig. 4. n. 4. 5.

Fugiendus mundus exemplo hirudinũ c. 6. dig. 4. n. 6.

Spernenda eius bona, more nauigantium cum vrget tempestas, ibid. n. 7.

Mundanæ res vt puluis luctatoribus officiis, ibid.

Mundani homines arundini similes ob quatuor proprietates, c. 10. dig. 6. à n. 6. vique ad 10.

Mundi corde

Deum vident, c. 4. schol. n. 28. 29. 31.

Mundum cor est locus Dei, in quo puteus aquæ viuz ex Origene, c. 4. schol. n. 33.

Mundus corde quis, c. 4. schol. n. 28.

N.

Naaman, Syrus

Cur solus mundatus sit, c. 16. di. 4. n. 14.

Natalis dies

Natalis suum diem celebrasse duntaxat duos in Scriptura legimus, Pharaonem & Herodem, c. 18. schol. n. 12.

Necessitas

Necessitas medijs, & præcepti declaratur, c. 21. the. 8. num. 1. 2.

Negotiatores

Negotiatorum mundi proprietates, e. 15. dig. 2. nu. 1. eadem accommodantur negotiatoribus spiritalibus, ibid. nu. 2. adduntur & aliz proprietates n. 3. quæ felices negotiatores spirituales, n. 4.

Neutralista

Neutralistæ hæretici refutantur, c. 12. schol. n. 41.

Nobe

Quæ ciuitas, c. 2. schol. n. 16.

Nosse Deum

Tripliciter dicimur, c. 6. schol. n. 49.

Nouatiani

Nouatiani refutantur, c. 12. schol. n. 42.

Numerus

Numerus 38. languoris est, schol. n. 26. 28. numerus 40. perfectionis, ibid.

O.

Obedire

Obediendum Dei mandato quomodo. vide Ver. præceptum Dei, n. 139.

Oculi

Oculi Dei perspicaces c. 5. theor. 1. n. 3.

Dei oculi eminenter cunctas videndi facultates, & modos continent, ibid. n. 4.

Oculi hominum carnei, ibid. n. 2.

Oculos subleuasse dicitur Christus quater, vel quinquies, c. 19. dig. 1. n. 1.

Oculorum Dei proprietates, ibid. n. 2.

Oculorum custodia, & quod duplices sint oculi boni, & mali, & qui, ibid. n. 3.

Oculus scandalizans, quis. *ibid.*
 Ob oculos non custoditos quam multi decepti, *ibid.* n. 4. 5. 6. 7.
 Oculorum cum tactu, & manibus magna cognatio, c. 19. dig. 1. n. 8. ex *Basilio.*
Operarij, Opera.
 Operarij salutem animarum querant, ipsi excitent quos ad Deum sanandos adducant, c. 1. sch. n. 33.
 Operarij quomodo præparèt Christo homines, vide V. Apostoli, n. 43.
 Operariorum coadiutores, id est, qui cibum corporis subministrant illis, quo vacent salutem animarum sacrificium Deo offerunt, c. 2. schol. n. 19.
 Opera bona omnia ad tria capita reuocauit Christus, c. 5. schol. n. 1.
 Operibus bonis hominem iustificari, non tantum boni declarari contra Caluinum, c. 6. sch. n. 47. 54.
 Operarij iniquitatis qui, & operari iustitiam dupliciter dicimur, c. 6. schol. n. 51.
 Operibus responderè optimus est respondendi modus, c. 10. digr. 5. n. 16.
Oraculum.
 Oraculi portæ ex lignis oliuarum tria inuunt, c. 4. digr. 6. n. 5.
Oratio.
 Orationi quantum prodest manuum mundities, c. 4. schol. n. 101.
 Orationi, concordia multum prodest, *ibi.* sub *fin.*
 Orandum frequenter, licet breuiter, & quid sit multum loqui in orando, c. 5. schol. n. 11. 12.
 Quid opus est oratione si nouit Deus ea, quibus opus est nobis, antequam petamus? c. 5. sch. n. 13. 14.
 Oratio Dominica declaratur, c. 5. schol. n. 15. & seq.
 Oratio Dominica quot petitiones contineat, c. 5. schol. n. 35. 36.
 Orationis Dominicæ præstantia, vnde sumatur, c. 5. theor. 3. n. 1.
 Ter Dominicam orationem recitare quotidie in constitutionibus Apostolicis momentur Christiani, c. 5. theor. 3. n. 1.
 Orationis Dominicæ petitionum ordo digeritur, c. 5. theor. 3. n. 2. 3.
 Petitionibus septem accommodantur septem Spiritus sancti dona, & septem beatitudines, ca. 5. theor. 3. n. 4.
 De quibus peccatis in oratione Dominica sit sermo, dum dicimus: dimitte nobis debita nostra, vide V. peccatum 5. de quibus peccatis.
 An oratio Dominica competat B. Virgini c. 5. theo. 5. num. 4.
 In oratione Dominica quæ debita præcipimur dimittere, *ibid.* n. 5.
 Oratio Dominica est fidelium baptizatorum, c. 5. theor. 5. num. 4.
 Oratio, Ieiunium, & Eleemosyna vtilissimè iunguntur, c. 5. dig. 3.
 Orationis alæ duæ ieiunium, & eleemosyna, ca. 5. digr. 3. num. 1.
 Cur Oratio cum Eleemosyna, & Ieiunio Deo gratissima sit, c. 5. digr. 3. n. 2.
 Quid sit orando petere, querere, pulsare, c. 6. scho. num. 28.
 Oratio adiuvat ad perfectionem assequendam, *ibid.*
 Ad orandum secedere exemplo Christi oportet ommissis negotijs, c. 7. schol. n. 19.
 Oratio Christi per totam noctem docet quantum nos orare debeam? pro salute nostra, c. 8. di. 1. n. 1.
 Oratio Iudithæ incitat nos ad orandum, vt de hoste triumphemus, *ibid.* idem docet Esther, *ibid.* n. 2. item Iosaphat, *ibid.*
 Quibus exemplis pateat in omnibus angustijs ad asyllum orationis profugendum esse.
 Oratio est celestis aqueductus, quem dæmon incidere conatur, vt olim Holofernes, *ibid.*

Efficacitas orationis quanta varijs exemplis declaratur, c. 8. dig. 1. n. 3.
 Oratio in omni euentu, tempore, occasione, statu necessaria, *ibid.* n. 4.
 Qui nõ orat facillè decipitur ab hostibus, quod exemplo Iosue, & Israel ostenditur, *ibid.* n. 5.
 Oratio maximè necessaria cum eligendus est Prælati, *ibid.* n. 6.
 Orantis Ecclesiæ lacrymas respicit Christus, c. 10. dig. 3. n. 5.
 Subinde ad orationis secretum confugiendum, c. 18. schol. n. 8.
Os.
 Os aperire in scripturis quid, c. 4. sch. n. 5.
Ostendere
 Idem aliquando est in Scriptura, quod dare, exhibere, c. 1. schol. n. 97.
P.
Pacifici.
 Pacifici qui sint, c. 4. schol. n. 34. 35.
 Pacifici cur Filij Dei, c. 4. schol. n. 37.
 Pacifici similes Deo, c. 4. schol. n. 39.
Pœnitentes, pœnitentia.
 Non est neganda pœnitentibus venia, c. 5. sch. n. 65.
 Pœnitentia cito fiat, c. 1. theor. 3. n. 11.
 Pœnitentia & labor breuis est, idè portæ, & vix comparatur, c. 6. theor. 3. n. 4.
 Ad pœnitentiam expectat nos Deus; sed patientiam in supplicium vertet, nisi conuertamur, c. 5. dig. 3. n. 3. 4. 5.
 Ad pœnitentiã si dum nos expectat Dominus, ac iuuat, non conuertamur, erimus vt arbores steriles, recidemur, & in ignem mittemur, c. 6. dig. 6. num. 5. 6.
 Pœnitentiæ grauissimæ habitus, cilicium & cinis, c. 10. schol. n. 40.
 Conuertitur Deus post pœnitentiam ad peccatores, c. 11. schol. n. 24.
 An pœnitentia sit maius beneficium, an verò innocentia, c. 11. theor. 3.
 Pœnitentia peccatoris nihil Christo gratius, ca. 11. dig. 2. num. 1.
 In pœnitentibus vt in desertis locum, & requiem non inuenit dæmon, c. 12. schol. n. 86.
 Pœnitentiæ dare se debet peccator, & à licitis abstinere cum illum Deus flagellat, c. 12. dig. 4. n. 6.
 Vera pœnitentia virtutum sibi opera habet semper adiuncta: quod eleganter explicat Chrysof. exemplo Pauli, & Iudæorum, c. 12. digr. 4. n. 7.
 Quia ad pœnitentiam agendam nõ mouemur, vehementer timendum, ne in die iudicij Niniuitæ nos condemnet, *ibid.* n. 8.
 Pœnitentia Niniuitarum qualis, & quomodo à pœnitentibus imitanda, c. 12. dig. 4. n. 11. 12. vestitus pœnitentium qualis, *ibidem.*
 In pœnitentia peragenda ad placandam Dei iram principes & Prælati alijs sint exemplo, *ibid.* n. 13. immò, & primi esse debent, *ibid.*
 Ad pœnitentiam excitat August. c. 14. dig. 2. n. 4.
 A pœnitentia cœpit prædicatio Christi, & Apostolorum, c. 17. schol. n. 13.
 Tria hominum genera pœnitentiæ mare non ingredientium, & c. 19. schol. n. 9.
 Pœnitentia, & conuersio peccatoris ad Deum duplici mœrore afficit hominem, quem Deus sua dulcedine compensat, c. 21. theor. 4. n. 7. 8.
Panis.
 Quid nomine panis in scripturis intelligatur, c. 5. schol. n. 22.
 Quid panis super substantialis, vel *transubstantialis*, cap. 5. schol. n. 23. 24.
Panis propositionis.
 Panes propositionis cur sic dicti, & quales, c. 2. sch. num. 17.

Quæ altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Paupum propositiones fufe declarantur nomina, ordo, numerus, an essent azymi, quomodo in mensa collocarentur, pondus, vel magnitudo &c. c. 2. dig. 2.

Panes propositionis à quibus præpararentur & offerentur, ibid. n. 16.

Panes propositionis in quibus significarent V. Eucharistiam fufe, c. 2. dig. 3.

Parabola.

Parabola quid & cur parabolis vsus Christus, c. 13. schol. n. 5. 6.

Parabolas explicandi modi tres, c. 14. schol. n. 13.

Parabola, propositio, problema, ænigma, paræmia, Prouerbum, quid, c. 14. schol. n. 25. 27.

Paralyticus.

Inter duos Euangelicos paralyticos, hunc piscinæ, & alterum Matth. 9. differentia, c. 1. sch. n. 30. 35.

Paralytici ad piscinam virtutes, c. 1. schol. n. 36. 41. 48. 51. 60.

Languidus apud piscinam quo morbo laborarit, c. 1. sch. n. 29. & quo die sanatus, c. 2. the. vnic. n. 4.

Parentes.

Parentes nutriant Christo filios c. 10. dig. 5. n. 4.

Parentes propter Christum relinquendi exemplo Christi, c. 12. schol. n. 101.

Pater Deus.

Pater testimonium tripliciter perhibet de Christo c. 1. schol. n. 145.

An Patris vox, quæ aliquando audita, c. 1. sch. n. 146.

Paterfamilias

Similis esse debet centro circuli, & se præbere debet exemplum virtutis, c. 5. the. 4. n. 3.

Patientia.

Patientiæ in primis & tolerantia præmia promittuntur, c. 4. schol. n. 44.

Patientia nitendum nobis est, vt vitam ad sempiternam gloriam coronam muniamus. vide V. Beatitudo. § Tolerantiam viam.

Nulla est virtus perfecta, quæ non habeat comitem patientiam, c. 4. dig. 8. n. 1. 2. 3.

Patientiam operatur tribulatio & persecutio, ita vt patientia sit veluti terra fructifera, cap. 4. dig. 8. n. 4.

Patientia addit vires caritas. vide V. Caritas. § Quantæ vires.

Patientia iniurias repellit. vt dura petra, easque dispungit, vt telum contra petram durissimam coniectum & percussum, c. 4. dig. 14. n. 7.

Patiens à nullo læditur, c. 4. dig. 14. n. 8. 9.

Patientia tribus modis exercetur ex Gregor. cap. 4. dig. 14. n. 11.

Patienter ferentium iniurias vtilitates, c. 4. dig. 14. num. 12. 13. 14.

Patientia exemplo patrisfamilias tenenda est, ca. 14. schol. n. 10. & eod. c. dig. 3. n. 6.

Dei patientia. vide V. Deus. § Dei immensa.

D. Paulus

Vbi prædicauerit, c. 8. the. 3. n. 2.

Pauper, Paupertas.

Pauper tribus modis sumitur in scripturis, cap. 4. schol. n. 10.

Pauperes spiritu qui, c. 4. schol. n. 10. 11.

Pauperes triplices sunt, ibid. n. 12.

Paupertas prima beatitudinum, ibid. n. 13.

Pauperibus diuitiæ promittuntur, ibid. n. 14.

Paupertas quoddam martyrij genus est, cui merito regnum cœlorum promittitur ex Barnardo, c. 4. schol. n. 46.

Paupertas securum reddit hominem ab inimicorū insidijs, tanquam tutum præsidium, c. 8. dig. 4. n. 6. graui nos pondere exonerat; onerant enim diuitiæ, ibid. n. 7. 8.

Paupertas inuadit ad bene operandum, ibid. n. 9. accendit sitim rerum cœlestium, ibid. n. 10.

Pauper similis columbæ. vide V. Diuitiæ. § Diues similis.

Paupertas dum hominem rebus priuat fluxis, diuitiam in Deum facit, c. 8. dig. 4. n. 12.

Pauper cum manus habeat vacuas rerum terrenarum, regnum cœlorum rapere potest, contra ac diues, ibid. n. 13.

Paupertas vberissima terra cum fenore reddes fructum, ibid. n. 14. eadem est felix negotiatio, ibid. n. 15. 16.

Pax.

De pace & concordia remissiuè, c. 12. schol. n. 27.

Peccare, Peccatum, Peccator.

Peccare potest homo contra Iouinianum etiam post Baptismum, & iustificari, c. 1. schol. n. 64.

Peccatori vt sanetur duo necessaria odium morbi, & desiderium sanitatis, c. 1. schol. n. 34.

Peccatori ad sanitatem mentis reuocato, præstanda, quæ Christus iussit paralytico, c. 1. sch. n. 44.

Peccantium triplex genus, aridorum, cæcorum, claudorum, c. 1. dig. 2. n. 5. 8. & c. 10. schol. nu. 10. habes item aliud triplex peccantium genus.

Peccator vbi sanatus à peccato caueat iterum casum, c. 1. dig. 2. n. 10. 11.

Peccatorum in delicto perseverantium subitum supplicium, c. 1. dig. 5. n. 2. 3. 4. 5. 6. de istis queritur Deus, ibid. n. 8.

Peccatoribus immittit morbos, & mala Deus, vt respiciant: quod si nolint tandem punit æternis pœnis, c. 1. dig. 5. n. 9. 10. 11. 12.

Peccantium quorundam mirus est veternus, & sordidus, c. 1. dig. 5. n. 6. 8. 10. 11. 12. 13.

Peccatori, qui manum non porrigit, quassatum calamum confringit, c. 3. schol. n. 31.

Peccatorum animæ terræ nomine intelliguntur, quam serpens comedit, c. 4. dig. 9. n. 2.

Peccatores qui intelligantur, c. 4. schol. n. 157.

Peccatores propter Dei obliuionem, ita viuunt, ac si à Deo non aspicerentur, c. 5. the. 2. n. 1.

Peccatoris prudentis typus Herinacius, c. 5. dig. 9. num. 3.

Peccatores per viam latam ad interitum tendunt, c. 6. the. 3. n. 5.

Peccator similis paralytico qui puer erat Centurionis, c. 9. schol. n. 5.

Peccator similis Hericio, c. 10. dig. 1. n. 6.

Peccatoris obstinatio cum magna ingratitude coniuncta, c. 11. dig. 3. n. 3. 4.

Peccator representatur in Iona fugiente à facie Domini, c. 12. dig. 3. n. 3.

Peccatores quamuis sibi sapientes comprehendit Deus in astutia eorum, ibid. n. 4.

Peccatores dum à Deo fugit, incidit in magnas angustias, sibi que emit luctus, & tempestates ibi. n. 5. 6. 8. idem dum fugit à Deo nihil aliud facit, quam quod à Deo propitio fugit ad Deum iratum, ibid. n. 7.

Peccator nisi peccata sua proiciat in profundum maris, pacem non habet, nec illi proderunt mundi solatia, ibid. n. 9.

Peccatori magnum beneficium fit cum illum Deus castigat, vel persequitur, vt ad se redeat, ibid. n. 10. 11. 12. 13.

A consuetudine peccatorum fugiendum c. 12. dig. 4. num. 2.

Peccatores in medijs periculis, quasi omnia sint securi, dormiunt, c. 12. dig. 4. n. 3. 4.

Quantæ sit admirationi quod relicto Deo peccator fluxis rebus se tradat, c. 12. dig. 4. n. 9.

Peccatores malo fermento similes, c. 14. dig. 6. n. 13.

Peccatum pondus maximum, c. 12. dig. 4. n. 1.

An peccatum sit peccati pœna, c. 13. the. 5.

Peccatum grauius est post præteritam remissionem, c. 1. schol. num. 64. & dig. 2. num. 10. 11. &

Index rerum

gravius punitur, *ibid.* schol. n. 66. & digr. 5. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 14.

Peccati Deus nullo modo est causa, quatenus peccatum est, secus tamen qua poena, vel medicina est. vtitur enim Deus mala aliorum voluntate in bonum, permittens malum propter bonum, c. 4. dig. 15. n. 12.

Peccata cur debita dicantur, c. 5. theor. 5. n. 1. 2.

De quibus peccatis sermo sit cum in oratione Dominica dicitur: dimitte nobis debita nostra, c. 5. theor. 5. n. 3. 4.

Peccata cur trahi comparentur, c. 6. schol. n. 21.

Peccatum Originale afruitur, c. 12. schol. n. 40.

Peccatum in Spiritum sanctum, *ibid.* n. 43. & theo. 4. & theor. 5. à n. 8. in finem, quomodo irremissibile c. 12. schol. n. 44. & theor. 5. vsque ad n. 8.

Peccatum, vel Verbum in Filium, *ibid.* n. 45. 46. 47.

Cur dicatur peccatum in Spiritum S. potius cum sit contra diuinitatem, *ibid.* n. 48.

Propter peccata Deus ab homine recedit, c. 16. dig. 4. n. 18. & quam id miserum sit, & horrendum, c. 21. schol. n. 60.

Pedes Domini.

Duosunt misericordia, & iudicium: hos simul amplexari & osculari decet cum Magdalena, c. 11. schol. n. 12.

Pelles.

Pellium varia genera sunt in scriptura, quarum aliquas nobis detrahere debemus, aliquas vero querere & conseruare, c. 8. digr. 2. à n. 10. vsque in finem.

Perfessio.

Perfectionis impedimenta & adiumenta, c. 4. theor. num. 5. 6.

Persecutio.

Persecutionis vox fidei cursum significat, & in currendo victoriam indicat ex Nysseno, c. 4. schol. num. 43.

Perseuerantia.

Perseuerantia dupliciter sumitur, c. 21. theor. 9. n. 1.

Perseuerantia, vel finalis gratia effectus Venerabilis Eucharistiae, c. 21. theor. 9. à num 5. ad fin.

D. Petrus

Cur primus nominetur ab Euangelistis, c. 8. theor. 2. num. 3. 4. 6.

Vbi praedicauerit, c. 8. theor. 3. n. 2.

D. Petrus coniectus in carcerem illum videtur, qui vocabatur Betiso, c. 9. theor. 1. n. 11.

Diutorum Petri, Pauli, & Timothei abstinentia, c. 10. schol. n. 37.

D. Petri domus, c. 12. schol. n. 3.

D. Petrus primus couertit gentilem, qui fuit Cornelius, c. 17. theor. 1. n. 7. 8.

Pharisaeus.

Pharisaeus superbus, malè collegit Christum non esse Prophetam, c. 11. schol. n. 19.

D. Philippus.

D. Philippo dicta illa: sequere me & dimitte mortuos &c. c. 8. schol. n. 19.

D. Philippus quo anno obierit, vbi, & quomodo, c. 8. schol. n. 19. Asiam superiorem solus excoluit & partem Scythiae cum Bartholomaeo, *ibid.* & theor. 3. n. 2.

Piscina.

Piscina probatica cur sic dicta, c. 1. schol. n. 9. 10. 11. vide item V. Berechah.

Sex res mirabiles in piscina, c. 1. schol. n. 15.

Piscina cincta muro erat, c. 1. schol. n. 16. quinque eius porticus & languidorum multitudo moraliter quid, c. 1. theor. 3. n. 12.

Piscinae historia contra Anabaptistas defenditur, c. 1. schol. n. 17.

Piscinae origo & finis, c. 1. schol. n. 17.

Piscinae motus an certo tempore fieret, & an semel in anno, c. 1. schol. n. 20. 21.

Cur nisi mota aqua non sanaret piscina, c. 1. theor. 3. num. 7.

Piscinae an ad sanandum impressa virtus, c. 1. schol. num. 22. 23.

Piscina an habuerit gradus, c. 1. schol. n. 40.

Cur tam mirabilia ad piscinam Deus faceret olim, c. 1. theor. 3. n. 1. 2. 3. 4.

Piscina representat Baptismum. vide V. Baptismus, significat item poenitentiam, c. 1. theor. 3. num. 7. 8. dig. 2.

Cur ad piscinam vnus & primus sanaretur, cap. 1. theor. 3. n. 9. 10. 11.

Quot piscinarum mentio in scriptura c. 1. dig. 1.

Probaticae piscinae auctor, c. 1. dig. 1. n. 1. 2. 4.

Piscina vnde aquas haberet, *ibid.* n. 3. 4. vbi sita n. 5.

Piscinae aquis vt sanaretur quis tria habere debebat, quae significant tria sanitati animae necessaria; item qua ad spiritualem piscinam, quae est Christus, patet ingressus, & per quas ianuas & porticus, c. 1. dig. 2. n. 1. 2. 3. quid illa tria aegrotorum genera significant caecorum, claudorum, aridorum; & quod hi debeant iuxta piscinam esse patienter aquae motum expectantes, *ibid.* n. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Plaga.

Plagae quod genus morbi, c. 3. schol. n. 21.

Porta.

Porta gregis vbi, c. 1. schol. n. 9.

Porta vallis, an porta gregis, c. 1. dig. 1. n. 6.

Porta fictilis vbi, c. 4. theor. 6. n. 5.

Praeceptum Dei.

Praeceptum Dei c. 3. schol. n. 31. ex Basilio.

Prædestinatio.

Num Christus fuerit causa meritoria praedestinationis, & electionis hominum, c. 21. theor. 2. fuse & quod non solum dilectionis efficacia causa fuerit, c. 21. theor. 3. n. 7.

Christus non fuit causa, vt praedestinentur, vel eligerentur hi potius quam illi, licet peculiari modo merita sua quibusdam applicauerit, & pro eis efficaciter orauerit, c. 21. theor. 3. n. 8. 9. 10.

Quomodo praedestinationis, electionis, dilectionis diuinæ causa esse possit, c. 21. theor. 3. n. 11.

Prædestinatio, electione Christi prior fuit praedestinatione, & electione aliorum, *ibid.* n. 12.

Prælatus.

Prælatus columnarum templi Basibus significantur, quibus tria erant insculpta, leones, boues Cherubim, c. 4. dig. 9. à n. 7. vsque in fin.

Prælatis magna opus est fortitudine animi, cap. 4. dig. 9. nu. 11.

Prælatis salis proprietates accommodantur, c. 4. di. 10.

Prælatis sapphiris comparantur, *ibid.* n. 2.

Prælatus iustitiam seruare debet cum omnibus, vt sit salis similis, *ibid.* n. 3. 4.

Prælatus quomodo ad dignitates venire debeant per humilia, salis indicatur, *ibid.* n. 5. 6.

Prælatus quomodo se conseruare in alto loco debeant, salis ostenditur similitudine, *ibid.* n. 7.

In prælatum, vel principem eligere ineptum quantum malum, c. 4. dig. 11. n. 1.

Quantum bonum sit bonum eligere prælatus, *ib.* n. 2.

Prælatus vel principis insipientis remedium, silentium est, *ibid.*

Prælato, vel principi, quae sapientia necessaria, ex gallo desumitur, *ibid.* n. 5. 6. 7.

Prælatus scepro oculato representatur, *ibid.* n. 4.

Prælatus Ecclesiae fenestra, *ibid.* n. 3.

Prælato & doctori in increpando, & exhortando, virtus discretionis necessaria, *ibid.* n. 5. 6.

Prælatus

Qua altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Prælati, & doctor prius se excitet vt gallus, deinde cantu edat seu non tetur alios, c. 4. dig. 11. n. 7.
Prælati & doctores quantum peccent cum negligunt colligere suos ex Gregorio, ibid. n. 8.
Prælati vel doctor qui alios ad virtutem excitat, & malus est quantum noceat, ibid. nu. 9.
Prælati & doctores est lucere, & ardere, n. 10.
Prælati vel princeps oculus est reipublicæ, cap. 5. theor. 1. n. 11.

in Prælatos eligendi non debent se intrudere, sed vocari, c. 8. schol. n. 8.

Pastores vel prælati boni diu quærendi sunt per orationem, c. 8. digr. 1. n. 6. delitescunt enim velut in latebris, instar thesaurorum, ibid. n. 7.

Quatuor prælati inesse debent, quæ fuerunt in Apostolis, vide V. Apostoli.

Prælati significantur per pelles tabernaculi regentes vela, vt est Exodi, 26. c. 8. dig. 2. nu. 13.

Prælati debent exemplo Dei in applicandis hominibus ad varia officia, propensiones etiã singulorum expendere, vt tanto suauius res administrant, c. 11. digr. 3. n. 8. 9.

Prælatorum ac principum humilitas, qua se seruis Dei subiiciunt quantum valeat, vide V. humilitas, §. Humilias & Subiectio.

Prælati qui non sunt operarij, indigni sunt cibo, c. 17. schol. n. 23.

Contra Prælatos, qui sacris ordinibus, & Ecclesiasticis dignitatibus, dumtaxat victum & reditus quærent, c. 21. schol. n. 3.

Propitiatorium.

Propitiatorium quid, & quomodo ante illud duo erant Cherubim, c. 5. digr. 5. n. 3.

Propositio.

An hæc propositio sit propria: hic homo est Deus, sicut hæc: hic homo est prædestinatus, vt sit filius Dei, c. 1. theor. 6. n. 2.

Prouidentia.

Prouidentia Dei circa flores superat Salomonis gloriam, c. 5. schol. n. 54. vide Ver. Lilia, §. Lilijs duo.

Prouidentia Dei & sollicitudo erga hominem, c. 5. digr. 7. n. 2. ex Chryologo.

Dei prouidentiam ostendit Herinacius, c. 5. dig. 9. nu. 1. 2.

Argus qui mundum significat, Dei prouidentiam declarat, c. 1. digr. 4. n. 2.

Prouidentia Dei duplex, c. 17. schol. n. 44.

Proximus.

Proximus portandus est, & sic ad Dominum eundem, c. 1. schol. n. 27.

Quanti Deus faciat proximi gratiã & amicitiam, c. 4. schol. n. 100.

Prudentia.

Vide Ver. Serpens. & V. Simplicitas.

Publicani.

Publicani qui, cap. 4. schol. num. 155.

Purgatorium.

Purgatorium colligitur, c. 12. theor. 5. nu. 49.

Q.

Quadrans

Quid sit, cap. 4. schol. num. 103.

R.

Racha

Quid sit, cap. 4. schol. num. 96.

Raphael

Videtur is Angelus qui piscinam turbabat, cap. 1. schol. n. 19.

Rationale.

de Rationali summi Pontificis, cap. 14. digress. 7. nu. 2. 3.

Regina.

Regina Austri cuius regionis fuerit regina, cap. 12. schol. n. 73. 74.

Regina Austri non fuit Aegypti, vel Aethiopiæ regina, ibid. nu. 74. dicta est Nicotris, ibid. nu. 76. vel Maqueda, seu Macheda, alij Nicaulem vocant, ibid.

Regnum Dei, vel calorum.

Regnum calorum tribus modis sumitur, c. 4. schol. num. 81.

Regnum Dei quadruplex est, c. 5. schol. n. 19.

Regnum Dei iustitia, c. 5. schol. n. 57. 58.

Quærentibus primum regnum Dei hæc omnia adiiciuntur, id quod declaratur, & exemplis illustratur, c. 5. digr. 7. n. 12. 13.

Regnum Dei nunc non omnino tollit, sed minuit regnum diaboli, c. 12. schol. n. 32.

Reliquia.

Reliquiarum veneratio confirmatur, c. 21. schol. num. 70.

Remissio peccatorum.

Remittit Deus peccata dupliciter vt & sanat corpora, c. 11. schol. n. 33.

Repudium.

Libelli repudij exemplum (Deut. 24. 1.) c. 4. schol. num. 114.

Respondere

Quid interdum Hebraicè significet, c. 1. n. 70.

Resurrectio.

Resurgent etiam mortui infantes in vtero, & quæ ætate, cap. 1. schol. n. 122. & an iudicandi an torquendi, ibid.

Quo loco resurgent mortui, c. 1. schol. n. 128.

Resurrectio duplex, vitæ & iudicij, cap. 1. schol. num. 126.

Resurrectionis communis memoria, & nouissimæ tubæ, cap. 19. digr. 3. n. 8.

Robur.

Robur carcer erat tenebrosus apud Romanos, item barathrum; thesaurus verò apud Messenios, item Betiso Hierosolymis, cap. 9. theor. 1. num. 10. 11.

§.

Saba, Sabai.

Saba dicti fuere duo præsertim in scripturis, ca. 12. schol. n. 72.

Sabæi duplices: Sabæi Asiatici triplices, & alij item Sabæi Africani, ibid.

Sabbatum.

Sabbato licebat Iudæis ad duo millia pedum ambulare, c. 1. schol. n. 49.

an Sabbatum Christus violarit, vide Ver. Christus, §. Christus an violarit.

Cur præcepit Deus Sabbatum obseruari, & quæ opera essent prohibita, remissiuè, c. 1. the. 4. n. 3.

an Sabbato, id est, die septimo, an verò die sexto compleuerit Deus opera sua, c. 1. digr. 3.

Quid sit Deum benedixisse diei septimo, seu Sabbato, c. 1. digr. 4. n. 2. & quid sit sanctificasse diem sabbati, ib. n. 3. an ab initio mundi Deus astrinxerit homines ad diei sabbati obseruationem, ib. n. 4. 5. 6. quid sit Deum cessasse ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret, ibid. n. 7. 8.

Sabbata numero plurali quid, c. 2. schol. à n. 3. ad 9.

Sabbatum secundo primum quid, c. 2. schol. n. 9. & theor. 1.

Sabbatum interdum pro Festo: differentia item inter Sabbatum pro Festo, & pro septimo die, c. 2. schol. n. 7. 8. & in theor. vnic. n. 2.

Sacerdotes.

Contra Sacerdotes qui indignè offerunt immaculatum Sacrificium, c. 1. digr. 8. n. 2. 3.

Sacramentum.

Sacramenta, & Dei mysteria cur margaritis comparentur, c. 6. schol. n. 26.
Sacramentorum duo priuilegia, & quod ex attrito faciunt contritum, & quod ob ipsum Sacramentum accipit homo gratiam vltra illam quæ datur ex opere operantis, c. 21. digr. 5. n. 5. 6.

Salis pactum.

Salis pactum quod, c. 4. schol. n. 57.

Salomon.

Salomonis cultus & Hebræorum remissiue, c. 5. schol. nu. 54. fin.

Sanctus.

Vox Sanctus quid significet fusè, c. 3. schol. n. 39.
Sancti ac pij homines, cursores sunt, & pugiles, c. 4. digr. 5. n. 9.

Satan

Vnde sic dictus, c. 12. theor. 2. n. 1. 2. 3.

Satisfactio

Opera omnia satisfactoria ad tria reuocantur, c. 5. digr. 3. n. 6. 7. 8.

De tribus operibus satisfactorijs oratione, elemosyna, ieiunio qui tractent, c. 5. digr. n. 8. fin.

Satum.

Satum quid, cap. 14. digr. 1.

Scandalum.

Scandalum, quo homines quis auertit à Deo, quam graue scelus sit, c. 10. digr. 5. n. 6.

Scandalum non venit nisi in terreno mundo ex Chrystost. c. 10. digr. 5. n. 11.

Sceba, & Seba.

Sceba, & Seba vtraque est in Arabia felice cap. 12. schol. n. 75.

Scolion.

Scolion quid, c. 18. schol. nu. 18.

Scriptura.

Scriptura obscura est, c. 1. schol. n. 148.

Scripturarum finis. vide Verb. Christus, §. Christus finis.

Scripturam habere Iudæi ob signatam, c. 1. schol. num. 17.

Semen, Seminator.

Seminator Christus. vide Ver. Christus, §. Christus seminator. & Ver. Dæmon, §. Dæmon seminator.

Seminator est Concionator. vide Verbo Concionator, §. Concionator seminator.

Semen in qua terra non fructificetur, c. 13. theor. 1. à n. 4. vsque ad 11.

Semen dicitur tam doctrina quàm bona opera, c. 13. theor. 1. nu. 8.

Quæ terra apta semini, c. 13. theo. 2. à n. 1. vsq; ad 4.

Semen in tribus terræ partibus seminari, quid significet, c. 13. theor. 2. n. 11. fin.

Semen vt in terra fructificet, tribus rebus eget, ibidem nu. 12.

Semen iactum in terram bonam affert fructum in patientia, & quid hoc sit, ibid. nu. 13. & cur non æqualem, sed maiorem, minoremve fructum, proferat, ibid. n. 14.

Sepultura.

Sepulturæ cur tradantur corpora fidelium, cap. 10. schol. n. 3.

Ad sepulturam à quatuor portatur miser peccator c. 10. digr. 2. n. 4.

Qui ad sepulturam funera conducunt placent Deo, c. 10. digr. 3. n. 4.

Sepultura quibus nominibus nominetur in scriptura, c. 12. schol. n. 67.

Sermo Domini.

De sermone Domini in monte qui agant, c. 4. scho. num. 1.

Summa sermonis Domini in monte, c. 4. theor. 1.

Serpens.

Serpentum genera alata, c. 13. theor. 1. n. 6.

Serpentis quomodo imitanda prudentia, cap. 17. schol. nu. 32. vide V. Simplicitas, §. simplicitas columbæ.

Serui Dei.

Seruitatem hominis quanti Deus faciat. vide V. Deus, §. Deus quanti.

Serui Dei septem prærogatiuis donantur à Deo, quæ significantur septera singularibus beneficijs, quæ olim Hebræi habuerant, c. 5. digr. 5.

Serui Dei arca testamenti significantur illiq; similes sunt, c. 5. digr. 5. n. 2.

Seruorum Dei Christus est propitiatorium, illos custodiens, & illustrans, &c. ibid. n. 3.

Serui Dei fulgent, ibid. num. 4.

Serui Dei oleo Spiritus S. vnguntur vt robusti sint ad certandum, & ad currédum, & vt lucidi sint, ibid n. 5.

Serui Dei Sacerdotes, & Reges sunt, ibid.

Serui Dei igne de cælo misso purgantur, ibid. n. 6.

Seruis Dei cælestis luminis participatio inest, n. 7.

Serui Dei, vel iusti sæcunditas triplex, idèd similis est arbori fructiferæ, ibid.

Triplici fructu alie seruos suos Deus, ibid. n. 8.

Seruo Dei timendum ne priuetur Dei beneficijs, ibid. n. 9.

Iis qui Deo seruiunt, illumque timent nihil deerit, c. 5. digr. 7. n. 9. 10. 11.

Serui Dei ac iusti labia sunt Christi, & lilia agri, propter tria quæ lilijs insunt, c. 5. digr. 8. n. 1.

Serui Dei, vel iusti licet non laborent, vt nec lilia, cooperiuntur tamen melius, quam Salomon in omni gloria sua, c. 5. digr. 8. n. 2.

Serui Dei delicijs affluunt vt lilia, licet distillent myrrham primam, & circúferant corpus mortis, c. 5. digr. 8. n. 3.

Serui Dei suam excellentiam & iustitiam silentio contegunt, ibid. n. 6.

Serui Dei etiam si iuuenes moriantur nunquam tamen immaturi moriuntur, c. 10. digr. 4. n. 8. 9.

Seruorum Dei gloria pati pro Christo, c. 10. dig. 5. n. 1.

Serui Dei cur tanto studio ferantur ad vincula, & tormenta, c. 10. digr. 5. n. 2.

Serui Dei carcerem vertunt in templum, at impij de templo faciunt prostibula, & carcerem diaboli, ibid. n. 3.

Serui Dei quanto studio prosequantur filios spirituales allatis exemplis ostenditur, c. 10. digr. 5. nu. 5.

Serui Dei se ciues cælorum esse ostendunt tribus rebus, ibid. fin.

Seruos suos, & iustos quanti faciat Deus, c. 14. dig. 3. n. 3. 4. 5.

Nisi serui Dei essent væ mundo, ibid. n. 1. eod.

Serui Dei sunt mundo magnum beneficium sunt enim bonum fermentum, c. 14. digr. 6. n. 13.

Seruus.

A seruis duo exhibenda dominis, diligètia & fidelitas, c. 8. theor.

Sextarius, Quæ mensura, cap. 2. digr. 2. n. 12. 13.

D. Simon.

Simon cur Chananæus, & Zelotes dictus, differt ab illo, qui centum viginti annos natus crucifixus est, c. 8. schol. n. 28.

Vbi prædicarit, ibid. theor. 3. n. 2.

Simonias.

Cur per Simoniam vendi nequeunt spiritualia, c. 17. schol. n. 15.

Simplex, Simplicitas.

Simplex quis, c. 4. schol. num. 30.

Simplicitas columbæ coniungenda cum serpentis prudentia, c. 17. schol. n. 33.

Sinapis.

Quae altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

Sinapis.

Sinapis Christus est & regnum caelorum, id est, verbi Dei praedicatione, vel Ecclesia, c. 14. schol. n. 18. 19. item Christus similis sinapi, ca. 14. digr. 5. n. 2. Sinapi significare potest singulos homines, ib. n. 19. Sinapis proprietates, c. 14. digr. 5. nu. 1. Quomodo sinapi similis debeat esse Christianus, c. 14. digr. 5. n. 12. Grano sinapis gratia similis est, vide Verb. Gratia §. ad Gratiam Dei.

Sollicitudo.

Sollicitudo quae vituperanda, c. 5. schol. n. 49. 51. Sollicitudinem malam sex rationibus tollit Christus, ca. 5. schol. nu. 51. 53. 54. 56. septimam rationem vide nu. 60. Sollicitudinem malam ad mortem usque vitare debemus, c. 5. digr. 6. n. 1. Ad sollicitudinem vitandam iuvat Deo inniti cum sponfa, & praecipua servare, c. 5. digr. 6. n. 1. 2. Tribus locis D. Thomas de sollicitudine mala agit, c. 5. digr. 6. n. 3. 4. 6. Quadruplex est sollicitudinis inordinatio, cap. 5. digr. 6. n. 3. Sollicitudo temporalium tripliciter potest esse illicita, c. 5. digr. 6. n. 4. Sollicitudo intempestiva quae, ex D. Thoma, c. 5. digr. 6. nu. 6. Sollicitudo de castino quomodo intelligatur, ca. 5. digr. 6. n. 7. Sollicitudines noxiae septem, ibid. Cura Dei erga corvos nostram redarguit sollicitudinem, c. 5. digr. 7. n. 3. Sollicitudinem alit immodicus diuitiarum amor, c. 5. digr. 7. n. 4. Sollicitudinem terrenarum rerum & curam praecedere debet caelestium cura, & sollicitudo, quia caelestia terrenis priora sunt, c. 5. digr. 7. n. 14. Qui solliciti de terrenis sunt non saturantur, c. 5. digr. 7. n. 15. Sollicitudo rerum temporalium ita absorbet, vel inebriat hominem, ut dies suprema tanquam laqueus illi superueniat, c. 5. digr. 7. nu. 17. *Somnus*, Vide Verb. Dormire. Ex somno fit in Ecclesijs, & religionibus tanta in peius mutatio, c. 14. digr. 2. n. 8. Somnus praetorum, plurimorum malorum, & haeresionum causa, c. 14. digr. 2. nu. 9. Somnus oscitantiae, & ineptiae corporis quanta inuehat mala, ibid. nu. 10. Somnum suum, & torporem quantum deplorare debeat peccator, ibid. n. 11. Somno licet dediti sint homines, vigilat tamen Deus; nec illum latent demonis astutiae, ib. n. 13.

Spiculatores.

Spiculatores, vel potius speculatores quid significent, c. 18. schol. n. 22.

Spiritus sanctus.

Spiritus S. digitus Dei, & cur. filius verus manus, & brachium, c. 12. schol. n. 28. Analogia inter digitum & Spiritum S. ibid. hoc digito scripta lex, ibid.

Stagnum Genesareth, vel Genesar.

De hoc, cap. 19. schol. nu. 1. 2. 3. 4.

Superbi.

Superbi lepra a Deo puniebantur, c. 7. digr. 2. n. 1. 2.

Supplicia.

Supplicia quae Deum comminatur ijs, qui alios auertunt a Deo & virtute, eosque scandalizant, c. 10. digr. 5. a nu. 7. vsque ad 11.

T.

Templum.

Ad Templum Hierosolymitanum ter singulis annis Iudaei conueniebant ex legis praescri-

pro, cap. 1. schol. numero 5.

In templo Hierosolymitano fuit ingens fons ex Arithmetica, c. 1. schol. n. 12.

Tenebrae.

Tenebrae exteriores quae dicantur, c. 2. theor. 1. Tenebrae exteriores significant carcerem in modum putei tenebrosi extra muros Hierosolymitanos prope Caluariae locum, c. 4. theor. 1. nu. 9. vocabatur & Betiso, ibid. n. 11.

Terra.

Terra bona quae, vide Ver. Semen, §. Quae terra apta.

Tetrarcha.

Tetrarcha quid, cap. 18. schol. num. 7.

Theodorus.

Theodori Mopsuestiae haeresis, quod scripturae veteris Testamenti de Christo historicè non loquantur, refutatur, c. 1. theor. 3.

Thesaurus.

Quid interdum significet, c. 8. schol. n. 63. Thesaurus verus quis nam, c. 15. digr. 1. n. 1. Thesaurus quid, ibid. n. 4. & schol. n. 6. vide item Ver. Christus.

An thesaurus inuentus in agro empto totus cedat emptori, qui sciebat ibi latere illum, c. 15. sch. n. 8.

Thomas.

Thomas Dydimus cur dictus, & quod Ioannes eius tantum nomen est interpretatus, non aliorum Apostolorum, c. 8. schol. n. 21. 22.

Tiberias, Quae ciuitas, c. 19. schol. n. 1. 2.

Timor.

Timor mundanus excludendus, c. 17. schol. n. 40. 41. Timor Dei praeposendus, ibid. n. 41.

Topheth.

Vbi Topheth, c. 4. theor. 6. n. 5. Quid sit Topheth, & vnde dicatur, c. 4. theor. 6. num. 6.

Tractionis.

Aliter homo trahitur a Deo, aliter a creaturis, ca. 21. theor. 4. n. 2.

Vox tractionis quid insinuet, c. 21. theor. 4. a nu. 3. vsque ad 10.

Quibus nos modis trahat Christus, c. 21. theor. 4. nu. 5. 6. 7.

Tractione Deo Patri cur tribuatur, ibid. n. 10.

Ex tractione multa stabiliuntur dogmata fidei, ibid. nu. 11.

Num quod homo non trahatur eius culpa fiat, cap. 21. theor. 5. vide item V. Gratia, §. qui gratiam.

Trans Iordanem.

Trans Iordanem quae regio, c. 3. schol. n. 19.

Tribulatio, Tentatio.

Tribulatio, & destituta hominum auxilio, Deus maxime subuenit, vide V. Deus §. Deo maxime.

Tribulationis expers iustus aliquis non ex Chrysofomo, c. 4. schol. n. 41.

Qui tribulationibus purgantur filij Dei sunt, ibid. num. 42.

Extra tribulationis disciplinam positi si qui sunt adulterini, & non simpliciter filij sunt, ibid.

Tribulatio, & patientia reges facit, ibid.

Cum tribulatione, & tolerantia Christi pax coniuncta esse debet, ibid. n. 45.

Probat Deus tribulationibus suos ut aurum in fornace, ut triticum in area, & vnam in torculari, c. 4. digr. 7. n. 2. 4. 5.

In tribulatione non est deficiendum, ibid. n. 3.

Tribulatio & persecutio tanquam lapis Lydius, cap. 4. digr. 8. n. 5. 6.

Tribulationum aquae insulsae, & amare quomodo sudes, & dulces euadant. vide littera E. §. Euangelica Ver. Euangelium.

Index rerum, quæ altera hac parte diluc. Euang. continentur.

Qui in Christum credunt tribulationes & persecutiones patientur, c. 6. schol. nu. 52.
Tribulationes pro Deo toleratæ magnâ fiduciam præbent eas sustinentibus, facillè se omnia obsecurosâ Deo quæcumque petierint, c. 10. dig. 5. nu. 12. 13. 14. 15.

Cùm à malis tribulamur, iudicij tempus in mentem reuocemus: tunc enim separabuntur tandè mali de medio iustorum, c. 14. digr. 3. n. 13. 14. 15.

In tribulationibus non relinquit suos dominus, c. 20. schol. nu. 10.

In medijs tribulationibus, vel tentationibus in tuere Christum, clama ad eum, c. 20. schol. n. 15.

Tribulationum tempore Deum habemus præsentem, c. 20. schol. nu. 18.

Post tribulationem quies, & securitas, c. 21. schol. num. 7.

An & quomodo rogandus sit Deus ne tentari nos permittat, & quod duplex est tentationis generis, c. 5. schol. n. 31. 32.

Quid sit cû Deo tribuitur, c. 19. sch. n. 18. 19.

Triticum.

Triticum non est sine zizania, idest, bonis mali admixti sunt, c. 14. digr. 3. n. 8. item omni voluntati bonæ adhæret desiderium, & cogitatio mala, sed non curandum est omninò, vt tollatur ad plenû, ne simul tollatur opus bonum, ex Chrysostomo, ibid. num. 8.

V.

Vallis Achor

Vide cap. 10. Digress. 1. num. 13.

Vanagloria

Periculosum vitium est, c. 5. schol. nu. 2.

Aliud est propter vanam gloriam velle se videri, aliud velle opera sua videri, c. 5. scho. n. 7.

Verba.

Verba geminata in scriptura quid significant, c. 1. digr. 4. num. 8.

Verbum Dei.

Verbum Dei audiendi studium, c. 12. schol. n. 4.

Verbum Dei quomodo semini simile, c. 13. theo. 1. à num. 3. vsque ad 8.

Verbum Dei quam multis rebus simile sit ex scripturis, cap. 13. digr. vnic. est enim lucerna, aqua, vinum, &c.

Verbum Dei lignum vitæ afferens duodecim fructus, c. 13. digr. vnic. nu. 16.

Contra eos qui frequenter verbum Dei audiunt sine fructu, c. 13. digr. vnic. nu. 19.

Verbum Dei sensum fructificat in nobis, c. 14. scho. n. 14. 15.

Verbi Dei utilitas, & quod simile sit manæ ex Origene, c. 13. digr. 1. à nu. 13. vsque ad 19.

Verbum otiosum.

Verbum otiosum quod, c. 12. schol. n. 54. quomodo de eo reddenda ratio in iudicio, ibid. n. 55. 56.

Vespera.

Vesperæ duplex significatio in scripturis, cap. 20. schol. n. 7.

Vestitus.

Vestitus mollis dissoluit, c. 10. schol. nu. 21.

Studium pretiosarum vestium peccatum est, ib. & c. 10. digr. 6. n. 10. 11. 14.

Vestitus Christiani hominis. vide Ver. Christianus, §. Christiani hominis.

Vestes cenatoriarum, c. 11. digr. 1. n. 11.

Via

Quomodo via Domini arcta sit, cum Domini iugum sit suave, c. 6. theor. 3.

Via virtutis & vitæ similis fornaci Babylonicæ, c. 6. theor. 3. n. 4.

Vidua.

Viduas fouere sanctum, c. 10. schol. n. 6.

Vidua filius peccatorem repræsentat, c. 10. digr. 3. num. 9.

Vidua filius, c. 10. digr. 3. n. 2. vide item Ver. Mors, §. Mira occurratio.

Vidua Sareptana, c. 16. digr. 4. eius historię sensus mysticus, ibid. n. 13.

Vigilia.

Vigiliæ nocturnæ & excubiæ militum, c. 20. schol. num. 10.

Vindicta

Vide Ver. Ira, Inimicus, Patientia.

Vindictam expetens semper peccat, cap. 4. dig. 14. num. 10.

Vicisci velle iniurias fatuum, immò contra iustitiam, ibid. nu. 11. 13.

Vindictæ appetitus hirundini similis, c. 18. sch. 24.

Vir.

Viri vox quid, cap. 7. digr. 1. num. 4.

Virtus.

Ad ostendam aptitudinem naturalem ad virtutem, qua vnus magis quam alius pollet elegans exemplum Nazianzeni à silice sumptum, c. 21. theor. 5. n. 7.

Vita.

Aliud est vitam habere à semetipso, aliud in seipso c. 1. schol. n. 116.

Vita nostra nauis similis, c. 10. digr. 4. n. 19.

Vita animæ nõ constat sine operationibus bonis, c. 6. digr. 5. à nu. 14. in finem.

Viuificare

Quinque modis sumitur in scripturis, ca. 1. schol. num. 104.

Vnctio extrema.

Vnctio extrema Sacramentum est, & quod eius Trident. Concil. doceat materiam, formam, effectus, ministrû, eos qui suscipere debeant, &c. c. 17. digr. 2. à n. 1. ad fin.

Vnctio, vnguentum.

Vnctionum, atque vnguentorû vsus inter cænan- dum quando coeperit, c. 11. digr. 1. n. 10. 11. 12.

De varijs vnctionum, & vnguentorum generibus, c. 5. schol. n. 39.

Vnctio de qua Ioan. 11. & de qua Luc. 7. eadem, c. 11. Theor. 1. nu. 1.

Vnctio Sacerdotum, Regum, Messæ, vide V. Christus, §. Christi vnctio.

Vnctio Apostolorum, qua infirmos vngebant, an fuerit Sacramentum Extremæ vnctionis, c. 17. theor. 4. hæc vnctio dupliciter potest intelligi, ibid. n. 5. non naturaliter sanabat, ibid. n. 7.

Voluntas.

Voluntas propria fugienda exemplo Christi, c. 1. schol. n. 132.

Quomodo intelligendus sit Augustinus, cùm ait: Deum inclinare voluntates ad malum, vel peccatores trahere in praua desideria, & in reprobum sensum, c. 13. theor. 5. nu. 5.

Voluntas Dei

Duplex est, cap. 5. schol. num. 10.

Non semper optandum, vt fiat quod vult Deus fieri, c. 5. schol. n. 21.

Vsura.

Ad vsuram, vt ad Simoniam requiritur intentio accipiendi aliquid pro mutuo, vel pro re spiritali, c. 8. schol. n. 54.

Vxor.

Dimittendi vxores consuetudo duplex apud Iudæos vtraque mala, c. 4. theor. 7. nu. 7.

Finis Indicis rerum, quæ in altera hac parte dilucidat. Euang. continentur.

